R.17.2.8

Cass. 74. Lib. 7.

Sct 71

n 189

R. 17
2/8

CATHENA AVREA SVPER PSALmos,

(quæ ob aptiſſimā ſententiarū connectionem merito aurea cathena dicta eſt, q̄ ceu annulli cathenam efficiunt. ſic ſanctorū multorū authoritatibus conſtat) a ſpectatiſſimo viro vtriuſq; iuris doctore præſtantiſſimo, & in ſacris literis excercitatiſſimo domino Franciſco de Puteo, Carthuſienſiū ordinis primario edita. Nunc denuo a mendis, quibus impreſſorū incuria, aut quouis caſu alio vitiata prius ſcatebat terſa, necnon beati Hierony. viri hebraicę & latinæ linguæ peritiſſimi tranſlatione iuxta hebræum in his præſertim locis, in quibus diſſidere videbatur ditata ac decorata, vt interlegendum eluceſcet.

¶ Vęneunt in ædibus Ioannis parui.

M. D. XXIX.

CLEOPATRA

DIONYSIUS

VALTERVS ALBERICROMIVS RELIGIOSISſimo patri Franciſco de Puteo vtriuſq; iuris Doctori, ac ſacroſancti Carthuſienſium ordinis primario. S. P. D.

NE mirere obſecro, pater doctiſſime, ſi ignotus ego & obſcurę ſortis ac doctrinæ homuncio ad te ſcribo. Ignotus ego tibi prorſus. Tu mihi de facie quidem ignotus, animo vero (qui verus eſt & interior homo) nuper factus notiſſimus. Legi enim lucubrationes tuas, nempe antiquorum patrum in Pſalmos expoſitiones ac meditationes maxima abs te diligẽtia concinnatas. In eis admiratus ſum primo pſalmographi vatis altiſſimos ſenſus ac ſententias abſtruſiſſimas, deinde antiquorum patrum eximiam & pietatem & diligentiam, poſtremo vigilantiam tuam in colligendis ac belle conſarcinandis ijs, quę diſperſa non niſi magno labore legi prius poterant, libet itaq; exclamare cum eruditiſſimo ſæculi huius poeta.

O vere precioſa quies, o gaudia ſolis
Nota pijs, dulcis furor, incorrupta voluptas.
Ambroſiæq; dapes.

Quid enim iucundius, quid ſereno, ac nullis ſæculi cupiditatibus implicito animo gratius, quam in diuina hac pſalmorum lectione conquieſcere, & ſanctiſſimi ſpiritus verba e dauidico pectore haurire? Quare ego meo, ego publico etiam nomine immortaleis tibi gratias & ago & habeo, rogo inſuper, vt pergas veram illam & antiquam theologiã excitare, quæ fidei & veritatis, pietatiſq; longe plus habet, quam nouitia iſta ſophiſticis nugis fede, heu nimium conſpurcata.

Vale. Pariſij. Luthetię Ianuarij. xiiij. anno Chriſti. M. D. XX.

¶ Impreſſit Pariſijs q̃ emendatiſſime fieri potuit non exiguo ære honeſtus vir ac bibliopola inſignis Guillermus boſſozel, ſub ſigno Caſtri rubri, in vico Iacobeo.

¶Incipit prologus.

CVm ſtarem in foro tota die ocioſus placuit ei qui quos vult vocat. Cui vult miſeretur, & quē vult indurat, me a maris huius fluctibus ad portum monaſterij reuocare, & ad ſuę ſeruitutis obſequiū inuitare. Quid dicam īuitare: immo potius vt verum fatear quaſi inuitum & quodammodo renitentem, & ſępius expectare, expectātē repetere, repetētē trahere, iam enim cōglutinatꝰ erat in terra vēter meus adhęrebat pauimento anima mea, & infixus eram in limo profundi, ita ꝙ niſi periclitanti & iam pene pereunti dextram dediſſet miſericordia redemptoris, nihil reſtabat, niſi vt demergeret me tempeſtas aquæ, abſorberet me profundum & vrgeret ſuper me puteus os ſuum. Tandem tamen correctus ab eo qui omnem filium quem recipit flagellat & corripit. Relictis ſæculi curis: & his paucis: quę non in theloneo ſeu in foro quæſieram aperui pulſanti: & intrare cogenti, eumq; ſecutus hanc vaſtam ſolitudinem ingreſſus ſum. Cumq; deide ſederem in cella ſolus volens quæ retro ſunt obliuiſci, & ad ea quæ ſupra nos ſunt mentis oculos erigere cœpi in Rachelis amplexibus delectari, & pro eius connubio domino ſeruire, & eius aures frequenti nunc lectione nunc oratione pulſare. Et quia huic rei vtili ſcilicet lectioni & deuotæ orationi, & ad captandam & impetrandam tanti domini pro tanto beneficio conſequendo beneuolentiā & gratiam præ cæteris diuinæ ſapientiæ libris mihi magis congruere viſus eſt dauidicus pſalmorum liber, in quo totius ſapientię & ſciētiæ theſauri conditi, ſunt in quo quicquid boni alibi quærit̄ hic inuenitur, nam Caſſiodoro. Teſte, ſi geneſim quæras hic quemadmodum fuerit mūdus fabricatus inuenitur. Si prophetam. Quis de incarnatione domini tanta locutus eſt. Si euangelium cupias paſſionem & reſurrectionem Chriſti domini innumeris locis euidenter inuenies. Si apoſtolum velis, audi doctorem, audi miſerentem: qui & futura iudicia propter correctiones prædicat: & pro peccatoribus frequenter orat, & ne longius differam (inquit) nouum & vetus teſtamentum liber iſte tanta proprietate complectitur, vt reuera ſpiritualem bibliothecam in eo intelligas eſſe conſtructam. Teſtis etiam eſt Athanaſij. Epiſcopi ſermo magnificus qui virtutes pſalmorum indagabili veritate diſcutiens omnia illic eſſe probat quecunq; ſanctæ ſcripturæ ambitu continentur (nam & naturam quoq; dei ſi fas eſt) duobus verbis facit ſubintelligi cum in ſecundo pſalmo dicit. Ego hodie genui te: quę nullis libris nullis codicibus præualet comprenēdi. Hæc ille. Hunc propterea librum mihi familiarem elegi doctrinam ſecutus. Hieronimi. Dicentis ad Ruſticum monachum. Nunq̄ de manibus & oculis tuis recedat liber, diſcatur pſalterium ad verbum. Verum quia ſicut oratio ſine meditatione arida eſt ita ſi quod legitur, non intelligitur, lectio inanis efficitur. Nam & eunucus Candacis reginæ. Ethyopum, donec exponente Philippo quod in Eſaya legebat intellexit: in infidelitate permanſit. Qui mox vt quod legebatur aduertit baptiſmi gratiam recepit. Propter quod nos admonet propheta pſallere ſapienter. Et dominus in euangelio ait, ꝙ omnis qui audit verbum regni & non intelligit. Venit malus & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius. Ego igitur hæc attendens circa pſalmorum intelligentiam poſſibilem mihi curam adhibui. Et quamuis ingenij mei tarditas tantorum miſteriorum ſecreta ſcrutari minime ſufficiat dei tamē pietate & miſericordia fretus, qui habet clauē Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Qui & infantium linguas diſertas facit, & ſi non poſſim formatos panes ſupra menſam propoſitiōis offerre, aut plenos manipulos ad domini aream reportare, ne tamen creditum mihi, talentum penitus in terra fodiam. Et ne in agro domini ſterilis omnino appareā (aridæ ficulneæ territus exemplo) cœpi micas aliquas quæ cadunt de menſa dominorum. Et cum Ruth moabitidæ poſt terga metentium. ſpicas colligere. Nec me ꝓhibuit dominꝰ meſſis, quinimmo etiam meſſoribus præcepit vt de manipulis ſuis ex induſtria proijcerent, & remanere permitterent vt ſine rubore colligerem, & me colligentem nemo corriperet, horum itaq; exemplo ex dictis ſanctorum & catholicorum doctorum. Hierony. Auguſtini, Ambroſij, Gregorij, Caſſiodori, Hugonis cardialis. Gloſę ordinarię. Nycolai de Lyra. Et aliorum infra ſuis locis nominatorum. Qui qualia de menſa domini ſuſceperunt talia nobis ſuis ſcriptis inde ſumenda reliquerunt: fragmenta collegi, vt ex eis eſurientem animam meam poſſem aliquantulum reficere, & ea cæteris. Non quidem doctis qui abundant panibus, ſed pauperibus & mecum ſimiliter eſurientibus communicare. In quo licet non ſemper verbum ex verbo tranſtulerim, ſenſum tamen doctorum prædictorum in nullo immutaui. Neceſſe enim mihi fuit interdum vt correſponderent poſteriora prioribus, & vt clauſulæ ſeu ſententiæ poſteriores, ſine diſſonantia latinitatis prioribus conuenirent, in aliquibus verbis ſeu nominibus immutare caſum genus numerum, vel perſonam, & vnum pro reliquo ponere. Citra tamē immutationem ſententiæ. Et cum duo ſeu plures ex dictis doctoribus in vnam ſententiam conueniunt, nomina ſingulorum in capite cuiuſlibet clauſulæ præpoſui. Non tamen eorum ſingula verba deſcripſi, ſed ex his & illis ea ſola collegi quæ mihi pro planiori expoſitione literæ magis congruere viſa ſunt. Hæc præmiſi ne forte cum quis ſtudioſus lector iſta legerit, & in originalibus ſcriptis doctorum prædictorum aliter inuenerit, me arbitretur erraſſe, nam ſi diligenter ſingulorum ad hoc allegatorum dicta coniunxerit clare inueniet me ab eorum ſententia in nullo deuiaſſe. Legant igitur quibus placet, & ſi me in aliquo erraſſe inuenerint mihi parcant, & ignorantiæ ſeu negligentiæ imputent. Si quid vero quod eos delectet inde acceperint pro me orent & deo gratias agant, qui ſacrificium laudis noſtrę in hymnis canticis, & pſalmis de manu ſeruorum ſuorum accipere. Et cum laborum noſtrorum finis aduenerit nos ſanctorum collegio, & cum eis eum æternaliter ſine fatigatione laudare valeamus ſociare dignetur.

AMEN.

Tituli et capita

¶Primo itaq; loco ponuntur tituli ſingulorum pſalmorum cum ſuis ſummarijs ſeu rubicis, vt ſequitur.

¶Tituli & capita ſingulorū pſalmorum cum ſummarijs ſeu rubicis eorum.

¶Primus pſalmus.

¶ Si quem dici poſſe beatum cogitas, dic.

j. Beatus vir qui non abijt. vij

¶Huic pſalmo, titulus non apponitur, quia principium eſt & perfectio aliorum pſalmorum, & caput libri. Et agit de Chriſti, ſiue de viri iuſti perfectione & fœlicitate, impiorūq; vanitate & damnatione.

¶Ex Iudæorum in Chriſtum inſidijs, aliorum in te patienter ferens, dic.

ij. Quare fremuerunt gentes. xiii

¶Titulus pſalmus Dauid. Et agit de conuentu infidelium contra Chriſtum in paſſione. Et de regni ſui inſtitutione & dilatatione, & ſua inenarrabili generatione.

¶Si multiplicati ſunt in te hoſtes, dic.

iii. Domine quid multiplicaſti. viii

¶Titulus pſalmus Dauid, cum fugeret a facie Abſalon filij ſui. Et agit de Chriſti paſſione & eius glorioſa reſurrectione, & de eccleſiæ & vniuſcuiuſq; fidelis tribulatione & impugnatione.

¶Si exauditus es a deo gratias agens, dic.

iiii. Cum inuocarem. x

¶Titu. in finē pſalmus cantici Dauid. Et orat eccleſia vel quilibet perfectus, vt eius audiatur oratio increpans infideles, quia vanitatem ſequuntur. Monetq; generalitatem, vt ſacrificium iuſtitiæ deo immolet, vnde ingentia eius beneficia conſequatur.

¶Si vides parari tibi inſidias, dic.

v. Verba mea. xv

¶Titulus in finem pſalmus Dauid pro ea quę hereditatem conſequetur. In quo orat eccleſia orationem ſuam audiri. Prædicans hæreticos & ſciſmaticos a dei munere excludēdos. Fœlicia inſuper commemorans præmia beatorum.

¶Si minas dei ſentis & territū te vides, dic.

vi. Domine ne in furore. x

¶Tit. in finē in hymnis pro octaua pſal. Dauid. Et eſt oratio pœnitētis dei miſericordiā implorātis, & alios ſuo exēplo vt ſimiliter pœniteant exhortātis.

¶Si qui machinantur contra te conſiliū, dic.

vii. Domine deꝰ meꝰ in te ſpera. xviii

¶Titu. pſal. Dauid, quē cātauit domino pro verbis Chuſi filij Gemini. Et ꝑtinet ad humanitatē Chriſti, qui per id quod factꝰ eſt humilis ſecundū ſuā iuſtitiā & veritatē ſe petit iudicari, vel eſt oratio viri iuſti in tribulatione poſiti, corporali vel ſpirituali, a qua cum iuſtitia petit diuinitus liberari.

¶Si mirifica Chriſti meditaris opa, dic.

viii. Domine dominus noſter. ix

¶Titulus in finem pro torcularibꝰ, pſalmꝰ Dauid. Et agit de Chriſti magnificentia honore & gloria, cuius gratia & virtute conſtituta eſt & corroborata vniuerſalis eccleſia.

¶ Si coherceri inimicum vis, & creaturā ſaluari, dic.

ix. Confitebor tibi domine. xlii

¶Titu. in finē pro occultis filij pſal. Dauid. Et eſt hic exhibitio laudis diuinæ propter duplex iudiciū Chriſti in aduētu eius duplici. Et propter deiectionem Antichriſti. Orans iudicij tempus velociter aduenire, ne cuiuſlibet iniquitas vltra præualeat.

¶Si quis te metu affecerit, dic.

x. In domino confido. viii

¶Titu. in finē pſalmus Dauid. Et agit de hæreticis qui nituntur catholicos in ſuam conuertere prauitatem, comminās illis domini iudicium, & quid in illa retributione debeant ſuſtinere, prædicens.

¶Si abūdat malitia cōfugiēs ad deū dic.

xi. Saluum me fac domine. ix

¶Titu. in finē pſalmus Dauid pro octaua. Et agit de periculis ac malis & vanitatibus huius ſæculi, a quibꝰ omnibꝰ eccleſia, vel fidelis & perfectus petit liberari, eloquia domini ſub breuitate cōmendans.

¶ Si perſeuerant in te inimicorum inſidiæ, dic.

xii. Vſquequo domine. vi

¶Titu. in finē pſalmꝰ Dauid. Et agit de multiplici aduerſitate & tribulatione fidelium, a quibus petit eccleſia, ſeu quilibet fidelis diuinitus liberari, & vt confuſa gētilitas ſuum poſſit cognoſcere creatorē.

¶Si audis impios cōtra deum, & in eius prouidentiam loquentes, dic.

xiii. Dixit inſipiens. xi

¶Ti. in finē pſal. Dauid. Et agit de peccatoribꝰ in malis ſeu obſtinatis, & ſpecialiter de gētibus & Iudæis eorum in fine ſæculi conuerſionē prædicens.

Si cogitas qui regnum cœlorum ſunt ingreſſuri, dic.

xiiii Domine quis habitabit, vii

¶Titu. in finē pſal. Dauid, in quo ꝓpheticæ interrogationi reſpōdet dominus in decalogi exēplum decē virtutibus ad ſuæ beatitudinis atria perueniri.

Si ſperans in domino de futura reſurrectione gaudes, dic.

xv. Conſerua me domine. xi

¶Titu. tituli inſcriptio ipſi Dauid, In quo agit de Chriſti ad patrem oratione in ſuſceptione perſonę humanæ. Eiq; gratias refert: ꝙ ſua potētia iniquitatem huius ſæculi ſuperauit: & poſt reſurrectionis gloriā eū in delectationibus dexteræ ſuæ collocauit.

Si fatigatus ab hoſtibus refrigerium petis, dic.

xvi. Exaudi domine iuſticiam. xvii

¶Titu. oratio Dauid, Et eſt oratio Chriſti tempore ſuæ paſſionis inſtāte per quam petit iuſticiā ſuā ſibi reſtitui: & a iudęorum inſidijs liberari: & ſuam

reſurrectionem accelerari, ne inimicis ſuis ſibi diutius liceat inſultare. Vel eſt oratio cuiuſlibet fidelis & iuſti in tribulatione poſiti.

¶ Si liberatus es ab aduerſitatibꝰ aut inimicis, dic.

xvii. Diligam te domine fortitu. liiii

¶ Titu. in finem puero domini Dauid, qui locutus eſt domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum dominꝰ de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit. Et eſt vox Chriſti & eccleſiæ de ſua ab inimicorum ſuorum multiplici liberatione gratias agentis. Loquiturq; eccleſia, q̀ ante aduentũ Chriſti innumeras pertulerit calamitates, vox etiam Chriſti inducitur, vbi virtus eius, poteſtaſq; deſcribitur.

¶ Si miraris ordinẽ rerum & prouidentiæ gratiam, dic.

xviii. Cœli enarrant. xvi

¶ Titulꝰ. in finem pſalmus Dauid. In quo agit de Chriſti incarnatione ac noui regis & eccleſię catholicæ prædicatione & commendatione, noui ac veteris teſtamenti præcepta magnificans. Et a domino petens ſe ab occultis vitijs purgari.

¶ Si bonos tribulatos vides aut illis bona imprecaris, dic.

xix. Exaudiat te dominus. x

¶ Ti. in finẽ pſal. Dauid. In quo rogat ꝓpheta ꝓ Chriſto vel eccleſia, vt a ſuis tribulationibꝰ releuet & in ſuis petitiõibus ac votis exaudiat, petẽs illius cõſiliũ a domino cõfirmari, dicenſq; fideles nõ poteſtate mundana, ſed diuina potẽtia manificãdos.

¶ Si aduerſarios Chriſti ſuccumbere vides, dic.

xx. Domine in virtute tua. xiii

¶ Ti. in finẽ pſal. ipſi Dauid. In quo domini ſaluatoris primo incarnationem, & poſtea deitatis facta propheta narrãte decãtat. Agit etiam de inimicorũ ſuorũ miſeria & eorum pœna præſenti & futura.

¶ Si meditatione paſſionis Chriſti patiẽtiam in aduerſis habere cupis, dic.

xxi. Deus deus meus reſpice. xxxiiii

¶ Titu. in finẽ pro ſuſceptione matutina pſal. Dauid. Et agit de vehemẽtiſſima & amariſſima Chriſti paſſione, eiuſdẽq; paſſionis fructu & vtilitate admonẽs fideles laudare dominũ, quia in reſurrectione ſua catholicam reſpexerit eccleſiam.

¶ Si tentationes deſunt & tibi proſpera aſſunt, dic.

xxii. Dominus regit me. ix

¶ Ti. pſal. Dauid. In quo eccleſia vel quilibet fidelis deo gratias agit, quia de ariditate peccati ad loca paſcuę & ad aquas refectionis ſit inductus, & de cęteris dei donis, & impenſis ſibi cœlitus beneficijs.

¶ Si cogitas qui ſint adepturi beatitudinem, dic.

xxiii. Domini eſt terra. x

¶ Titu. pſalmus Dauid prima ſabbati, in quo propheta teſtatur Chriſti ditioni vniuerſum orbẽ eſſe ſubiectũ, diffiniẽs quibus virtutibus prædicti ſunt in eius eccleſia conſtituti.

¶ Si irritant te inimici, dic.

xxiiii. Ad te domine leuaui. xxiii

¶ Titu. in finem pſalmus Dauid. In quo eſt oratio eccleſiæ vel perſonæ deuotæ flagellis & tribulationibus grauiter afflictæ. Et imploratio diuini auxilij pro liberatione, ne ante conſpectum domini contemptibilis appareat inimicis.

¶ Si ſentiens te innoxium, a deo petis iudicium, dic.

xxv. Iudica me domine. xii

¶ Titu. pſalmus Dauid. In quo agit de eccleſię ſeu viri iuſti innocentia & ſanctitate, eiuſq; ne a propoſito moueatur oratione.

¶ Si graſſantibus in te inimicis, in domino confidis, dic.

xxvi. Dominus illuminatio mea. xx

¶ Titu. pſalmus Dauid priuſquã liniretur. In quo agit de fortitudine & conſtantia in aduerſis, & de tentationibus vitæ præſentis, ac de profectu & perſeuerentia in virtutibus & bonis, & ſpiritu prophetiæ ſpem ſibi futuræ beatitudinis pollicetur.

¶ Si anxietas te tangit & vitæ tædiũ, dic.

xxvii. Ad te domine clamabo. xii

¶ Ti. pſal. ipſi Dauid, vel huic Dauid. In quo orat Chriſtꝰ per id quod homo eſt, vt eiꝰ audiatur oratio. Agitq; gratias, quoniã exauditꝰ eſt. Rogãs, vt ſicut ipſe ſuſcitatus eſt poteſtate diuinitatis ſuæ, ita ſaluus fiat populus eius nomini crediturus.

¶ Si munus deo offeras, dic.

xxviii. Afferte domino. x

¶ Ti. pſal. Dauid in cõſummatiõe tabernaculi. In quo ꝓpheta credẽtes generaliter admonet, vt domino ſacrificia, deuota mẽte pſoluãt. Et de beneficijs a deo ſibi collatis grati eſſe ſtudeãt. Septẽnaria narratione ſancti ſpiritus virtutes enumerans.

¶ Si liberatus es ab his quæ te premebãt malis, dic.

xxix. Exaltabo te domine. xv

¶ Titulus. pſal. cantici dedicationis domus Dauid. Et eſt vox Chriſti ad patrem gratias agẽtis pro ſua liberatione & reformatione in reſurrectione, vel eſt vox eccleſiæ ſeu cuiuſlibet iuſti fidelis in tentatione & tribulatione.

¶ Si oppreſſus malis in deo cõfidis, dic.

xxx. In te domine ſperaui. xxxi

¶ Titu. pſal. Dauid pro extaſi. Et eſt vox Chriſti in cruce pendẽtis orantis patrẽ, vt de malis imminẽtibus liberetur. Agitq; gratias pro ſe & populo fideli, pro cuius conſolatione & exaltatione orat.

¶ Si cogitas fœlicitatẽ eorum qui dei miſericordiam conſecuti ſunt, dic.

xxxi. Beati quorum. xiiii

¶ Ti. intellectus Dauid, vel ipſi Dauid intelligẽtia. Et eſt vox pœnitẽtis, & domini reſpõdentis ſe circundare miſericordia ſua ſperãtes in ſe, in quo oſtẽdit hominẽ, nõ meritis proprijs, ſed gratia dei poſſe ſaluari, ſi admiſſa non neglexerit confiteri.

¶Si in cœtu iuſtorum verſaris, dic.
xxxij. Exultate iuſti in domino. xxij
¶Titu. In finem pſalmus Dauid. In quo exhortatur & inuitat iuſtos ad dei laudē propter ipſius ſummam fidelitatem, potentiam, ſapientiam, & bonitatē. Beatoſq; appellat, qui ad eius meruerint peruenire culturam.

¶Si liberatus a malis, mites inuitas ad gratias agendas, dic.
xxxiij. Benedicam dominum. xxij
¶Titu. pſal. Dauid, cum immutat vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eū, & abijt. In quo propheta admonet manſuetos ad dei laudem & timorem. Et vt a delictis ſe abſtineāt iuſtoſq; dicit in ſua iuſtitia liberandos, impios vero perituros.

¶Si aduerſarijs tuis reſiſtere non potes, dic.
xxxiiij. Iudica dn̄e nocētes me. xxxii
¶Titulus. In finem pſalm⁹ ipſi Dauid. Et agit de Chriſti paſſione & ſuorum membrorū perſecutione diuinum implorans auxilium pro eorum liberatione & perſecutorum ſuorum deiectione.

¶Si malos vides ſibiipſis cauſa mali eſſe, dic.
xxxv. Dixit iniuſtus. xiii
¶Titu. In finem ſermo domini pſalmus Dauid. Et agit de malitia ac peruerſitate & accuſatiōe iniquorum, necnon & de benignitate & laude ac gloria, & præmijs iuſtorum.

¶Si mali & ſuperbi in paruos & humiles ſuperbiunt, dic.
xxxvi. Noli æmulari. xlii
¶Titu. pſal. Dauid. Et agit de morum correctione & infirmorū conſolatione ac de diſpari bonorum & malorum ſtatu & conditione in præſenti & in futuro.

¶Si iram dei times, dic.
xxxvii. Domine ne in furore. xxiii
¶Titu. pſal. Dauid in rememoratione diei ſabbati. Et eſt vox pœnitentis ſuas miſerias pro peccatis lamentabiliter confitentis, & benigni iudicis miſericordiam deprecantis, qui ſe corpore & animo ſauciatum amicorum exprobratione dicit eſſe confuſum, docens nos in memoria habere peccatum ad cauendum & dolendum.

¶Si iniuſte accuſant te ſceleris inimici tui, dic.
xxxviii. Dixi cuſtodiam. xviii
¶Titu. In finem pro Idithum, canticum Dauid. Et agit de cuſtodia linguæ ac de vanitate & miſeria vitæ humanę, petens finem vitæ ſuæ notam ſibi fieri & noxia delicta ſibi dimitti.

¶Si poſt longam expectationem a malis liberatus es, dic.
xxxix. Expectans expectaui dominum. xxiiii

¶Titu. In finem pſal. Dauid. Et agit de aduentu Chriſti in carne & veterib⁹ ſacrificijs immutatiōe. De euangelicæ legis promulgatione, & pro fideliū bono ſtatu ſupplicatione.

¶Si miſericordem vides, ſiue proſperantem, ſiue depreſſum, dic.
xl. Beatus qui intelligit. xiiii
¶Titu. In finem pſalmus Dauid. Et agit de Chriſto deo ſimul & homine, credēdo ſecundum humanitatem iniuriato & paſſo ac per diuinitatem reſuſcitato & glorificato, vel eſt vox prophetæ beatum prædicantis eleęmoſinæ largitorem.

¶Si laceſſeris ab impiis deum deſiderans, dic.
xli. Quemadmodum. xvi
¶Titulus. In finem, intellectus filijs Choræ. Et eſt vox filium dominum deſiderantium, animæq; ſuæ dicentium, ne deo adiutore in hoc ſæculo turbetur. Agit enim de feruenti deſiderio diuinę viſionis, ac tædio dilationis propter moram præſentis peregrinationis.

¶Si falſo iudicio humano tractaris, dic.
xlii. Iudica me deus. vi
¶Titulus. In fine pſalmus Dauid. Et eſt vox eccleſiæ orātis, vt in nouiſſimo examine ab infidelibus diuidatur, & de ſuo introitu ad deum.

¶Si recordaris ātiqua dei beneficia, dic.
xliii. Deus auribus noſtris. xxviii
¶Titu. In finem filijs Choræ ad intellectum pſalmus Dauid. Et agit de proſperitate temporali patrum veteris teſtamenti, & de grauitate temporalis afflictionis fidelium noui teſtamēti, orans vt in futuro iudicio de inimicis vindicentur.

¶Si meditaris egreſſum Chriſti a patre ad humanam carnem aſſumendam, dic.
xliiii. Eructauit cor meum. xx
¶Titul⁹. In finem pro his qui commutabuntur filijs Choræ ad intellectum canticum pro dilecto. In quo propheta ſpiritu ſancto plenus incarnationē domini Chriſti ſe eructare promittit, & miſticis virtutibus eccleſiā Chriſti ſponſam deſcribit eam multiplici laude commendans.

¶Si confugiens ad deum mala quę premebant euaſiſti, dic.
xlv. Deus noſter refugium. xi
¶Titu. In finem filijs Chore pro archanis pſalm⁹ Dauid. Et agit de aduentu Chriſti, & de conuerſione & ſaluatione gētium & perturbatione fidelium deo protectore nihil timentium.

Si nouus populus regno Chriſti accreſcit, dic.
xlvi. Omnes gentes plaudite. ix
¶Titu. In finem pro filijs Choræ pſalm⁹ ipſi Dauid. In quo eſt vox eccleſię deum laudantis, & eius aſcenſionem prædicantis, & inuitantis ad dei laudem propter eius excellentiam & dignitatem ac beneficiorum exhibitionem.

¶Si Chriſti cõformē eccleſiæ ſtatū animo verſas dic.

xlvij. Magnus dominus. xiij.

¶Tit. Pſalmus vel laus cantici pro filijs Chorę ſecũda ſabbati,& agit de eccleſiæ fundatione,& magna eius & fundatoris ſui commendatione,dignitate & laude.

¶Si ſtatus fœlicium & miſerorum occurrit cogitandus dic.

xlviij. Audite hæc omnes gentes. xxj

¶Ti. In finē filijs Choræ pſalmus Dauid.Et agit de meritis iuſtorum & pœnis impiorum,& ne diuites in hoc ſęculo timeantur qui cum omnib⁹ vanitatibus ſuis in quibus cõfidunt ſunt ęternaliter perituri.

¶Si noſſe vis quomodo in ſecundo aduentu liberaberis dic.

xlix. Deus deorum dominus. xxiiij

¶Ti.pſalmus Aſaph. Et agit de primo & ſecũdo aduentu Chriſti & de ſacrificijs veteris ac noui teſtamēti,& redargutione ac repulſione indebiti miniſtri,monens fideles vt ſacrificium laudis deo offerant.

¶Si pœnitens de peccato reuertaris ad dominum,dic.

l. Miſerere mei deus. xx

¶Titulus in finem pſalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan propheta quando intrauit ad Berſabee.Et eſt oratio vere pœnitētis,dei magnam miſericordiam pro venia & gratia obtinenda humiliter & deuote implorantis.

¶Si vides impium in malicia gloriantē dic.

li. Quid gloriaris in malitia. ix

¶Tit. In finē intellectus Dauid, cũ venit Doech ydumeus & nũciauit Sauli, & dixit illi.Ecce venit Dauid in domum Abimelech Et agit de merito ac præmio innocentis & iuſti monēs fideles vt ęquanimiter ſæculi moleſtias ſufferant.

¶Ad idem vt ſupra,dic.

lii. Dixit inſipiens. viii

¶Ti.In finem pro Amalech intellectus ipſi Dauid.Et eſt vox increpantis eos qui corde vel opere corrumpũtur & obſtinati in malicia ſua factis ſuis negant deum.

¶Si quærunt te hoſtes ad te iniuſte perdendum,dic.

liii. Deus in nomine tuo. vii

¶Ti.In finem in carminibus vel hymnis intellect⁹ Dauid cũ veniſſent Zippei & dixiſſet ad Saul. Nonne ecce Dauid abſcõditus eſt apud nos? & eſt oratio Chriſti vel eccleſiæ ſeu hominis iuſti in tribulatione poſiti pro liberatione,ab aduerſariorum perſecutione.

¶Si preſſus fueris hominũ nequitia ad deum confugias,dic.

liiii. Exaudi deus orationem. xxvii

¶Ti.In finem in carminibus vel hymnis intellectus Dauid,& eſt oratio Chriſti ad patrem ex infirmitate carnis aſſumptæ vel eccleſiæ ſeu hominis iuſti innocenter patientis,& ad deum pro ſua liberatione humiliter recurrentis,oſtedens etiam quid obſtinatis Iudæis in ſuis ſceleribus perſiſtentibus debeat euenire.

¶Si a grauiſſima hominum preſſura exauditus euaſiſti,dic.

lv. Miſerere mei deus quoniam conculca. xiii

¶Titu.In finem pro populo qui a ſanctis longe factus eſt ipſi Dauid in tituli inſcriptione cum tenuerũt eum Allophili in Geth.Et eſt vox eccleſiæ in perſecutione poſitæ,vel cuiuſlibet fidelis pro ſua liberatione ſupplicãtis,& pro ſua exauditione gratias agentis.

Si deus aduerſus quouſq; inſultus miſertus eſt tui,dic.

lvi. Miſerere mei deus miſerere mei. xiiii

¶Ti.in finem,ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione cum fugeret a facie Saul in ſpeluncam. In quo Chriſtus ſecundum humanitatem qua paſſus eſt orat.Et reſurrectionis ſuæ gloriã commemorat Patriq; laudes decantat, vel eſt oratio eccleſiæ ſeu cuiuſlibet fidelis pro liberatione a malorũ perſecutione.

¶Ad ypocritarum & falſorum Iudęorum conuerſionem,dic.

lvii. Si vere vtiq; iuſticiam. xi

¶Ti.in finem ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione in quo Chriſtus exprobat nequitiã Iudæorum & eorum retributiones declarat. Agit etiam de lætícia iuſtorũ cũ vltionē viderint peccatorum.

¶Si inſurgunt in te hoſtiles cateruę, dic

lviii. Eripe me de inimicis. xx

¶Ti.in finem . Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione, quãdo miſit Saul & cuſtodiuit domum eius vt interficeret eum. In quo Chriſt⁹ orat ne ei inimici nocere præualeãt, dixitq; quemadmodum in fine ſæculi conuertendi ſunt Iudæi pro quibus & oratio mirabili pietate depromitur.

¶Si dura paſſus es quaſi flagellum dei expertus, dic.

lix. Deus repuliſti nos. xiii

¶Ti. In finem pro his qui commutabuntur in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal,& conuertit Ioab,& percuſſit Idumeam ſeu Edon in valle ſallinarum.xij.milia. In quo populus conuerſus ad Chriſtũ orat vt poſt tribulationes quas pertulit perducatur ad ipſum orat etiam pro celeri Iudæorum & gentium depeccato ad iuſtitiam commutatione.

¶Si te malignus angit omnium hominum inimicus, dic.

lx. Exaudi deus deprecationem. viii

❡Ti. in finē in hymnis pſalmus. Dauid & eſt oratio eccleſiæ vndiq; preſſe vt ſub alarum Chriſti velamine protegatur quæ etiam gatias agit de beneficio iam recepto & in futurum recipiendo.

❡Si tentationes ſentis ad delinquendū te trahentes, dic.

lxi. Nonne deo ſubiecta erit. xi

❡Ti. in finem pro idithū pſalmus Dauid. Et eſt vox conuerſi dicentis animam ſuam deo eſſe ſubiectam monentiſq; errātes vt magis in domino q̄ in caduca huius mundi fœlicitate confidant.

❡Si ſolitudinem propter deū aut in tribulationibus petis, dic.

lxii. Deus deus meus. x

❡Ti. pſalm⁹ Dauid cum eſſet in deſerto Idumeę In quo eccleſia, deſiderans domini videre virtutē agit gratias quia ſub protectione domini procellas mūdi euaſit vel eſt vox viri anachoritę ī loco ſolitario.

❡Si timeas falſo crimināntium linguas, dic.

lxiii. Exaudi deus orationem meam cū deprecor. xi

❡Ti. in finem pſalmus Dauid. Et loquitur Chriſtus per totum hunc pſalmū de ſua paſſione, orās ne cedat inimicis, ſed vt conſtātiam habeat, liberetur q; finaliter ab eis.

❡Si te laudādi deū accipit deuotio, dic.

lxiiii. Te decet hymnus deus in Syon. xiiii

❡Ti. in finem pſalmus Dauid, canticū Hieremiæ & Aggei, & Ezechielis de populi tranſmigratione cum inciperent proficiſci, in quo populus a peccato liberatus orationem ſuam poſtulat exaudiri: diuerſas laudes domini potētiamq; enuncians & diuerſa eius beneficia in præſenti colata & in futuro conferenda.

❡Si Chriſti religionem longe diffundi cupis, dic.

lxv. Iubilate deo omnis terra. xxix

❡Ti. in finem pſalmus Dauid, canticum reſurrectionis Et agit de dei laude & gratiarum actione propter operam dei mirabilia, ac pro glorioſa martyrum & tribulatorum victoria conſolatione diuina Vel eſt vox eccleſię vniuerſitatem hortantis vt de domini reſurrectione congaudeat.

❡Si miſericordiam & illuminationem a deo poſtulas, dic.

lxvi. Deus miſereatur noſtri. ix

❡Ti. in finem in hymnis pſalmus cantici Dauid in quo propheta ſupplicat vt cum fidelibus mereatur benedici illiq; confitendum dicitqui populos iudicat in æquitate.

❡Si a malignis ſpiritibus nocumentum times, dic.

lxvii Exurgat deus. xxxviii

❡Tit. in finē pſalmus, cantici Dauid. In quo propheta Chriſti adueutum annuciat, inimicorum q; eius ſuperbiam conprimendam Agit etiam de ei⁹ paſſione reſurrectione, aſcenſione, ſpiritus ſancti miſſione, & alijs beneficijs ſuis multis ac de gratiarum actione pro ipſis.

❡Si in magnis anguſtijs es conſtitutus, dic.

lxviii. Saluum me fac deus. xlii

❡Ti. in finem pro his qui cōmutabuntur ipſi Dauid Et agit de oratione Chriſti ad patrem in ſua paſſione & pro ſua liberatione a luto huius ſæculi, ne ſpes fidelium in eius reſurrectione decipiatur, pronunciat etiam quæ ſuis inimicis cōtingere nouerat.

❡Si times inſultum animam tuam deperdere volentium, dic.

lxix. Deus in adiutorium. vii

❡Ti: in finem pſalmus Dauid. In rememoratione q; ſaluum fecit eum dominus. Et eſt vox martyrū & confeſſorum & iuſtorum in tribulatione poſitorum deprecantium vt a perſequentium periculis liberentur.

❡Si te peruerſi (cum deo ſeruias) nequā & a deo derelictum iudicant, dic.

lxx. In te domine ſperaui. xxvi

❡Ti. pſalmus. Dauid filiorum Ionadab & priorū captiuorū. Et eſt vox deuotorum qui ab humanis iniquitatibus ſe petunt liberari vt domino gratias liberius referre poſſint.

❡Si falſum ab hominibus iudicium ſuſtinens in deo conſoleris, dic.

lxxi. Deus iudicium tuum regi da. xx

❡Ti. In ſalomonē, pſalmus, In quo propheta aduentum Chriſti annuncians ab omnibus regibus eum dicit adorandum, quia humanum gen⁹ a diaboli poteſtate redemit, & agit de regni ei⁹ commēdatione & omnium ſubiectione.

❡Si uides malos proſperari ne ſcandalizeris, ſed dic.

lxxii. q̄ bonus Iſrael deus. xxviii

❡Ti. Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe pſalmus Aſaph. Et eſt vox prophetæ admirantis cur inimicis dei & paganis proſperitas tanta eueniat, econtra vero cur boni & iuſti multipliciter tribulātur.

❡Si populum fidelem vides afflictum precare deum, & dic.

lxxiii. Vt quid deus repuli. xxiiii

❡Titu. Intellectus Aſaph. Et agit de lamentatione miſeriæ Iudæorum & deſiderio liberationis ipſorum, & ſimiliter fidelium in captiuitate peccati detentorum.

❡Si diuerſas hominum ſortes vides ne a ſcribe fortunę ſed, dic.

lxxiiii. Confitebimur tibi deus. x

❡Ti. In finem ne corrūpas pſalm⁹. cantici Aſaph Et eſt vox fidelium qui Chriſti mirabilia narrare ſe profitentur, & de Chriſti futuro iudicio in quo ſuperbi dannabuntur & humiles exaltabuntur.

¶Si diuini verbi incarnatio te ducit in admirationem, dic.

lxxv. Notus in Iudea deus. xij

¶Titu. In finem in carminibus pſalmus. Aſaph canticum ad aſſirios. Et eſt vox eccleſiæ hortantis vt deo potenti anima fidelis munera offerat.

¶Si aduerſus terrena ex ſpiritualibus cōſolationem cupis, dic.

lxxvi. Voce mea ad dominum clamaui. xx

¶Titul⁹. In finem pro Idithum pſalmus Aſaph. Et pertinet pſalmus, iſte ad congregationem fidelium quæ vicia huius ſæculi tranſiliens ad illum finē peruenit cui nihil poteſt ſimile reperiri, & agit de mutatione iræ dei in miſericordiā, & de diuerſis eius operib⁹ & miraculis, & deliberatiōe populi ſui a tribulationibus & periculis.

¶Si ex antiquis noſce vis ꝙ deus legem ſuam ſeruari velit, dic.

lxxvij. Attēdite pop. meus. lxxviii

¶Ti. Intellect⁹ Aſeph. Et eſt vox prophetæ ad Iudæos enumerantis quanta munera eis tribuerit vel mirabilia oſtēderit qualiſqꝫ in eis vindicta prouenerit.

¶Si hoſtiles impetus loca dei deſolarūt dic.

lxxviii. Deus venerunt. xvi

¶Ti. pſalmus Aſaph. Et eſt vox iudæorum dicentium quanta in perſecutione Anthiochi vel gentium pertulerunt quæ tamen perſecutio ad animā quæ ſępe ciuitas ſcribitur referenda eſt, quę malorum in eam perſecutionem narrat & de ſua liberatione gratias agit.

¶Si aliquos ſacris miſteriis imbui optas, dic.

lxxix. Qui regis Iſrael, xx

¶Titu. In finem pro his qui immutabuntur pſalmus. Pro Aſſirijs teſtimonium Aſaph. Et agit de primo aduentu Chriſti in carne, & de inceptione ac perfectione eccleſiæ cuius proceſſus & ſtat⁹ hic deſignatur ſub nomine vineæ.

¶Si aliquid lætum ſuperuenit aut celebritas adeſt dic.

lxxx. Exultate deo adiut. xv

¶Ti. in finē pro torcularibus quinta ſabbati, pſalmus ipſi Aſaph. In quo propteta fideles admonet vt multimodis vocibus deum magnificent. Et nequiſquam idola, ſed ſolum deum adoret. Agit etiā de bonorū probatione & malorum reprobatione.

¶Si arduum negotium aliquorum iuditio aut delectui commiſſum eſt, dic.

lxxxi. Deus ſtetit in ſinagoga deorum. viii

¶Titu. pſalmus Aſaph. Et agit de primo aduentu Chriſti, & de redargutione veteris ſynagogæ ac de increpatione iniquorū iudicium, & perdictione damnationis & pœnæ ipſorum.

¶Si certamen aut bellum eſt impiorum contra pios, dic.

lxxxii. Deus quis ſimilis erit tibi. xvii

¶Ti. Canticum pſalmi Aſaph. Et eſt vox fideliū deprecantium, ne a ſatellitibus Antichriſti diutius eccleſia torqueatur, ſed cito eorum contumatia opprimatur per ſecundum eius aduentum.

¶Si in ſacro aliquo loco dei ſeruitio mācipatus es, dic.

lxxxiii. Quam dilecta. xiii

¶Titu. in finem pro torcularibus filijs Choræ pſalmus. Et eſt vox eccleſiæ deum vehementer deſiderantis, & beatum eſſe profitentis cui dominus præſtat auxilium, & de modo veniendi ad ipſum.

¶Si de virgine quę fructum vitę attulit, cogitas, dic.

lxxxiiii. Benedixiſti domine. xiiii

¶Ti. in finē filijs Chorę pſalmus Dauid. In quo agit de primo aduentu Chriſti, & incarnationis miſterio ac de pluribus beneficijs inde humano generi miſericorditer collatis.

¶Si puritatem vitæ in paupertate retines, dic.

lxxxv. Inclina domine. xvi

¶Ti. oratio Dauid. Et eſt oratio Chriſti ad patrem inſtante paſſione pro ſe ſuiſqꝫ membris quorū ipſe caput eſt vel cuiuſlibet fidelis poſiti in corporali vel ſpirituali tribulatione & recurrentis ad eum pro ſua liberatione.

¶Si loca ſancta recte gubernari optas, dic.

lxxxvi. Fundamenta eius. vii

¶Titu. filijs Choræ pſal. cantici. Et agit de eccleſię militantis faſtigio & dilatatione. Ac de eccleſiæ triūphātis p̄conio. Eiuſqꝫ iugi lætitia & laude.

¶Si anxiatus eſt in te ſpiritus tuus, dic.

lxxxvii. Domine deus ſalutis meæ. xix.

¶Tit. canticum pſalmi filijs Choræ in finem pro Melech ad reſpondendum, intellect⁹ emam Iſraelitæ in quo agit de Chriſti & ſuorum membrorum paſſione inimicorum qꝫ contemptu & amicorum elongatione, ac deuota diuini auxilij imploratione pro ſua reſurrectione, cum mortui non poſſint domino confiteri.

¶Si miſericordiam a deo conſecutus es dic.

lxxxviii. Miſericordias domini. li

¶Ti. intellectus Ethan Iſraelitę, Et eſt vox fideliū miſericordias domini potentiamqꝫ laudantium, de cuius miſericordia, & veritate agit, ac de mutatione veteris teſtamenti & confirmatione noui, & de ſpe quam i Chriſto habemus, & de alijs eius beneficijs pluribus.

¶Ad idem vt ſupra, dic.

lxxxix. Domine refugium. xix

¶Ti.oratio Moyſi hominis dei, & eſt oratio fidelium populorum pro eccleſia ad deum agens de reparatõe humani generis, nec nõ de breuitate & miſerijs vitæ prbſentis. Ac de longitudine & fœlicitate vitæ ſequentis.

¶Si te aut alios exhortatos ad religionẽ cupis, dic.

xc. Qui habitat. xvi

¶Ti.laus cantici Dauid in quo agit propheta de certa & infalibili protectione diuina in tentatione & pugna iuſti hominis in deo & eius adiutorio firmiter ſperantis.

¶Si noſſe vis quid faciendum feſta poſtulent, dic.

xci. Bonum eſt confiteri. xv

¶Titu.pſal. cãtici in die ſabbati in quo eſt vox eccleſię de exaltatione iuſtorum & perditione impiorum, & hortatur ad dei laudem pro diuerſis eius beneficijs.

¶Si deſideras in cultu dei animas eſſe purgatas, dic.

xcii. Dominus regnauit decorem indutus eſt. vii

¶Titu.laus cantici ipſi Dauid in die ante ſabbatũ quando fundata eſt terra. Et eſt laus eccleſiæ de incarnatione & de regno Chriſti, id eſt eccleſiæ fundatione & ſtabilitate, dilatatione & impugnatiõe.

¶Si audis blaſphemos &, dei contẽptores, dic.

xciii. Deus vltionum dominus. xxiii

¶Titu.pſal. Dauid quarta ſabbati. Et eſt oratio fidelium vt a perſecutoribus qui deum ignorant liberentur hortando ad patientiam in laboribus iuſtorum contra fœlicitatem iniquorum, & oſtendit Chriſti iudiciariam poteſtatem contra perſecutores fidelium.

¶Si adeſt celebritas, dic.

xciiii. Venite exultemus. xii

¶Ti.laus cantici ipſi Dauid. In quo propheta incitat populos ad laudẽ dei cõuenire, ne indurati ei⁹ incurrant indignationem.

¶Si beneficium noui teſtamenti cogitas, dic.

xcv. Cantate domino canticum nouum. xiii

¶Ti.pſalmus Dauid quando domus ædificabatur poſt captiuitatem. Et eſt laus fideliũ de Chriſti incarnatione, & de eccleſię exaltatione inuitans fideles ad Chriſti reuerentiam & timorem propter ei⁹ aduentum ad iudicium.

¶Si futuri iudicii ſubit mentem cogitatio, dic.

xcvi. Dominus regnauit exultet terra. xiii

¶Ti.pſal. ipſi Dauid, quando terra eius reſtituta eſt ei, & agit de primo Chriſti aduentu eiuſq; victoria & glorioſa reſurrectione ac regni commẽdatione. Admonẽs fideles in Chriſto lętari, & increpãs eos qui ydola venerantur.

¶Si audis miracula nouę, legis, dic.

xcvii. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia. ix

¶Ti.pſalmus.ipſi Dauid. in quo monet propheta ad dei laudem propter Chriſti aduentum in carnẽ & noſtram redemptionem eiuſq; aduentum ad iudicium, & noſtram glorificationem.

¶Si orare vis pro his qui legem recipiunt, dic.

xcviii. Dominus regnauit iraſcantur populi. x

¶Ti pſal. Dauid in quo agit de Chriſti regia poteſtate & magnificentia eius in eccleſia ac laude & veneratione ſibi tanquam deo & regi ab omnib⁹ exhibenda.

¶Ad idem vt ſupra, dic.

xcix. Iubilate deo omnis terra. v

¶Ti. pſalm⁹ in confeſſione. In quo admonet propheta omnes homines ad peccatorum confeſſionẽ & ad dei laudem cum exultatione & alacritate.

¶Si dei miſericordiam ad pie viuẽdum poſtulas dic.

c. Miſericordiam & iudicium. ix

¶Ti.pſalmus ipſi Dauid. In quo eccleſia dei iudicium & miſericordiam decantat, ſeq; non cum iniquis, ſed cum fidelibus habitare congaudet, docẽs & monens nos bona appetere & mala reſpuere.

¶Si vitæ malis afficeris conſolans te in deo, dic.

ci. Domine exaudi orationem meam. xxix

¶Tit.oratio pauperis cum anxiaretur in conſpetu domini, & coram domino effudi precem ſuam. Et eſt oratio Chriſti noſtro defectui compatientis, vel vere pœnitentis veniam de peccatis & liberationẽ a miſerijs deuote implorantis.

¶Si gratias deo de beneficiis agere vis, dic.

cii. Bñdic anima mea domino. xxii

¶Tit.pſalmus ipſi Dauid, in quo hortatur propheta vniuerſitatem ad dei laudem & gratiarum actionem, pro multis beneficijs collatis & cõferendis fidelibus ſuis.

¶Si dei prouidẽtiam ex veteri lege laudare vis. dic.

ciii. Benedic anima mea domino domine deus meus. xxxvi

¶Titul⁹.alleluya. Et eſt vox eccleſiæ magnificãtis deum, & inuitãtis ad eius laudem pro diuerſis operibus ſuis, & pro multis beneficijs omni creaturæ exhibitis.

¶Ad idem, vt ſupra dic.

ciiii. Confitemini domino & inuoca=te nomen eius. xliii

Titu. Alleluya. in quo propheta inuitat ad dei laudem pro tantis beneficijs & mirabilibus populo Iſrael exhibitis, monens fideles ne ſpem in iſtis trãſitorijs ponant, ſed patriarcharum viam tenentes deum ſpiritualiter ſemper exquirant.

Ad idem vt ſupra dic.

cv. Confitemini domino quoniam bonus. xlvi

Ti. Alleluya, alleluya, in quo agit de ingratitudine Iudæorum pro beneficijs a deo ſibi exhibitis, ac de iuſtitia & miſericordia dei circa illos qui relicta patrum perfidia ad pietatem domini ipſo miſerante perducti ſunt.

Ad idem vt ſupra dic.

cvi. Confitemini domino quoniã bonus. xliii

Ti. Alleluya alleluy. In quo coõonetur populus Chriſtianus vt pro collatis ſibi beneficijs & liberatione a varijs periculis anguſtijs & tentationibus laudes & gratias domino reddat.

Si a lacrem te ſentis adorandum, dic.

cvij. Paratum cor meum deus. xiiij

Titulus Canticũ pſalmi ipſi Dauid. In quo agit Chriſtus gratias patri pro ſua reſurrectione & glorificatione & pro totius mundi reconſiliatione, & ſub fide Chriſtiana ſubiectione.

Si falſas in te ſentis linguarum calumnias, dic.

cviij Deus laudem meam. xxx

Ti. In finem pſal. Dauid, in quo Chriſtus increpat Iudæos qui ſibi mala pro bonis reddiderunt, & agit de paſſione & humilitate Chriſti, ac de malicia ac pœna multiplici Iudæ traditoris & ingrati populi Iudaici.

Si conſubſtantialitatẽ Chriſti cogitas, dic.

cix. Dixit dominus dño meo. viij

Ti. pſal. Dauid in quo agit de incarnatione Chriſti, & de eius exaltatione & magnificentia, tam ex parte humanitatis q̃ ex parte diuinitatis.

Si cum multitudine ad menſam Chriſti accedis, dic.

cx. Confitebor tibi domine x

Ti. Alleluya in quo congregatio iuſtorum vndiq; collecta cõfiteri ac laudare deum, ſe dicit pro magnis & mirabilibus operibus ſuis.

Si dei timorem poſtulas, dic

cxi. Beat⁹ vir qui timet dñm. ix

Ti. Alleluya reuerſionis Aggei & Zacharię, & loquitur propheta de beatitudine iuſti, & de incarnatione Chriſti, ac de dãnatione impiorum, nec non de compendioſa vita reuertendi ad amiſſam beatitudinem angelorum.

Si de menſa eius & perceptione immaculati agni venis, dic.

cxij Laudate pueri dominum. viii

Titu. Alleluya. In quo propheta monet deuotos, vt laudes deo iugiter a cunctis mundi partibus dicant propter ſui excellentiã, monet etiam ad ſectandam humilitatem, laudatoribus neceſſariam.

Si te agnoſcas a ſeruitute dyaboli ereptum, dic.

cxiii. In exitu Iſrael &c. xxvii

Titulus. Alleluya. In quo propheta commemorat quæ beneficia dominus hebræis præſtiterit, in exitu de AEgypto, & populo Chriſtiano in receſſu ſpirituali ab hoc ſeculo, & ydola gentium vana eſſe demonſtrat.

Si benignitatem dei cogitas, dic.

cxiiii. Dilexi quoniam exaudiet. ix

Titu. Alleluya. In quo propheta gratias agit deo, quoniam exauditum ſe eſſe cognoſcit, & de profunda fouea peccatorum liberatum, orans vt poſt huiuſmodi beneficiũ liberationis requiem inueniat.

Si immolare deo ſacrificium vis, dic

cxv. Credidi propter quod. viii

Titul⁹. Alleluya. Et eſt vox inuictorum martyrũ, qui glorioſam mortẽ pro Chriſti nomine ſuſtinuerunt alios ad hoc ſuis verbis & exẽplis exhortãtiũ.

Si diuitẽ in omnes dei miſericordiam laudare vis, dic.

cxvii. Laudate dñm oẽs gẽtes. ii

Ti. Alleluya. In quo omnes gẽtes ad domini laudes excitat propter impletionem promiſſi de incarnatione Chriſti per quem facta eſt reparatio totius generis humani.

Si ſpem firmam & in deum rectã poſtulas, dic.

cxvi. Cõfitemini domino quoniam bonus. xxix

Ti. Alleluya, & eſt vox fidelium domino confitẽtium, & in eo ſolummodo confidentium, qui aperiri ſibi portas iuſtitiæ deprecantur, de angulari lapide hoc eſt de domino ſaluatore ſubiungentes.

Si quæ ſint ſtudia pietatis & vitæ noſſe vis, dic.

cxviii. Beati immaculati. viii

Ti. Alleluya. in quo per totum hunc pſalmũ vniuerſalis ſanctorum chorus eloquitur qui ab initio mundi fuerunt, ſiue ſunt, ſiue futuri eſſe credũtur, inter quos reperiũtur apoſtoli prophetæ martyres, confeſſores, eccleſiaſtici ordines, & omnes qui ſancta domino integritate famulantur, qui orant pro intelligentia & cuſtodia diuinæ legis vt ſcilicet ipſam intelligant & intelligendo opere perficiant.

Ne te lędant ꝑuerſę doctrinę ligũę, dic.

cxix. Ad dñm cum tribularer. vi

Ti. Canticum graduum, & eſt clamor pœnitentis aſcendere & proficere cupientis qui vehementer affligitur, q; in hac vita diutius commorans malorum permixtione pergrauatur.

Verum auxiliũ vnde ſit cõtemplans. dic.

cxx. Leuaui oculos meos. viii
¶Ti. Canticum graduum, in quo propheta ad ſanctorum merita oculos leuans petit eorum adiuuari precibus, ne mens eius hoſtili impugnatione ſuccumbat indubitanter ſibi promittens quod ſe integre poſtulare cognoſcit pro quo etiam diuinum implorat auxilium.

¶Si te deſiderium alterius melioriſq; vitæ capit, dic.

cxxi. Lætatus ſum. ix
¶Ti. canticum graduum, In quo gaudet propheta ſe cōmonitum ad ſupernam Hieruſalem eſſe vēturum, vbi iam ſancti ſecura proſperitate conſiſtūt loquitur q; ad ciues Hieruſalem, pacis eius abundātiam optans.

¶Si te mundi faſtus fatigat, dic.

cxxii. Ad te leuaui. v
¶Ti. Canticum graduum, vbi propheta qui prius ad ſanctos oculos leuauit, nunc ad ipſum dominū lumina cordis erexit petens. vt ei dominus ſuū donet ſuffragiū, quia inſultatiōe dyabolica ab inſultātib⁹ diuitibus & ſuperbis aduerſa patiebatur multa.

¶Si ſuperaſti pericula ſupra vires, dic.

cxxiii. Niſi quia dominus erat in nobis. viii
¶Tit. canticum graduum. In quo ſancti confeſſores fatentur ſe de tot erumnis ſæculi dei miſeratione liberatos. Aguntq; gratias, q: non ſunt decepti a perſecutoribus, ſed eorum inſidijs cōtritis erepti.

¶Si cogitas angelos bonorum eſſe cuſtodes, dic.

cxxiiij. Qui confidunt in domino. v
¶Ti. Canticum graduum. In quo clamat propheta nobis in domino cōfidendum ne laboremus in caſſum, petēs vt rectis proſperitas prauis vero vindicta proueniat.

¶Si plagam communem amouit deus, dic.

cxxv. In cōuertendo dominus. viii
¶Ti. Canticum graduum, & agit de gaudio conſolatione & gratiarum actione ſanctorum ſpiritualiter liberatorū a captiuitate ſcilicet & vinculis peccatorum.

¶Cum cogitas in poteſtate alicuius nō eſſe ſaluari, dic.

cxxvi. Niſi dominus ędi. vi
¶Titulus. Canticum graduum. In quo agit de ſpirituali domus dei, id eſt eccleſiæ & fidelium ędificatione in fide & moribus ac ſancta & honeſta cōuerſatione.

¶Si optas alicui dei timorem & benedictionem, dic.

cxxvij. Beati omnes qui timent dominum. vii
¶Ti. Canticum graduum. In quo propheta bona timentium deū enumerans eos benedixit vt æterna gaudia conſequantur.

¶Si ſępe tentatus tibi inſidias deuitaſti, dic.

cxxviij. Sępe expugnauerūt me. vij
¶Titulus. Canticum graduum, & agit de eccleſiæ perſecutione, & inter malos patientia, ac de malorum perſequentium deiectione & damnatione futura.

Si compunctum te corde & animo ſentis, dic.

cxxix. De profundis. viii
¶Titulus canticum graduū: & eſt oratio & clamor vere pœnitentis: pro liberatione a peccatis & a miſerijs qui vt beneuolentiam boni iudicis quæreret eum de magna miſericordia commendat.

Si te propter deum humilias, dic.

cxxx Domine non eſt exaltatum. v
¶Ti. Canticū graduum: & agit de humilitate interiori cordis, & exteriori corporis, & operis de ſpe continua ſemper & iugiter in domino habenda.

¶Si pacem & manſuetudinem cum omnibus obſeruas, dic.

cxxxi. Memēto domine Dauid. xix
¶Titulus, Canticum graduum. In quo deſcribit ſacramenta incarnationis dominicę cuius aduentus eccleſiam benedicat, ſacerdotes glorificet inimicos cōfundat, & ſuper ipſum dominū floreat ſanctificatio ęterna iuſticię.

Si inter vnionis fraternę amatores verſaris, dic.

cxxxii. Ecce q̄ bonum. iiij
¶Titulus. Canticum graduum. In quo propheta beatam prædicat vnitatem, vt qui ſe chriſtiana religione conſtringunt in vna charitatis conuenientia perſeuerent.

¶Si acceſſus ſit ad ſynaxin & ad ſancta ſanctorum, dic.

cxxxiij. Ecce nunc benedicite dominum. iiij
¶Titulus. Canticum graduum. In quo agit de cōmendatione charitatis diuinæ & laude dei, ac gratiarum actione in tribulationis & aduerſitatis tētatione.

Si pręcepta ſunt ſancta, dic.

cxxxiiij. Laudate nomen domini. xxi
¶Titulus. Alleluya. in quo ꝓpheta fideles ad dei laudes inuitat magnalia illius diuerſa cōmemorans deſtruenſq; falſitatem idolorum cultores redarguit.

¶Ad idem vt ſupra, dic.

cxxxv. Confitemini domino quoniā bonus. xxvij
¶Titulus. Alleluya in quo magnificentiam domini propheta declarans miracula refert quæ fecerit in ægypto & gente Iudæorum. Miſericordias eius ſæpius nobis inculcans, quia illius eſt miſericordia omne quod poſſumus, & clementia omne quod viuimus.

¶Si te cogitatus ex ſpiritualib⁹ ad vana deijcit, dic.
cxxxvi. Super flumina Babylo. xii
¶Titulus pſalmus Dauid propter Hieremiam. Et agit de populi Iſraelitici in Babylonia, & fidelium in peccatis, ſeu de huius ſæculi miſerijs, propter peccatum primi parentis captiuatione, & eorundem lamentatione.
¶Si te ſanctam legem percepiſſe recordaris, dic.
cxxxvii. Confitebor tibi domine. ix
¶Titulus pſalm⁹ ipſi Dauid, in quo vniuerſalis eccleſia domini beneficia ſibi attributa collaudās monet vt reges terræ deum confiteātur excelſū. Oratq; ne peccatores conuerſos deſpiciat, quos creare dignatus eſt.
¶Si de præſcientia & prædeſtinatione cogitas, dic.
cxxxviii. Domine probaſti me. xxiii
¶Titulus. In finem pſalmus Dauid. Et loquitur Chriſtus ad patrem de morte & reſurrectione ſua. Potentiā paternæ diuinitatis exponens vbiq; præſentis & omnia cognoſcentis. Aſſerens etiam ſanctorum confortatum eſſe principatum.
¶Si es vbi peruerſa ſunt doctrinæ dogmata, dic.
cxxxix. Eripe me domine ab homine malo. xiiii
¶Titulus. In finem pſalmus Dauid. In quo eccleſia dominum deprecatur, vt ab iniquo dyabolo & malis hominib⁹ eius miniſtris liberetur. Vindictam dicens ſuper eos in futuro iudicio venturam, qui pauperes eius inſanis motibus perſequūtur.
¶Si times ne in verbo offendas, dic.
cxl. Domine clamaui ad te. xi
¶Titulus pſalm⁹ ipſi Dauid. In quo ſupplicat vir fidelis & perfectus, vt inter mundanos actus a diuerſis liberetur erroribus, ſpecialiter a peccato linguæ, ne in peccatorum rætiacula cadat.
¶Si amici & noti deſeruerunt te ora &, dic.
cxli. Voce mea ad dominum. x
¶Titulus intellectus Dauid, cum eſſet in ſpelunca oratio, in qua Chriſtus ad patrem clamat dolos Iudaicæ perſecutionis, exponens & petens ſe de inferno liberari, quoniā omnium ſanctorū ſpes ab eius reſurrectione pendebat, vel eſt vox cuiuſlibet fidelis in afflictione poſiti, a qua ſe petit liberari.
¶Si pœnitentiam agis, dic.
cxlii. Domine exaudi orationem meam. xiiii
¶Titulus pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalon, in quo propheta ex perſona cuiuſlibet fidelis, ſupplicat miſericordiam domini ſibi ſubuenire, rogatq; Chriſtū, ne cum ſeruo ſuo velit inire iudiciū, velociterq; ſe petit peruenire ad veniam, ne inimicorum traderetur inſidijs.
¶Si victor euaſiſti de inimicis tuis, dic.
cxliij. Benedictus dominus deus meus. xviij
¶Ti. pſal. Dauid ad Goliā, in quo deſignatur certamen domini ſaluatoris. Nam ſicut Dauid Goliā ſaxo proſtrauit ita per petram quę eſt Chriſtus, victa eſt dyabolica fortitudo.
¶Si miſericordiam benignitatem potētiam & prouidentiam dei cogitas, dic
cxliiij. Exaltabo te deus meus rex. xxij
¶Ti. Laudatio ipſi Dauid, in quo laudem dei propheta varijs narrationibus explicat propter cauſas & rationes multiplices merito ad hoc mouentes.
¶Si cogitas te moriturum, dic
cxlv. Lauda anima mea dominum. ix
¶Ti. Alleluya, in quo propheta dicit in hominib⁹ minime confidendum, ſed totam ſpem in domino eſſe ponendam, ne aliquid ab eo peteretur tepide, ſi & alius crederetur poſſe pręſtare.
¶Si potentia ſapientia & beneficētia dei in mentem ſubit, dic.
cxlvi. Laudate dominum quoniam bonus eſt pſalmus. xij
¶Tit. Alleluya, in quo hortatur propheta populū deuotum laudare dominum qui ſupplicantibus beneficia pro futura concedit. quoniā qui de ſuis viribus confidūt ei placere non poſſunt
¶Si poſt ſciſmata, bella & preſſuras ſuccedit pax. dic.
cxlvij. Lauda hieruſalem. ix
¶Titulus. Alleluya. Aggei & Zachariæ. In quo propheta cœleſtem ciuitatem id eſt eccleſiam triūphantem alloquitur, vt ſecura iam reddita in ciuibus ſuis dominum iugi exultatione collaudet propter plura beneficia ſibi miſericorditer collata quę hic enumerat.
¶Si ordinē creaturarum mente cogitas, dic.
cxlviii. Laudate dominū de. xiiii
¶Titul⁹. Alleluya. Aggei & Zachariæ, In quo per commemorationem paucarum creaturarum omnem creaturam inuitat ad laudandum deum, rationales ſcilicet per ſe. Intellectu autem carentes per intellectuales, quia ab ipſo omnia ſola voluntate & præcepto ſunt creata.
¶Si certans adhuc eccleſia obſeruatur animo, dic.
cxlix. Cantate domino canti. ix
¶Titul⁹. Alleluya. In quo omnes fideles hortātur ad laudandum deum corde & opere. Et gaudia ſanctorū virtuteſq; deſcribens vindictam peccantium gloriam dicit eſſe iuſtorum.
¶Si triumphantem eccleſiam ante oculos collocas, dic.
cl. Laudate dominū in ſan. v
¶Titulus. Alleluya. In quo admonentur omnes beati ad laudandum deum in ſeipſis ore & animo

Titulus ſingulorum pſalmorum.

pro gloria beatitudinis eis miſericorditer collata. Ad quam & nos ipſo domino præſtante perueniemus, ſi peccata quæ commiſimus pœnitendo damnemus. Et præcepta iuſtitiæ bene viuẽdo ſeruemꝰ, vbi deum cum ſanctis eius ſine fine laudabimus.

¶ Alia partitio pſalmorum iuxta diuerſitatem miſteriorum, & varietatem inſcriptionis titulorum.

¶ Pſalmi de primo aduentu Chriſti in carne ſunt iſti.

xviij Cœli enarrant gloriam dei
xxix Exaltabo te domine.
xxxix Expectans expectaui dominum.
lxxix Qui regis Iſrael intende. vij
lxxxj Deus ſtetit in ſynagoga deorum.
lxxxiiij Benedixiſti domine terram tuam.
xcvj Dominus regnauit exultet terra.

¶ Pſalmi de ſecundo aduentu Chriſti ad iudicium ſunt iſti.

ix Confitebor tibi domine.
lxxxij Deus quis ſimilis erit tibi. ij

¶ Pſalmi de vtroq; Chriſti aduentu.

xlix Deus deorum dominus locutus eſt.
xcv Cantate domino, primum. iij
xcvij Cantate domino, ſecundum.

¶ Pſalmi de duabus naturis in Chriſto.

ij Quare fremuerunt gentes.
viij Domine dominus noſter.
xx Domine in virtute tua lætabitur rex.
xl Beatus qui intelligit. viij
lxxj Deus iudicium tuum regi da.
lxxxj Deus ſtetit in ſynagoga deorum.
cix Dixit dominus domino meo.
cxxxviij Domine probaſti me.

¶ Pſalmi de Chriſto & eccleſia.

xliiij Eructauit cor meum. ij
xlvij Magnus dominus & laudabilis nimis.

¶ Pſalmi, in quibus per actus Dauid, ſignificantur domini futura miſteria.

vij Domine deus meus in te ſperaui.
xxvj Dominus illuminatio mea.
xxxiij Benedicam dominum in omni tempore.
xliij Deus auribus noſtris audiuimus. v
cxliij Benedictus dominus deus meus.

¶ Pſalmi, qui de paſſione Chriſti aperte & plene loquuntur, ſunt iſti.

xxj Deus deus reſpice in me.
xxx In te domine ſperaui.
xxxiiij Iudica domine nocentes me. vj
liiij Exaudi deꝰ oratione meã & ne deſpexeris.
lxviij Saluum me fac deus.
cviij Deus laudem meam ne tacueris.

¶ Pſalmi, qui breuiter de paſſione & reſurrectione loquuntur, ſunt iſti.

iij Domine quid multiplicati.
xv Conſerua me domine.
xxvij Ad te domine clamaui.
xxix Exaltabo te domine. vj
lvj Miſerere mei deus, miſerere mei.
lxiij Exaudi deus oratione meã cum deprecor.

¶ Pſalmi de charitate dei in quibus chriſtianus flãma diuinæ charitatis accenditur ſunt iſti.

xli Quemadmodum deſiderat ceruus. iij
lxxxiij Quam dilecta tabernacula tua.
cxxxiij Ecce nunc benedicite dominum.

¶ Pſalmi pœnitentiales ſunt iſti.

vi Domine ne in furore, primum.
xxxi Beati quorum.
xxxvij Domine ne in furore tuo, ſecundum. vij
l Miſerere mei deus.
cj Domine exaudi orationem meam, primũ
cxxix De profundis clamaui.
cxlij Domine exaudi orationem meã, ſecũdũ.

¶ Pſalmi qui orationes titulantur ſunt iſti.

xvi Exaudi domine iuſtitiam meam.
lxxxv Inclina domine aurem tuam.
lxxxix Domine refugium factus es nobis. v
cj Domine exaudi primum.
cxlj Voce mea ad dominum clamaui.

¶ Pſalmi ad inſtructionem fidelium inſtituti ſunt iſti.

j Beatus vir qui non abijt.
xiiij Domine quis habitabit.
xxxvi Noli æmulari in malignantibus. v
xlviij Audite hæc omnes gentes.
lxxij Quam bonus Iſrael deus.

¶ Pſalmi de increpatione Iudæorum, & aliorum iniquorum ſunt iſti.

xiij Dixit inſipiens, primum.
lj Quid gloriaris in malitia.
lij Dixit inſipiens, ſecundum. iiij
lvij Si vere iuſtitiam loquimini.

¶ Pſalmi de malis & perſecutionibus huius ſeculi ſunt iſti.

xj Saluũ me fac domine qm̃ defecit ſanctus.
xij Vſquequo domine obliuiſceris me i finẽ.
xxiiij Ad te domine leuaui animam meam.
xxvi Dominus illuminatio mea. vj
xxxviij Dixi cuſtodiam vias meas.
lxxxix Domine refugium factus es nobis.

¶ Pſalmi lamentationum ſunt iſti.

lxxiij Vt quid deus repuliſti in finem.
viij Exultate deo adiutori noſtro.
cxxxvj Super flumina Babylonis. iij

¶ Pſalmi qui intitulantur pro torcularibus ſunt iſti.

viij Domine dominus noſter.
lxxx Exultate deo adiutori noſtro. iij
lxxxiij Quam dilecta tabernacula.

¶ Pſalmi Alphabetici ſunt iſti.

xxiiij Ad te domine leuaui.
xxxiij Benedicam dominum in omni tempore.
xxxvj Noli æmulari.
cx Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. vij
cxi Beatus vir qui timet dominum.
cxviij Beati immaculati in via.
cxliiij Exaltabo te deus meus rex.

Incipit titulus totius libri.

¶Pſalmi intitulati de tituli inſcriptione, ſunt iſti.

lv Miſerere mei deus, quoniā cōculcauit me.
lvj Miſerere mei deus, miſerere mei. v
lvij Si vere vtiq; iuſtitiam loquimini.
lviij Eripe me de inimicis meis.
lix Deus repuliſti nos.

¶Pſalmi Alleluyatici, ſunt iſti.

ciij Benedic anima mea, ſecundum.
ciiij Confitemini domino & inuocate.
cv Confitemini domino, primum.
cvj Confitemini domino, ſecundum.
cx Cōfitebor tibi domine in toto corde meo.
cxj Beatus vir qui timet dominum.
cxij Laudate pueri dominum.
cxiij In exitu Iſrael de AEgypto.
cxiiij Dilexi quoniam exaudiet dominus.
cxv Credidi propter quod locutus ſum.
cxvj Laudate dominum omnes gentes.
cxvij Confitemini dn̄o qm̄ bonus, tertiū. xxj
cxviij Beati immaculati in via.
cxxxiiij Laudate nomen domini.
cxxxv Cōfitemini domino quoniā bon⁹, quartū.
cxlv Lauda anima mea dominum.
cxlvj Laudate dominū quoniam bonus eſt pſal.
cxlvij Lauda Hieruſalem dominum.
cxlviij Laudate dominum de cœlis.
cxlix Cantate domino canticum nouum.
cl Laudate dominum in ſanctis eius.

¶Cantica graduum. xv.

cxix Ad dominum cum tribularer.
cxx Leuaui oculos meos in montes.
cxxj Lætatus ſum.
cxxij Ad te leuaui oculos meos.
cxxiij Niſi quia dominus erat in nobis. xv
cxxiiij Qui confidunt in domino.
cxxv In conuertēdo dominus captiuitatē Syon.
cxxvj Niſi dominus ædificauerit domum.
cxxvij Beati omnes qui timent dominum.
cxxviij Sæpe expugnauerunt me a iuuentute.
cxxix De profundis clamaui ad te.
cxxx Domine non eſt exaltatum cor meum.
cxxxj Memento domine Dauid.
cxxxij Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum.
cxxxiij Ecce nunc benedicite dominum.

¶Pſalmi intitulati pro Idithum, ſunt iſti.

xxxviij Dixi cuſtodiam vias meas.
lxj Nonne deo ſubiecta erit anima mea.
lxxvj Voce mea ad dominum clamaui.

¶Pſalmi intitulati filijs Choræ.

xlj Quemadmodum deſiderat ceruus.
xliij Deus auribus noſtris audiuimus.
xliiij Eructauit cor meum.
xlv Deus noſter refugium & virtus.
xlvj Omnes gentes plaudite manibus.
xlvij Magnus dominns & laudabilis nimis.
xlviij Audite hæc omnes gentes. xi
lxxxiij Quam dilecta tabernacula tua.
lxxxiiij Benedixiſti domine terram.
lxxxvj Fundamenta eius.
lxxxvij Domine deus ſalutis meæ.

¶Pſalmi intitulati Aſaph.

xlix Deus deorum dominus locutus eſt.
lxxij Quam bonus Iſrael deus.
lxxiij Vt quid deus repuliſti in finem.
lxxiiij Confitebimur tibi deus confitebimur.
lxxv Notus in Iudæa deus.
lxxvj Voce mea ad dominum clamaui.
lxxvij Attendite popule meus.
lxxviij Deus venerunt gentes.
lxxix Qui regis Iſrael intende.
lxxx Exultate deo adiutori noſtro.
lxxxj Deus ſtetit in ſynagoga deorum.
lxxxij Deus qui ſimilis erit tibi.

¶Pſalmus intitulatus, Emam vnus.

lxxxvij Domine deus ſalutis meæ. j

¶Pſalmus intitulatus, Ethan vnus.

lxxxviij Miſericordias domini. j

¶Pſalmi intitulati, Salomoni.

lxxj Deus iudicium tuum regida.
cxxvj Niſi dominus ædificauerit domum. ij

¶Pſalmus intitulatus, Moyſi.

lxxxix Domine refugium factus eſt nobis. j

¶Pſalmi intitulati, Hieremiæ, Aggei, & Ezechielis.

lxiiij Te decet hymnus deus in Syon. ij
cxxxvj Super flumina Babylonis.

¶Pſalmi intitulati, Aggei, & Zacharię.

cxlvij Lauda Hieruſalem dominum.
cxlviij Laudate dominum de cœlis. ij

¶Pſalmus pro hís qui commutabuntur.

lxvij Saluum me fac deus. j

¶Pſalmus pro occultis filij.

ix Cōfitebor tibi domine in toto corde meo.

¶Pſalmi athomi, id eſt ſine diuiſione.

cxvj Laudate dominum omnes gentes. iij
cxxxij Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum.
cl Laudate dominum in ſanctis eius.

¶Pſalmi intitulati in finem ſunt. lix.

¶Eſt autem totius libri huius titulus talis.

INcipit liber hymnorum vel ſoliloquiorū prophetæ, de Chriſto.

Gloſa. Liber dicit, & non libri contra illos qui dicebāt plures eſſe libros propter quinq; pſalmorum diſtinctiones quæ fiūt per fiat fiat, quibus Hieronymus quoq; conſentit. Sed hęc illorum inualida eſt ratio: nam licet quinq; ſint diſtinctiones, non tamē ideo quinq; libri ſunt dicendi. Plures enim ſunt epiſtolæ Pauli, & tamen vnus eſt liber. Ex verbis quoque ipſius Dauid hoc clareſcit, qui in Chriſti perſona loquens, ait. In capite libri ſcriptum eſt de me. Libri autem non librorum, vnum librum & non plures fo-

re ſignificans. Inde etiam in actibus apoſtolorum dicitur. Sicut ſcriptum eſt in libro pſalmorum, non dicit libris. Caſſio. Vnde hylari⁹ pictauieñ. cōgruentius librum æſtimat dixi debere pſalmorū, quia in hebręo vnum volumē eſt, quapropter merito vnus liber dicitur qui tanta authoritate firmatur. Sequitur. Hymnorum vel ſoliloquiorum. Glo. Hymn⁹ eſt laus dei cum cātico, hec enim tria neceſſario requiruntur, vt hymnus dicatur, vt ſcilicet ſit laus. Non cuiuſcunq; creaturæ, ſed dei, & fiat non cum aliquo inſtrumento muſico, ſed cum cantico. Eſt autē canticum, exultatio mentis habita de ęternis in vocem prorumpens. Caſſio. Quod ad honorē dei canitur, nec cuiquā inſtrumēto muſico conſona medulatione ſociatur. Glo. Bene ergo dicitur liber iſte Hymnorū, quia docet nos laudare deum cum exultatione habita de æternis, & hoc non ſolū corde, ſed etiā voce. Sunt autem iſti hymni apud hebræos metrice ſcripti, quod in tranſlatione ſeruari non potuit. Dicitur etiam ſoliloquiorum, quaſi ſolius ſpiritus ſancti eloquium, quia in eo ſolus ſpiritus ſanctus ſine vllo humano ingenio vel auxilio loquitur. Dauid enim ſolius ſpiritus ſancti inſtinctu, ſine omni exteriori adminiculo prophetauit. Caſſiodo. Vnde in primo regum volumine legitur, q᷑ directus eſt ſpiritus domini ī Dauid a die illa & deinceps. Ipſe quoq; dominus in euangelio dicit. Si Dauid in ſpiritu vocat eum dominū, quomodo dicitis q᷑ filius eius eſt. Quo dicto recognoſcimus euidenter per ſpiritum ſanctum pſalmos fuiſſe prophetatos, propter quod in titulo conueniēter ſubiūgitur. Prophetæ in quo cum propheta ſine adiectione proprij nominis dicitur, Dauid per excellētiam intelligitur, vt cum dicitur apoſtolus, intelligitur Paulus. Et cum dicitur vrbs, intelligitur Roma. Pro quo ſciendum quid ſit prophetia ſecundum quę tempora & quibus modis fiat. Eſt igitur prophetia inſpiratio vel reuelatio diuina rerum euentus immobili veritate denuncians, vnde prophetia viſio, propheta vero vidēs dicitur. Et eſt prophetia, alia de præſenti, alia de præterito, alia de futuro. De præſenti prophetauit Elizabeth, dicēs. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me. De præterito, Moyſes cum dicit. In pricipio creauit deus cœlum & terram. De futuro, Iſayas. Ecce inquit virgo concipiet. Et fit prophetia per bonos, vt per Iſayam, Hieremiam, & ſimiles per malos, vt per Balaam. Caipham, & alios. Item prophetia. Alia eſt ſecundum præſcientiam, quam neceſſe eſt omnibus modis impleri, etiam ſecundum tenorem verborum, vt, ecce virgo concipiet, alia ſecundum comminationem, vt quadraginta dies ſunt, & Niniue ſubuertetur, quæ non ſecundum verborum ſuperficiem, ſed ſub tacitæ intelligentiæ ſignificatione impletur. Fit autem prophetia quatuor modis. Per facta ſcilicet, per dicta, per ſomnia, & per viſiones. Primo, per facta, vt per archam Noe, quę ſignificabat eccleſiam, & ſicut per ſartaginē ferream inter prophetā Ezechielem, & ciuitatem poſitam. Secundo, per dicta, vt per ea quæ dixerūt angeli Abrahæ: in ſemine tuo benedicētur omnes gentes & huiuſmodi. Tertio, per viſiones, ſicut factum eſt Hieremiæ, qui vidit ollam ſuccēſam a facie aquilonis, & ſicut Moyſi, qui vidit Rubum ardere qui nō conſumebatur. Et Ezechiel vidit rotam in medio rotæ. Quarto, per ſomnia, vt per ſomnium Nabuchodonoſor, qui vidit lapidem de monte ſine manibus præciſum, & per ſomnium Pharaonis, qui vidit ſeptem boues & ſeptem ſpicas, quorum vtrumq; fuit ſomnium ambobus regibus, prophetia vero fuit. Primum, Danieli. Secundum vero, Ioſeph, ſpiritualiter intelligētibus. Præter hæc autem eſt alius prophetiæ modus cæteris dignior, quādo ſcilicet ex ſola ſpiritus ſancti inſpiratione remoto omni exteriori adminiculo, facti vel dicti, vel viſionis, vel ſomnij prophetatur, & hoc modo prophetauit Dauid ſolius, ſcilicet ſancti ſpiritus inſtinctu, ſicut ipſe in ſequentibus ait. Audiam quid loquatur in me dominus deus, & propterea liber iſte vt diximus (ſoliloquium) dicitur quaſi ſolius ſpirit⁹ ſancti eloquiū, vel pro eo etiam, quia de ſolo Chriſto loquitur. Vnde in titulo conuenienter ſubiungitur (de Chriſto.) De quo in hoc libro agitur, aliquando ſecundum caput, aliquando ſecundum corpus, aliquando ſecundum vtrumq;, ſecundum caput tribus modis. Quandoq; ſecundum diuinitatem, vt illud. Tecum pricipium in die virtutis tuæ, aliquando ſecundum humanitatem, vt ego dormiui & ſoporatus ſum, aliquando per tranſumptionem, vt quando vtitur voce membrorum, ſicut ibi. Longe a ſalute mea verba delictorum meorum, & ibi. Deus tu ſcis inſipiētiam meam, & delicta mea a te non ſunt abſcōdita. Item de corpore Chriſti quod eſt eccleſia, trib⁹ etiam modis. Aliquando ſecundum perfectos, aliquando ſecundum imperfectos, interdum ſecundum malos, qui ſunt in eccleſia corpore, nō mente. Numero nō merito, nomine non numine. Vnde Caſſiodor⁹. Attende inquit vnitatē capitis & corporis, id eſt Chriſti & eccleſie. Quaſi enim vna perſona eſt caput & corpus: ideoq; vna voce vtitur, licet quæ dicuntur ad diuerſos referantur. Quædā enim ſoli capiti conueniunt. Quædam ſolis membris. Quædam capiti & membris. Item quæ membris, quædam præteritis, quædam pręſentibus, quædā futuris. Item quędam perfectis, quędam imperfectis, & tamē in tanta diuerſitate vna vox eſt, vt ſicut duo ſunt in carne vna, ſcilicet ſponſus & ſponſa, Chriſtus & eccleſia, ita ſint & in voce vna, vt tamē vnicuiq; quod ſuum eſt tribuatur, & ad ipſum referatur. Ex his itaq; patet, quæ ſit materia huius libri, quia totus Chriſtus, caput ſcilicet & membra. Sponſus & ſponſa, Chriſtus & eccleſia. Item quis ſit author omnium pſalmorum, quia ſolus Dauid inſtinctu ſpiritus ſancti, nec eſt recipienda illorum opinio ſecundum Auguſtinum in decimaſeptima, libro de ciuitate dei, capitulo decimo quarto, Qui dicunt Dauid non feciſſe, niſi illos pſalmos qui intitulantur eius nomine. Vnde Caſſiodorus. Pſalmos inquit ad ſolum prophetam Dauid pertinere certis declaratur indicijs. Nam Iohannes in apocalipſi volens opus iſtud intelligi ſolius meminit Dauid dicens. Hæc dicit ſanctus & verus qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. In euangelio etiam phariſæis ipſe dominus dicit. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis, vnde probatur vniuerſos pſalmos non multorum exiſtere, ſed tantum ipſius quem a domino conſtat eſſe nominatum vſus quoq; eccleſiæ cacatholicæ ſpiritusſancti inſpiratione generaliter & immobiliter tenet omnes pſalmus eſſe Dauidicos,

Marginal notes: Hymn⁹ quid ſit. — Canticū quid ſit. — Soliloquiorum quare dicitur. — Dauid p excellentiā dicit ppheta. — Quid ſit pphetia. — Diuerſitas pphetarum. — Diuerſitas prophetiarū. — De xpo. — Que ſit materia huius libri.

& quamuis aliqui ex eis intitulentur alijs nominibus,vt Idithum,Aſaph, Emam ,Ethan filijs Choræ,non tamen ipſi ad pſalmos faciēdos electi ſunt ſed eos congregatos tantum legimus ad cauendum pſalmigraphos autem eos fuiſſe hyſtoria nulla teſtatur.Vnde pręſūptuoſū eſt dicere,quod nulla poſſit authoritate firmari.Gloſa. Non ergo illi authores pſalmorum fuerunt,ſed poſitio nominū rationi ſeruit myſteriorum. Ambro. Et gregorius.Plures pſalmos nominibus aliorū prænotatos vel nulli⁹ nomine intitulatos ſoli Dauid attribuūt,& hoc idem affirmāt.Origenes & Hylarius.Et in hac opinione tāquam cōmuniori,& magis probabili plures conueniunt Hæc igitur de cauſis efficiēti & materiali libri huius dicta ſufficiāt.

Cauſa formalis.

Cauſa formalis eſt modus tradendi & intelligendi ea quæ in pſalmis dicta ſunt eo modo quo dicta ſunt, & quia Dauid in hoc libro pſalmorum complectitur totam ſacrā ſcripturam vtriuſq; teſtamēti. Nam adducit in eo omnia miſteria veteris teſtamenti tanquam parabolas,ex quibus elicit futura miſteria noui teſtamēti, propterea quia tot & tanta non potuiſſet cōpræhendere in proſa,cōpoſuit pſalmos in metro,quia metra ſub paucis verbis plurimas ſententias comprehēdunt plurima geſta,& plures hyſtorias in memoria diutius retinentur q̄ proſa. Monens animū hominis ad ſtudium, & oblectant aures dei & hominum,vnde verſus.Metra parant animos cōprehendunt plurima paucis, aures oblectant priſtina commemorant. Et pro eo etiam quia vt Auguſti. Ait in ſexto ſuæ muſicæ cum deus ſit ſumma bonitas in concordia omnia fecit in numero pondere & menſura. In verſibus autem eſt quædam proportio pedum & ſyllabarum nam quilibet verſus continet numerum & ordinem pedum. Et pedes continent numerum & ordinem ſyllabarum, & ſyllabæ numerum temporum ſecundum q; ſylaba eſt longa vel breuis,& hæc eſt cauſa,ait idem. Augu. Quare pſalmorū armonia & muſica proportio ſonora delectat deum & homines quæ quidem concordia etiam ſeruatur a ſanctis in cœleſti patria.

Cauſa finalis.

Cauſa vero finalis eſt humana fœlicitas & beatitudo,& quia præuidit Dauid q; hanc fœlicitatem & beatitudinem non poteram⁹ habere niſi per Chriſtum qui vt apoſtolus ait eſt finis legis ad iuſtitiā omni credēti,finis inquam legis veteris vt redemptor,& finis nouæ vt glorificator & beatificator ꝑpterea primus & immediatus finis prophetæ fuit per tales pſalmos inducere populum ad cultum veri dei & ex conſequenti ad fidem Chriſti in carnē venturæ:& nos per paſſionem & reſurrectionē redempturi, & inde ad dilectionem dei & proximi. Et hæc eſt cauſa quare pſalmi pro maiori parte intitulantur in finem ad denotandum q; Dauid in illis pſalmis nos dirigit in Chriſtum qui eſt finis vt iam diximus,vtriuſq; legis,& ideo quoties in titulis pſalmorum in finem legimus ad dominum ſaluatorem aciem mentis intendere debemus qui eſt finis ſine fine,& bonorum omnium cōpletiua perfectio.

Diuiſio libri.

Diſtinguitur autem liber iſte per tres quinquagenas,ſecundum triplicem ſtatum hominum. Omne enim genus hominum hic paſcitur & docetur,quorum primus ſtatus eſt in pœnitentia.Secūdus in iuſtitia.Terti⁹ in laude vitę æternæ.Quo circa prima quinquagena terminatur per miſerere mei deus. Secunda per miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tertia vero per omnis ſpiritus laudet dominum. Prius enim per pœnitētiam peccata damnamus vocante deo ad pœnitentiam quos apud ſe in occulto prędeſtinauit ad vitā. Deide per miſericordiam iuſtificati bene viuimus ne iudicium in futuro timeamus.Et tandem ad vitam glorificati intramus vbi deum ſine fine laudabim⁹ In prima itaq; quinquagena paſcuntur incipientes pane hordeatio. In ſecunda proficientes pane triticeo. In tertia pfecti ſiue puenietes pane ſimilagineo,primus panis eſt iumentorū,ſecundus hominum,tertius angelorum vel ſecundum Auguſt. In hoc triplicato quinquagenario triplicis peccati remiſſio,id eſt cordis oris & operis, & ipſa trinitatis vnitas deſignatur quę totū hæc operatur.

Numerus pſalmorum & verſuum.

Sunt igitur in hoc libro pſalmi centū quīquaginta. verſus vero per ſingulos pſalmos diſtincti, bis mille ſexēti xij. Vnde verſus Ter quinquagenas cātat Dauid ordine pſalmos. Verſus bis mille ſexcētum bis ſex canit ille,vt ſis perfectus gemino format⁹ amore. Non tamen vacat a miſterio numerus iſte pſalmorum,conſtat enim ex octogenario & ſeptuagenario. Octogenarius autem idem ſignificat quod octonarius, & ſeptuagenari⁹ idem quod ſeptemnarius.Octonarius vero octauā ſignificat reſurrectionis quia cum ſint ſex ætates viuentium,& ſeptima morientium octaua ætas erit reſurgentium.Per ſeptēnarium ſignificatur tempus huius vitæ quę ſeptem dierum repetitione agitur.Recte igitur compoſitus eſt iſte liber in tali numero pſalmorum cuius partes præfatano dant miſteria, quia ſic nos in huius vitæ ſeptemnario operari ac viuere decet vt in octaua reſurrectionis non induamur diſploide confuſionis ſed ſtolla geminæ glorificationis.

Quare liber pſalmorum pl⁹ cæteris in eccleſiis frequentetur. Laudes et vtilitas pſalmorum.

Vnde notandum q; liber iſte pſalmorum plus cæteris in eccleſiaſticis frequentatur officijs quod ideo fit quia in hoc libro conſummatio eſt totius theologicæ paginæ.Hic enim deſcribuntur præmia bonorum ſupplicia malorum rudimenta incipientium, progreſſus proficientium, perfectio peruenientiū, vita actiuorum,ſpeculatio tontemplatiuorum, hic etiam docetur quid peccatum auferat & quid pœnitentia reſtituat. Quid pœnitens peccati conſci⁹ dicat,& quid per pœnitentiā aſſequatur. Per quod oſtendit nulli quātūcūq; deliquēti de venia ac miſericordia dei fore diffidendum cum audit tantum pectorem Dauid ſcilicet homicidā & adulterum, per pœnitentiam doctorem ac prophetā factum,ſicut & ex Sauli conuerſione, & eius in apoſtolum promotione de dei miſericordia plene certificamur.vnee & ipſius epiſtolis pluſquam aliorum ſicut & pſalmis Dauid, eccleſia in officijs vtitur. Item ideo frequentius pſalmi in eccleſia decantantur,quia nulla ſcriptura,alia habet tot oratiōes immixtas & tot ſalutares effectus pro quibus aſſequēdis fiunt orationes. Itē quia Dauid apertius & perfectius loquitur de Chriſto q̄ alij ꝓphete.Ea enim quę alij prophetæ obſcure, & quaſi per enigmata dixerūt de paſſione & reſurrectione Chriſti,& æterna eius genitura,& de cæteris miſterijs Dauid prophetarum excellentiſſimus ita euidentiſſime aperuit vt magis videatur auangelizare q̄ prophetare, vnde Auguſtinus. De laude & virtute pſalmorum ait. Alia inquit ſunt quæ prophetæ tradunt. Alia

quæ hyſtoria pſalmorum vero liber quecunqȝ vtilia ſunt ex omnibus continet futura prędicat. Veterum geſta commemorat legem viuentibus tribuit. Gerendorum modum ſtatuit, & vt breuiter dicam communis quidam bonæ doctrinæ theſaurus eſt, apta ſingulis neceſſaria ſubminiſtrãs & iterũ, pſalmus inquit. Tranquilitas eſt animarum fluctus cogitationum cohibens, iracundiam reprimens, luxuriam repellens, ſobrietatem ſuggerens, amicitiã ſeruans, inimicos recõciliãs, pſalmus demones fugat, angelos ad adiutorium inuitat. Scutum eſt in nocturnis terroribus diurnorumqȝ requies eſt laborũ tutelle pueris iuuanibus ornamentum, ſolamen ſenibus, & aptiſſimus decor mulieribus. Pſal. deſertas habitare facit vrbes, incipientibus primum efficitur elementum, proficientibus incremẽtum, & perfectis ſtabile firmamentum, pſalmus ſolennitates decorat, triſtitiam quæ propter deum eſt mollit & ex corde etiam lapideo lachrymas mouet, pſalmus angelorum opus eſt, ſpiritale thymiama, & exercitium cœleſtium ciuium. Deniqȝ in pſalmis omnis eſt magnitudo virtutis. Norma iuſticię, decor pudicitiæ, conſummatio prudentię, regula patientię, & quicquid poteſt dixi bonũ procedit ex ipſis, in quibus velut in quodam magno & communi theſauro recõdita atqȝ cõſerta ſunt omnia bona, hæc Augu. Item. Caſſiodo. Aſſerit pſalmorum ordinem eſſe infinitum & illi ſoli cognitum, qui dinumerabili quantitate complectitur arenam maris pluuiarũ guttas, & creaturarum omnium naturas in quibus omnia comprehenſa ſunt quecunqȝ ſanctæ ſcripturę ambitu continẽtur, & in quibus veluti quodam cœleſti ſcripturarum armario inueniuntur quecunqȝ quæruntur. In geneſi prophetis, euãgelio & apoſtolo. Et quecũqȝ agũtur in cœlo, in terra, in mari, & in inferno. Vnde non poteſt fidelis animus expleri qui cœperat inde ſaciari. Augu. Et propterea licet multa ſint muſicorum organa propheta tamẽ librũ iſtum ideo pſalterium appellari voluit quod de ſuperioribus ſonat ex hoc vt mihi videtur inſpiratam ei gratiam per ſpiritũ ſanctum docens. Caſſ. Pſalteriũ enim eſt vt Hiero. ait in modũ deltæ literę formati ligni ſonora concauitas, obeſum ventrẽ in ſuperioribus habens vbi cordarum fila religata diſciplinabiliter plectro percuſſa, ſuauiſſimã dicuntur reddere cantilenã. Hoc autẽ genus organi, ideo

Quare liber iſte dicatur pſalterium.

aptatur corpori domini ſaluatoris, quoniam ſicut iſtud de altioribus ſonat, ſic & illud glorioſę inſtitutionis ſuperna concelebrat. Vnde quidam hoc opꝰ dauidicum pſalmos eſſe dictos prefiniunt, quia de ſuperno culmine retonare noſcũtur. Pſal. autẽ gręce latine dicitur canticũ, & inde pſalmꝰ cãtici & cãticũ pſalmi. Pro quo ſciẽdũ ꝙ Aſaph Idithũ, & cæteri prępoſiti artificibꝰ qui pſalmos pſonabãt tribꝰ modis canebãt, vel humana voce, vel muſicis iſtrumẽtis vel cõmuniter vtroqȝ modo, & hoc dupliciter vel poſt vocem inſtrumento vel poſt inſtrumentum voce, vnde cum ſolo inſtrumento muſico pſallebant dicebatur pſalmus. Cum vero humana voce prout nunc in diuinis laudibus agitur dicebatur cãticum. Si autem humanę voci addebatur. inſtrumentum muſicum, tunc ſi vocem humanam præcedebant pſalmus, vocabatur pſalmꝰ cantici. Si vero ſequebatur dicebatur canticum pſalmi. Et quia pſalmus dicitur ſonus ille qui per tactum & laborẽ manuum ex pſalterio procedit, ideo per pſalteriũ bona operatio deſignatur. In quo datur intelligi ꝙ ſola laus & oratio illa accepta eſt deo quam commitatur bona operatio. Non enim omnis qui dicit domine, domine intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei ait dominꝰ. & propheta. Peccatori inquit dicit deꝰ. Quare tu enarras iuſtitias meas. Ad hoc etiam vt vtilis & fructuoſa ſit oratio requiritur in ea deuota attentio. Nam vt quidem ait. Non vox ſed votum. Non muſica cordula, ſed cor, nõ clamor, ſed amor ſonat in aure dei vnde Caſſiodo. Dulcis ſonus animos oblectat, ſed non compellit ad lachrymas fructuoſas, permulcet aures, ſed non ad ſuperna erigit audientes. Corde autem compungimur, ſi quod ore dicimꝰ animaduertere valeamus & Iſidorus. Oratio cordis eſt nõ labiorum. Neqȝ enim deus deprecantis verba intẽdit, ſed orantis cor aſpicit. Et hæc de pſalmis laude & vtilitate eorum dicta ſufficiant. Singulis autem pſalmis primo excepto præmittũtur tituli quibus ſuccincte materia atqȝ pſalmorum omnium continentia & aucteris intentio comprehenditur prout in capitibus ſingulorum dicetur. His igitur premiſſis adiuuante eo qui principio & fine carẽs, rerum omnium initium, & finis eſt ad ſuam laudem & noſtrã ædificationem cœptũ opus proſequamur.

Attentio in oratione.

De titulis pſalmorum.



ℂPrimus Pſalmus.

Lyra.

ℂLyra. Iſte pſalmus eſt compoſitus ab illo qui pſalmos collegit qui creditur fuiſſe Eſdras,& ſuę collectiōi hūc pſal. pręposuit per modū cuiuſdam prologi,qui tamen vere dicitur pſalm⁹ alijs compaginatus,vt habetur Actuum.xiii.vbi dicitur, ſicut ſcriptum eſt pſalmo ſecundo. Filius meus es tu &c.quod habetur pſalmo ſequenti q non poſſet dici ſecūdus niſi iſte eſſet primus.

Act.13.

ℂCaſſiodorus. Pſalm⁹ iſte ideo titulum nō habet, quia capiti noſtro domino ſaluatori,de quo abſolute dicturus eſt, nihil debuit p̄poni. dum ipſum rerum omnium conſtat eſſe principium Diuiditur in duas ptes. In prima, agit de Chriſto tanq̄ de beato viro per beatitudinē nobis blandiens. Deinde agit de vltionibus iniquorū aduerſis eos terrens ibi. Non ſic impij.

Pſalmus dauid primus.

1 BEatus vir qui nō abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, et in cathedra peſtilentię non ſedit.

Caſſiodorus.

ℂBeatus) Caſſiodorus. Quaſi bene aptus.cui omnia deſiderata ſuccedunt(Vir)A viribus qui neſcit tolerando deficere,aut in proſperis aliqua ſe elatione iactare.ſed animo ſtabili defixus,& cœleſtiū rerum cōtemplatione firmatus manet ſemper impauidus.(Qui non abijt in conſilio impiorum)Et in via peccatorum non ſtetit(& in cathedra peſtilentię non ſedit.)Auguſt.Caſſiodorus.Conſiderādus eſt ordo verborum.Abijt. Stetit. Sedit. Abijt enim homo, cū receſſit a deo. Stetit, cum delectatus eſt peccato.Sedit,cū in ſua ſuperbia confirmatus,redire non potuit.Niſi per eum liberatus, qui neque abijt in conſilio impiorum,Nec in via peccatorum ſtetit. Nec in cathedra peſtilentiæ ſedit.

Auguſti. Caſſio.

Hugo.

Hugo de ſancto victore,libr.ſententiarum. capi.j. primus homo per vanitatem abijt. Per delectationē ſtetit. Per cōſenſum ſedit.Per opus edificauit. Gregorius in regiſtro libro .vj.(In cathedra aūt peſtilētię ſedere.) Eſt ex iudicio praua cōmittere. Cathedra enim iudicis eſſe ſolet vel p̄ſidentis.Vnde in cathedra peſtilentię ſedere,eſt ex ratione mala diſcernere.Et tamen ex deliberatiōe perpetrare Hugo vbi ſupra.Tunc nanq; recte cathedra peſtilentię fit,quando prauum opus in exemplum veniens plures corrūpit.Chriſtus autē non ſic(Qui) ſcilicet(non abijt in conſilio impiorū)Sequitur.

Sedere in cathe. peſtilentie quid.

Hugo.

2 SEd in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte,

Auguſti.

.i. ad thi. primo.

ℂAuguſt.(In lege)non ſub lege,quia iuſto non eſt lex impoſita. Qui enim eſt in lege, ſecundum legem agit,Qui vero eſt ſub lege,ſecundum legem agitur. Ille ergo liber, Iſte ſeruus. Hugo vbi ſupra cap.iiii.Multi inquam habēt legem in corde,qui non habent cor in lege.Legem in corde habēt qui cognoſcunt veritatē. Cor in lege habent qui diligunt veritatem.Qui vero legem in corde habent, non cor in lege, hj portāt legem,non portantur a lege,onerati ſunt non adiuti.Quia ſcientia vbi nō eſt charitas,grauat,nō alleuiat. Caſſiodorus.Et p̄pterea reliq mortales merito ſub lege ſunt qui delictis onerantibus inclinantur, Lex enim ex eo q animos noſtros liget,ſuiſq; teneat obnoxios conſtitutis.Sequitur(Meditabit̄ die ac nocte)Auguſtinus.Hoc eſt ſine intermiſſiōe.Aut(die) In lęticia.(Nocte)in tribulationibus. Hieronimus. Iuſtus enim ſiue manducat,ſiue bibit,ſiue dormit,in nomine domini omnia faciens meditatur legem eius die,ac nocte.Meditatio legis eſt, non ſolū in legendis ſcripturis, ſed etiam in his quę ſcripta ſunt faciendis.

Lex in corde et cor in lege quid.

Caſſio.

Auguſti.

Hieroni.

3 ET erit tanquam lignum quod plātatum eſt ſecus ✠ decurſus aquarum, q fructum ſuum dabit in tempore ſuo.

✠ Alia litera ſecū dum.

Caſſio.

ℂCaſſiodorus.Bene(vt arbitror)ligno fructifero comparatus eſt dominus Chriſtus propter crucē quam pro hominum ſalute ſuſcepit. (Quod inq̄ plantatum eſt,) id eſt inſtitutum lignum ſcilicet crucis a deo quod ſemper in fide vireret,ac creſceret(Secus decurſus aquarum.)Nam ſicut aqua terreſtris decurrens vita eſt lignorum viuentium .ſic aqua ſpiritualis ſignum crucis inundat quę ſalus eſſe fideliū cognoſcitur animarum(Secus) autē dicit Ne nimia inundatio lignū lęderet,Nec iterum irrigatio procul conſtituta ſiccaret. Grego. ſuper Iob libro.ix.(Vl' decurſus aquarū) ſunt quotidiani tranſitus deficientium populorum, vnde lignum ſecus decurſus aquarum recte chriſtus dicitur,quia protectionē ſui vmbraculi nobis protulit,cum in carne creator apparuit,vt humanum genus per reſurrectionem tegeret,quod per defectum quotidie ibat in mortem. Sequitur.(Quod fructum ſuum dabit.)Auguſti. Hoc eſt conſtituet eccleſias Gloſa.Vel dabit vitam ęternam. Caſſio. Fructus enim dicitur a fruendo(Dabit) autē dicit, Nam licet alia ligna erumpentes inferant fructus Hoc tn̄ recti⁹ dare dr̄,quia æterna præmia donare monſtratur(In tempore ſuo). Auguſtinus. Id eſt poſtquā clarificatus fuerit reſurrectione,& aſcentione in cœlum.

Gregori⁹

Auguſti. Gloſa. Caſſio.

Auguſti.

4 ET folium eius non defluet, ✠ & omnia quęcunq; faciet ‡ proſperabuntur.

✠ Alia litera decidet.

‡ Alia litera fecerit.

Caſſio.

ℂCaſſiodorus. Auguſtinus. Id eſt ſermo ipſius nullo caſu a veritate decidit: Sed ſicut ī arbore palmę,folia manētia ſunt. Ita et verba infixa veritati,certis promiſſionibus perſeuerant. Flos enim Eſaye.xl.decidit , verbum autem domini manet in æternum. Auguſtinus.Gloſ.Et bene folia verba dicūtur.Quia ſicut folia fructus tegunt iſta verba domini promiſſiones ſuas cuſtodiunt. Sequitur(Et omnia quęcunq; faciet proſperabuntur. Auguſtinus.Gloſa.Si omnia qd per ſingula(Omnia)igitur inq̄,id eſt quęcunq; illud lignum attulerit(proſperabuntur)Gloſa.ſibi ſcilicet & mēbris ſuis.Quia omnia fructus videlicet & folia id eſt facta & dicta nobis proficiūt/dū ſcilicet factis chri-

Eſaie.xl

Auguſti.

Alias Omne qd faciet proſpabitur

Gloſa.

ſti paſcimur. Et dictis, tanq̄ folijs, a vicijs obumbramur.

5 Secūda pars. Caſſio. NOn ſic impii, nō ſic, ſed tanq̄ puluis quē proijcit vētus a facie terrę

¶Caſſiodorus. Secunda pars vbi memorat quæ impij cum peccatoribus ſuſtinebunt, vt eorum actus refugiāt quorum pœna cognoſcitur. (Nō ſic) inq̄ (impii) Quia ſcilicet nihil horum poterunt aſſequi. Et vt hoc immobiliter crederes, firmitatem negationis iterando monſtrauit dicens, Non ſic impij. Hieroni. Diſt. inter impiū & peccatorē. Hieronymus inter impium autem & peccatorem hoc intereſt. Quia impius negat deū, Qui vero peccator eſt, cōfitetur, & peccat. Et ſicut iuſtus vir comparatur ligno: ſic impius comparatur pulueri. Vnde ſequitur (Sed tanq̄ puluis quem proiicit vētus a facie terræ) Puluis enim licet de terra ſit: tñ deſinit eſſe terra. Quia nihil habet ſolidum, ſed quocunq; ventus eum traxerit: illuc eius impetus dirigitur, ſic & impius qui ſemel deū negauerit, quocūq; illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducitur. Caſſio. Caſſiodor⁹. Puluis enim eſt reſolutio terre. Gloſa. Gloſa. Bene nāq; impij pulueri comparantur. Quia credūt prauis ſuggeſtionibus nō habentes humorem gratię, quos propterea ad inſtar pulueris (proiicit vētus) id eſt ſuperbia, quę tāq̄ ventus alta petit & inflat. (A facie terrę) id eſt a pręſentia ſtabilitatis ęternæ.

6 IDeo non reſurgunt impii in iudicio, neq; peccatores in concilio iuſtorum.

Gloſa. Gloſa. (Ideo) inquam. Quia ſcilicet proijcit eos ventus a facie terrę & dati ſunt in reprobum ſenſum (Nō reſurgunt impij in iudicio) Caſſio. Caſſiodorus. Impij ſunt qui ſanctam trinitatē crudelitate mentis nullatenus confitentur, Nec veteris ac noui teſtamenti parere regulis acquieſcūt. Vel ſicut dicit Titū. i. apoſtolus Qui verbis cōfitentur deum, factis autem negant. Et hij in iudicio non reſurgunt quia iam ſua infidelitate damnati ſunt, euangelio dicē Iohā. iii. te Qui non credit, iam iudicatus eſt. Et ſequitur. reſurget iuſtus vt iudicet, peccator vt iudicetur. Hieroni. Impius vt ſine iudicio puniatur. Hieronymus. (Ideo) inq̄ (non reſurgūt impij in iudicio) nō quia non reſurgunt, ſed quia in iudicio non reſurgunt Gloſa. In iudicio .4. ordines. iam enim de his iudicatum eſt. Gloſa. In iudicio enim quatuor erunt ordines. Alij iudicabunt & non iudicabuntur, vt perfectiſſimi. Alij nec iudicabunt, nec iudicabuntur, vt damnati infideles. Alij iudicabuntur, & ſaluabuntur, vt mediocriter boni. Alij iudicabūtur, & peribunt, vt fideles ma Gloſa. Reſurrectio duplex. Ephe. 5. li. Gloſa. Vel quia duplex eſt reſurrectio, animę ſcilicet & corporis. Animę in pręſenti qua reſurgunt a peccatis. Iuxta illud apoſtoli Ephe. v. Surge qui dormis & illuminabit te Chriſtus. Corporis vero in futuro qua fiet impaſſibile, & immortale. Hic agit de illa quę eſt animæ dicens / ꝙ reſurgūt impij a peccatis prima reſurrectione que eſt in fide, in iudicio, vt ſcilicet ſe iudicent & accuſent. ſe Hugo. quitur (Neq; peccatores) . Hugo cardinalis, Id eſt falſi chriſtiani reſurgent ſcilicet ad hoc vt iudicētur (In cōſilio iuſtorum) Hoc enim iudicium re

7 cte vocatur cōſilium iuſtorum, quia nihil ibi niſi rectitudinis erit.

QVoniam nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit.

¶Hieronimus. (Quoniam nouit) inq̄ (dominus viam iuſtorum) Nihil enim aliud cognoſcit dominus niſi quod noticia eius dignum eſt. Cogno Hieroni. ſcit quippe dominus eos qui ſunt eius. Et ſi quis neſcit, neſcietur. Et ad peccatores dicitur. Diſcedite a me operarij iniquitatis, non noui vos. Augu Luc. xiii Auguſti. ſtinus. Quemadmodum itaq; dicitur nouit ſalutē medicina, morbos autem nō nouit. Et tamen etiam morbi arte medicinę agnoſcuntur. Sic dici poteſt noſſe dominum viam iuſtorum, viam vero impiorum non noſſe, non quia dominus aliquid neſcit. Et tamen dicit peccatoribus non noui vos. Hugo Cardinalis. Omnia quidem nouit de Hugo. us per ſciētiam, ſed non per beneplaciti approbationem (Et iter impiorum peribit) Hieronymus. Hieroni. Quam clementer, nō impij peribūt, ſed impietas. Caſſiodo. Sicut enim beatorum via eſt dominus, Caſſio. ita peccatorū iter diabolus eſſe cognoſcitur, qui ſine dubio peribit quando cum ſequacibus ſuis æterna pœna damnabitur.

¶Pſalmus ſecundus.

¶Lyra Dicūt hebræi ꝙ dauid fecit hunc pſalmū laudādo deum de victoria habita de philiſteis, qui aſcenderunt ad pugnandum contra eum quando audierūt eum, fuiſſe vnctum publice ſuper totum Iſrael: ſecūdi regum quito Attamē Lyra inteligit eum ad literam de Chriſto.

¶Hieronimus. Audacis eſt hūc pſalmum interpretari velle poſt petrum. Immo de eo ſentire aliud q̄ in actibus apoſtolorum dixerit, Petrus. Lyra. Hieroni Act iiii.

¶Titulus, Pſalmus. Dauid.

¶Caſſiodorus. Dauid interpretaꝛ manu fortis Caſſio. ſiue deſiderabilis quod nulli pōt aptius coueni re q̄ omnipotenti chriſto, qui eſt veraciter fortiſſimus. Et ſummo deſiderio requirendus. Quapropter Dauid hic intelligendus eſt dominus. Chriſtus, de cuius paſſione loquitur propheta. Hugo. Hugo. Cardina. Iſte pſalmus eſt in ordine pſalmorum ſecundus. In titulo primus. Et agitur i eo de regno Diuiſ. chriſti, & ęterna eius generatione Et diuiditur in quinq; partes. In prima ponitur malorum increpatio. In ſecūda culpæ cauſa. Ibi (Diſrumpamus) In tertia culpę pœna Ibi (Qui habitat) In quarta tempus pœne determinat, ibi (Tunc loquetur) in quinta modum pœnę declarat, ibi (In furore) Vel Caſſio. ſecundum Caſſiodo. Primo loquitur propheta de Iudeis proter paſſionem Chriſti. Secundo verba ſunt dementium iudeorum, ibi (Diſrumpamus) Tertio dicta ſūt domini ſaluatoris de regno & de inenarrabili generatione ſua. ibi (Ego autē) Quarto propheta loquitur commonens populos vt ad fidem chriſtianam agnita domini maieſtate conueniant, ibi (Et nunc reges)

1 Ps. ſcd̃s. — Alia litera turbabũtur. Aug. hȝ vt quid. Caſſio.

QVare ✠ fremuerunt gẽtes, & populi meditati ſunt inania.

Q uare) Auguſtinus.pro eo dictum eſt, vt quid. Ac ſi diceretur fruſtra Non enim impleuerunt,quod voluerunt vt Chriſtus extingoretur (fremuerunt) Caſſiodorus . Fremitus proprie ferarum eſt, qui iuſte furentibus datus eſt ,quando ratione poſtpoſita belluino furore ſuccenſi ſunt. Corripit enim populos propheta cur fremuerunt contra dominũ ſaluatorem,cum cauſas iracundię non haberent
Hugo. (Gentes) Hugo Cardina . Id eſt gentiles ſcilicet Romani milites qui chriſtum crucifixerunt (Et populi) Idem, id eſt Iudęi a polis quod eſt pluralitas,quia plures fuerunt ꝙ gentiles(Meditati ſũt
Caſſio. inania)Caſſiodorus.Merito ergo inania meditabantur qui eius aduentum fructuoſum neq̃q̃ in-
Gloſa. telligere potuerunt, Gloſa.Vel(meditati ſunt in-
Gloſa. ania)credentes eum detinere in morte,vel ne mũdus poſt eum,abiret.Gloſa.Caſſiodorus.Vel (meditati ſunt inania)id eſt falſa in ſcripturis de futuro adhuc meſſia quem maximo errore decepti nõ veniſſe,ſed adhuc venturum eſſe confidunt. Ex-
Geneſis xxij pectantes ſicut pueri abraham in pede montis cum aſino.

2 ASTiterunt reges terrę, &principes conuenerunt in vnum, aduerſus dominum, & aduerſus chriſtum eius.

Caſſio. Caſſiodorus.(Aſtiterunt(regesterrę per hoc quod
Gloſa. dicit(aſtiterunt) non pręſentiam ſignificat, ſed voluntatem . Nam in paſſione domini conſtat Reges omnimodo non fuiſſe.Gloſa.Vel ponitur hic plurale pro ſingulari per Sinodochen quaſi dicat (aſtiterunt)non ſolum populi & gentes contra chriſtũ,ſed etiã(reges) id eſt herodes Et(prin-
Gloſa. cipes)ideſt Pilatus.Quod autem dicit.(Aſtiterũt) moram ſignat .Gloſa. Caſſiodorus. Vel cum dicit (Reges terrę)herodẽ vult intellgi qui perſequendo dominum necauit infantes . Et alterũ herodẽ nepotem eius qui Pontio.Pilato in ſaluatoris nece conſenſit.Qui ambo merito aſtitiſſe dicti ſunt
Caſſio. quia ſacrilegis mentibus conſentientes in vno ſcelere conuenerunt.(Et principes) Caſſiodorus. De phariſęis dicit.Sermo enim iſte interdum re-
Gloſa. ges, interdum ſignificat priores. Princeps enim dictus eſt ,quaſi prima capiẽs.Gloſa. Vel per prin-
Caſſio. cipes Annan &Caypham intelligi voluit,qui erãt principes ſacerdotum.Qui omnes conuenerunt in vnum.Caſſio.id eſt in vnam voluntatem non in vnum conuentum.Nam diuerſis cõciliabulis hoc ſcelus leguntur fuiſſe machinati(aduerſus do-
Caſſio minum)Caſſio.id eſt(patrem,&aduerſus chriſtum
Iohã. v. eius) Idem.Hoc eſt filium ſicut ipſe in euangelio dicit.Qui nõ honorificat filium nõ honorificat
Dyapſalma patrem qui miſit illum.

3 ſcd̃a ps. DIſrumpamus ✠ vincula eorum, & proicijamus a nobis iugum ipſorum.

Caſſio. Verba ſunt iſta dementium Iudeorum, dicebant autem vincula quę potius peccata ſoluebãt. Sic enim putauerũt ſe vincula iſta diſrũpere, ſi in præceptorem legis,& apoſtolos ipſius ſcœleſta voluntate proſilirent.Gloſa.(Diſrumpamꝰ)in- Gloſa
quiunt,(vincula eorum)Chriſti.ſ. & diſcipulorũ, quibus nos ſibi aſtringere volũt.(Et proiciamꝰ a nobis iugũ ipſorum,) ideſt legem. Caſſio. In iu- Caſſio.
mentorum nãq; inſipientiũ digna ſibi comparatione manſerunt,qui nõ proijciunt iugũ niſi prius eius vincula diruperint. Auguſt. Vel(proijciamꝰ Auguſti.
a nobis iugum ipſorũ)ideſt,demus operã,vt non nos alliget,neq; imponatur nobis Chriſtiana religio.

QVi habitat in cœlis irridebit eos, & dominus ſubſannabit eos. 4

Caſſio. Cœlos hic viros ſanctos ſignificat , ſi- Caſſio
cut & ipſe alibi dicturus eſt.Cœli enarrant gloriã Ps. xviij.
dei,quos aptiſſime cõmemorandos elegit,vt amplius impiorum elationem,maliciãq; confunderet. Gloſa. Qui habitat,inq̃,dominus ſcilicet(in cœ- Gloſa
lis)ideſt,in ſanctis animabus & angelis, (Irridebit eos)quaſi buccis,vt factum eſt quando poſitis cuſtodibus,ſurrexit a ſepulchro.(Et dominus ſubſannabit eos.)Quaſi naſo,quod factum eſt quando diſcipuli per mundũ ſunt diſperſi. Irriſio enĩ fit bucca. Subſannatio vero rugato naſo. Caſſio. Caſſio.
Quod autem dicit(Irridebit,& ſubſanna.)& his ſimilia ex noſtro vſu accipienda ſunt. Dominꝰ enĩ nec ſplene ridet,nec vultu ſubſannat : ſed virtute ſua ſpiritualiter peragit,quęcũq; diſponit.Hiero. Hieroni.
Sic igitur iſtud accipiendũ eſt.Non ꝙ nos ille derideat ,ſed ꝙ nos deriſui digna faciamus. Vnde Auguſtinus.Nihil,inq̃,horum ſapere oportet car- Auguſti.
naliter,quaſi aut buccis deus,aut naſo ſubſannet. Sed ea vis accipienda eſt,quam dat ſanctis ſuis,vt futura cernẽtes,illorum inania meditatos eſſe intelligant.

TVnc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo cõturbabit eos.

Caſſiodo.(Tunc) tempus illud ſignificat cum Caſſio.
iudicare venerit mũdum(Loquetur ad eos in ira Caſſio.
ſua,& in furore ſuo conturbabit eos)Caſſiodorus. Ira & furor ſimilia ſunt præcedentibus.Nã deus & cum tranquillitate iudicat,& ſeruata pietate ,cõturbat. Non in malos , motu aliquo ſuggerente candeſcens,ſed ab eis ſuæ gratiæ momenta ſuſpẽdens.Nã motus diuinitas beata non patitur,quæ ſemper eadem æterna atq; immobilis perſeuerat. Auguſti.
Auguſtinus.Quanq̃ poſſit ira dei recte intelligi, etiã ipſa mentis obſturatio quæ conſequetur eos, Hieroni.
qui legem dei tranſgrediuntur.Hieronymus.Nõ autem ait,puniet,ſed turbabit vt abſq; pœnis qui turbatus corrigatur.

EGo autem conſtitutus rex ab eo, ſuper ſyon montem ſanctum eius prædicans præceptum eius.✠ 6 Tertia pars. Alia lr̃a ipſius Caſſi.

Caſſiodorus.Verba refert domini ſaluatoris,q ſe regem a patre conſtitutũ eſſe teſtatur.Auguſti. Gloſa
Gloſa. Ego,inq̃,cuius iugum & vincula volebãt abijcere(Cõſtitutꝰ ſum rex ab eo)A patre ſcilicet, Caſſio
ſuper Syon montem ſanctũ eiꝰ.) Caſſiodo.(Syõ) Hebræa lingua dicitur ſpecula,quæ competenter aptatur eccleſiæ.Quam & mõtem appellat,ꝓpter eminentiam honoris,& firmitatem fidei.(Prædicans præceptum eius.) Caſſiodorus.Hieronymꝰ.

Quod & fecit euangelium docēs,vt prędicationē prophetarum ſua manifeſtatione compleret.

7 DOminus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Caſſio. ps.cix. Hugo. Eccleſi. xxiiij. Mat.iij. Caſſio. Augu. Hugo. Caſſio. Eſa. liij.

Caſſiodorus. Dominum ſignificat patrē. Sed & ipſe quoqꝫ dominus eſt,ſicut in centeſimo nono pſalmo dicturus eſt. Dixit dominus domino meo,ſede a dextris meis. Hugo Cardinalis. (Dominus) inq̄ pater (Dixit ad me) id eſt genuit me verbum enim cum dicitur,generatur. iuxta illud eccleſiaſtici.xxiiij.Ego ex ore altiſſimi prodij.Filius meus es tu.Quod & in euangelio dicturꝰ erat Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui (Ego hodie.) Caſſiodorus Dicendo hodie coęternitatem ſuę maieſtatis oſtēdit.Hodie enim apud deum,nullo initio incipit,nullo fine cōcluditur. Non eſt enim ibi,fuit,neqꝫ erit,ſed ſemꝑ manet,ſemper eſt.Pręſens enim tēpus quod ait(hodie)pro perpetuitate poni ſcripturarum diuinarꝫ proprium eſſe cognoſcitur. Auguſtinus. In ęternitate nanqꝫ nec pręteritū quicq̄ eſt,quaſi eſſe deſierit.Nec futurum,quaſi nondum ſit,ſed pręſens tātum,quia quicquid æternum eſt,ſemper eſt.Hugo Cardinalis.Competenter itaqꝫ dicit(hodie) vt notaret generationem illam nō pręteriiſſe. Competenter etiam addidit (genui) vt oſtenderet non nouiter inchoaſſe,vnde ſequit̄(Genui te) Caſſio. In quo natiuitatem illā ſignificat,de qua Eſaias dicit.Generationem eius quis enarrabit?

8 POſtula a me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & poſſeſſionē tuam terminos terrę.

Hiero. Caſſio. Gens vnde. Ioh.xvi. Hereditas vnde. Caſſio.

Hieronymus.Quaſi diceret.Dum Iudęi te noluerunt recipere. Omnes gentes tibi veniēt in hęreditatem.(Poſtula)ergo(a me,& dabo tibi gentes hęreditatem tuam) Caſſiodorus. Quicquid autem in tempore accepit chriſtus,ſecundum hominem quę nō habebat, acquirit.Hic enim iubetur,vt petat ſecundum naturam inferiorē,& vt accepta poſſideat.Nam ſecundum potentiam verbi,indifferēter omnia quę habet pater,habet & filius,nec illi neceſſe eſt petere,quæ ſimul cognoſcitur poſſidere, per gentes autem ſignificat nationes toto orbe diuiſas,quas diſtinctas, atqꝫ ſeparatas ſanguis amplectitur.Gens enim a genere vocitatur. Cum dicit hęreditatem tuam,naturam illam in Chriſto perfectę diuinitatis oſtendit,ſecundum quā dicit. Omnia quę habet pater,mea ſūt. Hęreditas enim ab hęro dicta eſt,id eſt domino,ſequitur(Et poſſeſſionem tuā terminos terrę)Caſſiodorus. Hic manifeſtatur vniuerſas gentes in chriſti nomine credituras. Termini enim terrę ſūt,qui tellurem cingunt,atqꝫ concludunt.

9 REges eos in virga ferrea, et tanq̄ vas figuli confringes ✠ eos.

✠ Alia lra conteres. Auguſti. Hiero. Caſſio.

(Reges eos i virga ferrea) Auguſtinus id eſt in inflexibili iuſticia.Caſſiodorus.Vel in regali poteſtate,non tyrannica(reges eos)Hieronymus.Vel in dura diſciplina Romanorum. Vel per virgam ferream,ītelligitur diſciplina intollerabilis.Quia corda eorum tortuoſa erant(Et tanq̄ vas figuli cōfringes eos)Caſſiodorus. Poteſtatem domini,dicit virgam ferream,ſuperbos populos(vas figuli) quod mox vt percuſſum fuerit in partes minutiſſimas,diſſipatur. Gregorius in mora. Iob libro. vij.Sciendum eſt inquā,quia aliquādo nos aduerſarius.Aliquando vero conterit deus , ex contritione autē aduerſarij,a virtute deficimus.Per contritionem vero domini,fracti vicijs ad virtutē roboramur.Hanc contritionem propheta pręuiderat,cum dicebat(Reges eos in virga ferrea,Et tanquā vas figuli)In virga enim nos deus regit,& cōterit,quia a diſpenſationis ſue forti rectitudine cū nos interius reficit,exterius affligit. Nā quo virtutem carnis humiliat, Intētionem ſpūs exaltat.

Grego. i mora. Iob. lib. vij.

ET nūc reges intelligite , erudimini qui iudicatis terram. 10

Gloſa. Caſſio. Ad Cor. iiij. Caſſi.

(Et nunc)Gloſa.Per ea ſcilicet quę dicta ſunt. Hieronymus.Regesſęculi omnes.Vel(Reges)ſancti apoſtoli intelligite iſta ſupra dicta. Caſſiodorus.Vel per reges)dominatores debemus intelligere viciorum,qui hęc & ītelligere poſſint,& implere domino pręſtante pręualeant.Dicuntur enī reges,etiam quibus priuata conditio eſt,ſicut ait apoſtolus .Iam ſine nobis regnatis. Et vtinam regnetis,& nos vobiſcum regnemus.(Erudimini q iudicatis terram)Caſſiodorus. Erudire,docere eſt. Rudis enim dicitur nouus Eruditus, quaſi a rude ſublatus,id eſt ignorātia diuiſus,& in doctrinę finibus collocatus.Quod illis bene dicitur,qui iam carnalia delicta domuerunt. Ipſi enim bene iudicant terrā,quando repreſſis vicijs corporibus ſuis fauente domino pręcepta legis imponunt. Terra autem dicta eſt a terendo,quod cōmeantium greſſibus atteratur. Gloſa. Ne autem inde ſuperbiant, ſubditur.

Gloſa.

SEruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. 11

Gloſa. i.Cor.x. Caſſio. Hiero.

Gloſa(Seruite)inq̄(domino)qui non ſinit peccare ,(In timore)vt qui ſtat videat ne cadat.Hieronymus.Auguſtinus.Et ideo timorem dixit,vt elationem eis tolleret,quia reges eos appellarat. Caſſiodorus.Breuis nanqꝫ,& plena commonitio qua domino deo amabili timore ſeruitur.Nam ſicut remiſſa ſecuritas,culpas admtttit. Ita timor deſiderabilis,delicta ſemper excludit. Et ne ſeruitiū dei duriſſimum,aut triſtiſſimum forte putaretur,ſubiunxit(& exultate ei cū tremore)Quia tremor domini non ad miſeriam,ſed ad gaudium ducit, quiqꝫ beatos efficit,& ſanctos operatur. Et iterum ne hęc exultatio negligens redderetur,addidit(cum tremore)vt vtraqꝫ ſociata cęleſtem reuerētiam cōpetenter exprimerent. Hieronymus.Vel vt (cum tremore) eſſent, id eſt tremore corporis,& timore animę.

APprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus, &pereatis de via iuſta. 12

Caſſiodorus.Magnificum verbum.(Apprehēdite diſciplinam)quaſi munimen clypei,cōtra noxia vitia profuturum,cuius vtilitatem ſubiunxit dicendo.(Nequando iraſcatur dominus,& pereatis de via iuſta.Nequando, dixit propter patientiam domini,quę diu ſuſtinet excedentes. Et peatis de via iuſta)id eſt a cęleſti rege chriſto, qui via eſt recte ambulantium. Ad vitam dux euntium.

Ioh.xiiii. iter ad beatitudinem feſtinantium. Sicut ipſe in euãgelio dicit. Ego ſum via veritas,& vita. Via ꝓpter incarnationem per quam bonis viuendi prębet exemplum. Veritas propter iudicium. Veritas propter deitatem. Hęc magna pœna eſt quę ab his formidatur qui aliquid dulcedinis iuſticię perceperunt. Qui enim perit de via iuſticię, cum magna miſeria per vias iniquitatis errabit. Hieronymus. Via nanq; iuſta vel recta chriſtus eſt, in via ſumus quando mandata dei implemus. De via perimus, quando ab eis declinamus. [Hieroni.]

13 CVm exarſerit ī breui vía eius, beatí omnes quí confidunt in eo.

¶ (Cum exarſerit) Auguſtinus. id eſt cum vindicta venerit quę impijs & peccatoribꝰ præparatur (in breui). Hieronymus. hoc eſt in exitu vniuſcuiuſq; hominis, Vel (in breui) in die iudicij. Auguſtinus. (In breui) nãq; dicit quia repentinum aliquid erit, dum hoc remotum a longe futurũ peccatores exiſtimabunt. Caſſiodorus. Vel quia cum decreuerit, vindicat, Et cum ſuperius ad ſuſtinendum in hoc ſęculo poſuerit (Nequando) in futuro vero ad iudicãdum dicit (In breui) vt modo omnipotentis declaretur pietas tunc poteſtas (Beati oẽs qui confidunt in eo) Caſſiodorus. Decora concluſio poſt multa dicere ad quod quis debeat feſtinare. Hieronymus. (Beati) inq̃ (omnes qui cõfidunt in eo) Non in hominibus, neq; in ſemetipſis. Sed in deo. Gloſa. Qui tunc beati erunt, cum vindicta iniquorum venerit. Et ipſi ad regnũ peruenient. Hieronymus. Iſte pſalmus in beatitudinem terminatur, vnde ſuperior incipit. Et ideo apud hebręos pro vno illi duo habentur.

[Auguſti. Caſſio. Caſſio. Hieroni. Gloſa. Hieroni.]

¶Pſalmus tertius,

¶Titulus. Pſalmus Dauid. cũ fugeret a facie Abſalon filij ſui.

¶Lyra. In titulo apparet auctor pſalmi ſcilicet Dauid & materia eiꝰ, quia in illa fuga Dauid ſe humiliauit coram domino flens operto capite, & nudis pedibꝰ incedens vt habetur ſecundi regũ.xv.

ij.reg.xv. ¶Caſſiodorus. Abſalõ dum patrem ſuũ Dauid crudeliter inſequeretur, mulę impetu perductus in cõdenſam quercum, ramis eius colla nectentibus in aeris ſublimitate ſuſpenſus eſt, quadam præfiguratione dominici traditoris, vt ſicut Iudas innodatus laqueo vita finiuit. Ita & perſecutor Dauid conſtrictis faucibus expiraret. Totus autem hic pſalmus ad perſonam chriſti domini competenter aptatur. Et eſt primus pſalmus ex his qui breuiter de paſſione chriſti loquuntur. Et diuiditur in duas partes. Primo ad patrẽ loquitur, perſecutoribus exprobrans qui irreligioſa contra ipſum verba loquebantur. Secundo loco fidelis populus ne mortem formidet, inſtruitur, quando eum exemplo auctoris ſui ſpe reſurrectionis, certiſſime conſolatur. ibi (Ego dormiui) Intentio autem prophetę, eſt redarguere eos, & maxime paganos, qui non putant gloriam maieſtatis poſſe deſcẽdere ad humilia, id eſt deum hominem fieri, Pati, Mori &c.

[Diuiſio.]

1 DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me, multi inſurgũt aduerſum ✠ me. [ps.iii.] [✠ Alia tra ſup me.]

¶Hieronymus. Poteſt hic ps & ad Dauid, & ad chriſtum, & per eũ ad omnes ſanctos pertinere. Caſſiodorus. (Domine quid multiplicati ſunt) ſecundi pſalmi hoc quaſi videtur ſimile initium, Sed illic interrogatio increpantis, hic admirantis contra ſe populos excitatos, qui ad eos cognoſcitur veniſſe ſaluãdos. Auguſtinus. Tam ſcilicet (multiplicati ſunt) vt etiam de numero diſcipulorum non defuerit, qui numero acceſſerit perſequentium. (Qui tribulant me). Gloſa. vt me deprimant. Caſſiodorus. In quo oſtẽdit eum de illorum amplius cęcitate doluiſſe, qui ſalutare ſuum, obſtinatis mentibus reſpuerunt. (Multi inſurgunt aduerſum me.) Gloſa. Vt ſcilicet me deprimant.

[Caſſio. Auguſti. Gloſa Caſſio. Gloſa]

2 MVlti dicunt animę meę, nõ eſt ſalus ipſi in deo eius.

¶Caſſiodorus. Cũ repetitur ſepius (multi) oſtẽditur acerba numeroſitas impiorum, qui a conſpiratione denſiſſima areſcere potuerũt (Multi (inq̃) dicunt animę meę, non eſt ſalus ipſi) Auguſtinus. Manifeſtum eſt autem ꝙ niſi deſperarent reſurrecturum, non vtiq; eum occiderent, nec Iudas eum tradidiſſet. Idem & Caſſiodorus. Et ad hoc valent illę voces, deſcendat nunc de cruce & credimꝰ ei. Et alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluũ facere. Sequitur. (In deo eius) Gloſa. Quem ſcilicet ſibi deum facit.

[Caſſio. Auguſti. Matth. xxvii. ci. pſalma.]

3 TV autẽ domine ſuſceptor meus, gloria mea, & exaltãs caput meũ.

¶Auguſtinus. Caſſiodorus. (Tu autem dñe ſuſceptor meus es) ſecũdum formam dicitur ſerui. Hominis enim ſuſceptio, eſt verbum caro factũ (Gloria mea). Auguſtinus. Gloriam ſuam, deum dicit, Diſcant itaq; ex hoc ſuperbi, qui non libenter audiunt cum eis dicitur. Quid habes quod non acce piſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? (Et exaltans caput meum). Auguſtinus. Gloſa. Id eſt mentem humanam, quę tanta paſſione non deponitur. Et hoc merito, quia.

[Auguſti. i.cor.iiii. auguſti. Gloſa.]

4 VOce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de mõte ſancto ſuo.

¶(Voce) Gloſa. cordis quę deo ſonat qua Moyſes tactus, ore deo clamabat quando dictum eſt ei, qd clamas ad me de terra. Hac etiam voce clamãs Suſanna audita eſt. (Hac) inq̃ (voce mea). Caſſiodorꝰ. Cum dicit mea, demõſtrat orationis proprię ſanctiſſimam puritatem. (Ad dñm clamaui). Gloſa. Clamor dicitur oratio propter vim intentionis. Caſſiodorus. Et hoc euangelica verba declarant vbi ait filius, pater clarifica filium tuũ &c. (Et exaudiuit me de mõte ſancto ſuo). Caſſiodorus. per montem ſiquidem, Et ipſe dominus, & ſancti eiꝰ, & eccleſia diuerſis quidem locis aptiſſime ſignificantur, hoc tamen dictum, intelligendum eſt de monte, id eſt de diuinitatis excellentiſſima ſummitate. Hieronymus. Per montem ſanctum puto intelligendum eſſe filium dei, ad quem in nouiſſimis diebus populi conflucturi ſunt Eſaia &

[Gloſa. exo.xiiii. dan.xiii. Caſſio. Gloſa. ioh.xvii. Caſſio. Hieroni. Eſa.ii.]

Michęa, hoc ipſum vaticinātibus. Sed & de eccleſia intelligitur, quia non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita (Exaudiuit me) inq̄, Sed in quo exaudiuit, in hoc videlicet, quia.

5 **Ego dormiui & ſoporatus ✠ ſum, & exſurrexi quia dominus ſuſcepit me.**

¶Caſſiodorus. Venit ad ſecūdam partem, In qua dubitantium corda roborantur, vt crederent eum confeſtim reſurrecturum, quem viſuri erāt impiorum manibꝰ crucifixum, vnde ait (Ego dormiui) Gloſa. id eſt paſſioni me ſponte permiſi. Auguſt. Et propterea dicit (Ego) quod eſt cū pondere ꝑnunciandum, ad ſignificandum ꝙ ſua voluntate mortem ſuſtinuit. Non ergo inq̄ vos o Iudęi me tanq̄ inuitū iteremiſtis (Sed ego dormiui) Caſſio. Vel hoc dicit quia celeriter reſurrexit, quod fit in ſomno iſto mortali, vbi non vitę terminus, ſed tēporalis requies ĩuenitur (Et ſoporatus ſum). Gloſa. id eſt in corde terrę ſepultus, in quo ſecundum. Caſſiodorū. ſæcuram ſignificat pauſationem. (Et exſurrexi). Caſſiodo. Exurgere, eſt cum alacritate reſurgere, Sed quare reſurrexerit, euidenter exponit (Quoniam dominus ſuſcepit me). Natura em̄ humanitatis, per ſe non potuiſſet propria virtute reſurgere, niſi eam diuina omnipotentia ſuſcepiſſet ſicut ipſe dicit. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Et ideo quia modo ſum liberatꝰ. (Et quia dominus ſuſcepit me.)

6 **Non timebo milia populi circundantis me, exurge domine, ſaluū me fac deus meus.**

¶Caſſiodorus. Timere non potuit iniquum populum, cui erat in ſua diuinitate prẹſidiū. Et ideo dicit. (Non timebo milia populi circūdātis me). Idem & Auguſtinus. Scriptum eſt enim in euangelio, quia in paſſione, magna eum populi multitudo circundedit. Et quod dicit (non timebo) Nō ſignificat ſe non eſſe moriturum, ſed mortem formidare non poterat quam triduanam, & mundo profuturam eſſe prẹſciebat (Exurge domine). Auguſtinus. Non dormienti, aut iacenti dicitur deo (exurge). Sed moris eſt diuinarum ſcripturarum, perſonę dei tribuere, quod in nobis facit ipſe (Exurge igitur inq̄ (domine) id eſt fac me reſurgere. Gloſa. inter. Tunc enim deus nobis ſurgit cū nos ei ſurgimus, quod aperit ſubdens. (Saluum me fac deus meus).

7 **Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes michi ſine cauſa, dentes peccatorum contriuiſti.**

¶Auguſtinus. Gloſa. hoc non retropendet. i. prẹcedentibus non continuatur, nec prẹcedētiū cauſa, hic redditur. Non enim propterea ſaluum facit, quia percuſſit inimicos eius, ſed potius ipſo ſaluo facto illos percuſſit, (dentes peccatorum contriuiſti). Auguſtinus. Id eſt inde contriuiſti omnes dētes peccatorum, quoniam percuſſiſti omnes aduerſantes mihi, vt ſic accipiamus dētes verba maledica. Caſſiodorus. Vel ſic (dentes peccatorum) id eſt detrahentium, verba mordētia qui poteſtati diuinę nefandis dogmatibꝰ obloquunt̄ dētes em̄ dicti ſunt ab edēdo. (Cōtriuiſti) hoc eſt ad nihilum perduxiſti. Nam reuera contriti ſunt, quando hominem cognouerunt in gloria reſurrexiſſe, quem viſi ſunt humanitate deſpecta trucidare.

8 **Domini eſt ſalus, & ſuper populū tuum benedictio tua.**

¶Gloſa. Cōuertit verba ad homines, quaſi dicat, & quia ita eſt vt dixi O hoīes, hoc vobis credendū eſt, quia (dn̄i eſt ſalus). Hieronymꝰ. Hoc eſt nō ab homine, ſed a deo. Ipſe enim ſolus poteſt, & ꝑ ipſum a morte tranſire in vitam. (Et ſuper populū tuum). Hieronymꝰ. Hoc eſt populum chriſtianū. (Benedictio tua). Hieronymus. Populo credentiū benedictionem infundit, tranſmittens eis ſpiritū ſanctum. Vel in futuro quando dicturus erit. Venite benedicti patris mei, ꝑcipite regnū qđ vobis paratū eſt ab origine mūdi. Caſſiodorꝰ. Vna itaq; ſētentia, & quid debeant credere hominibus præcipit, & quid ab ipo poſſint recipere compromiſit.

¶Pſalmus quartus.

¶Titulus.

In finem pſalmus Cantici Dauid.

Vel pſalmus Dauid canticum. vel ſecūdū Hieronymum (Infinē) in carminibꝰ pſalmus Dauid (In finem) Hieronymꝰ.

¶Lyra dicit ꝙ iſte ps ē gratiarum actio ipſius dauid, ꝑ eius liberatione, quādo Saul & eiꝰ exercitus cingebant Dauid & viros in modum coronę. & Dauid deſperabat ſe poſſe euadere, primi Regum. xxiij.

Auguſtinꝰ. Caſſiodorus. Id eſt in chriſto. finis em̄ legis chriſtus. ad iuſticiam omni credenti qui eſt omnium bonorum perfectio glorioſa. Auguſtinꝰ Hic autem finis perfectionem ſignificat, non cōſumptionem. (Pſalmus). Caſſiodorus. Eſt muſicū organum capite ſonorū quo diuina prẹconia canebantur. (Canticum) vero quod ſupernas laudes humanis vocibus perſonabat. Hugo Cardinalis. Tituli ſenſus eſt hic. Pſalmus iſte dirigens nos in finem. Id eſt chriſtum qui eſt finis in præſenti ad iuſtitiam, In futuro, ad coronam. Poſt mentis lętitiam, nos inuitat ad bonam operationem. Quandoq; enim ſicut dicit Gloſa. cantabatur illi muſico inſtrumento ante archam domini. Quandoq; prẹcinebat̄ pſalmus tantum. Et quandoq; præcinebat̄ pſalmus, & ſequebatur canticum. Et tunc dicebatur (canticum pſalmi). Quandoq; fiebat ecōuerſo. Et tunc dicebatur (pſalmus cantici) ſcilicet conſecutiuus. Gloſa. (Pſalmus) dicitur in quo tantum de bona operatione agitur. (Canticum) in quo de mentis exultatione ſolum tractatur. (Pſalmi canticum) vbi primum de bona operatione, poſtea de mentis iucunditate agitur. (Cantici pſalmus) vbi primum de mentis lętitia. Poſtea de bona operatione tractatur, vt hic, Prius enim dicit ſe exauditum, & in tribulatione dilatatum. Deinde de pœnitentia, & ſacrificio iuſtitiæ loquitur. Et ex his patet ſenſus tituli. Eſt autem principalis intentio huius pſalmi monere, vt primo deſerantur falſi dij. Et vana temporalia ſæculi. Et primo Dauid exemplo ſui increpat infideles de

falſis dijs,& falſis bonis,docens in eis nõ confidere. Deinde proponẽs nouum hominem,veterem iubet exuere,ibi(Et ſcitote). Poſtremo,depoſito veteri homine,nos deo in ſacrificium monet offerre,ibi(Sacrificate),vt de veteri vita,tranſeatur ad nouam. Propheta ergo redarguens ydolatras,et ab ydolatrię ſuperſtitione reuocans, dicit

1 Cum inuocarem exaudiuit
me deus iuſtitiæ meæ, in
tribulatione dilataſti mihi.

¶Gloſa. Quaſi dicat veſtri dij,ydolatrę,cum inuocantur nequeunt exaudire,quia non vere viuunt,ſed(deus)dator,ſcilicet(iuſtitiæ meæ)id eſt,me iuſtificans(Cũ inuocarem eum,exaudiuit me).Et propterea.Cõuertimini ad deum,& ipſe vos exaudiet)ſicut me. Ego enim de iniuſtitia,ad iuſtitiam me conuertens(Inuocaui)& exauditus ſum. Sequitur.(In tribulatione dilataſti mihi)Auguſtinus. Id eſt,ab anguſtijs triſtitiæ,in latitudinẽ gaudiorũ. Quod gaudium eſt de pura conſcientia,de ſpe vitæ æternę,iuxta illud apoſtoli. Roma.v. Gloriamur in tribulationibus.Caſſiodor⁹. Tribulatio enim eſt quæ ſemper dilatat eccleſiam,quando eodem tempore confeſſores fiunt,martyres,coronantur. Totaq; turba iuſtorum,contritionibus ſemper augetur.Auguſtinus.Mutatio autem perſonæ a tertia,vbi ait(Exaudiuit)ad ſecundã,in qua dicit(dilataſti)ſuauitatis cauſa facta eſt.Prius enim ſe hominibus indicauit exauditum,& poſtea ad eum,qui exaudiuit,conuerſus familiariter loquitur,dicẽs,(dilataſti mihi)Sequitur.

2 Miſerere mei, & exaudi orationem
meam.

¶Auguſtinus. Sed cur iterum rogat? cum iã ſe exauditum,& dilatatũ indicauerit,an propter nos de quibus dicitur.Si autem quod non videmus,ſperamus,per patientam expectamus. Caſſiodo. An forte ſignificans perfectæ orationis hunc eſſe modum,vt licet nobis poſtulata deſideria concedantur.Nos tamen iugiter poſtulemus,ſicut dicit apoſtolus.Sine intermiſſione orate,in omnibus gratias agite,propter quod ſubiũgit.(Exaudi orationem meam).Caſſiodorus.Pia nanq; mater miſerendum ſibi eſſe dicit,ſi pro filijs eius,audiatur oratio.Quoniã quicquid membris tribuitur,toto corpori,ſine dubitatione præſtatur.

3 Filij hominum vſquequo graui ✠
corde,vt quid diligitis vanitatem
& quæritis mendacium.

¶(Filij hominum).Glo.Qui vti ratione deberẽt. Vel(filij)Adæ,non dei.Gloſa.Adam enim,homo fuit,& non filius hominis:cuius filij ſunt,qui ei⁹ imaginem portant?(Vſquequo graui corde(Auguſtinus.Vt ſaltem ſi in aduentum filij,veſter error durauerit,quid vltra graues eſtis?Caſſiodor⁹. Merito nanq; eos diutius,graues corde fuiſſe dixit,qui poſt veritatis prędicationem,adorare magis elegerunt idola falſitatis Sequitur(Vt quid diligitis vanitatem).Gloſa.Auguſti. Cum de terrenis,& de his quæ vana ſunt,vultis eſſe beati. Sed fruſtra,quia ſola veritas facit eſſe beatos. Caſſio. Vanitas autem nomen eſt generale vitiorum,vñ illud proprie vanum dicitur,quod a deo probatũ alienum.(Et quæritis mendacium).Caſſiodorus. Quod vtiq; non appetere,ſed refugere deberetis. Illud autem mendacium,idola ſignificat,quæ tale nomen merito ſuſceperunt,quia contra dignitatẽ veritatis erecta ſunt.

Et ſcitote quoniam mirificauit ✠ 4
dominus ſanctum ſuũ, dominus
exaudiet me,cum clamauero ad eum.

¶Gloſa. Reuocatos exemplo ſui a vanis,Chriſti exemplo,vocat ad bonos mores,dicens(Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuũ) Gloſa. Sanctum ſanctorum ſuſcitando,& ad dexteram collocando,ad quem ab amore mundi conuerti debetis.Caſſiodorus.(Sanctum) nanq;(ſuũ) dicit Chriſtum.ſicut & alibi de ſeipſa,veritas profitetur.Cuſtodi animam meam,quoniam ſanctus ſum.(Dominus exaudiet me)Glo.De requie æterna,ita & vos audiet:& ideo clamate. vnde ſequit.(Dum clamauero).Caſſiodorus. Id eſt,cum bonis operibus diuinitati ſupplicauero,Ipſe enim clamor eſt,qui tacitus ad deũ peruenit,& exaudiri facit eos,qui bonis operibus conſtanter inſiſtunt.(Ad eum)ſcilicet dominum.(Exaudiet)inq̃,ſi feceritis,quod ſubditur.Nã ſequitur.

Iraſcimini,& nolite peccare,quę 5
dicitis in cordibus veſtris,&in cu
bilibus veſtris cõpungimini.

¶(Iraſcimini. Gloſa. Vobis de præteritis peccatis,& vlterius nolite peccare. Vel(iraſcimini)primis motibus,& ne ducatis ad actum. Gloſa. Vel ſi motus inſurgit animi,qui non eſt in poteſtate,non ei conſentiat ratio.Caſſiodorus.Venialis eſt enim ira,quæ ad effectum indignationis ſuę non peruenit.Motum ſiquidem animi feruidum propter humanam fragilitatẽ habere,in poteſtate nõ poſſumus. Suffragante tamen dei gratia,ratione diſciplinabili cõtinemus.Et ideo,beatus propheta,quod eſt quidem conſuetudinis,permiſit,quod vero culpæ prohibuit. Auguſtinus.(Quæ dicitis in cordibus veſtris,in cubilibus veſtris compungimini).Auguſtinus.Gloſ.Hoc eſt de his quę tractatis in corde,quæ nouit deus,id eſt,de conſenſu. Et de his,quę voluitis in cubili,id eſt in delectatione carnis,in qua captiua verſatur ratio,vt fera in cubili compungimini per pœnitentiam. Hiero. Et quod in die cogitando peccatis,nocte expiate per lachrymas. Caſſiodorus.Ferarum nãq; domicilium,proprie cubile dicitur,a cubando.

Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ,& 6
ſpate in domino,mlti dicũt quis
oſtẽdit nobis bona.

¶Caſſiodorus. Gloſa. Depoſito veteri homine,nos in ſacrificiũ iubemur offerri.Et ne intelligeres de ſacrificio pecudum,ſubiũxit. (Sacrificium iuſtitiæ,id eſt recte viuite,& corda veſtra diuinitati mũdi offerte ſemp,Aug.Vel(ſacrificium)inquã(iuſtitiæ,)qui eſt ſpiritus contribulatus,vt ſe puniens homo,per pœnitentiam mactet deo. Et

Glosa de veteri vita tranſeat ad nouã. Idẽ. Gloſa. Quid enim iuſtius, q̃ vt ſuis quiſq; peccatis poti⁹, q̃ alienis iraſcatur. Seq; puniens per pœnit ẽtiam, & ſatiſfactionem deo offerat. Et opera iuſtitiæ poſt lamẽtum faciat. Sic igitur (Sacrificate, & ſperate in
Caſſio. domino) Caſſio. Vt vitam bonã ſpes fœlicior ſubſequatur. Non em̃ hic plene recipere poſſumus, etiam ſi bonos actus diuinis conſpectibus offeramus. Sed ſperare docemur in domino, vt in futu
Auguſti. ro promiſſa ſalutaria conſequamur. Auguſti. Sed quia vix eſt qui diligat ĩteriora bona, ſubdit (Multi dicunt quis oſtendit nobis bona?) Futura ſcilicet de quibus dubitant, & deſperant. Ad quod reſpondens, oſtendit breuiter quæ bona ſunt quærenda, dicens

7 Signatum eſt ✠ ſuper nos lumen vultus tui domine, dediſti lætitiã in corde meo‡.

✠ Alia litera. Leua. ‡ Alia li. in cor meum

Gloſa. Quaſi dicat, hoc illi dicunt (Quis) ſcilicet, (oſtendit nobis bona.) Sed iam o domine (lumen vultus tui (ideſt, lumen gratiæ tuæ, quo reformat̃ imago tua in nobis, qua tibi ſimiles ſum⁹. (Signatum eſt ſuper nos) ideſt, impreſſum rationi, qua
Auguſti. deo ſimiles ſumus, vt ſigillum ceræ. Auguſtinus. Gloſa. Hoc autem lumen eſt totum, & Verum hominis bonũ, quod non oculis, ſed mente conſpicitur. (Signatum) aũt dicit tanq̃ denari⁹ q ſignatur
Caſſio. regis imagine. Caſſio. Hoc tamen imputatiue legendum eſt, quaſi dicat, promittitur nobis quod penitus non videmus, deſideramus quæ hic conſequi non valeamus. Iſtis itaq; reſpondendo iudicatur beneficiũ, quod etiam in præſenti ſęculo poſſidemus, cũ dicitur (Signatum eſt ſuper nos lu
Gloſa. men vultus tui domine) Caſſio. Gloſa. Crux nãq; nobis impreſſa eſt in ſignum regis noſtri, quæ eſt humilium inuicta tuitio. Superboꝶ deiectio. Victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorũ deſtructio, cœleſtium cõfirmatio, mors infidelium, & vita iuſtorum. Sequitur (Dediſti lætitiã in corde
Caſſio. meo.) Caſſio. Breuis ſermo, ſed perfecta completio. Quid em̃ amplius, a dubitantibus quæritur, q̃ ꝙ & ſigno crucis, regi noſtro militare cognoſcimur, & de perfecta fide, domino præſtante, gau
Auguſti. demus. Gloſa. Auguſtinus. Non em̃ foris in vanis, ſed intus, vbi habitat deus quærenda eſt læti
Gloſa. tia. Gloſa. Nam intus ſunt vera, & certa bona, quę mali non vident temporalia ſectantes, de quibus recte ſubdit.

8 A Fructu ✠ frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.

Auguſtinus. Iſti autem multi, qui dicunt, quis
Iohã. vi oſtendit nobis bona? Et regnum cœloꝶ intra ſe eſſe, non vidẽt. (A tempore frumenti, vini, & olei
ps. xxxv. ps. xxij. ſui multiplicati ſunt. Idem Caſſio. Nec vacat qđ additum eſt (ſui,) eſt em̃ frumenti dei. Panis, ſcilicet viuus, qui de cœlo deſcendit. Vinum dei. Nã inebriabũtur, inq̃, ab vbertate domus tuæ. Et oleũ dei, de quo dictum eſt. Impinguaſti in oleo caput meum. Ergo iſta dei, non habent peccatores. Sed ſua, id eſt, terrena, vnde corpus viuat, non anima perfruatur. In his nanq; (Multiplicati ſunt.) Glo. Quia præſentat in his conſummatum bonũ, ponens hæc tria tanq̃ vſibus humanis magis accommoda pro omnibus diuitijs. Glo. Iſta autẽ multiplicitas, vehementer eſt aduerſa illi ſimplicitati, qua ſimplex, & verum bonum quæritur, de quo bonus exultat dicens.

In pace in idipſum, dormiã, & requieſcam✠. 9

Alia lit. obdormiam & ſomnũ capiã Ioh. xiiii

Caſſio. (In pace) ſcilicet, de qua dicit domin⁹ in euangelio. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quam habere non poſſunt, qui ſęcularibus actibus implicãtur. Et propterea ne pacem iſtã temporalẽ putares, addidit (In idipm.) In idipſum qppe dicit̃, ꝙ nulla reꝶ viciſſitudĩe cõmutat̃ (In idipm) Hiero. i. ſimł (Dormiã) Idẽ Aug. Finẽ vitę vult intelligi, cũ mortale hoc, induet ĩmortalitatem, cũ vero dicit (Et requieſcam), futurã beatitudinem indicare mõſtratur. Quando ipſa requies dabitur ſanctis, & glorioſa pauſatio. Sequitur autem cauſa, quare requieſcat.

Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe, cõſtituiſti me✠. 10

Alia ſ habitare fecisti me

Caſſiodo. Singularis itaq; ſpes eſt eccleſiæ in mẽbris ſuis, quia ſola recipiat regnum dei, quod Babiloniæ populus nõ poteſt adipiſci. Et cum dicit (Conſtituiſti me) ſignificat dignã, deliberatamq; ſententiam, quam hic habemus in ſpe. Ibi autem poſſidebitur in re.

¶Pſalmus quintus,

¶Titulus

Pſalmus. Dauid. in finẽ pro ea, quæ hæreditatem conſequitur.

Lyra Lyra, ſecundum aliquos hebræos, iſte pſalmus intelligitur pro conſeruatiõe hæreditatũ duodecim tribuum iſrael.

Auguſti. ¶Auguſtinus. Vox eccleſiæ eſt in hoc pſalmo vocare ad hæreditatem, vt ipſa fiat hæreditas do
Caſſio. mini. Caſſiodorus. Hæc nanq; bona domini ſaluatoris addit, ac poſſidet. (Hæreditatẽ) vero ideo conſequi dicitur, quia Chriſto reſurgente, ad eam bona ſpiritualia peruenerunt, id eſt, inſeparabile fundamentum fidei. Spei certiſſimum præmiũ, ſuaue vinculum charitatis. Rurſus eccleſia domi
Vt ſupra ni vocatur hæreditas, ſicut in ſecundo pſalmo dictum eſt. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã. Quæ merito hæreditas ipſius dicitur,
Senſus pſalmi cuius præcioſo ſanguine comparata monſtratur. Gloſa. Et eſt ſenſus tituli talis, (Pſalmus Dauid dirigens nos in finem) id eſt ad æternam hæredi
Gloſa. tatem. (Pro ea) libera, ſcilicet, ſeu Sara, quæ eſt eccleſia, quæ conſequitur hæreditatem, non ſynagoga, quæ ab ea expellitur. Intentio autem prophetæ, eſt certificare fideles de hæreditate habẽda, vnde totus hic præſens pſalmus, a perſona catholi
Caſſio. Diuiſio: cæ profertur eccleſiæ. Caſſiodorus. Et diuiditur in tres partes. In prima, orationem ſuam, poſcit exaudiri hæreticos, & ſchiſmaticos prædicãs a domini muneribus excludendos. In ſecunda, ibi (domine deduc,) petit per intellectum diuinarum ſcripturarum ſe dirigi ad illam fœlicem patriam, aſſerens perfidos inde fieri alienos. In tertia, ibi (Et lætentur cõmmemorat præmia beatorum.

1 ps. v. Erba mea auribus ꝑcipe do
mine, ītellige clamorē meū
Gloſa. Tria in pſpis: et tria in aduerſis. ¶ Gloſa. Hic inuit ꝓphet a trinā
orationē eſſe faciendā. Sūt enim
tria principalia vitia in ꝓſperis.
Tria in aduerſis, cōtra quæ trinā debemus facere
orationē. In proſpis, contra carnis cōcupiſcentiā
Contra cōcupiſcentiā oculoꝝ. Cōtra ſuperbiā vi
tę. In aduerſis, cōtra timorē mortis. periculi & vtili
Caſſio. tatis, Caſſio. Gloſa. Dicit itaqꝫ o (dn̄e verba mea,)
id eſt oris pſalmodiā. (Auribus ꝑcipe) ideſt præſe
Caſſio. quentia tuæ maieſtatis. Glo. Caſſio. Aures em̄ dei
ſūt potētia. Clementia, potētia qua poteſt. Clemē
tia, qua vult exaudire. Niſi em̄ eſſet clementia, nul
Gloſa. lius pces exaudiret. Glo. Vnde per aures dei non
corporeū inſtrumētum, ſed præſentia diuinæ ma
ieſtatis accipit. Et ſequit (Intellige clamorē meū)
Caſſio. ideſt, cordis affectum, quo ad te clamo. Caſſio. In
quo cōſidera quoniā clamorem ſuū petunt intel
ligi. Vox em̄ iſta nō erat labioꝝ crepit⁹, ſed cordis
affectus, qui nō auribus audiri, ſed tamē lumen cō
ſueuit intelligi. Hiero. Quādo em̄ gemit⁹ noſter,
Hieroni. & conſcientia deprecatur, iſtū clamorē intelligit
deus, quoniā cū lachrymas ad deū fundimus eo tē
pore pupilla oculi noſtri clamat ad dominum.

2 ✠ Alia litera obſecrationis. Ntēde voci oratiōis meæ, rex me
us & deus meus.
Caſſio. ¶ Caſſio. Supra dixit (Intellige clamorē meum)
Modo dicit. (Intende voci orōnis meæ,) vt decla
ret orationē hanc eſſe perfectam, quā affectus mē
tis inflāmant. Trina em̄ repetit iōe, vnū idemqꝫ ſi
Gloſa gnificat. Gloſa, (Voci) aūt dicit, quia illa oratio vo
cem habet, quæ eſt digna audiri. (Rex me⁹, & de⁹
meus.) Gloſa. (Rex meus, ideſt, Chriſtus, & (deus
Auguſti. me⁹. ideſt pater. Glo. Augu. Proprie fili⁹ nāqꝫ be
ne primo rex ponitur, quia ꝑ eūm itur ad patrem
vnde ſubditur (& de⁹ meus.) Et tamē non dicitur
Hieroni. intendite, ſed intende) quia vn⁹ deus. Hiero. Ille
vere auſus eſt dicere (rex me⁹ & deus me⁹, (cui nō
regnat peccatum in mortali corpore. (Tu es) inq̄
(deus me⁹) quia nō eſt deus venter me⁹, quia non
Gloſ. eſt auꝝ deus, quia non eſt libido deus meus. Glo.
Vere, inq̄, exaudies vocem meā.

3 Voniam ad te orabo domine, mane
exaudies vocem meam.
¶ (Qm̄ ad te orabo.) Glo. Ideſt ſimplici corde pe
Auguſti. tā. (Mane exaudies vo. meā.) Glo. Aug. (Mane) di
cit nō in nocte, quā peccata fecerūt, ſed ea finita
Hieroni. videberis. (Mane) finis tenebraꝝ, initiū lucis, quę
ſemp creſcat: vt nec incipientes excludant. Hiero.
Statim em̄ vt tenebræ fugere cœperint, exaudies.
Statim in pricipio boni opis me exaudis, nō quæ
Gloſa. ris finē meū. Eſt em̄ meū velle, tuum pficere. Glo.
Vn̄ tanq̄ certus de hæreditate nō iacebo. Sed

4 Ane aſtabo tibi, & videbo, qm̄
nō deus volens iniquitatē tu es.
Caſſio. Caſſio. Repetit (Mane) quia neceſſario mentē lu
cidā beneficio domini aſtare, ſuis ſemp orationi
bus ſentiebat. Aſtare eſt em̄ ei præſentē ſemp aſſi
ſtere. Hierony. Videte ordinē, (Mane,) non veſpe,
non in tenebris, ſed mane. (Mane aſt abo tibi) ait
ſtabo conſtanter, & imitabor Moyſen, (Tibi aſta
bo (& non alij. Cum autem mane fuerit, & aſtite
ro, & tibi aſtitero, tunc merebor videre. Auguſti. Auguſti.
(Aſtabo (inq̄) & videbo.) Quid eſt aſtabo, niſi non
iacebo. Quid eſt iacere, niſi in terra quieſcere.
Non eſt ergo inhærendum terrenis, ſi volumus
deum videre, qui mundo corde conſpicitur. Vn
deſequitur (Quoniam non deus volens iniquita
tem tu es.) Gloſa. Reddit cauſam cur mane aſta Glo.
bit, & videbit, quia (deus non vult iniquitatem.
Auguſtinus. Iniquitas nanqꝫ, malignitas, mēda Auguſti.
cium, homicidiū. Et quicquid huiuſmodi eſt, ipſa
nox eſt, qua tranſeūte, fit mane, vt videatur deus.
Gloſa. Et vere (non deus volens iniquitatem, tu
es.) Quia

Eque ✠ habitabit iuxta te mali 5 ✠ Alia lra non.
gnus, neqꝫ permanebunt iniuſti
ante oculos tuos.
Hieronymus. Videte quid dicat ſpiritus ſanctus. Hieroni.
(Neqꝫ) inq̄ (habitabit iuxta te malignus.) Quæ em̄ 2. cor. vj.
cōmunicatio luci, cū tenebris, qui conſenſus Chri
ſti ad Belial (Malignus eſt.) Gloſa. Qui male vult
proximo. Lyra. Vel (Malignus) ideſt, ydolatra, qua Lyra.
ſi malo igne ignitus. (Neqꝫ permanebūt iniuſti)
Gloſa. Qui mala faciunt. Hugo Cardinalis. Vel Hu
qui bona opera non fecerunt (Ante oculos tuos)
Lyra. per approbationem. Hieronymus. Manſe Lyra.
runt aliquando iniuſti, ante oculos dei. Manſerūt
ſcilicet deo expectante pœnitentiā ipſorum. Sed
quoniam permanſerunt iniuſti, propterea nō per
manſerunt ante oculos dei.

Diſti omnes qui operantur iniqui 6
tatem, perdes omnes qui loquun
tur mendacium.
Gloſa. (Odiſti) inquā (omnes) ideſt, videris odiſ Gloſa.
ſe. Non enim odium cadit in deum, ſed tunc ma
los odire dicitur, quia non ſinit eos manere in ſe.
Hieronymus. Infœlix autem, quem odit deus. Hieroni.
Quis vero ille eſt, quem odit deus? (Qui operatur
iniquitatem.) Idem Caſſiodorus. Non dixit qui
operati ſunt, ſed qui operantur, hoc eſt, qui perſe
uerant in peccato, illi odio habentur a domino:
qui autem dimiſerunt, illi amantur a domino. Hu
go Cardinalis. Odit enim deus, non naturam, ſed Sapii.
vicium. Quia nihil odit eorum, quæ fecit. Augu. Auguſti.
Operatur autem iniquitatem, cui placet. Si vero
diſplicet, & ſi cadit langor naturæ, hoc facit, non
ipſe. Sequitur. (perdes) Glo. Generaliter (Om̄es.) Caſſio.
Gloſa. Non ſolum operantes, ſed etiā eos (qui lo
quuntur mendacium.) Caſſiodo. Hierony. Hic ſi
gnificat hæreticos, qui loquentes mendacium ſe
quaciū animas perdiderunt. Quid em̄ grauius, q̄
ibi errare, vbi & alterū poſſit extinguere. Hugo
de ſancto Victore lib. ſententiarū ca. vii. Duobus Duobus modis ꝑdit deus hominē.
autem modis perdit deus hominem. Primo, quan
do homo peccando, a deo recedit. Secūdo, quan
do deus iudicādo hominem abijcit. Sequitur.

Irum ſanguinum, & doloſum ab 7
hominabitur dominus. Ego au
tem in multitudine miſericordiæ tuæ.

ℭHieronymus.Caſſio.(Vir ſanguinũ)omnis hæreticus eſt,qui quotidie animarꝫ ſanguinẽ fundit. Vel ſecundum Caſſiodorꝫ, qui humano ſanguine polluitur. Hugo Cardinalis. Vel hæc duo virum ſanguinũ, & doloſum referri poſſunt ad illa duo quæ præcedunt,videlicet qui operantur iniquitatem, & qui loquuntur mendaciũ. Caſſiodorus. Doloſos autem illos ſignificat qui ſcientes, malũ operari nituntur exitiũ.Auguſt. Dolus eñ eſt cũ aliud agitur,aliud ſimulatur,dũ autẽ dicit(Abhominabitur)Caſſiodorus. Significat omnes quos ſuperius dixit a regno domini reddendos extraneos. Illi eñ abhominandi ſunt qui eius præmia conſequi non merentur.Auguſt.Solent eñ abhominati dici exhæredati.Hic aũt ps.pro ea eſt quæ hæreditatẽ accipit.(Ego aũt in multitudine miſericordiæ tuæ.) Hieronym⁹. Illi in iniquitate ſua, egrediuntur de domo tua.Ego autẽ non meis meritis,ſed in tua miſericordia.Sequitur.

INtroibo in domum tuam,adorabo ad templũ ſanctum tuum, in timore tuo.

7 (ℭIntroibo in domũ tuã. Hugo Cardinalis. Id eſt eccleſiã. Gloſa. Vel in domũ tuam cœleſtem vt lapis in ędificiũ. In hoc aũt introitu perfectio notatur. Caſſio.Quaſi diceret in illius fabricę perfecta ædificatione cõcludar.(Adorabo ad templũ ſanctum tuũ.) Caſſio.(Templum ſanctũ)corpus eſt domini ſaluatoris, quod iure adorat eccleſia ꝑ quod meruit eſſe reuerenda. Soluite inqt templũ hoc, & in triduo reædificabo illud. Sequitur.(In timore tuo) Augu. Hoc addidit in timore tuo qđ magnum eſt præſidiũ procedentibus ad ſalutem, quo cũ quiſqꝫ peruenerit, fiet in eo quod dictum eſt. Conſummata dilectio foras mittit timorem.

9 2.pars DOmine deduc me in iuſtitia tua, propter inimicos meos, dirige in cõſpectu ✠ meo viam tuam.

✠ Alias cõſpectu tuo viã meã: Auguſtinus iter meũ

ℭ Caſſio.Hic ingreditur ſecundã partem poſtulans dominũ vt iam ad æterna gaudia deducatur, quia hic diuerſis anguſtijs fatigatur.Ait eñ (dñe deduc me.) Gloſa. Ideſt fac me ꝑficere,deductio eñ conuenit proficiſcẽti.(In tua iuſtitia.)Caſſio. Qua confitentibus parcis.Seqꝫ pœnitendo dannantes æquiſſima potentia tuæ pietatis abſoluis. Aug.Vel (in iuſtitia tua)nõ hominis vbi malum pro malo datur,quod non facit deus.Qui facit oriri ſolem ſuũ ſuper bonos & malos. Et quia cũ punit deus peccatores,non ſuũ malũ infert,ſed ſuis malis eos relinquit.Homo vero cũ punit,malo voto hoc agit,& ob hoc prior ipſe malus dũ punire vult malũ. Glo.Deinde cauſam ſupponit quare debeat deduci,ſcilicet (ꝑpter inimicos meos.) Caſſio. Id eſt propter hęreticos & paganos.Vnus eñ prauo dogmate contrarius.Alter vero nõ credendo ſemper aduerſus eſt. Sequitur (Dirige in conſpectu meo viã.)Hierony.Hoc eſt,viam tuam rectã fac propter inimicos meos, qui inſidiantur mihi. Quæ eſt aũt iſta via? Lectio ſcripturarum. Oñis eñ qui male intelligit ſcripturas in via dei corruit.Glo. Vel (dirige)id eſt oſtende(viam tuã) id eſt præcepta tua, (in cõſpectu meo) vt illa præ oculis habeam,& vt per ea me regas vt non declinem ad dexterã proſperitatis, vel ad ſiniſtrã aduerſitatis,ſed regia via incedam,vel vt non declinẽ in aliquã hęreſim.Vel ſecundũ aliã literam(dirige in cõſpectu tuo viam tuã)Caſſio.Ideſt vitam meam perduc ad tuæ ſerenitatis aſpectũ.Non eñ noſtra facultate ad eũ peruenire poſſumus,qui tortuoſis ſemp ſemitis ambulamus. Hugo Cardina. Vel(dirige in conſpectu tuo) ideſt, in conſcientia vbi tu vides(viam meã)ideſt opera mea,vel voluntatem,qua itur ad deum. Et poſtea oſtendit q neceſſe eſt vt dominus deducat,& dirigat viã propter inimicos,quia ſunt mendaces, vnde ſubdit.

QVoniam non eſt in ore eorũ veritas, cor eorum vanum eſt. 1

ℭHieronymus.Hic deſcribũtur hęretici,vir ſanguinum & doloſus quem abhominabitur dominus cum de eis dicitur(Non eſt in ore eorum veritas.) Hieronymus. Non enim habent Chriſtum veritatem in ore ſuo,quia nec in corde habent,& quare. Quia(cor eorum vanum eſt. Hieronym⁹. Vere eñ inſidiatur cor hęreticorũ omnibus quos decipit. Caſſio. Recte autem dicitur in ore ipſorꝫ non eſſe veritatem quorꝫ cor vanitas poſſidebat. Lingua enim ſequitur mentis arbitriũ, imperioqꝫ cordis eius mobilitas naturali ordine famulať. Gloſa.Vnde non ſolũ non eſt veritas in ore ipſorũ,Sed etiam.

SEpulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos deus. 11

ℭHieronymus.Hęretici ſepulchra ſunt dealbato plena oſſibus mortuorꝫ, de quibus recte dicitur.(Sepulchrum patens eſt guttur eorũ) Semp enim aperiunt os ſuum. Caſſiodorus. Vnde ſepulchrũ mortui guttur eſt mentiẽtis.(Patens) aũt bene addidit,quia ſi clauſum eſſet, minus fœteret. Sequitur.(Linguis ſuis doloſe agebant.) Frequẽter eñ dolos tantum loquuntur,& habere non probãtur effectum. Et propterea, vt grauiora peccata monſtraret,addidit(agebant)vt malicia nõ ſolũ in linguis,ſed etiã actu execrabili eſſe probareť.Augu. Vel adulatores ſepulchra patentia dicti ſunt dum mortuos in ſe recipiunt, quos verbis mendacib⁹ & vano corde interemptos, in ſe conuertunt.(Iudica illos deus.)Hierony.Vt ſcient te iudicem ſciant te reſpicere res humanas vt qui iudicaturus es in fine etiam in præſenti iudices,& vt qui patrem ſentire nolunt, ſentiant iudicem. Gloſa. Sic inq̃(iudica illos) vt ſcilicet.

DEcidant a cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos, quoniam irritauerunt ✠ te domine. 10

✠ Alia litera. Aug. ħꝫ amaricauerunt

ℭGlo.Dum dicit(decidant)non optat,ſed quod futurꝫ eſt prędicit. Caſſio. Aug. Prophetię enim mos eſt futura prędicere. Nõ maledictionis voto talia optare(decidãt)inq̃(a cogitationibus ſuis)cũ ſe nõ viderunt adipiſci qđ credebant poſſe ꝑmereri.Decidere eñ proprie dicitur qui ſpei ſuę ammiſſione fraudatur. Sequitur.(Scdm multitudi=

nem impietatum eorum expelle eos.)Glo. Ab illa ſcilicet hæreditate ęterna. Auguſt. Expelluntur enim impij ab illa hęreditate quę intelligendo,& videndo deum poſſidetur. Hugo de ſancto victo. vbi ſupra cap.viij. Quiſquis enim in hac vita ab impietate ſua ſponte exire noluerit,ab hęreditate ipſa in futuro expelleť inuitus, quia qui hic peccatum ſuũ reuelare neglexerit ad ſalutẽ,eius peccatum ibi velit nolit reuelabitur ad cõfuſionem, ſicut dicitur in alio pſalmo. Arguam te & ſta cõtra fa.tuam. Caſſiodo. Per hanc itaq; ſentẽtiam didicimus ꝙ tantum vnuſquiſq; a diuinitate repelliť, quantum eius peccata cumulãtur. Quantitas em̃ delicti,menſura repudij eſt.(Expelle eos.) Propter cogitationes preſumptas dicitur,quia iam temeraria volũtate decepti videbantur ſibi bonis omnibus intromiſſi.(Quoniam irritauerunt te dñe.) Idem. Irritauerunt egroti mali medicũ bonũ,qui remedia ſalutis ſuę inſenſibili duritia reſpuerũt.

13 Tertia pars. ET lętentur omnes qui ſperant in te in æternum exultabunt & habitabis in eis.

Gloſa. Poſt retributiones malorum ſubdit præmia bonorum,vt ſicut pœna terret, ita & pręmia incitent.(Et lętantur)inquam(omnes qui ſperant in te.)Caſſio. Et ne putaretur dubium quod certiſſime ſperabat eſſe venturum dictum eſt(in ęternum)vbi gaudii nullus eſt finis, dũ cõtinue percepta premia poſſidẽtur.(Exultabunt.) Idem. Videntur nãq; impii in hoc ſeculo gaudere. Soli autem iuſti in futuro ſeculo gaudebunt. Hiero. Hic enim triſtitia eſt,ibi vera lętitia,(Et habitabis in eis.)Hieronymus. Fœlices erũt, qui chriſtum hoſpitem habere merebũtur. Fœlices qui tabernaculum chriſti erunt. Glo. Hęc nanq; tunc erit ęterna exultatio eorum,cum templum dei fient iuſti,& cum erit gaudium ipſorum ipſe incola eorum.

14 ET gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniã tu benedices iuſto.

(Et gloriabuntur in te.) Glo. Tanq̃ habẽtes ad fruendum quod diligunt. Hieronymus. (Gloriabuntur)inq̃ futura eſt enim beatitudo noſtra. Totum quod promittitur,de futuro eſt,alii regnent, alii poſſideant,alii gloriãtur in preſenti. Nos hic ſimus miſeri vt poſtea fœlices ſimus. Caſſio.(Gloriabuntur)dicit quia effectu perfruentur optato. (In te)quia tu es promiſſa illis hereditas, de qua in titulo pſalmi.(Omnes q diligunt nomen tuũ) Et quare?(Quoniam tu benedices iuſto.) Hiero. In futurũ ergo differtur beatitudo. Caſſiodorus. Hoc itaq; dicit,ne q̄s attribuat meritis ſuis,quod tributum benedictione conſtat auctoris. Auguſtinꝰ. Hæc eſt vera benedictio,gloriari in deo,& inhabitari ab eo,& quia vocatio nõ meritorum noſtrorum eſt,ſed beniuolentię Sequitur,

15 DOmine vt ſcuto bone voluntatis tue,coronaſti nos.

Caſſiodorus. Bona voluntas creatoris,quę nos ineffabilibus muneribus replet,dicta eſt ſcutũ q̃d reuera nos protegit,& premia decora cõcedit(Bone voluntatis.)Auguſtinus. Bona voluntas dei, pręcedit bonam voluntatem noſtram,vt peccatores vocet in pœnitentiam. Caſſiodorus. Vocatio enim dei,omne meritum precedit,nec inuenit dignum ſed facit. Ideo enim gratuita,alioquin iuſta diceretur: Hec eſt ergo bona voluntas que nos vocat & attrahit. Nec quicq̃ proficuum valemus cogitare,vel facere,niſi hoc accipiamus a bonitatis autore. Vno ergo verbo indicat beneficia domini quę nullis poſſunt voluminibus explicari, cum dicit(Domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos). Glo. Bona nanq; dei voluntas in pręſenti nobis eſt ſcutum muniens, In futuro corona remunererant. Gregorius in mora. Iob lib. xxxiii.c.vi,(Scuto) inq̃ dominus nos coronare perhibetur: quia quos protegens adiuuat: remunerans coronat.

Pſalmus ſextus.

Lyra. Ad litteram intelligit iſtum pſalmum de dauid petente miſericordiam ſuper offenſã diuinam qua iactanter, & contra legem iuſſit. populũ numerari abſq; datione argẽti quod in tali numeratione precipitur dari. Exo.xxx.c. propter ꝙ Gad propheta de mandato domini dixit ei: Trium tibi dať optio.ii.Reg.xxiiii.

Titulus.

In finẽ hymnus ✠ ꝓ octaua pſalmus Dauid.

(✠ Alia lra in organis. et alia in pſalmus)

(In finem)id eſt chriſtum prout iam dictum eſt ſupra pſalmo .iiii. hymnus ſcd̃m Caſſiodorum. Eſt laus diuinitatis metri alicuius lege compoſitus. (Pro octaua.)Lyra. Octaua ſecundum hębreos,eſt inſtrumentum muſicum habẽs octo chordas. Glo. Auguſtinus. Caſſiodorus. Vel octauam dicũt aliqui aduentum domini ad iudicium, qui venturus eſt poſt ſeptem milia annorum(vt aiũt)ſed nulli hoc tempus cognitũ eſt, dictum eſt enim a domino. De die illa & hora nemo ſcit neq; angeli q in celo ſunt nec ip̄e filius ſed ſolus pr̄. Potius igiť octauꝰ dies dicitur dies iudicii, quia omnia tempora ſeptem dierum repetitione voluuntur. Vnde & p̄s ipſe cum tremore maximo fecit initium dicens. Domine ne in furore tuo arguas &c. In quo introductus pœnitens vehemẽter exorat,ne in illo die iudicii de propriis facinoribus arguatur. Gloſa. Eſt autem ſenſus tituli huius pſalmus iſte dirigẽs nos in finem,id eſt in chriſtũ attribuiť dauid id eſt pœnitẽti pro octaua id eſt ꝓ metu iudicii, in quo timet argui,& ideo pœnitet. Et notãdum ꝙ hic penitentium primus eſt pſalmus, ſequitur xxxj.xxxvij.quinquageſimus.cj.cxxix.cxlij. Totus autem hic pſalmus, propter futuri iudicij timorẽ noſcitur eſſe conſcriptus: cuius intentio eſt monere peccatores ad penitẽtiam. Et diuiditur in quattuor partes. In prima ponit prohemium in quo captat beniuolentiam ex iudicis poteſtate,& miſericordiam ex ſui infirmitate. Secundo exponit erũnas penitentis,ibi(laboraui.) Tertio oſtendit ſe correctum vt ſeparetur a malis,ibi (diſcedite.) Quarto pro inimicis conuertendis orat, ibi(erubeſcant.) In pſona ergo penitentis in iudicio puniri metuentis orat,dicens,

1 ✠ Alia lra i ira. ‡ Alia litera i furore.

DOmine ne in furore ✠ tuo arguas me, neq; in ira ‡ tua corripias me.

¶Hieronymus. Pœnitentiæ pſalmus eſt iſte. Nō autem emendari refutat, & corripi, ſed non in furore, & ira. vnde ait (Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.) Vel ſecundū aliam literam. Innocentius.iij.(Ne) inq̄(arguas in ira tua) q̄tum ad condemnationis ſententiam. Et(ne corripias me in furore tuo) quantum ad perditionis gehēnam. Auguſtinus. Glo. Furor enim idem eſt ex græco quod ira, vnde & hic varie dicitur prius furor, poſtea ira, & econuerſo. Glo. Hęc autem furor, ſcilicet & ira non cadunt in deum, de quo ſcriptū eſt. Tu autem domine virtutum cum tranquillitate iudicas. Sed hoc ideo dictum eſt, quia malis quaſi iratus videbitur & velut furibundus (domine) inq̄. Gregorius. Quam bonū principium, q̄ gratię plenū, q̄ affectuoſum. ac ſi diceret, Scio quidem, quia ab oculis tuis meis excludor meritis, ſed tamen minor ſum cunctis miſerationibus tuis. igitur. o domine(ne in furore tuo arguas me). Glo. Hic ſeca, hic vre. &c. Greg. Hic me potius argue dū tpſ eſt, nunc corripe dū dies ſalutis eſt, exerce, in illo enim tremendo examine iniquus omnis in furore arguitur, quia pœnam interminabilē venia nulla comitatur. (Tuo) autem dicit non humano. Furor enim humanus cito preterit, & nō niſi in corporibus vigorem ſuę poteſtatis extendit, diuinę vero vltionis animaduerſio, non ſolum pœnas in corpore & anima multiplicat, verumetiam in dānatis immobiliter perſeuerat (Arguas me). Glo. Auguſtin⁹. Argui grauius eſt, q̄ accuſari, arguūtur in iudicio qui non habent fundamētum quod eſt chriſtus(Neq; in ira tua corripias me). Caſſiodorus. Ira longa indignatio eſt, & furor repentina mentis accenſio. Vel ſcdm Hieronymum furor in pręſenti, ira in futuro Corripere autem eſt mitius emēdare. Auguſtinus. Gregorius. Sicut enim maior eſt, furor q̄ ira, ita arguere mai⁹ eſt q̄ corripere. Vel ſecundum Gregorium ſup Ezechielem Omelia prima. Modo quiſquis per flagella corripitur & correptionibus emendatur, in manſuetudine corripitur, non in ira. In diſtricto autem illo examine omnis argutio atq; correptio furor eſt, quia venia poſt correptionē non eſt. Auguſtinus. Idē. Gregorius. Hi nanq; omnes qui non poſuerunt fundamentum ſuum chriſtum. (In furore(tūc argumentum, quia ęterno igne cruciantur, qui, autem eidem fundamento ſuperpoſuerunt. Lignū, fenum, ſtipulam. (In ira corripiuntur, quia igne purgati, ad beatitudinis regnum deducuntur. Petit ergo in hoc verſu fidelis anima, ne in illo tremendo examine vel cum reprobis feriatur, vel cū purgandis flammis vltricibus affligatur. Innocētius.iii. Iraſcitur nanq; pater, iraſcitur dominus, iraſcitur iudex. Pater vt corrigat, dominus vt puniat, iudex vt reprobet & damnet. Poſtulare itaq; debemus vt deus. primum adhibeat, quia graue eſt ira de umtaliter iraſci. Secundum vt mitiget. Tertium vero vt penitus auertat. Et vt hoc fiat, ſequitur, Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me.

MIſerere mei domine quoniā infirmus ſum, ſana me dn̄e quoniam conturbata ſunt oſſa mea. 2

¶Hieronymus. Vox eccleſię vel pœnitentis dicētis(Miſerere mei domine) quia miſer ſum. Miſericordiam enim dei inuenit, qui ſe miſerum confitetur, & propterea ſubiungit, (Quoniam infirmus ſum). Caſſiodorus. Nam infirmitatis cōfeſſio cœleſtis medici miſericordiā mouet, a quo facile impetrantur remedia, cum oſtenduntur vulnera maniſeſta, Nō enim dicit quoniam mereor, ſed(quoniam infirmus ſum). Gloſa. Natura nō creata ſed corrupta. eſt vitioſa adeo, q̄ iuſtitiā tuam ſuſtinere nequeo. Gregorius. Vel(infirmus ſum) quia ad malum pronus ſum, Non enim quod volo, hoc ago, ſed quod odi malū, hoc facio. Hiero. Vel(infirm⁹ ſum) ꝑ peccatis. Et propterea(ſana me) quia medicus es Ego ſum ęgrotus, tu es medicus, Ego habeo infirmitatem, tu habes ſanitatem(ſana me) per tuam miſericordiam. (Quoniā cōturbata ſunt oſſa mea). Grego. Per oſſa virtutes accipimus, per quas nimirum animam ſuſtentamus. Et plane debilis eſt anima, niſi fuerit virtutū fortitudine fulta. Sicut enim in oſſib⁹ fortitudo corporis, ita in virtutibus robur inuenitur mentis. Innocen.iii. Magna quidem eſt infirmitas corporis, ſed valde maior eſt infirmitas mentis, vnde ſequitur,

ET anima mea turbata eſt valde, & tu domine vſq; quo. 3

¶(Et anima) inq̄(mea turbata eſt valde.) Auguſt. Caſſio. Ne ſolum corpus intelligeres pro eo q̄ oſſa nominauit, animā ſuam dicit eē turbatā. Greg. Turbatur quidem quia bonum dominum offendit, quia vitam perdidit, & mortem incurrit. Bene autem(valde) additum eſt, ne clemens auditor pateretur diutius differendum, ſi nimis eam nō cognoſceret eſſe turbatam. Sequitur (Et tu domine vſquequo), Gregorius. (Tu domine) ſcilicet qui non vis mortē peccatoris. Hieronym⁹. (Vſq; quo) animam meam que eſt conturbata vehemēter nō eripis, non corrigis, non emendas. Grego. Cum non ſit tibi minor potentia q̄ voluntas, Cur ergo diſſimulas? Auguſt. Glo. Non aūt tanq̄ crudelis ęſtimādus eſt deus, cui dicitur, (Et tu domine vſq; quo.) Sed hoc fit vt perſuadeatur animę, in quę mala ſe pręcipitauit Nondum enim tam perfecte orat hęc anima, vt ei dici poſſit, Adhuc te loquēte dicam ecce adſum. Hoc etiam fit, vt ex difficultate ſanationis inde magis caueat ſibi. Et vt oſtendatur quę pœna ſit non cōuerſis, ſi tāta difficultas ſit conuerſis, iuxta illud, Si iuſtus vix ſaluabitur impius vbi parebit. Sequitur,

COnuertere domine & eripe ✠ animam meam, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. 4 ✠ Alia lra erue.

¶Auguſti. Et quia tu pius es, non vltra differas, Sed(cōuertere) qui prius aduerſus eras, vt ego cōuertar ad te. Sed quia perfectę conuerſioni noſtrę deus ſemper eſt paratus, videtur dici(conuertere) id eſt fac me ꝑfecte conuerti, in quo ſentit laborē ſuę cōuerſionis. Gregorius. Ne igitur magis me

turbari patiaris ſupplico, ne vltra miſereri differas peto, immo (Conuertere domine) ſicut anima mea conuerſa eſt ad te. (Et eripe animam meam.) Augu-
Auguſti. ſtinus. Tanq̃ inhęrentem perplexitatibus huius ſęculi, & ſpinas quaſdam dilacerantium deſiderio rum in ipſa conuerſione patientem. Gregorius. (Eripe) inq̃ quia impediunt eam vepres carnalium delectationum, detinent illam ſęcularium illecebrę cupiditatum. Sed tu qui potens es, eam (eripe.) Et (ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.) Auguſtinus. Caſſiodorus. (Saluum me fac.) Non propter meritum meum, cui iuſta damnatio debetur, ſed (propter miſericordiam tuam) in qua dum fixa ſpes ponitur, venia facilius impetratur. Innocentius. quartus. (Eripe) igitur (me) a pręſenti miſeria. Et (ſaluum me fac) in ęterna gloria, non meritis meis, ſed (propter miſericordiam tuam (nec differas vſq; ad mortem.

Alia lr̃a habet recordatio tui.

Quia non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem, quis confitebitur tibi.

¶Auguſtinus. Gloſa. Intelligit nunc eſſe tempus conuerſionis, cum dicit (Quoniam non eſt in
Caſſio. morte qui memor ſit tui). Quia cum hęc vita trā-
ps. cxiii. ſierit, non reſtat niſi retributio. Caſſiodorus. Et ideo hic feſtino dimitti, quia poſt mortem, & in inferno non accipitur confeſſio. Hieronymus. Nō
Mat. 22. Gloſa. enim mortui laudabunt te domine, ſed nos qui viuētes ſumus, quia non es deus mortuorum ſed viuorum. Gloſa. Vel mortem dicit peccatum quod contempta diuina lege committitur. Gregorius. Cum enim deus ſit illud idem animę, quod eſt anima corpori, ſi deo inſeparabiliter non inhęſero, neceſſario mortem incurro. Et ſi in morte fuero,
mors triplex. dei memor non ero. Innocentius. tertius. Eſt autem triplex mors, nature, ſcil; culpę, & gehennę. Prima, ſeparat corpus ab anima. Secunda, animam a gratia. Tertia, vero corp⁹, & animam a gloria. In prima morte, plerunq; non eſt. In ſecunda, vix eſt
Auguſti. Lu. xvi. In tertia, nunq̃ eſt, qui dei memor ſit ad ſalutem. (In inferno autem quis confitebitur tibi). Caſſiodorus. Auguſtinus. Subaudiēdum eſt ad veniam. Nam & diues qui lazarum videbat in requie cōſti-
Gloſa. tutum, mala ſua probatur eſſe confeſſus, ſed nō eſt ad votum ſupplicationis auditus. Auguſtinus. Gloſa Vel infernus eſt cęcitas animi, qua mortuū
Eſaie. xxxviii. inuoluit. Hugo cardinalis. (Quis) igitur (confitebitur tibi) quaſi dicēs nullus, quia in inferno) nulla eſt redemptio. Non enim infernus cōfitebitur tibi, neq; mors laudabit te. Non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.

6 ſcd̃a ps: Alias natare faciam.

Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meū lachrimis meis ſtratum meum rigabo.

¶Gloſa. Caſſiodorus. Narrat erumnas quibus pœnitens auertitur. Hic allegat ſuam pœnitentiā & labores & recogitat dies ſuos in amaritudine ani-
Eccle. quinto. mę ſuę gemit igitur dū videt quę egit & quæ pœna non pœnitentibus in pręſenti ſęculo futura ſit miſericordia enim, & ira ab illo cito proximāt & in peccatores reſpicit ira illius, vt ergo hanc pœnam deuitet neceſſe eſt ꝓ in præſenti ſalubriter

doleat vt immēſa dei begninitas ꝓ fletu pręſenti cōſolationē prębeat ſēpiternā. (Laboraui), Gloſa Satiſfaciendo (In gemitu meo) Caſſiodorus. Gemitus dictus eſt geminatus luctus, Quem merito fideles appetunt. Quoniam lugentes cōſolatur, pœnitentes emundat, diabolum fugat, chriſto conciliat. Gregori⁹. Vel (laboraui), ideſt, ſtudioſe egi vt eſſem (in gemitu meo), ideſt, michi proprio, quia prę omnibus me peccaſſe perpendo, & quia non ſufficit bene incipere, niſi ſtudeat quis in bono opere perſeuerare, adiungit (Lauabo per ſingulas noctes), ideſt, per ſingulas tenebroſas cogitationes Gloſa. Vel (per ſingulas noctes) ad literam vel (noctes) id eſt peccata (lectum meum). Auguſtinus. Lectus eſt hoc loco appellatus vbi requieſcit animus ęger, & infirmus. Caſſiodorus. Vel (per lectum) de- Lect⁹ ād
lectationem corporis intelligamus. Lectus autem ab electis & mollibus herbis dictus eſt ſupra quas antiquitus quieſcentium corpora remittebantur in ſomnum. Gloſa. Vel (lectum) vocat conſcientiā in qua mundi corde quieſcunt, male vero cordati cruciantur. Sequitur. (Lachrymis meis ſtratum meum rigabo) Hieronimus, Qui enim quotidie lachrymis ſtratum rigat, non poteſt ī cogitatione eius libidinum pompa ſubrepere. Gregorius. Ri- Grego.
gat autem lachrymis ſtratum ſuum, qui continuo luctu, & dolore, carnis maculas diluit, & cordis duritiā ībre cōpunctionis emollit. Gloſa. Et nota ꝙ
ait (Rigabo) cum ſupra dixerit (lauabo) Amplius Gloſa.
eſt enim rigare q̃ lauare, quia lauare ad exteriora, rigare vero ad interiora pertinet, per quod ſigni- Rigar et lauare diffi.
ficat fletum vſq; ad cordis intima permeare. Caſ- Caſſio.
ſiodorus. In eo vero quod dicit ſtratum, ſignificat cumulum peccatorum. Innocentius. tertius Sane non ſolum ſemel pro peccatis eſt flendum, ſed ſępe, propter quod ait (Lauabo per ſingulas noctes lectum meum). Nec modicum eſt flēdum, ſed multum. vnde ſequitur (lachrimis meis ſtratum meum rigabo). Et ſequitur,

Turbatus eſt a furore ✠ oculus meus, ✠ inueteraui īter omnes inimicos meos. 7 ✠ Alia ita. Aug. ab ira. Alias cōſumptus ſū ab oītus hoſtib⁹ meis.

¶Hieronymus. O deus per quem ſupplicia michi timeo preparata. Turbata eſt mens mea, & totum cordis mei principale contremuit. Auguſtinus. Timens nanq; diem iudicij laborat, & plangit, ne ad illud perducatur cuius initium tam pernitioſū nunc experitur. Et ideo non dixit extinctus eſt. Sed (turbatus eſt ab ira oculus meus, Caſſiodorus. Propter iram enim domini, oculum cordis ſui profitetur eſſe turbatum, quid enim formidoloſius q̃ illum iraſci qui ſi non miſereatur, extinguit Gloſa. Vel (turbatus eſt oculus meus) id eſt ratio mea (a furore tuo) ſcilicet futuro quem timeo, & pręſenti quē ſentio. Et ideo merito (turbatus ſum) quia (inueteraui inter omnes inimicos meos) Caſ-
ſiodor⁹. (inueteraui) id eſt in veteris hominis Adā Grego.
antiquitate permanſi. Gregorius. Ac ſi diceret ideo ad illud terribile examen deduci metuo, quia per conſuetudinem & perſeuerantiam prauorum operum non nouum, ſed veterem me peccatorem agnoſco. Idem in morali. Iob libro. decimo nono. capite. octauo. Cunctis nanq; vera ſcientibus liquet, ꝙ ad vetuſtā vitā vicia pertinent, virtutes

ad nouam, vnde & Paulus dicit. Exuentes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induẽtes nouum qui ſecundum deum creatus eſt. (Colo.3.) Gloſa. Auguſti. Vel (Inueteraui) dicit ad ſimilitudinem veteris veſtis, quę nec eſt vſui vtilis, nec decori (Inter omnes inimicos meos). (Auguſti.) Auguſti. Caſſiodo. Gloſa id eſt inter vicia vel malos homines vel ſpirit⁹ diabolicos. (Gloſa.) Ipſi enim ſunt veraciter aduerſi, q animas in tartara deducunt, & adhuc feraliter blan=
8 3.pars. diuntur.

DIſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

❡Hierony. Poſtq̃ ipſe miſericordiam conſecutus eſt; ceteros docet, vel cohortatur vt a ſe abeant, non (Grego. ii.cor. 6) em̃ vult habere iniquorũ conſortiũ. Apoſt. em̃ ait. Quę enim ſocietas luci ad tenebras? Quæ conuentio Chriſti ad belial. Aut quę pars fideli cum infideli? (Diſcedite igitur (a me) vt amplius non cõmunicem operibus veſtris iniquis. Gloſa. (Diſcedite a me). Nunc animo, in futuro etiam loco. (Quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei) id eſt compunctionem pro commiſſis. (Cãti. v.) Grego. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos.

EXaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam ſuſcepit.

❡Auguſtinus. (Auguſti.) Crebra eiuſdem ſentẽtię repetitio non quaſi narrantis neceſſitatẽ ſed affectum exultantis oſtendit. Sic enim loqui gaudentes ſolent, vt non eis ſufficiat ſemel enunciare quod gaudẽt, iſte eſt fructus illius gemitus in quo laboratur, & illarum lachrymarum quibus lauatur lectus, & rigatur ſtratum Quoniam qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metẽt. (ps 125 math.) Et beati qui lugẽt, quoniam conſolabũtur. Gloſa. Ter namq; (dominus) dicit / quia trinitatem ſuis affuiſſe precibus oſtendit. Incœpit a lachrymis, exauditus exultat. (Exaudiuit) inq̃ (dominus deprecationem meam) Caſſiodo. Deprecatio eſt cum pietate frequẽs oratio (Dominus orationem meam ſuſcepit) Gloſa. (deprecationem) quippe (meã) exaudiuit / pro deponendis peccatis (Et orationem meam ſuſcepit) pro virtutibus impetrandis (Gloſa.) Gregorius. Vel (deprecationem) exaudit peccata dimittendo. (Et orationẽ ſuſcepit) perſeuerantiam dando. Gloſa. Et notandum ꝙ p̄s iſte ſicuti & cęteri pœnitentiales pſalmi a lachrymis incipit: & in exultatione deſinit. Innocen. tertius. Et quia dominus pœnitentem miſericorditer exaudiuit optat vt eius exẽplo inimi=
10 4.pars ci ſui pœniteant, et cõuertentur vnde ſequitur.

ERubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei, cõuertantur & erubeſcant valde velociter.

(Hic romi) ❡Hierony. Non contra inimicos, ſed pro inimicia orat vt (conuertantur, & erubeſcant) a peccatis ſuis. Et erubeſcant non leuiter, ſed (vehementer) nec recraſtinato tempore, ſed cito. Gloſa. Caſſio. (erubeſcant) inq̃ de actibus ſuis, quia mali. Innocen. iii. Nam erubeſcẽtia confitẽtis, pœna eſt nõ modica pœnitentis, & pudor cõfeſſionis, pars eſt non modica ſatiſfactionis (Et conturbentur) Caſſiodo. Timore futuri iudicii ſcrip turarum prędicatione terribilis ne in illas pœnas miſerrimorum hominum cadant quas peccatoribus, lex diuina prędixit eſſe venturas (conuertantur) vt non permittantur ire quo tendunt, & non differatur, (ſed erubeſcãt valde velociter (. Gregorius. Dies enim domini tanq̃ fur in nocte veniet, vnde Salomon Ne tardes inq̃ cõuerti ad dominum, neq; differas de die in diem. ſubito em̃ veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ diſperdet te. (Grego. matth. xxiiii. & lu. xii. Eccl. v.)

❡Pſalmus Septimus.

❡Titulus.

Pſalmus ✠ Dauid quem cãtauit domino pro filiis Chuſ filii iemini.

(✠ Alia ita ye cũ finem. ✠ Alia ita hʒ ꝑ verbis)

❡Hieronymus. & Lyra poſt eum. Totum hunc pſalmum interpretantur contra Saul eſſe conſcriptum qui perſequebatur Dauid & in foueam quam foderat incidit, & ſecundũ eos (Chuſ) interpretat̃ ethiops, & vocãt ſaulem ethiopen, propter eius crudeles mores.

(Iemini) vero familia interpretatur quod ad tribũ beniamin pertinet, de qua Saul ortus eſt. Et ſecundũ hanc interpretationẽ prę ponunt huic pſalmo talẽ titulum (pro ignoratione Dauid qui cecinit domino ſuper verba ethiopis filii Iemini (vide hãc hiſtoriam primi regum. xxii. xxiii. & xxiiii.

Auguſtinus. Caſſiodo. Gloſa. Hiſtoriam hanc vnde occaſionem propheta ſumpſit in regnorum ſecundo libro cognoſcere facile eſt, ibi enim (Chuſi) amicus regis Dauid tranſitum fecit in partes Abſalon filii eius (qui aduerſus patrem bellũ gerebat) ad exploranda conſilia, & renunciãda quę aduerſus patrem ille moliebatur auctore achitophel. Chuſi) interpretatur ſilẽtium (Iemini) filius dextræ. (achitophel (fratris ruina quo ſignificatur Iudę ſcelus qui dominum tradidit Iudęis, & ita fuit ruina fratris ſui, ſcilicet chriſti. Dominus autem noſter in medio Iudeorum ſilentium miſit, cum miſteria ſanctę incarnationis aſſumpſit. Hunc ergo pſalmum ad ſimilitudinem (Chuſi) de futuro miſterio domini propheta cãtauit, quia ſicut, iniuſtam perſecutionem pertulit, ita dominus liberati a ſe populi atq; enutriti furorem deſtabili pręſumptione ſuſtinuit cantat ergo hunc pſalmum domino fidelis, cui facta ſunt verba (Chuſi) id eſt manifeſtatio huius ſilentii quod dexter et fauẽs deus operatus eſt ei. Gloſa. (Gloſa.) Cuius intentio eſt mouere nos, ad gratiarum actionem pro manifeſtatione dicti ſilentii. Auguſtinus. (Auguſti.) Gloſa. Põt enim hic pſalmus de perſona chriſti intelligi ſi quę humiliter dicta ſunt, ad infirmitatem noſtram referãtur quam geſtauit. Caſſiodorus. (Caſſio.) Scire autem debemus hunc primum eſſe pſalmum eorũ in quibus per actus dauid ſignificantur domini futura miſteria, Myſterium incarnationis ſilẽtium fuit Iudæis. ſubſequũtur enim huiuſmodi. xxvi. xxxiii. & xliii. Et diuiditur in quinq; partes. (Diuiſio.) In prima ex ſua perſona dominũ deprecatur, vt ab omnibus perſecutorib⁹ eius virtute liberetur. In ſecunda, rogat, vt reſurrectionis eius gloria manifeſtata ſibi ſubueniat ibi (Exurge domine in ira. In tertia, ipſum introducit loquentem, per id quod factus eſt humilis, vt ſecundũ iuſtitiã ſuã veritatẽq; iudicet bonos, & malos, malos vltione deterrens, bonis gratuita

bona compromittens, ibi (Iudica me domine.) In quarta, Iterum propheta loquitur, commonens iudęos vt metu futuri iudicij a propoſita iniqtate diſcedant, ne poſſint ſuſtinere meritas vltiones ibi (Deus iudex iuſtus). In quinta, lęta concluſio ponitur, de confeſſione laudis ibi (Confitebor.)

1 Pſ. vii. ✝ Alia litera erue.

DOmine deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera ✠ me.

Gloſa. Eccle. ii. Hugo. ii. cor. iii. Caſſio.

¶ Gloſa. Domine per potentiam tuam (deus) per creationem (meus) voluntate. (In te ſperaui) non in me. Nullus enim ſperauit in domino, & confuſus eſt. Vel ſecundum Lyram (domine) per omnium generalem gubernationem, (deus) per creationem (meus) per ſpecialem cultum, & deuotionem (in te ſperaui) de tua pietate cōfidēs pluſ q̄ de mea æquitate. (Saluum me fac ex omnibus perſequētibus me) Hugo cardi. Scilicet a vicijs, demonibus, & malis hominibus. (Et libera me) Hugo cardi. Dando ſpiritum ſanctum, quia vbi ſpiritus, ibi libertas. Caſſiodo. Vel (saluū me fac) a peccato. (Libera) a diabolo vt ab ipſius poteſtate tollamur. Ab ipſius poteſtate tollimur, quando miſericordia domini delictorum ſordibus expiamur.

2 alias ne forte. alias laceret.

NEquando rapiat vt leo animam meam, ✠ dum non eſt qui redimat neq; qui ſaluum faciat.

i. pe. v. Caſſio. Hugo. Gloſa.

¶ Gloſa. (Nequando) id eſt ne aliquādo diabolus ſuppl. (rapiat vt leo animam meam) Caſſiodorus. Domini eſt liberare, leonis eſt rapere, diabolus em̄ tanq̄ leo rugiens circuit quem deuoret (Dum non eſt qui redimat, neq; qui ſaluum faciat) Caſſiodo. id eſt dum tua ſubuentione ceſſaueris, illo em̄ tēpore prȩualet diabolus rapere, cum nobis peccatis noſtris obſtantibus creator diſtulerit ſubuenire. Hugo cardi. Vel (dum non eſt qui redimat) peccata tollendo, niſi tu qui nos ꝓprio ſanguine redemiſti (Neq; qui ſaluum faciat) vitā donando niſi tu q̄ vitam reſurgendo reparaſti. Glo. Et vt manifeſtū ſit perfectum virum hoc dicere, cui ſolius diaboli fraudulentiſſimȩ inſidiȩ ſunt cauendȩ ſubdit.

3 DOmine deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Joh. xiiii. Eſa. liii. Augu. li. Gloſa. Eccle.

¶ Hierony. (Domine deus meus ſi feci iſtud) quaſi diceret. Ecce venit princeps mundi huius, & in me non habet quicq̄. (Si eſt iniquitas in manibus meis) in manibus ſcilicet eius qui peccatum nō fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Auguſtinus. Glo. Sed quid eſt quod vocat (iſtud)? An quia nō dicit nomen peccati, vniuerſale peccatum intelligendum eſt, quod eſt ſuperbia, quæ eſt radix omnium malorum, vel potius hoc quod ſequitur (Si eſt iniquitas in manibus meis) quod de omni peccato accipitur.

4 ✝ Alia litera ergo.

SI reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ✠ ab inimicis meis inanis.

Auguſti.

¶ Auguſtin'. Cū itaq; oret anima perfecta pro verbis chuſi filij Iemini, id eſt pro cognitione illius ſecreti atq; ſilentii, qđ pro ſalute nr̄a operatus eſt. Propicius nobis, & miſericors dominus, vt tolleraret, & patientiſſime ſuſtineret dolos traditoris ſui tanq̄ huic perfectȩ animȩ dicat exponens rationem ipſius ſecreti. Ego pro te impio, & peccatore vt tuæ iniquitates ſanguinis mei effuſione lauarentur, magno ſilentio, & magna patientia, traditorem meum pertuli. Nonne me imitaberis, vt & tu non reddas mala pro malis. (Si reddidi inq̄ retribuentibus mihi mala.) Idem Gloſa. id eſt Si te non ſum imitatus in illo ſilētio, id eſt in illa patientia quam pro me operatus es (Decidam merito ab inimicis meis inanis.) Auguſtinus. Gloſa. Non iureiurando hoc ſibi imprecatur: ſed dicit, quod contingit ſe vindicantibus. Prophetat ergo nō iurat per execrationem quod eſt grauiſſimum iurandi genus. Cum ſcilicet homo dicit, ſi illud feci illud patiar.

PErſequatur inimicus aīam meam & comprȩhendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. 5

Caſſio. Auguſt. Gen. iii.

Caſſiodorus. Inimicum diabolum dicit) qui animas quas comprȩhendit conterit. Superior enim factus, dat interitum, non ſalutem. (Perſequatur inq̄ inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam.) Caſſiodorus. Prius fuit vt comprehenderet, poſtea vt conculcaret. Auguſtin'. Gloſa. Anima peccatoris de quo dictum eſt. Terra eſt & in terram ibis, cibus ſerpentis eſt, cui in maledictionē dictum eſt. Terram mā ducabis (Et gloriam meam) Auguſtinus. Gloſa. Gloria hominis debet eſſe cōſcientia vbi deus videt (In puluerem deducat) id eſt, in ſuperbiā, & iactantiā, Vt ſcilicet velim gloriari apud homines. Hugo Cardinalis. vel poteſt legi ſic (Perſequatur inimicus) per ſuggeſtionem. Comprehendat per conſenſum. (Conculcet per actum) in puluerem deducat (per conſuetudinem.

EXurge domine ira tua, ‡ & ex altare in finibus inimicorum meorū.

Diapſalma. vi. Secūda pars. Alia litera eleuare indignans ſuper hoſtes meos.

Glo. interlinealis. Si hæc quæ prædiximus feci etiam hęc mihi contingant: ſed quia non merui (Exurge domine). Gloſa. id eſt appare per carnem. dormit enim cum in ſecretis ſuis latet incognitus (Exurge) dico in ira tua quā diabolus meruit. Hie. Vt quia iam te non ſenſerunt per beneficia, ſentiant per iracundiam. Caſſio. Glo. Non enim precatur hæc aduerſus homines, ſed aduerſus diabolum, vt poſſeſſionem eius admittat: ſcilicet peccatores, & impios, qui ſunt eius poſſeſſio, vnde ſequitur. (Et exaltare in finibus inimicorum meorum) Gloſa. id eſt diaboli & angelorum eius, vt ibi honoreris a cōuerſis, qui prius erant poſſeſſio diaboli. Glo. Mundus nanq; vel infernus, ſunt fines diaboli. Hiero. Pro inimicis igitur rogat, vt ſcilicet inimicorum finibus exaltetur, cum inimici enim eſſe ceſſauerunt, tunc tu domine exaltaberis in eis. Gloſa. Et quia a ſuperbo diabolus per humilitatem vincitur, oſtendens qualem vult apparere chriſtum ſubdit.

ET exurge domine deus meus in præcepto meo quod mandaſti, & 7

✝ alia litera congregatio

ſynagoga ✠ populorum circundabit te.

¶Caſſio. Mandauit enim dominus in præcepto quando in euāgelio dixit diſcipulis. Tertia die reſurgam,& pręcedam vos ī galileā. Hierony. Hoc nos etiam dicimus. Pro nobis paſſus es, crucifixꝰ es. Exurge igitur,& ſalua nos. Gloſa. Vel (exurge) id eſt appare(domine deus meus in pręcepto) humilitatis ſcilicet quod(mandaſti)id eſt quia humilitatem præcipis,eā prior imple,humilis appare, vt a te diſcant alij ſuperbiam vincere,ne poſſideātur a ſuperbo,dico igitur appare humilis.(Et ſynagoga populorū circūdabit te. Auguſti. Duplex intellectus eſt,cōgregatio enim populorū,ſiue credētium,ſiue perſequētium poteſt accipi quorū vtrūq; eadem domini noſtri humilitate factum eſt.

8 ET propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos,

¶Caſſio. Auguſti. Glo. Et propter hanc id eſt ſynagogam,ſeu cōgregationē (regredere in altum) quod reſurgendo,& in cœlum aſcendēdo feciſſe creditur,regredi enim eſt vnde veneris iterata via reuerti(Regredere)inq̄(in altum propter hanc)ſynagogam ſcilicet credituram te, vt mittas ſpiritū ſanctū,vel(propter hāc)id eſt perſequentē ſynagogā.(In altum regredere) illi ſubtrahendo quia los habes in malis ſubtrahe te illi vel deſine intelligi cū nō a iudęis (Dn̄s iudicat populos)Augu. Quia inde venturus eſt iudicare viuos,& mortuos. Quis inq̄ dominus,niſi Ieſus chriſtus.

9 IVdica me domine ſecundum iuſticiam meam,& ſecūdum innocentiam meam ſuper me.

¶Hierony. Hoc proprie ſaluatori cōuenit,q̄ non peccauit. Caſſio. Merito ſiquidem petit ſecūdum iuſticiam ſuam iudicari,qui diuinitatis ſuę perfectiſſimus,doctorū pręcepta compleuit, Qui malū pro malo nō reddidit. Qui propter aliorum delicta,crucē aſcendit. Qui pro perſecutoribus ineſtimabili gloria pietatis orauit,& cum dicit(Iudica me)humilitas humanitatis exprimitur,quę de ſā ctę marię virginali vtero aſſumpta eſſe monſtrat. (Et ſecundum innocentiam meam ſuper me.)Auguſti. Gloſa. Iuſticia enim & innocentia ſunt ſup me,quia non a me,ſed a deo. vel ſecundū Hugonē Cardina. Sunt verba pœnitentis qui adepta iuſticia dicit(Iudica me domine ſecundum iuſticiam meam)in bonis faciendis)Et ſecundum innocentiam meam ſuper me) In malis fugiendis.

10 COnſummetur nequitia peccatorum,& diriges iuſtū, ſcrutans corda,& renes deus.

¶Auguſtinus. Comſummetur id eſt perficiatur ſecundum illud quod eſt in apocalipſi. Iuſtus iuſtior fiat,& qui in ſordibꝰ eſt ſordeſcat adhuc. Videtur enim cōſummata nequicia hominum, qui crucifixerunt filium dei,ſed eorum maior eſt qui noluerūt recte viuere & oderūt pręcepta veritatis pro quibus crucifixus eſt filius dei. (Conſummetur)ergo inq̄(nequitia peccatorum)id eſt perueniatur ad ſummam nequitiam,vt poſſit iuſtum iam venire iudicium. Hieronymus. Non enim poteſt mea iuſtitia dirigi,niſi illorū iniquitas īpleta fuerit(Et diriges iuſtum)Auguſtinus. Quoniam nō ſolum dictum eſt,qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc,ſed etiam dictū eſt,vt qui iuſtus eſt,iuſtor fiat annectit.(Et diriges iuſtū) . Gloſa. vt iuſtificetur adhuc(Scrutans corda). Auguſti. Gloſa. Quid ſcilicet quiſq; cogitet (Et renes) Quid quemq; delectet. Opera eñ noſtra in dictis,& in factis,poſſunt videre homines. Sed quomodo fiant,& quomodo peruenire cupiant ſolus videt deus. Caſſiodorus. Hæc enim propria virtus eſt dei,& corda noſtra diſcutere, & animi noſtri vigorem potentiæ ſuę luce penetrare.

11 IVſtum adiutorium meum a domino,qui ſaluos facit rectos corde.

¶Auguſti. Duo ſunt officia medicinæ, vnū quo ſanatur infirmitas,de quo in pſalmo præcedenti Miſerere mei dn̄e quoniā infirmus ſum , ſana me dn̄e quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Alterum quo ſanitas cuſtoditur de quo hic dicit (Iuſtū adiutorium meū a domino,iuſtum) inq̄ (adiutoriū) quia iam iuſto tribuitur. Et eſt quaſi medicina ſeruans ſalutem propter quod dicit(qui ſaluos facit rectos corde)Auguſtinus. Glo. Et illa enim,& iſta medicina ſaluos facit. Sed illa,ex ægritudine ad ſalutem tranſfert,hęc in ipſa ſalute conſeruat,illa ſanamur infirmi,hac cuſtodimur ſani.

12 DEus iudex,fortis, & ✠ patiēs nunquid iraſcitur ‡ per ſingulos dies.

¶Caſſiodo. Gloſa. Hic metu futuri iudicij terret, & ſpem reuerſis ꝓmittit (Deus)inq̄(iudex iuſtus) Caſſiodo. quia tribuit vnicuiq; in fine quod geſſerit,(fortis)quia nullus poteſt reſiſtere volūtati eiꝰ (Et patiens)Quia per patientiam ad pœnitentiā expectat,quod perdere pro ſuorū ſcelerum qualitate potuiſſet(Nūquid iraſcitur p ſingulos dies:) Gloſa. quaſi dicens,non,ſed expectat ad pœnitentiam,vnde poſt grauius punit. Caſſio . Iraſci autē deus more iudicum dicitur, qui quando vindicare delicta cupiunt,in ſententiā ſęuera indignatione conſurgunt(Per ſingulos dies)id eſt cūctis momentis,quemadmodum & peccatū omne committitur. Nā vbi eſſet glorioſa patiētia,ſi pœna mox ſequeretur offenſam? Grego. in mora. Iob li. viij. deus(inq̄(iudex iuſtus)fortis & lōganimis dicturus lōgaminē præmiſit iuſtū vt quē vides peccata delinquentiū patienter ferre,ſcias hunc quandoq; etiam diſtricte iudicare,hinc per quēdā ſapiētē dicitur. Deus altiſſimus eſt patiens redditor , patiēs enim redditor dicitur,quia peccata hominū & patitur & reddit,nam quos diu vt cōuertātur tolerat, nō conuerſos durius damnat,vnde ſequitur.

13 NIſi conuerſi ✠ fueritis gladium ſuum vibrabit,arcum ſuum tetēdit, & parauit illum.

¶Gloſa. Quaſi dicēs,iuſti ſaluabuntur. Sed o vos peccatores(Niſi cōuerſi fueritis). Hugo cardi. Ad deū ſcilicet per pœnitentiā,qui auerſi eſtis p maliciam.(Gladiū ſuum vibrabit)Caſſiodo. Terret cōtumaces. Auguſtinꝰ Gloſa(Gladius)autē iſte chriſtus eſt , qui primo aduentu vagina humanitatis tectus, in ſecundo coruſcabit lumen ſuis. Terror impij. Caſſiodorus . Vibrare vero illud dicimꝰ, quod modo lumē,modo vmbras tremulas proba-

Marginal notes: Caſſio. mat. xxvi. Hieroni. Gloſa. Auguſti. Caſſio. Regredi qd. Augu. tertia pſ alias q̄ eſt i me. Hieroni. Caſſio. Auguſti. Gloſa. Hugo. Auguſti apo. xij. Hiero. Auguſti. Caſſio. Auguſti. Duo officia medicine. pſ. vj. Auguſti. Eſa. xxv. ✠ Alia litera longanimus. ‡ Alia litera nūquid adducēs irata per mala. iiij. Gloſa. Caſſio. Eccle. v. ✠ Alia litera conuertimini. ✠ Alia litera acuet vel ſplēdificabit teſte au. Caſſio. Vibrare quid.

probatur oſtendere,quod cõſtat in domini incarnatione(Arcum ſuũ).Caſſiodo.(Arcum)itaqʒ ſcripturam noui,& veteris teſtamenti cõgruenter accipimus quę duobus quodammodo curuatis iugis deuotorum colla complectitur. [Grego. in mora. Job. lib. ic.] Gregorius in mora. Iob lib. ix. Scriptura nãqʒ ſacra arcus eſt domini,de quo ad corda hominum ſicut feriẽtes ſagittę,ſic terrẽtes ſentẽtię ueniunt. [Glo. îter Auguſti.] Gloſa inter. Auguſti. Vel ideo arcum ſcripturam dicit,vbi per cordam noui teſtamẽti duricia veteris flectitur,& domatur(Tetendit) [Gloſa. Caſſio.] Gloſa. Caſſiodorus. Sicut enim qui tendit arcum minatur,ita per ſacram ſcripturam minatur deᵘ malis.ne renuſſa putetur dei patientia(Et parauit illum) [Caſſio. Gloſa. Gloſa.] Caſſiodo. Glo. More ſagittantium qui poſtq̃ tetenderunt arcum , contra lignum,manum collocant in ſagittãdi opere brachia pręparantes. Gloſa.(Parauit)inq̃(arcum) Per explanationem ſcripturarum.

14 ET in eo parauit vaſa mortis.ſagittas ſuas ardentibus effecit.

¶Glo.(Et in eo) id eſt in arcu ſcilicet per quẽ vt diximus nouum,ac vetus teſtamentum intelligitur.(Parauit vaſa mortis) Gloſa. Auguſti. Hereticos ſcilicet qui ex ſcripturis venenãt animas (Sagittas ſuas ardentibus effecit.) [Caſſio.] Caſſiodo. Egreſſæ ſunt etiam de iſto arcu tanq̃ ſagittę apoſtoli,q ardentibus, hoc deſiderantibus animis in modum ſagittarum præcepta ſalutaria tranſmiſerũt,vnde & impij ſauciarentur,& fidelibus efficax cura proueniret(Effecit)autem ſignificat operatus eſt. [Grego. in mora. Job. lib. ix.] Gregorius in mora. Iob lib. ix. Vel arcum ſuum dominus tetendit quia cũctis peccatoribus per ſcripturam ſacram minas exhibuit,i quo arcu ſcilicet (vaſa mortis pręparat)quia ſecundum eloquij ſui ſententiam,eos qui nunc corrigi negligũt.reprobos damnat,in quo etiam(ſagittas ſuas ardentibus effecit) quia ad eos quos per terrorem corrigit accenſas verborum ſententias emittit. Sequitur.

15 [Alia lẽa mẽdacii] ECce parturiuit in iuſtitiam concepit dolorem & peperit iniquitatẽ.

¶Caſſiodorus.(Ecce parturiuit ĩ iuſtitiam)Plebs ſcilicet Iudaica cum videret dominum pro ſalute humana miracula faciẽtem,de eius potius exitio cogitauit(Concepit dolorem)quando eos diuerſis [mat. xv. Lu. xiii. Joh. xix. Augu.] parabolis dominus increpabat,vt a ſua illoſ peruerſitate conuerteret(Peperit iniquitatem) Quando dixerũt crucifige,crucifige,ordo ꝑpoſterᵘ eſt. Priᵘ enim ſuggeſtione diaboli peccatum concipitur, deinde parturitur,poſtea paritur,merito autẽ anteriori loco parturire poſuit,vt iſta neqtia nõ ex alieno malo concepta,ſed fuiſſe ꝓpria mõſtraretur.

16 LAcum aperuit, & effodit eũ, & incidit in foueam quam fecit.

[Auguſti. lacũ ape rire qd.] ¶Auguſti. Lacum aperire,eſt in terrenis rebus id eſt tanq̃ in terra,fraudem parare , quo alius cadat, quem vult decipere ĩiuſtus.(Aperitur) autem hic lacus,cum cõſentitur male ſuggeſtioni terrenarũ cupiditatum.(Effoditur)cum poſt cõſenſum operationi fraudis iſtatur.(Et incidit in foueã quam [Auguſti. Gloſa. Caſſio.] fecit)Auguſtinus. Gloſa. Peccator enim fraudem pariendo,prius lęditur damno innocentię,q̃ aliᵘ dãno pecunię. Caſſio. Vel lacus iſte eſt lacus iniquitatis,quẽ iudę prauitas excauauit(Aperuit)qa primus nequiter inchoauit.(Effodit) dũ eũ in ſua dãnatione perfecit(Et incidit in foueã quã fecit)In mortis ſcilicet locum, quã miſerabiliter incurrit.

CONuertetur dolor ✝ eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. 17 [✝ Alia lẽa labor]

¶Auguſti. Gloſa.(Cõuertetur dolor eius ĩ caput eius)Quia noluit euadere peccatũ,ſed ſeruus factᵘ eſt peccati,libidine rationi dominãte. Et ideo(dolor quem concepit,conuertetur in caput)id eſt in mentem eius. Et in verticem eius)id eſt in rationem(iniquitas eius)quam peperit(deſcendet). Caſſiodo. Gloſa. [Caſſio. Gloſa.] Hic nãqʒ per caput animam debemᵘ accipere,qua parte ſumᵘ ſine dubio celſiores, huic ſubiecta ſunt peccata,quando refrenantur obnoxia. Quod ſi delictis contingit animã vinci,ſupra eam neceſſe eſt emineant,quę multitudine prauitatis exundant . Per (verticem) ratio intelligitur (vertex)enim dictus eſt quod dextera leuaqʒ vertat capillos. Sic & rationis officiũ,eſt diſcernere Quę ſi peccatis ob ruentibus inclinetur,nec eſſe eſt, vt in(verticem)id eſt ſupra rationem deſcendat, qđ augmento iniquitatis excreuerit.

COnfitebor dño ſecũdũ iuſticiam eius, & pſallam noĩ dñi altiſſimi. 18 [Quinta pars. Auguſti.]

¶Auguſti. Gloſa. Confitebor inq̃ dño,nõ iſta cõfeſſio peccatorũ eſt,ille eñ hoc dicit qui ſuperius veriſſime dicebat(Si eſt iniquitas ĩ manibᵘ meis) Sed eſt confeſſio iuſticię dei,quę ita loquitur,vere dñe iuſtus es,qñ & iuſtos ſic protegis,vt per te ipſum eos illumines,& peccatores,ſic ordinas, vt non tua,ſed ſua malicia puniantur, cõtra hãc laudem nihil valent blaſphemię impiorũ,quę mala excuſant per fortunã,vel fatum,vel diabolum,vel aliã naturã,quę non eſt ex deo. [Caſſio.] Caſſio. hęc confeſſio pręconialis accipienda eſt,quæ gaudenti animo dñi virtutibus exhibetur. (ſecundũ iuſticiam eius). [Idem.] Idem. Qm̃ & ſuperbos facit ſua crimina ſuſtinere & humiles dignatur abſoluere. (Et pſallã nomini domini altiſſimi). [Pſallere quid.] Caſſiodo.(Pſallere eſt) & operibus domini mãdata peragere. Et hymnos voce etiam & corde cantare.

¶Pſalmus octauus.

Lyra intelligit totũ iſtũ pſalmũ de xp̃o victori ꝑ torcularibᵘ.i.ꝑ meritis ſuaꝝ paſſionũ,ꝑ q̃ habuit plenã victoriã, & glĩę coronã,dicit tñ, ꝙ aliq hebrei dicũt ꝙ hęc ſcriptura loquiť de meſſia ĩ cuiᵘ aduẽtu expectãt regnũ romanũ,ꝑ regnũ edõ deſignatũ, calcãdũ & ſubijciendũ iudęis ꝑ regẽ meſſiã,ſicut torcular calcatur,& ꝑponunt huic pſalmo talẽ titulũ (ad victoriã ſup Haguithith) ꝑ quod ĩtelligũt edon ſue Eſau,qui dicitur torcular.

¶Titulus.

In finẽ ꝑ torcularibus. Pſalmus dauid

Caſſio.(In finẽ) ſignificare dñm ſaluatorẽ,q̃ ti tituli expoſitione iã dictũ eſt(Torcular)eſt vbi m̃ltis põderibᵘ p̃ſſe vuę dulciſſiã vina, ꝓfũdũt, [Torcu- lar quid.] qđ eccl̃ię videť cõuenie tiſſime cõuenire. eccleſia ei diciť torcular , vbi boni a malis ope miniſtroꝝ ſeparãť, nõ loco, ſed affectu. Et q̃ſi a tegumẽtꝭ purgeť,vt frumẽta ĩ area a paleis,& ĩ torcularibᵘ vina a vinaceis q̃

tamē neceſſaria erant vt ſimul naſcerētur & creſcerent,& ad maturitatē puenirēt.vel(torcularia)ſunt martyria,vbi corpora ꝑ noīe chriſti pſecutiōe calcantur.Et quaſi actiua in tertia remanēt,aīę vero in requiē emanant.agit ergo hic de eccleſię cōſtitutione,cū dn̄s poſt reſurrectionē aſcendit,ſpiritū miſit.quo impleti apoſtoli,& alij fideles pdicādo eccleſias cōgregauerunt.Gloſa.Et eſt ſenſus tituli(ps iſte)eſt ps Dauid ꝓphetę)tendēs(in finē(.i.ī chriſtū,quia agit de exaltatione xp̄i,ſecundū duas naturas,& eſt agēs(ꝓ torcularib⁹).i.de eccleſijs de quarū cōſtitutione,& cauſa cōſtitutionis agit.In tētio aūt ꝓphetę eſt,hic errorē iudęorū q dicūt in Iudęa tantum notum deū.Et donatiſtarū qui tantum notū in affrica dicūt,& ſimiliū confutare.Et diuiditur in duas partes.In prima,commēdat deū ab o peribus excelſis,& maieſtate.In ſecūda,ab exaltatione humanę naturę,ibi quid(eſt homo.)

Gloſa. Senſus tituli.

Diuiſio pſalmi

1 ps.viii. Domine dominus noſter,q̄ admirabile eſt nomē ī vniuerſa terra.

Gloſa inter.(Domine) omniū ſecundum potentiam (dominus noſter)ſecundum receptionem,& cultum.(q̄admirabile eſt nomen tuum).Gloſa.id eſt gloria,& fama.Caſſiodo.Cum enim dicit,q̄,non poteſt explicare quod ſentit. Quis enim,aut creaturas terrenarum rerum,aut maris ambitum,aut immanis hui⁹ aeris diffuſionem,aut ornatum rerum cœleſtium ſufficienter poſſit agnoſcere,quę dominus incōprehenſibili ſuę ſapientię virtute diſpoſuit? Propterea merito proclamat eccleſia. q̄admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.Gloſa.Non in iudęa tantum vt dicunt iudęi,nec in affrica tantum vt dicunt donatiſtę,ſed(in vniuerſa). Caſſiodor⁹. quia per totum mūdum eius religio ſancta dilatatur,nec aliqua patria,vbi catholica non lętetur eccleſia. Auguſti. Sed quęro vnde ſit admirabile nomen eius in vniuerſa terra:reſpondetur.

Gloſe. Caſſio.

Dānātur hic inde dānāturi dōatiſte.

Auguſti.

2 Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.

Auguſti. Auguſti.Vt iſte ſit ſenſus,quoniam tua magnificentia,id eſt filius tuus deus & homo de terrena humilitate(ſuper cœlos eleuata eſt)Hugo cardina. Vel(ſuper cœlos)id eſt apoſtolos,& viros ſpirituales qui dicuntur cœli.Lyra.vel ſuper omnem creaturam,cœleſtem,& angelicam.

Lyra:

3 ✠ Alia lra Aug. de ſeſtore

Ex ore infantium & lactētium perfeciſti laudē ꝓpter inimicos tuos,vt deſtruas inimicum & vltorem. ✠

Hieroni. Hieronymus.Hunc verſiculum in euāgelio cōpletum ipſe dominus eſſe declarat,dum clamantibus pueris Oſanna filio Dauid,ait,nunq̄ legiſtis,ex ore infantium,& lactentium perfeciſti laudem.

mat.xxi. Gloſa inter.(Ex ore)inq̄(infantium) non pro ętate dicit,ſed pro qualitate. Caſſiodorus. Infantes enim,& lactantes intelligēdi ſunt,qui propter rudimenta,& infantiam,fidei eſcam nō capiunt fortiorem,ſed doctrina teneriori nutriuntur vt iſte ſit ſenſus:Non ſolum a perfectis qui te omnino intelligunt es laudabilis,ſed etiam ab incipientiū & paruulorum ore prędicaris.Gloſa.Bene autem dicit(perfeciſti)non feciſti,ex his enim perficit deus laudem,quia non ſolum perfecti ſunt in eccleſijs,qui deum laudant,ſed etiam imperfecti qbus lacte opus eſt,vt Petrus apoſtolus ait(Perfeciſti)inq̄(laudem propter inimicos tuos)Gloſa.Inimici ſunt,qui diſpenſationi per crucifixum factę contraria dicūt(vt deſtruas inimicum & vltorē).Hierony.Hoc eſt hęreticum qui cū nequicia ſua impugnat eccleſiam.Caſſio.Vel iudæum perfidū qui dum deum patrem ſe putat defēdere,filio vnde inimicus. Auguſti.Gloſa. defenſores em̄ videtur hęretici fidei,philoſophi ſapientię,cū tamen & illi fidem,& hi ſapientiam veram impugnāt.

Caſſio· i.pe.ii Gloſa. Hieroni. Caſſio. Auguſti. Gloſa

4 ✠ Aug. non hs tuos ✠ Aug. hs quos

Quoniā videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum,lunam & ſtellas que ✠ tu fundaſti.

Hieronymus.(Cœlos)ſcripturas intelligimus ſanctas quę per dei digitum,hoc eſt ſpiritum ſanctum ſunt prolatę.Caſſiodo.Libri nanq; euangelici merito cœli dicuntur,quoniam continent dominum ſaluatorē,qui dicit cœlū mihi ſedes eſt.(Opera digitorū tuorū)Sanctę ſcilicet trinitatis,de quibus legitur.Appendit tribus digitis molē terrę(Lunam)Gloſa.Caſſiodo.Vniuerſalem eccleſiam(Et ſtellas)iuſtos ſcilicet homines & religioſos,Gloſa.Hugo Cardina.vel(ſtellas).i.ſingulas eccleſias vel quaſlibet fidelium animas.Gregori⁹ ſuper Ezechielē omelia prima.Et quia per(lunā)ſanctam eccleſiam,per(ſtellas)om̄es ſanctos iuxta intellectum miſticum accipere debemus,ſolē nominare noluit,quia videlicet ipſi æterno ſoli loquebatur de quo ſcriptū eſt,vobis autē qui timetis dominum orietur ſol iuſticię,& de quo reprobi in fine dicturi ſunt,ſol iuſtitię nō ortus eſt nobis,ſequitur.(Quę tu fūdaſti)Gloſa.(in cœlis)ſcilicet id eſt in ſcripturis.Hugo cardi. (Vel quæ tu fundaſti) ſupra teipſum qui es petra ſolida.

Caſſio. Eſa.l.v. Eſa.iiii Mala.iiii

5 ſcd̄a ps huius & triū verſiculorū ſequētiū ſidus eſt iterpres paulus ad heb:ii

Quid eſt homo q̄ memor es eius,aut filius hoīs quoniā viſitas eū.

Hierony.Hoc eſt quale meritū hoīs,vt memor tu factus eius,pro eius redēptione ſuſcipias carnē Caſſio.Iſtud aūt pronunciandum eſt,cū quodam deſpectu ſui ipſius,quaſi diceret. (Quid eſt hō q̄ memor es eius)fragilis ſcilicet,& caducus,adæ ſequax,qui in veteri peccato pmixtus ſocia prauitate cōcluſus eſt,cuius memor eſt dn̄s,qn̄ ei peccata dimittit,& miſericordię ſuę dona largitur,hoc eſt ergo eſſe memorē cōferre delinquentib⁹ tātæ gratię ſoſpitatem(Aut filius hominis). Auguſtinus.Gloſa.Diſiunctio,autem innuit diſtare inter hominem,& filium hominis.Om̄is filius hominis homo,ſed non ecōuerſo,vt adam qui fuit homo,ſed non filius hominis.Homo ergo eſt om̄is qui portat imaginē terreni,filius vero hominis qui cœleſtis.Lyra.Hic nanq; filius hominis ponitur pro filio virginis cū homo ſit communis generis.(Quoniam viſitas eum),Caſſio.(Viſitauit) Cum verbū caro factum eſt,& habitauit in nobis. Nam viſitare dicimus,quādo medicus ad īfirmos ingreditur,quod in aduentu domini reuera cōſtat completū Hierony.Filius em̄ dei factus eſt filius hominis id eſt virginis qui viſitauit corpus humilitatis noſtrę quod aſſumere dignatus eſt.

Auguſti. Gloſa.

Lyra

Caſſio.

Hieroni.

6 [Yſaia li. Caſ. minoraſti. Caſſio.]

MInuiſti eum paulominus ab angelis, gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

℃(Caſſio) Minuiſti eum Chriſtũ, ſcilicet, qui minoratus, eſt non neceſſitate, ſed pietatis ſuæ ſpontanea voluntate formam ſerui accipiens. (Paulominus) ab angelis, quia in ea parte factus eſt minor angelis, qua crucem pro omnium ſalute ſuſcepit. [Philli.ij] Bene autem dixit (paulominus) quia etſi mortalem carnem ſuſcepit, tamen nulla peccata habuit. (Minuiſti) inq̃, eum primo, ſed poſtea (Gloria, & honore coronaſti eum: Eum em̃ qui modico, q̃ ab angelis minoratus eſt. Videmus ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatũ, vt gratia dei pro omnibus guſtaret mortem. Hiero. (Gloria) cum in eius deſcenſu inferi claruerũt, honore) cum vicit mortem. (Corona) cũ circundatus ſanctorũ choro triũphans rediȷt ex inferno. (Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum). [Auguſti.] Augu. Gloſ. Quia angeli ſunt opera manuum ſuarum, ſuper eos cõſtitutus eſt vnigenitus dei fili⁹, [Caſſio.] Caſſiodous. Vel quia omnis illi creatura ſubiecta monſtratur.

7 [Ad heb. ij.]

OMnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi.

[ad heb.ij Lyra.] ℃(Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius) Per hoc q̄ dixit omnia ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectũ ei. Lyra. Illud additur, ad remouendum errorem illorum qui dixerunt, q̄ diuina prouidentia non ſe extendit ad iſta inferiora, ſed tantum ad ſupiora, iuxta illud. [Iob 22] Circa cardines cœli perãbulat, nec noſtra conſiderat. Caſſiodo. Cũ enim dicit (om̃ia) nec terrena videtur excepiſſe, nec ſuperna. (Oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora cãpi). Caſſ. Aug. Glo. Per (oues) populum electum ſignificat [Johã.xx] Chriſtianum, iuxta illud Petro dictũ. Paſce oues meas. Per (boues) prædicatores deſignantur, qui humana pectora mandatis cœleſtibus exarãtes, virtutum meſſem germinare fecerũt. (Vniuerſas) [Aug.] Auguſtin⁹. Fœmineo genere vtitur, vt notet fructificantes, qui ſemine verbi dei, hominũ corda fructificare faciunt. (Inſuper & pecora campi.) [Auguſti.] Aug. Caſſio. Non vacat q̄ dicit inſuper: quia nõ ſolum illi ſancti ſubiecti ſunt, ſed etiã peccatores qui (pecora) ſunt, dum in cãporum libertate. i. mũdi huius voluptate paſcuntur. In torculari enim ſunt vinacea, & vinum. in area, palea, & frumẽtũ, [Geñ. vii] intra retiæ, piſces boni, & mali. In archa Noe, animalia munda &, & immunda. (Campi) vero, ideo [Cap⁹ quo Geñ.4] dicit, quia campus ſecundũ Auguſtinum eſt lata via, quæ ducit ad interitum. Abel enim in campo occiditur.

8

VOlucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.

[Auguſti.] ℃Quaſi d. ſubieciſti etiam (& volucres cœli. Hieronymus. Aug. Caſſio. Gloſa. Iſti ſunt ſuperbi homines, qui inflati vento iactãtiæ, quaſi per inane aeris efferuntur (Volucres) em̃ a volatu dictæ ſunt, & piſces maris. Hiero. Augu. Curioſi ſunt, qui in profundo ſæculi temporalia, quæ quaſi ſemitę in mari cito vaneſcunt. inquirunt pertinaci ſtudio Gloſa. Hæc itaq; tria, ſcilicet voluptas carnis, quæ per (pecora) Superbia, quæ per (volucres). & curioſitas, quæ per (piſces), omnia vitia deſignant, quæ [Joh. ij] enumerat Iohães apoſtolus in canonic a ſua dicens, quod omne quod in mundo eſt, cõcupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorum, & ſupbia vitæ: & his tribus vitijs ſecundum Hugo. car. aſſignantur tria loca dũ dicitur (Campi/cœli/Maris.) Hæc enim ſunt mitia loca, in quibus habitãt dæmones & miniſtri eius. Cãpus eſt latitudo voluptatum, in quo habitãt luxurioſi. Cœlum, altitudo dignitatũ, vbi habitant ſuperbi. Mare, /amaritudo diuitiaꝝ, vbi habitant auari.

DOmine dominus noſter, q̃ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. 9

℃Lyra Hic reſumit primum verſum, ſicut in cãtilenis fieri ſolet. Caſſio. Congrue ſiquidẽ Chriſto principium, deputatur & finis, qui de ſe dixit, ego ſum alpha & o: id eſt, initiũ & finis. Et eſt iſte pſalmus periodalis, quia a quo incipit, terminat ſcdm̃ [Apoca. j] Hugo. car. Sic & nos qui a deo proceſſimus, ſi peccando receſſimus, ad eũ redeamus. 10

℃Pſalmus nonus,

[Lyra] Lyra inſequitur ſitum ſenſum de duplici aduẽtu, & improbat quaſdã alias interpretationes quorũdã hebræorum.

℃Titulus
In finẽ pro occultis filij Pſalmus dauid.

(Finis) quid ſignificet, iã ſatis dictum eſt pſalmo quarto, & quĩto. non em̃ ſignificat in quo deficit, ſed in quo creſcitur (pro occultis) Hiero. Gloſa. Duo nanq; ſunt aduentus Chriſti. Primus ſcilicet & ſecundus. In primo aduentu & manifeſtus, & occultus venit manifeſtus carne: occultus diuinitate. In ſecundo aduentu, & manifeſtus & occult⁹ veniet. [Duo aduent⁹ xpi] (Occultus) quia neſcimus diem, neq; horã. [mat. xxv] manifeſtus, quia videbit eũ om̃is oculus, vel aliter videmus ſanctos tribulari, & neſcimus, an pro probatione, an pro emendatione. Videmus alios tribulari, quoꝝ pœna hic incipit. Et in futuro cũ eis permanet. Videmus alios nec tribulari nec iniuriam pati, Sed ſanos corpore, lætitia temporali omnibus abundare, iſti tales periculoſi ſunt, qa credimus q̄ ipſos deus non viſitat, quia nõ ſunt digni viſitari, vt poſtmodũ ſine fine puniantur. Cum aũt dicit) filij). Aug. Gl. Non addidit ſui, ex quo ipſum vnigenitũ dei filium oportet intelligi. Glo. Hic ergo agit de humili aduentu Chriſti, qui cæcatis iudæis profuit gentibus, & de Pœna qua iudicat purgando, conuertendo, excæcando. Vel ſecundum Hiero. iſte pſalmus totus in perſona eccleſiæ per prophetã de antichriſto cantatur. Gloſa. Intentio aũt prophetæ in hoc pſalmo eſt monere vt non caſu, vel fato quis credat mundũ regi, ſed iuſto iudicio dei. Et diuiditur in quinq; [Diuiſio pſalmi.] partes. In prima, propheta lætus de eo q̄ aduẽtu Chriſti deſtruitur cultura diaboli laudat dominũ. In ſecunda, fideles inuitat ad collaudandũ dominum: ibi Pſallite domino) In tertia, peccatoribus cum antichriſto maloꝝ finem dicit eſſe venturũ:

ibi (conuertentur peccatores.) In quarta, mala tē-
pore antichriſti futura pertractat: ibi (Vt quid do
mine. In quinta, orat iudicium maturari, vt mala
ſanctorum finiantur: ibi, (Exurge domine) Talis
Caſſio. » enim inquit. Caſſio. Malignitas illius temporis,
vt nemo fidelium optet mundi tempora differri,
in quo tanta mala cognouerit actitari.

Pſ. ix. 1 COnfitebor tibi domine in
toto corde meo, narrabo
Gloſa omnia mirabilia tua.

¶ Gloſ. Quicūq; murmuret, aut
detrahat, Ego (cōfitebor tibi do-
Cōfiteri dūz in toto corde. mine, id eſt, laudabo te, & hoc (in corde meo.) Caſ.
In toto) autem (corde) confitebor dominum, qui
nullis mundanis cogitationibus fluctuat, quod
perfectorum eſſe non dubiū eſt. Non eñ in toto
corde confitetur deo, qui de prouidentia eius in
aliquo dubitat. Sed ille confitetur, qui omnia ad
Philoſophi diuinę prouidētiæ regimen refert, quæ ſtulti qua
ſi caſu, & temere, & nulla diuina adminiſtratione
Gloſa. fieri putant. Glo. Et ideo (in toto) dicit nō in par
» te. (Narrabo omnia mirabilia tua.) Hiero. Quātū
me docuiſti, tātum narrabo / quia ſi tātum narras,
quātum intelligis, omnia mirabilia dei narras.
Glo. Vel (narrabo omnia mirabilia tua, id eſt, quæ
quid oīa narrare. cūq; dicam de tuis operibus ſunt mirabilia. Glo.
Iohā. xi. Aug. Vel omnia narrat, qui de viſibilibus ad inui
Actu. ix ſibilia trāſit: vt qui dicit eum qui Lazarū ſuſcita-
i. Cor. x uit in corpore, Paulum ſuſcitauit in mente: quod
maius eſt. Tua autem dicit, non noſtra: vt qui glo
riatur in domino glorietur, vnde ſequitur.

2 LAEtabor et exultabo in te, pſal-
lam nomini tuo altiſſime.

Hieroni. ¶ Q. d. non ſolum narrabo, ſed etiā Hiero. (Lęta
tabor) in ſpe. Et (exultabo in te) iuxta illud apoſto
ii. Cor. x. li. Qui gloriatur in domino glorietur. Caſſiodo
» (In te.) dicit non in hoc ſæculo, vbi letifera eſt læ
titia, Sed (in te) vbi ſæcurum gaudiū ſemper ſumit
Exultarē quid augmentum, plus autē eſt exultare, q̄ lætari. Exul
tare enim, eſt animi, & corporis motu maiore io
» cundiſſima libertate gaudere. (Pſallā nomini tuo
» altiſſime.) Hiero. (Pſallam) opere, ſcilicet nomini
tuo. i. Chriſto. Nomen eñ patris filius eſt, altiſſi
mus vero, ipſe eſt deus. Cauſam aūt laudis ſubijcit
dicens.

IN conuertendo inimicum meum
3 retrorſum. infirmabuntur, & peri-
bunt a facie tua.

Hiero. Mat. 4. ¶ Hierony. (In conuertendo) inq̄. inimicum.) id
eſt diabolum, cui dominus dixit. Vade retro ſatha
na. Ante aduentum eñ Chriſti, diabolus dux iti-
neris mortis fuit. Sed poſtea retro eccleſiā ſequu-
» tus eſt, quaſi canis. (Infirmabuntur) Caſſio. prius
inimicum dixit in ſingulari, poſt hæc dixit (infir
mabuntur,) in plurali, quia perſecutor voluntates
» ſuas multis famulantibus excercebat. (Et peribūt
a facie tua. Hiero. Impij vtiq; ab impietatate ſua
peribunt. Vel ſicut ſuperius dixit ſingulariter, ita
Lyra. hic pluraliter, id eſt omnes ſatellites ſuos ſimul cō
prehēdit, qui ſimul peribunt in die iudicij. Lyra.
In hoc autem verſu, cauſam ſuæ ponit lætitiæ. q.
d. propter hoc lætabor, & exultabo, quia inimicus
meus conuertetur &c. (A facie tua) dicit Hug. car
Ideſt ab animaduerſione iudicij. Gloſa. Cum dice
tur eis. Ite maledicti in ignem æternum. Gloſa. mat. xxv
Deinde oſtendens, per quid diabolus conuerſus
ſit, retro ſubdit.

QVoniam feciſti iudicium meum, 4
& cauſam meam, ſediſti ſup thro
num qui iudicas iuſtitiam.

¶ Hiero. Vox eſt eccleſię, acſi dicat, tunc (feciſti iu hierony.
dicium meum) quādo aperte gentes elegiſti, & iu
dæos reprobaſti. Cum aūt dicit (iudicium meum,
& cauſam meam) proſperā teſtatur ſibi fuiſſe ſen- »
tentiā. Sicut & nauigātes ſuum ventū dicunt, quā
do illis ventus proſperitatis arriſerit. Hug. de ſan
cto Victore lib. ſenten. cap. ix. (Fecit) inq̄ tunc (iu- Chriſtus fecit iudicium et iuſtitiam noſtram.
dicium noſtrum, & cauſam noſtrā,) Cauſam, ſcili
cet quæ naſcēdo debitum patri pro nobis ſoluit,
iudicium vero, quia ad inferos deſcendens, & por
tas mortis frangens, captiuitatem quæ ibidem te
nebatur, liberā eduxit. Dedit eñ deus homini ho
minem, quē homo redderet pro homie. Et vt pro
homine redderetur homo, maior homine, factus
eſt deus, homo pro homine. Et dedit ſe homo ho
mini, vt ſe acciperet ab homine cū incarnatus eſt
dei filius. Et datus eſt hominibus deus homo Chri
ſtus. Quod itaq; homini datus eſt Chriſtus, dei fu
it miſericordia. Quod autem ab homine, redditus
eſt Chriſtus, hominis fuit iuſtitia. Chriſto igitur
recte dicitur. (Quādo feciſti iudicium meū, & cau
ſam meā.) Sequitur, (Sediſti ſuper thronum.) Caſ. »
Hoc cōuenienter domino dicitur Chriſto, q nunc
ſedet ad dexterā patris. Hier. Thronus eñ græce,
latine dicitur ſedes dei. (Qui iudicas iuſtitiā.) Caſ.
Præſens p futuro dixit. iudicaturus eſt eñ æqui- »
tatem, cum ad diſceptandum poſt finem mūdi re-
luxerit. Aug. Gloſa. Chriſtus in finem iuſte iudi
cabit, cui pater omne iudicium dedit, vel tale feci iohan. vi
ſti iudicium. Quia ſcilicet.

INcrepaſti gentes, & perijt impius, 5
nomen eorum deleſti in æternū ✠, ✠ Alia lit. in ſeculum.
& in ſæculum ſæculi.

¶ Hiero. (Increpaſti gentes) eos, ſcilicet, qui ido
la adorabant, ligna, & lapides per prædicatores.
(Et perijt impius,) id eſt diabolus, qui in ipſis li-
gnis, vel lapidibus adorabatur, vel) perijt impius)
quia ab impio per prędicationem apoſtolicā fa-
ctus eſt pius. Gloſa. Non eñ dicuntur impij, q cre
dunt deo. (Nomen eorū deleſti.) Gloſa. (Eorū) ſci- P ſermo primo
licet impiorum. Lyra. quia qui prius vocabantur
pagani, modo vocantur Chriſtiani. (In æternum
& in ſæculū ſæculi.) Aug. Gloſ. (Sęculum) eſt hoc
præſens quod voluitur (ſæculum ſæculi) æternum
cuius iſtud imago eſt. Vel determinatio eſt ne hoc
præſens acciperes. Glo. Et vere (deleſti nomen eo
rum,) quia,

INimici defecerūt frameæ in finē, 6
& ciuitates eorum deſtruxiſti.

¶ Hiero. Quaſi dicat (frameæ inimici), ideſt, ar-
ma diaboli, peccatores, ſcilicet qui erant membra
ſua, per quos diabolus alios perſequebatur. (Defe
cerunt.) Caſſio. Et eſt inimici genitiui caſus. (Fra-
mea) autem hebraicus ſermo eſt, ſignificās gladiū Framea quid

quo hoſtis ille bacchatur.Aug.Gloſa.Quem dominus vibrabit.(In finem),hoc eſt in ſecundo aduentu aperte iudicans.Caſſio.Per finem eñ conſummatio ſæculi datur intelligi.Sequitur(ciuitates eorum deſtruxiſti.)Hiero,(Ciuitates)id eſt peccatores.Quot ſunt enim vitia peccatorum,tantæ & ciuitates,hoc eſt,munitiones eorum,in quibus diabolus regnabat.Augu.Vbi doloſa,& fraudulẽta cõſilia tanquã curiæ locum obtinẽt.Sequitur.

Auguſti.

7 ✠ Alia litera periit memoria cũ ipſis

PEriit memoria eorum cum ſonitu,& dominus in ęternũ ꝑmanet.

¶Hie.(Sonus).i.doctrina illorum mala cũ ipſis periit.Caſſio.Vel(cum ſonitu)dicit.i.cum clamore maximo.(Periit memoria eorum)quod fieri ſolet,quando res proſpere grauiſſimo fine clauduntur,vt nec poteſtas eorum videatur remanere,nec nomen. Ciuitates enim quas deſtructas dixerat,cum ſonitu teſtatur euerſas. (Et dominus in æternum permanet). Caſſiodo. Quia dixerat in pios perire: dicit nunc in æternum dominum permanere,quod audire nolunt,qui creatori ſuo prauis auſibus reſtiterant,ſed cõfugiant ad dominum miſericordem,nec patiantur diſtrictum iudicem.Quia/

8 PArauit in iudicio thronum ſuum,& ipſe iudicabit orbẽ terræ in æqtate iudicabit populos in iuſtitia.

¶Caſſiodorus.(Parauit) deus homo,ſcilicet,vt q in humilitate hic iudicat⁹ eſt:ibi in maieſtate ſua iudicaturus adueniat,& hæc ſunt occulta filii de quibus in titulo(parauit)inq̃(in iudicio thronũ ſuum)Gloſ. Caſſio.id eſt,iudiciariam poteſtatẽ(& ipſe iudicabit).Caſſio. Ipſe vtiq; dominus Chriſtus,qui hic patiendo iniuſtitiam,ibi impiis veraciter dicitur demonſtrare iuſtitiam (Orbem terrę) Idem.id eſt,ſanctos viros,qui de vniuerſali eccleſia,quaſi de coronæ circulo congregantur, iſti in in ęquitate iudicandi ſunt,qui audituri ſunt,venite benedicti patris mei(iudicabit populos in iuſticia). Idem. per populos intelliguntur peccatores,qui cum iuſtitia iudicandi ſunt,cum pro ſanctorum ſuorum ſcelere damnabuntur, quibus dicendum eſt. Ite maledicti, ſic duobus nominib⁹, æquitatis,& iuſtitiæ,qualitatem illã iudicii mirabili breuitate deſcripſit.Auguſt. Vel(iudicabit in iuſtitia & ęquitate)Non quem ad modum iudicant homines qui corda non vident,ſed teſtimonium perhibente conſcientia,& cogitationibus accuſantibus ſeu defendentibus.

mat.xxv. Ibidem Auguſti.

9 ET factus eſt dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

¶Caſſio.Copioſa ſpes pauperum,& mangna cogitatio gaudiorum ipſum refugium habere,quem iudicem(factus eſt)inquã(dominus refugiũ)Glo. vt inimicus retro conuerſus non noceat,ſed hoc non niſi pauperi.Caſſio.Pauper autem iſte eſt,q terrena cupiditate vacuatus,cœleſti deſiderat largitate diteſcere.(Adiutor in opportunitatibus in tribulatione.)Idem. Illud eſt enim adiutoriũ dulciſſimum quod in neceſſitate præſtatur,vel(in tribulatione)quando animus afflictorum ad cõpunctionem auidius incitatur.Greg.in mora.Iob li. xxvi.(In tribulatione)autẽ dicturus opportunitatem præmiſit, quia ſæpe tribulatione cõterimur,& tamen opportunum nondũ eſt,vt ad deſideriũ ereptionis adiuuemur.

quis pauper dicit

ET ſperent in te qui nouerũt nomẽ tuum,quoniã non dereliquiſti quęrentes te. 10

Gloſa.Q.d.quia adiutor es in opportunitatibus,& refugium pauperi:ideo(ſperent in te,qui nouerunt nomẽ tuum)quia & ſi certi ſum⁹ nos eſſe de grege domini per baptiſmũ,neſcit tamẽ homo an odio vel amore,dignus ſit Eccle.ix.ideo.Hie.(Sperent)inquam(in te)cuius eſſentia non nouit præteritum,vel futurũ,non in ſe,non in cõcupiſcentiis ſæculi. Caſſiodor⁹.Non in blandimentis reſpiciant mũdi huius,,ſed in tua ꝓmiſſione confidãt.(Qui nouerunt nomen tuum.)Hiero.Id eſt filium tuum,ſiue potentiã,ſiue magnificentiam tuã.Caſſio.Vel,qui maieſtatem tuã ſanctiſſima deuotione venerãtur. Illi enim nomen ſuum nouerunt,qui mandatis eius ſuppliciter obſequuntur. Hug.car.Nec eſt aliud nomẽ ſub cœlo,quo oporteat nos ſaluos fieri.In te igitur merito confidendum eſt.(Quoniã non dereliquiſti quærentes te domine.)Caſſiod.Hæc eſt potiſſima cauſa, cur in domino debeat ſperari,quia non patitur eos deſerere,quos ad ſe proſpexerit confugiſſe.Hugo.car. Nullus eñ ſperauit in domino & confuſus eſt,ait ſa piens.Sequitur.

Gloſa Eccle. ix Caſſio. Actu. 4. Hugo Eccle. ij

PSallite domino qui habitat in ſyon, annunciate inter gẽtes ſtudia ✠ eius. 11

✠ Vel ſtudia ſu alia li tura vel inuẽtiones vel cogitatiões

¶Secunda pars ,vbi propheta fideles ad la udem prouocat,propter beneficia præſentis temporis,& futuri.q.d.& quia dominus nõ dereliquit quærẽtes ſe.Ergo,o vos quos quærẽtes non reliquit, Laudate eum prædicando,& opere quod prædicatis,implendo.(Pſallite)inq̃(domino.) Caſſiod. Et ne ſuis ſuperſtitionibus pſallendũ putaret gẽtilitas,addidit.(Qui habitat in ſyon)Aug.Caſſio. Glo.(Syon).ſpeculatio dicitur.Et geſtat imaginẽ eccleſiæ,quæ nunc eſt,ſicut Hieruſalem quæ interpretatur viſio pacis,geſtat imaginẽ eccleſię quæ futura eſt. Præcedit autem ſpeculatio viſionem ſicut iſta eccleſia præcedit eam, quę promittitur ciuitatem immortalem,& eternam. Agimus autem nũc ſpeculationem ,vt deinde perueniamus ad viſionem. Gloſa. (Pſallite)igitur(domino, qui habitat in ſyon).id eſt, in præſenti eccleſia, quæ nunc per ſpeculum contemplatur.(Annunciate inter gentes ſtudia eius(Hierony.Vox prophetæ ãmonentis prædicatores,vt prædicent mãdata eius.Hug.car.(Annunciate), inquã,prædicãdo(inter gentes).i. inter gentiliter viuentes.(Studia eius)& quia forte illi dicerent,moriemur ſi ad gentes ambulauerim⁹, neq; recipient teſtimoniũ noſtrum,adiungit propheta.

Syon eccleſia terreſtris. Hieruſalẽ eccleſia celeſtis.

QVoniam requirens ſanguinẽ eorum recordatus ✠ eſt,non eſt oblitus clamorem pauperum. 12

✠ alia li. memoratus eſt.

Auguſti. Augu.Gloſ.Quaſi reſponderet his, qui miſſi ſunt
euangelizare,non ſine magno fructu æternitatis,
morituros in perſecutione Chriſtianos.(Quoniã »
requirens ſanguinem eorum recordatus eſt).Hug.
car. Ipſorum)ſcilicet,occiſorum ſanguinem vin=
Gloſa. dicãdo,& eos glorificando.Aug.Glo.Non autem
» dicit(recordatus)quaſi poſt obliuionem,quæ non
cadit in deum,ſed quia poſt longum tempus,futu
rum eſt iudicium: vnde ſecundũ affectum infirmo
rum hoc dicit,qui oblitum deum putant,quia nõ
» tam cito facit,q̃ ipſi volunt.(Non eſt oblitus cla=
Auguſti. morem pauperũ).Aug. Id eſt,non vt putatis obli
tus eſt.Sed quæro quis clamor pauperum ſit,quẽ
deus non obliuiſcitur,an ille clamor eſt, cuiꝰ hæc
verba ſunt.

13 MIſerere mei domine,vide humi=
litatem meam de inimicis meis.

Caſſio. Caſſio.Iſta eſt oratio cũctorum pauperum ad ſin
gularem numerum cõpetenter adducta,quia ſem=
per in vnitate ſanctoꝝ hæc turba perducitur.Aug.
Vel quia vnus Chriſtus ſcilicet,interpellat pro ſan
» ctis,qui primus pauper pro nobis factus eſt.(Vide
humilitatem meã de inimicis meis).Glo.Caſ.Aſ=
pectus dei,auxilium eſt,qui cum ſit lux tenebras fu
gat.De ſuperbia autem inimici,æſtimatur humili
tas patientis,quia tantum carnaliter humiliantur
martyres Chriſti,quantum perſecutores eorum vi=
» dentur extolli.(Vide)inquã humilitatem meam)
tu ſcilicet.

14 QVi exaltas me de portis mortis,
vt annunciem omnes laudatiões
tuas in portis filiæ ſyon.

Quid por tæ mortis » Caſſio.Porta mortis eſt diabolus, vel omnis ille=
cebra ſæcularis,quoniam per hæc ad æternum exi
tium infœliciter introitur.(Exaltas me) dicit, id
» eſt,longe me facis a talibus.Hugo car.Vel(per por
tas mortis)intelliguntur quinq; corporis ſenſus,
Hiere.9. iuxta illud,aſcẽdit mors per feneſtras noſtras.Gl.
Vel portæ mortis ſunt prauæ cogitationes,& cu=
» piditates, quibus itur ad mortem.A quibus ideo
me elongas(vt annunciem)Hugo car.Prædicãdo
» ante enim q̃ quis prędicet ab his portis exaltari de
bet(Omnes laudationes tuas)id eſt omnia laudabi
lia opera tua.(In portis filiæ ſyon.Auguſt.Gloſa.
Ad portę ſyon Portæ filiæ ſyon ſunt omnia optima ſtudia,per
quę venitur ad viſionem pacis in eccleſia, in qui=
» bus bene annunciantur omnes laudes dei.Vel(por
1.cor.ii. tæ ſyõ)ſunt ſacramenta,& initia fidei,quę pullan=
ſantibus aperiũtur,vt perueniatur ad occulta,quę
» nec oculus vidit,nec auris audiuit. Gregorius in
moral. Iob lib.xix. Vel portę mortis ſunt actio=
nes prauæ,quæ ad interitum trahunt; per portas
vero ſyon,actiones bonas accipimus.per quas ſu=
pernam patriam ingredimur,vt regis noſtri glo=
riam contemplemur.Hier.Vel per portas mortis
intelliguntur hęretici: per portas ſyon,boni præ=
dicatores,qui ſunt portæ vitæ.Sequitur.

15 EXultabo in ſalutari ✠ tuo, infixæ
✠alia li. ſup ſalutare tuũ ✠alia li. ī corrup ptio ne quam ſunt gẽtes in interitu ‡ quẽ fecerũt

Aug.Huc uſq; clamor pauperum,quem nõ obli
uiſcitur deus,inde dicit eccleſia,quæ affligitur, ſe
gaudere(Exultabo)inq̃(in ſalutari tuo)Glo.inter
Hiero.in ieſu Chriſto.Caſſiodorꝰ.Salutare eñ pa=
tris,Chriſtus eſt dominus,virtus,& ſapientia eius
qui nobis æternam requiẽ tribuit,& ſalutem.Glo Gloſa.
(ego)inquã(exultabo)ſed gentes,quę volunt occi= »
dere corpora ſanctorum(infixę ſunt in interitu= »
quem fecerũt.Hierony.Hoc eſt in malis operibꝰ,
quę fecerunt)Gloſa inter. Caſſiodo.Quibuſdã eñ,
clauis peccatorum probantur eſſe confixæ,vt nõ
ſe valeant excutere, quas dura videntur ligamina
cohibere.Gloſa.(quem fecerunt)dicit quia pœna »
cuiq; ſua eſt iniquitas. Gloſa.Sed quomodo ſuis Gloſa
peccatis quiſq; conſtringatur,oſtẽdit dicens.

16 IN laqueo ✠ iſto quem obſconde=
runt, comprehenſus eſt pes eorũ. ✠alia li. in muſcipula quã occulta uerunt

Augu.Gloſa.(laqueus occultus) doloſa cogitatio
(pes)animę amor.Qui ſi prauus eſt,dicitur cupidi
tas: ſi rectus,charitas. Eo nanq; mouetur anima,
quaſi ad locum quo tendit,ideſt delectationem bo
nam vel malam.Gloſa.(In laqueo ergo iſto quẽ »
abſconderunt) id eſt, in fraudulento conſilio ſuo
comprehẽſus(eſt pes eorum).Hieronymus.Vnuſ »
quiſq; enim qui laqueum alteri parat ad cadendũ
ipſe prius incidit in eum.Sequitur.

COgnoſcetur dominus iudicia fa= 17
ciens,in operibus manuum ſuarũ
comprehenſus eſt peccator.

Gloſa.(Cognoſcetur)inquam,vel hic a ſuis,vel »
in iudicio ab omnibus(faciens iudicia)vera ſecer »
nens ſcilicet malos a bonis,hic merito,non loco,
ibi autem & loco.Caſſio.Gloſa.Vel de futuro iu= mat.xxv.
dicio poteſt totum accipi,quia tunc ſcietur vera
iudicia facere,& vniuſcuiuſq; merita ſine ali qua
confuſione diſcernere(in operibus manuum ſua=
rum cõprehenſus eſt peccator.Caſſiodo.dicit vn
de cognoſcitur dominũ vera iudicia facere quan=
do operibus ſuis peccator aſtringitur,& ſecundũ
actuum qualitatem dignam recipit vltionem.nõ Cõtra
enim ſolum punientur propter ſolam peccatorũ Thomã
recordationem,vt quidam voluerunt,ſed in infer
num conuertentur.vnde ſequitur. diapſalma.

COnuertantur peccatores in infer= 18
num,oẽs gentes quę obliuiſcuntur
deum.

Caſſiodo.(Conuertantur)id eſt,ab huius mun tertia pars Caſſio.
di delectatione tollantur,ne diutius poſſint in ſua
voluptate gaudere(in infernum) Idem ne ſe puta »
rẽt alibi eſſe mittendos,infernus autem dictus eſt,
ab eo q́ illi animæ iugiter inferantur,ad quem ſi=
ne dubio peruenturi ſunt, qui domini præcepta
contemnunt.vnde ſequitur.(Omnes gentes quæ »
obliuiſcũtur deum.)Gloſa.Exponit qui ſunt pec
catores,qui ſcilicet obliuiſcuntur deum.Caſſiod.
Obliuiſci enim deum,eſt erroribus ſuperſtitionũ Auguſti.
& fœno voluptatis inuolui.Aug.Gloſ.(Iſti itaq; »
conuertantur in infernum)vt ſicut non probaue
runt deum habere in noticia,ita det illos deus in
reprobum ſenſum.Sequitur.

QVoniã non in finem obliuio erit 19
pauperis,patientia pauperum nõ
peribit in finem. ✠ ✠alia litera non peribit in æternum

Hierony.(Quoniã)inquã(nõ in finem obliuio »

[Caſſio.] erit pauperis. Quia ſi deus differt, non tamen aufert auxilium ſuum a ſanctis ſuis. Caſſio. Videns enim propheta in hoc mũdo diuitibus deſpectui eſſe pauperes, & obliuiõi crudeliſſime deputari, in finem ſæculi .i. quando dominus ad iudicandum venerit, pauperes non dicit eſſe contemnendos. Sed quare cõmemorentur exponit, dicens (Patientia pauperum, non peribit in finem) Idem. Patiẽtia enim fideliſſimos coronat, dicente domino [Lu.xxi.] In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. [Gregori.] Grego. in expo. euangelij. Omel. xxv. Et quãuis quaſi periiſſe patientia pauperum cernatur, cũ nihil pro illa in hac vita pauperibus compenſatur Patientia tamen eorum in finem nõ peribit, quia eius tũc gloria percipitur, cum ſimul omnia laborioſa terminãtur. Aug. Quapropter nunc patientia opus eſt ad perferendos malos, qui iam voluntatibus ſeparati ſunt, donec etiã vltimo iudicio ſeparentur, & ideo ne pereat patientia ob ægeſtatẽ, aut aliã quãuis afflictionem, ſubdit.

[Dimiſſo. ?s.] Exurge domine non confortetur ✠ homo, iudicentur gentes in conſpectu tuo.

20 [✠ a liali. pualeat. Caſſio.] ¶ Caſſio. Aduentum antichriſti propheta cordis illuminatione proſpiciens, & periculi magnitudine perterritus, magna voce proclamauit dicẽs. (Exurge domine non confortetur homo. (Augu. [Gloſa] Glo. In quo precatur futurum iudicium dicens. (Exurge domine) ad iudicandum, ſcilicet. Gloſa. non cõfortetur, id eſt, non præualeat (homo) purus ſcilicet non deus, ſicut ſe finget antichriſtus Caſſio. Cuius nequitiam non valet ſuſtinere humana conditio. Iudicentur gentes in conſpectu tuo. Gloſa. Quia te, & tuã legem noluerunt, (Iudicentur) igitur in (cõſpectu tuo.) Augu. Hoc eſt in occulto, quod dicitur coram deo: paucis iuſtis, & ſanctis intelligentibus. Caſſio. Gentes autem petit celerrimo aduentu iudicari, quæ cum ipſo ſæuiſſimo antichriſto ſcelera magna facturæ ſunt. Gl. Et o domine qa te & legẽ tuã noluerunt, ideo:

21 [✠ alia li. pone dñe eis terro rem] Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniã homines ſunt.

¶ Gloſa. Quia te, inquã, & tuam legem noluerũt. ideo (Conſtitue domine legis) prauæ ſcilicet (latorem antichriſtum. (Sup eos (hoc eſt in ruinã ipſorum. Vt ſciant gentes, id eſt, gentiliter viuentes. (Quoniam homines ſunt.) Caſſio. Hoc dictum cõminentis eſt, vt ad conuerſionem potius inclinẽtur. Gloſa. Vel (vt ſciant) id eſt cruciati experiãtur, ꝙ homines ſtulti fuerunt. Aug. Vel vt qui nolũt liberari a filio dei, ſeruiant homini peccatori, quo [Auguſti.] niam homines ſunt. Aug. Glo. Et quia illi licebit tanta facere, vt deus putetur, ſubdit quaſi vocẽ gementium, & querentiũ de dilatione iudicij.

[Diapſalma.] Vt quid domine receſſiſti ✠ lõge deſpicis i opportunitatibus ✠ in tribulatione.

22 [Quarta pars ✠ alia li. diſceſſi ſti.] ¶ Caſſio. (Cur) inquã (domine longe receſſiſti) ad aliud ſpaciũ transferatur, qui vbiqꝫ totus eſt: ſed quia receſſiſſe creditur, cum ſubuenire tardauerit. (Deſpicis in opportunitatibus in tribulatione.)

Idem. Iſtud pr͛ gementium anxietate prolatum eſt, quia deſpici nos credimus, ſi vel minimo tempore differamur. Sed ille tunc magis vberius præſtat eũ magnæ patientiæ nobis ſolatia ſubminiſtrat. Augu. Opportune enim deſpicit, & facit tribulationes ad inflãmandos animos deſiderio aduentus ſui. His em̃ iucũdior eſt fons vitę, qui multum ſitierint: deinde inſinuat cauſam dilationis, dicens. [✠ alia li. in tribu latiõib⁹]

23 Dvm ſuperbit impius, incenditur pauper, cũpræhenduntur in filijs in quibus cogitant, [✠ alia li. incendet ꝯ cõphen detur.]

Lyra (Dum ſuperbit impius, ideſt antichriſtus, & loquitur de futuro per modum pręſentis propter certitudinem prophetiæ. (Incenditur pauper.) Gloſa. Deſiderio aduẽtus tui. Vel ſecundũ Caſſio. (Dum ſuperbit impius). Tũc magis pauper ad ſtudia virtutis accenditur, quia dũ viderit peccatorẽ nimis exaltatũ, facile nouit eum eſſe caſurũ, & auidius ad humilia tendit, vnde ſe exaltandũ potius eſſe confidit. Non tamen exclude, iuſtus vritur, quia peccator in iſto ſæculo extollitur, ſic itaque. (Incenditur pauper) impij vero (compræhenduntur. Hugo car. Quaſi quibuſdam vinculis (In conſilijs) id eſt, per conſilia. (Quibus cogitant) comprehendere ſanctos. Et ſic proprio gladio pibunt ſicut Goliath. Glo. Et quaſi quis quęreret cur hęc ſunt malis, reſpondet,

24 Qvoniã laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus ✠ benedicitur. [✠ alia li. Qm̄ laudatur deſiderium aie ſue ꝯ auar⁹ applaudẽs ſibi blaſ mauit dominum]

¶ Gloſa. Quaſi dicat, ideo ſuperbit impi⁹, vel cõprehenditur. (Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animę ſuę) Caſſiodo. Malus enim dũ prædicat extollitur, nec de correctione cogitat, cui laudator blandiens inuenitur. Aug. Et delectat eũ ea facere, in quib⁹ non ſolum non metuit reprehenſor, ſed etiam auditur laudator. Hug. car. vnde ſubdit (Et iniqu⁹) ideſt antichriſtus nocendo (Benedicitur) quaſi deus. Et per hoc

25 Exacerbauit ✠ dominũ peccator, ſecundũ multitudinẽ iræ ſuę non quæret. [✠ alia li irritauit ✠ Alia li. nõ ei quiret.]

¶ Hugo cardinalis. (Exacerbauit) id eſt ad iracundiam prouocauit dominũ peccator. id eſt antichriſtus, vt ab eo puniat (ſecundum multitudinem iræ ſuæ) antichriſti ſcilicet, aut id eſt ex nimia inhęrẽtiũ ſibi adulatione, eleuabitur in tantam ſuperbiã ꝙ blaſphemabit dominũ prouocans iram dei (nõ quęret. Caſſiodor⁹. Hoc eſt, quia ipſe antichriſtus ſecundũ peccata ſua dominũ non requiret. Nec pœnitentiam aget, ſed morietur in obſtinatione ſũa. Vel ſecundũ Aug. (Irritauit dominum peccator) vt iſta patiatur, id eſt, vt correptionis flagella non patiatur iræ dei cõtra ſe prouocatæ. (Secundũ multitudinem irę ſuæ non quęret.) Idem. Multũ nanqꝫ iraſcitur deus, dũ non exquirit, dum quaſi obliuiſcitur, & non attendit peccata. Et per fraudes, & ſcelera ad diuitias, honoreſqꝫ peruenit. Glo. Magna ſiqdem ira dei eſt, quando peccãtem non corripit, ſed vagam licentiam in peccatum ruendi permittit. Sed quanta ſit nequitia ipſius an-

tichriſti,docent ſequentia.

26 ✠alia li. cōta mi nantur. ✠ Alia li. parturi unt

¹NOn eſt deus in conſpectu eius in quinatæ✠ſunt viæ illius in omni tempore.

Caſſio.

¶Caſſio.O q̄ profunda cœcitas eſt,deū ante oculou non habere.Aug.Magnum profecto malum, a luce veritatis deſeri. Cum enim magnum malum homines putant oculorum corporaliū cæcitatem,qua lux iſta ſubſtrahitur,quantā pœnā patitur,qui eo perducitur,vt non ſit deus(in conſpectu eius).& ideo(Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore).Auguſtinus Gloſa.(Suo)ſcilicet vitæ ſuæ,vel ad comparationem eorum qui fuerūt. Gloſa.Caſſio.Nequitiæ enim cauſa eſt,q̄ deū nō habet ante oculos.Et ideo(viæ)id eſt cogitatiões & opera eius ſordent.Caſſio. Neceſſe eſt enim vt ſint contaminatæ,atq; pollutæ quæ ducatu peſtiferi diaboli ſordidantur.

Gloſa. Caſſio.

27 ✠ Alia li. oēs ini micos ſu os deſpi cit

AVferantur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorū ſuorum dominabitur.

¶Caſſio.Sic enim(auferuntur iudicia)dei a facie impij,quādo videt tardius venire quod celeriter meruerat ſuſtinere præ mētis elatione.Aug.Animus enim male ſibi conſcius dū ſibi videtur nullam pœnam pati,credit q̄ non iudicet deus,propter quod ait.(Auferuntur iudicia tua a facie ei⁹.) Caſſio.Et quia quod ſibi auget interitum,q̄ cum vitijs ſeruiat,omnium inimicorum ſuorum obtinere dicitur pricipatum. Propterea ſequitur(Omnium inimicorum ſuorū dominabitur.) Caſſio. Qua fœlicitate ſubuectus ad ſcelera pronior erit cum nullum ſibi obuiam ire poſſe cognouerit. Aug.Ita enim traditur,q̄ reges omnes ſubiugaturus ſit,& ſolus regnū obtenturus. Et ſedebit in templo dei,extollēs ſe ſuper omne quod colitur, & dicitur deus.Hugo car.Sed obijci poteſt.oēs electi erāt inimici antichriſti,ergo dominabitur eorum.Et ſic nullus ſaluus erit. Solutio.dominabitur voluntate,ſicut Chriſtus vult omnes ſaluos fieri:vel dominabitur corporum,non animatum Et quia per malas artes ad illud culmen deueniet Sequitur.

Auguſti. Auguſti. ij. Theſ. ſecundo. An antichriſtus i p̄ rauit electis

28

²DIxit enim in corde ſuo,non mouebor a generatione in generationem ſine malo.

Auguſti.

¶Aug.Tanquā diceret fama mea,& nomen meū de hac generatiōe,in generationem poſterorum non tranſiet, niſi artibus malis adipiſcar tam excelſum principatū,de quo poſteri tacere non poſſunt.Hiero.Vel tanta mala faciā in vna gente,vt anteq̄ veniam ad alteram gentem meā famam audiant,& timeant.Vel aliter(non mouebor a generatione)carnali(in generationem)ſpiritualem,id eſt de terra cū corpore in cœlum,(ſine malo)id eſt ſine magna iniuria.cum ſcilicet voluerit aſcendere ad montem Oliueti, Dominus interficiet eum ſpiritu oris ſui.Aug.Gloſa.Vel hoc dicit,quia putabit ſe malis artibus,& nō aliter,venturū de mortali generatione in ęternam.Quod & Symon magus putauit,Nec mir̃ ſi iſta dicet,qa malicia plenus erit,& fraude.vnde ſequitur.

ij.theſ.ij. Act.8.

CVius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, dolo,ſub lingua eius labor & dolor.

Lyra.

¶Lyra.Maledictione,blaſphemando Chriſtū,(& amaritudine)præcipiens inobedientes ſibi ad amaritudinem vitæ duci.Caſſio.In verbis iſtis nequitia eius duplici pūerſitate deſcribitur.(In ore)q̄ppe habebit blaſphemiā,maledictionem cum ſe dei filiū mentietur.(Amaritudinem,& dolū) quando reſultationib⁹ ſuis pœnā mortis indicabit.Et ad ſupplicia iubebit peruenire,qui eum tanquam numen contempſerint adorare.Hæc habebit in ore quæ locutus eſt publice(Sub lingua) vero q̄d ait, deſignat eū cogitationes habere ſęuiſſimas,vt cū ipſe ſit perditus,perdere cuncta feſtinet.Quarum rer̃ diffinitio(labor,& dolor eſt). Labor cum diuerſis cladibus afficit innoxios(Dolor) cū martyres facit.Augu.(Sub lingua)dicit,non in lingua. Quoniā iſta tacite cogitaturus eſt. Hominib⁹ aūt aliter loquetur,vt & bonus,iuſtus,& dei filius videatur.Greg.in mora.Iob.li.xv.Vel(ſub lingua,) dicit nō in lingua,quia peruerſi quiq; malum nō in lingua,ſed ſub lingua habent,dum ſermonibus dulcia prętendunt,& cogitationibus peruerſa moliuntur.Et quia antichriſtus ſimul & miraculorū fraude,& terrena poteſtate vtit̃. Ideo,& in occultis,& cū diuitibus ſedere perhibetur.vñ ſequitur.

Caſſio. Grego.

SEdet in inſidijs ✠cū diuitibus in occultis,vt interficiat innocentē.

30 ✠ Alia li. Hiero. veſtibu la.

¶Caſſiodo.Cum dicit(in inſidijs)actus antichriſti latronum conſuetudini comparauit,qui occultas vias inſident,vt interficiant innocentes. Cū vero dicit(diuitibus)ſignificat multitudinem malorū.Sępe em̄ in ſcripturis diuinis,diuites in malo accipiuntur,ſicut pauperes in bono.(Interficere vero innocentem)eſt de religioſo facere ſacrilegum,eiuſque animā perpetua morte damnare. Aug.Vel(ſedet cum diuitibus)quos ſæculi muneribus ipſe ditabit,vt alios decipiat.(Interficere vero innocentem)eſt de nocente facere nocentē, quod vero dicit(In occultis)hoc eſt in ambiguis vbi non facile videtur quid petendum,quidue fugiendū deinde exponit inſidias eius dicens.

Interficere innocētem quid.

31 Alia & robuſtos circū picit ✠alia li. velut leo in cubi culi ſuo.

OCuli eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in abſcōdito ✠ quaſi leo in ſpelunca ſua.

¶(Oculi eius)id eſt antichriſti.In pauperem reſpiciunt).Iuſtos em̄ maxime perſecuturus eſt,de de quibus dicitur.Beati pauperes ſpiritu,quia ipſorum eſt regnum cœlorum.Caſſio.Et cū dicit(oculos eius in pauperem reſpicere). Non,inquā reſpicit vt proſit,ſed ad hoc intendit vt perimat. (Inſidiatur in abſcōdito,quaſi leo in ſpelūca ſua) Aug.Caſſio.Ad vim pertinet quod dictū eſt(leo) ad dolos quod ait(In ſpelunca ſua).Hæc enim perſecutio erit violenta nimis ex poteſtate regni. Et deceptuoſa miraculis,vt ſicut dominus in euangelio dicit Seducat ſi fieri poteſt etiā electos.Aug. Hæc enim eſt tertia perſecutio cōpoſita ex vi,& fraude.Duæ enim fuerunt ante perſecutionem antichriſti.Prior violenta,cum martyres tormentis agebātur.Altera fraudulenta per hæreticos & falſos fratres

mat.24

ſos fratres. Iſta vero erit violenta,& fraudulenta. Greg in mora. Iob lib.xxxviij. Vnde & leo & in ſidians recte dicitur,.(Leo) per potentiam. Inſidi ans(per miraculorum ſpeciem, vt autem eos qui iniqui ſunt,ad ſe pertrahat,ſæcularem potentiam demonſtrat. Et vt iuſtos fallat, ſignis ſanctitatem ſimulat. Illis enim ſuadet elationem magnitudi nis,illos decipit oſtẽtatione ſancti tatis. vñ ſequit̃.

triplex p ſecutio eccleſie

32 Inſidiatur vt rapiat pauperem, ✠ rapere pauperem dũ attrahit eum.

✠ alia lr. innocẽtẽ

Caſſiodo. Iteratio inſidiarum nimietatem callidi perſecutoris oſtendit. Gloſa.(Inſidiatur) ad quid, vt rapiat dolo,vel vi pauperem.(Rapere)vero(pau perem)ſignificat ſubitum periculum animæ, ad quod ille nephandiſſimus trahere nititur inno centes. Nam quos ad ſe trahere tormentis nequi uerit,doloſis verbis ſtudebit. Aug. Vel quod dicit inſidiatur,ad dolum pertinet. Rapere vero paupe rem violẽtiæ deputatur (dum attrahit eum.) Hug. cardinalis. Blanditijs,ſcilicet,& promiſſis. Gloſa. Deinde de illis duobus apertius ſubdit. Et pri⁹ de dolo dicens.

Caſſio. Gloſa. Auguſti. Gloſa

33 In laqueo ſuo humiliabit eum, in clinabit ſe, & cadet, cum domi natus ✠ fuerit pauperum.

in muſci pula ſua ✠ Alia lr. dñ dña bitur.

Caſſio.(In laqueo)inquam(ſuo humiliabit eum.) Laqueus ſignificat quo ſimpliciũ corda capiun tur,& velut modo peruerſitatis lamentabiliter al ligantur.(Humiliabit)autem benedictum eſt,quo niam de vera religione ſine dubio cadunt, qui ad inſana dogmata perducuntur.(Inclinabit ſe)cum ſcilicet animum remiſerit, nimia perditorum ac quiſitiõe ſatiatus. Et quaſi malorum copia crapu latus in aliquod ociũ poſt ſanctorum pœnas affli ctioneſq; peruenerit.(Et cadet). Idem. Quoniam illi cum ſuis ſequacibus ſuperuenerit repentinus interitus. Hierony. Quia dum ſperat longe ſe eſſe a morte,tunc repentinus ei ſuperueniet interitus. Caſſiodo. Finem enim ſeculi neſcit, quia domin⁹ eum in ſua poteſtate conſtituit. Merito igit̃ cadet.

j.theſ.v. Hieroni. Caſſio.

34 Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus, auertit faciem ſuam ne vi deat ✠ in finem.

✠ vſq; in fi nem

¶ Gloſa. Merito itaque inclinabit ſe,& cadet.(Di xit em̃ in corde ſuo oblitus eſt de⁹) Gloſa. (paupe rũ) ſcilicet vt eos ſaluet. vel(oblitus eſt deus) ipſi⁹ antichriſti,ne ſcilicet eum puniat. Caſſiodor⁹. Ni mis profecto ſtulta eſt iſta cogitatio. Credit enim deum diſſimulare,cui honorem ſacrileg⁹ conatur eripere. Hugo car. quaſi diceret,deus nõ curat tem poralia iſta,nec ea quę fiunt in terra. Et comple ctitur hic tria tempora,ſcilicet præteritum,cum di citur(oblitus eſt deus), Præſens, cum dicit(Ne vi deat in finem.) Aug. Gloſa. Negant nanque vide re deum in finem,qui dicunt eum non curare res humanas. Terra em̃ finis eſt rerum,quia vltimum elemẽtum in quo nihil agitur ſine ordine,ſed ho mines eum non vident, quoniã pertinet ad occul ta filij. Laborans ergo eccleſia illo tempore in flu ctibus excitat dominum, dicens quod ſequitur.

Gloſa. Caſſio. Auguſti.

35 Exurge domine deus ✠ & exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pauperũ

quia tu es ✠ alia lr. hũ me us

Auguſtinus. Superius dixit(Exurge domine non præualeat homo, iu. gen. in cõſpectu tuo)ideſt, in occulto,vbi ſolus deus videt. Nunc autem poſt illam occultam pœnam, atque vindictam dici tur (Exurge domine deus , & exaltetur manus tua). Non vtique in occulto, ſed iam in mani feſtiſſima gloria. Caſſiodorus. (Exurge) hoc eſt citius ſurge, ſeu velociter veni. Exaltetur manus tua)per operationem iudicij. (Manus)em̃ opera tionem ſignificat. (Ne obliuiſcaris pauperum.) Auguſtinus. Caſſiodorus. Sic impij putant, qui dicunt(Oblitus eſt deus auertit faciem ſuam ne vi deat in finem) Iam itaque manifeſtum iudicium intelligens eccleſia,& exultans dicit.

Caſſio.

36 Propter quid ✠ irritauit impius de um, dixit i corde ſuo nõ requiret.

✠ Alias exaſpe rauit

Caſſiodorus. Interrogatiue pronunciandum eſt, (propter quid irritauit impius deum.) Deinde re ſpondendum eſt, Dixit em̃ in corde ſuo nõ requi ret.) Quaſi circa cardines cœli deus ambulans no ſtra non conſideret. Gloſa.(Propter quid)inquã, impius, ideſt antichriſtus(Irritauit deum non cre dens punitorem. Auguſtinus. Gloſa. Senſus iſte pronũciationem quærit, in qua ſi erratum fuerit, obſcuratur. Sic em̃ dicit impius non requiret de⁹. Quaſi deus laborem,& dolorem cõſideret.(Vt tra das eos in manus tuas)ideſt quaſi laborare,& iraſci timeat,& ideo parcat eis, ne puniendo eos labo ret,& turbetur ira, ſicut aliquando faciunt homi nes diſſimulata vidicta, ne laborent vel iraſcãtur. Et hoc eſt quod ſequitur.

Iob. xxij. Auguſti.

37 Vides quoniam tu laborem, ✠ & dolorem cõſideras, vt tradas eos in manus tuas.

✠ Alias furorem

Glo ſa.(Vides)ideſt, iam præordinaſti, vbi(tradas eos in manus tuas) (Quoniam tu laborem,& dolo rem conſideras.) Caſſiodo. Superius dixerat (Sub lingua eius labor,& dolor.) Gloſa. Quaſi putaret deum hoc neſcire. Caſſiodor⁹. Nunc verba repetit dicens(Vides quoniam tu laborem,& dolorem cõ ſideras.) Conſideras profecto quando in tuis mani bus, ideſt in iudicio traditus nõ euadet, ſed digna factis recipiet, cum æterna dannatione torquebit̃. Hieronymus(Manus)em̃ dei illi dicuntur, qui iu ſtam dei vindictã exercent ſuper peccatores. Glo. Vel(vides) ideſt noſcis(vt) qualiter tradas eos(anti chriſtum ſcilicet,& complices ſuos.(In manus tu as(ideſt in vindictas tuas. Quare(Quoniam tu la borem,& dolorem)quem infert ſanctis, de quo ſu pra dictum eſt(Sub lingua eius labor,& dolor, qđ puant deum neſcire. ſed vere ſcit.

Manꝰ dei quid.

38 Tibi ✠ derelictus eſt pauper orpha no, tu eris adiutor.

alias tibi re linquũ tur fortes tui

¶ Glo. Quaſi diceret, ne obliuiſcaris pauperũ, nec debes,(quia tibi derelictus eſt paup. i. populus chri ſtianus. paup. i. abiectus. Caſ. Cum dicit(tibi dere lictus eſt paup)oſtẽdit q̃m qui illi derelinqt̃ nulla vtilitate fraudat̃. relictũ ergo dicit paupem deo, vt oẽs videãt quæ bona poſſint de ei⁹ reportare iudi dicio(orphano). Augu. i. ei cui moritur pater, hic

Grego. Greg.in mo. Iob.lib.xv. Dicendo nanq; laqueos ignis,ſulphur,& ſpiritus procellarũ,multos nimi rum dolores intulit,ſed quia ab his doloribꝰ pec= cator qui non corrigitur ad æterna ſupplicia vo= catur,eoſdem dolores non iã totum calicem, ſed partem calicis dicit,quia videlicet eorum paſſio, hic quidem per dolores incipitur, ſed in vltione perpetua conſumantur,vel ſecundum Hugonem cardi.(Pluet ſuper peccatores laqueos tres,ſcilicet diuitiarum,voluptatum carnaliũ,& honorum,qui bus debetur triplex pœna(ignis,ſcilicet cõtra du ritiam auaritiæ. (Sulphur) pro fetore luxuriæ). (Spiritus procellarum) ad effugandam puluerem vanæ gloriæ.

Tres laqueos ſuꝑ pctõres

8 Quoniam iuſtus dominus,& iuſti tias dilexit, æquitatem vidit vul= tus ✠ eius.

✠ Alia li. facies. Gloſa.

¶Gloſa. Tanquã diceret,hæc prædicta reddet do minus,ſed quare hoc faciet?(Quoniam) inquam, (iuſtus dominus,& iuſtitias dilexit). Hierony. Di ligit enĩ dominus iuſtitiam,quia vnũquemq; ſe cundum opus proprium iudicat. Aug. Gloſa.(Iu ſticias) autem pluraliter dicit, vt iuſtos accipias, in quibus multæ iuſtitiæ videntur eſſe,cũ ſit vna iuſtitia dei,cui omnes participãt. Sequitur.(æqui tatem vidit vultus eius). Hierony. Vt ſanctis præ= mia,peccatoribus vero tribuat ſupplicia. Caſſio. Adiecit autem (æquitatem) illã,ſcilicet æquitatem quam tamen propitius ipſe concedit.(Vultꝰ) vero hic propitiationem domini ſignificat.

Hieroni. Caſſio.

¶Pſalmus vndecimus.

¶Titulus.

In finem Pſalmus Dauid ꝓ octaua.

Auguſti. Aug. Per octauam vero diem iudicij poſſe intel ligi,ſexto pſalmo dictũ eſt,põt & octaua intelli gi pro æterno ſancto ꝙ poſt hoc tempus quod ſeptem diebus voluitur dabitur ſanctis. Caſſio. octauum nanq; diẽ mũ= dus iſte non recipit, ſed finito ſeptimo redit ſem per ad primum. In iſtis etiam diebus pluralis eſt nume rus,ille autem ſingularis accipitur,qui nul= lo ſuccedente narratur. Petit itaque propheta ini quitatem mundi iſtius deſtrui, vt ad illam verita tem futurę promiſſionis debeat peruenire. Glo. Et eſt ſenſus tituli(pſalmus iſte dirigens nos in fi nem)eſt Dauid prophetæ,qui hic loquitur in per= ſona alicuius iuſti habitus pro octaua, id eſt,pro die iudicij,quoniam deſiderat,vt ſæculi iniquitas deſtruatur,Et veritas promiſſa veniat. Intentio autem eſt reuocare homines a falſitatibus ſæculi ad eloquia dei. Et diuiditur in duas partes. In pri ma petit ſe a mundi huius tempeſtate liberari. In ſecunda promiſſione patris per omnipotentem fi lium prædicat eſſe faciendã ibi (propter) miſeriã. Videns ergo ſanctus vir multiplicatam vanitatẽ ſæculi,quaſi timens ſubito exclamat pro magnitu dine periculi. Et ait.

Caſſio. Glo ſa.

¶Lyra iſtum pſalmum Dauid fecit quando fu= giens de Scilla ſaluatus fuit cũ viris ſuis de pro ditione habitatorũ ſcilꝫ qui tractauerãt de pro= ditiõe eiꝰ in manu Saulis, reddentes Dauid,& viris malum pro bono qa ſaluauerat eos de Phi liſtęis vt habetur primi regum.xxiij.

Pſ.xi.

Saluum me fac domine quo niã defecit ſanctus, quoniã diminutæ ſunt veritates a fi lijs hominum. 1

Caſſio. Caſſio. Glo. Exclamat itaque ad do minum ſubito propheta,vt de ipſa formidine ap= pareat periculi magnitudo, nam cũ hoc ſæculum reſpiceret animas multiformiter ingrauare,ſaluũ ſe petit a domino fieri,apud quem verã medicinã nouerat inuenire ſanctũ dicens abeſſe de mundo, vbi tanta malorũ ineſſe cognoſcitur multitudo. (Saluum me fac)inq̃ domine. Quoniã defecit ſan ctus.) Idẽ. Tanquã diceret,ꝙ præter te non eſt qui poſſit ſaluare: vel(defecit ſanctus)deꝰ ſcilicet. Glo. Qui vbiq; præſens eſt,qui quantũ ad homines, q in eũ non credunt defecit.& quare?(Quoniã dimi nutę ſunt veritates a filijs hominũ.) Caſſio. Non enĩ haberetur ambiguũ,id quod dixit defecit ſan ctus conſequitur.(Diminutas eſſe veritates a filijs hominũ.) Aliter enĩ ſanctꝰ deficere nõ poterat,ni ſi fuiſſet inter homines veritas. Imminuta,& in tuendũ eſt ꝙ plurali numero dixit veritates, cum vna ſit veritas, quia cũ virtus eius per vnũquemq; hominem cœleſti diſpenſatione tribuitur multas eſſe teſtamur. Sequitur.

2 Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad ꝓ ximũ ſuum,labia doloſa in cor= de,& corde locuti ſunt.

✠ Alia li. vana.

Glo. Tãquã diceret vere(Diminutę ſunt veritates a filijs hominũ,quia vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad decipiendum.ſ. proximum ſuũ) Caſſio. Per ꝓxi mos vero ſignificat non tã cognatione generis,q̃ ſceleris participatione ſociatos. Aug. Vel per ꝓxi mũ omnem hoiem oportet intelligi, quia nemo eſt cũ quo ſit opandum malũ,dilectio enĩ proximi malũ non opatur. Tribus aũt modis ꝓximus dici tur,cõditione.ſ. primæ natiuitatis,ſcdm quẽadmo dũ omnis homo ꝓximꝰ appellat carnis cognatio= ne,ſunt amici,& cognati. Miſericordię cõpaſſiõe, eſt bñficus quilibet(labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt.) Hier. Labia doloſa bilingues dicunt, quia duabus linguis loquũtur,dũ aliud dicunt,& aliud retinent. Gl. Aug. Quod aũt bis ait(in corde & corde)duplex cor ſignificat in quo doloſus de= ſcribit iuxta illud. Vir duplex animo,incõſtãs eſt in omibꝰ vijs ſuis. boni aũt habẽt cor vnũ,& vnã animã. Hug. de ſan. victo. li ſentẽ.c.xj. Vel ille vani tatẽ in corde habet qui trãſitoria diligit,vanitatẽ loquitur qui pro hac vita trãſitoria imoderate la borãs ipſo ſuo ſtudio,& opere eã ſe diligere oſten dit. vanitatẽ ad proximũ ſuũ loquit,q exẽplo ſuo eũ ad appetẽda trãſitoria cohortatur. Sequitur.

Auguſti. Iaco.j. Actu.iiij.

3 Diſperdat dominus vniuerſa dolo ſa,& lingam magniloquam.

Caſ.(Diſpdat)dicitur cõtra adunationẽ iudęoꝝ,vt paſſim peant q in vna ſe prauitate collegerãt. Hie Non aũt hęc maledicẽdo dicit,qa nõ eſt mos ſctõ rũ maledicere,ſed hoc dicit ꝓnũciando qd futurũ eſt nõ optãdo,ſed ꝓphetãdo. Au. Et addit(vniuer ſa)ne qs ſe exceptũ putet. gl. diſpdat inq̃(la.do. Nõ ipſos hoĩes,ſed dolos,& garrulitates ipoꝝ. Hiero.

Caſſio. (Labia)namq; (doloſa(ſunt hæretici,& mali prædi catores.(Et diſperdat)ſcilicet(linguam magniloquã.Aug.Hierony.ideſt,ſuperbam. Caſſiodo.Hi em̃ ſunt ypocritæ habẽtes ſpeciem in ſermone ad decipiendos homines,& deo non ſubditi. Remi. vel ſunt philoſophi,ſed qualiter linguã magniloquam habeant,ſubdit.

4 QVi dixerunnt linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt quis noſter ✠ dominus eſt.

✠ alia lr. apũ nos.

Caſſio. ¶Caſſiodo. Illos exponit,qui in proſperis reb⁹ nimia loquacitate turgentes gloriã ſuam,exaltare præſumunt,& ponunt in propria poteſtate quod ſe dementes a deo non intelligunt accepiſſe. Hie. vel qui ſemetipſos inuicem laudant, & opera ſua magnificant dicentes(Labia noſtra a nobis ſunt) Glo.id eſt,facundia noſtra a nobis eſt,non a deo. Hier. Vel tanquã dicerent doctores noſtros ex nobis ipſis habem⁹, non aliunde, nos filij Abrahæ ſumus,& nulli vnquam ſeruiuimus.(Quis noſter dominus eſt?) Idem,quaſi dicat,nullus Caſſiodo. Hoc autem ſacrilegorum verbo repetitur,qui contradicunt vero deo.

Hieroni. Gloſa. Hieroni. Joh.viii. Caſſio.

5 PRopter miſeriam inopum,& gemitum pauperum,nunc exurgã, dicit dominus.

ſcdã gs

Hieroni. ¶Hieronym⁹.Vox patris eſt. Caſſio. Hic nãque propheta voce patris,reſurrectionẽ promittit domini ſaluatoris: intelligamus autẽ, quæ ſit pietas hæc creatoris,quando ſcilicet(propter miſeriam inopum,& gemitũ pauperum)clarificatus eſt dominus Chriſt⁹,ne eius fideles diutina tribulatione grauarentur.Hiero.Propter miſeriam)inquam (inopum).Quis autem erat miſer,niſi humanum genus,quod in iſtã miſeriam venit in qua gemebat in peccatis:& gemitus erat in inferno,in his qui in pœnis habitabant.(Nũc exurgam dicit dominus. Hie. Caſſiodo.Hæc dicit propheta in perſonam patris.(nunc)id eſt,in tempore gratiæ(exurgam)hoc eſt apparebo,& mittã filium meũ,qui eos redimat: apparet em̃,& manifeſtatur pater in filio,ſicut in euãg.d. Qui me videt,videt,& patrẽ.

Hiero. Joh.14.

6 POnam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.

¶Caſſio. Salutare ſuum dixit pater,verbum ſuũ, quod eſt caro factum,per quod vita mortalib⁹ venit.Augu.Secundũ illud.Quoniã viderunt oculi mei,ſalutare tuum.Hierony.Dixit autẽ(ponam in ſalutari)Et non dixit,quid ponam,vnde ſabaudiẽ ſalutem gentiũ,& adhuc quid ponam?Cõtra gemitum lætitiã,& contra paupertatem diuitias ſpirituales(Fiducialiter agam in eo. Idẽ. Vox patris ad filium,ac ſi dicat,cum fiducia omnia facio per eum.Caſſiodo.Et reuera fiducialiter agit,cuius voluntati,nullus præualet obuiare.Augu.Gloſa.(Fiducialiter)inquã(agam,)non quaſi ſcribæ,& phariſæi,ſed tanquã poteſtatem habens mutãdi,& addendi,vt auctor legis.

Luce.2. Auguſti.

7 ELoquia domini eloquia caſta, argentũ igne examinatum,probatũ terræ purgatum ſeptuplum.

Caſſio. ¶Caſſiodo. Hic per prophetam eloquia domini laudantur,quæ nullo mendacio, nulla adulterina falſitate fulciũtur(eloquia)inquã (domini eloquia caſta. Auguſt.(Caſta)dicit,id eſt,ſine corruptiõe ſimulationis. Multi em̃ prędicant veritatem,nõ caſte,quia vendunt illam pręcio cõmoditatum huius ſæculi, de quibus dicit apoſtolus ꝙ Chriſtum annunciauerunt nõ caſte.Hie. Tunc inq̃,ſunt eloquia caſta(ſi quando prędicãt,non affectus parentum prouocat nõ potentũ,non propter dona pręſentia,non pro honore vano.(Argentũ igne examinatum.)Caſſio.Adhuc definit per ſimilitudinẽ metalli,quæ ſint eloquia caſta,dicens.(Argentum terrę examinatũ,quod ſolet eſſe puriſſimum,quãdo frequenti fuerit decoctione emendatũ.Augũ. Sic examinata,& puriſſima ſunt eloquia domini per tribulationes probata.Greg.in mora. Iob li. iij. Quia ſermo dei,ſi in corde figit,tri 'latiõ ib⁹ probatur.Glo.Caſſio.Vel (eloquia caſta,dicit cõtra id quod ſupra dixerat(vana locuti ſunt.Argentum vero igne examinatũ)contra id quod dicitur (Labia doloſa in corde,& corde locuti ſunt). Sequitur(probatum terræ).Hierony.Hoc eſt per ſanctũ ſpiritum,qui venit in humanitatem illam pro parte carnis,quã ex materia Chriſtus accepit,quo tunc quaſi terram dominus ſuſcepit.Glo.Et cum dicit(probatũ terrę)hic,id eſt a terra, ponitur em̃ hic genitiu⁹ pro ablatiuo more gręco.(Et eſt purgatũ ſeptuplum.)Hiero.Caſſio.Aug.Glo.Per ſeptem ſcilicet,dona ſpirituſſancti,timorem domini,pietatem,ſcientiã,fortitudinẽ,conſiliũ,intelligẽtiam & ſapientiam.Quę omnia in Chriſto fuerunt,non vt ille purificaretur,ſed vt qui ipſa dona accepturi erant,purificarentur ex eis.Per beatitudinis gradus,quos dominus in ſermone quem habuit,in monte exequitur.

Hieroni. Grego. Gloſa. Auguſti. Grego.

TV domine ſeruabis nos,& cuſtodies nos a generatione hac, inæternum. 8

Gloſa. ¶Caſſio.Glo.Hic propheta ad dominum ſe conuertens, oſtendit vtilitatem diuinorũ eloquiorũ dicens.(Tu domine ſeruabis nos)Glo.O (domine tu ſeruabis nos)nõ ipſi nos, ſupra de malis dixerat(diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa) hic de bonis dixit(Tu ſeruabis nos).Caſſ. Noſtra em̃ virtute nõ poſſum⁹ cuſtodiri:niſi illi⁹ miſeratiõe protegamur,propter quod dicit(Et cuſtodies nos a generatiõe hac).Caſſio.Per generationem hanc ſiue Iudæos,ſiue mũdi huius ſignificat peccatores.A quib⁹ noſtra virtute nõ poſſimus cuſtodiri, niſi illius miſeratione ꝓtegamur. addidit etiã(in ęternum)quia hic nos hic in tribulationibus cõſolatur. Ibi æterna ſecuritate cõſtituet.Hic adiuuat, illic glorificat,& coronat.Vel ſcdm Hiero.(Tu domine ſeruabis nos)in fide(Et cuſtodies nos a generatione hac)hęreticorum ſcilicet dialecticorum, & reliquorum(in æternum).

IN circuitu impij ambulant,ſecundum altitudinem tuã multiplicaſti filios hominum. 9

Caſſio.(In circuitu)inq̃ ipij ambulãt)ſub breuiſſim a ſentẽtia.(in circuitu)dicit impios ãbulare,vt nunq̃ ad rectã poſſint ſemitã peruenire. Tortoſe

ſiquidem viæ malis ſemper moribꝰ applicātur,& ideo peruenire ad requiem octaui diei nequeunt, qui rotarum more,in ſua terga vertuntur,Auguſti. Gloſa.Vel(in circuitu)id eſt,in temporaliū rerum cupiditate,quæ ſeptem dierꝫ repetitio,circuitu tanquā rota voluitur,in hoc em̄ circuitu(impij ambulant).Et ideo non perueniūt in octauum,hoc eſt, Grego. in æternū,pro quo iſte pſalmꝰ titulatus eſt.Greg. in mora.Iob lib.v.Solet nanque per circuitū laboris anxietas deſignari,ſicut de Sathanæ reſponſione ſcriptum eſt. Ioh.j. Circuiui terram,& perambulaui eam,de imitatoribus,& membris dicitur(in circuitu impij ambulāt).Quia maliciæ illius late corrupti, Caſſio. dum interiora non appetunt,in exteriori labore fatigantur. Sequitur.(Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum).Caſſio. Hoc ad illos pertinet,qui ſincere eloquijs domini caſtis,puriſſimiſqꝫ crediderunt,vnde(ſecundū altitudinem)dicit,non ſecundum meritum ſuum,vt altū decet.Altum em̄ dicimus,quod cōpræhendere non valemus.Cum autem dicit(multiplicaſti filios hominum,) Geſ.22. & .xvi. ad illam promiſſionem reſpicit Abrahæ,in qua dicit,multiplicans multiplicabo ſemen tuum,ſicut ſtellas cœli,quod in ſanctis ſuis Auguſti. & feciſſe,& quotidie facere manifeſtum eſt.Aug. Vel tunc multiplicabuntur iuſti,quādo ibunt de virtute in virtutem,non multiplicatione temporalium,quæ auertit ab vnitate dei.

¶Pſalmus duodecimus,

¶Titulus.

In finem pſalmus Dauid.

Tituli huius expoſitio, Rom.x. iā ſupra nota eſt. Aug. Finis enim legis,Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.Hiero. Pſalmꝰ iſte continet vocem animæ fidelis regrētis deū.

¶Lyra. Iſte pſalmus factus eſt a Dauid,q præuidebat quatuor afflictiones ſibi ſuccedētes,ex quatuor regnis,quibus affligendi erant,ſcilicet per regna Babilonioꝝ, Græcorum,ægyptioꝝ, & Aſſyrioꝝ,faciēs quatuor quæſtiones,deſiderans eas terminari &c.

Caſſio. i.tim.i. Caſſ.Totꝰ em̄ de charitate loquitur domini Chriſti,in qua eſt totius legis ſita perfectio,quā ſi quis habet,omniū mundi huius blandimenta,poſtponit,propheta,itaque plenus domini charitate,cōfidenter dicit differri ſe diutius ab expectatione ſua,& ab aduentu illius.Quem licet firma fide crederet eſſe venturum, Gloſa. tamen de eius tarditate conqueritur.Gloſ.Intentio itaque prophetæ eſt,fideles reuocare ab ydolorum cultu,& inuitare ad deſiderium aduentus Chriſti. Et diuiditur in duas partes.In prima parte exprimit deſiderium antiquorum patrum quantum ad primum aduentum, vel quantum ad ſecundum iuxta modernos.In ſecunda,in perſona cuiuſlibet fidelis petit vt illuminetur,ne capiatur a laqueis diaboli:ibi(reſpice & exaudi me)in perſona nanque fidelium de dilatione eius aduentus conquerentiū ait.

ps.12. + Alia li quouſqꝫ.

VSquequo domine obliuiſceris in finem,vſquequo auertis faciem tuā a me.

Caſſio.Omni deſideranti valde moleſta dilatio eſt. Propterea propheta plenus charitate,vt dictum eſt,confidenter eructuans dicit(Vſquequo domine obliuiſceris in finem).Idem.Non em̄ obliuiſcitur deus,ſed ab eo qui deſiderat obliuionem creditur pati,quādo differt donare quod petitur(Obliuiſceris)inquā(me) Gloſa.id eſt præſentiam incarnationis mihi ſubtrahis.(In finem)Augu.id eſt differs me ad intelligendum Chriſtum ſpiritualiter,qui eſt dei ſapiētia,& rectus finis omnis intentionis animę. Hieroni. Hie. Vel quia finis creaturarum terra eſt,ideo dicit eccleſia.Et ſi vilior ſim,& viliſſima quaſi terra.(Vſquequo obliuiſceris me,vſquequo auertis faciem tuam a me. Hieroni. Hier.Vt non habeam intelligentiam, neque ſim in lumine cognitionis tuæ ante terminum vitæ huius. Auguſti. Auguſt.Auertere em̄ deus faciē dicitur,dum non dat animæ notitiam ſui,quæ adhuc purum mentis oculum non habet.

2

QVādiu ponam conſilia in anima mea,dolorem in corde meo per diem.

¶Caſſio.Hic ardor maxime ſuſtinentis exprimit dicit em̄ ſibi deeſſe conſilium,vt videndi mitigare poſſit affectum,inæſtimabilis nāqꝫ eſt anxietas concupiſcere bonū,& diutiꝰ ſuſtinere venturum. Aug.Vel iſte eſt ſenſus tādiu(domine obliuiſceris me in finem) & tandiu auertis faciem tuam a me, q̄diu ponā cōſilium in anima mea)miſericordiā ſcilicet perfecte operando,alias non eum deus diriget in finem,ueque dabit ei ſui plenam notitiā. Dolorem in corde meo per diem. Hiero. Donec ponam inquam(dolorem)ſuper tenebras peccatorum meorum,hoc eſt,donec pœnitentiā agat. (Per diem).Caſſio.id eſt,per ſingulos dies. Augu Continuationem em̄ ſignat,vt dies pro tempore intelligatur.Hugo car. Vel (per diem)id eſt,per illuminationem gratiæ.Grego.Quāto em̄ quis maioris gratię lumē recipit,tāto magis ſe repręhenſibilem eſſe cognoſcit. Gregori.

3 Scdaps

VSquequo exaltabit inimicus meus ſuper me,reſpice & exaudi me domine deus meus.

Caſſio.Gloſa.De diabolo hoc dicit,qui ante aduentum domini exaltatus,humana captiuitate gaudebat.Aug.Vel per inimicum intelligitur cōſuetudo carnalis.Hieronymus(Vſquequo)inquā,(exaltabitur inimicus meus)Tanquā diceret.Quādiu ad te conuerſus non fuero,erigitur aduerſus me diabolus,qui eſt humani generis inimicus.(Super me).Caſſiodorus.Hoc eſt ſuper credulitatem meam,quia ille toto orbe colebatur inſtanter cum deuotionem diuina religio non haberet.Sequitur.(Reſpice,& exaudi me domine deus meus) Aug.Caſſiodorus.(Reſpice)refertur ad idipſum, quod dictum eſt,vſquequo auertis faciem tuam a me.(Exaudi)refertur ad id quod dictum eſt.Vſqꝫ quo obliuiſceris me in finem).Caſſiodorus.(me) autem cum dicit,non ſibi tantum ſingulariter petit,ſed vniuerſis fidelibus ſupplicat ſubueniri.Hugo cardina.Vel (reſpice)per carnis aſſumptionem (Et exaudi)per gratię infuſionem.Lyra.)domine) per omniū gubernationem.(deus)per creationē. (meus)per verum cultum & fidem.

4 Illumina oculos meos ne vnq̃ ob=
dormiam in morte. nequando di=
cat inimicus meus preualui aduerſus eũ,
¶Cum dicit (Illumina oculos meos). Hierony=
Caſſio. mus.Auguſtin⁹.Caſſiodor⁹. Oculos cordis opor
tet intelligere qui in morte obdormiunt, quando
fidei lumine ſepulto carnali delectatione claudun
tur,ipſe enim eſt ſonus de quo letatur inimicus,
notanter autem dicit(illumina) quia ipſe lux quę
illuminat omnem hominem venientem in hunc
Johan. 1. mundum(ne vnq̃ obdormiam). Gloſa.Per con=
Gloſa. cupiſcentiam quę ex me fit in morte.Gloſa. Caſ=
ſiodorus.id eſt in peccato quod fit in ſpiritum ſã
ctum de quo Iohannes eſt peccatum ad mortem
non pro eo dico vt quis oret(Nequando).Hiero=
nimus. hoc eſt in futuro iudicio (dicat inimicus
Gloſa. meus). Gloſa. diabolus ſcilicet qui inſultat dum
Auguſti. capit.Auguſtinus.cuius inſultatio metuenda eſt.
Caſſiodorus.diaboli enim & angelorum eius con
ſuetudo eſt. inſultare dum capiunt & gaudere, dũ
deceptos a ſe cognouerint poſſideri(Preualui ad=
uerſus eum.Lyra.quod contingit quãdo aliquem
deiecit a morte culpę in mortem gehennę.

5 Qui tribulant me exultabunt ſi
motus fuero,ego autem in miſe
ricordia tua ſperaui.
(Qui tribulant me).Gloſa.diabolus ſcilicet & an=
geli eius(Exultabunt ſi motus fuero) a ſtabilitate
Auguſti. fidei.Auguſtinus.quod non fecerũt de beato Iob
cum eum tribularent, quia non eſt motus,nec re
Caſſio. ceſſit a ſtabilitate fidei.Caſſiodo. Neceſſe eſt enim
vt in laqueum diaboli pedem mittat ſi ſe quiſpiã
veſtigio mentis a domini firmitate ſubducat(Ego
Auguſti. autem in miſericordia tua ſperaui). Auguſtinus.
non de me preſumpſi,quia idipſum ꝙ non moue
tur homo & fixus in domino permanet non ſibi
debet tribuere,ſed deo,ne cum ſe gloriatur non eſ
Caſſio. ſe motum, ipſa ſuperbia moueatur.Caſſiodo. Qui
enim aliter putat,omnem ſpẽ ſuę credulitatis eua=
cuat.

vi. Exultabit cor meum in ſalutari tuo,
cantabo domino qui bona tribuit
michi, & pſallã nomini domini altiſſimi.
(Exultabit)inq̃(cor meum)Hugo cardinalis.Non
in mundo,vel in temporalibus vel vanitatibus,(
ſed in ſalutari tuo).Hieronymus.Auguſtinus.hoc
eſt in chriſto in ſapiẽtia dei Hugo cardinalis. quę
ad hoc venit vt ſaluet nos, vnde & dicitur Ieſus
quod eſt ſaluator(Cantabo domino)Hieronymus
Laudando,prędicando(Qui bona tribuit michi).
Gloſa Gloſa Spiritualia ſcilicet non ad humanum diem
pertinentia. (Et pſallam nomini domini altiſſi=
mi). Caſſiodorus. Auguſtinus. (Cantabo)corde(
pſallam)operibus bonis, quod maxime diuinitas
querit(vt cantabo)pertineat ad contemplatiuam
(pſallam)ad actualem.Quę duo tanquam gemini=
oculi pulcherrime ſociata reddunt illuminatiſſi
mum chriſtianum .Hieronimus.Merito ergo do
Hieroni. mine. Iheſu chriſte nomini tuo pſallitur ,qui di=
ues pietate,& iuſtus victoriam pręſtas ,et peccato=
res te & iuſtus victoriam preſtas, & peccatores vt
ad te conuertatur inuitas.

¶Pſalmus tertius decimus.

Lira. Aliqui dicũt quod materia huius pſalmi eſt de Sennacherib,qui blaſphemauit deum iſ=rael,vt habetur. iiij.Re. xviij. Alij exponũt illũ de Nabuchodonoſor q blaſphemauit deũ iſrael quando iuſſit incẽdi ei⁹ templum per Nabuzar=dam.iiij.Reg.xxv.

¶Titulus.
In finem pſalmus Dauid.

Titulus iſte iam ſatis no
tus eſt.Caſſiodorus. In
titulis autẽ iuſte(finis)
frequenter repetitur vt
ſemp ad omnipotẽtem
chriſtum animus eriga
tur,ſed finis iſte vt dictũ
eſt,variis ſignificationi
bus ſenſum noſtrum trãſmitit ad dominum ,Nũc
tribulantium confeſſione,nunc exultatione lętan
tium,nunc docentis affectu,nunc comminatione
iudicii. Modo tamen p̃s hic iudeorum veſaniam
vehemẽter increpatione caſtigat.Gloſa.Et eſt iſte Gloſa.
primus p̃s de increpatione iudeorum & cõuerſio
ne,in quo intentio prophetę eſt iudęos confuta=
re chriſti cõtemptores.Et diuiditur in tres partes
In prima increpat eccleſia iudeos,qui viſo chriſto Diuiſio pſalmi.
minime crediderunt. In ſecunda,minatur futurũ
iudicium,ibi(Nonne cognoſcent). In tertia prę=
dicit cõuerſionem iudeorum in finem ſęculi,ibi(
Quis dabit)&c.

Dixit inſipiens in corde ſuo, p̃s.xiii. 1
non eſt deus,
Caſſiodorus.Videns nanq; popu
lus iudeorum chriſtum humili=
ter in aſſumpta carne veniſſe inſi
pienter dixit(non eſt deus). Au= Auguſti.
guſtinus.Quod nec ipſi ſacrilegi & deteſtandi phi
loſophi qui peruerſa & falſa de deo ſentiunt auſi
ſunt dicere. Ideo autẽ dixit(in corde ſuo)quia hoc
nemo audet palam dicere, etiam ſi auſus fuerit co=
gitare,Caſſiodorus.Et ideo grauis,quia non in la
biis dixit,ſed(in corde, vt malo voto peior icredu
litas iungeretur. Hieronymus. Nec eſt mirũ ſi iu= Hieroni. Luc.7.
dei negabant ipſum eſſe prophetam,dum dicebãt
Si hic ſi eſſet propheta ſciret vtiq; que & qualis eſ
ſet mulier quę tangit eum quia peccatrix eſt. Hoc
autem ideo dixerunt,quia.

Corrupti ſunt & ab hominabiles 2
facti ſunt in ſtudiis ✠ ſuis, non eſt ✠ alia ita in affectio.
qui faciat bonum,non eſt vſq; ad vnum.
(Corrupti ſunt)inq̃.Hugo cardinalis.fermento in
fidelitatis. Caſſiodorus. Vel(corrupti ſunt)dum a
ſcripturarum ſanitate recedentes, in ſenſus proba
ti ſunt incidiſſe vitioſos.(Et ab hominabiles facti
ſunt in ſtudiis ſuis(.Auguſtinus. Quia dum amãt
hoc ſęculum,non amant deum. Ipſe nanq; ſunt af
fectiones,ſeu ſtudia quę animam corrumpũt.Caſ=
ſiodorus.Et hęc eſt pœna peccati vt nęphandiſſi=
ma incredulitate maculati, abhominabiles domi=
no ſuis erroribus redderentur.(Non eſt qui faciat
bonum nõ eſt vſq; ad vnum(. Caſſiodorus. Quid
dicimus de patriarchis, Nõne bonum fecit Noe?
Nonne bonum fecit Abraham? Nõne Iob? Quid
de prophętis & apoſtolis? Quid de bonis quę ho=
die domino largiente iuſtorum operatione fiũt?
Sed vt hęc negatio veriſſime eluceſcat,cõſideran=
dum eſt quod ſequitur (Non eſt vſq; ad vnũ(. Idẽ.
Reuera nanq; ſolus eſt chriſtus, ſine quo bonum

aliquod incipere vel implere imbecilitas huma-
na non preualet. Et hic eſt ille finis qui premiſſꝰ
Auguſti. eſtin titulo .Auguſtinꝰ. Et iſte eſt melior intelle-
ctus ,vt nemo intelligatur feciſſe bonitatem vſq;
ad Chriltum, quia non poteſt quiſq̃ hominum fa
cere bonitatem niſi ipſe monſtrauerit.

3 DOminus de cœlo proſpexit ſup
filios hominum ,vt videat ſi eſt i
telligens aut requirens deum.

Caſſiodorꝰ (Proſpexit)inq̃ vt nobis mitteret vni
genitum filium ſuū per quem vera fides euidēciꝰ
poſſet agnoſci.(Super filios hominū). Hieroni.
Caſſio. Id eſt ſuper genus humanum . Auguſtinꝰ. Caſſio
Vel ſup iudęos poteſt intelligi / vt honoratiꝰ eos
apellauerit filios hominum,propter vnius dei cul
tum in comparatione gentilium, de quibus arbi-
tror ſuperius dictum(Dixit inſipiēs &c.)vt videat
Auguſti. ſi eſt intelligens aut requirens deum. Auguſtinus
Gloſa. Hieronymus.(Vt videat) id eſt intelligat per ani-
mas ſanctas. Nam per ſe ipſum nichil eū latet. Glo
ſa. Vel(vt videat)id eſt videri faciat. (Si eſt intelli-
Caſſio. gens)corde ſcilicet deum eſſe in homine . Caſſio-
dorus. Hoc enim dixit propter aſſumptionem hu
manitatis , per quam deus intelligi debuiſſet,qui
multie,miraculis aduentum ſue diuinitatis oſten-
dit.(Requirens)vero poſuit,ſi eius mandata ſeque
rentur. Ille enim requirit deum qui ab eius volun
tate non diſcrepat.

4 OMnes declinauerunt , ſimul inuti-
les facti ſunt,non eſt qui faciat bo-
num,non eſt vſque ad vnum.

Caſſio. ¶Caſſiodorus . Omnes dicuntur declinaſſe,cum
tamen ex eis non minima turba crediderit ,ſed a
parte totum accipiendum eſt. Tanti enim impii
fuerunt ,vt omnes pene perfidi eſſe ac periiſſe pu
tarentur. Iſti ergo (declinauerūt) a gratia dei,& fa
cti ſunt inutiles(inq̃ & ſibi & aliis. Auguſtinꝰ. Vel(
omnes declinauerunt)tam iudęi q̃ gentiles. (Nō
eſt qui faciat bonum non eſt vſq; ad vnum(. Hoc
iam ſatis ſupra expoſitum eſt.

5 SEpulchrum patens eſt guttur eo-
rum, linguis ſuis doloſe agebant,
venenum aſpidum ſub labiis eorum.

[Hi tres verſus non repe riuntur i hebreo ſed additi ſūt a ſeptuagita interpretibus in confuſionē iudeorum.]

¶Caſſiodorus. Gloſa . Iſte verſus,& duo ſequen-
tes dicuntur nō eſſe de hebręo, ſed propter iudeo
rum vituperationem,de multis pſalmis compacti
Et alxx . interpretibus additi ,vnde inferius repe-
titus ilte idē pſalmus eos non habet. Pręſens itaq;
verſus & in. v. pſalmo iam dictus eſt . Merito ergo(
ſepulchrum patens)dictum(eſt guttur eorum) qui
mortifera loquebantur , nam ſicut illa cum patēt
fetidos odores exalant. Iſta & iſtorum guttur peſ-
tiferos ſermones proferebat (linguis ſuis doloſe
agebant(. Hieronymus. Corrumpentes bonos mo
res colloquiis malis.(Venenum aſpidū ſub labiis
Hieroni. eorum). Hieronymus. Quia ſicut aſpides,ita obtu-
rāt aures ſuas,ne pręcepta diuinę legis exaudiāt.
Venenum enim dolus iniquorum colloquiorum
Caſſio. intelligitur. Caſſiodorꝰ . Et hęc pulchre nimis in
aſpidis comparatione manſerunt. Cui dum blan
da carmina dicuntur. Illa ſemper minatur exitiū,
ita & os iudęorum maledictione , & amaritudine
plenum erat; quando pro bonis admonitionibꝰ
blaſphemabant dominū chriſtum,& de nece eius
tractabant. propter quod ſequitur.

QVorum os maledictione, & ama 6
ritudine plenū eſt , veloces pedes
eorum ad effundendum ſanguinem.

¶Caſſiodorus. (Quorum)ſcilicet iudęorum(os Gloſa.
maledictione. Gloſa. id eſt opprobriis, & blaſphe-
miis.(Et amaritudine) id eſt minis (plenum eſt)
Et ideo bene cōparantur aſpidi. Caſſiodorus. Vel Caſſio.
tunc(amaritudine)pleni erant , cum de eius nece
tractabant. Veloces pedes eorum)Gloſa.(Veloces) Gloſa.
hoc eſt expediti,conſuetudine male faciendi. Glo
ſa. Vel ideo(veloces)quia omnia incōſulte faciūt. Caſſio
Caſſiodorus. Pedes enim appellantur conſilii pro
greſſus,quibus de incepto mouemur ad exitus re
rum. Gloſa. Vel(pedes) ſunt voluntas & affectus.(Caſſio.
Ad effundendum ſanguinem (. Caſſiodorus . Su- Gloſa.
baudiendum domini ſaluatoris . Gloſa Vel chri-
ſti & ſuorum.

COntritio & īfœlicitas ī viis eorū,
& viam pacis non cognouerunt,
non eſt timor dei ante oculos eorum.

¶Caſſiodorꝰ. Optime via deſcribitur impiorum Caſſio.
quę(cōtritio) eſt quę & territ & teritur dum aliis
nocet & ſibi.(Infœlicitas)vero,quia nunq̃ per ip
ſam,niſi ad infauſta ſupplicia peruenitur. Augu- Auguſti.
ſtinus. Omnes enim malorum hominum vię ple
nę ſunt labore& miſeria. Hieronymus . Vel(con-
tritio(corporis,& infœlicitas animę. (In viis eo-
rum). Idem. Id eſt in operibus eorū. Sēper enim
peccatores in via ſua infœliciter cōteruntur,quia
(viam pacis non cognouerūt)quę eſt chriſtus do
minus. Quare autem nō cognouerūt, Sequitur,(
Quia non eſt timor dei ante oculos eorum)Hugo
de ſancto victore li. ſententiarū capi. xii. Qui enim
timorem dei ante oculos habere nolunt, viam pa-
cis agnoſcere non poſſunt,quia quiſquis foris ſen
ſus ſuos per timorem dei a delectatione carnis nō
reſtringit,quę ſit interni boni dulcedo guſtare nō Auguſti.
poterit. Auguſtinus . Et q̃uis iſti non dicant non Hieroni.
eſt deus,tamen non timent deum . Hieronymus.
Non enim metuunt futurum dei iudicium,& ideo
non obſeruant mandata eius,per quę peruenitur
ad agnitionem veritatis quę eſt ipſe chriſtus.

NOnne cognoſcēt omnes qui ope 8
rantur iniquitatem, qui deuorant
plebem meam ✝ ſicut eſcam ✝ panis.

[Scd̄ apl's ✝ Alia lr̃a populum meū ✝ Alia lr̃a cibū Hieroni.]

¶Auguſtinus. Hic diuinum iudicium impiis cō
minatur.(Nonne)inq̃(cognoſcēt omnes qui ope
rātur iniquitatem). Hieronimus. Caſſiodorus. Ac
ſi dicat ,ſi modo non cognoſcunt venturam vlti-
onem ,cognoſcent tamen in iudicio q modo mala
operantur ,quando viderint bonos ad ęterna prę
mia diuinitus inuitari ,ſe vero ad ſupplicia nunq̃
finienda trāſmitti.(Qui deuorent plebem ſicut eſ
cam panis . Hiero.(Qui)ſcilicet hęretici (deuorāt
plebē meā)populum chriſtianū(Sicut eſcā panis)
qui in omnes cibos currit . Et ſine quo quis ſati-
ari non poteſt,ſic nec hęretici ſatiantur iniquita-
tibus ſuis, niſi de plebe dei . Auguſti. Quam deuo-
rant qui ſua commeda ex illo capiunt,non referā-

tes miniſterium ſuum ad gloriam dei/& ad eorum
quibus prȩſunt ſalutem. Sed cur hoc faciant, quia.

6 DOminum non inuocauerunt, illic
trepidauerũt timore vbi non erat
timor.

Hieronim⁹.(Dominũ)inq̃(non inuocauerunt) Si
enĩ eũ inuocaſſent, ſalui vtiq; fuiſſent. Vel aliter(de
um non inuocauerunt). Quare? Quia multi inuo=
cant /ſed nõ deum, ſed aliam rem quam deſiderãt
Auguſti. habere per deum. Auguſtin⁹. Hunc autem non be
ne inuocat qui ea deſiderat quȩ illi diſplicent.
(Illic tripidauerunr timore vbi nõ erat timor. Idẽ
Hieronim⁹. Caſſio.(Illic trepidauerũt) id eſt in dã
no temporalium rerum. Dixerunt enim. Si relin=
Joh. 11. quimus eum/ſic, oẽs credent in eum, & venient ro=
mani & tollent nobis et locum & gentem, Timue=
runt regnum terrenũ amittere(vbi nõ erat timor)
Et amiſerunt regnum celorum, quod timere de=
buerant.

10 QVoniam dominus in generatio=
ne iuſta eſt, conſilium inopis con
fudiſtis, quoniam dominus ſpes eius eſt.

Auguſtinus.(Quoniam dominus in generatio
ne iuſta eſt) id eſt, non eſt dominus in eis qui dili
gunt ſȩculum. Iniuſtum eſt enim relinquere ſecu=
lorum auditorẽ, & diligere ſȩculum, & ſeruire crea
turȩ potius q̃ creatori. Hieronimus.(Sed eſt in ge
neratione iuſta)hoc eſt in populo chriſtiano & in
populo iudeorum olim fuit, quia ex ipſis carnem
ſumpſit, ſed vos o iudȩi(Conſilium inopis confu
diſtis). Caſſiodorus. Suſcipere enim noluiſtis(con
ſilium inopis)id eſt chriſti qui de ſuo diues ꝓpter
nos factus eſt pauper, vt illius inopia nos diuites
faceret. Hieronymus.(Confudiſtis(inq̃ non intel=
ligentes eum a deo proceſſiſſe cum preberet con=
ſilium dicens, pȩnitentiam agite. (Quoniam do=
minus ſpes eius eſt. Caſſiodorus. Vt vnde magis
Caſſio. Auguſti. debuit reuerentior exiſtere, inde potius videretur
cõtemptus opprobria ſuſtinere. Auguſtinus. Cõ
tempſiſtis enim humilem aduentum filii, quia in
eo nõ vidiſtis põpam ſȩculi cui⁹ aduẽtus ideo hu
milis factus eſt, vt hi quos vocabat, in deo ſolo ſpẽ
ponerent, non in rebus tranſeuntibus.

11 Tertia pars. QVis dabit ex ſyon ſalutare iſrael,
cũ auerterit dominus captiuitatẽ
plebis ſuȩ, exultabit iacob, & lȩtabitur
iſrael.

Caſſio. Caſſiodor⁹. Cum dixit(quis) nullũ vult intelligi
niſi deum patrem, qui dominum chriſtũ (in ſyon)
id eſt in hieruſalem mittere ac prȩſtare dignatus
eſt. Ipſe eſt vtiq; (ſalutare iſrael)hoc eſt bene credẽ
Auguſti. tium ȩterna ſalus. Auguſtin⁹. Vel cum dicitur(Qu
is dabit ex ſyon ſalutare iſrael)ſubauditur niſi ip=
ſe cui⁹ humilitatem contempſiſtis, qui ventur⁹ eſt
ad iudicium viuorum, & mortuorũ regnumq; iu=
ſtorum. Sed quando hoc(Cũ auerterit domin⁹ ca
Caſſio. ptiuitatem plebis ſue). Caſſio. Id eſt cum damna=
uerit diabolum qui dei plebem impia credulitate
Jacob exultare et iſrael letari id perſeqtur /& captiuare feſtinat(. Exultabit iacob
& lȩtabitur iſrael). Auguſtin⁹. Repetitio eſt ſicut
ſolet. Nam idem puto eſſe(lȩtabitur iſrael)quod
eſt xultabit iacob.)Hierony. Ipſe eſt enim iacob q
& iſrael. Sed iacob & illic iſrael hic ſupplãtator vi=
tiorũ, & illic vidẽs deum facie ad faciem quando
erit deus omnia in omnibus.

Pſalmus quartusdecimus.

Titulus, In finẽ pſalmus Dauid,

Tituli huius expoſitio
per ſupradicta ſatis pa=
tet. Caſſiodor⁹. Iſte pſal
m⁹ nõ eſt vt aliqui pſa
lmorum quadam profun
ditate velatus. Sed pro=
phetice interrogationi
reſpondet dominus, in
decalogi exemplum de
cem virtutibus ad beati=
tudinis ſuȩ atria perueniri. Et eſt iſte ſecũdus pſal
mus ad inſtructionem fidelium inſtitutus. In pri
mo enim pſalmo beatum virum per modum pen
tatheuci quinaria diuiſione cõplexus eſt. Hic aũt
talem virum decem dicit ſanctis prȩeminere virtu
tibus. Intentio autem prophetȩ eſt mores homi
num inſtruere, & preſumptiones reprimere, vbi
agitur de vnitate ꝑſentis eccleſiȩ & de futura quie
te. Et diuiditur in duas partes. In prima quȩrit qs Diuiſio
habitabit ĩ tabernaculo dei, volens ſcire quos de⁹
dignos ſua iudicet eccleſia. In ſecunda ad queſitũ
reſponde tibi(Qui ingreditur).

Lira. Dicũt Aliqui ꝙ da
uid fecit hũc pſalmum
ad oſtendendum quis eſ
ſet dignus habitare in Caſſi.
terra iſrael, in ſecuritate
& abſq; tranſmigratio=
ne, ſcilicet ille q̃ habet
cõditiones in hoc pſal=
mo deſcriptas, ꝓmiſit
enim eis deus illam ter=
ram q̃dieu eum collerẽt,
& quando cõtrarium fa=
cerent eos expellere.

DOmine quis habitabit ✠ in ps.14. ✠ Alia lra peregrinabi ĩ intẽtorio tuo.
tabernaculo tuo, aut, quis re
quieſcet in mõte ſãcto tuo.
Caſſiodorus. Deſiderans prophe
ta noſce quos dignos eccleſia ſua
dominus iudicaret, tanq̃ pius ſacerdos ante faciẽ
eius aſſiſtens reſponſa petit, & de ſciſcitatione ſua Gloſa.
cupit ſe fieri certiorem, dicens(Domine quis habi Caſſio.
bitabit in tabernaculo tuo(. Gloſa. Id eſt in preſẽ Taber=naculum vnde.
ti eccleſia, vbi contra diabolum dimicamus. Caſ=
ſiodorus. Tabernaculum enim dicitur, ex taberna
& cenaculo, vnde maiores noſtri domos pauperũ
tabernas appellauerunt, quia tantum; trabibus nõ
adhuc tegulis tegebantur quaſi tabernas. Et quia
ibi habitabant, & cenabant dicebantur tabernacu
la, quaſi expeditȩ, & ſubitȩ habitationes. Vel ſecũ
dum. Auguſtinũ tabernaculum belli res eſt, & mili
tantium: vnde & contubernales milites dicuntur
Quod bene conuenit eccleſiȩ militãti, in qua qua
ſi in tabernaculo ſumus, donec poſt victoriam ad
domum perueniamus. Hieronimus. Vel aliter(do
mine quis habitabit in tabernaculo tuo)(Quis)
inq̃ terrenus poterit templum dei effici, & habita
re in ciuitate viuentis dei.(Aut quis requieſcet in
monte ſancto tuo). Gloſa. Id eſt in ȩterna beatitu
dine, vbi eſt viſio pacis, & ſupereminentia carita
tis, vbi nullus in agone contendet, ſed ȩterna pa Hieroni.
ce quieſcet, Hieronimus. Auguſtinus. Caſſiodo=
rus. Mons enim iſte pro vita ȩterna ponitur, vbi
pax eſt, & ȩterna quies.

QVui ĩgreditur ſine macula, & ope 2 Secũda pars.
ratur iuſtitiam.

Gloſa. Hic ſequitur reſponſio domini qui, dicit
In exemplum decalogi decem virtutibus ad atria

ſua perueniri. Ille itaq; (habitabit & requieſcet in tabernaculo ſuo) Hie. (Qui ingredit ſine macula) hoc eſt ſine mortalib⁹ pctis, quia ſine minutis eſſe nō poſſum⁹. Si em̄ dixerimus, quia peccatū nō habemus, ipi nos ſeducimus, Gloſa. Et hec eſt prima qualitas requiſita, per quam notatur temperantia. Hieronimus. Et quia non ſufficit nobis malum nō facere, niſi fecerimus & bonum. Sequitur (Et operatur iuſtitiam. Gloſa. Hec eſt ſecunda qualitas, in qua notatur prudentia & iuſtitia. Hieronimus. Non autem dicit operatur, caſtitatem, ſapientiā, fortitudinē, & huiuſmodi. Sed iuſtitiā que ſola magna virtus eſt & mater omnium. Ceterę em̄ virtutes habentem delectant, iuſtitia non delectat habentem, ſed alios, vel aliter (operantur iuſtitiā) hoc eſt cuſtodit mandata, iuxta illud. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Gloſa. Deinde pleni⁹ exequit has duas virtutes, ſubijciens alios eorum actus, dicens,

1. Joh. 1. Gloſa. — Hieroni. — Gloſa. Hieroni. — Mat. 16. Gloſa.

3 ✠ Alias qnon eſt facilis in lingua ſua. — Hieroni.

QVi loquitur veritatē i corde ſuo, ✠ qui non egit dolum in lingua ſua.

❡ Hieronymus. Auguſtinus. (Qui loquitur) inq̄ (veritatem) dico, ſed (in corde ſuo) Ecce tertius virtutis effect⁹, veritatem dico in corde. Hieronym⁹. Multi enim loquuntur veritatem in labiis, ſed nō in corde, qui videntur vera dicere: ſed cor cum labijs non conſonat. Sequitur quata virtus. (Qui non egit dolū in lingua ſua). Auguſtinus. Lingua agitur dolus, cum aliud ore profertur aliud pectore tegitur. Hieronymus. Vel cum quis non implet opere, quod locut⁹ eſt ore. Sequitur quinta virt⁹.

Auguſti. — Hieroni.

4 ✠ Alia lra ſocio amico.

NEc fecit ✠ proximo ſuo malum, & opprobrium nō accepit aduerſus proximos ſuos.

❡ Hieronymus. Auguſtinus. (Nec fecit proximo ſuo malum) Proximum, omnem hominem accipi oportere, notum eſt. Nulli enim debemus malum facere, quidem tamen putant proximum eſſe fratrem, aut vicinum, aut cognatum, aut conſanguineum. Sed dominus in euangelio docet eum eſſe proximum, qui fecit miſericordiam. Sequitur (Et opprobriū non accepit aduerſus proximos ſuos) Ecce ſexta virtus. Auguſtinus. Gloſa. Id eſt non libenter, aut temere credidit criminatori. Caſſiodorus. Et quod dicit (non accepit) id eſt gratū non habuit. Accepta enim illa dicimus, quę uobis grata eſſe monſtramus. Sequitur,

Hieroni. Auguſti. proxim⁹ quis. — Luc. x. — Auguſti. Caſſio.

AD nichilum deductus eſt in cōſpectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

(Ad nichilum deductus eſt in cōſpectu eius malignus (ecce ſeptima virtus. Gloſa. (Malignus) eſt diabolus, quaſi malus ignis, vel homo male ſuggerens. Hieronymus. Vnde quicunq; malus eſt, in in cōſpectu ſancti ꝓ nichilo cōputatur. Sequitur, (Timentes autem dominum glorificat) Gloſa. Supra poſuit quę perfectorum ſunt, nūc alia tria ponit quę incipientibus conueniūt tanq̄ diceret nō ſolū qui prędicta habēt glorificabit, ſed etiā glorificat (timētes dn̄m glorificat) Hier. Timore ſancto hos, eni dn̄s magnificat nō diuites, non potentes, ſed eos tantū qui dn̄m timent. Hugo cardi. Vnde ſapiēs. Timor domini gloria & glorificatio & letitia, & corona exultationis. Sequitur.

Tria q incipientibus cōgruunt. — Hugo. Eccle. j.

6 ✠ Alia lra iurat vt ſe affligat et non mutat.

QVi iurat ✠ proximo ſuo & non decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.

(Qui iurat proximo ſuo, & non decipit) ecce octaua. Caſſiodor⁹. Iurare dictum eſt qua ſi iure orare, hoc eſt iuſte loqui. Tunc autem quiſpiam iuſte loquitur, quando ea quę promittuntur implentur. Auguſti. Nec decipit proximum qui iurat dare & ſubuenire proximo & promiſſum reddit (Qui pecuniam ſuam nō dedit ad vſuram) Ecce nona. Caſſiodorus. Pecunia enim ad vſuram dari omnino prohibetur: quoniam vicium cupiditatis eſt, exigere velle quod te neſcias commodaſſe, ſequitur decima. (Et munera ſuper innocentem non accepit). Gloſa. Hoc eſt cauſam innocentis non deprimit pro munere alicuius. Hieronymus. Ne ſimilis inde efficiatur qui accepto argenti pondere vendidit innocentem.

Caſſio. — Auguſti. — Caſſio. — Gloſa. Hieroni. Mat. 26.

7

QVi facit hęc non, mouebitur in ęternum.

❡ Caſſiodor⁹. Ad interrogationem prophetę hic breuis & abſoluta datur reſponſio, quoniam (Qui facit hęc) ipſe habitat i tabernaculo domini, & in ſancto eius monte quieſcit Sed conſidera quia dicit (Qui facit hęc) non qui cantat vt nos ad actualem virtutem interpoſita lege conſtringeret, ne ſecreta tanti miſterii intenti ſolis cantibus pſalleremus. (Non mouebitur) inq̄ (in ęternum) id eſt ab ipſo nō mouebitur. qđ ſolis ſanctis beatis p̄ſtatur. Hugo cardinalis. Vel (non mouebitur) in pręſenti a fide, nec in futuro ab ęterna ſtabilitate.

Caſſio. — Hugo.

❡ Pſalmus quintuſdecimus.

❡ Titulus. Tituli inſcriptio ipſi Dauid.

Lyra huic pſalmo preponitur talis titulus in hebręo (humilis & ſimplicis pſalmus Dauid (& intelligit iſtū pſalmum ad lr̄am de chriſto ex auctoritate beati Petri (actuū ſecūdo) & improbat opinionē aliquorū qui exponebant iſtum pſalmū de pſona Dauid qui erat ſimplex & humilis vt patet ex diſcurſu primi Regum & ſecundi.

Auguſtinus. rex noſter i hoc pſalmo loquitur ex perſona ſuſceptionis humane de quo titulus regalis tempore paſſionis in ſcript⁹ emicuit. Hieronimus. (Tituli i ſcriptio) in tumulis & i ſepulchris eſt. qui mortuorum corpora tenent, tres autem ſunt tituli qui inſcribuntur Vnus ſuper tumulos mortuorum. Alius in liminib⁹ ciuitatum vel domorum. Tertius in victoria regis. Hic ergo de titulo Victorie regis dicit chriſte ſcilicet qui vere rex fuit, ſuper cuius caput in paſcha poſt vrctoriā id eſt poſt victum diabolum redempto humano genere fuit ſcriptum tribus linguis grece, ſcilicet hebraice & latine. Hic eſt rex iudeorum, de quo & pilatus dixit quod ſcripſi ſcripſi. Caſſiodorus. Qđ autem dixit (Ipſi Dauid) ad dominum ſaluatorem competenter referri crebra expoſitione monſtratum eſt. Gloſa. Et eſt intentio prophetę monere

Lyra. — Auguſti. — Hieroni. — Caſſio.

Joh. xix. Caſſio.

omnes ne regno chriſti contradicant aut titulo. Caſſiodorus. Sciendum eſt autem quod hic pſalmus eſt ſecundus eorum qui paſſionem & reſurrectionem domini breuiter tangunt. Et diuiditur i duas partes. In prima Chriſtus in ſe oſtendens veram hominis naturam petit ſe & ſuos inter pericula ſeruari. In ſecunda agit gratias de bonis ſibi ſuiſq; collatis, ibi. (Benedicam dominum) Gloſa. Chriſtus ergo ſecundū hominem ad patrem orās ait. O domine pater.

Gloſa.

CONſerua me domine quoniam ſperaui in te, dixi domino deus meus es tu, qm̄ bonorū meorū nō eges. ✠

✠ Alia lr̄a nō indiges vl' bn̄ mihi nō eſt ſine te.

¶ Hieronimus. Vox Chriſti ad patrem in paſſione, in perſona hominis aſſumpti (Conſerua me) inquam (domine.) Gloſa. Inter pericula. Hugo cardi. Id eſt ſimul me cum meis ſerua Vel (conſerua) continue ſerua. (Quoniam ſperaui in te). Glo. Non in me, & hoc eſt meritum quo ſeruari debeo. (Quoniam ſperaui in te). Hugo cardinalis. In quo deſtruitur pelagij hereſis quę ſibi bonum ſuū attribuebat, quia cum chriſtus qui eſt caput eccleſiæ pro ſe orauerit homo carnalis nihil ſibi debet attribuere. Et hoc (dixi). Glo. Caſſio. Nō labijs ſed mentis affectu. (dixi) inq̄ (domino deus meus es tu.) Mei ſcilicet hominis. Hieroñ. In quo oſtendit ſe hominē in humilitate carnis cū ęqualis ſit in omnipotentia maieſtatis. Et bene (deus meus, quoniam bonorū meorum non eges.) Auguſti. Non enim bonis meis expectas tu fieri beatus. Hiero. Nam vniuerſa bona quę dominus ſecūdum formam ſerui in carne monſtrauit, non patri profuerunt, ſed humano generi, bona autem chriſti, hæc ſunt incarnatio ſcilicet paſſio, reſurrectio, & redemptio noſtra. Iſta patri non ſunt opus nec neceſſaria, ſed cui, Sequitur,

Gloſa. Hieroni. Auguſti. Hieroni.

2 SAnctis qui ſunt in terra eius, mi-
rificauit omnes voluntates meas
in eis.

¶ Hieronymus. Iſtis nāq; hæc omnia ſunt neceſſaria his, ſcilicet qui (in terra ſunt eius) id eſt in eccleſia. Auguſti. Et qui in terra viuētium ſpem ſuā poſuerūt, quamuis adhuc in his terris i carne verſantur. (Mirificauit omnes volūtates meas in eis. Hiero. Chriſtus enim per ſanctos ſuos miſteria ſua (mirificauit) id eſt in ſanctis. Caſſiod. Mire enim facte ſunt in eis voluntates domini ſaluatoris quādo illis obedientibus & iuſſa ipſius faciētibus de mortalib⁹ ęternos reddidit, & de terrenis celeſtes beneficio ſue pietatis effecit. Auguſtinus. His ergo inq̄ ſanctis miras feci omnes voluntates meas in profectu ſcilicet eorum, quo ſenſerunt quid eis profuerit & humanitas mee diuinitatis vt morerer, & diuinitas humanitatis vt reſurgerem.

Hieroni. Auguſti. Hieroni. Caſſio. Auguſti.

3 MVltiplicatę ✠ ſunt infirmitates eo-
rum, poſtea accelerauerunt.

✠ Alias multiplicata ſunt idol a eorum.

¶ Hieronimus. Hoc eſt gentes de quibus eccleſiā nunc congrego. Anteq̄ idola multiplicarētur deū naturaliter nouerant. Sed poſtq̄ multiplicata ſunt idola quod. lxx. infirmitates interpretati ſunt relinquētes eas, ad me celerrime ſunt reuerſi. Auguſtinus. Vel (multiplicate ſunt infir. eo.) Nō ad perniciem, ſed vt medicum deſiderarent, vñ ſequitur. Poſtea accelerauerūt) poſt multiplicatas nanq; infirmitates accelerauerūt vt ſanarētur. Glo. (Accelerauerunt) inq̄, ſed non priori more, quia.

Auguſti. Gloſa.

NOn ✠ congregabo conuenti- 4
cula eorum de ſanguinibus, nec
memor ero nominū eorū per labia mea.

✠ Nō libabo libamina eorū nec aſſumaʒ noīa eoꝝ in labijs meis.

¶ Hieronimus. Hic deſcribitur noua religio noui teſtamenti. Auguſtinus. Erunt enim conuenticula eorum non carnalia, nec de ſanguinibus peccorum, ſed propiciatus congregabo eos, (Nec memor ero nominum eorum per labia mea). Caſſio. Prius enim dicti ſunt filii irę filii diaboli, filii carnis poſt aduentum vero domini ſacris fontibus renati appellati ſūt chriſtiani. Filij dei amici ſpōſi. Non fuit ergo memor nominum eorum quando nouis hominibus noua vocabula conſtat impoſita. Hiero. Mutamur quippe in lauacro, & ex filiis hominum vocamur filii dei, creſcentibus meritis nomina addita ſunt noua, ſicut abrahan, Sara, Petrus, Paulus, & reliqui qui ante ea ſerui fuerunt peccati, poſtea amici facti ſunt dei. Caſſiodorus. Labia autem legis duo ſunt teſtamenta, per que voluntates eius enunciatas eſſe cognoſcimus quia ergo in hęreditatem domini transferuntur, recte ſubiungitur.

Caſſio. Hieroni. Caſſio.

DOminus pars hæreditatis meæ 5
& calicis mei, tu es ✠ qui reſtitues
hæreditatem meam mihi.

✠ Alias poſſeſſoꝛ ſoꝛtis mee Auguſti.

¶ Auguſtinus. Caſſiodorus. Eligant ſibi inquiūt alij partes alias quibus fruantur terrenas & tēporales mundanas concupiſcentias & ventis currentibus ſimilem vitam. Portio autem (meę hereditatis & calicis mei) dominus ęternus eſt. Caſſiodorus. Quod autem dicit hæreditas pertinet ad gentium fidē & dicitur (hęreditas) ab hero, id eſt a domino. (Calix) vero pertinet ad venerabilem paſſionem, qui ſobrie potatus cōfertglorioſiſſimam reſurrectionem. Deinde conuertens ſermonem ad dominum ait (Tu es qui reſtitues hæreditatē meā mihi). Hieronymus. Secundum hiſtoriam chriſti hæreditas iudei fuerūt ad quos chriſtus venit, quę tunc diſſipata eſt quando eum crucifixerūt, ſed reſtituetur in futuro cum plenitudo gentium ſubintrauerit, vel aliter (reſtituet deus) pater (hæreditatē) chriſti, quando electos ſuos corpus ſcilicet ſanctæ eccleſiæ ad illam integritatē attraxerit, vt poſt reſurrectionem acceptis corporibus ſuis in corrupti, & immortales viuant qui immortalitatem in adam perdiderunt. Auguſti. Non autem reſtitues mihi quod non amiſi, ſed reſtitues his qui amiſerūt tuæ claritatis notitiā, in quibus quia ego ſum mihi reſtitues. Sequitur,

Caſſio. Caſſio. Hieroni. Auguſti.

FVnes ceciderunt mihi in præcla- 6
ris, etenim hæreditas mea pręcla-
ra eſt mihi.

Caſſio.

¶ Caſſiodorus. Priſcorum more funibus diuidebatur hæreditas. Sicut Moyſes legitur Ioſue præcepiſſe, vnde nūc merito funiculos dixit, quia hęreditatis ſuæ latitudinem gloriamq; memorauit.

Poſſunt & funes accipi huius ſęculi tiſtitiæ. Nam
& ipſi funes a funeribus dicti ſunt ꝙ in modū ce
reorum ante funera incendebantur. Quæ omnia
ſine dubio (in præclaris) conuerſa ſunt, dum ad re-
Grego. ſurrectionis æterna munera peruenerunt. Grego-
rius in moralibus Iob lib. xxxiij. Vel (funes) tunc
in præclaris cadunt, dum per humilitatē vitæ ſor-
tes nos patrię melioris excipiunt. Sequitur, (Ete-
nim hæreditas mea) Idem. quæ eſt eccleſia & prę-
deſtinata multitudo ſanctorum (Pręclara eſt mihi.
Idem. Hic additum eſt mihi, quia non in ſe ſecun
Auguſti. dum humanitatem, ſed in patre gloriatur. Augu.
" Vel ideo (mihi) dicit, quia non omnibus, ſed vidē-
tibus præclara eſt. in quibus quia ego ſum mihi
Hieroni. eſt. Vel ſecundum Hieronymum (Funes ceciderūt
" mihi in præclaris.) Hoc eſt quia ꝑ vno iſrael vni-
uerſi orbis hæreditatem ſum conſecutus in patri-
archis, prophetis. apoſtolis, & alijs beatis.

7 Secūa. pars. — ✠ Alia ſra erudierūt.

BEnedicam dominum qui tribuit
mihi intellectum, inſuper & vſq;
ad noctem increpuerunt ✠ me renes mei.

Hieroni. ¶ Hieronymus. Vox capitis cum membris ſapiē-
tia enim dei non indiget ipſa ſapientia. Vel ſecū-
dum illud accipiendum eſt quod in euangelio di
Luc. 2. citur. Ieſus proficiebat ętate & ſapientia & gratia
coram deo & hominibus. (Benedicam) inquā (do-
Gloſa. minum qui tribuit mihi intellectum). Gloſa. quo
ſcilicet hæreditas hæc videri poteſt & poſſideri i-
ſuper etiam & de hoc dominū benedicam. Quia
(vſq; ad noctem) id eſt vſq; ad mortē. Hieronym⁹.
" Nox enim tēpus ſignificat paſſionis, in quo inte
teriori eruditus eſt diuinitate humana fragilitas.
(Increpuerunt me renes mei.) Caſſiodorus. Lyra.
" (Renes) id eſt iudęi de parentela & conſanguinita-
" te mea nati. Et bene ꝑ renes, in quibus eſt vis ge-
neratiua deſignātur iudæi qui domino increpue-
runt in vita & in morte dicentes, demonium ha-
Ioh. 8. Math. 27. et Mat. 15. bes. Vach qui deſtruis templum dei & ſimilia, ſed
in omnibus,

8

PRouidebam dominum in cōſpe-
ctu meo ſemper, quoniam a de-
xtris eſt mihi ne commouear.

Hieroni. ¶ Hieronymus. (Prouidebam) inq̄ (dominum) pa-
" trem, ſcilicet (in cōſpectu meo ſemper.) Lyra. Quia
anima chriſti ab inſtanti creationis habuit conti
Caſſio. nue claritatem diuine viſionis. Caſſiodorus. Et in
hoc datur nobis ſingulare remedium quo peccata
vitemus. Nam qui dominum ſemper intuetur acie
mentis, nullatenus ad delicta conuertitur. Quan
do enim veritas cor inhabitat introitum falſita-
Hugo. tis emendat. Hugo de ſancto victore libro ſenten-
tiarum capi. xiii. Semper autem in conſpectu ſuo
dominum prouidet, qui in tribulatione cōſtitu-
tus ſpem in domino habet. Et ſpem ceptam vſq;
" in finem nō deſerit. (Quoniam a dextris eſt mihi
Caſſio. ne commoueat). Caſſiodorus. Hic exprimit cauſā
quare motus non eſt domino enim a dextris opi
tulante ſiniſtra non preualent. Et ſi ille nō tenue-
rit ſtatim inſidians diabolus occupabit. Sicut de
ps. 103. iuda ſcriptum eſt. Conſtitue ſuper eum peccatorē,
Hugo. & diabolus ſtet a dextris eius. Hugo vbi ſupra ca.
xiii. Tunc autem dominus a dextris eſt, quādo in
terius virtutes animę cuſtodit. Sequitur,

PRopter hoc lętatum eſt cor meū 9
& exultauit ✠ lingua mea, inſuper ✠ Alias gloria mea
& caro mea requieſcet in ſpe.

¶ Caſſiodorus. Auguſtinus. (Propter hoc) enim Caſſio.
ꝙ ille a dextris aſtitit, & in cogitationibus ſuis io "
cunditatem, & in lingua exultationem obortam
ſibi eſſe teſtatur. Vel ſecundum. Hieronymū. Pro- Hieroni.
pter reſurrectionem lętatus ſum, quia per eam li-
beratus eſt mundus, vel propter illud ꝙ me adiu
uas. (Lætatum eſt cor meum, & lingua mea prędi-
cat.) Auguſtinus. Gloſa. Hęc nāq; plena eſt lętitia "
quę & corde ſtari percipitur & alacri ſermone pro Auguſti.
fertur. (Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe). Au
guſtinus. Caro enim mea non deficiet in ęternum "
ſed in ſpe reſurrectionis obdormiet. Hieronimus. Hieroni.
Vel eccleſia quę eſt caro mea modo requieſcet in
ſpe reſurrectionis, vt vbi caput ꝓceſſit & mēbra ſe
quantur. Sed quare (requieſcet in ſpe) Sequitur, "

QVoniam non derelinques animā 10
meam in inferno, nec dabis ſan-
ctum tuum videre corruptionem.

¶ Auguſtinus. Hoc eſt ꝙ neq; animam inferno Auguſti.
poſſidēdam dabis, neq; ſanctificatum corpus, per
quod & alii ſanctificandi ſunt corrumpi patiaris.
Hieronymus. (Non derelinques) inq̄ (animā meā
in inferno) quia propterea illuc deſcendit, vt ele- "
ctos ſuos inde eiiceret & diabolum ligaret. Sed cū "
dicit (non dabis ſanctum tuum videre corruptio-
nem.) Cum alibi dicat. Quæ vtilitas in ſanguine "
meo dum deſcendo in corruptionem. Non ibi de ps. 29.
corruptiōe corporis chriſti in ſepulchro dicit, ſed
de corruptione cęterorum ſanctorum. Caſſiodor⁹.
Gloſ. Vel ibi ſe dicit deſcendere in corruptionem Caſſio.
cum affligentium clauorum, & lanceæ irruptione
penetratur. Hic vero (corruptionem) id eſt putre-
factionem iuſte negat fieri quę carnaliter carnem "
vaſtat humanam. (Non) inquā (dabis me ſanctum
tuum videre corruptionem. Quia, "

NOtas mihi feciſti vias vitæ, adim 11
plebis me lætitia cum vultu tuo
delectationes in dextera tua vſq; in finē.

¶ Caſſiod. Id eſt per me feciſti humanum genus Caſſio.
iter vitæ cognoſcere, vt in mandatis tuis humili-
ter ambulantes mortifere ſuperbiæ venena decla
narent. Auguſti. Et per humilitatis vias ad vitam
redirent homines, vnde per ſuperbiam ceciderēt, Auguſti.
in quibus quia ego ſum, recte dicitur. (Notas mi-
hi feciſti vias vitæ, Hierony. (Vie) inquā (vitæ mā "
data chriſti ſunt. Sicut ſcriptum eſt. Si vis ad vitā Mat. 19.
ingredi, ſerua mādata. (Adimplebis me lætitia cū
vultu tuo.) Auguſt. (Adimplebis me) id eſt ſanctos "
tuos (lætitia) vt vltra nō quærant aliud cum facie "
ad faciem te viderint. Hiero. Tunc enim erit plena "
lętitia cum adunatum fuerit corpus eccleſię in re-
gno dei, vbi erit deus omnia in omnibus. Hugo Colo. 3.
de ſancto victore vbi ſupra capi. xv. In hac nanq; Hugo.
vita aliquando lętari poſſumus, ſed impleri læti-
tia non poſſumus, quia etſi quędam ſunt quæ lę-
tificant, multa ſunt quę cōtriſtant, vnde ſequitur
(Delectationes in dextera tua vſq; in finem.) Hie
ronymus. Dextera patris filius eſt, delectatio autē "
vitæ æterne eſt. (in dextera) id eſt in proſperitate
quę filio

quę filio datur(vſq; in finem)ideſt ſine fine. Quia
Ro.x finis legis chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti.
Caſſio. Caſſio. Vel vſq; in finem ſignificat perfectionem
atq; eternitatem, cuius gloria in ſua perfectiõe ma
Hugo. nens nullis erit finienda tẽporibus. Hugo de ſan
cto victore vbi ſupra cap.xvj. In temporalib⁹ eñ
bonis delectatiões quędã ſunt ſed vſq; in finẽ, qa
in hac vita ſemp gaudiũ dolor ſeqtur. Et omnis
delectatio amaro fine terminat. In dextera autem
dei delectationes vſq; in finem ſunt, quia in vita
eterna nec gaudia in merorem, nec delectationes
in dolorem mutari poſſunt.

¶Pſalmus ſextuſdecimus.

¶Titulus.
Oratio✝ Dauid.

✝alia li. hꝫ ipſi Dauid.

Lyra. Hęc eſt oratio Da
uid, in ſecreto facta apd
deum ꝓ liberatione ſua
a perſecutione Saulis, ꝓ
pter qđ, & multas alias
fecit.

Caſſiod. Merito ſic prę
notatus eſt pſalmus iſte,
quando eius intẽtio ad
precum ſtudiũ tota por
rigitur. Et nota ꝙ iſte pſalmus &.lxxxv.lxxxix.cj
&.cxli. orationes titulantur. Hieronymus Iſte aũt
pſalmus cantatur ex perſona Chriſti contra iudę
Gloſa. os, & ex perſona eccleſiæ contra hęreticos. Gloſa.
Orat autem hic Chriſtus non pro ſua vtilitate, ſed
pro noſtra neceſſitate. Eius enim oratio, fidelium
eſt inſtitutio, vnde iſte pſalmus fideles monet ad
orationem. Et diuiditur in tres partes. In prima,
orat Chriſtus ſecundum iuſtitiam ſuam exaudiri.
In ſecunda generaliter petit a iudæorum inſidiis
liberari, ibi(Ego clamaui.) In tertia, petit ſibi, &
ſuis bona tribui, & malis mala, & reſurrectionem
Gloſa. velociſſimam deprecatur ibi Exurge) Gloſa. Chri
ſtus itaque ſecundũ hominem ad patrem orãs ad
iuncta ſibi corporis voce ait.

ps.xvj 1 EXaudi domine iuſtitiã me
am intẽde deprecationem
meam.

Hieroni. Hierony. Vox Chriſti in paſſio
ne, & vox eccleſiæ in tribulatiõe
Caſſiodorus. (Exaudi) inquam(domine iuſtitiam
meam.) Apud deum nanque certum eſt habere iu
ſtitiam vocem ſuam, qui res tacitas virtute intelli
gentiæ ſuæ cognoſcit. Ipſius eſt enim oratio per
fecta, cui⁹ & cauſa clamat, & lingua, actus, & ſermo
Hieroni. vita, & cogitatio. Hieronymus. Vel (iuſtitiam) di
cit eccleſiam ſuam, vel petit Chriſtus exaudiri (iu
ſtitiam ſuam) qua vſque ad mortem obediens fuit
Caſſio. (Intende deprecationem meam. Caſſiodorus.) In
tendere (oculorum eſt, preces admittere aurium,
Hieroni. Hieronymus. Differẽtia autem eſt inter orationẽ,
& deprecationem. Oratio ſanctorum eſt pro deuo
tis, vt perſeuerent in bono. Deprecatio vero,
pro peccatis ſuis vel aliorum. Vel aliquid fortius
eſt deprecatio, quam oratio, & non ſolum inten
das, ſed etiam.

2 AVribus percipe orationẽ meã,
non in labiis doloſis.

Alias mẽ dacii

Hugo Hugo cardi. Per aures intelligitur diuina clemen
tia. Lyra. Loquitur enim de deo per modũ huma
Caſſio. nũ, quia in deo non ſunt lineamẽta corporis. Caſ
ſio. (Percipere) autem eſt non tranſitorie aliquid
ſumere, ſed preces hominum copioſa dignatione
recipere. Glo. (Auribus) igi(percipere oratiõem
meã) que eſt de bonis ſibi & ſuis adhibendis. (Ora
tionem(dico prolatã. (Non in labijs doloſis). Au
guſti. Hoc eſt non ad te in labijs doloſis procedẽ
te. Hiero. Sed per puritatẽ quę tibi eſt placita. Hu Hugo
go de ſancto victore lib. ſentẽ. cap.xvij. Tria nãq;
ſunt orantium genera. Alij qui ſolis labijs. Alij
qui ſolo corde. Alij qui & labijs & corde orãt, qui
ſolis labijs orant doloſi ſunt, quia non habent in
corde quod proferunt ore. Qui corde & labijs orãt
veraces ſunt, quia ſicut loquuntur ita ſentiũt. Qui
ſolo corde orant deuoti ſunt, quia orationem ſuam
a deo tantum audiri volunt. Quando ergo oram⁹,
ſi cogitamus quod loquimur, facimus quod debe
mus. Si autem aliud cogitamus, etiam ſi illud bo
num ſit, prorſus a culpa liberi non ſumus. Si vero
vana cogitamus, etiam ſi veritatem loquimur, co
gitando tamen vanitatem vani efficimur. Quod ſi
tunc in corde turpitudo verſatur, iam non ſolum
vani, ſed etiã abhominabiles in conſpectu dñi re
putamur. vnde ſequitur.

DE vultu tuo iudicium meum pro 3
deat, oculi tui✱videãt equitatẽ‡.

✱alia li. mei
‡alia li. equitates.

¶Caſſiodorus. Gloſa. (De vultu tuo) dicit (iudici
um meum prodeat) ideſt ſecundum ea, quæ in me
reſpicis atque cognoſcis, de facto enim alicuius te
ſtimonium non quæris, qui ſolus omnium vera
ciſſima ſecreta cognoſcis. Gloſ. Vel(iudiciũ meũ) Gloſa.
quo fui iudicatus a pilato, & iudæis(prodeat) o do
mine, ideſt videatur prodiſſe. (De vultu tuo) ideſt,
de aſpectu tuo, qui omnia vides, & non de diſpoſi
tione, & voluntate iudęorum. Et(oculi tui videãt
ęquitatem. Idem. vt mihi remedium. iudęis vero
pœnam des ſicut meruerunt. Caſſiodorus. Vel hic
per(ęquitatem) diuinitatem debem⁹ accipere quã Caſſio.
orat, vt ſine aliquo interuallo eã ſemper intendat.
Hieronym⁹. Vel(oculi tui) ideſt prædicatores chri
ſti(videant æquitatem) vt iuſtitiam quam prędi
cant opere impleant.

PRobaſti cor meum et viſitaſti no 4
cte, igne me examinaſti & nõ eſt
inuenta in me iniquitas,

¶Hieronymus. Vox Chriſti ad patrem, qui proba
uit Chriſtum in paſſione, & eccleſiam probat in Hieroni.
tribulatione. (Probaſti) inquam, (cor meum, & viſi
taſti nocte) ſcilicet in anguſtiis meis. Triſtes enim
& velut quædam pręſſurę ſunt noctes tenebroſæ.
Caſſiodorus. (Probatio autem hic ſignificat paſ
ſionem. (Viſitatio) vero reſurrectionem. (Igne me
examinaſti). Gloſa. hoc dicit ad ſimilitudinem Gloſa.
fornacis quę metallum purgat. (Igne) inquã (me
examinaſti(Hieronimus, id eſt per tribulationem
peccata mea confudiſti. Hugo de ſancto. victore Hugo
lib. ſententiarum ca.xviii. (Igne enim tribulatio
nis iuſtus examinatur, quia perfecta virtus in ad
uerſitate cognoſcitur. Auguſtinus. Non autem Auguſti.
nox tãtum quæ perturbare aſſolet. Sed etiã ignis
qui vrit vocanda eſt ipſa tribulatio qua examina
tus iuſtus inuentus ſum (Et non eſt inuẽta in me
iniquitas). Caſſiodorus. quam ſcilicet aduſtio vlla
decoqueret. Gloſa. Et adeo ſum iuſtus vt non ſo Gloſa.
lum non ſit(inuenta in me iniquitas) Sed etiam.

5 ‡ Alias latronis.

UT non loquatur os meum opera hominum propter verba labiorũ tuorum, ego cuſtodiui vias ✠ duras.

(Vt non loquat) inquã (os meũ opa hominũ) Hu car. Sed opa tua de⁹, q̃ ad gloriã tuã ptinent. Hie. Opera autẽ hominũ ſunt vanitas, quã ipſi amant, vel diuerſa negocia. Glo. Et quis ego innocẽs ſũ, nec ſit inuenta in me iniquitas ait Chriſt⁹, nihilominus tamẽ (Propter verba labiorũ tuorũ, ego cuſtodiui vias duras). Aug. (Propter verba) inquã (labiorum tuorũ) hoc eſt, ꝑpter verba pacis tuę, vel ꝓphetarũ tuorum (Ego cuſtodiui vias duras. i. laborioſas paupertates. i. mortalitatis humanæ, atque paſſionis. Hu. car. Et vocat hic labia dei patris pacem, quã ſuis verbis promiſit dicens, creaui fructũ labiorũ, pacem vel labia vocat ꝓphetas, per quos pacem ipſam annunciauit. Hug. de ſan. vi. li. ſen. ca. xix. Vel (per vias duras) viã vult intelligi pœnitentiæ. Has enĩ vias illi non cuſtodiũt, qui in hac vita delectari querunt. Qui vero hic ſponte ſe humiliant, & affligũt, illi (Vias duras cuſtodiũt) Sed quis eſt qui deo dicere poteſt, (ꝑpter verba labiorũ tuorum ego cuſtodiui vias duras) Verba labiorum noſtrorũ, peccata noſtra ſunt. Verba labiorũ tuorũ, præcepta tua ſunt. Quiſquis itaq; pręteritorũ delictorũ conſcius ſponte per pœnitentiã ſe affligit, ille ꝑpter verba labiorũ ſuorũ vias duras cuſtodit. Qui aũt laborat ne præcepta dei tranſgrediat, ſed vt volũtatem eius impleat, ſuis voluntatibus vim facit, & ꝑpter verba labiorũ dei vias duras cuſtodit, ille ſoluit debitũ, iſte implet præceptũ, de⁹ enĩ homini præcipit ne cadat. Cũ autem ceciderit, iã nõ pręcipit, ſed monet vt ſurgat. Sequitur.

6 PErfice ✠ greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueãtur ✠ veſtigia mea.

Acceptabiles tibi ſint, & meritorij in poteſtate tua enĩ ſitum eſt, non in noſtra. Vel Caſſio. (Perfice) dicit. i. vſq; ad finẽ conſerua, vbi eſt meritoriũ, ac pręmij tota perfectio. (Greſſus meos) Idẽ per (greſſus) humanas ſignificat actiones, quib⁹ in hoc mũdo gradimur, & quaſi quibuſdã paſſibus ambulamus (in ſemitis) hoc eſt in mandatis (tuis) vbi reuera recta ſunt viæ, quas ſi deuoti ſequimur, ad cœleſtis patriæ munera ꝑuenim⁹. Hug. de. ſ. vi. vbi ſupra. ca. xx. Vel viæ ſunt dei præcepta leuia. Semitæ vero ſtrictiora mãdata, in via itaq; dei ambulat, qui ꝓximo ſuo malũ non facit, in ſemita qui etiã malũ inferentem diligit. Qui autẽ ambulare neſcit in ſæmita, ſæpe mouetur a via, quia ſæpe charitatẽ deſerere cogitur qui neſcit diligere, niſi eũ a quo amatur ſequitur. (vt nõ moueãtur veſtigia mea). Idẽ. Veſtigia dicũtur ſigna plantarũ, quę relinquimus tranſeũtes, per quę fideles apoſtolos congruenter accipim⁹, in quib⁹ poſt aſcenſionẽ glorioſam chriſtus religionis catholicæ ſigna dereliquit. Glo. Vel per (veſtigia, ideſt ſigna itineris mei, quæ ſacramẽtis, & ſcripturis apoſtolicis impreſſa ſunt, vt ea inuentur, & obſeruent qui me ſequi volunt. Caſſio. Eſt ergo ſenſus, cuſtodi me in mãdatis tuis, vt imitãtes me, minime moueantur a te.

EGo clamaui ✠ quoniam ‡ exaudiſti me deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Glo. Secunda pars, vbi Chriſtus petit, vt a Iudęorum inſidis ei⁹ puritas liberetur. Caſſio. (Ego clamaui) inq̃ (quoniam exaudiſti me) ille nanq; confidenter orauit, qui ſe audiri poſſe de cõſcientiæ puritate præſumpſit. Hiero. Et quia per fidem credidit, ꝑpterea cõfidenter dicit (ego clamaui) quoniã exaudiſti me deus inclina aurẽ tuam mihi. Gloſa. Ego clamaui, ex hoc ꝙ alias ſaluaſti me, habeo ſpem iterum exaudiri propter quod iterum clamaui deprecãdo dicens. (Inclina aurem tuam dixit) quia ad eum per ſe non valet humana infirmitas peruenire. Tunc enim exaudit, cum ſe benign⁹ inclinauerit. Hiero. Et tunc aurem inclinat, quando exaudire dignatur (Et exaudi verba mea) Auguſti. hoc eſt nõ deſerat exauditio tua hũanitatem meã.

8 MIrifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperãtes in te.

Hieronymus ad veritatem hebraicã hunc verſum ſic legit. Mirabilẽ fac miſericordiam tuã ſaluator ſperãtium a reſiſtentibus dexterę tuæ. Glo. Caſſio. Mira ſunt, quę noua ſunt, quæ ſcilicet Chriſtus in carne geſſit mirantib⁹ Iudæis. (Mirifica) inquam (miſericordias tuas.) Auguſt. Ne vileſcant, ne minus amentur. Hierony. Tunc autem mirificauit Chriſtus miſericordias ſuas, quando per ſanctos apoſtolos, & alios ſanctos ſuos infirmitates curabat (Qui ſaluos facis ſperantes in te.) Caſſiodor⁹. ſcilicet in æterna vita cõſtitues. Hug. car. In te autem dicit, non in ſe, mũdo. Qui enim ſperat in domino, ſubleuabitur.

A Reſiſtentibus dexteræ tuę cuſtodi me, vt pupillam oculi.

Caſſiodorus (dextera) patris eſt filius, cui tunc Iudæi repugnare niſi ſunt quando eum crucifigere, decreuerunt. Hieronymus. Vel (reſiſtẽtes dexteræ) ſunt dæmones, qui reſiſtunt deo. Iudęi Chriſto hæretici eccleſię. Hugo de ſancto Victore vbi ſupra. capitulo viceſimo primo. Illi nanque dexteræ dei reſiſtunt, qui vel male credendo, vel male viuendo Chriſto contradicunt & qui terrena amantes æterna bona quærere contennunt, ſed quo modo vult cuſtodiri audite (Vt pupillam oculi) Aug. Idem Hugo ibidem. Pupilla perparua eſt, tenera, & exigua, ſed tamen præcioſa, nam per eam dirigitur acies luminis, quo lux, & tenebræ diiudicantur, ſicut per Chriſti humanitatem diuinitas iudicij, diſcernens eſt, inter iuſtos, & peccatores. Hiero. vel per oculũ intelligitur corpus eccleſiæ, & per (pupillã) hũilitas chriſti, per cui⁹ exemplũ viuim⁹ & videm⁹. Caſ. Et dicit (pupilla) quaſi puſilla a paruitate ſui. hanc aũt petit cuſtodiri hoc modo.

10 SVb ✠ vmbra alarũ tuarũ ꝓtege me a facie ĩpiorũ q me afflixerũt

(Sub vmbra) inquam (alarum tuarum protege me) Hiero. Vmbra nanque duabus rebus conſtat, lumine ſcilicet, & corpore, per lumen diuinitatis, ꝑ corp⁹ hũanitas intelligit, vnde & marię dicitur. virt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi. (ſub vmbra iſta (ꝓtege me) vt nõ me rapiat miluus, & (ſub duab⁹ alis) teſtamẽtorum ideſt in ipſorũ doctrinis. Aug. Vel per

[Marginalia: Hieroni. / Gloſa / Eſa. 57 / Verba labiorũ nõ ſecretorũ labiorũ dei quid / ✠ Alia trã ad perficiẽdos dei ſuſſẽta. / ‡ Alias labentur / Auguſti. / Quid per ſemitas et vias dñi intelligamus / Gloſa. / Caſſio. / ‡ Alias exaudies me. / Gloſa / Hieroni. / Gloſa. / Hieroni. / Caſſio / Auguſti. / Caſſio. / Hugo / Reſiſtentes dextere dei q̃ / Caſſio. / Hiero. / Caſſio / ✠ alia li. in tegmine vmbrad tuo conſtat / Auguſti]

duas alias intelliguntur pietas, & miſericordia.
Caſſio. Caſſiodo. Quæ paternis ſunt protectionibus com
paratę. nam more auiũ charos filios ſuos alarum
extenſione cuſtodiunt. Hugo de ſancto vi. vbi ſu=
pra ca.xxij. Vel duæ alę ſunt miſericordia, & cha=
ritas, per miſericordiam nãque dominus peccato
„ res protegit, per charitatẽ vero, iuſtos dirigit (pro=
tege me, inquã. Grego. in mora. Iob li.xxxij. Sic
dominus nos paruulos ſub vmbra alarum ſuarũ
blanda protectione refouet, & dum ſuas in nos mi
ſericordias exercet, quaſi more ſuper nos auiũ alas
Hieroni. tendit (a facie impiorum, qui me afflixerunt). Hiero.
Per impios Iudæi deſignantur, qui Chriſtum cru
Caſſio. cifixerunt. Caſſio. Vel dæmones qui excitatũ po=
pulum Iudęorum in necẽ domini ardore pręcipi
tes compulerũt, facies em̃ ipſorum truculenta prę
ſentia fuit. Hu. car. Et opus eſt, vt me ꝓtegas Quia

11 INimici mei animam meam cir=
cundederunt, adipem ſuum con=
cluſerunt. os eorum locutum eſt ſuper=
biam,

„ Hug. car. (inimici mei. ſ. iudęi animã meam circũ
„ dederunt. Hierony. (Animã, dicit, non corpus, qa
diabolus in anima intrinſecus neſcit quid cogi=
tat homo, niſi per exteriores motus intelligat, &
in quo vnunquenq; delectari videt, diuerſas ſugge
„ ſtiones infertꝰ. Caſſiodo. Vel (inimici eius) Iudæi
(animam) ipſius, ideſt vitam temporalem (circun
„ dederũt) quãdo cum gladijs, & fuſtibus eũ inſano
rum turba circundedit (adipem ſuũ concluſerunt.
Adipem ſuum a ſimilitudine animaliũ, quę ex a=
dipe inflantur, id eſt ſuperbiam retinuerunt non
macri, ideſt, humiles. Vel adipem ſuũ. i. carnalem
ſenſum retinuerunt. vel ſceleribꝰ ſaginati, veram
intelligentiã perdiderunt, vnde reſtat ſuperba lo=
Hieroni. qui. Hiero. Quid per adipem, niſi malicia Iudæo=
rum deſignatur, quorũ cor incraſſatum erat, iuxta
illud quod de eis in cãtico deuteronomiũ ſcribiť.
Deut. 32 Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. (Os eorũ
Matth. locutum eſt ſuperbiã. Augu. dicendo, Aue rex Iu
xxvij. dæorum, & ſi filius dei eſt, deſcendat nunc de cru=
mar. xv ce, & credimus ei, & cætera talia. ſequitur.

12 PRoicientes me, nunc circundede
runt me, oculos ſuos ſtatuerũt de
clinare in terram.

¶ Praui coloni, qui prius ſeruos. i. prophetas in
vineam miſſos occiderunt, nunc me filium, & hę=
redem. Auguſt. Caſſio. Gloſa. (Proijcientes me) ex
Auguſti tra ciuitatem, quaſi locus de me macularetur, (nũc
„ circũdederunt me.) Auguſt. Caſſiodo. In cruce, nõ
Auguſti. obſequio, ſed furore, quaſi ad ſpectaculum. Caſſio.
Caſſio. Et ponitur hic præſens tempus pro futuro quod
apud propheras ſæpe noſcitur vſitatũ. (Oculos ſu
„ os ſtatuerunt declinare in terrã). Caſſio. Dicit cõ=
ſuetudinem perditorũ, qui terram reſpiciũt. quan
do in mala cogitatione voluuntur. Au. Iudęi nan
Auguſti. q; (oculos ſuos) ideſt intẽtionem cordis ſui (ſtatue
„ runt declinare) in iſta terrena putantes magnum
malum perpeti eum, qui occidebatur, & ſe nullũ
qui occidebãt. Hie. Vel hoc dicit, qa quãdo chriſtꝰ
Hieroni. paſſus eſt, oĩs terra tremuit, & ſidera obſcurata ſũt,
& petræ ſciſſæ ſunt, ſed iudæi oculos in terra ſta=
tuerunt, quia hominẽ ſolum æſtimauerũt, & diui

nitatẽ nõ intellexerũt. vel quia de terrenis actibꝰ
cogitabãt, & de cœleſtibꝰ nõ meditabãtur. Gloſa. Gloſa.
Timebãt em̃ ne perderent locũ, & gentes dicẽtes.
Si dimittimus eũ ſic, totus mundus ibit poſt eũ,
& venient Romani, & tollant locum noſtrum, &
gentem. Sequitur iterum.

SVſceperunt me ſicut leo paratus 13 ✠ alia li.
ad prędam, & ſicut catulus leonis In occul-
habitans in abditis ✠. tis

(Suſceperunt me) Caſſio. Iudæi. ſ. a Pilato quãdo
dixit eis. Tollite eũ, & ſecundũ legem veſtrã cruci „
figite (ſicut leo paratus ad prædã, & ſicut catulus „
leonis. Hiero. Nã ſicut leo paratus eſt ad prædam Hieroni.
ſic ſuſceperunt Iudęi Chriſtũ in paſſione. Leo nã
q; diabolus eſt. (Catulus) vero (leonis) filius eius
antichriſtus, vel filij eius iudæi. Aug. Caſſio. Qui= „ Auguſti.
bus dictum eſt, vos ex patre diabolo eſtis. Qui tã= ioh. 8
quam leo circuit quærens quem deuoret (habitãs pet. v
in abditis) Caſ. Hoc eſt ꝑmanens in inſidijs. Hie.
in eorum, ſcilicet cordibus quaſi leo in obſcuro. Hieroni.
Gloſ. Mos eſt enim malis vota tegere, vt latenter
poſſint perficere. Gloſa.

EXurge domine pręueni eũ, & ſup 14 tertia ps
planta ✠ eum, Eripe ‡ animã meã ✠ alia li.
ab impio, frameam ✳ tuam ab inimicis ſubuerte
manu ſtue, ‡ Alia li. gladium

Glo. Hæc eſt tertia pars in qua orat pro ſuis, & ad Gloſa.
uerſariorum retributioĩbꝰ. Hie. et eſt iſta vox chriſti Hieroni.
ad diuinitatẽ. (Exurge) inq̃ (dñe) Aug. Quã mali „
dormire arbitranť, & iniquitates hominũ non cu
curare. Caſ. (Exurge) inq̃ (vt cognoſcã te vigilare, „
d. i eorũ non ꝑmittũť iniquitates excreſcere. (præ „
ueni) eum. Gloſa. (periculum, ſed iudæorum prę
ueni.) aũt dicit vt ãte ſubuertãť q̃ peccata perficiãt
ad ſimilitudinẽ curreñ. (Et ſupplãta eũ. Glo. Ad
ſimilitudinẽ luctantis. i. inefficaces fac, & deijce „
eos, vt locũ & gentẽ ꝑdãt, ꝓ quibꝰ dñm crucifixe
rũt (eripe aĩam meã ab impio), Aug. Reſuſcitãdo Auguſti
me a morte quæ mihi ab impiis irrogata eſt. Glo. Gloſa.
vel (ab ĩpio). i. a diabolo. Hie. veniebat enĩ diabo=
lꝰ aliqd de ſuo requirere in xp̃o, ſed in eo nihil in
uenit, vt ip̃e dixit in euãgelio Venit priceps mũ= Joh. xiiii.
di huiꝰ & in me nõ habet quicq̃ (frameã tuã ab ini „
micis manꝰ tue). Aug. Caſ Hie. (framea) dei pa= „
tris aĩa xp̃i eſt, de qua facit iuſtã vindictã. Hugo. Hugo
de ſãcto. vi. ca. xxv. Quia dũ electos ſuos redimit,
quaſi quædam mẽbra a corpore diaboli predicit.
(Erue) inq̃ (eã) ab (inimicis manus tue) hoc eſt ab
inimicis virtutis tue, ab inimicis meis & quõ ſup „
plantari petit eos ſequitur.

DOmĩe a paucis de terra diuide ✠ 15 ✠ Alia
eos in vita eorum de abſconditis ita
tuis adimpletus eſt venter eorum. diſperti-

re eos.
Aug. (Dñe diuide eos). i. perde eos (de terra) quã in et ſup
habitãt, & (diſpertire eos) per orbẽ terrarũ, in iſta plãta eos
vita quã ſolã ſuã vitã putãt qui ęternã deſperant. i vita eo
Hugo cardinalis. (Vel diuide eos) a paucis id eſt, rum
ab electis, qui pauci ſunt reſpectu preciſorum, iux mat. xx
ta illud, Multi ſunt vocati, pauci vero electi de ter=
ra viuentium ſcilicet. Auguſti. vt non ſolum iſta Auguſti.
pœna eos conſequatur viſibilis. Hugo car. Et hoc Hugo

merito quia(de abſconditis tuis)ideſt de peccatis quæ tibi abſcondita ſunt,non quo ad cognitionẽ ſed quo ad approbationem(adimpletus eſt venter eorum)ideſt conſcientia,& memoria carnalis ſenſus eorū. Caſſiod. Gloſa(vel de abſconditis tuis)id eſt de lege veteris teſtamenti,& de miraculis Chriſti(venter)ideſt carnalis ſenſus(impletus eſt)quia omnia carnaliter intellexerunt,non ſolum autem impletus eſt venter eorum de abſcõditis tuis. Sed etiam.

xvi. ✠ alia li. porcina ‡ Alia. li. dimiſerūt

SAturati ſunt filijs ✠, & dimiſerūt ‡reliquias ſuas paruulis ſuis.

Hieronym⁹.(Saturati ſunt). Iudęi(filijs)quia multiplicati ſunt in procreatione filiorum,& in reb⁹ ſeculi. Hugo cardinalis. vel(ſaturati ſunt filijs)id eſt,malis operibus,vnde alia litera habet(ſaturati ſunt porcina)quæ immundiciã deſignat. Caſſio. [Caſſio.] O iniquitas execrãda,audiebat ſenſus eorum mãdata dei,& illi ſaturabantur ſordibus peccatorum Porcina eñ ad polluta reſpicit, quæ in veteri teſtamento immunda reputabatur(& dimiſerunt reliquias paruulis ſuis. Hieronym⁹ Aug. Caſſiodo. [Auguſti.] Glo. Quoniam dixerunt. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. filij eñ eorũ ſunt reliquiæ ipſorum. Sequitur. [Mat xxv.]

17 Alia lit. manifeſtabitur.

EGo autem in iuſtitia apparebo in conſpectu tuo. Satiabor cum apparuerit ✠ gloria tua.

Caſſiodorus. Superi⁹ dixit Iudæos ſaturari porcina,id eſt,de immundicia ſua, hic autem dicit ſe ſatiari de humani generis credulitate ſuſcepta,quãdo numerus ſanctorum beata adunatione ſupplẽdus eſt(ego autem)inquã(in iuſtitia apparebo in conſpectu tuo.)Lyra. In præſenti per gratiã,& in futuro per gloriam.& ideo(Satiabor cum apparuerit gloria tua.)Auguſt. [Auguſti.] Cũ illi ſaturati ſunt immũditia ſua,vt me itelligere nõ poſſint(ego ſatiabor) dum manifeſtabitur gloria tua in his, qui me intelligunt. Caſſiodo. [Caſſio.] Patris autẽ gloria manifeſtabitur in iudicio domini ſaluatoris quãdo vnuſquiſque recipiet pro actibus ſuis.

Pſalmus ſeptimuſdecimus.

Titulus.

In finem puero, vel ſeruo domini Dauid, q̃ locutus domino verba cãtici huius, in die qua eripuit eum dominus, de manu omniũ inimicorum eius. Et de manu Saul.

Lyra. Sicut pręcedẽs pſ. eſt oratio Dauid, vt liberaretũ a pſecutionib⁹ inimicorum ſuorum, ita iſte pſ eſt gratiarum actio pro liberatione iã adepta.

Et dicit Hieronymus. [Hieroni.] Totus iſte pſalmus ſub perſona Dauid, ad chriſtum pertinet. Dauid enim chriſti tipum tenet qui eſt manu fortis de cuius ſcientię eſt noſter Dauid qui eſt chriſtus vnde dicitur.(puero domini)hoc eſt dei patris,de quo propheta. Puer natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis(Que locutus eſt domino verba cantici huius)Dauid ſecundum hiſtoriam cantauit iſtum pſalmum cum perſeq̃retur ab inimicis,et chriſtus q eſt caput noſtrum ad patrem illum cantauit in paſſione.(In die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorũ eius,et de manu Saul)Eripuit enim Dauid de manu Saul,et chriſtũ in paſſiõe de manu iudęorum. Glo. [Ouia] Caſſiodo. Attende regulam vnitatis capitis, et corporis id eſt chriſti et eccleſię quaſi enim vna perſona eſt caput et corpus,ideoq; vna voce vtitur,licet quę dicuntur ad diuerſos referantur. Quędam enim ſoli capiti conueniunt, Quędam ſolis membris. Item quędam capiti, et membris. Quędã pręteritis. Quędã pręſentibus. Quędã futuris. Item quædam perfectis, et quædam imperfectis. Et tamen in tanta diuerſitate vna vox eſt, ſicut duo ſũt in carne vna, Et eſt intẽtio prophetę monere nos ad gratiarum actiones pro liberatiõe noſtra. Glo. [Conueniunt que capiti & mẽbris] Hugo cardinalis. Et diuiditur in quatuor partes. [Diuiſio.] In prima de liberatione gratias agit. In ſecunda agit de cladibus humani generis ante primum aduẽtum domini ibi:(Circundederũt) In tertia chriſtus agit de virtute ac potentia ſua. ibi(deus q precinxit me) In quarta eccleſia læta munera dei laudat, Ibi, viuit dominus).

1 Pſ. xvii ✠ alia li. Hiero. Et dixit diligã te dñe etiã qd omiſerit lx.

D✠ Iligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugiũ meum, & liberator meus.

Hugo de ſancto victo. lib. ſenten. capi. viceſimoſexto. Humanitas Chriſti in reſurrectione loquitur, cũ dicit, (diligam te domine) in periculis nãq; timor, poſt pericula amor. Hug. car (diligam te)inquã (domine)Non dicit diligo,ſed vt notet perſeuerantiam. Caſſio. [Caſſio.] Ille autẽ diligit dominũ, qui mandatis ei⁹ deuotus, obtemperat. iuxta illud, Qui audit verba mea, & facit ea, hic eſt qui diligit me. [Io. xiiij.] diligo enim dicit, quaſi de omnib⁹ eligo. Hugo car. Cauſas aũt quare diligendus ſit, ſubiungit, cũ dicit(Fortitudo mea domin⁹, firmamentũ meum, & refugiũ meũ, & liberator meus.) Caſſio. [Caſſio. Duedaz nota dei] Liberatus nãq; ab hoſtib⁹ ſuis, recte dñm confitetur ſuam eſſe virtutem, quo donante factũ eſt, vt inimicis ſuis fortior appareret. Singulis autem diuerſiſq; verbis prædicãdo declarat quid ſit dominus, modo virtus, modo firmamentum, modo refugium, modo liberator, modo adiutor, modo protector, modo cornu ſalutis. vnde ſequitur.

2 ✠ alia li. petra mea Auguſti.

2 **D**Eus meus adiutor meus, et ſperabo in eum.

Hiero.(De⁹ meus)qui me creaſti(adiutor meus)in neceſſitatib⁹. Aug. Glo. qui prius adiutoriũ vocationis mihi gratis præſtitiſti, vt poſſim ſpare in te Caſſio. De futuro aũt fiducialiter ſperare ſe dicit, q eũ in præteritis ſenſerat adiutorem, proprer qd dicit(& ſpabo in eũ). Hu. de ſan. vi. vbi ſupra. Vel (de⁹ me⁹)quia per fidẽ illuminat(adiutor me⁹)q̃a ad bene opandũ adiuuat(& ſperabo in eũ) q̃a cor ad amorem ſuũ inflammat.

3 ✠ alia li. ſcutum ✠ alia li. adiutor

PR✠otector meus et cornu ſalutis meę, et ſuſceptor ✠ meus

Aug. q̃a nõ de me præſumpſi quaſi erigẽs aduerſũ te cornu ſupbiæ, ad teipm cornu, hoc eſt firmã celſitudinẽ ſalutis iueni, qd vt inuenirẽ ſuſcepiſti me Caſ. Qd eñ di. (Protector) ptinet ad cuſtodiendũ cornu vero, ſalutis ad inimicos diſſipandum. Cornua enim ſunt arma beluarum, quibus ſalutem ſuã ſolerti concertatione defendũt(Et ſuſceptor me⁹,

Glo. per gratiã. Hierony. Suſceptus eſt enim Chriſtus a patre pro humanitate.

4 ✠ Alia lra laudatum. L✠Audans inuocabo dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero.

Augu. Non meã gloriã, ſed domini quærens. Laudans inuocabo eũ, & non erit vnde mihi noceant impietatis errores. Caſſiodorus. Poſt virtutes nãq; peractas nulla ſe elatione iactauit, ſed quia erat rerum ipſarum hilaritate gaudendum (laudans) ſe dicit inuocare dominum, & ipſi vniuerſa tribuere, qui dignatus eſt vniuerſa præſtare, & ideo ſe dicit ab inimicis ſaluum faciendum, quia victoriam ſuam non ſibi videbatur applicaſſe, ſed domino. Glo. Et quaſi quis diceret, mirum eſt quare hoc dicis. quid enim tibi eſt, reſpondet ecce, quid.

Gloſa 5 ſcda ps. ✠ Alia lra Funes ✠ Alias diaboli. t ruerũt. CIrcundederũt me dolores ✠ mortis, & torrentes ✠ iniqtatis, conturbauerunt me.

Gloſa. Hic ponitur ſaluandi neceſſitas, cum dicit Circundederunt me. Etiã nã in tribulatione quæ facta eſt ſub Stephano Actuũ octauo, & nono, fideles ad mortis ſupplicia trahebantur. Caſſiodorus. Merito ſe circundatum doloribus aſſerebat, quia dum eſſet ſuperſtitionũ innumera multitudo, fideliũ erat rara deuotio (Circundederunt inquam (me dolores) Idem Glo. non de rebus mũdi, de iactura facultatis, aut de re alia huiuſcemodi, ſed (dolores mortis) id eſt diaboli, qui a reuera erat mors vbi diaboli poſſe regnabat (et torrentes iniquitatis conturbauerunt me) Hiero. Torrens dicitur qui non de fonte, neq; de viua aqua, ſed a pluuijs, vel de montibus in valles deſcendit, et in mare vadit. Quid autem per torrentes, niſi vniuerſas gentes ſignificat quę per mortem carnis in mare iſtud deſcendunt, vnde ſcriptum eſt. Generatio vadit, et generatio venit. vel (torrẽtes) turbę ſunt iniquorum qui ſicut torrẽtes in hyeme intumeſcũt, protinus defluentes. Augu. Turbæ itaq; iniquæ, ad tempus commotę veluti flumina pluuialia cito deſitura egerunt vt conturbarent me.

6 ✠ Alia lra pueuerunt. DOlores inferni circundederunt me, præoccupauerunt ✠ me laquei mortis.

Augu. In his enim qui me circũdederũt vt perderent erant dolores inuidentię qui mortem operantur, perducuntq; ad infernum peccati. Caſſiodo. (Dolores) inquam (inferni circundederunt me) de paganis hoc dicit, qui erunt dolores inferni, quia in inferno debito dolore torquendi ſunt (Præoccupauerunt me laquei mortis.) Idem ideſt originalis peccati, qui nos antequam naſcamur, ab ipſo conceptu reddit obnoxios. Vnde & propheta in quinquageſimo pſalmo dicturus eſt. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. Vir itaque iuſtus merito ſe pręuentum dicebat, qui reatum ſuũ anteceſſiſſe cognouerat. Hugo de ſancto Victore, vbi ſupra capi. vigeſimoſeptimo. Vl' ſic (dolores inquam mortis) ſunt paſſibilitas & mortalitas, torrentes iniquitatis huius mundi vanitas (dolores inferni) pœna æterna (laquei mortis) originalis culpa dolores mortis, & dolores inferni circundederunt (quia illos homo ante Chriſtum euadere non potuit (torrentes iniquitatis conturbauerunt) quia huius mundi vanitas ad actualia peccata hominem impulit. (Laquei mortis (prçoccupauerunt, quia antequam homo actualiter peccatum perpetrare potuit, culpa originalis in eo fuit.

IN tribulatione ✠ mea inuocaui dominum, & ad deum meum clamaui. 7 ✠ alia lra in pſſura.

Caſſiodorus, Inter mala multa quæ dixerat, vnum, & ſingulare profitetur eſſe remedium inuocare, ſcilicet dominum in tribulationibus ſuis, (in tribulatione) inquam mea, id eſt in hac tanta neceſſitate (Inuocaui dominum.) Caſſiodor⁹. Totis enim Viribus petitur quod tempore neceſſitatis optatur, & vide quia cum prius dixiſſet (Inuocaui dominum) ne putares alienum, ſubiunxit, & (ad deum meũ clamaui) Idẽ. Clamare autẽ, plus eſt, q̃ inuocare. Vnde accenſus animus ad orationem proſilijt auidius in clamorem (clamaui, inquam, ſed non fruſtra. vnde ſequitur.

ET exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius 8

Auguſtinus. Hieronymus. (Et exaudiuit de templo ſancto ſuo (hoc eſt de corde meo in quo habitat (vocem meam) Hieronymus. Corpus enim dominicũ templum eſt, in quo exaudita eſt humanitas a diuinitate. Caſſiodorus. Vel (de templo) hoc eſt de cælo, ſiue de corpore domini, quod propheta venturum eſſe pręuidebat exauditam dicit vocem ſuam, quam pro eius aduentu iugiter offerebat, (& clamor meus). Auguſtinus, quẽ non in auribus hominum, ſed coram ipſo intus habeo (introiuit in aures eius. Gloſa. in aures, videlicet potentiæ, & clementiæ ſuę. Caſſiodorus Vel (clamor) iſte cauſæ iuſtitia erat quæ ad deum intrare poterat, quia promundi cladibus ſupplicabat. ſequit.

9 COmmota eſt et contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt et commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.

Hugo cardinalis. Oſtenſis, & determinatis cladibus humani generis, & propter illas exauditus eſt, ſubiungit de incarnatione, ſed prius dicit de illis quę facta ſunt in illo aduentu, videlicet de prædicatione, & effectu prædicationis. Primus eſt commotio in mente per timorem, de quo dicit. (Commota eſt) ſcilicet. Idem ideſt terrena corda hominum. Glo. Commota, inq̃ (ſunt interius p pœnitentiam. Aug. Nam clarificato filio hominis commoti ſunt, & contremuerunt peccatores. Hug. cardina. Secund⁹, effectus eſt tremor exterior in corpore. vnde ſubditur. (Et contremuit terra). Caſſio. In quo attende ordinẽ, pri⁹ eñ dicit motã inde tremefactam, dignum eñ fuit in præſentia iudicis contremiſcere peccatores. Hugo cardinalis. Tertius effectus eſt annichilatio amoris mundi. (Fundamenta) inquam (montium conturbata ſunt.) Caſſiodorus. (Fundamenta montium ſunt præſumptiones ſuperborum, diuitiæ, honores, cęteraque humana, quibus illi detenti, ve

lut fundamentis conſtantibus innituntur. Sequitur(Quoniam iratus eſt eis)Caſſio. In quo ſubiungit cauſam quare(cõmota ſunt fundaméta quoniam)inquam,(iratus eſt eis) deus ſcilicet. Hugo car. Iram futuri iudicij prædicando.

10 ASceđit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarſit + carbones ſuccenſi ſunt ab eo,

exardeſcit

Augu. Gloſa.(Aſcendit fumus) id eſt lachrymoſa deprecatio pœnitentium(in ira eius) cum ſcilicet cognouiſſent quid minetur deus impijs. Caſſiod. (Fumus autem hic in bono ſumitur, quia ſicut iſte terrenus inutiles lachrymas mouet, ita & ille pœnitentiæ calore ſuccẽſus fructuoſe profundit fluẽta lachrymarum. Hierony. Ex duabus nanque rebus fit fumus, ex igne .ſ. & aqua. per fumũ itaque lachrymæ excitãtur, quia per ignẽ compũctio cordis intelligitur, & ꝑ lachrymas vero aqua, &(ignis a facie eius exarſit. Auguſtin⁹. Hoc eſt flagrãtia charitatis poſt pœnitentiam de notitia eius in ardeſcit. Caſſiodo. Ignis enim iſte eſt charitas dei virtutũ progreſſionibus creſcens, & bene dicit(a facie eius(quoniam ipſius illuminatiõe charitas conceditur eis, qui peccata relinquũt.(Carbones ſuccenſi ſunt ab eo.)Aug. Caſſiodo. Carbones ſuccenſos peccatores dicit, qui iam mortui erant, & deſerti ab igne boni deſiderij, ac luce iuſtitię, & frigidi tenebroſiq; remanſerant, rurſus autem accenſi, & illuminati reuixerunt. Sed quare hoc. Quia

Auguſti. Caſſio. Hieroni Auguſti Caſſio. Auguſti

11 INclinauit cœlos, & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius.

Gloſa. Quomodo eñ hæc omnia quæ dicta ſunt, facta ſunt quæri poſſet(inclinauit)inquã, cœlos, & deſcendit. Hierony. Cœli ſunt angeli, qui inclinati ſunt quando Gabriel ad Mariam venit(& deſcẽdit)Chriſtus dum venit ad nos carne velatus(& caligo ſub pedibus eius). Augu. Terra eñ ei⁹ ſub pedibus eius, tanquã ſcabellum pedum eius: vnde impij qui terrena ſapiunt caligine malicię ſuę non eum cognouerunt. Grego. in mora. Iob. lib. xvij. (caligo) nanque(ſub pedibus eius) eſt qa nõ ea claritate ab inferioribus cernitur, qua ſuperiorib⁹ dominatur. Caſſiodo. Vel(caligo)ideſt diabolus qui hominum mentes obnubilat, dum veritatis ſplẽdorem non facit, videre quos poſſidet(ſub pedib⁹ eius)Hugo. car. ideſt ſub poteſtate Chriſti, qui per humilitatem incarnationis, & paſſionis de ipſo triumphauit.

Gloſa. Hieroni. Auguſti.

12 ET aſcendit ſuper + cherubim, & volauit, volauit ſup pennas vẽtorũ

+ alia lr. Super cherub

Hieronym⁹. Auguſt. Caſſiodo. Gloſa.(Et aſcendit ſuper cherubim. Cherubim interpretatur plenitudo ſcientię, quę eſt charitas iuxta illud Plenitudo legis eſt dilectio, ſuper quã aſcendit Chriſt⁹ cũ animam ſuã dedit pro amicis ſuis. Grego. vbi ſupra. vel (aſcendit ſuper cherubim) quia maieſtatis ſuæ celſitudinem nulla ſcientia comprehendit. Idem ſuper Ezechielem omel. prima. Quãtalibet eñ plenitudine ſcientiæ vita hominum fulgeat, apprehendere tamen non valet. Quomodo factũ ſit, vt qui exiſtit ante ſæcula auctor hominum naſceretur homo in fine ſæculorum deus caro eſſet

Rom 13 ioh 1

verbum infans fieret. Caſſiodorus. Vel(aſcendit ſuper Cherubim)quando videntibus apoſtolis, cœlorum regna conſcendit(& volauit ſuper pennas ventorum)Caſſiodorus. Hæc repetitio celeritatem nimiam decenter oſtendit. Hieronymus. Velocior enim eſt ventus omnibus creaturis, & dominus velocior eſt vento, quia penetrat vſque ad fines terrę. Caſſiodorus. Quid enim dici poteſt velocius eo qui mox vt natus eſt in alia mundi parte conſpectus eſt, quando ipſo in cunabulis iacente, magis eum ſtellæ claritas nunciauit. Hieronym⁹. Vel per ventum animam ſignificare voluit, quæ inuiſibilis eſt ſicut ventus, & corpus mouet ſicut ventus vt ſit ſenſus (Volauit ſuper pennas ventorum)hoc eſt ſuper virtutes animarum ſanctarum. Gregorius vbi ſupra(Volauit) ergo qui longe in altum ab intellectu noſtro ſe rapuit(volauit ſuper pennas ventorum, quia ſcientiam tranſcendit animarum, quæ vento cõparantur præ velocitate cogitationis earum.

Caſſio. Hieroni Caſſio. Hieroni ma t. 2

ET poſuit tenebras latibulum ſuũ, in circuitu tabernaculum eius, tenebroſa aqua in nubibus aeris.

Lyra poſuit tenebras latibulum ſuum, hoc intelligit ſecundum literam de nube exiſtente inter exercitum ægyptiorum, & filijs iſrael ſuper mare rubrum, quę obſcuriſſima ægyptus apparebat, ita vtnon poſſent accedere ad filios iſrael. In illa eñ erat angelus domini, Exodi decimo quarto. 13

¶ Caſſiodorus(Poſuit inquã)tenebras latibulum ſuum)hoc eſt incarnatiõis eius miſterium, vt qui in natura deitatis ſuę videri non poterat, incarnationis velamine humanis cõſpectibus redemptor pijſſimus appareret, ſi enĩ nuda deitate veniſſet, non cœlum, non terra, non mare, non vlla creatura eum ſuſtinere potuiſſet, quem illeſa virginis viſcera portauerunt. Gloſa. Vel poſuit tenebras latibulum ſuum, ideſt, obſcuritatem ſacramentorum, in quibus latet. Latuit eñ diuinitas in carne, latet remiſſio peccatorum in baptiſmo. Latet Chriſtus in altari ſub ſacramento. Sequitur in circuitu ei⁹ tabernaculum eius. Hieronymus. Eſt eñ Chriſt⁹ in materia quaſi ſponſus, in thalamo, & corpus mariæ quaſi tabernaculum, Caſſiodorus. Vel cum dicit(in circuitu)proximitatem ſignat tabernaculi, ideſt dignitatem beatorum, vt in cœlo iuxta ipſũ habitent, qui in eius eccleſia fideliter perſeuerant ille enim circuit ac penetrat omnia, nec circundatur ab aliquo, quia loco inamplexibilis eſt, nec poteſt ab hominibus nunc per ſpeciem apprehendi, & quare quia (tenebroſa aqua in nubib⁹ aeris.) Hieronymus. Nubes nãque prophetę ſunt. Aqua vero doctrina eorum, quę tenebroſa dicitur, quia obſcurę ſunt ſcripturę ipſorum, quæ ſicut nubes pluuiam portant, & terram aridam, hoc eſt corda credentium arida per eorum doctrinã irrigant. Gloſ. & Hugo cardinalis(tenebroſa aqua)ideſt obſcura doctrina (in nubibus aeris)hoc eſt in ꝓphetis, & eorum ſcripturis.

Caſſio. Gloſa. Hieroni.

PRæ fulgore in conſpectu eius, nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis 14

Caſſio. Caſſiodorus.(Prę fulgore) vna pars orationis eſt nominatiui pluralis & reſpōdet ad nubes(Nubes) autem prędicatores diuini verbi intelligendi ſūt, & eſt ſenſus ille,nubes quę dei aquam continent, id eſt eloquia diuina, ſicut in hoc aere tenebroſę, hoc eſt obſcurę videntur, ita in conſpectu dei prę fulgorę pręlucide ſunt, vbi ſemper veritas patet. Nec propoſitionibus exquiritur, nec parabolis tegitur quod manifeſta luce declaratur. Iſtę ergo(nubes) id eſt predicatores tranſierunt ad gentes, ſcillicet relicto iſraelitico populo,tranſierunt pariter cum nubibus(grando & carbones ignis). Idē,

Caſſio. Caſſiodorus (in grandine) verbera & obiurgationes, quibus Iudęorum corda duriſſima tundebātur (in igne)charitatis aſcenſio oſtenditur,quibus fidelium corda mouentur ad cognoſcendum deū hęc omnia vt dicimus(in nubibus) id eſt in prędicatoribus ad gentes tranſierunt.

Grego. Gregori⁹ in mora. Iob lib.vxj(Tranſierunt) inq̄(quia predicatores ſancti vniuerſa mūdi ſpacia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando & carbones ignis vacati ſunt,quia & per correctionem feriunt & per flammam charitatis accedunt.

15 ✠ Alia lr̃a grandinem.

ET intonuit de cœlo dominus,altiſſimus dedit vocem ſuam ✠ grādo & carbones ignis,

Caſſio. Ioh.12. ¶Caſſiodorus.Glo.(Intonuit de cœlo domin⁹) ad literam.Ait enim in euangelio vox omnipotentis patris,& clarificaui & iterū clarificabo, vnde multi ſicut ibi legitur tonitruū fuiſſe crediderunt(altiſſimus autem dedit vocem ſuam)quando

Mat 5. Hieroni. dictum eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hieronymus. Vel per ſanctos ſuos intonuit quādo de cœlo per iuſtorum corda euangelizauit(& altiſſimus dedit vocē ſuam)quando per euangeliſtas & prædicatores malitiam humanam diſperdidit.Ex quibus proceſſerunt(grādo & carbones ignis)quod vt ſupra exponit.

Hugo. Hugo card. Et repetitur hic ad maiorē cōfirmationē.

16 ✠ Alia lr̃a diſperdidit. ‡ Alia lr̃a coruſcationes

ET miſit ſagittas ſuas & diſſipauit ✠ eos fulgura ‡ multiplicauit & conturbauit eos,

¶Auguſt Caſſiodo.(Et miſit ſagittas ſuas)hoc eſt euangeliſtas pennis virtutum recta itinera tranſuolantes non ſuis,ſed eius a quo miſſi ſunt virib⁹

Hieroni. ps.76. Auguſti. Hiero.Quorum verba ſunt ſagittę de quibus ſcriptum eſt etenim ſagittæ tuæ tranſeunt vox tonitrui tui in rota(& diſſipauit eos).Augu.Caſſiodo. Illos ſcilicet ad quos miſſi ſunt fideles recipiēdo,

2.cor.2. impios abijciēdo,iuxta illud dictū apoſtoli. Alijs ſimus odor vitæ in vitā,alijs odor mortis in mortem(fulgura multiplicauit)Hiero.Augu.Caſſiod. id eſt miracula multa fecit quę ſic corda credētiū permouerūt,quemadmodum crebra ſolent fulgura viſa terrere,

Hieroni. Hiero.Per illa nanq; miracula compuncti ſunt illi,qui dixerunt ad petrum. Quid faciemus viri,

actuū.2. & ille.pœnitentiā inquit agitæ,& baptizetur vnuſquiſque veſtrum(& conturbauit eos)

Hugo: Caſſio. Hugo cardin.reprobos ſcilicet ad iram electos ad pœnitentiam.Caſſio.vel de his dicit,qui tunc cōturbati ſunt,quando eum reſurrexiſſe manifeſtis probationibus agnouerunt.

ET apparuerūt ✠ fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum, 17 ✠ Alia lr̃a effuſionem.

Auguſti ¶Auguſtinus.Caſſio.(Et apparuerunt)inq̄(fontes aquarum)id eſt veritas prædicantium,qui fontes ęternæ vitæ ſanctitatis ſuę ore fundebāt,& qui facti ſunt fontes aquarum ſalientiū in vitam æternam. Hiero.vel (fontes aquarum)ſunt illi qui per baptiſmi ſacramentum facti ſunt de peccatoribus fons aquę viuę ſalientis(& reuelata ſunt fondamēta orbis terrarum.)

Hieroni. Hierony.Augu.Caſſio.reuelati nanq; ſunt prophetę & apoſtoli qui non intelligebantur,ſuper quos omnium fundamenta eccleſiarum locantur dum eccleſia de toto orbe colligitur.

Gloſa. Gloſa.Et bene ait reuelata,chriſto enim veniēte patuit quod diuinū tegebat eloquium, hinc eſt ꝙ in die paſſionis illa ſacra deteguntur,quæ priori tempore tecta fuerant.

AB increpatione tua domine, ab inſpiratione ſpiritus irę tue. 18

Hugo: ¶Hugo cardina.Et tanq̄ quis forte quæreret quomodo hæc omnia facta ſunt, ecce(Ab increpatiōe tua domine)

Hieroni. Ioh.8. Hierony.Cum diceres.Niſi vos filius liberauerit,moriemini in peccatis veſtris.Auguſt. vel(ab increpatione)tui clamantis appropinquabit ſuper vos regnū dei(& ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ)Auguſti.dicentis.Niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul moriemini.

Luc.13. Hugo. Hugo cardin.vnde quod dicit(Spiritus iræ tuæ)id eſt tui ſancti ſpirit⁹ inſpirantis,& docentis iram tuam futuram.

MIſit de ſummo & accepit me,& aſſumpſit me de aquis ✠ multis. 19 hec apud hebreos futura ſunt. ✠ Alia lr̃a de multitudine aq̄rum.

¶Caſſiodorus.(miſit)vtiq; pater dominum ſaluatorem(de ſummo)id eſt de cœlo vt intelligant homines,quia quod de ſummo venit diuina poteſtate gloriatur(& accepit me)Idem.hoc dicit eccleſia quæ ſponſo chriſto iuncta lętatur, tanq̄ ex gentibus in hęreditatē locata(Et aſſumpſit me de aquis multis).

Hieroni. apo.17. Caſſio. Hieronymus.Auguſtinus.id eſt de multitudine populi eccleſia collecta eſt. Aquę em̄ multę populi multi.Caſſiodorus.vel hoc dicit de fontibus ſacris,quādo eccleſia catholica multitudinē filiorum baptiſmatis regeneratione cōquirit.Hugo cardinalis.Vel de aquis multis id eſt de tribulationibus multis aſſumpſit me ad regnum: iuxta illud. Per tribulationes multas,oportet nos intrare regnum dei,

Act.14:

ERipuit me de inimicis meis fortiſſimis,& ab his qui oderunt me,quoniam ✠ confortati ſunt ſuper me. 20 ✠ Alia lr̃a robuſtiores erant.

Auguſti. ¶Augu.Glo.Hugo card. Id eſt a vitijs,vel a mūdo,carne,diabolo,quę ſuper omnes inimicos plus nocent.Et(eripuit me de inimicis meis) qui præualuerunt ad affligendam, & peruertandam iſtam temporalem vitam meam.

Hieroni. Hieroñ. Vel deus pater (eripuit)chriſtum a iudęis,& eccleſiam ab hæreticis.(Et ab his qui oderunt me.)Glo.Id eſt ab exterioribus inimicis,hominibus ſcilicet, & demonibus,quod neceſſe eſt,(quoniam confortati ſunt ſuper me.)

Gloſa. Caſſio. Glo.Olim ſcilicet quando ſub ipſis ignoabam deum.Caſſiodorus.Tunc enim eccleſia cre

ſcere meruit, qn̄ eam data deſuper poteſtate inimi
Hugo. cus afflixit. Hugo cardinalis. Iuxta illud. Inunda
uerunt aquę & eleuauerunt archam in ſublime.

21 ✠ Alia litera firmamentum. PReuenerunt me in die afflictio-
nis meę, & factus eſt dominus ꝓ
tector ✠ meus.

Caſſio. ¶ Caſſiodorus. (Pręuenerunt me) inq̄ pſeudo ſcil
licet apoſtoli qui pręuenerunt pręedicatores chri-
Gloſa. ſti conantes ſubuertere corda ſimplicium. Gloſa.
» (Pręuenerunt) inq̄ ad ſimilitudinem currentium,
» quia priores michi nocuerūt. (In die afflictionis)
Id eſt in tempore carnis, quo ſcilicet mortale & la
Caſſio. borioſum corpus gero. Caſſio. Vel quando marty
» ria celebrabātur. (Et factus eſt dominus protector
Gloſa. meus.) Glo. Contra miſerias & voluptates. Caſſio
do. Et ideo deus protector, quia homo extitit im-
pugnator.

22 ✱ Alia litera prouenit ‡ Alia litera eruit me. ✳ placuit ei. ET eduxit ✠ me in latitudinem, ſal
uum ‡ me fecit quoniā ✳ voluit me
¶ Caſſiodorus. Producta eſt eccleſia in latitudi
nem quando per ſęuitiam perſecutorum numerū
ei conſtat creuiſſe fidelium. Auguſtinus. Vel quia
carnales patiebar anguſtias (eduxit me) dominus
in ſpititualem (latitudinem (fidei. Gloſa. Vt ne di-
» lataret merito & numero. (Saluum me fecit, quo-
niam voluit me.) Auguſtin⁹. (Eruit me, quoniam
Caſſio. voluit me) antequā ego illum vellem. Caſſidorus.
Ipſe enim gratis vocat vniuerſos, nec prius bene-
ficium accipit quam præſtare dignetur, ſicut ipſe
Iohā. 15. in euangelio dicit. Non vos me elegiſtis ſed ego
elegi vos.

23 ✠ Alia litera innocentiam. ET retribuet mihi dominus ſecun
dum iuſticiam meam & ſecun-
dum puritatem ✠ manuum mearum re-
tribuet mihi,
¶ Auguſtinus. (Et retribuet mihi dominus ſecun
Auguſti. dum iuſtitiam) bonæ volūtatis qui prior pręebuit
» miſericordiam antequā haberem bonam volunta-
Hugo. tem. Hugo cardi. Iuſtitia enim eſt rectitudo volū
» tatis. (Et ſecundum puritatem manuum mearum
Caſſio. retribuet mihi.) Caſſio. Per innocentiam ſeu puri
tatem manuū opera vult ſignificare pietatis, quā
diuino munere ſanctorū virtus exercet. Quod au-
» tem dicit (retribuet) hoc dicit. Non quia ſuis meri-
tis humilis applicabat, ſed quia pręmiſſis benefi-
Hugo. ciis domini iam deberi poſſe pręmium cōfidebat
Hugo cardi. Ad maiorem autem cōfirmationem
repetitur retribuet, quia vtrunq; remunerabitur a
domino, & puritas innocentię qua declinatur ma
lum, & exercitium iuſtitiæ qua fit bonum. Sed
quare hoc ſequitur.

24 QVia cuſtodiui vias domini, nec
impie geſſi a deo meo,
Hieroni. Vie domini qd. ¶ Hierony. (Cuſtodiui vias domini) id eſt ſua mā-
data. Caſſio. Viæ enim domini ſunt dilectio dei, &
charitas proximi, quas conſtat eos ſtudioſiſſimæ
cuſtodire qui nolunt dn̄i mandata deſerere. (Nec
Caſſio. » impie geſſi a deo meo.) Caſſio. Impietatis nanq;
verbo notati ſunt, qui iuſſa domini declinare pręe-
» ſumunt. Hiero. (Vel nō impie geſſi) vt ad idolū cō
uerterer, & vere non geſſi impie, Sed quare, ſequit,

QVoniam omnia iudicia eius in cō 25 ✠ Alia litera ſunt ſemper.
ſpectu meo, ✠ & iuſtitias eius nō Quatuor iudicia dei.
repuli a me.
¶ Hieron̄. Auguſti. Quatuor ſunt iudicia dei, duo
de præſenti, & duo de futuro. In pręſenti proſperi
tas malorum, & tribulatio ſanctorum. In futuro
remuneratio ſanctorum, & condemnatio peccato-
rum. Quæ omnia perſeuerandi contēplatione con
ſiderat. Caſſio. Et hæc ſunt cauſę quare vias domi- Caſſio.
ni cuſtodierit, aut impie non geſſerit, ſicut ſuperi⁹
poſuit. (Et iuſtitias eius non repuli a me). Auguſt. »
Caſſiodorus. Quod faciunt deficientes ſub ſarcina Caſſio.
earum fragilitate carnis ſuperati, qui longa obſer-
uatione deficientes, ęquitatem interdum deferūt
quam ceperant cuſtodire, & reuertuntur ad vomi
tum ſuum.

ET ero immaculatus cū eo, & ob- 26
ſeruabo me ab iniquitate mea,
¶ Glo. Quaſi dicens ita olim vixi & ſicut cepi ita Gloſa.
(& ero immaculatus cum eo). Hieronim⁹. Hoc eſt »
pſeuerabo in illa innocentia, in qua locatus ſum. (
Et obſer. me ab iniquita. mea). Hieronimus Id eſt
non cōuertar ad illam iniquitatem vbi prius fui. Hieroni.
id eſt ad adulterium & homicidium vrię & recen-
ſiōe ppl'i. Glo. Vel (obſeruabo me ab iniqtate) quę »
eſt mors beati, vel ne iterum cadam qui eſt mors
beati. Caſſiodorus. Et in hoc beati vita deſcribitur Beati vita
qui quando ad aliquam gratiam domini ſe peruer
niſſe cognoſcit, cauet ne iterum iniquitatis anti-
quę calamitatibus innodetur.

ET retribuet mihi dominus ſecun 27
dum iuſtitiam meam. & ſecundū
puritatem manuum mearum in conſpe-
ctu oculorum eius.
¶ Auguſtinus. Itaq; non ſolum propter latitudi- Auguſti.
nem fidei quę per dilectionem operatur, ſed etiam
propter longitudinem perſeuerantię. (Retribuet
mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam. Caſſio » Caſſio.
dorus. (Secundum iuſtitiam ſuam, dicit, Quā ipſe »
tamen donare dignatur. Et (ſecundum puritatem »
manuum mearum in conſpectu oculorum eius).
Hieronimus. Per oculos aſpectus diuinitatis in-
telligitur, quia ipſe aſpicit quicquid operatur ho-
mo in mandatis dei. Auguſtinus. Non enim retri Auguſti.
buet mihi quod homines vident, ſed (in conſpectu
oculorum eius.) Quoniam quæ videntur tempo- »
ralia ſunt, quæ autē non videntur ęterna quo per-
tinet altitudo ſpei. Glo. Et q̄uis dixerim (ſecūdum »
iuſtitiā meam.) Illa tamen non eſt mea, niſi te do-
nante, propter quod ſequitur,

CVm ſancto ſāctus eris, & cū viro 18 Diuiſio pſalmi.
innocente ✠ innocens eris. ✠ Alia litera innocēt ages
¶ Caſſiodorus. Ex hoc nobis ſalutaris & moralis
regula data eſt, quod cum ſancto viro. i. domino
ſaluatore ipſo pręſtātę ſācti eſſe poſſumus, ſicut ip
ſe dicit. Sācti eſtote quoniam ego ſanctus ſum do Leui. xix.
minus deus veſter. Hieronimus Tu enim chriſte
ſanctus natura es, & quem tu ſāctificaueris, ab illo
cognoſceris ꝙ tu ſanctus es. Quem tu innoſcentē
feceris ab illo cognoſceeris ꝙ tu innocēs es. Ideo
autem innocens quia nulli noces.

29 ET cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.

¶ Gloia. (Et cum electo electus eris) .i. ab eo quē tu elegis tu eligeris. Hieroñ. Vel quem tu eligeris vt ſit electus, ab illo cognoſceris ꝙ tu electus es, vt Paulus dixit. Comprehendam autem a quo comprehenſus ſum. Caſſio. Tunc autem electi dei ſumus, quando preceptis eius ſalutariter obedimus. (Et cum peruerſo peruerteris.) Hugo cardi. Id eſt ad modum peruertentis te habebis, quia ſines eū peruerti. Hieroñ. Peruerſi autem dicuntur qui de recto declināt ad peruerſitatem, vt diabolus & iudas, & heretici, & omnes ſuperbi q quotiens deus facit iuſtam vindictam, reprehendunt illum, dicētes. Non eſt æqua via domini. Vere itaqȝ cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.

Caſſio. — qd dicuntur ꝑuerſi.

30 QVoniam tu populū humilem facies, & oculos ſuperborum humiliabis,

¶ Hugo cardi. (Quoniam tu) qui ſanctus es & innocens (populum humilem ſaluum facies) Populum chriſtianum pœnitentiā facientem. Caſſiod. Tūc ſcilicet cum in die iudicij ad dexteram tuam humiles collocabis. Hugo cardi. ex Baſilio. Tanto etiam quis apud deum precioſior erit, quanto ante oculos ſuos deſpectior fuerit. (Et oculos ſuperborum humiliabis populum iudaicum. Auguſti. Hoc eſt ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere humiliabis. Hiero. Elati enim ſuperbia pœnitentiam facere dedignantur. Caſſiod. Et propterea tanto arrogantes in tartari profunditatem deſcendunt, quanto ſe altiora contingere putauerunt. Sequitur,

Hugo. — Hugo. — Auguſti. — Hieroni. — Caſſio.

31 QVoniam tu illuminas lucernam meā domine, dn̄e deus meus illumina tenebras meas.

¶ Auguſt. (Quoniam) non eſt lumen noſtrum ex nobis, ſed (tu illuminas lucernam meam domine) Hierony. Quid autem eſt lucerna, niſi intellectus animæ. Sicut enim oculi corporis ſine lucerna exteriori non habent lumen, & in tenebris non vident, ita & intellectus animæ, niſi illuminetur ab altero, hoc eſt a chriſto non videt. Ipſe enim illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum. Lyra. Hanc itaqȝ lucernam deus illuminat, quando lumini natureaddit lumē gratię, quę naturam perficit. (Domine deus meus illumina tenebras meas). Caſſiodorus. Hoc eſt membra credētium quę adhuc in carnis obſcuritate verſantur. Auguſtinus. Nos enim peccatis noſtris tenebrę ſcimus. Hieronimus. Vnde per tenebras intelligitur ignorantia cordis, ſicut ſcriptum eſt. Si lumen quod in te eſt tenebræ ſunt, ipſe tenebræ quantæ erunt, & ſicut Apoſtolus ait. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ideo autem rogo vt illumines tenebras meas.

Auguſti. — Hieroni. — Joh. i. — Lyra — Caſſio. — Auguſti. — Hieroni. — Mat. 6 — Ephe. 5

32 QVoniam ✠ in te eripiar a tentatione, & in deo meo ‡ tranſgrediar murum.

✠ Alia lr̃a in te currā accinctus. ‡ Alia lr̃a trāſiliam. quid murus.

¶ Hieronymus. Auguſtinus. (Quoniam) inquam (in te eripiar a tentatione,) id eſt per te non a me. Niſi enim a deo eruar, a me ipſo non poſſum. Caſſiodorus. Per tentationem autem diabolum ſignificat, qui momentis omnibus tentat, vt a bona cōuerſatiōe nos abſtrahat, (& in deo meo.) Idem. Id eſt eius virtute roborante (tranſgrediar murum.) Auguſt. Hiero. Quem inter homines, & cœleſtem hieruſalem peccata extruxerunt, qui niſi a deo deſtruatur, nō poſſumus per nos meare ad eum. Grego. in mora. Iob lib. xxvj. Murus quippe eſt om̄e quod itineri noſtro obijcitur, ne ad eum qui diligitur tranſeatur. Sed murum tranſgredimur cum præ amore ſupernæ patriæ quæqȝ in hoc mundo fuerint obiecta calamus. Caſſiod. Vnde iſte murus mortis eſt, non ſalutis, nec ad munimen erigitur, ſed ad æternum interitum præparat. Bene autem dixit (tranſgrediar (non irrūpam, nō diruam, quia murus ille humano generi immobilis manet, etiā cum eum ſanctis beneficio diuinitatis tranſilire contigerit. Glo. Non enim poteſt homo murum iſtum pœnitus diruere. Sed ope dei tranſit illum, id eſt obſtaculum peccatorum. Hugo card. Et quia vere in eo tranſit mutus pollutus vitiorū, qui impollutam viam tenet, ideo ſequitur.

La ꝛ10. — Auguſti. — Grego. quid murus — Caſſio. — Gloſa. — Hugo.

33 DEus meus impolluta ✠ via eius, eloquia domini igne examinata ‡ protector eſt omnium ſperantiū in ſe.

✠ Alia lr̃a immaculata. ‡ Alia lr̃a ſcutū.

¶ Hieronimus. Caſſiodorus. Impolluta via dei eſt, hoc eſt incarnatio eius, quia non ex virili ſemine, ſed de ſpirituſancto conceptus eſt. Auguſtin⁹. Vel deus meus non venit in homines, niſi mūdauerint viā fidei qua veniat ad eos, quia (immaculata eſt via eius). (Eloquia domini igne examinata). Hieron. (Eloquia dn̄i ſunt ſua mādata, vt qui ea acceperint faciāt, eos tanq̄ aurum mundum purificatum per ignem tribulationis, ſcilicet. Auguſtinus. Eloquia enim domini hoc igne probātur (Protector eſt omnium ſperantium in ſe. Auguſtinus. Omnes enim qui nō in ſeipſis, ſed in illo ſperant, tribulatione non conſumūtur. Bene autem prius agit de fide, poſtea de ſpe, quia ſpes ſequitur fidem. Caſſio. Cum autem dicit omniū ſperantiū in ſe, nullus exceptus eſt, niſi qui in eum ſperare neglexerit. Hugo cardi. Nullus enim ſperauit in domino & cōfuſus eſt. Glo. Bene autem dico deus meus & protector.

Hieroni. — Auguſti. — Auguſti. — Caſſio. — Eccl. 2 — Gloſa.

34 QVoniam quis deus preter dominum, aut quis deus preter deum noſtrum.

¶ Hieronymus. Per hoc ꝙ deus hic ter repetitur trinitas intelligitur. Auguſti. (Quis) inquā (deus preter dominū) cui ſeruimus. (Aut quis deus preter deum noſtrum (quem poſt bonam ſeruitutem tanq̄ hæreditatem ſperantes filij poſſidemus. Caſſiodo. (Dominum) autem poſuit, quia ipſius ſerui ſumus deū vero, quia eum iuſtiſſime adoramus & colimus.

Hieroni. — Caſſio.

35 DEus qui precinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam (Deus qui) Caſſiodo. Adhuc præter cōmunia cōmendat ſpecialia (præcinxit) id eſt præarmauit ad ſimilitudinem currentis vel dignitatem notat, & fortitudinem quod ei conuenit qui poteſtate ſua

Tertia pars.

Auguſti. iudicabit mundum. Auguſti. (Deus qui pręcinxit me) vt fortis ſim, ne defluentes ſimus cupiditatis, impediant opera, & greſſus meos. Hiero. (Præcin xit) autem dicit ad ſimilitudinē hominis, qui pręcingit veſtimenta ſua, vt non noceāt pedibus qui ſunt ſenſus. & manibus que ſunt opera. (Et poſuit immaculatam viam meam). Hieronymus. Hoc eſt eſt fidem meam ne ab ea violarer. Auguſtin⁹. Vel viam charitatis qua ad eum veniam, ſicut immaculata eſt via fidei qua ipſe venit ad me, ipſe inquam eſt.

Hieroni. Auguſti.

36 ✠ Alia litera coequans pedes meos ceruis.

QVi perfecit pedes meos tanq̄ ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.

(Qui perfecit) inq̄) pedes meos tanq̄ ceruorum) Auguſtinus. Id eſt qui perficit amorem meum ad tranſcendenda ſpinoſa & vmbroſa implicamenta huius ſęculi. Gregorius. in mora. Iob lib. xxvi. Ceruus enim cum montium iuga conſcendit quęq; ſe aſpera, queq; ſe obiiciunt ſentibus illigata, dato ſaltu tranſgreditur, & abſq; curſus ſui obſtaculo in ſuperioribus eleuatur. Ita etiam electorum mētes quæq; ſibi in hoc mundo obſiſtere, atq; obuiare conſpiciunt cōtemplationis ſaltu tranſcendūt. Hierony. Vnde ſicut cerui calcant pedibus ſpinas & tranſiliunt ſiluas, ita ſancti calcant ſpinas, id eſt peccata. tranſiliunt ſiluas, id eſt infidelitatem. (Et ſuper excelſa ſtatuens me. Auguſtinus. Hoc eſt ſuper cœleſtem habitationem figet intentionem meam, vt impleatur in omnē plenitudinē dei. Hierony. Spem enim meam in cœleſtibus collocauit.

Grego. Hieroni. Auguſti. Hieroni.

37 QVi docet manus meas ad preliū, & poſuiſti vt arcum ereum brachia mea.

(Qui docet) inq̄ (manus meas ad pręlium.) Augu. Docet inq̄ me operari ad ſuperādos inimicos, qui nobis intercludere cœleſtia regna conantur. Caſſiodo. Docere enim eſt ab imminentibus inſidijs cautum facere. (Manus) autem operatiōnem ſignificant (Prælium) Vero diaboli certamen demonſtrat, cum quo ſpiritualiter confligitur, quia inceſſabilibus colluctatiōibus ſemper armatur. (Et poſuiſti vt arcum ereum brachia mea). (Brachia) chriſti prophetæ ſunt, & apoſtoli per quos deſideriū ſuę voluntatis operatus eſt his comparat (Arcum ereum) quia neſciunt dei ſerui prædicando molleſcere, ſed in cœleſti fortitudine permanentes, verbis ſalutaribus emiſſis tanq̄ ſagittis iaculatis deuotorum hom num corda compungunt. Auguſt. Hieronymus. Vel per (arcum ereum) intelligitur infatigabilis intentio bonorum operum, vt ſcilicet non deſinant bene agere.

Caſſio. Hieroni.

38 ✠ Alia litera ſcutū. ‡ Alia litera confortauit me.

ET dediſtis mihi ✠ protectiomem ſalutis tuę, & dextera tua ‡ ſuſcepit me.

Caſſiodorus. (Protectio ſalutis) gloriam ſignificat reſurrectionis quando ſcilicet mortali carne depoſita eandem incorruptibilem, & glorificatā reſumpſit. Hugo cardiñ. Vel protectio ſalutis, memoria eſt dominicæ paſſionis, vt ſcilicet recogitemus qualiter operatus eſt ſalutem in medio terrę. Gloſa. (Dediſti) inq̄ (mihi protectionē ſalutis tuæ) non vt nihil patiar, quod tamen eſt ad profectum Hierony. Sed ne opprimar a malis. Hugo de ſancto victore lib. ſententiarum cap. xxviij. Tuncē protectionē ſalutis ſuę nobis tribuit, quando animam noſtrā dum caro foris patitur intus illæſam cuſtodit, vt præſſura quam caro foris tollerat, intus ad mentis corruptionem nō pertingat. (Et dextera tua ſuſcepit me). Hieronymus. Caſſiodo. Dextera patris chriſtus eſt, qui aſſumptam humanitatem in æterna maieſtate cōſtituit. Et eum eccleſia per incarnationem ſuſcepit. Auguſt. Vel dextera hoc eſt fauor gratiæ me ſuſcepit. Hugo de ſancto victore vbi ſupra cap. xxix. Siniſtra nanq; dei bona ſunt temporalia, dextera vero bona æterna. Sæpe autem contingit, vt illos deus ſpiritualibus bonis abundantius repleat, quos inopia rerū temporalium exterius coanguſtat. Iſtos ergo qui quaſi foris per ægeſtatem corruunt. & intus virtutum diuitijs ſolidati ſunt, quaſi ſiniſtra dei deſerult & dextera ſuſcepit.

Hugo. Gloſa. Hieroni. Caſſio. Auguſti. Hugo. Siniſtra et dextera dei quid.

ET diſciplina tua correxit ✠ me in finem, & diſciplina ‡ tua ipſa me docebit. 39

✠ Alia litera direxit ‡ Alia litera docet me.

Pro hoc verſu teſte Hiero. in pſalterio ad veritatem hebraicam ſolum legitur (Et manſuetudo tua multiplicauit me). Auguſtin. Correctio nanq; tua me deuiare nō ſinens direxit me. Hiero. Tunc autem erigimur qui prius corrueramus, cū ceſi a domino fuerimus. Et diſciplina tua ipſa me docebit Aug. Peruenire ſcilicet quo direxit. Hugo de ſancto victore vbi ſupra cap. xxx. Diſciplina enim dei in finem corrigit, quia eos qui etiam in pfundū peccatorum lapſi ſunt ad conſummationem virtutum perducit. In tribus autē hæc diſciplina conſiſtit in pręceptis ſcilicet, in tentamentis, & in flagellis, in præceptis, experitur deus obedientiā. In temptamentis, conſtantiam. In flagellis Vero, patientiam. Præcepta itaq; obedienter ſuſcipe. Tentamen: is conſtanter reſiſte. Flagella patienter ſuſtine. Nemo itaq; contemnat diſciplinam iſtam, quia ſi peccator eſt neceſſaria eſt illi, vt corrigatur ſi vero iuſtus, neceſſaria eſt vt erudiatur.

Auguſti. Hieroni. Auguſti. In trib⁹ dei diſciplina conſiſtit.

DIlataſti ✠ greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata ‡ veſtigia mea. 40

✠ Alia litera dilatabis ‡ Alia talli mei deficiēt.

Hieronymus. (Dilataſti greſſus meos ſubtus me,) in amplitudine charitatis. Aug. Ne impediant me carnales anguſtię. Latam eñ feciſti charitatem meam operantem hilariter, etiam de ipſis quæ ſubter me ſunt mortalib⁹ rebus, & membris. Hugo de ſancto victore vbi ſupra cap. xxxj. Mens nanq; diuino amore ſuccēſa, ſub ſe dilatatos greſſus habet dum totam ſe intus per deſiderium retinet, & ſi foris per operationē occupata ſit, nullius tamen moleſtiæ aduerſitas eam coanguſtat. vnde recte ſubdit. (Et nō ſunt infirmata veſtigia mea,) quia cum totum animi deſiderium in ęternis figitur, quaſi pede in ſoliditate conſtituto veſtigia nō infirmantur, vel (nō ſunt infirmata veſtigia mea.) Hieronymus. Id eſt exēpla & doctrina mea a ſucceſſoribus ſequenda. Glo. Vel itinera & ſigna quæ reliqui imitaturis.

Auguſti. Hugo. Hieroni.

41 Perſequar inimicos meos & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant.

¶Hierony. Auguſti. (Perſequar inimicos meos). id eſt affectus carnales meos, ne ab eis compræhēdar. Sed potius vt (compræhēdam illos) vt ſcilicet abſumantur. Hugo de ſancto victore vbi ſupra ca. xxxj. Hi namqꝫ ſunt ſpiritales inimici, qui quantomagis occulti ſunt, tantomagis nocere poſſunt. In corde enim noſtro oriuntur, & quia de latentibus deſiderijs prodeunt, incautos ſub ſpecie virtutum fallunt. Quos tunc nimirum perſequimur, quando ipſam originis eorum radicem ſubtiliter inueſtigamus. Tunc vero comprehendimus cum finem praui deſiderij præuidemus, & animū a cōſenſu retrahimus. Et donec deficiant non reuertimur. Si ab inſtantia boni operis ante ſubiugationem viciorum non relaxamur, vnde ſequitur. (Et non conuertar donec deficiant). Hiero. Augu. Id eſt ab iſta intentione non cōuertar ad quietē donec deficiant qui obſtrepunt mihi, vel ſecundum Hieronymum loquitur de iudęis, qui eius iniuſte inimici ſunt facti quos afflictos legimus tempore Titi, vel ſecundum Caſſiodo. de illis poteſt intelligi, qui prius contra dominū eriguntur, poſtea cōuerſi eius pedibus inclinantur, perſequitur enim dominus inimicos ſuos diuerſa clade fatigatos, & comprehēdit eos quos a ſtudio peruerſo mutauerit, & cum non cōuertitur dominus prę da tunc capitur, & a prauo ſtudio ſuo deſinit qui vincitur ad ſalutem.

42 Confringam ✠ illos nec poterunt ſtare, cadent ✠ ſubtus pedes meos.

✠ Alia litera affligam. ✠ Alia litera ſub pedibus.

¶Auguſtinus. (Confringam illos) affectus ſcilicet carnales, nec durabūt aduerſum me. Hugo car. (Confringā) ſcilicet primos motus, & peccata minutatim confitendo non in quodā inuolutio. (Et confringam illos) ad lapidem, id eſt ad memoriam dominicę paſſionis. (Nec poterūt ſtare, ſed cadēt ſubtus pedes meos). Augu. quia calcatis illis prę ponam amores quibus itur in æternitatem. Hugo cardin iuxta illud, Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, ſed vnde hęc quę dicta ſunt efficere poteris, ſequitur.

43 Et precinxiſti me virtute ad bellū, Et ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

✠ Alia litera incuruabis reſiſtentes mihi ſubtus me.

¶Auguſti. Hierony. (Et pręcinxiſti me virtute) contra mortem ſiue miniſtros eius, vel cōtra diabolum, vel cōtra iſta ſupradicta vicia ne in tali pugna prępedirer. Hugo cardi (pręcinxiſti) inq̄ me virtute) hoc eſt humilitate quæ autonomatice dicitur virtus, ſicut ſuperbia dicitur maximum viciū (& ſupplantaſti.) Idem. Tu non ego quadam pia & vtili fraude inſurgentes in me) id eſt contra me ſubtus me. Hierony. Auguſti. Illos nanqꝫ qui me inſequebantur decipi feciſti, vt ſubter me fierent qui ſuper me eſſe cupiebant.

44 Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes ✠ me diſperdidiſti

✠ Alia litera odio habētes.

¶Hugo cardiñ. (Et inimicos meos) id eſt prauos motus dediſti mihi dorſum, ne corā oculis veniāt ad delectandum, vel in perſona Chriſti inimicos, vocat Iudęos (quos, inq̄ (dediſti mihi dorſum) vt pro parte conuerſi ſequerentur me Caſſiodo. vnde per dorſum cōuerſionem eorum ſignificat qui ex reſiſtentibus eius nominum in ſalutiferam victoriam fugati emerſerunt ſubito chriſtiani. vt Paulus apoſtolus qui de perſecutore ſæuiſſimo poſt domini increpationem apparuit, repente diſcipulus (Et odientes me diſperdidiſti.) Idem. id eſt Iudęos qui in perfidię ſuæ obſtinatione māſerunt, & impia voce dixerūt, Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, Gloſa. quos tanq̄ in odio perdurātes diſperſiſti per vniuerſum orbem, qui quidem Iudęi in ſua diſperſione.

45 Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret, ad dominum, nec exaudiuit eos.

¶Hieronymus. vel clamabunt impij Iudęi & hęretici in futuro iudicio, nec erit q ſaluos faciat eos quia quando clamauit deus ad illos per prophetas vel per reliquas ſcripturas audire noluerūt, quibus per ſapiētem dominus ait, Vocaui, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſti omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, propterea & ego in interitu veſtro, rideoo, cum vobis quod timebatis aduenerit & ſubſanabo cum irruerit ſuper vos repentina calamitas, tunc inuocabitis me, & non exaudiā. Hugo cardina. (clamauerunt) inq̄ ad deos quos coluerunt (nec erat) ex dijs falſis (qui ſaluos faceret) clamātes nec mirum, quia ſolus chriſtus ſaluator eſt, nec eſt aliud nomē ſub cœlo in quo nos oporteat ſaluos fieri, ipſi vero dum nō inuenirent auxiliū in dijs ſuis (clamauerunt ad dominum, nec exaudiuit eos). Glo. id eſt non iudicauit eos exauditione dignos. Hugo cardin. Quia manus eorum plene ſunt ſanguine.

4 Et comminuam eos vt puluerem ante faciē venti vt lutum platearum ✠ delebo eos,

✠ Alia litera piciam.

¶Hieronymus. Auguſtin⁹. (Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti) Aridi em̄ ſunt, nō recipiētes ymbrem miſericordiæ dei, ſed elati, atqꝫ inflati ſuperbia ſua, qui quaſi puluis campi diſperſi a ſpe firma & cōcuſſa tanq̄ a terræ ſoliditate, & ſtabilitate ſeparati rapiuntur. Caſſiodo. vnde vſqꝫ ad puluerem ſe communiēdos intelligant, qui domino prauis mentibus contradicunt. Sequitur (vt lutum platearum delebo eos.) Idem. bene nāqꝫ luto platearum comparat peccatores, qui fœtidiſſimis ſordibus inquinantur. Auguſtinus. Per latas quas multi ambulant perditionis vias (delebo) inquam (eos). Caſſiodo. id eſt de medio tollam quod pertinet ad lutum platearum, quod facile tollitur, quia moliſſimum comprobatur.

47 Eripies ✠ me de contradictionibus populi, cōſtitues me in caput gentium.

✠ Alia litera erueſ.

¶Hieron. Vox Chriſti ad patrem. (Eripies) inquā (me de contradictionib⁹ populi) vtiqꝫ iudaici qui cum aliqui dicerent bonus eſt, Illi econtrario dice

Ioh. 11. bant non, ſed ſeducit turbas. Auſtu. Alii vero dicebant: ſi dimiſerimus eum ſic omne ſeculum poſt illum ibit. Caſſio. Et ereptus itaq; eſt de cōtradictionibus populi huius, quando exploſis perfidis iudeis ad gentium fidem deuotionemq; tranſlatus eſt, vnde quod ait, (Cōſtitues me in caput gentiū) ſignum dicit fidei chriſtiane, quia in fronte gentium crucis habuerūt vexilla radiare. Et hoc quia,

48 ✠ Alia litera ſeruiet obedict.

POpulus quem non cognoui ✠ ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit ✠ mihi.

Hieroni. ℂHiero. Auguſti. Glo. (Populus) ſcilicet gentiū, (quem non cognoui) id eſt qui me nō cognouit, vel quē corporali præſentia non viſitaui, neq; per legem, neq; per fidem, neq; per prophetas, (Seruiuit mihi). Ignorabam enim eum, cum idolis ſeruiret, nunc vero credens cognitus, ac ſeruiens factus eſt mihi. Nā (in auditu auris obediuit mihi). Idē. Non enim viderūt mirabilia, neq; meam pręſentiam corporalem. Poſtea vero audierūt & receperunt prædicatores meos & crediderūt in me, & operę fidem impleuerunt obediendo mihi. Gloſa. Et in hoc exprimitur exaltatio gētium, & depreſſio iudęorum, de quibus ſubdit.

49 ✠ Alia litera inueterauerūt. ✠ Deffluent ⁊ cōtrahētur in anguſtiis ſuis.

FIlij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ✠ ſunt, et claudicauerunt a ſemitis ſuis.

Auguſti. ℂHierony. Antiquo vocabulo iudęi filij dei appellati ſunt, ſed alienati filii diaboli effecti ſunt, de quibus merito dicitur. (Filii alieni mētiti ſunt mihi.) Augu. Caſſio. (Filii) inq̄ non mei dicendi, ſed potius (alieni) quibus recte dicit. Vos ex patre diabolo eſtis. (Mentiti ſunt mihi.) Caſſiodo. quando dixerunt. Magiſter ſcimus quia a deo veniſti, & in veritate viam dei doces. (Iohā. 8, Mat. 22 et Marci. 12.) Mentiri enī eſt contra mētem loqui. (Filii alieni inueterati ſunt.) Hierony. Auguſti. Hoc eſt, quia noui hominis non receperunt aduentum, nec nouum teſtamētum, quod attuli eis. (Inueterati ſunt) id eſt in veteri homine permanſerunt. (Et claudicauerunt a ſemitis ſuis.) Hierony. Auguſt. Caſſio. Tanq̄ vno pede debiles, quia vetus tenentes, nouum reſpuerunt, claudi effecti etiam ſunt in ipſa veteri lege, potius traditiones ſuas ſequentes, q̄ dei, vel claudicauerunt, quia patrem credunt, filium non credunt. Caſſiodorus. Nec illud vacat quod additur ſuis, quia deſerentes intellectum legis, ſuis ſuperſtitionibus agebātur.

50 Quarta pars. Caſſio.

VIuit dn̄s & bn̄dictus deus meus, & exaltetur deus ſalutis meę.

ℂCaſſio. Gloſa. Quarta pars, in qua exultans eccleſia ſummatim munera dei laudat, & hymnum ſuaui delectatione profundit, dicens, (Viuit dominus.) Hieronimus. Quem iudæi in ſepulchro ſub ſignaculorum poſitione clauſerant. Caſſio. (Viuit) inquam, quia pręſens eſt firma credulitate conſpectus. Gloſa. Vel quia viuificat omnia. (Et benedictus deus meus.) Caſſio. (Benedictus) dicitur (deus) cum ei laus celeberrima deuotione mentis offertur, ſicut & alibi legitur. Bn̄dictus qui venit in nomine domini. (Mat. 21) Vel benedictus dicitur pro eo q̄ ipſe omnia propitius benedicat. (Et exaltetur deus ſalutis meę.) Caſſio. Hoc eſt vt toto orbe credatur, aliter enim exaltari nō poterat ille qui vocatur altiſſimus, deinde conuerſo ſermone, ad deum ait.

51 ✠ Alia litera ſubdidiſti. ✠ Alia litera de gētibus iracundis.

DEus qui das vidictas mihi & ſubdis ✠ populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis ✠.

ℂGloſa. Tanquā diceret deum hortor benedicere, & merito, quia tu es (deus qui das vindictas mihi ſubdendo mihi populos,) Glo. Caſſio. Pia nāq; vidicta eſt, dum rebellis ſubditur. Et infideles ad vere religionis penetralia perducūtur. Ipſi enim eccleſiæ ſubduntur, qui liberi probantur a vitiis. (Das) inquam (vindictam mihi.) Gloſa. Pro id eſt (ſubdis populos) Id eſt gentiles (ſub me.) Tu inq̄ deus meus, qui (es liberator meus de inimicis meis Gloſa. Non quibuſcunq; (ſed iracundis.) Hieronymus. Iudæis ſcilicet. Auguſti. Clamantibus crucifige crucifige.

52 Auguſti.

ET ab inſurgentibus in me exaltabis me, a viro iniquo eripies me.

ℂAuguſti. (A iudæis inſurgentibus in me) patiētem (Exaltabis me) reſurgentem. Gloſa. vel aſcendentem.) (A viro iniquo eripies me). Hiero. Id eſt a diabolo. Caſſio. Vel ſciſmatico, qui peruerſi dogmatis iniquitate graſſatur. Auguſtinus. Vel a regno iudæorum iniquo.

53

PRopterea confitebor tibi in nationibus domine, & nomini tuo pſalmum dicam.

Caſſio. ℂCaſſio. (Propterea) hoc eſt propter illa quæ ſupradicta ſunt.) Confitebor tibi in nationibus Id eſt laudabo te p omnes populos chriſtianos, quorum vtiq; lingua eccleſię vox eſt. (Et nomini tuo pſalmum dicam.) Hugo cardi. Dicere ad cōfeſſionem pertinet, pſallere ad operationē, quæ duo bene iunguntur, quia, vt iniqui. Gregorius Loquentis auctoritas perditur, cum vox opere non iuuatur. Caſſio. Vnde opera fideliū plus diuinitas noſcitur exaudire quam voces.

54

MAgnificans ſalutes regis eius, & faciēs miſericordiam chriſto ſuo dauid, & ſemini eius vſq; in ſeculum.

ℂAuguſtinus. Glo. Deus enim eſt qui magnificat & admirabiles facit ſalutes, quas eius filius dat credentibus, propter quod dicit. (Magnificans ſalutes regis eius). Hugo cardinalis. Chriſti ſcilicet qui operatus eſt ſalutem in medio terre, (Et faciens miſericordiā chriſto ſuo dauid). Hieronim⁹. Hoc eſt vnigenito ſuo. Dauid enim manu fortis interpretatur, quod eſt chriſtus. (Et ſemini eius vſq; in ſeculum) Hieronimus. Semen eius ſunt ſancti eius, cum quibus ſemper, facit dominus miſericordiam (vſq; in ſeculū) hoc eſt, ſine fine. Caſſiodorus. Vel per ſemen eius denotat chriſtum, qui ſecundum carnem ab ipſius generatione deſcendit Auguſtinus. Et notandum q̄ quæcunque in hoc pſalmo dicta ſunt, quæ ipſi domino, id eſt capiti eccleſiæ congruere non poſſunt ad eccleſiam referenda ſunt. Totus enim chriſtus hic loquitur, in quo ſunt omnia membra eius.

ℂPſalmus.xviij.

ℂTitulus.
In finem pſalmus Dauid.

Auguſti. Auguſtinus. Titulus no
tus eſt, nec dominus Ie
Hieroni. ſus chriſt⁹ hæc dicit, ſed
de illo hæc dicũtur. Hie=
ro. Pſalmus em̃ iſte vocẽ
continet prophetæ, de
chriſto loquentis. Et cã=
tatur per eum in perſo=
Caſſio. na chriſti & in perſona
eccleſiæ. Caſſiodo. De primo nanq̧ chriſti aduen
tu in eo propheta dicturus eſt, vnde ſuſcepit ini=
micus occaſum. Memento vero quia de eadem re
Gloſa. hic primus eſt pſalmus. Sequuntur autem alij qua
tuor id eſt. xxix. lxxxiiij. xcvj. & xcvij. Glo. Et eſt
ſenſus tituli pſalmus iſte attribuitur Dauid reſpi=
cienti in finem, id eſt in chriſtum qui eſt finis cõ=
ſummationis, vel in tẽpus plenitudinis, ſeu in vl=
tima tempora quibus acta ſunt quę hic tractantur
Intentione autem monet vt relicta vetuſtate ad
nouum hominem, & ad nouam accedamus legem
Et diuiditur in tres partes. In prima propheta lo=
quens de incarnatione, commendat prędicationẽ
nouę legis. In ſecũda laudat præcepta noui & ve=
» teris teſtamenti, ibi (Lex domini immaculata.) In
tertia vt dignus ſit tanta ſacramẽta referre petit ſe
» purgari a vitijs, ibi (Delicta quis intelligit.)

Lyra. Dicunt hebræi ꝙ iſte pſalmus factus eſt a Dauid, ꝑ gratiarũ actione, de datione legis, qđ fuit magnum beneficiũ & ſpecialiter datũ filijs Iſrael, vt habetur infra pſalmo. cxlvij. q annunciat verbũ ſuum iacob. Ipſe tamẽ de Lyra eum intelligit & exponit de Chriſto.

ps. 18
1 Cœli enarrãt gloriam dei, &
opera manuum eius annũ=
ciat firmamentum.

Hieroni Auguſti. ℂHiero. Auguſt. Cœli) id eſt apo
ſtoli & euangeliſtę, in quibus de⁹
» tanquam in cœlis habitat. (Enarrant) hoc eſt an=
» nunciant, quia predicant (gloriam dei) & domini
Gloſa. noſtri Ieſu chriſti. Glo. In qua æqualis eſt patri.
Annunciant pariter ꝙ deus eſt, & ꝙ peccata gra=
tis dimittit, ſiue annũciant gloriam, qua glorifi=
Auguſti. cauit patrem fili⁹ ſuper terram. (Et opera manuũ
eius annunciat firmamẽtum), Augu. Facta nanq̧
virtutum domini annunciat firmamentum fidu
cia ſpiritus ſancti cœlum factum, quod antea timo
» re terra erat. Caſſio. Vel (opera manuum eius) id eſt
ipſe homo qui manib⁹ eius factus eſt. (Annunciat
Hieroni. » firmamentũ) incarnationis chriſti, per quam fir=
matur ſoliditas noſtrę fidei. Hieronymus. Vel cœ=
lum & terra cum cęteris creaturis gloriam dei nar
rant, vt ait Paulus. Inuiſibilia enim dei per ea quę
facta ſunt viſibilia conſpiciuntur.

Rom. i 2 Dies diei eructat verbum, & nox
nocti indicat ſcientiam.

ℂHieronymus. Paria paribus retulit, vt ex ordi=
ne tẽporum ad dei magis notitiam perueniam⁹. (
» Dies diei) inq̃ (eructat verbum & nox nocti indi=
cat ſcientiam. Dies (ſcilicet heſternus. (Diem) ho=
» diernum (annunciat). & hodiernus (dies) craſtinũ
Mat. 5 diem, vel apoſtoli dies ſunt, de quibus ſcriptũ eſt.
Vos eſtis lux mundi. Glo. Et ſecundum hoc (dies
diei) id eſt ſancti ſanctis. (Eructat verbum). Augu »
ſtinus. Hoc eſt ſpiritus ſpiritualibus profert pleni
tudinem in commutabilis ſapientię dei quod eſt
verbum in principio apud deum eſt. (Et nox no= »
cti indicat ſcientiã). Auguſtinus. (Nox nocti) mor »
talis carnis carnibus fidem inſinuãdo annunciat
futuram ſcientiam. Hieronymus. Vel nox hoc eſt Hieroni.
profunditas ſcripturarum, in prophetis nunciat
profunditatem veteris teſtamenti. Lyra. Vel (dies) »
id eſt nouum teſtamentum ab apoſtolis & euan=
geliſtis deſcriptum annunciat verbum incarnatũ.
Et (nox) id eſt vetus teſtamentum iudeis (annũcia= »
uit (chriſti miſteriũ, licet magis occulte. Caſſiod. »
Hiero nymus. Vel dies diei) hoc eſt chriſtus apoſto Hieroni.
lis. (Eructat verbum) cum irradiãdo corda apoſto= »
lorum verba cœleſtis luminis intimabat. (Nox no »
cti indicat ſcientiam) iudas (nox nocti) iudęis (in= »
dicat ſcientiam) quando eis chriſtum tradidit.

Non ſunt loquellę neq; ſermones 3
quorum nõ audiãtur voces eorũ.

ℂCaſſiodorus. (Non ſunt) inq̃ (loquellę neq; ſer= »
mones). Sermones pertinent ad communes nar=
rationes, loquelę ad publicas ſuaſiones, qđ vtrũq;
feciſſe apoſtolos certiſſimum eſt (quorum non au
diantur voces eorum). Hiero. Augu. Nõ enim fue » Auguſti.
runt vllę locutiones ſiue linguę, per quos non au
ditę ſunt voces apoſtolorũ & euangeliſtarũ, cum
omnibus linguis euangelium prędicarẽt. Hugo. Actu. 2
cardinalis. Omnibus enim linguis loquebantur
& audiebat vnuſquiſq; lingua ſua, illos loquen=
tes. Sequitur.

In omnem terram exiuit ſonus eo 4
rum, & in fines orbis terræ verba
eorum.

ℂCaſſio. Per (terram) hic hoĩem debemus accipe »
re, qui & audire poſſit & credere. (Sonus vero mi= »
raculorum fama eſt, quę pro ipſa nouitate per gẽ=
tes ſingulas excellenti opinione currabat. (Fines) »
autem (terrę) ſunt reges, qui quaſi termini agrorũ
ſua regna cuſtodiũt, hoc igitur dicit vt nõ ſolũ ad
humiles, verum etiam ad principes gẽtiũ euãgelij
verba pueniſſe declarẽt. Hie. Qđ autẽ dicit (verba
corũ) hoc eſt apoſtolorũ & euangeliſtarũ. Glo. Et » Gloſa.
qđ dicit (ſon⁹) ĩtelligit ꝙ exiuit vbiq; apoſtolorũ »
fama, & ſi nõ pſẽtia. Lyra. Viuẽte em̃ beato Petro
fides xp̃i pdicata eſt vſq; ĩ Frãciã, quę eſt ĩ vltimo
climate verſ⁹ occidẽtẽ, vñ & Senonis eſt eccleſia ĩ
noĩe beati Petri viui, quia eo viuẽte cõſecrata eſt.

In ſole poſuit tabernaculũ ſuum,
& ipſe tanquam ſponſus procedẽs 5
de thalamo ſuo.

Glo. Verba ſũt ipſorũ apoſtolorũ, ĩ qb⁹ oſtẽdit qd Gloſa.
prędicauerũt cũ dicitur. Caſ. (In ſole). i. ĩ manife= »
ſtatiõe mũdi quia manifeſte veniti (poſuit taber= »
naculũ ſuũ). i. ĩhabitaculũ corpis ſui. Lyra. Vel (in »
ſole). i. ĩ beata virgine, quę noĩatur ſol ꝓpter pleni
tudinẽ gratię ĩ qua habitauit xp̃s ſicut ĩ tabernacu Eccl.
lo, iuxta illud. Qui creauit me requieuit ĩ taberna 24
culo. (Et ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo »
ſuo). Idem. Caſſio. Auguſtin⁹. Id eſt de virginali Caſſio.
vtero ad deſponſandã ſibi eccleſiã. De virgine em̃
merito natus eſt, qui virgini eccleſię erat ſancta co
pulatione iungendus. Gregori. in mo. Iob li. xv. Grego.

qui tunc de thalamo ſuo proceſſit dum ad coniungendam ſibi eccleſiam incarnatus deus de incorrupto vtero virginis exiuit. Caſſiodorꝰ. Bene aūt dicitur chriſtus ſponſus a ſpondendo qui totiens promiſſus eſt per prophetas.

6 Exultauit vt gigas ad currendam viam ✠, a ſummo cœlo egreſſio eius.

✠ Alia lra habet viā ſuā.

Gloſa. Tanquam diceret proceſſit inq̄ de thalamo ſuo, & procedens (Exultauit) quia non inuitus venit vt gigas. Auguſtinus. Hieronymus. Gigas pro fortitudine chriſti ſumitur qui (exultauit) ſicut fortiſſimus & ceteros homines incomparabili virtute pręcedens, (Exultauit) inq̄, non ad habitandam viam, ſed (ad currendā). Nō enim in via peccatorum ſtetit, ſed natus ad paſſionē venit, reſurrexit, & aſcēdit. Sequitur (A ſummo cœlo egreſſio eiꝰ). Idem. (A ſummo cœlo) .i. a patre (egreſſio eius) nō temporalis, ſed ęterna qua de patre natus eſt. Glo. Qui ſubaudi in tempore factus eſt homo, & ideo (Egreſſio eius a ſummo cœlo).

7 Et occurſus eius vſq; ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius,

Caſſiodorus (Et occurſus eius) ſecundum hominem dicitur, quia poſt aſſumptionē carnis in vtraq; natura xp̄s p̄manēs ad ſedē paternę maieſtatis occurrit (vſq; ad ſummū eiꝰ) .i. vſq; ad ſedē paternę maieſtatis qua p̄ri filiꝰ ſemp æqualis eſt. (Nec eſt qui ſe abſcō. a calo. eius). Caſſio. Per hoc ſp̄m ſc̄m videtur ſignificare quē poſt aſcenſionē diſcipulis miſit in ſpecie ignis, qui faciebat eos loqui varijs linguis. Et iſte eſt calor a quo nemo poteſt abſcōdi. Augu. Verbū em̄ caro factū eſt non permiſit vllum mortaliū excuſare ſe de vmbra mortis, & ipſā vmbram penetrauit calor verbi. Hierony. Vnde ex multis diuiſionibus gratiarum, ſicut dicit Apoſtolus. Alij datus eſt ſermo ſapientię, alij vero ſciētię, alteri fides, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, omnia in eodem ſpiritu. (i. Cor. 12.)

8 Lex domini immaculata ✠ conuertens animas, teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtās paruulis,

Secūda pars. ✠ Alia lra irreprehenſibilis.

Caſſio. Gloſa. Hic ſcd̄o laudat pręcepta noui & veteris teſtamēti, vt nemo ſit qui ſe abſcōdat a calore eius. (Lex dn̄i) inq̄ Augu. qui pc̄m̄ non fecit. Et ideo (immaculata conuertens aīas). Augu. Hiero. De captiuitate in libertatē non pręmēs eos ſeruitutis iugo, ſed ad ſe imitandū libertate cōuertens.) Teſtimoniū dn̄i fidele) quia nemo nouit patrē, niſi filius et cui voluerit filius reuelare, quę abſcondita ſunt ſapiētibus & reuelata paruulis. (Mat. 11. Luc. 10.) Hier. (Fidele) aūt dicit, quia nō mētitur. Glo. Et quia quod p̄miſit implebit (Sapientiā pręſtās paruulis.) Idē. (Paruulis nō ſēſu, ſed humilitate. Caſſ. Paruuli em̄ ſunt humiles & innocētes, iuxta illud apo. Nolite pueri effici ſenſibus ſed malicia paruuli eſtote. (i. Cor. 14.)

9 Iuſtitiæ domini rectę lętificantes corda, præceptum domini lucidū illuminans oculos.

Aug. Caſ. Glo. Reuera (iuſtitię domini rectę) quia nō aliter cognoſcit feciſſe q̄ docuit, nec qd ipſe nō fecit. Illorū eni iuſtitia recta nō eſt quibꝰ aliud eſt in ore, aliud in opere. Lętificantes corda). Caſ. Subaudi iuſtorū, qui de iudicio dei lætificātur. Glo. (Lætificātes) iq̄ ſpe pręmij nō terrētes, vt lex vetꝰ faciebat. (Præceptū dn̄i lucidum). Aug. Sine velamine carnaliū obſeruationū. Caſ. Et bene lucidū, cū procedat a patre luminū (Illuminans oculos). Aug. Caſſio. Nō quidē iſtos oculos carnales quos & pecora nobiſcū poſſunt habere cōes. Sed illuminās hominis interiorē aſpectū. Glo. Nō obtundēs ſicut Moyſes, in cuius facie nō poterāt intēdere filij iſrael. Et ideo ponebat velamē ante faciē ſuam. (Exod. 35)

10 Timor domini ſanctus ✠ permanens in ſæculum ſæculi, iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa ‡.

✠ alias caſtus. ‡ Alia lra in idipſum.

Hiero. Augu. (Timor domini) ſcilicet eſt cū charitate. Et iſte eſt timor caſtus, & filialis, quo eccleſia ſponſum ſuum quāto ardentius diligit, tanto diligentius cauet offendere. & quem non foras mittit conſummata dilectio, ſed qui permanet in ſæculum ſæculi. Caſſio. Mixta enim cum pauore dilectio timor eſt domini, qui vſu ſęculari reuerentia nuncupatur. Timor nanq; ſæculi non eſt ſanctus, quia non eſt proficuus, & cum temporibus mutatur. Timor vero domini ſine omni perturbatione eſt, quia licet recte auctorem ſuum timeat, ſcit tamē vere ſupplicantibus miſericordem eſſe qui iudicat (iudicia domini vera.) Augu. (Iudicia) ſcilicet eius qui non iudicat quenq̄ ſed omne iudiciū dedit filio. (vera) ſunt & (iuſtificata in ſemetipſa.) hoc eſt incōmutabiliter. Neq; enim vel minatus vel pollicitus deus quenquā fallit, aut quiſquā vel impijs ſupplicium, vel pijs præmium eius poteſt eripere. (Joh. 5.) Caſſio. Lyra. Vel per (iudicia domini) intelliguntur mandata quæ in veteri & nouo teſtamēto cōſcripta ſunt. de quibus ſequitur

11 Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pręcioſum, multum & dulcioſa ſuper mel & fauum.

‡ Alia lra addit redū dātem.

Caſſiodorus. (Deſiderabilia) ſunt inquam iudicia domini mandata, ſcilicet noui & veteris teſtamenti. (Super aurum) quod humana cupiditas affectat ardentiſſime poſſidere, propter quod etiam frequenter deſpicit ſalutes animarū. Sed quia hoc tantæ rei parum eſt, addidit (Et lapidem præcioſum multum) qui in paruiſſimo margarito plurimum valet. Auguſtinꝰ. Vel per diuitias & lapides præcioſos intelligit pompas ſæculi, quarum deſiderio fit, vt non deſiderentur, ſed timeātur, aut cōtemnantur iudicia dei. Caſſiodorus. Et quia inueniri poterant qui cupiditatem calcarent, addidit etiam ſapores præcipue ſuauitate iocunda dicens (Et dulciora ſuper mel & fauum) Iudicia enim domini propter vetus teſtamentū ſuperant mel. Propter nouum vero vincunt fauum.

12 Etenim ✠ ſeruus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis ‡ retributio multa.

✠ Alia lra ſeruꝰ tuus docebit. ‡ Alia lra in cuſtodiēdo illa.

℄Caſſio. Cum dicit/ſeru⁹ tuus/iuſtum ſignificat & deuotum qui/cuſtodit ea/. Glo. Iudicia tua ſcilicet modo dulcia poſt ſalubria. Auguſt. Non cuſtodienti enim illa eſt amara dies domini. (In cuſtodiẽdis vero illis retributio multa). Caſſiodo. Merito autem dicit/multa/quia cõprehendi nõ poſſunt vniuerſa q̃ pręparauit de⁹ diligentib⁹ ſe, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Hieroñ. Quæ autem maior retributio, quam vt quis diligatur a deo? Auguſtin⁹. vel (in cuſtodiendis illis retributio multa) Non in aliquo extra poſito commodo ſed in ipſo quo iudicia dei cuſtodiuntur, quia gaudetur in eis.

13 tertia ps
DElicta quis intelligit, ab occultis meis mũda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.

Hiero. qui in delictis eſt, iudicia dei nõ intelligit, neq; ſua peccata. Scrutator eñ cordium deus illa intelligit, qui & poteſt ea dimittere. Caſſio. Aug. Glo. in hac igitur tertia parte propheta petit ſeſe a vitijs purgari vt eloquia oris ſui in cõſpectu dñi reddãtur accepta. Caſſio. & cum dicit (delicta) ſubaudiendũ eſt oĩa. Et quoniam multa peccata ſunt quæ omnimodis ignoramus quorũ nec origines poſſumus, nec ſubreptiones agnoſcere, ideo dicit (ab occultis meis munda me.) Augu. Glo. A cupiditatibus ſcilicet in me latentib⁹, ſicut eñ tenebre oculos, ita delicta mentẽ nec lucẽ ſinunt videre nec ſe (a meis) dico munda, ne ſcilicet ſeducar ab alijs, neq; alienis capitur, qui eſt mundus a ſuis, vnde cõgrue ſubditur (& ab alienis) peccatis ſcilicet quæ aliunde ſunt parce ſeruo tuo (parce) inq̃ ab alienis cupiditatibus nõ ſuperbo & in ſua poteſtate eſſe cupiẽti (ſed ſeruo tuo). Caſſio. alienũ autẽ eſt quod a malis hominibus diabolo ſuadente cõmittitur, ſed fit proprium cum cõſenſus adhibetur. Hiero. vel ab occultis id eſt præteritis. (Et ab alienis) hoc eſt futuris quæ adhuc in me non venerunt. Caſſiodorus. & quia recte mũdus eſt cui nec ſua nec aliena dominantur, ideo ſubditur.

14 ✠ Alia lca magno.
SI mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo ✠.

℄Glo. Tanq̃ diceret (munda me a meis, parce ab alienis) Non oĩno ita q̃ oĩno tollantur quod impoſſibile eſt, ſed ne dñentur. Hiero. Aug. (Si mei) inq̃ (nõ fuerint dñati) alieni ſcilicet vel dominata occulta mea & aliena peccata (tunc immaculatus ero) a criminali, nõ eñ eſt tertia origo peccati pręter occultũ ſuum quo cecidit diabolus, & alienum quo ſeductus eſt homo vt cõſuetudo ſuum faceret. Hugo car. Non autẽ dicit, ſi me inuaſerint vel temptauerit, ſed (ſi mei dñati fuerint.) Temptatio eñ cui non cõſentitur nõ eſt pctm̃, ſed materia exercẽdę virtutis, ſequitur (& emundabor a delicto maximo.) Hiero. Auguſt. Caſſio. id eſt ſuperbia quæ eſt initium oĩs peccati. Non eſt eñ maius peccatum q̃ apoſtatare a deo quod eſt initiũ ſuperbiæ hominis. & vere ille immaculatus eſt qui etiã hoc delicto caret, quia hoc pctm̃ eſt vltimum redeuntibus ad deum quod recedentibus primum fuit. Caſſio. hæc enim eſt qua diabolus cecidit & hominẽ traxit, quæ ex angelo diabolum fecit quæ homini mortem intulit, & conceſſa beatitudine vacuauit.

ET erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. 15

Augu. Glo. Caſſio. Hiero. Tunc namq; tibi (placebunt eloquia oris mei) ſi fuero alienus a predictis viciis, nã peccatori dicitur. Quare tu enarras iuſtitias meas. Hugo card. vel tunc (erunt vt cõplaceãt) ſimul ſcilicet deo & hominibus eloquia oris mei (& meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper) Aug. (meditatio) inq̃ (cordis mei) non ad iactantiã vt placeam hoĩbus quia iam nulla ſupbia eſt, ſed (in conſpectu tuo ſemper) qui conſcientiam purã inſpicis. Caſſio. Quę eſt autẽ iſta meditatio cordis quę poteſt ad deum peruenire? Spes Charitas, & Fides quæ vtiq; digna ſunt deo in conſpectu tuo (dico) O,

DOmine adiutor meus, & redemptor meus. 16

℄Hugo cardi. Tanquã diceret merito eſt meditatio mea in cõſpectu tuo, quia O dñe tu (es adiutor meus & redemptor meus.) Hiero. Augu. (adiutor) in tribulationibus & in neceſſitatibus. (& redemptor me⁹) quia me redemiſti ſanguine tuo pręcioſo (tu es adiutor) humano generi cum nos ad te accedere facis (tu es redẽptor) quia nos tua paſſione ac reſurrectione ab interitu redemiſti. Auguſti. vel redimis vt cõuertamur, & (adiuuas) vt ad te perueniamus. Caſſio. vel (adiutorem) dicit in bonis / redemptorem / a malis vt nemo ſuis meritis applicet, quod cœleſti largitate ſuſceperit.

℄Pſalmus Nonuſdecimus.

℄Lyra ſecundũ Ra. Sa. iſte pſalmus factus fuit a Dauid poſtq̃ viri eius iurauerũt dicentes, iam non egredieris, nobiſcũ in bellũ ne extiguas lucernã in Iſrael. vt habetur ſecundi Regum. xxj.

℄Titulus.

In finẽ pſalmus ✠ Dauid. (✠ Alia ita habet ipſi.)

Auguſti. Notus eſt titulus nec chriſt⁹ dicit. Sed chriſto dicit propheta q̃ ſub figura optandi quæ vẽtura ſunt canit. Hiero. Iſtum nanq; pſalmum propheta in perſona eccleſiæ canit de chriſto. Pręuidebat eñ propheta chriſtum ad redemptionem noſtram venire in carne & pro inimicis orare. Gloſa. Et agit hic propheta de Chriſto quare de ſacerdote immolatur & rege pugnaturo intẽtione autem monet fideles ad deſiderandum idem quod optabat propheta. Et diuiditur in duas partes. In prima agit de Chriſto, inquantum aſſumpſit ſacerdotis officium. In ſecunda inquantum rex fuit, ſacerdos nanq; fuit in paſſione, rex in reſurrectione. Secũda ibi / Tribuat tibi / Gloſa. In prima dixit ea quę tempore tribulationis vult Chriſto fieri. In ſecunda optat & affirmat quę tempore glorię fient. Caſſiodorus vel rogat primo propheta eccleſiam exaudiri, & illius conſilium a domino confirmari, ſecundo dixit fideles non poteſtate mundana, ſed diuina potentia magnificandos.

Pſ. 19.

1 EXaudiat te dominus in tribulationis protegat te nomen dei iacob.

Hieron. Gloſa. Caſſio. Joh. 17. Auguſti. Caſſio.

Hieroni. Quidam hunc pſalmum dictum putant ex voce populi ad chriſtum loquentis vt ad regem pariter & ſacerdotem. Glo. Hugo cardinalis. quaſi diceret. O chriſte qui es verbum patris (Exaudiat te dñs (pater ſcilicet) in die tribulationis) id eſt in die paſſionis. Caſſiodo. dicendo enim in die tribulationis tempus grauiſſime afflictionis oſtendit quo magno deſiderio dominum deprecamur. Augu. vel in die qua dixiſti Pater clarifica filium tuum (protegat te nomē dei Iacob.) Augu. Ad te enim pertinet populus poſterior natu quia maior ſeruiet minori. Caſſio. vnde cũ hoc dixit per hanc ſimilitudinē vult intelligi benedictionē nouo populo concedēdam quã ille ſanctus pr̃iarcha Iacob p̃figurauit. Glo. vt ſicut illi ita & tibi gratiam bñdictionis det & prȩponat Iudȩis.

✠ Alia lra ſuſcipiat. Hieroni. Auguſti. Caſio.

2 MIttat tibi auxiliũ de ſancto, & de ſyon tueatur ✠ te.

Hiero. Ei qui formã ſerui acceperat recte quaſi homini imprȩcatur auxiliũ dicēs. (Mittat tibi auxilium de ſancto) hoc eſt de temetipſo quia illa diuinitas in ipſo corpore erat. Aug. vel (Mittat tibi auxilium de ſancto) faciēs tibi ſanctificatum corpus eccleſiam de ſpeculatiōe tutam quæ expectat quando venias ad nuptias, vñ ſequitur. (& de ſyon tueatur te.) Caſſio. Syon enim ſicut ſæpe diximus mons eſt ſignificans ſpeculationem quæ conuenit diuinitati, cui omnia nota ſunt. Gloſa. Tueatur itaq; te ſupple contra mala.

Hieroni. Auguſti. Hieroni. Johã. 17.

3 MEmor ſit omnis ſacrificij tui, & holocauſtum tuum pugnȩ fiat.

Hiero. (Memor ſit omnis ſacrificij tui) hoc eſt vt redimat per paſſionē tuam. Augu. vel vt memores nos faciat ciin iniuriarũ tuarũ & cõtumeliarum quas ꝓ nobis pertuliſti (& holocauſtum tuũ pinguȩ fiat). Hiero. hoc eſt ne patiaris quenq̃ perire cum ꝓ omnibus mortuus ſis, & omnē voluntatem tuã impleas qua dixiſti. Volo vt quomodo ego & tu vnũ ſumus, & iſti in nobis vnũ ſint. Augu. vel (holocauſtum tuum pinguæ fiat) Vt crucē qua totus oblatus es deo in læticiam reſurrectionis conuertas.

Dyapſalma

4 ſcda ps

✱ Alia lra cõpleat.

TRibuat tibi ſecundum cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet ✠.

Caſſio.

Glo. Secunda pars vbi optat & affirmat quȩ tēpore glorię vult fieri chriſto. Augu. (Tribuat) inquit (tibi dominus) non ſecundum cor eorum qui putauerunt te perſequendo poſſe deleri (ſed ſecundum cor tuũ) qui ſciſti quid vtilitatis haberet paſſio tua. Caſſio. vel in perſona eccleſiæ (tribuat tibi dominus ſecundum cor tuum) id eſt ſecundum intellectum quem habes de domio ſaluatore vt eũ credas vnum ex trinitate paſſum carne & pro mũdi liberatione in crucis patibulo pependiſſe, ip̃m reſurrexiſſe, ipſum ſedere ad dexterã patris ipſum ad iudicandum eſſe venturũ (& omne cõſiliũ tuũ Glo. non iudȩorum (confirmet). Hugo car. vt ſcilicet execatis Iudȩis illuminētur gentiles. Caſſio. vel (vt confirmet cõſilium) ſanctæ matris eccleſiæ vt contēplata dñi promiſſiōe præſentis ſȩculi pericula nõ paueſcat dum futurȩ reſurrectionis præmia læta ſemper expectat, hoc eſt em̃ eius ſalubrȩ conſilium Patrem & filium & ſpiritum ſanctum vnum credere deum a quo creata ſunt omnia, & diſponuntur vniuerſa. Et ſic confirmato cõſilio.

✠ Alia lra exultabimus. Caſſio. Auguſti. Caſſio. Hugo.

5 LEtabimur ✠ in ſalutari tuo, & in noīe dei noſtri magnificabimur.

Auguſtinus. (Exultabimus) inquam (in ſalutari tuo) quia ſicut mors tibi nihil nocebit, ita nec nobis eam nocere poſſe monſtrabis. Caſſio. vel (in ſalutari) eccleſiæ quod eſt chriſtus ieſus lætaturum ſe eſſe propheta declarauit vt ſe vnum eſſe ex eius corpore demonſtret, tanto tempore ante chriſtum (Et in nomine dei noſtri magnificabimur.) Aug. Cõfeſſio enim nominis tui non ſolum nõ perdet nos ſed etiam magnificabit. Caſſiodorus. Nam in tuo nomine, hoc eſt in nomine chriſti chriſtiani nuncupamur. Hugo cardina. Magnum autem eſt vocari & eſſe chriſtianum, Sequitur.

Hieroni. Auguſti. Hugo. Caſſio.

6 IMpleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam ſaluum fecit dominus chriſtum ſuum.

Hieroñ. Vſq; hic de paſſione dixit modo de reſurrectione & aſcenſione & remuneratione. Aug. (Impleat) inquit (dñs petitiones tuas) non ſolum petitiones quas habuiſti in terra, ſed etiam quibus in cœlo interpellas ꝓ nobis, nec inde dubito, qa iam nunc cognoui, quoniam ſaluum fecit dominus chriſtum ſuum.) Hugo cardinalis. (nunc) inquit tam longe ſcilicet ante incarnationē. (cognoui) per ſpiritum prophetię. (Quoniam ſaluum fecit) id eſt ſaluum faciet (dominus) pater (chriſtum ſuum) eum ſcilicet ſuſcitãdo a mortuis. Caſſiodo. dicendo autē (nunc cognoui) magnã virtutē prophetationis oſtendit vt in præſenti ſe diceret cognouiſſe quod poſt multa ſȩcula potuit approbari (ſaluum) autem (tunc) fecit pater (chriſtum) filiũ ſuum reſurrectione glorioſa quãdo aſcēdit in cœlum (Saluum) inquam (fecit eum) & nihilominus.

Auguſti. Joh. 17. Hugo. Hieroni. Gloſa. Auguſti.

7 EXaudiet illũ de cœlo ſãcto ſuo, in potētatibus ſalus dexterȩ eius.

Auguſtinus. (Exaudiet illum) non de terra tantum vbi ſe petijt clarificari. Verbum etiam (de cœlo ſancto ſuo) vbi iam ad dexteram patris interpellans pro nobis diffudit, inde ſpiritum ſanctum ſuper credentes in ſe. Hugo cardina. (exaudiet) itaq; (illum) chriſtum ſcilicet orantem pro mēbris, habemus enim inquit Hiero. aduocatum qui interpellat pro nobis. Multo meliorem Moyſe, qui tamē pro populo illo exauditus eſt. Glo. (Exaudiet illum) vtiq; in hoc q (in potentatibus ſalus dexterȩ eius). Auguſtinus. (Potētatus enim) noſtri ſunt ſalus fauoris eius cum ſcilicet de tribulatione dat auxiliũ vt dum infirmamur tunc potentes ſimus. Vana enim eſt ſalus hominum quæ non eſt ſalus dextere ſed ſiniſtre, per quam peccatores extolluntur in magnam ſuperbiam, quia temporaliter ſalui facti ſunt de quibus ſubdit.

8 ✠ Alia lra exultabimus

Hi in curribus & hij in equis, nos autẽ in nomine domini dei noſtri inuocabimus ✠.

Hugo. ¶Hugo cardi.(Hij)inquit(in curribus) Et hij in equis)hæc ſunt duo de ſalute ſiniſtre in quib⁹ mali confidunt(hij)nanq₃(in curribus) id eſt inuolubili temporalium ſucceſſu(& hij in equis)id eſt in faſtu huius mundi confidunt ſcilicet. Caſſio. Duo nanq₃ apud antiquos erant genera triumphorum. vnũ maius in curribus quod laureatum dicebatur aliud minus in equis quod ouacio nuncupabatur. Hiero. Per(currus)autem voluptas mũdi ſiue mũdanorum omniũ cupiditas deſignatur, quia quaſi rote iſtabiles ſunt, per(equos)vero ſuperbi, qui & ipſi ſunt cupidi. Caſſio. Sed iſta omnia ſecularibus propheta relinquens in nomine domini magnificatum ſe eſſe teſtatur dicens(nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus)Hierony. Augu. Nos autem ſpem figentes in ęternis & gloriã noſtram non quęrẽtes in nomine domini dei noſtri exultabimus. Gloſa. ſpem figentes in ęternis, nec gloriam noſtram quęrentes ſed dei, hij autem qui confidunt in curribus & in equis.

9 Ipſi obligati ſunt & ceciderunt, nos autem ſurreximus & erecti ſumus.

Auguſti. ¶Augu.(Ipſi)ſcilicet Iudæi temporalium rerum cupiditate(obligati ſunt)timentes parcere domino, ne a Romanis perderent locum & irruentes in lapidem offenſionis & petram ſcandali de ſpe cœleſti ceciderunt in mortem cecitatis(nos autẽ ſurreximus & erecti ſumus.)Auguſti. Nos autem populi gentium de lapidibus excitati filij abraham qui non ſectabamur iuſtitiã apprehendimus eam (& ſurreximus)nec viribus noſtris ſed per fidẽ iuſtificati(erecti ſumus a vitijs & morte. Caſſio. Reſurgere em̃ duobus modis chriſtianus dicitur, ſcilicet a morte viciorum, & in illa reſurrectiõe in qua iuſti æterna præmia accipiunt de quarum vtraq₃ iſtud intelligitur. Gloſa. Et quia ſaluo rege ſalui erimus, ideo ſubiungit,

10 Domine ſaluum fac regẽ, & exaudi nos in die qua ĩuocauerimus te

Caſſio. ¶Caſſio. Augu. Dicitur patri(Dñe ſaluum fac regem)id eſt fac vt chriſtus domin⁹ reſurgat a mortuis aſcendat in cœlos interpellet ꝑ nobis ne diutius noſtra vacillet oratio, ſed ipſo aduocato præſumamus orare, ipſe enim nos patri docuit ſupplicare ne nos mortis laqueus poſſit aſtrĩgere(Et exaudiuit nos in die qua inuocauerimus te)Auguſt. Tanquam diceret. Quoniam pro nobis offers te (exaudi nos in die qua inuocauerimus te). Hiero in hebręo enim ſic habetur (domĩe ſaluum regem qui exaudiet nos in quacunq₃ die inuoca.eum.

¶Pſalmus Viceſimus.

Lyra. Iſte pſalmus etiã ſecundũ Hebręos ad literã intellgitur de Chriſto vero meſſia etiã ſecundũ interpretationẽ Ra.Sa.& aliorum antiquorum hebræorum.

✠ Alia lra nõ habet ipſi.

¶Titulus.

In finem pſalmus ipſi ✠ Dauid.

Auguſt. Titulus notus eſt, & de chriſto canitur Glo. Et eſt tertius pſalmus de duabus naturis in chriſto in quo deſcribit Chriſtum cœleſtem regem verum deum & hominem, vt auditu credat mundus quem viſum contẽpſit Iudæus. Caſſio. hic autem primo de incarnatione chriſti dicit. Et poſtea deitatis eius facta narrantur vt omnes intelligant eundẽ eſſe Mariæ filium quod patris verbum, vnde intẽſione monet nos vt chriſtum deum & hominem credamus. Et diuiditur in tres partes. In prima ſunt verba prophetę ad patrem de incarnatione dominica cuius meritum proponit & præmiũ. In ſecũda diuerſas virtutes eius gloriãq₃ deſcribit ibi(qm̃ pręueniſti.) In tertia agit de penis inimicorũ & optat in iudicio eius fieri quę nouit eſſe vẽtura ibi(inueniant).

Domine invirtute tua letabitur rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. 1 ps.20.

¶Caſſiodo.(domine)Dicit propheta ad patrẽ(in virtute tua) id eſt in omnipotentia maieſtatis tue in qua & filius regnat.(Letabitur rex). Augu. id eſt letabitur homo chiſtus in virtute ſcilicet verbi, & in eo ꝙ verbum caro factum eſt, non enim de ſe preſumpſit chriſtus homo, ſed verbo omnia tribuit. Caſ. (Rex)autem dicitur chriſtus de quo in alio pſalmo. Deus iudiciũ tuum regi da, & in titulo paſſionis ſcriptum eſt. Rex iudęorum Et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.)Caſſio. Aug. id eſt in eo ꝙ per eum ſaluaſti homĩes, & viuificas omnia filius tuus qui ſaluator eſt(exultabit vehementer) Ideo autem addidit(vehementer)vt quanta eſt copia in bñficio tãta ſit & gaudij magnitudo, Ideo autem ſic exultabit, Quia

Deſiderium cordis ✠ eius tribuiſti ‡ ei, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. 2 ✠ Alia lra aie. ‡ Alia lra dediſti.

¶Augu. Caſſio. Hiero. Glo. Deſiderauit chriſtus mãducare paſcha, & ponere cũ vellet atq₃ iterũ ſumere aĩam ſuã, & mundũ redimere (& dediſti ei, & voluntate labiorũ ei⁹ nõ fraudaſti eũ.)Hiero. Augu. Nã quicqd dixit factũ eſt dixit em̃. Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. Et factũ eſt. Caſſi. vel(voluntas labiorũ)fuit qm̃ ſpiritibus impabat immũdis langores diuerſos ſermonis ſui ſanabat imperio & ꝑdicationes pp̃lis inferebat. Cõſtat em̃ in nullo volũtatẽ eius fuiſſe fraudatã qm̃ oia quæ fieri iuſſit impleta ſunt. Omnia enim quæ voluit dñs fecit in cœlo & ĩ terra, ſed vnde hoc ei, ſequit. Ps.134.

Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. 3 Scda ps ꝯ pſalma.

¶Scda pars in qua virtutes eius & gloriã deſcribit dicẽs(qm̃ ꝑueniſti eũ in bñdictionib⁹ dulcedinis). Aug. Hiero. Quotquot em̃ fuerũt bñdictiões patriarcharũ ante aduentũ xp̃i in ipſis chriſt⁹ benedict⁹ eſt, & ꝑuẽtus in bñdictiõib⁹ anteq̃ a iudęis fel porrectũ guſtaſſet, & qm̃ prius hauſerat bñdictionẽ iſtã fel pc̃torũ noſtrorũ nõ nocuit ei. Glo. Caſſio. Nã cũ alij in amaritudinib⁹ adę ꝑueniant chriſtus pręuẽtus eſt in bñdictionib⁹ dulcedinis.

Caſſiod, Benedictio autem dulcedinis fuit quãdo dictum eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. (Poſuiſti in capite eius coronã de lapide præcioſo.) Hiero. Augu. Glo. (Corona) dei eccleſiæ ex variis gentibus congregatio eſt, de qua Paulus ſub perſona credentiũ ait. Gaudiũ & corona mea, in principio em̃ ſermonis eius ambierunt e[ius] lapides pręcioſi diſcipuli ſui a quibus exordiũ annunciationis eius fieret, hæc autem erat corona capitis ſui quæ ideo nõ vt ornaret impoſita eſt ei, ſed vt de chriſto domĩo potius ornaretur.

4 Alia lřa dediſti.

Vitam petijt a te tribuiſti ✠ ei longitudinem dierum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

Auguſti. Caſſio. (vita) reſurrectionẽ ſignificat quã ille petiit dicens. Pater clarifica filiũ tuũ. (Et dediſti ei) Glo. Sibi ſcilicet & ſuis (longitudinẽ dierum in ſeculũ, & in ſeculum ſeculi) Aug. Lõga ſcilicet, tempora ſeculi huius quę haberet eccleſia. Et deinceps ęternitatẽ (in ſeculũ ſeculi. Hiero. impia nunc igitur ſynagoga cõticeat. Quis em̃ hoĩm viuit (in ſeculũ & in ſeculũ ſeculi) Dauid & Salomõ non amplius quam quadragenis annis regnauerunt. Eccleſia vero ſtat (in ſeculum & in ſæculum ſeculi) Et propter ea.

5 Alia lřa in ſalute tua.

Magna eſt gloria eius in ſalutari ✠ tuo gloriã & magnum decorẽ impones ſuper eum.

Hiero. (magna eſt gloria eius) hoc eſt magnum eſt hoiem aſſumptũ eſſe ad dexterã dei patris. Auguſt. vel (magna eſt gloria eius in ſalute) qua eũ reſuſcitaſti, & ad'huc ades ei quia (gloriã & magnum decorẽ impones ſuper eũ) Idẽ. Cum ſcilicet eum in cœlo collocabis ad dexterã tuã. Hiero. vel (gloriã) reſurrectionis magnum vero decorem) transfigurationis qñ ſcilicet in monte reſplẽduit facies eius ſicut ſol, & veſtimeuta eius facta ſunt alba ſicut nix. Caſſ. vel (gloria & magnum decus) tempus videtur ſignificare iudicij, vbi in deitate ſua altiſſimᵘˢ apparebit habens gloriam de iudicio (decorem) vero de maieſtate. Gloſa. Et vere ita erit.

6

Quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculũ ſæculi. lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Glo. (Dabis) inquit (eum in benedic. in ſeculũ ſeculi) vt ſcilicet per eum omnes gentes benedicãtur ſicut promiſit deus Abrahę dicens. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Auguſtinus. Et hęc eſt benedictio quam ei dabis quia (lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo (. Hieronimus. hoc eſt, erit tecum ſemper in cœlis. Hugo card. vbi nõ ſolum ipſe ſed etiam ſui gaudebunt cum adunata fuerit illa multitudo ſanctorũ & numerus reſtitutᵘˢ eorũ pro quibus paſſus eſt, ſequit̃ cã tanti gaudij.

7

Quoniã rex ſeprat in domino, & in miſericordia altiſſimi non cõmouebitur.

(Quoniam rex.) Glo, id eſt homo chriſtus. Caſſio, qui in paſſione ſua rex aſſcriptus tribus linguis legebatur (Sperat in dño). Caſſio. Secundum hominem ſperauit in domino. Hugo cardi. Lyra. Licet enim in chriſto nũ fuerit ſpes quæ eſt virtus theologica, tamen fuit in eo ſpes quæ eſt expectatio certa futurę glorię quã ante paſſionẽ nõ habuit q̃tũ ad corpus, ſed eã ſperauit (& in miſericordia altiſſimi nõ cõmouebitur.) Aug. Hugo car. Certus em̃ de mĩa altiſſimi, cuius virtus obunbrabit ei nõ cõturbabit humilitatem eius & obedientiam vſq; ad mortem. Caſſio. Ne ſcit enim a patris mĩa ſubmoueri qui ſperare in eius gloria perſeuerat. Quis em̃ ſperauit in domino & confuſus eſt.

8 tertia pars

Inueniatur manus tua om̃ibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Gloſa. & Hugo cardi. Hęc eſt tertia pars in qua agit ꝑpheta de penis inimicorũ chriſti dixit ergo cõuertẽs ſermonẽ ad filium, qui ante loquebatur ad patrem. Auguſt. (Inueniatur) O rex (manus tua id eſt poteſtas tua cum ad iudicandũ veneris (omnibus inimicis tuis) qui eam in humilitate tua nõ intellexerunt. Hugo car. & eſt prędictio nõ optatio, tanq̃ diceret tunc cognoſcetur dñs iudicia faciens qui modo nõ cognoſcitur miſericordiã offerens. Hiero. Caſſio vel (inueniatur manus tua) id eſt operatio tua vt afflictos cõuertas inimicos qui a tuis regulis mundi detectatione diſſentiunt (dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt). Auguſt. Illa ſcilicet claritas qua regnas ad dexterã patris (inueniat) in die iudicij puniẽdos (oẽs qui te oderunt) quia nunc ipſi nõ inuenerunt eam. vel ſecũdum Hiero. (dextera tua inueniat odiẽtes te) illos ſcilicet cõuertendo, nimia nãq; clementia dñi qui etiã inimicos ſuos inuenire deſiderat. Hugo card. Et notandũ ꝙ primo dicit paſſiue inueniat̃, ſcđo vero actiue ĩueniat ad demõſtrandũ ꝙ ex parte malorũ erit paſſio. Ex parte dei erit actio, vñ ſequit̃.

Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultus tui, dñs in ira ſua cõturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

(Pones eos) inquit (vt clibanum ignis in tempore vultus tui). Augu. id eſt cõſtitues eos ardentes intrinſecus conſcientia impietatis ſuę. Hugo cardi. vt ſicut ignis ardet in clibano, ſic vermis cõſcientię interius exurat eos. Caſſio. Clibanus enim eſt coquendis panibus enei vaſculi deducta rotunditas quæ ſub vrentibus flammis ardet intrinſecus quod ſignat peccatores qui in iudicio torquendi ſunt & mœrore animi & excruciatiõe pœnali, (tẽpus) autem (vultus dei) dies eſt iudicij quãdo filius hominis videbitur ab oĩbus (dominus in ira ſua cõturbabit eos.) Caſſio. Hoc eſt in iudicio futuro quando audient. Ite in ignẽ ęternum (& deuorabit eos ignis.) Idem. iſtam ſententiam peccatores cõſequenter vt perpetua flamma deuorentur. Iſte tamen ignis ſic abſumit vt ſeruet, ſic ſeruat vt cruciet, dabiturq; miſeris vita mortalis & pena ſeruatrix. Grego. in mora. Iob lib. xv. In tempore itaq; vultus dñi iniuſti omnes & vt clibanus ponũtur & ab igne deuorantur, quia apparẽte iudice eum a viſione illius eorum multitudo repellitur. Et intus per deſiderium ardet cõſcientia. Et foris carnem cruciat gehẽna, vt qui ſimul in anima & corpore peccauerũt per ignẽ crucient̃ in corpore & per dolorem ardeãt in mẽte. Hiero. Vel in bonam

partem(pones eos vt clibanum ignis)vt combu=
rātur illorum peccata,vt ſicut clibanus intrinſec⁹
ardet,ſic illorum conſcientia intrinſecus ardeat ꝑ
contritionem,& dolorem,eo ꝙ bona non fecerūt
(Domine in ira tua conturbabis eos) clemētia em̄
dei hic non punit,ſed turbat , vt ad pœnitentiam
conuertantur(& deuorabit eos ignis)cum ſcilicet
a ſpiritu ſancto illorum peccata deuorabuntur.

10 FRuctum eorum de terra perdes,
& ſemen eorum a filijs hominum
Auguſti. ❡Augu.(Fructum illorum)quia terrenus eſt (de
terra perdes.(Caſſiodo.fructus enim illorum fue=
rat in terra viuentium,ſi filio dei credidiſſent,ſed
quia hoc facere contempſerunt , merito fructum
illum beatitudinis perdiderunt,& ſemen eorum.
Caſſio. Idem.ideſt,vota vel facta peccantium.Augu.Hie.
Caſſio.vel quoſcūq; ſeduxerunt(perdes a filijs ho
minum)ideſt non deputabis inter filios hominū,
quos in hęreditatem ſempiternam vocaſti,hęc au
tem pœna,ideo erit illis.

11 ✠alia lit. cōſiliū. QVoniam declinauerunt in te ma=
la,cogitauerunt conſilia ✠ quę nō
potuerunt ſtabilire.
Auguſti. Aug.Gloſ.Hæc autem pœna retribuetur eis (quo
niam declinauerunt in te mala)dum ſcilicet mala
quæ ſibi imminere te regnante putabāt, in te oc=
Caſſio cidēdam retorſerunt.Caſſio Cum putarent iudæi
imperium Romanum ſibi fore perniciosum,ſi re=
Matth. xxvi. ioh.xi. gem ſaluatorē dominū ſuſcepiſſent,in ipſum auſi
ſunt mala declinare quę ſibi credebant Romanis
vlciſcentibus euenire: Hieronymus vel(declinaue
runt in eum mala (quando dixerunt, quia dignus
erat morte,&quod expediebat quod vnus morere
tur & non tota gens periret,& in hoc(cogitauerūt
conſilia quę non potuerunt ſtabilire)Caſſio.id eſt
ad votum ſuum perducere,nam neſcientes vera di
Hierom. xerunt.Oportuit enim vnū pro om̄ibus mori ve
rum quidem ſed malo voto prolatum Hieronym⁹
mat.27 vel(cogitauerunt conſilium) quando dixerunt,
Pilato domine recordati ſumus quod ſeductor ille
dixit adhuc viuēs,poſt tres dies reſurgam,ad quo=
rum votum iuſſit illum cuſtodiri ſepulchrum, in
quo ipſi ſigilla poſuerunt,ex quo(non potuerunt
ſtabilire conſilium quod cogitauerunt.)

12 ✠alia li. deorſum QVoniam pones eos dorſum ✠ in
reliquijs tuis pręparabis vultum
Hieroni. eorum.
Hierony.Duobus modis exponitur(Quoniam po
nes eos dorſum)quia ſemper terrena deſiderāt,vel
(dorſum)vt retro cadant,qa retro reſpiciunt.Aug.
Vel quoniā ordinabis eos in his a quibus poſtpo
ſitis auerteris.Vel ſecundū Caſſio.Poſiti ſunt Iu=
Hugo dæi(deorſum)quando vicio ſuo terrena ſapientes
non meruerunt cœleſtia contueri.Hug.car.vł po
nes eos deorſum)vt fugiant a te non habētes illu
minationem vultus tui,& dentur in reprobū ſen
Hieroni. ſum(in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
Hierony.reliquiæ eorum filij, Iudæoꝝ ſunt q̄ oc=
ciderūt caput prophetaꝝ(in quib⁹ pręparabis vul
tum eoꝝ)vt illa vidicta quæ cœpit a prophetis ve=
mala.4 niat ſuper illos qui occiderunt)vel(in reliquijs tu
is)hoc eſt per Enoch,& Heliam(præparabis vultū
eorum)quoniam per eos credituri ſunt in finem,
iuxta illud. Cōuertā corda patrum in filios.Aug.
Gloſa. vel in reliquijs tuis,hoc eſt in his,quæ reli Gloſa.
quis,ideſt in cupiditatibus regni terreni præpara
bis tibi ad paſſionē impudētiā eorum.Glo. Hug. Gloſa.
car.vel(in reliquijs)hoc eſt in his quos tibi relin=
quis de gentibus aſſumendos(parabis vultū eoꝝ)
qui deberet eorum eſſe quibus credita fuerant elo=
quia legis,& prophetarū,& ad quos venit Chriſt⁹.

EXaltare domine in virtute tua canta 13
bimus & pſallemus virtutes tuas.
Hierony.Vox eccleſię(Exaltare) inquit(domine
in virtute tua,ideſt,demōſtra tuam poteſtatem , &
maieſtatem,& quia prius veniſti in humilitate ve
ni modo in maieſtate.Aug.Glo.vt quem humilē Auguſti.
non cognouerunt(exaltare)in virtute tua quā in=
firmā putauerunt,Caſſio.(Exaltare)inquā ideſt re
ſurrectione magnifica(in virtute tua)ideſt,in dei
tate verbi(& nos cātabim⁹,& pſallemus virtutes
tuas.Hierony.Aug.Caſſiod.Glo.hoc eſt corde,& Hieroni.
opere celebrabim⁹,& nota faciem⁹ mirabilia tua,
hęc enim duo ſunt,quæ a nobis omnimodis ex=
petuntur,vt videlicet laudes domini fideliter ore
cantemus,& opere noſtro ipſius mādata faciam⁹.

Pſalmus vigeſimus primus.

✠alia li ꝓ aſſumptione alia ꝓ cena matutina.

❡Titulus.
In finem pro ſuſce
ptione ✠ matutina,
pſalmus Dauid.
Caſſio.Siue(in finē ſiue
ꝑs.ſiue dauid quid ſibi
velint)frequenter expo
ſitum eſt,reſtat pro(ſuſ=
ceptione matutina) ex=
planare debeamus. Idē.
Aug.Hieron.(ſuſceptio
matutina) eſt xp̄i reſur=
rectio ſicut dicitur in e=
uangelio. Vna ſabbati
valde diluculo venit ad
monumentum. &c.

Lyra.Antiq hebręi hūc
pſalmum expoſuerunt,
de tribulatione contra
Iudæos per Amā exci=
tata ad occidendū eos,
& cōfigēdū in ligno ſi=
cut Amā pręparauerat
Mardochęo vt habetur
Heſter. vii. dicentes ꝙ
(pceruā matutinā)intel
ligitur Heſter ,quorum
tamen opinio per eum
poſt Hieronymū ipro= Heiro.
batur.Et idē de Lyra to
tum pſalmum intelligit
de chriſto ad literam

Dicuntur autem ex perſona crucifixi.nam in capi matthei. xxvii
te pſalmi huius ſunt verba quæ in cruce clamauit mar.xv
Gloſa.Et quāuis pſalm⁹ iſte ſufficeret ad teſtimo= Gloſa.
nium paſſionis,ne qua ſit tamen alicui excuſatio
Sequuntur & alii quatuor de eadem re aperte ſcri
pti ſcilicet.xxxiiii.liii.lxviii.&.cviii. Quorum o=
mniū talis eſt forma,quia gemitu , & ab oratione
incipiunt,& in ſalute hominum terminātur , ne
deſperent fideles audita paſſione,ſed ex eā veram
ſalutem eſſe credāt.Caſſiodo. Pſalmus autem iſte, Caſſio.
eſt ingentium rerum admiratione plenus,vt qui
in hac vita contemnēdum,& quid in alia eſſet ſpe
randum capitis ipſius cōmonitionibus noſcere=
mus.nā cum multi pſalmorum breuiter de paſſio=
ne meminerint,nemo tamen eam tanta proprie=
tate deſcripſit,vt non tā prophetia,q̄ hiſtoria eſſe
videatur,Glo.Et eſt ſenſus tituli talis(pſalmus iſte Gloſa.
tendens in finem)ideſt in Chriſtum ,(de cuius paſ
ſione agitur eſt(Dauid)id eſt Chriſti qui hic loqui
tur in perſona ſua,vel in perſona veteris hominis
& orat pro ſuſceptione matutina,ideſt pro reſurre

ctione ſua manefacta vel pro(cerua matutina)ſecū dum aliam literā,quod idem eſt. Cerua em̄ eſt humana Chriſti natura,quæ lutum,& ſpinas peccatorum tranſilit,& mane in gloriam reſurrectionis, quaſi in altū eſt,aſſūpta intētione aūt mouet nos iſte pſalmus cōpati Chriſto,vt regnemus cum eo. Et diuidit in tres ꝑtes. In prima eſt conq̄ſtio de relictione dei hūilitatem ſuā cōmendās. In ſecūda deſcribitur paſſio, & petitur & reſurrectio ibi. (Circundederunt me vituli multi). In tertia fruct⁹ & vtilitas paſſionis oſtenditur ibi (Narrabo nomen tuum).

Gloſa. Gloſa.Chriſtus ergo ſub perſona veteris hoīs pœnæ,& culpæ expoſiti clamat dicens.

1 Deus deus meus reſpice ✠ in me, quare me dereliquiſti longe a ſalute mea verba delictorum ‡ meorum.

ħ. xxi ✠ hoc nō eſt in hebreo ſed additum eſt a lxx ‡ alia li verba gemitus mei Alia gemitu meorum Alia vero clamoris mei

Hierony.Hoc verſiculo dominus in cruce pendens vſus eſt.Ex quo animaduertim⁹ totum pſalmum a domino in cruce poſito decantari.Glo.Præmittitur autem cōqueſtio de derelictione,necnon & oratio,ſicut & in omnibus pſalmis de paſſione.Ait enim(Deus deus meus) Caſ. Hæc repetitio affectum neceſſariæ orationis oſtēdit.Gloſ.Vel(deus)omnium per creationis potentiam(meus vero proprie per cultum. Hugo cardi. Qui potes,quia(deus)& vis quia(deus meus reſpice in me.)Caſſio.Cum dicit(reſpice in me)celerrimū ſibi reſurrectiōis ꝓuenire deprecatur auxiliū. Sequitur.(Quare me dereliquiſti.)Auguſt.Gloſa. Mirꝫ quomodo Chriſtus hoc dicit,cū & de⁹ eſſet cum eo qui non dereliquit eū,ſed pro nobis hoc dicit qui in eo ſumus corpus eius. Corpus enim Chriſti eſt eccleſia.

Hieroni. Hierony.Vel hic humanitas loquitur,quæ derelicta fuit in Adam,quādo præceptum tranſgreſſus eſt,vel quando in paſſione derelictus eſt Chriſtus pro parte carnis.

Caſſio. Caſſio. Derelictum nāqꝫ ſe ſub quadā interrogatiōe teſtatur, quia reuera manibus impiorum tradi non poterat, niſi maieſtatis eius potentia hoc fieri permiſiſſet.)Dereliquiſti me)inquā(longe)a ſalute mea.

Gloſa. Gloſa.Aug.ideſt mei veteris hominis. Quia lōge a peccatoribus ſalus,& hæc ſunt verba nō iuſticię, (ſed verba delictorum meorum.) Vetus enī homo confixus eſt cruci.

Hieroni. Hierony. Hoc autē diuinitas, ideo loquitur,quia noſtra peccata ſua reputat, vel quia lōge ſunt a ſalute mea verba iſta quæ fundo, in quibus non tam mihi ſalutem poſtulo,qui de⁹ ſum,q̄ populo qui ſalute indiget.

Deus meus clamabo per diē & nō exaudies,& nocte & non ad inſipientiam mihi.

(Deus)inquit(meus clamabo per diem,)Caſſiodo. (Per diem)nāqꝫ clamabat humanitas verbi,quam non circundabant tenebræ peccatorꝫ.

Auguſti Augu.(Per diem inquit(clamabo)hoc eſt in rebus proſꝑis huius vitæ vt non mutentur.(Et non exaudies)quia verbis (delictorum meorum ad te clamabo,& nocte,ideſt in aduerſis huius vitæ(clamabo) vt proſperentur,& ſimiliter (non exaudies)neqꝫ hoc facis(ad inſipientiā mihi.) Sed vt ſapiā quid clamare me velis,non verbis delictorū ex deſiderio temporalis vitæ,ſed verbis conuerſionis ad te in vitā æternam.

Hieroni Hierony.(dies)nanqꝫ &(nox)ſunt proſperitas,& aduerſitas in eccleſia,quæ nō exauditur in proſperis ne ſe extollat,nec exauditur in aduerſis vt amplius mundetur.

Grego. Grego.in mora. Iob li. xxvj.(Non)itaqꝫ(mihi ad inſipientiā)proficit,qa die ac nocte clamātem ne continuo non exaudis, quia vnde me in temporali tribulatione quaſi deſeris,inde ad ęternā ſapientiam plus erudis.Deſideria nāqꝫ noſtra dilatione extenduntur,vt proficiāt proficiūt,vt ad hoc quod ꝑcepturi ſunt conualeſcant,excitantur in certamine vt maiorib⁹ cumulētur pręmijs in tribulatione.Labor protrahitur pugnæ vt creſcat corona victoriæ.

Hieroni Hiero. Vel non ad inſipientiā mihi,quia filius coęternus patri,ſcit omnia cur non ſit exauditus in die paſſionis pro filijs mortis,& pro proſperitate,& tribulatione eccleſiæ ſuæ.Sequitur.

3 Tu autem in ſancto habitas, laus iſrael.

Auguſti Aug.(Tu autem in ſancto habitas)ideſt in ſanctificatis a te.Et ideo immunda delictorū verba non exaudies. Hier.(In ſancto)inquit habitas(hoc eſt in ſuo corpore,vel in cœlo,ſiue in eccleſia(Tu)dico(qui es laus iſrael).

Auguſti. Aug.Hoc eſt laus vidētis te, non eius qui laudem quęſiuit in guſtando vetito cibo,vt apertis oculis corporeis ſuis abſcondere ſe conaretur a cōſpectu tuo. Lyra.Vel(in ſancto habitas)quia om̄ia ſancte facis,& ordinate,licet aliquādo aliter ignorantibus videatur.Sequitur.

4 In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt & liberaſti ✠ eos.

✠ alia li eruiſti

Quaſi diceret,quare non audis me,qui minores, q̄ ego ſim audis(In te enim ſperauerunt patres noſtri.)Antiqui ſcilicet iuſti ſperauerunt,& liberaſti eos.Aug.

Caſſio Caſſio.Nouimus em̄ & legimus,q̄ q̄ multos patres noſtros ſpātes in ſe eruit de⁹. Eruit nāque ipſum populū iſrael de terra ægypti. Eruit tres pueros de camino ignis. Eruit Danielem de lacu leonum. Eruit ſuſannā de falſo crimine. Oēs inuocauerunt,& eruti ſunt. Nunquid ergo defecit ad filium ſuum:cui non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Sequitur iterum.

Exo.xiiii
Dan.3
Dan 14
Dan xiij
Roma 4

5 Ad te clamauerūt & ſalui facti ſūt in te ſperauerūt & nō ſunt cōfuſi.

Caſſio Caſſio. (Clamauerunt)martyres ad Chriſtū, dum eos corporalis pœna cōſumpſit, & putabantur ab infidelibus non exaudiri,ſed illi potius valde auditi ſunt,quia coronam percipere meruerūt.Nec ſunt confuſi,quos conſtat veniſſe ad pręmiū.Nō enim confunditur qui æternum regnum conſeq̄tur.

Auguſti Aug.Nec eos fefellit ſpes quam non in ſe,ſed in te poſuerunt.

6 Ego autem ſunt vermis & non homo,opprobrium hominum & abiectio blebis.

Gloſa. Gloſa.Hucuſqꝫ locutus eſt Chriſtus in ꝑſona veteris hominis,hic iam proprie in ſua perſona loquitur.Tauquam diceret,Patres qui ad te clamauerūt liberaſti,& non me,quod mirum eſt.

Hugo. Hugo cardi. Idem cum ego ſim maior eis,& natura,& merito, natura,quia deus,& homo.Merito vero,quia plu

ra paſſus(Ego)inquit(ſum vermis)Auguſti.Quia natus ſum de virgine ſine virili ſemine , vt eſſem vltra homines in homine.vnde addidit. (Et non homo)tantum.quia etiā & deus ſum,vel(non homo.(Quia vt homo peccator non ſum,vel(ego ſū) a peccatorib⁹ viliter cōculcatus vt(vermis,&nō) vt (homo)ideſt ac ſi non eſſem homo. Caſſio.Augu. Gloſa.Vermi itaque cōparatur Chriſtus,quia mortalis,& quia de carne ſine mixtione hominis natus eſt.Et quia viæ eius ſilentioſæ,& humiles extiterunt,& propterea dicit(Ego ſum vermis , & non homo.)Sum etiam(Opprobrium hominū,& abiectio plębis.)Hierony.Aug.(Opprobrium)ſcilicet quando dixerunt Iudæi tāquam pro conuicio,& maledicto. Tu diſcipulus illius ſis.Caſſio. Vel quādo eum ſputis innumeris cōſpuebant,& alapis ſacrilegis verberabāt.(Abiectio) vero (plębis.)Hie. quando eum eiecerunt extra ciuitatem,& crucifixerunt.Caſſio.Vel quād Barrabā eligentes Chriſtum eiecerūt.Quomodo autem fuerit opprobriū & abiectio plębis .Sequitur.

Gloſa. Hieroni. Joh.1c. Mat.26 Mar.14 Joh.15 Mat.27 Mar 15 Luce.23 Joh 18 Mat.27 Mat.xvi

7 ✠ Alia litera conſpiciebāt ✠ Alia litera ſubſānabant. Mat.27. Mat.27.

Omnes videtes ✠ me deriſerūt ✠ me, locuti ſūt labijs & mouerūt caput.

Omnes)inquit(videntes me).Hierony.Caſſiodo. Hoc de malis tātum dicitur per ſynocdochen.(Locuti ſunt labijs). Hierony.Quia quod habebant in corde,loquebantur in verbis. Hug.cardi. Falſa imponendo dicētes. Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere,& falſa promittendo dum dicebant.Deſcendat nunc de cruce , & credimus ei. (Et mouerunt caput.)Hug.car. Prętereuntes em̄ blaſphemabant eum mouentes capita ſua,& dicētes.Vach qui deſtruis templum dei. Augu.Vel irridentes mouerunt capita ſua dicentes qđ ſequitur.

Matth. xxvii

8 ✠ Alia litera eruat

Sperauit in domīo eripiat ✠ eū, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum.

Caſſio

Caſſiodo.Dicebant enim Iudęi quando dominus pendebat in cruce. Sperauit in domino,liberet eū nunc ſi vult,per quandā ironiam ſeu irriſionem. Ecce quomodo videmus hic potius euangelium recenſeri,quā pſalmum quādo hæc tanta veritate completa ſunt,vt non futura,ſed tranſacta eſſe videantur,ne quid autem excuſabile perfidis aut fidelibus relinqueretur ambiguū. Glo.Cauſam aūt opprobriorū iſtorum ſubiungit dicens.

Mat 27. Gloſa.

9 ✠ Alia litera lactātes

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre , ſpes mea ab vberibus matris meę,in te proiectus ✠ ſū ex vtero.

Gloſa.

Gloſa.Tāquā diceret ideo Iudęi hoc dicūt.(Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre)id eſt quia homo factus ſum tui operatione. Nā in verbum quod eſt deus in principio,per quod facta ſunt onia,talia non dicerent , ſed quia (extraxiſti me de ventre). Hierony. Caſſio.De ventre vtiq; virginali.Hu.car.Manente eius integritate ,& pudicitia, ideo hęc opprobria ſuſtinui.Aug.Vel non ſolum hoc dicit de hoc ventre virginali , nam omnibus hominibus lex iſta naſcendi eſt,vt de ventre extrahantur,ſed etiam de ventre Iudaicæ gentis,cuius vterus non me pertulit,ſed iactauit.Nec tamen fecit venter eius,vt ſicut paruulus eſſem tui oblitus.

Hieron. Hugo Auguſti.

Quoniam tu ſemper fuiſti(Spes mea ab vberibus matris meæ). Auguſtinus. Spes nanque mea deus,non ſolum ex quo vberibus virginis lactari cœpi. Nam & ante vtique ab vberibus ,ſcilicet , Synagogæ , a qua ſicut de ventre extraxiſti me,ne carnalem conſuetudinem ſuggerem.(In te proiectus ſum ex vtero). Gloſa. Vt tu ſolus eſſes ſpes mihi,qui vt homo infirm⁹ ſum.(Tu) vero(es) deus meus.)Caſſio.Et in hoc oſtēdit ab humana ſe iniquitate fuiſſe diſcretum. Augu.Vel(in te proiectus ſū ex vtero)ſynagogæ, quæ me nō ꝑtulit, ſed iactauit.Non aūt cecidi,qa cōtinuiſti me.Nā

Gloſa. Caſſio. Auguſti

De ventre matris meę deus meus es tu,ne diſceſſeris a me.

Hugo cardi.(De ventre)inquit(matris meę deus meus es tu)ideſt ſecundum humanitatem , quam de matre traxi.Nā ſecundum deitatem non dicit pater deus filij,ſed pater filij,& idem deus cum filio.Lyra. Vel ſic (de ventre matris meæ deus meus es tu). Ideſt ex tunc deum meum te cognoui,quia anima Chriſti ab inſtanti conceptionis fuit repleta virtutibus,& ſcientijs. Et ideo (ne diſceſſeris a me.)Hiero. In die ſcilicet paſſionis,de qua ſubdit.

Hieroni. 11

Quoniam tribulatio proxima eſt, quoniam non eſt qui adiuuet.

Hieronimus.(Quoniam tribulatio ꝓxima eſt) vt ipſe dixit. Surgite eamus hinc:ecce appropinquauit qui me tradet. Lyra.(Tribulatio)inquit , ideſt acerbitas paſſionis meæ maxima(proxima eſt.) Gloſa. In corpore,vel ſecūdum tempus.(Quoniā non eſt qui adiuuet. Hug. Videte deſertum, ve nobis ſi ipſe nos deſerat. Quis enim adiuuat,ſi ipſe non adiuuat.Lyra. Hęc autē petitio,& conſimiles erant orationis nō pro ſe,ſed veritatē maturę paſſibilis oſtendentis.Hiero.(Non enim eſt qui adiuuet)neq; angelus,neq; homo,niſi tu pater.Caſ. Conſideremus ergo ſi debem⁹ ab ipſo diuidi , qui nullius niſi ipſius poſſumus tantummodo miſeratione ſaluari.

Hiero. mat.26 Auguſti. Caſſio.

Circundederūt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.

Actio p̄s Gloſa.

Glo.Hęc eſt ſecunda pars huius pſalmi,vbi deſcribitur Chriſti paſſio,quam terminat oratio. Et ad conuinciēdos Iudęos refert tūc futura quaſi pręterita.Et tanquā diceret. Tribulatio proxima eſt. Nam circundederunt me vituli multi , tauri pingues obſederunt me.)Auguſt(Populus ſcilicet,& principes(ppl's vituli multi)principes vero tauri pigues.Hierony.Caſſiodo(Vituli enim laſciuientes ſunt iudęi,qui petulātes,& laſciuiētes,& fatui greſſus ſuos nulla moderatiōe diſtinguūt.ſed vagi ad iniqua conſilia ſaltibus efferūtur(Tauri)vero(pingues)ſunt principes Iudæorum propter ſuperbiā illorum.Et bene additur(pingues)quia tunc animal nimis redditur inquietum,quando pinguedine multa refertū eſt.

Auguſti Caſſio.

13

Aperuerunt ſuper me os ſuū, ſicut leo rapiens & rugiens.

Hierony.Aug Caſſio.(Aperuerunt os ſuū)vt feræ volētes me deglutire cum dicebant. Crucifige crucifige.Caſſio. Quod autē dicit(rapiēs)pertinet ad inſaniſſimā ſeditionem eorū , qui eum traxerunt

Hieron. luc.23. Caſſio.

ad tribunal presidis.(Rugiens) vero ad blaſphe-
mas voces pertinet.Lyra.Vel hoc dictum ex crude
litatis magnitudine.

14 SIcut aqua effuſus ſum, & diſperſa
ſunt omnia oſſa mea.

(Sicut)inquit effuſus ſum.Hiero. Sic enim vo
luerunt iudei chriſtum extinguere quaſi aquam
quæ hauritur & diſpergitur & non reuertitur. Au
guſtinus Vel(ſicut aqua)quæ quando effunditur,
aut abluit,aut irrigat.Effuſus eſt chriſtus per quē
Gloſa. ablute ſunt ſordes,& rigate ſunt mētes.(Et diſper
matthei ſa ſunt omnia oſſa mea).Glo.Hoc eſt quod pre ti-
x vi. more paſſionis diſperſi ſunt diſcipuli,dum relicto
Hieroni. eo fugerunt.Hiero.Oſſa enim chriſti ſunt apoſto
li,quia ſicut caro ab oſſib⁹ roboratur,ita & corpus
chriſti apoſtoli vel doctores firmantur a chriſto.
Caſſi.Vel(oſſa)tunc(diſperſa ſunt)quādo dixit apo
Luc. x ſtolis. Ecce ego mitto vos,velut agnos in medio
luporum,orbem terrarum diuino imbre ſanantes.

x; FActum eſt cor meum tāquam ce-
ra liqueſcens,in medio vētris mei.

Hieroni Hiero.Auguſt.Caſſi.Sed quomodo cor ipſius
factum eſt ſicut cæra?Cor ipſius ſcriptura id eſt ſa-
pientia ipſius eſt quę erat in ſcripturis.Clauſa ta-
men erat ſcriptura,& nemo eā intęlligebat poſt-
matthei quam vero crucifixus eſt chriſtus liquęfacta eſt ſi
xxvii cut cæra,ita vt omnes infirmi intelligerent eā.Nā
mar. xv inde & velum templi ſciſſum eſt,quia quod vela-
u. x. iii batur reuelatum eſt. Caſſi.Bene autem legis miſte-
ria comparata ſunt cære,quę tunc ſplendorem
reddit,quando in vſum luminis calore liquefacta
eſt diſſoluitur.Liquęfacta eſt iniqua.(In medio
vētris mei)id eſt in memoria eccleſię..Idē Hiero.
Hieroni. Ventrem enim dicit eccleſiam vbi tecta verba præ
dicātium veniente tēporis plenitudine patuerūt.
Lyra.vel factum eſt cor Chriſti ſicut cera liqueſcēs
Nam ſicut cęra ignis calore reſoluitur,ſic cor hu-
manum inquantum eſt ſenſitiuæ partis organum
horrore terribilis imminētis paſſiōis fuit in chri
ſto liquefactum,quamuis nihil in eo fuerit inor-
dinatum.

15 ARuit ✠ tāquā teſta virtus mea,
✠ alia li. Crarunt & lingua mea adhęſit faucibus
‡ alia li. in limu; meis, & ī puluerē‡ mortis deduxiſti* me
* alia li. deduxerunt me Hiero.Aug.Caſſio.Non dixit(aruit,)ſicut fœnum
vt caderet,ſed(tanquā teſta)vt firmaretur,quia ſi
cut teſta antequam in ignem ponatur,infirma,&
mollis eſt,in igne vero dureſcit,& fortior reddit.
Sic domini nomen ante paſſionē continuebatur.
Poſt paſſionem vero virtus eius ſolidata eſt,& ho
norificata.(Et lingua mea adhæſit faucib⁹ meis,)
Idem. Linguam ſuam ſignificat apoſtolos,& præ
dicatores,qui obmutuerunt tempore paſſionis.
Poſt ea autem adhæſerunt faucibus ſuis,vt de in-
terioribus eius caperent ſapientiam.(Et in pulue
Caſſio. rem mortis deduxiſti me.Caſſiod. Sed quomodo
ſe dixit in puluerem deductum,cuius caro nō per-
tulit corruptionem.Sed hoc ad votum intelligen
dum eſt immaniū Iudæorū,qui ſe putabant chri-
ſto mortem dediſſe cōmunem ,in qua crederetur
Hieroni vſq; in puluerē fuiſſe deductus. Hieronimus. Vel(
in limū mortis deduxerunt me) id eſt in infernū
quando animas ſanctorum ex inde deduxit ſecum
Gloſa.Vel(aruit)id eſt viluit virtus(mea)prius pro Gloſa.
bata miraculis(tanquā teſta) que eſt quoddā viliſ-
ſimū.Et ideo(aruit)quia (lingua mea adhęſit fau-
cibus meis,)dum in paſſione non reſpōdi eis ver-
bum . Sed tanquam ouis ad occiſionē ductus ſum
& tanquā agnus coram tondente obmutui . Ideo
etiam(aruit) quia deduxiſti me ſecundum opinio-
nem iudeorum.(In puluerem mortis)in quē om-
nes mortui rediguntur,Et hoc totum inde pceſſit

QVoniam circundederunt me ca- xvii
nes multi , conſilium malignan- ✠ alia li. vicit
tium obſedit ✠ me.

Hierony.Caſſiodorus.Canū natura eſt , vt nouis Caſſio.
hominibus nullatenus acquieſcāt,ſed illos impor
tunis latratibus arceant.His ergo iudęi iuſtiſſime
comparantur,qui nouā doctrina domini minime
recipientes contra eū ferociſſimis vocibus obla
trabant. Quique chriſto latrauerunt,& latroni cō Joh. vi
gauiſi ſunt,dū Barrabam petierunt. Augu.Gloſa.
Vel canes iudæi dicti ſunt tanquā latrantes,non p Auguſti.
veritate,ſed pro conſuetudine.(Conſilium mali-
gnantiū obſedit me)Gloſa.Caſſiod.Fuit enim cō Gloſa.
ſilium malignantiū,hoc eſt maligna cogitantiū,
quando cogitabant Ieſum dolo tenere,mortique
tradere,Lyra.Vnde euangeliſta.Mane autē inquit Matthei xvii x
facto,conſiliū inierunt omnes principes ſacerdo
tum,& ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eū mor
ti traderent.

FOderunt manus meas & pedes 18
meos, dinumerauerunt omnia oſ-
ſa mea.

Hieronmus.Aug.Caſſiodo. Videte euangelicam
narrationem.Pręteritū enim hic pro futuro po- Hieroni
nitur. (Foderunt,inquam) id eſt clauis fixerunt
manus meas.& fructum magnum inuenerunt ,ſa-
lutem ſcilicet gentium. Terra enim tūc varios fœ
tus germinat,quando hominum ſtudio cognoſci
tur exarata. Aug.Gloſa.Vel innuit foſſio manuū,
ꝙ operibus eius non crediderunt , pedum ꝙ apo- Auguſti
ſtolos lacerauerunt.(Dinumerauerunt omnia oſ-
ſa mea.)Augu.Caſſio,Quoniā pendens extentus Auguſti
erat in ligno. Et profecto non potuit melius de-
ſcribi extenſio corporis in ligno,q̄ vt diceret(Di-
numera.omnia oſſa mea)vt quod caro ſuperducta
celauerat nimia tēſione corporis appareret.Et nō
ſolum prædicta fecerunt,ſed etiā quod ſequitur.

IPſi vero conſiderauerunt & inſpe xix
xerunt ✠ me, diuiſerunt ſibi veſti ✠ alia li. conſpexerunt
menta ‡ mea, & ſuper veſtem meam mi- ‡ alia lit. veſtimē-
ſerunt ſortem, tum meū

Augu.(Conſiderauerunt)inquā,& non intellexe
runt.(Conſpexerunt)& non viderunt,quia vſque
ad carnem oculos,non vſque ad verbū cor habue-
runt.(Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.Aug. Hie.
Caſ.Ad literam in quatuor partes vt dicit Iohan. Io. xix
euange.(Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.
Hæc fuit tunica inconſutilis , deſuper context
per totum. Quod autem milites fecerunt quatu
or partes,& tunicam non diuiſerunt,ſignificabat
vnitatem eccleſiæ,quam volunt hęretici ſcindere

ſed non poſſunt. Veſtimenta enim eius ſunt ſacramenta, quæ potuerunt diuidi per hęreſes. Tunica vero deſuper texta eſt vnitas ſanctæ matris eccleſiæ ſeu charitas, quã nemo poteſt diuidere, vnde qui hanc habet ſecurus eſt. Et nemo eum a catholica mouet eccleſia, ſed hoc dono dei cuiq; prouenit non humano arbitrio.

20 ✠ alia li. aſpice

TV autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defenſionem meam conſpice ✠

Hierony. Humanitas ad diuinitatem loquitur, vt auxilietur ei in tempore paſſionis. (Tu autẽ) inqt (domine ne elongaueris auxilium tuum) ſed protinus me reſuſcita. Augu. Non in fine ſæculi ſicut cæteros. Caſſiod. Vt perfidorum mala crudelitas, ſuperuenienti gloria deſtruatur. (Ad defenſionem meã conſpice. Augu. Ne quid mihi noceant, put & fecit cum tertio die reſurrexit. Hiero. Vel ne qd mihi pars inferni illa vorax præualeat. Caſſiodo. Et quæ ſit iſta defenſio cõſequẽter exponit dicẽs.

21 ✠ alia li. eripe

ERue ✠ a framea deus animam meam, & de manu canis vnicã meã.

Aug. (Erue) inquit (a framea deus animã meam) ideſt a lingua diſſentiõis, vel a morte. (Framea) eſt gladius eſt, & per gladium plærũq; mortem ſuccedit. Hierony. Vel (erue me a framea) ideſt, malicia Iudæorum, & de illa eorum poteſtate quę ſeducẽdo iugulatur. (Et de manu canis vnicã meam. Hie. (Canes) iudæi (vnica) vero anima chriſti, quæ vnica ideo dicitur, quia peccatum non habet. Idem Aug. Caſſio. Vel vnicã dicit eccleſiam ſuam (Erue) inquã (eam de manu canis). Aug. Ideſt de poteſtate Iudæorum, qui ſicut canes canino more latrãt, nec intelligunt cõtra quos nihil illis fit, & latrãt. Quid enĩ fecit cani tranſiens via ſua? tamen ille latrat. Vnde qui latrant cecis oculis non diſcernentes contra quos, aut pro quibus canes ſunt. Hier. Vel (erue me de manu canis) ideſt de ore inferni, q more canino auide deuorat.

xxii ✠ Alia lra ſaluũ me fac. ✠ alia libera me ✠ alia li. vnicornio rum

SAlua ✠ me ex ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitatem meam.

Hierony. (Leo) eſt populus iudaicus propter fortitudinẽ maliciæ ſuę. Caſſio. Aug. Vel hoc dicit de poteſtate diaboli qui tanquã leo circuit quærens quẽ deuoret. Et qui bene cõparatur feris, quoniã humanis ſemp delectatur exitijs. (Et a cornib⁹ vnicornium. Aug. Caſſio. Vnicornes non diceret, niſi ſuperbos. Ideo ſubiecit (humilitatem meam). Vnicornes) enim dicuntur ſe ſingulariter erigentes, q nimia elatione ſurgentes conſortes ferre non poſſunt, dũ ſoli faciendum putant quodcũq; libuerit Hiero. Vel (vnicornis) populus iudaicus intelligitur, quia vnum ſolum cornu habet, ideſt vnam legem. Hugo card. Vel Romani dicti ſunt (vnicornes) propter monarchiam quã habebant, quibus ſubiectus erat totus mundus, qui cornibus ſuis cęteros ventilabant. Hug. Hiero. Vſq; hic de paſſione dixit. Nunc videamus fructum paſſionis. Ego inquit, Chriſtus non taceo, ſed ſurdi ſunt homines Audi inquit fructũ quare paſſus ſum iſta oĩa, ſeqtur

23 tertia pars ✠ alia lra cantabo te

NArrabo nomẽ tuũ fratribus meis, in medio eccleſię laudabo ✠ te.

Gloſa. Hęc eſt tertia pars in qua fructus paſſionis oſtenditur. Et quaſi quis quæreret quo fructu hęc pateris reſpondet. Caſſiod. Narrabo, inquit, id eſt, narrare faciam. (Nomẽ tuũ fra. me. Gloſa. ideſt apoſtolis. Hiero. (Fratres enim apoſtoli dicuntur vt ipſe alibi ait. Ite nunciate fratribus meis, vt eãt in Galilæam, ibi me videbunt. Augu. Caſſiod. Vel (fratres) dicuntur humiles ſe inuicem diligentes. Et p eos (ĩ medio eccleſię laudabo te. Hie. Hoc eſt ĩ medio credẽtium populorũ prædicabo te. Caſſio. In medio autem dicit, hoc eſt palam, & in conuerſatione multorum.

xxiiii ✠ alia li magnificat e

QVi timetis dominum laudate eũ vniuerſum ſemen iacob glorificate ✠ eum.

¶Hugo car. Nunc conuertit Chriſtus ſermonem ad fideles ſuos hortans eos ad laudem, dicens (qui timetis dominum laudate eum.) Aug. hoc eſt, qui timetis dominum) nolite quærere laudem veſtrã, ſed (laudate eum. Caſſio. dei enim timor quia iuſt⁹ & rectus eſt laudem generat, amorem tribuit, ardorem charitatis inflammat, timor vero humanus non laudem parturit, ſed vituperationem (vniuerſum ſemen Iacob glorificate eũ) Hiero. id eſt populus minor, populus ſcilicet chriſtianus qui ſupplantator eſt vitiorum magnificate illum, chriſtianorum namq; ſemen eſt iacob, de quo ſcriptũ eſt, ꝙ maior ſeruiet minori. Lyra. Glorificare autem eſt coram omnibus abſq; timore, & verecunda eũ honorare. Gloſ. Quod autem dixerit ſemen iacob aperit ſubdens.

xxv

TImeat eum ſemen Iſrael, quoniã non ſpreuit, neq; deſpexit deprecationem pauperis.

¶Hierony. (Timeat) inquit (eum omne ſemen Iſrael) omnes ſcilicet qui renati per baptiſmũ vidẽt mente deum. Caſſio. Superi⁹ enim dixerat (laudate qui timetis dominũ) Nunc vero ad quos timor iſte pertinere poſſit ediſcitur ad iſraelitas vtiq; id eſt ad videntes dominum, neſciunt enĩ timere deũ qui hæretica prauitate cęcati ſunt, vel de idolis ſcelerata mente deſeruiunt (Quoniã non ſpreuit neq; deſpexit deprecationem pauperis). Hiero. Meam ſcilicet qui pro vobis factus ſum pauper. Caſſiod. (Non) inquã (ſpreuit deprecationem pauperis) ſicut ſolent facere immundi huius honore gloriantes, qui pauperes ſpernunt, cauſamq; de habit⁹ qualitate mentiuntur, ſed apud deum longe diuerſũ eſt, qui de veſte non iudicat, ſed preces pauperum fidelium exaudit, & adiuuat ægenos, tui precioſus ille eſt qui fuerit ſanctitate ditiſſimus. ſequitur.

xxvi

NEc auertit faciẽ ſuam a me, & cũ clamarẽ ad eũ exaudiuit me.

Hierony. Nec (auertit faciem ſuam a me (Gloſa. vt ab illo veteri qui ſupra dicebat' clamabo, & nõ exaudies. Hiero. Sed reſuſcitauit me a mortuis. (Et cum clamarem ad eum reſpondit, Et clarificaui. & iterum clarificabo. Caſſiodo. Vel cum ſupra dixiſſet agendas gratias, quia pauperes diuinitas exau=

dire dignatur ſe intulit Chriſtus dominus dicens, (nec aduertit faciem ſuam a me) Et ſic cauſam omnium ſuam fecit, ſic peccata mundi corporis ſui ſãctitate deleuit. Quid autem clamauit? Quid de ſe dicit auditum? vtiq; vt mors noſtra ei⁹ exitio finiretur, vt peccatum veteris hominis redimeretur pretio ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis. Hugo cardinalis. Deinde ſermonem ſuum conuertit dicens.

27 ✠ alia litera cõfitebor tibi. ‡ alia l. coram timentib⁹ eum.

Apud te laus mea in eccleſia magna ✠ vota mea reddã in conſpectu timentium ‡ eum.

Augu. Tanquam diceret, non laudem meam quæro, quia tu es mihi laus apud deum, eius laudes ponit qui docet in homine non præſumi. (Apud te) inquit (laus mea in eccleſia magna.) Caſſiodo. (Apud te) ſignificat de te (in eccleſia magna) catholica ſcilicet, quæ in vniuerſo terrarum orbe diffuſa eſt (vota mea reddam in conſpectu timentiũ eũ) Hierony. Augu. Caſſio. Quę ſunt vota ſua? ſacrificium quod obtulit deo. Sacramẽtum videlicet corporis & ſanguinis ſui, quæ in illis præſentib⁹ redduntur, qui ei ſancto timore ſubiecti ſunt, vnde exprimens quæ ſint vota iſta, ſubiungit dicens.

Caſſio. Hieroni.

28

Edent pauperes, & ſaturabũtur ✠ & laudabunt dominum qui requirũt eũ, viuent corda eorum in ſæculũ ſęculi.

Auguſti. Ang. Caſſio. (edent pauperes, & ſaturabũtur) hæc ſunt vota quæ ſuperius dixit (edent) inquã (pauperes) ideſt humiles, & contemptores ſæculi, qui mũdi huius illecebras cõtemptum ditiſſimo reſpuerunt. Qui autem diuites ſunt, non ſatiantur hoc ſacramento, quia non eſuriunt, ſed (pauperes) ideſt regnum dei eſurientes (& laudabunt dominum qui requirunt eum). Auguſti. Caſſiodo. Pauperes dominum laudãt (diuites) ſemetipſos exaltant. (Pauperes (poſſident quod nunquam perdent (diuites) tenent quod nõ ſolum mortui: ſed etiam viui frequenter amittũt. Gloſa. (Pauperes) querũt implere cor deo & ideo etſi moriuntur (corpora) tamen viuent corda eorum in ſæculũ ſæculi. Hieronymus. cor anima ipſorũ eſt quę viuet ſine fine. Quia qui mãducat ex hoc pane viuet in ęternum. Caſſiodo. Illud enim ſemper viuere dicimus quod in diuinitatis gratia perſeuerat.

Auguſti. Joh. vi. Caſſio.

xxix ✠ alia li. cõmemorabũtur Lyra.

Reminiſcentur ✠ & cõuertantur ad dominum vniuerſę fines terræ.

Caſſiodor⁹. Prophetia eſt vniuerſalis eccleſiæ quã nunc conſtat toto orbe diffuſam. Lyra vel conuerſionis omnium gẽtium ad fidẽ chriſti ante finem mundi: quæ reminiſcentur & conuertantur ad dominum. Caſſiodo. Reminiſci autẽ proprie illos dicimus quos conſtat poſt obliuionẽ chriſti ad verã rediiſſe medicinã. Omnis enim homo deum ſibi confitetur auctorem. Sed quãdo deus omnipotẽs eſſe fideliter agnoſcitur recte ab eis dicitur reminiſce, vt ad illum veraciter redeant quem prius perverſa voluntate neglexerant.

Caſſio.

30 ✠ alia litera oẽs patrię.

Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſę ✠ familię gentium.

Auguſti. (Et adorabunt) in conſcientiis ſuis vbi adorant veri adoratores. Non in cõſpectu hominũ (adorabũt eum (inquam. Lyra. Adoratione latriæ (in conſpectu eius (. Glo. Caſſio. Quia eum dominum conſpiciunt, vel in fide orabunt, quia cõſpectus dei nõ eſt niſi per fidẽ (vniuerſæ familiæ gentium). Glo. Hoc eſt de omnibus finibus de omnibus familiis. Caſſio. Hoc enim dicendo nihil excipit qui cuncta cõcluſit, ſed quare adorabunt eũ, Sequitur.

Caſſio. Caſſio.

31

Quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.

Caſſio. Non enim ſunt gentium regna, ſed domini qui poteſtate ſuã & mutat reges & cõtinet. Hierony. Regnum enim diaboli cecidit & regnũ chriſti aduenit. Nam eo in cœlis aſcẽdente omnia ſubiecta ſunt ei. Auguſt. (Domini) inquam (eſt regnũ) non ſuperborum hominũ. (Et ipſe dominabitur gentium. Gloſ. Non modo iudęorum, ſed etiam gentium.

Caſſio. I cor. xv.

32 ✠ alia litera diuites. ‡ alia l. procident. Gloſa.

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues ✠ terrę, in conſpectu eius cadent ‡ omnes qui deſcendunt in terram.

Glo. Hic oſtẽdit ſacramẽtũ corporis & ſãginis cõmune etiam malis: ſed nõ eis proficit ſicut bonis. Auguſt. (Manducauerunt) enim corpus humilitatis domini ſui etiam (diuites terræ.) Nec ſicut pauperes ſaturati ſunt vſq; ad imitationẽ / ſed tantum adorauerunt. Hugo cardi. Omnes enim pingues terrę, id eſt terrena diligentes & ſuperbi: manducauerunt corpus chriſti in ſacramento: (& adorauerunt) exterius offerendo / & genua flectendo. Sed nec manducatio eis profuit: nec adoratio deo placuit. Et propterea (in cõſpectu eius) id eſt domini, (cadent) id eſt peccabunt / quia indigne ſumunt. (Omnes qui deſcendunt in terram.) Terrena ſcilicet diligendo ita erit de malis dicit chriſtus, ſed de me & de meis qui digne ſumunt corpus meũ non ita. Sed quid? Sequitur.

Hugo:

33

Et anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi.

Auguſtinus. Gloſa. (Et aĩa mea) quę in cõtemptu ſæculi huius, quaſi mori videtur hominibus non ſibi, ſed (illi viuet) id eſt nõ a ſe, ſed a deo vitam habet, nec ſibi, ſed illi tribuit quod habet. Caſſio. Vel chriſtus animam ſuam dicit deo viuere, quoniam hunc mundum immaculata conuerſatione tranſiuit. Gloſa. (Et ſemen meũ (id eſt opera mea, vel per me credentes. (Seruiet ipſi) id eſt laudabit eum. Hugo cardi. Vel ſic (Et aĩa mea) id eſt meorũ. (illi viuet) id eſt per eum. Mei enim viuent hic per gratiam, in futuro per gloriam. (Et) pro quia (ſemen meũ) id eſt fideles, quos ego genui per fidem, (ſeruiet ipſi) amore iuſtitię non timore pœnę. (Seruiet (dico, quia,

Gloſa.

34

Annunciabitur domino generatio ventura, & annunciabũt cœli iuſtitiam eius populo qui naſcetur quẽ fecit dominus.

Caſſiodorus (Annunciabitur. Glo. id eſt per annũciationem conuertetur, (domino). i. in honorem

Caſſio.

domini.(Generatio ventura).i. generatio noui te
ſtamenti. Caſſiodorus. Vel(annunciabitur domi=
no)ab angelis, ſcilicet vt quidã volunt qui preces
humanas ad dñm referre memorantur. Annũciãt
quidam pro miniſterio, nõ pro inſtructione(Ge
neratioñe venturã, ad ip̃m quæ ex aqua & ſpũ ſan
cto erat domino largiẽte ꝑcreanda.(Et annuncia=
bunt cœli iuſtitiam eius). Caſſiodorus. Id eſt euan
geliſtę p̃dicabunt filiũ dei, qui eſt iuſtitia patris.(
Populo qui naſcetur) Illi ſcilicet populo qui credi
turus eſt deo, qui peccatorũ morte derelicta venit
ad vitam, qui ſic bñficio dei ex fide naſcitur, vt in
ęternum viuere mereatur. Hieronimus(Annũcia
bunt) dico(iuſtitiã) iſtã(populo qui naſcetur quem
fecit dñs) hoc eſt quem prędeſtinauit ante ſęcula.

¶Pſalmus. xxii,

¶Titulus. Pſalmus Dauid.

Augu. 43 in fine ps dau.

Hiero. Pſalmus iſte con
tinet vocem eccleſię col
laudãtis chriſtum. Caſ,
Et loquitur per totum
pſalmũ renatus ex aqua
& ſpiritu ſancto fideliſ=
ſimus chriſtian⁹ gratias
agẽs, quoniam de aridi=
tate peccati ad loca paſ=
cuę, & ad aquam refectio
nis domino ſit largiente perductus gaudens ſe de=
cem beneficijs eſſe ditatum. Hugo cardinalis. Vel
hic vir iuſtus dicit ſe habere chriſtum ducem ad re
de ũdum in cœleſtem hieruſalẽ, de qua loquitur in
fine pſalmus, cum dicitur(Vt inhabitem in domo
domini). Et a prĩcipio vſq; ad finem deſcribit de=
cem dietas, ſiue gratias/p quas nos reducit ductor
noſter chriſtus. Et ſecundum illas decẽ diſtingui=
tur pſalmus iſte in decem partes, exceptis princi=
pio & fine. Intentione autem monet vt omnes
ſperent in dei miſericordia, de qua principaliter
agit pſalmus iſte.

¶Lyra. Dicũt aliqui ꝙ
Dauid fecit hũc pſalmũ
pręuidens in ſpiritu red
ditum captiuitatis babi
lonicę, in cuius perſona
dicit, Domin⁹ regit me.
Alij exponunt de ipſo
Dauid cum timore ſau=
lis fugit ad regem moab
vt habetur. i. Re. xxii. &
hũc ſẽſũ ſequitur. Lyra.

ps 22. 1 ✠ Alia litra paſcit. Auguſti.

DOminus regit ✠ me & ni=
hil mihi dęerit, in loco paſ
cuę ibi me collocauit.
Auguſtin⁹. Eccleſia loquitur chri=
ſto dominus inquit Ieſu chriſtus
paſtor meus eſt. Hieronymus. Et(regit me) per fi=
dem. Ante aduentum enim chriſti diabolus rege=
bat mundum. modo vero chriſtus regit eccleſiam
ſuam(Et) ideo(nihil mihi dęerit). Idem. Qui eni
deum habet, & qui deo adhęret nihil boni dęeſt ei,
vt ait propheta.(Nihil) inquit(dęeſt) timentibus
eum. Sequitur,(In loco paſcuę ibi me collocauit)
Hieronymus. In vnitate ſcilicet fidei in vnitate Hieroni.
eccleſię, vel in futura beatitudine poſui ſpẽ meã.
Caſſiodorus. Vel(locus iſte paſcue) diuina lectio
eſt, quę animam nouit fideliter ſaginare. Illa eñ
dei ſunt paſcua/quę nõ ventris digeſtionibus di=
labuntur, vbi iterum importuna ſuccedit eſuries.
Sed ea quibus cum anima ſemel fuerit ſaturata in
ipſo cœleſti munere perſeuerat. Et hæc eſt prima
gratia iuſto viatori conceſſa.

SVper aquam refectionis educauit 2
me, animam meam conuertit.
Caſſiodorus.(Super aquã) inquit(refectionis edu
cauit me.) Hęc eſt ſecunda gratia. Aqua autem re=
fectionis eſt baptiſmi lauacrum, quo anima ſteri= 2
lis ariditate peccati ad bonos fructus inſerendos
diuinis muneribus irrigatr. Et bene addidit.(Edu=
cauit me) id eſt paulatim nutriuit quaſi paruulos
& renatos.(Animam meam conuertit). Caſſiodo.
Ad tertiam gratiam venit, quę eſt omnimoda con
uerſio ad deum. Conuerſam autem dicit animam
ſuam, quia poſt baptiſmum de peccatrice facta eſt
iuſta. Et quę dudum a diabolo probatur eſſe capti
ua ad dominum eſt conuerſa. Sed quia tunc eſt ſa
lubris iſta conuerſio, ſi non iterum in vitijs relaba
tur Vide quid ſequitur.
DEduxit me ſuper ſemitas iuſtitię 3
propter nomen ſuum.
Ecce quartam gratiam. Hieronymus. Auguſtin⁹. 4
(Deduxit me) inquit(ſuper ſemitas) mandatorum
ſuorum, ſeu(iuſtitiæ ſuę,) hec ſunt arctiora manda
ta & perfectiora conſilia, quib⁹ quaſi ſemitis pau=
ci iuſti ambulant. Et hoc non ꝑpter meritũ meũ
ſed(ꝑpter nomẽ ſuum). Caſſ. Vel(ſemitę iuſtitię)
ſunt, hęc duo præcepta ſalutaria, in quibus lex &
prophetalis ſermo concluditur. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua
& proximum tuum ſicut teipſum. Gloſa. Et vere Gloſa.
deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ.
NAm & ſi ambulauero in medio 4
vmbrę mortis, non timebo mala 5
quoniam tu mecum es.
Hęc eſt quinta gratia ſecuritas. Auguſtinus. Hie. Hieroni.
Nam & ſi ambulauero in medio vmbrę mortis,
per hui⁹ ſcilicet vitę obſcuritates quę vmbra mor
tis eſt. Caſſiod. Vel vmbra mortis diabolus eſt qui Caſſio.
obſcure nobis laqueos ponit. Hieronimus. Vel ali Hieroni.
ter vmbra duobus modis fit a corpore ſcilicet & a
lumine. Per corpus mors intelligitur, per vmbrã
vero peccata & ignorantia. Et q̃uis eccleſia inter
hęc ambulat, nõ tamen timet, quia dominum ſe=
cum habet, vt ipſe dicit. Ecce ego vobiſcum ſum, Mat. vl.
vſq; ad cõſummationem ſęculi. Glo. Et propterea Gloſa.
non timebo mala occulta vel manifeſta, vel prauas
ſuaſiones hęreticorum & ſciſmaticorum, quoniã
tu mecum es in corde per fidem, vt poſt vmbram
mortis ego tecum ſim per ſpeciem.
VIrga tua & baculus tuus, ipſa me 5
conſolata ſunt. 6
Gloſa. Hęc eſt ſexta gratia quę eſt correctio quę Gloſa.
bene dicitur virga & baculus. Hieronymus. Au= Auguſti.
guſtinus. Per(virgam) namq; intelligitur tribula=
tio, vel diſciplina leuis quę tanquam(virga) ad gre
gem ouium. Per(baculum) vero diſciplina fortis
que ad grandiores filios pertinet. Caſſiodorus. Caſſio
Vel(virga) pertinet ad iuſtitiam & fortitudinem
domini ſaluatoris.(Baculus) vero ad adiutorium
humanum reſpicit, quo & pes ipſe caute defigitur
& totum corpus niſu deſuper incumbentium ſu=
ſtinetur. Iſtis duabus rebus fidelis ſe aſſerit conſo=
latum, vna eſt diſtrictio quę conterit vitioſos. Al
tera gubernatio quę ſuſtinet fideliſſimos chriſtia

nos. Hugo cardinalis. Vel per virgam virgo Ma-
6 ria. Per baculum lignum crucis intelligitur.

7 PAraſti in conſpectu meo menſā, aduerſus eos qui tribulant me.

Hęc eſt ſeptima gratia. (Menſa) ſcilicet domini. (Paraſti) inquit (in conſpectu meo menſam. Hieronymꝰ.) Mēſa (eſt ſcriptura diuina, Sicut enim poſt laborem in menſa inuenitur cōſolatio & refectio. Sic & ſancti per menſam ideſt per ſcripturam diuinā habent conſolationem. Idem. Auguſtinus. Vel paraſti in cōſpectu meo mēſam) vt poſtq̄ eſſe cœpi ſub baculo nō iam lacte alar vt paruulus, ſed maiorem ſumam cibum. Caſſiodorus. Hugo cardina(Vel (menſa) iſta eſt beata communicatio ſancti euchariſtie ſacramēti, in quo eſt epulatio fœlix, ſaturitas fidei, eſca cœleſtis. (Aduerſus eos qui tribulāt me). Hiero. Perſecutores ſcilicet eccleſię qui ſunt demones iudęi & hęretici. Glo. Vel (aduerſus eos qui tribulant me). Quia hoc ſacramentum mente domini officit impijs indigne ſumētibus, qui iudicium ſibi manducant & bibunt. Obſunt enim bona malis indigne ſumpta.

Auguſti. (margin)

7 ✠ Alia litera poculum.

IMpinguaſti in oleo caput meum, & calix ✠ meus inebrians quam præclarus eſt.

Octaua gratia eſt ſpritalis lętitia, ſeu munificentia de qua dicitur. (Impinguaſti in oleo caput meū). Auguſtinus. Hoc eſt lætificaſti lętitia ſpirituali mentem meam. Hieronymus. (Meum) etenim caput vocatur, quia ſicut a capite teguntur membra, ita cogitationes mente diſponuntur. Per (oleum vero intelligitur conſolatio, quia ſicut per oleum conſolatur corpus, ita & per conſolationem ſcripturarum mens ecclęſie. (Et calix meus inebriās quam pręclarus eſt). Hæc eſt nona gratia, calix ſcilicet benedictionis. Hieronymꝰ. Auguſtinus. (Calix) iſte intelligitur verbum dei, quod taliter inebriat, vt obliuionem præſtet priorum vanitatū, vt menten ſanet a delictis prohibens non ad pec-
8 cata perducens. Gloſa. Dat enim claritatem ęternę vitæ, & ſic inebriat vt ſobrios reddat.

Auguſti. Gloſa. (margin)

10 ET miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitę męe,

Decima gratia dei, ſcilicet miſericordia, de qua dicitur. (Et miſericordia tua ſubſequetur me). Hiero. Miſericordia enim dei & præuenit & ſubſequitur. Præuenit per fidem. Subſequitur vero in cuſtodiendo mandata dei. Caſſio. Subſequitur ad iuſtitiam, ſed pręcedit ad gratiam cōferandam. Niſi enim miſericordia domini ſubſequeretur facillime fragilitas humana deciperetur. Ex quo neceſſariū eſt, vt ſemper nos & gratia dn̄i præcedat & miſericordia ſubſequatᷣ. (Omnibus diebꝰ vitę męę (. Hie.
9 Hoc eſt q̄diu in hoc corpore dego. Glo. Et non tātū hic me ſubſequatur ad ſeruāda q̄ dicta ſūt. Sed,

Caſſio. Gloſa. (margin)

ET vt inhabitē in domo domini, in longitudinem dierum.

Augu. Subſequetur enim me miſericordia, non tamen hic, ſed etiam (vt in habi. in do. dn̄i ī eter. Glo Hie. Vel iſtud oībus ſuperioribꝰ iūgitur. Q.d. collocaſti educaſti deduxiſti. &c. Et iō (vt inhia. ī do. do, in longitudinē dierum (. Caſſiod. Per domum quippe domini futuram ſignificat hieruſalē, quę in longitudinem dierū ſine ambiguitate cōſiſtit.

Auguſti. (margin)

¶ Pſalmus Viſecimus tertius.

¶ Titulus.

Pſalmus dauid prima ſabbati.

Auguſti. Pſalmus iſte de clarificatione & reſurrectione domini que matutino prima ſabbati facta eſt, quę iam dies dominicus dicitur tāq̄ prima poſt ſabbatum. Caſſiod. Vel dies dominicus dicitur propter excellentiā tanti miraculi, ſiue quia in eo mundum cōdidit Et eſt ſenſus tituli, pſalmus iſte eſt Dauid agēs de clarificatione domini, & hominis reformatione que facta eſt ī prima ſabbati. Intentione autem monet nos victorem chriſtum cum triumpho ſuſcipere. Et diuiditur in tres partes, In prima oſtendit propheta ꝙ chriſtus eſt dominus omnium, vt ad fidē eius facilius trahantur hoīes. In ſecunda oſtendit quibus virtutibus prędití ſunt ī eius ecclęſia conſtituti, ibi (Quis aſcendet in montem domini (. In tertia malos admonet, vt eū per fidem recipiant, ibi (Attollite.)

Lyra. Ra. Sa. exponit iſtū pſalmum dicens ꝙ cōſtructo templo per Salomonem cū archa portaretur a ſacerdotibꝰ, vt poneretur in templo in ſancta ſanctorum portę clauſerunt ſe, nec fuerūt aperte, donec ſacerdotes canerent pſalmū. cxxxi. Memēto domine dauid & cum venerunt ad locū illum, propter dauid ſeruum tuum, porte fuerūt aperte & archa introducta, quod dauid pręuidēs fecit hunc pſalmum, & pſalmum. cxxxj. Et ſecūdum hunc ſenſum de Lyra eum exponit.

Auguſti. Caſſio. (margin)

DOmini eſt terra & plenitudo eius orbis terrarū, & vniuerſi ꝗ habitāt ī eo. ps. 23. 1

Caſſiod. Hieronymus, Per (terram) ecclęſia intelligitur quę domino pura mente ſpecialiter famulatur. Nam licet omnia ab ipſo ſint condita, tamen ipſius eſſe proprię dicimus illud quod eum veneratur auctorem. (Et plenitudo eius). Idem. Id eſt multitudo ſācta qua repletur ecclęſia. Gloſa. Et hec terra non eſt parua ſed, eſt de toto orbe, & de omnibus quę in eo ſunt vnde ſubdit, (Orbis terrarum). Auguſtinus. Caſſiodorus. In quo oſtenditur ꝙ eccleſia totius mundi ambitu continetur, (Et vniuerſi qui habitāt in eo) Caſſiodorus. Non enim in eo habitant qui in ecclęſia conueniunt & recedunt, ſed qui fixa mentis ſtabilitate perdurant, habitare enim mane-
re dicimus, vnde ille ſolus ecclęſiam habitat, qui 2
vſqꝫ ad obitum ſuum in fide perſeuerat.

Gloſa. (margin)

QVia ipſę ſuper maria fundauid eum, & ſuper flumina pręparauit eum,

Gloſa. Merito (orbis terrarum) ideſt ecclęſia eſt (domini) Quia ipſe ſuper maria fūdauit eum. Hieronymus. Per maria fluctuationes intelliguntur huius ſęculi. Idem. Auguſtinus. Super quas ab

Hieroni. Auguſti. (margin)

initio ſęculorum fundauit & ſtabiliuit deus eccleſiam ſuam ,& corroborauit eam in fide ne noceret ei.(Et ſuper flumina pręparauit eum). Augſtin⁹ Flumina in mare fluunt,& cupidi homines labuntur in ſęculum quos ſuperat eccleſia quæ de uictis per dei gratiam cupiditatibus ſęcularibus ad recipiendam immortalitatis claritatem parata eſt.

3 Scda. pars. Hieroni. QVis aſcendet ĩ montem domini, aut quis ſtabit in loco ſãcto eius.

Hieronim us. Vox prophetę interrogantis . Gloſa . Et eſt ſecunda pars , in qua determinatur quibus virtutibus p̃rediti ſunt in eccleſia(Quis) Hieronimus. Pro raritate non pro impoſſibilitate ponitur. Et ponitur ſub interrogatione vt nos attentos redderet . (Aſcendet)inquam. Gloſa. Caſſiodorus . Quaſi dicens magno niſu opus eſt cum peccatis obuiantibus impedimur. (In montem domini). Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus . Mõs hic pro alta iuſtitia domini ponitur vt illud . Vade , vende omnia quæ habes & da pauperibus ,& habebis theſaurum in cœlo . Caſſiodorus. Vel de aliis etiam intelligitur virtutibus .(Aut quis ſtabit)poſt aſcenſum,(in loco ſancto eius). Hieronymus. Ac ſi dicat. Quis perſeuerabit, multi enim aſcendunt & non permanent . Caſſiodorus . Multo tamen vtilius eſt in ſãcto loco ſtare q̃,ad eius faſtigium peruenire

(Margin: ✠ Alias pe ꝛditi. Auguſti. Mat. 19 Mar. 10 & Luce 18. Caſſio.)

4 INnocens manibus & mũdo corde, qui non accepit in vano animã ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Auguſtinus(Quis) eſt ergo qui illuc (aſcendet) & permanebit.(Innocens)inquam(manibus) . Hieronymus. Caſſiodorus. Id eſt purus in opere, quia per manus opera intelliguntur,cuius ſcilicet operatio neminem lędit,ſed quantum poteſt omnes adiuuare contendit.(Et mundo corde(. Auguſtinus. Hieronymus. Id eſt in cogitationibus. Lyra. Non enim ſufficit mundicia exterior , niſi etiam ſit interior. (Qui non accępit in vano animam ſuam(. Hieronymus . Ille (in vanum non accipit animam ſuam)qui bona opera agit . Hugo cardinalis .Et in hoc excluditur peccatum omiſſionis. Auguſtinus. Vel ille (non in vano accepit animã ſuam) qui eam non in rebus non permanentib⁹ deputauit: ſed eam immortalem ſentiens æternitatem ſtabilem atq; incommutabilem deſiderauit Gregorius, in morali , Iob lib .xii. Illę nanque in vano animam ſuam accipit , qui ſola pręſentia cogitans quę ſe ſequantur . In perpetum non attendit , quæ eius vitam nægligẽs ei curam carnis anteponit . Quod iuſti non faciunt qui quicquid operantur ad animæ vtilitatem referunt . Sequitur,(Nec iurauit in dolo proximo ſuo). Hieronymus. Caſſiodorus. Ille in dolo non iurat,qui quæ cogitat hæc prædicat & opere complet . Per dolũ vero iurat quiſquis aliter facturus eſt quam promittit. Multi enim doloſe iurãt vt decipiant proximum,quod abhominatur pater luminum deus dicente petro. Non es hominibus mentitus ,ſed deo. Ergo qui ſe ab his cuſtodierit maculis.

(Margin: Caſſio. Hieroni. Hugo. Grego. Caſſio. Act. 5.)

5 HIc accipiet benedictionem a domino, & miſericodiam a deo ſalutari ſuo.

Hieronymus. (Hic)qui ſcilicet non iurat in dolo proximo ſuo,vel qui ſe cuſtodierit a prædictis maculis Accipiet benedictionem a domino) Caſſiodorus. Non a quolibet alio , ſed ab ipſo domino. Ipſe enim benedicit qui iudicaturus eſt ipſe abſoluit,qui incommutabiliter dannare poteſt. Meritũ ergo beneficii per magnitudinem voluit concedentis agnoſci. Hieronimus. Tũc autem accepturus eſt benedictionem,quando dominus dicturus eſt. Venite benedicti patris mei,percipite regnum quod vobis paratum eſt a conſtitutione mundi.(& miſericordiam a deo ſalutari ſuo) . Hieronymus. Miſericordiam a deo conſequitur , qui ſe reputat eſſe miſerum . Caſſiodorus. hoc dicit,vt illa benedictio non p̃ merita , ſed per indulgentiam domini veniſſe videatur. Nullus quippe hominum eſt, qui ſibi miſereri nõ egeat, nec quem moueat ordo præpoſterus,q̃ ſcilicet prius benedictionem,q̃ miſericordiam ponit, nam hoc ſæpius inuenitur variatum vt eſt illud. Deus miſereatur noſtri,& benedicat nobis.

(Margin: Mat. 25. Caſſio. Ps. xlvi. vi.)

HEc eſt generatio ✠ quęrentiũ eum, quęrentium faciem ‡ dei Iacob.

Hieronymus, Caſſiodorus(Generatio hæc)eſt populus chriſtianorum quæ in tenebris iacens verũ dominũ,ſaluatoremq; quæſiuit, & ſacri baptiſmatis fonte renata fidem ſuam pia operatione cõmẽdat(Quærentium faciem dei Iacob). Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. vt hoc ſcilicet in illis faciat deus,quod in Iacob feciſſe declaratur , qui poſterior natus primatum fratris ſenioris accepit. Hugo cardinalis. vel(quærentium eum) quantum ad affectum(quærentium faciem dei Iacob)quantum ad intellectum.

(Margin: ‡ Alias tuam Iacob ſeq. Caſſio.)

ATtollite portas principes veſtras, & eleuamini portę ęternales & introibit rex glorię. 7

Gloſa Hæc eſt tertia pars , in qua ſuperſtitioſos a prauitate auocat vt patefactis cordibus chriſtum admittant . Caſſiodorus. Et ideo auferre pręcipit portas mortis quæ a principe diabolo poſitę comprobatur · Gloſa dicens (Attollite portas veſtras(O vos (principes) id eſt auferte ab animis veſtris portas mortis ,quæ a pricipe diabolo poſitæ ſunt per quas ipſe ad corda intrat . Hieronym⁹: Augu, Portæ iſtæ ſunt cupiditas ,& timor , quia qui per cupiditatem congregat,per timorem,& maliciam cuſtodit vt non perdat, & qui timorẽ & cupiditatem & maliciam habet ſpiritum malignum de ſe non deiicit(& eleuamini portę ęternales) Hiero. Portæ æternales)ſunt fides & charitas . Auguſti. Vel renunciatio ſæculi & conuerſio ad deum Caſſ. vel baptiſmatis gratia ,criſmatis honor prædicationis ſalus ,cæteraq; quæ chriſto domino veniente conceſſa ſunt, quæ merito dicuntur portæ æternales per quas rex gloriæ dignat⁹ eſt introire, vnde ſequitur(& introibit rex glorię)Hieronimus. hoc eſt chriſtus qui per fidem & charitatem introiuit in eccleſiam , hi quoq; attoniti mentiſq; ſtupore perculſi dicunt.

(Margin: Tertia pars. ✠ Alias leuate porte capita veſtra. Porte quid)

8 QVis eſt iſte rex glorię? dominus fortis, & potens, dominus potens in prelio.

Hiero. Vox dæmonũ ac ſi diceret, nos noſtrũ regẽ habemus diabolũ (Iſte rex glorię quis eſt)? Augu. vel vox eſt naturæ mortalis q̃ pauet & quęrit (quis eſt iſte rex glorię)? Hieronymus. Et reſpondet qui loquitur (Dominus fortis, & potens dominus potẽs in prelio). Idẽ. vox angelorum bonorũ (dñs) inq̃ (fortis eſt) qui alligauit fortem principem veſtrum (fortis) cum ſuſcepit mortem (potẽs,) cum vicit infernum (potens in prælio) cum ſpoliato tartaro reduxit ſecum multitudinẽ captiuorũ. Caſſ. vel (fortis) contra illud quod dicitur, quia cum cũ gladijs & fuſtibus tenendum eſſe putauerunt, (potens) quẽ illi quaſi impotẽtẽ poncio pilato tradiderunt, & additũ eſt (in prelio) ne illi in concertatione ſua aliquid preualuiſſe crederẽtur, & ſic dominus ſaluator ꝑ virtutes ſuas nobis euidenter editus eſt ac ſi proprio vocabulo panderetur.

9 ATtollite portas prĩcipes veſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię.

Glo. Caſſ. Congeminatio eſt vt amplius determinet, & admonet iterum gentes in diuerſis erroribus auferre clauſtra mortis. Hiero. hoc eſt ſuperbiã & cupiditatẽ & auaritiam, quia per has tres omnis homo ad infernum deſcendebat (& eleuamini portæ æternales). Auguſti. Portæ ſcilicet æternę iuſticiæ charitatis & caſtitatis, per quas anima diligit vnum verum deum, & non fornicatur ſub multis qui appellantur dij (& introibit rex gloriæ) Idem. vt ad dexteram dei interpellet pro nobis.

QVis eſt iſte rex glorię? dominus ✠ virtutum ipſe eſt rex glorię.

Aug. Quid tũc princeps poteſtatis aeris huius miraris & queris. (Quis eſt iſte rex glorię) Caſ. Magnificentia dñi ſuperius ſigillatim vt competebat expoſuit, nũc aũt breuiter culmẽ totius laudis, & veritatis adiecit, iam nõ ſolũ fortẽ: nõ potentẽ non in prelio magnũ, ſed dñm ipſarũ dicit eſſe (virtutum rex autem eſt gloriæ qui facit ſe glorificantes vtique glorioſos, ſicut per Eſaiam dicitur Glorificantes me, ego glorificabo. Hierony. Gloſa in hebræo dicitur dominus Sabaoth quod interpretatur exercituum vel militarium vel virtutum.

[Margin: Hierom. Caſſio. Hieroni. Auguſti. ✠ Alias exercituum. Auguſti. Hierom.]

Pſalmus viceſimuſquartus.

Ly ra. Iſte pſalmus eſt alphabeticus q͞a verſus incipiunt a literis hebræis alphabeti duabꝰ exceptis beth & vau dicens ꝙ hic nõ prępõit̃ neq; cãticũ neq; ps: ſed dũtaxat Dauid & eſt ſecũdũ eũ orõ quam fecit Dauid pro liberatione ſua a perſecutione ſaulis, ꝓpter quam multas orationes fecit, ſicut dictum eſt ſupra. ps. xvj.

[Margin: Caſſio. Secꝰ titulũ.]

Titulus.

In finẽ pſalmus Dauid.

Hiero. Vigeſimus quartus pſalmus mediatoris noſtri miſſã ad patrẽ cõtinet vocẽ interdũ tñ habet eccleſiæ ſupplicãtis clamorẽ. Caſ. Eccleſia in in hoc pſalmo depreca tur ne añ conſpectũ dñi cõtemptibilis appareat inimicis. Glo. Et eſt ſenſus tituli pſalmus iſte dirigẽs nos in finem: id eſt, in Chriſtum, attribuitur Dauid, id eſt eccleſiæ quę hic loquitur in perſona pœnitẽtis per flagella correcti, intentione autem nos in aduerſis nõn formidare, vel murmurare monet, ſed ad deum reſpicere. Et diuiditur in tres partes. In prima, petit ſibi oſtendi vias & inſtituta domini. In ſecunda, petit peccata ſibi dimitti, & beneficia ſibi conferri, q̃ ſanctis patribus a ſæculo condonauit ibi (Reminiſcere). In tertia oſtendit quomodo habeant̃ ęterna: & quod cuſtodientes præcepta domini illa promerentur, proteſtans ſe in eadem voluntate iugiter permanere ibi (Quis eſt homo) & eſt iſte pſalmus primus per literas alphabeti hæbrei digeſtus ſubtractis tamen aliquibus literis beth ſcilicet & vau & aliquibus geminatis vt res & pe.

[Margin: Diuiſio]

AD te domine ✠ leuaui animam meã, deus meus in te confido non erubeſcam. 1

[Margin: ps. 24. ✠ lauabo]

(Ad te) inquit) leuaui animam meam). Hiero. Vox eccleſiæ ad Chriſtum (Leuaui) prius in valle lachrimarum vel in imo ante Chriſti aduentũ eccleſia iacebat (Eleuaui) itaque (animam meam ad te contemplandum (in ſpe, fide, & charitate per ſanctificationem inſtar tritici quod ſi in imo iaceat putreſcit, ſi vero ſurſum eleuatur cuſtoditur. Caſ. (leuare) enĩ dicimus de terrena ſcilicet conuerſatione vicijſq; carnalibus ad deum per contemplationem cœleſtium rerum mentem noſtram ſurſum erigere, facile enim humana deſpicit qui diuina contuetur (deus meus in te confido non erubeſcam). Hiero. (in te confido) dicit non in me, Augu. Quia enim in me confidebam perductus ſum vſq; ad iſtam infirmitatem carnis, & quia deſerto deo ſicut deus eſſe volui a minutiſſima beſtiola mortem timens de ſuperbia mea irriſus erubui, iam vero quia (in te cõfido non erubeſcam). Glo. Per peccatum quod de me procedat. Caſſ. Eſt autem erubeſcere repentina animi perturbatione confundi ſubitoque aliud reſpicere quam credebatur euenire.

[Margin: Caſſio. Hierom. Auguſti. Gloſa. Caſſio.]

NEq; irrideãt me inimici mei etenĩ vniuerſi qui ſuſtinent ✠ te non cõfundentur. 2

[Margin: ✠ alia li. ne letantur inimici mei michi]

Caſſio. Ridere plerunque benigni eſt, irridere autem ſemper aduerſarij. Irrident enim inimici quãdo iuſtorum cõfidentiam non uident eſſe completam: et ſi aliter cedat quam ſecuturum eſſe prædicebant propter quod dicit (neq; irrideant me inimici mei). Hiero. Inimici eccleſię ſunt dęmones, hæretici, vicia peccata vel Iudęi qui dominum irridebant cum diceret. Poſſum deſtruere templũ hoc & in triduo reędificare (Etenim vniuerſi qui ſuſtinent te). Gloſa. id eſt qui patienter ferunt opꝰ diei & ęſtus & pręſentis ſęculi tribulationes donec venias non confundentur Hieronymus. Non enim confundantur hic aut in futuro apoſtoli vel hi qui credituri ſunt per verbum eorum in te. Caſſio. Expectare autem eſt ſub malorum patientia deum viriliter ſuſtinere vt ille veniens in medio reddat quod deuoti animus expectabat. Gloſa non igitur confundẽtur ſuſtinentes te, ſed potiꝰ.

[Margin: Mat. xvi. Gloſa.]

3 Gimel ✠ Alia litera habet cōfūdant iniqua facientes fruſtra.

Confundãtur ✠ oẽs iniqua agentes, ſuperuacue.

Hieronymus. Propheta non optãdo hoc dicit. ſed prophetando, confundentur enim in die iudicij quiuſq; in finem in malicia perſeuerant. Gloſa. vel optatiue dicit (Confũdantur) pro peccatis hic ſalubriter vel ſi nolunt hic (confundantur) tãdem in pœna ęterna hi ſcilicet) qui iniqua agunt ſupuacue(. Glo. hoc eſt qui laborant in ſuperuacuis. Caſſiodorus. Gloſa. Omnia enim ſunt vana & infructuoſa quę a deo ſunt aliena.

4 Deleth. ✠ Alia litera notas fac.

Vias tuas domine demonſtra ✠ mihi, & ſemitas tuas doce me.

Hiero. (Vias tuas domine demonſtra mihi) hoc eſt mandata tua quæ ſunt viæ tuæ per quę venitur in regnum (& ſemitas tuas doce me) Hiero. Augu.) Semita) minor eſt quã via vñ per ſemitã intelligitur arta & auguſta via quæ ducit ad vitam quæ paucis nota eſt. Caſſio. dicuntur autem vię a vehendo, ſemitæ vero dicũtur quaſi ſemi vię quę anguſto calle diriguntur nec vulgo notæ ſunt, ſed occulto itinere ambulantur & difficultate ſui vocantur anguſtę. Glo. Quod autem dicit (demonſtra mihi) ad vitam pertinet (doce) vero ad ſcientiam.

5 ✠ Alia litera ſalutaris. ✠ Alias expectaui.

Dirige me in veritate tua & doce me, quia tu es deus ſaluator ✠ meus, & te ✠ ſuſtinui tota die,

Gloſa. Duo hic petit dirigi ſcilicet & doceri dirigi ad bonam vitam pertinet, doceri vero ad ſcientiã, in quibus eſt perfectio. Hiero. (dirige) inquit (me, quia tortuoſus ſum) in veritate tua). Idem. hoc eſt in Chriſto tuo vt nihil peruerſe agam Glo. quia p me non noui niſi mendacium (& doce me) Gloſa. Augu. Ipſam veritatem vt quod credo intelligam quia tu es deus ſaluator meus). Hiero. Tua enim reſurrectione meum ſalutare mihi colatum eſt. Aug. Neque enim dimiſſus a te de paradiſo & in regionem longinquam peregrinatus per meipſum redire poſſum, niſi occurras erranti (Et te ſuſtinui tota die). Caſſio. Hie. id eſt toto tempore vel omni die Aug. Glo. toto enim tractatu ſingularis temporis reditus meus tuam expectat miſericordiam. Glo. & in hoc notantur duo quę bonos faciũt vt ſcilicet deum ſaluatorem credamus & patienter eius retributionem expetemus.

vi. Secūda pars, Zai. ✠ Alia litera & ſanctitatis tue.

Reminiſcere miſerationum tuarũ domine, & miſericordiarũ ✠ tuarum quæ a ſæculo ſunt.

Gloſ. ſecunda pars vbi de peccatis prioribus & de his quę quotidie fiunt orat quod ei remittãtur per miſericordiam antiquis factam. Caſſ. humano autem vſu ille dicitur (reminiſcere) qui nunquam poteſt aliquid obliuiſci, quem tamen homines putãt oblitum quando aliqua fuerit dilatiõe tardatus (reminiſcere) inquit (miſerationum tuarum domine Hieronymus. in quibus vt nos redimeres homo factus es. Caſſiodorus. (Miſerationes) enim perti nent ad operatiões pias (Miſericordia vero ad clementem naturam, quoniam miſeratio eſt operis. Miſericordia vero cordis, vnde ſubiungit (& miſericordiarum tuarum quę a ſęculo ſunt Hierony. Quas ſcilicet ab initio ſęculi promiſiſti nobis. Auguſtinus. Nunquam enim ſine illis fuiſti, qui etiã peccantem hominem vanitati quidem, ſed in ſpe ſubieciſti. & tot tantiſque creaturę tuę conſolationibus non deſeruiſti.

7 Cheth ✠ Alia litera ignorantia mea.

Delicta iuuentutis meę, & ignorantias ✠ meas ne memineris.

Hierony. (Delicta) inquit (iuuentutis meæ) illa ſcilicet quę in adoleſcẽtia mea geſſi, vel quę ante baptiſmum (& ignorantias meas) hoc eſt poſt baptiſmum: Auguſtinus. vel (delicta (confidentis audacię meę (& ignorantias meas ne memineris) ne ſcilicet ad vindictam reſerues ſed tanquam excedant tibi. Caſſiodo, Delictum autem quidem volunt lęuius eſſe peccatum quaſi derelictum, ab eo quod viã relinquat equitatis. Ignorantias vero dixit, quia multa facimus quę mala eſſe neſcimus, ideoq; prę catur eccleſia ne delicta aut ignorantias meminerit, ſed potius memor eius ſit: vnde ſequitur.

8

Secundum miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

Hieronymus. Auguſti. Memor eſto quidẽ mei nõ ſecundum mea merita vel ſecundum iram qua ego dignus ſum. (ſed ſecundum miſericordiam tuam) qua me quęrere dignatus es, quę te digna eſt: & q̃ eſt immenſa per quam vocas ea quę non ſunt tanquam ea quę ſunt (miſerere) inquam (propter bonitatem tuam domine). Gloſa. Naturaliter tibi inſitam qua ex nichilo cuncta feciſti. Hieronymus. Et qua prouocas peccatores ad pœnitentiam. Auguſtinus. Caſſiodorus. Merito nanque illius bonitas veraciter prędicatur, de quo ſcriptum. Nemo bonus niſi ſolus deus. Gloſa. Miſericordia autem dicitur erga miſeros. Bonitas vero erga quoſlibet nam facit deus bonum & a miſeris imploratus, & ſola ſua bonitate ductus. ſequitur.

9 Theth 10 ✠ Alia litera bonus ✠ Alias docebit pacres in via

Dulcis ✠ & rectus dominus, propter hoc legem dabit ✠ delinquentibus in via.

Gloſa. hic fit conuerſio ſermonis ad hoĩes quib⁹ iſte fidelis loquitur oſtendens qua fiducia iſta tam inſtanter petat quia dulcis & rectus dominus. Hie. Augu. Caſſ. (dulcis) quia eſt panis vitę, quia promittit pręmia futura, quia dum cunctis beneficijs pręueniat, conuerſionem tamen delinquentis expectat pluens ſuper iuſtos & iniuſtos vitam tribuens his qui merebantur extingui (dulcis) etiam qñ peccantes & impios ita miſeratus eſt, vt omnia priora donaret, vbi eſt gratia ſine meritis (& rectus) quia reddidit vnicuique iuxta opera ſua, quia poſt miſericordiam vocationis & venię digna vltimo iudicio merita requiret: & poſt longiſſimas expectationes obſiſtit malis humiliat ſuperbos, & impi osvt tandem aliquando ſapiant & ſe erraſſe pœniteant (propter hoc) Hugo cardinalis. quia dulcis & rectus legem dabit amoris non timoris. Hierony. (legem) ſcilicet charitatis per quam dimittentes offenſas reconciliamur deo delinquentibus in via, ideſt peccatoribus in iſta vita. Caſſiodorus. quibus (legem ſtatuit) vtique dulcedinis & rectitudinis quando noluit errare quos maluit legis promul-

Margin notes: Caſſio. Gloſa. Auguſti. Hieroni. Hieroni. Caſſio. Mat. 19. Mar. 10. Luc. 18. Hugo.

gatione corrigere non ſolum autem legem eis dabit. Sed etiam.

x Ioth * alia li. mites ‡ alias manſuetos Auguſti.

DIriget manſuetos * in iudicio docebit mites‡ vias ſuas.

Caſſiodorus. directus dicitur qui de curuo rectus efficitur. diriget inquit non ſuperbos qui contra iugum ſuaue & onus leue noxia ſibi libertate recalcitrant ſed manſuetos. Auguſtinus. Gloſa. Qui enim non reſiſtunt hos vtique (diriget in iudicio) futuro, cum ſcilicet veniet vt ſaluos faciat omnes manſuetos terræ & (docebit mites vias ſuas). Idem. inter manſuetos & mites hæc eſt differentia (mites) ſunt qui nulla furoris accenſione turbantur: ſed in lænitate animi iugiter perſeuerant. (Manſueti) vero dicuntur quaſi manu conſueti hoc eſt tollerantes iniurias, non reddentes malum pro malo, iſtos ergo docebit qui ſine murmuratione faciunt quæ iuſſa cognoſcunt. illos vero (diriget in iudicio) quia ad promiſſam beatitudinem eos peruenire faciet, quæ vero ſint viæ domini ſequenti verſu exponit.

xi Ceph

VNiuerſę vię domini miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius.

Auguſti. Auguſt. (Vniuerſę) inquit (vię domini miſericordia & veritas (Duo nanque ſunt aduentus filij dei, vnus miſerantis, alter iudicantis: & has vias docet domin⁹. Miſericordiam ſcilicet qua placabilis eſt, veritatem qua incorruptus eſt, quorum vnum præbuit peccata donando, alterum tribuet merita dijudicando. Hiero. vnde miſericordia eius eſt qua nos redemit (veritas (vero qua impios iudicabit Caſſio. Caſſiodo. (Miſericordia) vero quia præuenit cuncta bonitate. Veritas quia omnia diiudicabit ſub integritate, & ne hoc putaretur communiter conferendum ſubdit (requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius). Caſſiodorus. Hiero. hic per teſtamentum nouum debemus intelligere (teſtimonia) vero dicta prophetarum, Auguſti. Intellgunt ergo dominum miſericordē primo aduentu, & iudicem ſecundo quæ mites & manſueti requirunt in prophetis atque euangeliſtis (teſtamentum eius & teſtimonia eius.

xii * Alias propiciare iniquitati meæ * alia li. copioſū

PRopter nomen tuum domine propiciaberis * peccato meo, multum * eſt enim.

Caſſi. hoc bene refertur ad perſonā eccleſię quę ſe ſaluatā dicit propter nomen Ieſu quod lingua noſtra ſaluator interpretatur. Hieroni (non. inquam propter mea merita ſed (propter nomen tuum propter tuam miſericordiam) propiciaberis peccato meo multum eſt enim. Caſſiodo. Et ita (multum) quia niſi fuerit, diuina miſeratione ſubuentum quantum humana vita protēditur tantum humana fragilitas peccatis inuoluitur & curſu temporis ſemper augetur in quo qui prædicant ſe eſſe mundos ſicu t cathari intelligant ſe cum ſancta eccleſia portionem non habere

xiii Tertia pars. Mem

QVis eſt homo qui timet dominū legem ſtatuit ei in via quam elegit.

* alia li. quem docebit

Glo. tertia pars vbi agit de ęternis oſtendēs quomodo habeātur. Hugo car. Per merita ſcilicet virtutum quarum fundamentum eſt timor Caſſiodorus. & propterea hic interrogando quęrit propheta (quis eſt homo qui timeat dominum? dicens quod conſtituta eſt illi lex ne ſub ſecuritate ignorantię peccet. (In via (id eſt in ſanctitate propoſiti. Hugo cardinalis, (Quis eſt) inquit (homo) rationalis (qui timet dominum) vt patrem non ſeruiliter, ſed ex charitate, illi namque ſtatuit (dominus legem) amoris. Hugo de ſancto victo. li. ſententia. c. xxxiij. Nō timoris, non enim eſt timor ille ſeruilis vbi conſtitutio legis fit in electione voluntatis, & propterea ſubdit (in via quam elegit). Auguſtinus. Gloſa. Quam ſcilicet liber appræhendit vel vt tutam elegit expertus per flagella non eſſe deuiādum ab ea. Gloſa. de cuius pręmio ſubdit dicens.

Hugo.

Auguſti

xiiii Nun * alia li hereditate poſſidebit Hugo.

ANima eius in bonis demorabitur & ſemen eius hęreditabit * terrā.

Hugu. de ſancto victore. legem itaque cuſtodientes præmium accipimus in præſenti, ſcilicet animæ iocunditatem, in futuro autem animæ & corporis beatitudinem, & hoc eſt quod ait (anima ei⁹ in bonis demorabitur, ecce primum (& ſemen eius hæreditabit terram) ecce ſecundum. Hieronymus. Si enim homo elegerit, vitam anima eius in bonis demorabitur (id eſt ſperabit in præmijs futuris). Caſſ. quoniam etſi adhuc præmia illa ſuſpenſa ſunt. Quæ nec oculis vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Modo tamen iuſti homines futuri præmij certiſſima ſpei delectatione paſcuntur (& ſemen eius hæreditabit terram. Hie. Caſſiodo. (Semen) eius opera eius bona in æterna ſecuritate recipientur & poſſeſſio eius nulla alterius expulſione turbabitur, qui enim aliquid ex hæreditate tenet firmiſſima poſſeſſione gloriatur, ſed quomodo ad terram iſtam peruenietur, Sequitur.

Eſa. 64 1. Cori. 11

xv * Alias ſecretū domini ‡ Alias pactum

FIrmamentū * eſt dominus timētibus eum & ‡ teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.

Hieronym⁹. Nos enim infirmi & fragiles ſumus, ſed ab illo hortamur ne ab huius ſæculi fluctibus gratiamur, (Firmamentum eſt) inquit (dominus timentibus eum) Hugo de ſancto Victore, vbi ſupra. Quia qui promittit vincentibus pręmiū dat pugnantibus adiutorium, Gloſa. Caſſiodor⁹ (dat) inquam (adiutorium) non ſuperbis & audacibus (ſed timentibus eum) Timor nanque dei dat firmitatem humanus vero diffidentiam. Hugo cardinalis. Non ſolum autem dat dominus timentibuseū um, mentis ſtabilitatem, ſed etiam ſui cognitionē vnde addit & teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis). Hieronymus. Teſtamentum iſtud eſt noui teſtamenti lex quæ per literam velata in Chriſto manifeſtatur. Caſſiodorus. Et valde nobis neceſſarium eſt vt lex eius ipſius munere declaretur ſine quo nec intelligere quicquam boni poſſumus nec perficere laudanda pręualemus. Gloſa. & Hugo de ſācto victo. vbi ſupra, Et ideo quicquid alij faciant, ego tamen ſecurus de promiſſo fiducialiter curro, Quia,

timoris dei & humani differentia.

xv. Oculi mei ſemper ad dominũ,quo
Ayn. niam ipſe euellet de laqueo pedes
meos.
Hug.de ſancto Victo. vbi ſupra.Oculus actionem
intentio eſt vnde ille oculos ad deum ſemper ha-
bet,qui per intentionẽ ad amorẽ dei dirigit omne
quod agit,,cuius nimirum pedes a laquæo euellũ-
tur,quia mala actio eſſe non poteſt,cui⁹ amor dei
origo eſt: ſine periculo nãq; via actionũ currit,cũ
Gloſa. intentio animi charitate duce gubernatur.Augu.
Glo.Non itaq; timeo terrena pericula (quoniam
ipſe)quẽ intueor (euellet de laqueo pedes meos.)
Caſſio. Hie. hoc eſt de laqueo diaboli ſenſus meos a quo
prius per voluptates ſęculi capiebar.Caſſiodorus.
Solent enim qui ante pedes ſuos non intuentur
in laqueos irruere aut in fouearum hiatus incide
re,quod,ſi ad dominum iugiter oculos eleuemus
ille reſpectus ab omni nos offenſione reddit alie-
nos.Hugo de ſancto victo.vbi ſupra . Sed quis eſt
qui poteſt reſpicere deum,niſi quem de⁹ reſpicit,
profecto nullus,& ꝓpterea ſubiungitur.

xvii. Reſpice ĩ me & miſerere mei, quia
Phe. vnicus & pauper ſum ego.
» Glo,ergo(Reſpice in me)aſpicientem in te(& mi
ſerere mei)Hieronymus.(quia miſer ſum) Caſſio-
dorus Qui enim ad illum ſemper reſpicit,exigit
vt eum miſeratus ipſe reſpiciat,& miſerationis ad
» didit cauſam(quia vnic⁹ & pauper ſum ego(. Idẽ
Hugo de ſan.victo vbi ſupra.(vnicus (enim plus
amatur pauper,vero plus doletur . Hieronymus.
Caſſio Caſſiodorus hoc itaque de perſona chriſtiani po
puli conuenienter dicit eccleſia, qui vnicus eſt ei
quia ſolus vera eis fidei ſacramenta cuſtodit. Pau
per vero quoniã a mundi illecebris ſe gregat⁹ nul
la ſæculi ambitione refertus eſt . Auguſtinus.vel
quia humilitatem ſeruat quam nulla ſciſmata vel
hæreſes ſcidunt.Hieronym⁹.vel hoc,ad chriſtum
pertinet qui(vnic⁹ eſt ſine peccato vt ait prophe
Eſa.53. » ta.Qui peccatum nõ fecit (Et pauper)qui vt Pau
2. Cor.8 lus dicit.Cũ diues eſſet pauper factus eſt,vt illius
inopia nos diuites eſſemus. Glo. Deinde cauſam
xviii aliam ſubdit cur in eum reſpicere debeat dicens.

Zade. Tribulatiões cordis mei multipli
✠ alia li. aguſtiis. catę✠ſũt, de neceſſitatibus meis
‡ alia li. eripe. erue‡me.
Gloſa. Tanquam diceret & pro eo etiam me reſpi
ce.(quia tribulationes cordis mei multiplicatę ſũt
Gloſa. Caſſiodor⁹.Tot enim ſunt calamitates mũ
di quot earũ anxietates ad cor meum peruenerũt.
Auguſtinus.Quæ abũdante iniquitate & refrigeſ-
Gloſa. cente charitate(multiplicatę ſunt)igitur(de neceſ-
ſatibus meis erue me) Idem Glo. id eſt de aduerſis
quæ neceſſaria ſunt oĩbus qui pie volunt in chri-
ſto viuere,ideo autem aduerſitates neceſſitates vo
cat quia illas tolerare neceſſe eſt vſq; in finem vt
ſaluus fiat.Hugo de ſancto.victo vbi ſupra Quam
diu enim iuſti in hac corruptibili carne viuunt
moleſtias & tentationes quæ ex carne proueniũt
oĩno vitare non poſſunt,& quia inter malos con-
uerſantur ex illorum praua conuerſatione vita eo
rum affligitur,quos tamen ita tolerare neceſſe eſt
vt nec propter iniquitates eorum odio habeantur
homines, nec tamen iniquitates eorum efficiãtur
conſortes.Caſſiodorus.vel(de neceſſitatibus)dicit
quas perſecutorum & hæreticorũ patiebatur inſi-
dijs qui necẽ inferre cupiunt chriſtianis: has ita-
q; neceſſitates ſuas recte dicebat quas ſtudio chari
tatis aſſumpſerat.Hugo de ſancto victore , vbi ſu-
pra.Et quia ſine humilitate & labore nemo poteſt
tanta tolerare,ideo ſequitur.

Vide humilitatem meam & laborem xix Res.
meũ, & dimitte✠ vniuerſa delicta ‡ ✠ alia li. porta.
mea. ‡ alia li. peccata.
Caſſiodorus. Auguſtinus.(Vide)inquit id eſt pro-
pius reſpice. Hugo cardinalis. Humilitatem meã »
in cordis contritione,& laborem meum in corpo
ris ſatiſfactione. Caſſiodorus.Vel humilitas eccle-
ſiæ eſt quando indiſciplinatos & prauos docendo
ſuſtinet,& tectos atq; latentes patitur diuino iudi-
cio reſeruare:Labor vero ipſi⁹ eſt quia multis per-
ſecutionibus,multaq; contentione fatigatur.Au- Gloſa.
guſtinus, Gloſa . His itaq; ſacrificijs placatus (di- »
mitte vniuerſa delicta mea) non tantum illa quæ
feci tempore iuuentutis,& ignorantię meæ anteq̃
crederem,ſed etiam iſta quæ iam ex fide viuẽs per
infirmitatem vel vitæ huius caliginem admitto. Hieroni.
Hieronym⁹.Vel in perſonam Chriſti vide humi-
litatem meam per quam carnem ſuſcepi(& laborẽ
meum)quo morti ſubdor(& dimitte vniuerſa de-
licta mea)populi ſcilicet delicta quæ ĩ me ſuſcepi.
Gloſa.Conſequenter eccleſia etiam pro inimicis
orat dicens.

Reſpice inimicos meos quoniam 20 Coph.
multiplicati ſunt , & odio iniquo
oderunt me.
Hieronymus.vox eccleſiæ de ꝑſecutoribus(Reſpi »
ce(inquit(inimicos meos) quoniam multiplicati
ſunt.Glo.Auguſtinus . Tot enim hominum per-
ditio ſine dolore ſuo eſſe nõ poteſt,& ideo pro eis
orat. Caſſiodorus vt redeãt quia quos ille reſpicit
ſine dilatione conuertit , ſicut in euangelio Petrũ Luc.xxii.
dominus reſpexit vt fleret,cauſam autem cur oret
addidit dicens(Quoniam multiplicati ſunt) pau-
ci enim crederentur fortaſſe contenni, multorum »
vero perditio ſine maximo dolore non poterat ſu
ſtinere.Auguſtinus . Iſti autem multiplicati ſunt
quia non ſolum foris,ſed etiam intus in ipſa eccle
ſia,inimici non deſunt(odio iniquo oderunt me)
Auguſtinus. Et oderunt me inquit diligentem ſe
odio iniquo.Hiero. Caſſio. Iniquũ odiũ dicitur ps.138
ad diſtinctionẽ iuſti de quo eſt illud perfecto odio
oderam illos,& reuera iniquo odio oderant eccle
ſiam,quia dũ pro ipſis orabat, illi tamẽ eũ perſeq
nulla intermiſſione ceſſabant,Sequitur.

Cuſtodi animam meam & erue✠ xxi Syn.
me,nõ erubeſcam‡quoniam ſpe- ✠ alia li eripe.
raui in te. ‡ alia li nõ cõfundar qm̃ inuocaui te.
Hiero.Aug.Caſſ.Fidẽ ſuã petit eccleſia rectiſſimã
cuſtodiri,vt ſeruata ab ſchiſmaticis nulla q̃at per-
uerſitate confundi,ſed ſine macula & ruga ſponſo
ſuo ornata fidei virtutibus offeratur.(Cuſtodi)in- »
quit(animam meam).Glo.ſeruando eã in his bo
nis quę habet ne declinet ad intentionem maloꝝ
(& erue me)a perplexitate qua mihi miſcẽt (erue)
dico & fac vt nõ erubeſcã,qm̃ ſperaui in te). Glo.
Caſſ.quaſi diceret(erue me)etſi non propter aliud

ob ideo ſaltē ne cedat erubeſcētiæ meæ quod (ſperaui in te) nā reuera nō meretur erubeſcere qui ſpem ſuam cognoſcitur in tanta virtute poſuiſſe. ipſum enim elegit inuocare qui neſcit pie ſupplicantes abijcere. Glo. (erue) igitur (me quia ſperaui in te) & pro eo etiam, Quia.

22 Innocentes ✠ & recti adhęſerunt mihi, quia ✠ ſuſtinui te.

Thau. ✠ alias ſimplicitas et equitas ſeruabunt me. ✠ alias expectaui.

Auguſti. (Innocentes & recti) qui nō tantum miſcētur præſentia corporali ſicut mali: ſed confeſſione cordis in ipſa innocentia & rectitudine (adhęſerunt michi) quoniam non defeci vt imitarer malos ſed (ſuſtinui te expectans ventilationē vltimæ meſſis tuæ. Caſſiodorus. (Innocentes) enim (& rectos (adhęſiſſe ſibi dicit tanquam illi fuerint ſociati & conglutinati, reliqui autem cum labore tolerati ſunt potius q̄ adhęſerunt (ſuſtinui) vero dixit, hoc eſt viriliter paſſ⁹ ſum in hoc mundo frequentes anguſtias, ſequitur.

23 Libera ✠ deus Iſrael, ex omnibus tribulationibus ✠ ſuis.

✠ alia littera redime me. ✠ alia li anguſtijs meis.

Auguſtin⁹. hoc eſt redime deus populum tuū quē præparaſti ad viſionem tuam ex tribulationibus eius. Caſſiodo. Cum enim dicit (redime me) aduentum domini ſaluatoris expoſcit cui⁹ ſanguine redēpta eſt: deus vero Iſrael deus te videntium eſt. Quod autem dicit, ex omnibus tribulationibus ſuis. Idem. Nullam in ſe maculam deſiderat inueniri, quoniam aliter non poteſt cō iungi Chriſto, niſi fuerit ſine macula & ruga.

¶ Pſalmus viceſimuſquintus.

¶ Titulus,
Ipſi pſalmus Dauid, vel ipſi Dauid vel in finem p̄s ipſi dauid, vel pſalmus Dauid.

Lyra. Dicunt aliqui q̄ p̄s iſte fuit factus a Dauid dum fugeret a perſecutione Saulis a quo petebat liberari, dixit tamen Lyra q̄ eſt exponendus de ſtatu Dauid quando poſt mortem Saulis de reſponſo domini intrauit regnum manēs in Ebron, vt habetur ſecūdi Regū. ij.

Hieronymus. Caſſiodorus. Auguſtinus. p̄s iſte eccleſiæ iam perfectę in Chriſto ſtabilitę continet vocem. Caſſiodor⁹.

Caſſio. Gloſa. Gloſa. Et intentione monet vitari conſortia iniquorum & iungi iuſtis, quia ex cōuictu mores formantur. & diuiditur in duas partes. In prima petit vt ſeparetur hic a malis. In ſecunda, ne in futuro iudicio cum eis commiſceatur ibi (domine dilexi decorem.)

Diuiſio pſalmi

1 Ps. xxv Iudica me domine quoniā ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in domino ſperans ✠ non infirmabor.

✠ alias deficiā.

Hiero. Caſſiodorus. Vox eccleſiæ ad Chriſtum. Iudica (inquit) me domine, non hoc dicit q̄ iudiciū futurum poſtulet, ſed vt ſequeſtretur a peſſimis: ne cum malis habeat portionem, ſicut alibi ſcriptum eſt. Iudica me deus & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, hoc eſt vt non me iudices in futuro ſicut cęteri peccatores iudcandi ſunt, quod autem ſequitur (quoniam ego in innocentia mea in greſſus ſum). Caſſiodo. Gloſa. Non elatio eſt, ſed non ingrati confeſſio (in innocentia) autem in greditur qui ſicut infra dicit ſperat in domino nec de ſuis virib⁹ quicquām, ſed de diuina largitate p̄ſumit. Auguſtin⁹. Gloſa. Non quidem (in greſſus ſum in innocentia (angelorum ſed in innocētia mea (qualis ſcilicet eſt hominum (& in domino ſperās non infirmabor) Augu. Glo. aliter inter malos titubaret qui et ſi cadunt iſte ſtat quia non in eis ſed in deo ſperat.

Gloſa. Auguſt.

2 Proba me domine & tēta me, vre renes meos & cor meum.

Hieronym⁹. Probari ſe rogat eccleſia vt ſe cognoſcat, & ab aliis cognoſcatur. Caſſiodorus. nec hoc prę́ſumptiue dicitur, ſed emūdationis gratia fieri poſtulatur. Auguſtinus. Quaſi diceret ne quid occultorum meorum me lateat (Proba me domine & tempta me) notum me faciens nō tibi quem nihil latet, ſed mihi atq; hoīb⁹. Glo. Tentat enim diabolus vt ſeducat, tentat homo vt diſcat, tentat vero deus vt erudiat. Caſſiodorus qui quando perſcrutatur & temptat, facit nos peccatū noſtrum intelligere, & ad fructum p œnitētię peruenire, alioqui ſi nulla nos ī hoc ſęculo aduerſitate cōmoneat ſub neglecto relinquim⁹ ea pro quibus ſatiſfacere debemus. Grego. in mo. Iob li. vii. vel (proba me domine & tempta me) .i. prius vires inſpice, & tunc vt ferre valeo tēptari permitte (vre renes meos & cor meū. Hierony. hoc eſt ſpiritum ſanctum adhibe delectationibus & cogitationibus meis q̄ vtraq; adurens me dignum efficiat. Glo. (vre) inq̄ igne verbi tui renes meos, ne quid mali me delectet. & cor meum, ne quid mali cogitem. Gloſ. Ideo autē dico (vre) proba tēpta, ita tamen ne me ſupra vires tentari permittas, quod vtiq; facies.

Caſſio. " Caſſio: Grego. "

3 Quoniā miſericordia tua ante oculos meos eſt, & ✠ cōplacui in veritate tua.

✠ alia li. ambulabo.

Aug. Hiero. (Quoniā) ne illo igne cōſumar, non merita mea ſed miſericordia tua, qua me ad talē vitā perduxiſti ante oculos meos eſt. Glo. Quia iſta vſtio tua eſt mīa, nō aſperitas. Hiero. Et hoc igne nos hic arguis ne illic vras, & cōplacui in veritate tua. Idem Caſſiodo. id eſt in Chriſto tuo. Qui eſt via veritas & vita: vt non in meo mēdacio, ſed in tua veritate placerem. aliter enim patri nō poteſt cōplacere niſi qui fuerit tali credulitate firmatus. Hug. de ſan. Vic. vbi ſupra. vel aliter (q̄m miſericordia tua ante oculos meos eſt, & cōplacui in veritate tua) tanq̄ diceret: Miam tuā vbiq; mihi neceſſariā eſſe video, & tū correctiōis tuæ verbera gaudēs ſuſcipio, imo etiā in eis miam tuā nō deeſſe cognoſco, & quare hoc, qa cōplacui ī veritate tua: dū qd tibi ī me diſplicet hoc ip̄e rep̄hēdo, & dū mea p̄ctā flagellando pſeq̄ris lætificas me amore correctionis. Glo. & vere cōplacui in veritate tua, quia.

Ioh. xiiij. Hugo.

4 Non ſedi cum ✠ cōſilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

Alias cū viris

Glo. Aug. (Non ſedi) id eſt cor non appoſui illis qui prouident beati fieri in tranſitorijs q̄ eſt cau=

ſa omniũ iniquitatum. Nõ eñ ſedit in cõſilio vanitatis qui tractatibus iniquorũ nulla conſilij ſui participatione cõſentit. Vani autem ſũt qui caducis inquiſitionibus occupant̃, & in ſuperflua narratione tẽpus cõſumunt. Hieroni. Hie. vel (nõ ſedi in cõſilio vanitatis). i. nõ ſum cõiunctus cũ his qui contra Chriſtũ meũ vanũ agũt cõſiliũ (& cum iniqua gerẽtibus nõ introibo). Caſſio. Caſſio. introitus ad ſcel⁹ eſt cũ fieri aliquid audacter incipit̃, introitus ei ſignificat initiũ operationis, quapropter cũ ſe prius negaſſet ſediſſe cũ malis modo ſe profitetur non introiſſe cũ peſſimis. añ ei, tractatũ ipſorum vitauit, & poſt facta deſeruit. Fieri ei põt vt hõ ſanct⁹ caſu aliquo ad conſiliũ veniat iniquorum, ſed dũ hęc cognouerit: neq; cũ eis ſedet, neq; delectatiõe aliqua cõmorat̃, ſed prauũ ſtudiũ ipſorũ aut diſſuadet, aut deſerit. Glo. Et cũ ſatis eſt hęc euitaſſe addit.

5 ✠ alia li. odio habui congregationẽ malignã. &c.

ODiui ✠ eccleſiam malignãtium & cum impiis non ſedebo.

Glo. inter. Caſſio. Nõ eñ ſatis eſt vitaſſe peruerſos & malos, niſi & mẽte diſpliceãt, ideo dicit (Odiui) Caſſ. Odiũ aũt ſignificat diuiſionẽ ſicut eſt i amore collegiũ (odiui) inq̃ (eccleſiã malignãtiũ). Hie. Id eſt iudæorũ vel hęreticorũ qui maligni dicũt̃. Auguſti. Glo. Aug. vel cõgregationẽ quæ fit vt veniat̃ ad cõſiliũ vanitatis. Glo. vel malignãtes ſũt q proximis ſuis mala agũt (& cũ impijs nõ ſedebo). Aug. id eſt placitũ non collocabo. Caſſio. Impij autem ſunt hæretici qui queſtiõibus perfidis ſcripturas diuinas deprauare cõtẽdunt. Gloſa. Gloſ. Qui etſi nobiſcum ſunt numero, non merito, corpore, nõ mẽte nomine, non munere, ſequitur.

6 ✠ Alias innocentia. ✠ alia li. circuibo.

LAuabo inter ✠ innocentes manus meas, & circundabo ‡ altare tuum domine.

Glo. Oſtenſo quomodo vitet mala, ſubdit quomodo faciat recta dicẽs (Lauabo inter innocẽtes man⁹ meas). ,, Hiero. In bonis ſcilicet operib⁹. (Lauabo manus meas) q̃ pctis ante ſordebant (man⁹) inq̃ (lauabo) id eſt opera per lachrymas baptiſmũ & pœnitentiã. Caſſio. Caſſio. Spiritualiter enim manus lauat, quiſqs actus ſuos lachrymali ſatiſfactiõe diluerit, & eas iter innocẽtes lauat, qui facta propria ſtudio bonę cõuerſationis emundat (et circũdabo altare tuũ dñe). Idem altare, ab altitudine dictũ eſt, quaſi alte are vbi domino ſacrificatur, vt cõſpectib⁹ populorũ miſericordię ipſius dona pandãtur. (Circuibo) autẽ dicit. i. frequẽter iterabo, vt in hoc aſſiduitatem ſuæ ſanctiſſimę deuotionis oſtẽderet. Hiero. Vnuſquiſq; enim ſanct⁹ altare dñi in ſe habet ,, quod eſt fides. Glo. (Altare igitur circũdabo) id eſt mentẽ meã vel fidẽ, vbi deo vota offeruntur virtutibus ornabo, quia nõ eſt locus veri ſacrificij extra catholicã eccleſiam. i. extra fidem catholicę eccleſiæ. Ideo autem hæc faciam.

7 VT audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua.

,, Auguſt. (Vt audiam) inquit, vocem laudis, id eſt vt diſcam quẽadmodum te laudem, nõ ex ipſo bono de me præſumẽs. Hieroni. Hiero. Laus eñ dei perfecta eſt, laus vero hominum imperfecta. Hæc eſt aũt laus dei, ſi quicquid boni agimus deo reputatur eſſe & quicquid mali a nobis. Glo. Vel (vt audiam vocẽ illam). Venite benedicti patris mei. ,, Mat. 25 (Et enarrẽ vniuerſa mirabilia tua). Augu. Hoc eſt cũ didicero exponam alijs (omnia mirabilia tua.) Gloſ. nõ mea. Caſſio. Caſſio. Vel vocem laudis ſe audire deſiderat, quæ ſemper coram chriſto pręcinitur Sanctus, Sanct⁹ dominus deus ſabaoth.

8 Secũda pars. ✠ alias habitaculum. ‡ alias tabernaculum.

DOmine dilexi ✠ decorem domus tuę, & locum ‡ habitationis glorię tuę,

Glo. Secũda pars vbi petit ne malis in iudicio miſceatur, & tanquã diceret. Ideo lauabo man⁹ meas & circũdabo altare. Quia o (domine dilexi decorẽ domus tuę) Hieronymus Hoc eſt pulchram effeci mentem meam, vt eſſet tibi commoratio digna, in qua inhabitans glorificares me gloria tua, vel (domus) dei eſt eccleſia, & (habitatio glorię) ipſi ſunt ſacerdotes, in quibus habitat deus. Caſſio. Caſſio. Nõ eñ decorẽ domus dei dicit pulchritudinem parietũ, aut miniſtrorum pręcioſiſſimos apparatus. Sed ipſorum actuum beatiſſimã qualitatẽ quibus cuncta gaudet eccleſia. In pſalmorum iubilatione, in preciũ ſanctitate, in chriſtiani populi humillima deuotione. (Et locũ habitationis glorię tuæ. Caſ. Dicendo (habitationis locum) humani pectoris ſignificauit archanum mirabiliter ſubiungens (gloriæ tuę.) ,, Glorioſum enim efficit quicquid inhabitare dignatur. Et ab hoſpitis merito creſcit hoſpitij magnitudo. Gloſa. Glo. Hęc igitur domine deus me⁹ retribue mihi, vt ſcilicet audiam vocẽ laudis tuæ. quia (dilexi decorem domus tuæ.) Et.

ix ✠ alia li. ne ſimul perdas. ‡ alia li. nõ habet deus.

NE perdas ✠ cum impijs deus ‡ animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam.

Hierony. (Ne perdas) inquit (cum impijs). Cum his ſcilicet qui per impietatem chriſtum mitẽ tradiderunt. Glo. Vel (cum impijs) qui te oderũt quibus hic etſi corpore cõmunico non tamen mẽte. Caſſiodo. Cum his itaq; iuſte rogat ne anima ei⁹ pereat in futuro iudicio, cum quibus hic communem non habuit actionem. (Et cum viris ſanguinum vitam meam.) ,, Hieronymus. qui doloſe inſidiantes effuderunt ſanguinem ſuum. Caſſio. Caſſiodor⁹. Vel viri ſanguinum ſunt, qui carnaliter viuunt, & nulla iuſſa cœleſtia concupiſcunt, tales enim pereunt de futura hieruſalem. Auguſtinus. Vel (cũ viris ſanguinũ) qui proximum oderunt. Nã duob⁹ pręceptis dilectionis, ſcilicet dei & proximi dom⁹ dei decoratur. Qui autem ſint impij & viri ſanguinum oſtendit, dicens.

IN quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus. 10.

Hieroni. Hieronymus. In quorum (inquit) manib⁹, hoc eſt operibus (iniquitates ſunt). Hugo cardinalis. Iſte (iniquitates ſunt in manibus eorum) qui operantur peccatum, iuxta illud ꝓphetæ. Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. ,, (Dextera eorum repleta eſt muneribus). Hieroni. Hiero. De ſiniſtra enim fecerunt ſibi dextrã, quia vita futura dextera dicitur, & ſiniſtra præſens. Illi vero ꝓ dextera habuerunt p̃ſentem.

Auguſtinus. Gloſa. Vel (dextera eorum repleta eſt muneribus) quia ſi quid boni agũt, illud pro muneribus faciunt. Hieronymus. Auguſtinus. Quod enim eis datum eſt ad accipienda æterna conuertunt ad ſæculi dona, eſtimantes quæſtum eſſe pietatem. Sequitur.

1.Thi.6.

xi ✠ alia li. ambulã.

EGo autẽ in innocentia mea ingreſſus ✠ ſum, redime me & miſerere mei.

Hieronymus. Eccleſia hic loquitur pro parte bonorum: Gloſ. Tanq̃ diceret illi in muneribus ſæculi volunt ditari. (Ego autem in innocẽtia mea ingreſſus ſum) in diuitijs ſcilicet innocentiæ. Caſſiodorus. Ingreſſus enĩ in theſauros ſpirituales, multo verius ſe conſolatum eſſe dicit, quam illi ſuper mundanis diuitijs gaudere potuiſſent. Gloſ. Et quia talibus ditatus ſum muneribꝰ. Ideo (redime me & miſerere mei.) Auguſtinus. Caſſio. vt valeat michi ad perfectionem liberationis tantum precium ſanguinis domini mei, & in periculis huius vitæ miſericordia tua non deſerat me. (Miſerere igitur (mei) in hoc mundo in quo fideliter ſupplicantibus parcis. Gloſ. Debes itaq; mei miſereri, quia.

Caſſio.

xii ✠ alia li in rectitudine Alia ita in via recta ✠ alia li. bñdicã dñm

PEs meus ſtetit in directo ✠, in eccleſijs benedicam ✠ te domine.

Hieronymus. (Pes meus (id eſt ſenſus mei, vel affectiones meæ ſteterunt in directo). Vel in via recta id eſt in Chriſto qui eſt via. Caſſiod. Glo. Et ſi aliquando concuſſus fuerim vndiq;, vel confuſus ſcandalis (ſtetit) tamen (pes meus.) Gloſ. Id eſt affectio mea, quę facile labi ſolet in directo contra oĩa ſcandala tendens vltra & perſiſtens immobilis. Caſſio. (In via recta). id eſt in mandatis dei, quæ recta ſunt, & obedientes eis rectos faciunt. Gloſ. Ideo etiam (redime me & miſerere mei), quia ſi redimis & miſereris (In eccleſijs benedicam te dñe. Hiero. (In eccleſijs) dicit, nõ in latebris, ſed in cõſpectu populorũ (te benedicã), & predicabo dilectionem illam qua tuo me ſanguine redemiſti, baptiſmo abluiſti, ac pane cœleſti & ſacris dapibus adimpletũ me innocentiæ melioris vitæ reſtituiſti. Caſſio. Quotiens enim plurali numero dicuntur eccleſiæ, mundi iſtius chriſtiani populi ſignificatur, qui de diuerſis gentibus probantur eſſe collecti. Futura eſt enĩ vna & perfecta eccleſia hieruſalẽ illa cœleſtis quæ malorum ſequeſtratione purgabitur. Glo. Vel hoc domino eſt benedicere ĩ eccleſijs ſic viuere vt per mores cuiuſq; nõ ſolũ lingua, ſed etiã operibus benedicatur deus.

Caſſio

Gloſa.

Pſalmus viceſimus ſextus.

Titulus.

Pſalmus Dauid priuſq̃ liniretur.

Hieroni. Gloſa.

Hiero. Caſſio. Augu. Gloſa. Ter vnctus eſt Dauid. Pĩo a Samuele in domo patris, nõ vtiq; in regẽ, ſed in ſignum futuri regni.

Lyra. Dicunt hebræi & eſt ſatis veriſimile q̃ quãdo deus promouet aliquẽ ad aliquam dignitatẽ, datur ſibi gratia, per quã conueniẽter poſſit exequi illã, & hoc niſi promotus ponat ſibi obicẽ, propter qđ Dauid ad illam vnctionẽ deuote ſe præparauit, & hũc pſalmum fecit.

Secũdo in Ebron mortuo Saule, vbi regnauit ſuper Iudam ſeptem annis. Tertio tandem mortuo Iſboſeth filio Saul, vnctus eſt in regem totiꝰ populi, ſed duæ extremæ pro vna reputantur. Et de his tribus vnctionibꝰ media ad iſtũ pertinet pſalmum. Dauid hic figuram Chriſti tenet. Olim enĩ duę perſonę vngebãtur, rex ſcilicet & ſacerdotes, in quibus figuratur vnus Chriſtus qui eſt rex & ſacerdos. Nos autem ſumus corpus eius, nobis ergo eſt vnctio modo in ſacramento, quo pręfiguratur quid futuri ſumus: & ideo dicitur priuſq̃ liniretur. Glo. Et eſt ſenſus tituli, pſalmus iſte dirigẽs nos in finem futuræ conſummationis, attribuitˀ Dauid, id eſt cuilibet fideli pſalmus dico agens de hoc quod eſt priuſq̃ liniretur ſecundo, id eſt de eo quod eſt ante perfectam vnctionẽ quærit in futuro. Intentione autẽ monet, ne quis poſt primã vnctionem quæ ĩ baptiſmo recipitur torpeat: ſed ad ſecundam ſe diligenter præparet. Et diuiditˀ in duas. In prima oſtendit ſe non timere in tribulationibus, quia deum habet adiutorem. In ſecũda deum orat vt in adiutorium ſuũ intendat, ibi (Exaudi domine). & eſt iſte ſecũdus pſalmus illorum qui per actus Dauid ſignificãt Chriſti domini futuras miſerias.

Sẽſus tituli

Diuiſio pſalmi

1 Ps xxvi

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo.

Hierony. Vox eccleſiæ ad Chriſtũ (dominus). Gloſ. habitans in me (eſt illuminatio mea (. Idem. Auguſti. contra tenebras. Hyerony. Nullis enim tenebris obtegi formidat: quem dominꝰ illuminat ſemper & ſaluat. Sicut enim oculi corporis illuminantur ab alia lucę, ſic & oculi cordis nr̃i a virtute fidæi, hoc eſt a Chriſto illuminantur. (Et ſalus mea.) Caſſiodo. In hoc verbo cuncta concludit valitudinem, ſcilicet corporis & animæ ſoſpitatem. Vtraq; enim ſunt iudicia ſalutis (quem timebo). Idem. Gloſ. Quaſi dicẽs nullũ formidabo. Timor enim fecerat domini, ne quẽq̃ alium timere potuiſſet. Hugo cardĩ. Si enim dominus pro nobis, quis contra nos?

Auguſti. Hieroni.

Gloſa.

Rõm. 8.

2 ✠ alia li. defenſor

DOminus protector vitæ ✠ meæ, a quo trepidabo?

Hiero. Ipſe eſt enim fidelis animę ꝓtectio, idcirco quem dominus protegit inimicũ non metuit. Caſſiodo. Quorum enim defenſor fuit nullatenꝰ aliquid ammiſerunt. (A quo) igitur (trepidabo)? Idem. Interrogatiue pronunciandum eſt, ſicut & illđ quod ſupra poſuit quem timebo, quaſi dicẽs a nullo. Auguſti. Hieronymꝰ. Neq; a diabolo, neq; ab hæretico, neq; a perſecutoribꝰ ipſum habẽs defenſorẽ: qui repellet omnes impetus & inſidias hoſtis mei. Sed quando ſit ſibi ſalus & protector, ſequitur.

Auguſti.

3 ✠ alia li. appropiquarent

DVm appropiant ✠ ſupra me nocentes, vt edãt carnes meas.

Caſſiodorus. Hæc dicens. Truculentium inimicorum vota oſtendit, qui non ſolum extinguere, ſed etiam auiditate furoris, ipſas humanas carnes cupiunt crudeliter deuorare. Hieronymus. (Dum appropiant) inquit (ſuper me):

vt excitatis in me priorib⁹ delictis corpus meum
tabido dente dilacerent.(Nocentes me,id eſt dę=
mones vel perſecutores.(vt edant carnes meas,id
eſt affectus carnis meę qui ſunt cibus ipſorum.
Quare autem non timeat eos,ſequitur.

4 ✠ Alias impegerunt. **QVi tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt ✠ & ceciderunt.**

Caſſiodorus.Verſus iſte pendet de ſuperiore ſen=
tētia,in quo probat quare nullum timere debeat.
Si enim perſecutores qui formidari poterant ſub
ruerunt quis rogo timor erit,quādo potius illi ca
dunt qui impugnare videbantur.(Qui tribulant
me)inquit(inimici mei,ipſi infirmati ſunt,& ceci=
Hieroni. derunt.)Hierony. Quando chriſtus noſtram hu=
manitatem ſuſcepit.Caſſiodorus.Tunc enim pri=
Auguſti. mo(infirmati ſunt)poſtea(ceciderunt).Auguſti=
nus.Gloſa.Dum enim chriſtus carnē accepit,ini=
mici nutantes facti ſunt.& poſt ſe ex toto fidei
ſubdiderunt.Gloſa.Accepta itaq; tanta fiducia.

5 **SI conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.**

Gloſa. Gloſa.Si deinceps inquit(cōſiſtant aduerſum me
caſtra). Hieronymus. Id eſt fortitudo demonum
Caſſio. vel perſecutorum. Caſſiodorus. Caſtra enim ſunt
valida munitio,quam expugnare facile non po=
teſt impetus irruentis:hęc autem omnia dicit ſibi
eſſe contēptibilia cum valletur auxiliatione diui=
na.Hieronymus.Dominus enim bellator eſt for=
Auguſti. tis,qui pugnabit pro me.Et propterea(non time=
bit cor meum).Auguſtinus.vt ſcilicet ab eis tranſ
fugiam.

6 ✠ Alia litera ſi inſurgat in me bellū. **SI exurgat ✠ aduerſum me prælium,in hoc ego ſperabo.**

Caſſiodorus.(Si exurgat aduerſum me pręlium)id
eſt,ſi ſubita in me concertatio quaſi feruens pro=
cella proſiliat:in eo potius ſperabo victoriam. In
prælijs enim concitatis gloria vincentis ſemper
apparet.Nam virtus probatur latere:quæ nō fue=
rit explorata certamine.(In hoc ego ſperabo(.Au
guſti.Glo.Habeo enim ſpem victoriæ in domino
remunerationis eternæ:& merito: quia,

7 ✠ alia litera oēs dies. **VNam petij a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus ✠ diebus vitæ meæ**

Hieronim⁹.Quidam putant vnam charitatem ſiue
vnam gratiam:aut certe vnam petitionem dici,
Gloſa. Caſſio. Gloſa.Vel(vnam)inquit rem ſcilicet(petij a domi
no)id eſt ipſum dominum: Caſſio. Auguſta eſt iſta
præcatio,latū vero præmium.Bonorū enim mos
eſt domum domini ſolam expetere:in qua bona
omnia continentur.(Vt inhabitem)inquit(in do=
Gloſa. mo domini omnibus diebus vitæ meę).Auguſti.
Glo.Vt ſcilicet quandiu in hac vita ſum,nullæ ad=
uerſitates me excludant de numero eorum qui vni
tatem & veritatem dominicæ fidei per orbem ter=
Caſſio. rarum tenent. Caſſio. Quæ ſunt enim ciuitates ſi=
miles qui ſunt exercitus fortiores quam habitare
in domo domini,vbi nichil humanum nihil dia=
bolicum certum eſt pertimeſci. Et hoc non petit
paruo tempore ſed omnibus diebus vitæ ſuæ.

VT videam ✠ voluntatem domini, & viſitem templum eius. 8 ✠ alia li. vt ctepler pulcritudine. ‡ alia li. et protegar a teplo eius.

Hugo de ſancto Victore libro ſentētiarum.Videre
voluntatem domini eſt veritatem agnoſcere: viſi=
tare vero templum domini eſt veritatem diligere.
Caſſiodorus.Ille itaque videt voluntatem domi=
ni qui præcepta eius intelligit & cuſtodit,qui puri
tati ipſius tota ſe mente ſubdiderit. Gloſa. Vel(vt
videam voluntatem domini)ideſt vt fruar contem
platione ipſius boni:& vt ſecurus fruar delitijs.
(Et viſitem templum eius). Gloſa. Id eſt eo fine Gloſa.
vt demum appareat mihi ſpecies deſiderabilis quā
videam facie ad faciem:& induar immortalitate ef
fectus templum eius.

QVoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo ✠, in die malorū protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. 9 ✠ alias in vmbra

Hieronymus.Tabernaculum diuinitatis humani=
tas chriſti eſt: in quo abſconditur eccleſia tanquā
in tabernaculo ſuo. Caput enim noſtrum Chriſt⁹
eſt:& nos membra illius. Gloſa. In hoc itaque ta=
bernaculo abſcondit me dominus.(In die malo=
rum). In die ſcilicet pręſenti quo mali florent: vel
(in die)hoc eſt in tempore tentationū quibus mor
talis hæc vita ſubiacet. Ibi vero ſunt dies vitæ:&
propterea(protexit me)ne læderer(In abſcondito
tabernaculi ſui. Caſſiodorus. Id eſt in ſecreto di=
uinitatis ſuæ.Superius dixit(abſcondit)nunc di=
xit(protexit).(Abſcōdi)eſt quærentium oculis nō
pręberi.(Protegi(autem ab omni metu periculoq;
liberari.Hugo de ſancto Victore vbi ſupra. Vel ta= Hugo.
bernaculum dei eſt eccleſia in qua,fideles laborant,
& contra aerias poteſtates pugnaturi excubant. In
hoc autem tabernaculo illos deus abſcondit,qui=
bus amorem quietis inſpirando a ſtrepitu huius
mundi ſecretum expetere facit.Sed in abſcondito
huius tabernaculi protecti non ſunt:qui in loco
quietis quiete viuere non poſſunt.

IN petra exaltauit me & nūc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. 10

Hieronymus.(Petra)Chriſtus eſt.(In petra) ergo
(exaltauit me)id eſt in Chriſto per fidem. Ipſe eīn
eſt ſtabilis petra ac veriſſimum fundamentum:Caſ
ſiodorus.Eſt lapis angularis adunans populos.(Et
nunc exaltauit caput ſuper inimicos meos). Hie=
ronymus.(Nunc)enim id eſt in præſenti:(exalta=
tum eſt caput noſtrum)quod eſt Chriſtus:(ſuper
omnes inimicos eccleſiæ:vel ſuper motus carna=
les:qui me ſæpe humiliabant ne cœleſtia contem=
plarer. Caſſiodorus. Vel(caput)pro oculo mentis Caſſio.
accipitur:quo vegetante poſſumus cœleſtia con=
tueri.Hieronymus. Inimici vero ſunt diaboli:vel
perſecutores eccleſiæ.Et propterea.

CIrcuiui ✠ & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis ‡ cantabo & pſalmum * dicam domino. 11 ✠ alia li circuibo et immolabo ‡ alia li iubilationis. * alia li pſallam domino

Hieronymus.Auguſti.Caſſiodorus.(Circuiui)in=
quit hoc eſt conſideraui orbem:quia potentia cœ=
los fecerit:ſtellas fūdauerit:maria determinauerit,
terram ſtabiliuerit:totumq; mundum varia virtu=

tum laude cōpleuerit. Cōſideraui etiā qualiter ꝑ nobis temporaliter deus humiliatꝰ eſt. (Et immolaui) quia in his omnibus inuenio quid immolare debeo. (In tabernaculo eius hoſtiā) ſcilicet (vociferationis) id eſt laudis. Tali enim hoſtia deꝰ delectatur. (Cātabo) igitur (et pſalmum dicam domino.)

Auguſti. Cassio. Auguſti. Id eſt corde atq; opere lętabor in domino. Caſſio. Cātare enim eſt ſola voce laudes canere. (Pſalmum) vero dicere, eſt bonis operibꝰ gloriam domini prędicare.

12 Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te, miſerere mei et exaudi me.

Secūda pars. Glo. Secūda pars in qua oſtendit quis labor, quis gemitus, & quæ oratio ſit: vt ſecunda vnctio haberi poſſit. (Exaudi) inquit (domine vocem meā) interiorem ſcilicet qua (clamaui ad te.) Hiero. Aug.

Caſſio. Per interioris hominis clamorē vt exaudias me. Caſſio. Vel clamauit cum ſupra diceret. Vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę. Et cum ſuperius dixerit, hoſtiā ſe iubilationis offerre: quia diuerſa ſit munera conſecutus. Nūc iterum rogat vt exaudiatur, nec deſiderio ſuo adhuc ſatiſfacit, niſi hoc frequenti ſupplicatione rogauerit. Diuinarum enim rerum nulla eſt ſatietas, quia quāto magis guſtatur dominus, tanto magis appetitur, ſicut in alio pſalmo dicitur. Guſta. & vi. qm̄

ps.33 ſua. eſt dn̄s. Gloſa. Et propterea precem inculcat,

Hugo dicēs. (Miſerere mei & exaudi me) Hugo cardina. In quo notat orationem ſuam eſſe neceſſariam. Miſeri enim neceſſe habent clamare ad miſericordem dominum. Conſequenter autem aperit quid in oratione ſua petit: dicens.

13 Tibi dixit cor meū exquiſiuit ✠ te facies mea, faciem tuam domine requiram.

✠ Alia u. quiui vultum tuum.

Augu. Non enim hominibus me oſtentaui, ſed in ſecreto vbi ſolus audis. (Tibi dixit cor meū) id eſt deſiderium meū. Sed quid dixit? (Exquiſiuit te facies mea.) Queſiui em̄ a te non aliquid extra te, ſed

Caſſio. vultum tuum. Caſſiodo. Cor nāq; deſiderium ſuū prodit, quod plus deus audit, q̄ hominū tonantiſſimas voces: quęrit autem vultum dei, qui ſe ſancta cōuerſatione tractauerit: iuxta illud. Beati mū

Mat. v do corde, quoniam ipſi deum videbunt. (Faciem tuam domine requiram). Auguſt. Caſſiodo. Geminat quod dictum eſt tanq̄ diceret huic inquiſitiōi perſeueranter inſtabo, nec vile aliquid. Sed (vultū tuum domine requiram) vt gratis te diligam, quia precioſius aliquid non inuenio. Gloſa. Vt autem inueniam quod quero. Tu domine.

14 Ne auertas faciem tuā a me, ne declines in ira a ſeruo tuo.

ps.50. Hieronymus. Alibi dicit. Auerte faciem tuā a peccatis meis. hic vero ſic orat dicens. (Ne auertas faciem tuam a me) id eſt ne dimittas me in propria

Rōm.i. voluntate, ſicut de reprobis dictum eſt. Tradidit eos deus in reprobū ſenſum, hoc eſt permiſit eos tradi. Gloſa. Caſſiodo. (Ne) igitur (auertas) in futuro (faciem tuam a me) quia non eſt in manu mea obtinere, quod peto. (Et ne declines in ira a ſeruo tuo). Hierony. Hoc enim orat eccleſia, vt illam hic corripiat, & illam hic videat, non vt ab illa cum ira diſcedat. Auguſtinꝰ. Quid enim hac pœna grauius amanti & quæranti veritatem vultus tui quaſi vt ab eo declines in ira. Caſſio. Per iram nanque iudicij tempus intelligitur in quo domus diſcernet malos a bonis: & propterea rogat ne tūc ab eo declinet dominus in ira, quando ſanctis vultū ſuę maieſtatis indulſerit timens ne a vultu eius reddatur alienus. Gloſa. Non igitur a me declines in ira. Sed.

Adiutor meus eſto ✠ ne derelinquas me, neque deſpicias me deus ſalutaris meus. xv. ✠ alia li cēs tu.

Caſſio. Petit enim hic rex & ꝓpheta gratia & benedictiōe cœleſti ne deſeratur a domino. Scit em̄ Caſſio. quia ſi ille reliquerit nulla ſe poteſtas regere præualebit. Hierony. (Adiutor meus) inquit (eſto) tam in pſenti q̄ in futuro. (Ne derelinquas me.) Gloſ. id eſt iam inceptum non intermittas: ſine te enim nichil eſt ornatus meus. (Neq; deſpicias me deus ſalutaris meus). Hierony. Salutaris noſter chriſtꝰ Hieroni. eſt, rogat itaq; eccleſia ne deſpiciatur ab illo id eſt ne cōmittat illud peccatum per quod a deo deſpiciatur. Augu. Idem. vel (ne deſpicias) id eſt ne contēnas ꝙ mortalis ęternum audet inquirere: quia etſi mortalis ſum, tamen cœleſtia quæro. Gloſa. Auguſti. Auguſti. Si enim mortalem deſpicis quod nō debes, quaſi fruſtra creaſti & recreaſti me: quia non tantum mea propria, ſed & parētum culpa eſt qui me huic miſerie expoſuerunt. Et hoc eſt qd̄ ait.

Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autē aſſumpſit me. xvi.

Gloſa. Caſſio. (Quoniā) inquit (pater meus) Adā, Caſſio. (& mater mea) Eua (dereliquerūt) me id eſt huic miſerie me expoſuerunt peccando (dominus autē aſſumpſit me) ad immortalitatem. Augu. Hierony. Gloſa. vel ſic (quoniā pater meus & mater mea) re- Gloſa. gnum ſcilicet mūdi huius, & ciuitas ſæculi huius, ex quibus tēporaliter & mortaliter natus ſum dereliquerunt me) quærētem te & deſpicientē quæ promittebant. Cum id quod quęro dare non poſſent. Caſſiodo. (Dominꝰ aūt aſſumpſit me.) Aug. Dominus inq̄ qui poteſt dare michi ſe aſſumpſit me. Caſſiodo. Gloſa Loco veri parētis: ipſe enim pater & mater eſt. Pater quia iubet, vocat, cōdidit, Caſſio. & regit. Mater quia fouet, continet, collactat, & nutrit. Sæculum vero pater vel diabolus: & mater babilonia id eſt ſocietas impiorū dereliquerunt me. Sequitur.

Legem pone ✠ mihi domine in via tua, & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos ✠. xvii. ✠ alia litera conſtitue. ✠ alia litera inſidiatores

Augu. (Ad te) igitur tendenti & ad tantam profeſſionem peruenienti ad ſapiētiam a timore inchoanti (Legem pone michi conſtitue domine) ne aberrantem diſciplina tua deſerat (in via tua). Caſſio. id eſt in chriſto tuo. Qui eſt via veritas & vita. Hie- Joh.xiiii ro. Lex aūt in via hec eſt vt non declines ad dexteram neque ad ſiniſtram: & non reſpicias retro. Luc.xvii Memor vxoris Loth quærās quæ ſurſum ſunt: nō Col.iii quæ ſuper terram. (& dirige me in ſemita recta.)

Idē. vt tua ſequens mandata, viāq; regiā gradiens terram repromiſſionis ingrediar (propter inimicos meos.) Aug. Non enim inchoare ſufficit cum inimici, donec perueniatur nō quieſcant. Gloſa. Notandum autem ꝙ duo hic dicit ſcilicet legem pone. & dirige. quorum primum ad præceptum in quo eſt correctio. ſecundum vero ad miſericordiam per quam fit directio pertinet.

xviii ✠alia li. gicquentium. ‡alia li. michi. * Alias apertum mādatū.

1 NE tradideris me in animas tribulantium ✠ me, quoniam inſurrexerunt in me ‡ teſtes iniqui, & mētita eſt iniquitas ſibi. *

Auguſti. Glo. (Ne tradideris me in animas tribulantium me) id eſt ne ſinas tribulātes me ſatiari de malis meis vt eis conſentiam. Hiero. vel vt nō ſatietur anima eorum de aduerſitatibus quæ acciderunt mihi. Glo. Et quaſi quis quęreret quare hoc dicis, reſpondet ecce quare (quoniā inſurrexerunt in me teſtes iniqui). Auguſtinus. falſa de me dicētes ad amouendū & reuocandum me abs te, quaſi gloriam ab hominibus quęram.) & mētita eſt iniquitas ſibi.) Glo. Non mihi ſed ſibi, id eſt ad dannum ſuum. Caſſiodorus. vnde pulcherrime dicit ſibi quia mēdacij ſui pœnas recipit, qui falſum teſtimonium ferre contendit. Caſſio.

xix CRedo videre bona domini in terra viuentium.

Gloſa. Gloſ. Hic redit ad illā vnam ad quā ſuſpirat, quaſi diceret tot pericula, tot labores me vndiq; pulſant: ſed ego iter hæc pericula & difficultates (credo videre bona domini) quæ vera ſunt & æterna, (in terra viuentium) Hiero. in qua pignus noſtrū ſurſum habemus quod eſt Chriſtus qui accepit de noſtra terra mortale corpus: & nos ab ipſo accepimus ſpem & fidem: & per ſpem & fidem credentes peruenimus in terram viuentiū in qua ſancti capient hęreditatem regni cœlorum. Caſſiodor⁹ Caſſio. Proprie autem dictum eſt terram illam eſſe viuentium, quoniam iſta morientium eſt. Gloſ. Et quia hoc tardum videtur amanti: propterea ſubdit.

20 EXpecta dominum viriliter age, & cōfortetur cor tuum & ſuſtine dominum,

Hieronymus. (Expecta) inquit (dominum) id eſt vſq; in finem ſæculi, quicquid tibi acceſſerit pro Chriſto patienter ſuſtine. Caſſiodo. (Expecta dominum) qui promittendo non fallit, qui præſtando nō imputat, nec improperat (viriliter age.) Hierony. Hoc eſt fortiter operare, vt dicit angelus ad Danielem. Cōfortare, & eſto robuſtus. Daſi.x. Caſſiodo. Hoc autem verbum (viriliter) nō ſolum viris, ſed & feminis credamus eſſe mandatum. Nam & viri cum moleſcunt, animo fœmineo ſunt. Et mulieres viriles efficiuntur, cum in bono propoſito mētis robore perſeuerant (Et confortetur cor tuum. Hieroni Auguſti. Hiero. Hoc eſt anima tua. Caſſio. Ne deſperes. (Et ſuſtine dominum). Auguſti. Ne deſperatione deficiat. Nec ſibi negatum putes quod nōdum accipis, ſed (ſuſtine dominum). Caſſio. Hoc nāq; perfecto dicitur chriſtiano, ac ſi admoneret. (Suſtine (quod pateris, & quod credis (expecta).

¶Pſalmus vigeſimuſſeptimus.

¶Titulus.

Pſalmus ipſi Dauid, vł huic dauid.

Gloſa. Per Dauid aliquādo intelligitur caput, id eſt Chriſtus. Ali quando corpus id eſt eccleſia interdū vtrūq; ſimul, id eſt eſt totus Chriſtus: vbi autem additur in titulo (huic) vel (ipſi) Chriſtus itelligitur, vt hic.

Lyra dicit ꝙ Dauid hūc pſalmum fecit in perſecutione Abſalon, quādo fugiens de hieruſalē aſcēdebat cliuum oliuarū nudis pedib⁹ incedēs flens, & operto capite, vt habetur. ij. Reg. xv. Gloſa.

Hierony. Auguſti. Et eſt hic vox ipſius mediatoris in conflictu paſſionis loquentis ad patrē. Quę autem inimicis optantur non maliciæ eſt. Sed ratio prophetiæ prędicentis quæ eis pro malis ſuis immineant. Gloſ. Et eſt ſenſus tituli pſalmus iſte attribuitur huic Dauid, id eſt Chriſto qui hic loqtur. Intentione autem monet pſalmus iſte eos ad uerſa tolerare, qui volunt chriſto regnare. Caſſiodorus. Et notandum iſtum eſſe tertium pſalmum horum: qui paſſionem & reſurrectionem domini cam ſub breuitate commemorant. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur oratio tēpore paſſionis & pro reſurrectione habita. In ſecūda agit gratias de reſurrectione, ibi (Benedict⁹. Glo. Chriſtus itaq; ſecundum ꝙ homo proponens ſe exemplum iuſtis humiliter ad patrem, ait.

Hieroni. Sēc⁹ titu. Diuiſio. Gloſa.

AD te domie clamabo ✠ deus me⁹ ne ſileas a me nequando taceas ‡ a me, & aſſimilabor * deſcendentibus in lacum. ps.27 1 ✠alia li. clamaui ‡ alias ſileas * Alias ero ſimilis.

Caſſiodorus. In quib⁹ verbis chriſtus dominus clamat ad patrem tempore paſſionis, ne ab ipſo ſileat hoc eſt ne patienti nō annuat ſed magis reſpondeat. Vnde dicit (Ad te domine clamabo). Auguſtin⁹. Ne ſcilicet ſepares vnitatem verbi ab eo ꝙ homo ſum. Hiero. Sed vt clarifices me illa claritate quam habui apud te priuſquam mūdus fieret. (Deus meus ne ſileas a me). Joh. xvij Idē Hoc eſt nō me derelinquas. Glo. Sed reſpōde ānuēdo, id eſt reſuſcitādo. (Nequādo taceas a me). Lyra. Repetitio eſt eiuſdē ad maiorē affect⁹ expręſſionē. Glo. Vel (ne quādo) idē ne ad horā ſed & hic in paſſione exaudi protegēdo, & poſt glorifica reſuſcitando. Glo. Deinde cauſam ſubdit tāquā diceret. Ideo non ſileas, neq; taceas, quia ſi ſilueris & tacueris aſſimilabor deſcēdētibus in lacū). Hiero. Gloſa. Caſſ. Id eſt in miſeria hui⁹ vitę, ſi enim diuinitas ab eo receſſiſſet ſimilis nobis ī miſeria fuiſſet. (Lacus) nāq; hoc ſeculum eſt qui quaſi delectabilis & tranſquillus creditur, ſed quas profunditates & mēſuras habeat ignoratur, ſiue (lacū) ſepulchrū, dicit vbi peracta paſſione repoſitus eſt. Hiero. Vel per (lacum) ſignificat infernum. Caſſio.

EXaudi domine vocem deprecationis ✠ meę dum oro ad te, dum extollo manus meas ad tēplū ſanctū tuum. 2 ✠alias orons.

Caſſiodo. Tempus ſignificat ſacratiſſime paſſionis. Et orat vt eius audiatur oratio qđ & fecit chriſtus pro crediturus anteq̄ traderetur. Hieronym⁹.

Orauit etiam in cruce pro toto mundo, & pro iudæis, & pro apoſtolis. (Dum extollo manꝰ meas.) Idem id eſt dum extendi eas in cruce. (Ad templũ ſanctum tuum). Idem. Id eſt pro credentibus qui templum tuum futuri ſunt. Caſſiodorus. Vel (templũ id eſt cœlum, quod domini ſedes eſſe diuina lectione monſtratur. Gloſa. Vel ad literam ad templum, quod eſt in hieruſalem more iudęorum.

Caſſio.

3 ✠ alia li. nõ tradas me cũ peccatoribus ⁊ cum operantibus iniquitatem ne perdas animam meam. ǂ alia li. cũ perdas.

NE ſimul tradas me ✠ cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas ǂ me.

Caſſiodorus. Quia moriturum ſe nouerat, merito petebat ne inferis tradita eius anima cum peccatoribus miſceretur, aut (cũ operantibꝰ iniquitatem) haberet aliquam portionem. Vel (ne ſimul tradas me cum peccatoribus.). Gloſa. Caſſiodorus. Et ſi tradis, non eo voto quo illi ad mortem Et (ne perdas me) dãnando velut reum (Cum operãtibus iniquitatem) id eſt ſicut illi intẽdunt, quia ſunt peccatores. (Et operantur iniquitatem) id eſt mortem meam. Hieronymus. Vel peccatores dicit latrones inter quos pendebat. vt dicit propheta. Et inter iniquos deputatus eſt. (Et ne perdas me) in die iudicij, cum ceteris malis. Deinde ſequitur,

Eſa. 53. Luce. 22.

4 ✠ alia li. cũ his q̃ loquũt. ⁎ alia li. loquũt i cordibꝰ eorum. Mat. xxii. mar. xii. Mat. 22 Mar. 12

QVi ✠ loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autẽ in cordibus eorum ⁎.

Hieronymus. Auguſtinus. Loquebantur iudęi pacem cum chriſto dicentes. Magiſter ſcimus quia verax es, & quia adeo veniſti magiſter, & viam dęi in veritate doces. (Mala aũt erant in cordibꝰ eorũ) quando interrogabant tẽtates eum. Licet tributũ dari ceſari an non? Caſſiodorus. In iſtorum ergo labijs erat pax. In corde vero malicia. Quod autẽ dicit (proximo ſuo) de ſe dicit, quia eis carnis origine iungebatur.

5 ✠ alia li. ſcd̃m maliciã affectionum vi ſtudiorum.

DA illis ſecũdum opera eorum, & ſecundum nequitiam ✠ adinuentionum ipſorum.

Hieronymus. Petit illis dari ſecundum opera ipſorum, non autem optando, ſed pręnunciando. (Da illis) inquit (ſecundum opera eorum) vt qui te non intelligunt per beneficia, intelligãt per cruciatꝰ.) Et ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorũ) Auguſtinus. Mala enim affectantes bona inuenire non poſſunt. Caſſiodorus. Gloſa. Vel in his optat iuſtitiam dei ſeruari, vt ſcilicet detur eis ſecundum quod intenderunt, non ſecundũ quod euenit. Iudęi enim volentes operati ſunt malum, ſed fecerũt nolentes bonum, vt mortem inferrẽt chriſto qua mors ipſa finiretur. Sanguinem funderẽt quo mũdi crimina lauarentur.

Auguſti. Caſſio.

6 ✠ Alia lra operationem. Auguſti. Hieroni.

SEcundum opera ⁎ manuum eorum tribue illis. redde retributionem eorum ipſis.

Auguſtinus. Quãuis alijs valeat ad ſalutem quod fecerunt. (Secundum opera) tamen (manuũ eorũ) id eſt ſecundũ voluntatem ipſorum (da eis). Hie. Studia enim eorum ſunt, vt mihi noceant, ideo iuſtum eſt, vt in his ipſis deficiãt. Igitur (redde retributionẽ eorũ ipſis). Aug. Hiero. Quia pro veritate quã audiebãt voluerũt fallaciã retribuere. Et propterea fallacia ipſorũ fallat eos, qui reddiderũt mala p̄ bonis nõ intelligentes. Lyra. Et fit repetitio eiuſdẽ ſentẽtię ad maiorem expreſſionem. Gloſa. Et hoc eis manifeſtum eſt accidiſſe.

Gloſa.

QVoniam non intellexerunt ✠ opera domini, & in opera manuum eius deſtrues illos, & non ædificabis eos. 7

✠ Alia lra nõ cõſiderauerunt.

Caſſ. Glo. Hæc eſt retributio vt quẽ maliuolo animo hoĩem tẽtauerũt nõ cognoſcerẽt eſſe deũ, nec pariter cognoſcerẽt quo cõſilio pater incarnatum miſerit. (Nõ enim ĩtellexerũt opera domini) tunc ſcilicet quãdo docuit populũ viã veritatis & quãdo viderũt eum miracula faciẽtẽ. Glo. Caſſ. Et ſi deeſſent opera ſufficeret tamẽ dãnationi eorũ ꝙ nõ intellexerunt per legẽ & ꝓphetas, quę inuiſibiliter deus operatur per eũ. Et pariter (nõ intellexerunt in opera manuũ eius). Glo. Quia nec ab ipſis operibus viſibilibꝰ moti ſunt. Caſſ. Si enim opera manuũ eiꝰ cõſideraſſent expauiſſent potiꝰ q̃ ſpreuiſſent q̃ conſpuiſſent, adoraſſẽt q̃ crucifixiſſent. Et (ideo deſtrues illos & nõ ędificabis eos). Caſſ. Deꝰ aliquos deſtruit ad correctionem, vt paulũ quẽ deſtruxit, vt in melius cõſtrueret. Alios deiecit ad ruinã, ſicut pharaonem, hic ergo illos ſic dicit deſtrui vt non iterum debeant ædificari. Aug. Hiero. Vel nõ ędificabis eos, vt rurſus aduerſus eccleſiam machinas erigant.

Gloſa. Caſſio. Gloſa. Caſſ.o.

BEnedictus dñs, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meę. 8

ſcđa ps.

Caſſ. Glo. Secunda pars in quo chriſtus auditus in reſurrectione gratias agit, ſubdẽs de ſalute credentium. Et loquitur hic propheta de futuris tanquã de præteritis, (Benedictus) inquit (dñs qm̃. exaudiuit. vocẽ depræcatiõis meæ). Caſſ. Qui eſt vtiq; bñdictꝰ & ſi nõ exaudiat. Sed bñdictu ꝓprie dicimꝰ, cui grãs agimꝰ. i. qñ illi bñdicimꝰ. Hugo. car. Deinde ſubdit cauſam quare dñm benedicit, dicẽs,

Caſſio.

DOminus adiutor meus. & protector meus, & in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. 9

Hieronymꝰ. (Dñs adiutor meꝰ) ĩ paſſione. (Et protector meꝰ) in morte. (Et in ipſo ſperauit cor meũ & adiutus ſum) in tribulatione vt reſurgerem. Caſſiodorus (Adiutor) enim ad pericula vitę pertinet quæ ipſo adiuuãte ſuperauit. (Protector) vero qa eũ ab iſidijs diaboli ſua defẽſione vallauit, Seqtur.

Caſſio.

ET refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. 10

Caſſiodorus. Primo floruit caro chriſti, quãdo ex virgine ſine peccato emicuit tãquam pulchrũ floris decꝰ, vt Eſaias inquit. Et flos de radice eius aſcẽdet. ſed refloruit cum reſurrexit. Hieronymus. Caro enim chriſti in reſurrectione refloruit, vel tunc refloruit qñ apoſtoli poſt negationẽ ad fidẽ venerũt. (Et ex volũtate mea cõfitebor ei). Hie, Ca. Poſt reſurrectionem ſcilicet qñ humana natura fuerat a corruptione liberata, & ad gloriã perducta, dicẽs, Cõfitebor tibi patr̃ dñe cœli & terræ qa abſcõdiſti hęc a ſapiẽtibꝰ & prudẽtibꝰ & reuelaſti ea paruulis.

Caſſio. Eſa. xi. Mat. xi

Glo. Vel cõfitebuntur ei mei, in quibus ego ſum. Et hoc non timoris neceſſitate ſub lege, ſed libera voluntate cum lege.

xi ✠alia li. ſalutarium.
DOminus fortitudo plebis ſuæ, &
protector ſaluationum✠ Chriſti
ſui eſt.

Gloſa. Hic ſubdit de ſalute credentium tanq̃ diceret, & merito confitebũtur, qr domin⁹ ipſe, qui eſt adiutor meus & protector meus. (Et fortitudo plębis ſuæ) Caſſiodor⁹. Quoniam aduerſa cuncta ipſo auxiliante ſuperantur. Hieronymus. Plebs autem ſua, populus eſt chriſtianus. Glo. Qui in eo confidit, cuius eſt dominus fortitudo. (Et protector). Caſſiodorus. Hieronym⁹. hoc eſt defenſor, quoniã eos tetigit & liberat ab imminentibus malis. Auguſtinus. Gloſa. Vel (eſt fortitudo) in pugna cõtra diabolum. (Protector) vero poſt pugnam, dum ſaluos factos per chriſtum ĩ immortalitate protegit. (Protector) inq̃ (ſaluationum Chriſti ſui eſt.) Caſſ. Id eſt iuſtorum quorum ſalus dominus eſt. Hieronymus. Pluraliter autem dicit ſaluationum: quia omnes virtutes Chriſti diuinitas cuſtodit. Hugo cardina, Et quia ſalutem quam Chriſtus in nobis per gratiam operatur deus pater conſeruat: vnde pro populo intercedendo, ſubiungit.

xii ✠alia li. hereditatem tuã. ‡alia li. ĩ ſeculũ.
SAluum fac populum tuum domi
ne, & benedic hæreditati✠ tuę, &
rege eos & extolle illos vſq; inæternũ ‡.

Caſſiodorus, Orat enim hic humanitas verbi pro populo chriſtiano propter quem & probatur aſſũptam vt ſatiſfactione fideliſ ſaluus fiat in hoc mũdo. Glo. In quo oſtendit̃ quanta ſit ſpes credẽtiũ cũ pro eis orat paſſus ꝑ eis, qui iudex eſt & aduocat⁹. Aug. Quia inquã dixiſti. Poſtula a me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, interpello poſtquã refloruit caro mea. (Saluũ fac populũ tuũ). Hieronymus. Hoc eſt populum chriſtianum quẽ morte mea redemi. (Et bñdic hęreditati tuę). Idẽ. Quam per corporis & ſanguinis mei miſterium in eccleſia aggregaſti. Eccleſia enim eſt hęreditas chriſti, de qua dicit dabo tibi gentes hereditatem tuam. Caſſiodorus. Et quod dicit (Benedic) ad futurum iudicium pertinet quando dicendum eſt. Venite benedicti patris mei. (Mat. 25.) (Et rege eos & extolle illos vſq; inæternum. Auguſtin⁹. Caſſiodorus. (Et rege illos) in hac temporali vita, ne carnalia cõcupiſcant, ne vias prauas eligant, nec ſciant collegium habere cum peſſimis. (Et extolle illos) hinc quatenus a terrenis vitijs purgati ad ęterna pręmia perducantur euecti. Et hoc petit fieri vſq; ad illud ſęculum ęternũ, cui nullum aliud ſuccedit.

¶Pſalmus vigeſimuſoctauus.

¶Titulus.

Hieroni.
Pſalmus Dauid, ĩ cõſummatione tabernaculi.

Lyra poſt Hieroñ. exponit hunc pſalmũ de conſummatione tabernaculi, ad reponendum archã domini. vt habetur. j. Paralipo. xvj.

Hieronimus. Caſſiod. Glo. (Hieroni.) Archa a philiſteis reducta Dauid fecit ei tabernaculum, ad quod hortatur hoſtias offerre. Dauid figuram chriſti tenet & archa eccleſiæ. Quia ſicut Dauid reduxit archã de captiuitate, ſic Chriſtus eccleſiam de poteſtate diaboli. eique dona gratiæ contulit, de cuius perfectione propheta hic loquitur ſcilicet ꝙ ſeptem donis ſpirituſſancti eam replet, & in eis cõfirmat. Et ſic promouet & poſt remunerabit, vnde intentione monet fideles, vt ſe offerant tituli conſummatori. Gloſa. Et eſt ſenſus tituli. (Senſus tituli.) Pſalmus iſte eſt Dauid prophetę, qui hic loquitur habitus in conſummatione tabernaculi. i. agẽs de perfectione eccleſiæ im hoc ſęculo, vbi cõtra diabolũ ĩ ea militatur, & ideo tabernaculum dicitur. Et diuiditur in tres partes. (Diuiſio.) In prima, monet propheta fideles ad offerendum. In ſecunda, agit de conſtitutione eccleſiæ enumerans ſeptem dona ſpirituſſancti, ibi (vox domini ſuper aquas. In tertia, oſtendit quid eccleſiæ conſtitutę fiet, ibi Dominus diluuiũ &c. Gloſa. Monens ergo propheta fideles afferre ſpirituales hoſtias deo, ait.

AFferte domino filij dei, 1 ps. 28
afferte domino filios arietum.

Auguſtin⁹. (Afferte domino) o (filij dei) voſmetipſos quos per euangelium duces gregũ apoſtoli genuerunt in fide, & in operibus bonis. Caſſiodorus. Cum enim nõ dicat quid offerant ipſi ſe iubentur offerre: id eſt corda ſua ſancta puritate lucẽtia, quod ſuper omne ſacrificiũ dño probatur acceptũ (Afferte) inquit (domino filios arietũ. Hie. Caſſ. Quos ſcilicet apoſtoli recta prędicatione genuerũt. Apoſtoli eñ recte dicũtur arietes. Nã ſicut arietes in capite duo cornua habẽt, ſic & apoſtoli duo teſtamenta, in cuius rei ſignũ. Glo. (Gloſa.) Mitra põtificalis duo habet cornua vel ideo dicũt̃ arietes, quia animalia illa plurimũ frõte valẽt, & obiecta ſẽp impingendo deiiciunt qđ prędicãdo feciſſe cõſtat apoſtolos, Sequitur.

2 ✠alia li. in aula ſãcta ei⁹
AFferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriã
nomini eius, adorate dominũ in atrio✠
ſancto eius.

Hie. Aug. (Afferte dño gloriã & honorẽ,) vt ꝑ opera veſtra glorificet̃ ętn⁹ de⁹ & honoret̃ ꝑ verbũ & exẽplũ. Caſ. Vel (afferte dño), i. ſpirituiſãcto (gloriã & honorẽ) qđ facim⁹. cum eum conſubſtantialem patri & filio dicimus. Afferte dño gloriã nomini ei⁹. Hie. (Nomẽ) patris fili⁹ eſt. (Gloria) vero xp̃i eccleſia. (Afferte) igitur (gloriã nomini eius hoc eſt vt glorioſe per vos nomen eius in cunctis innoteſcat. (Adorate dominum in atrio ſancto ei⁹.) Caſſiodorus. Id eſt colligite eũ in cõſciẽtia mundiſſima. Ipſa eſt enim aula regalis & habitatio ſpirituſſancti ſicut dicit apoſtol⁹ (1. Cor. 3) Quia tẽplũ dei eſtis & ſpirit⁹ dei habitat in vobis. Glo. Et Augo car. In hac autẽ verborũ ſerie oſtẽditur, cui & quid, & qui, & quomodo, & vbi, & quare offerre debeant: cui ſcilicet domino) qui (filij dei) quid (filios arietum) quomodo (Afferte domino gloriam & honorem) vbi (in atrio ſancto eius). Et quare, ſequitur.

3 Secũda pars.
VOx domini ſuper aquas, deus
maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas.

Gloſa. Secunda pars vbi agit de conſtitutione ec=
cleſiæ, in qua ſeptem virtutes ſpiritusſancti cum
magno prçconio enumerat. Incipit autẽ ab imo,
id eſt a ſpiritu timoris. Et aſcendit vſq; ad ſummũ
ad ſpiritum ſcilicet ſapiẽtię. Eccleſia enim a timo
re incipit qui initium eſt ſapientiæ, & ad maiora
paulatim conſcendit. Oſtendit itaq; hic quare ſit
domino offerendũ, tãq̃ diceret ideo afferte. Quia(
» vox domini ſuper aquas). Hieronymus. (Vox) in=
quit (domini ſuper aquas) in baptiſmo ſuper chri
Mat. 17 ſtum dicens, hic eſt filius meus dilectus, in quo mi
hi complacui. Idem. Auguſtinus. Vel (ſuper aquas
Apoca. xvii. id eſt ſuper populos, iuxta illud. Aquæ multe po=
Mat. 28 puli multi, vel ſuper apoſtolos dum ait. Ite bapti
zate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpi=
ritusſancti. Hierony. Auguſtinus. Vel dũ nube car
nis de tabernaculo corporis (deus maieſtatis into=
nuit (terribiliter populis conuerſionem prædicã=
Mat. 3. do, dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit eī
regnum cælorum: in quo intus mẽtes hominum
terruit, & iudæis ac gentibꝰ ſpiritum timoris de=
dit. Sequitur (dominus ſuper aquas multas) Idem.
Id eſt ſuper populos gentium diuerſarũ quas pro
phetarum & apoſtolorũ prędicatione lucratꝰ eſt.

4 VOx domini in virtute, vox do=
mini in magnificentia.

Glo. Et hugo cardinalis. (Vos domini) ideſt prędi
catio chriſti facta eſt. (in virtute) dum pietatẽ prę=
dicauit, quę anthonomatice reſpectu timoris dici
tur virtus, quia ſuauius in deum tẽdit. Cuius etiã
dulcedine temperatur & cõditur amaritudo timo
ris. Hieronymus. Vel (vox domini in virtute) quã=
Ioã. xi. do dixit. Lazare veni foras. Vel (in virtute) qua in
vnoquoq; ſancto loquitur. Caſſiodorus. Quæ me
rito in virtute eſſe dicitur cui nullis obſtaculis ob
uiatur. (Vos domini in magnificentia). Glo. Hu=
» go cardinalis. Id eſt chriſtus prędicãdo dedit ſciẽ
tiam quæ eſt tertia gratia quæ homines magnifi
cos facit, dum docet eos conuerſari recte in medio
nationis prauæ ſine quo non poſſumꝰ magna fa
cere. Caſſiodorus. Quid itaq; voce illa magnificen
tius, quæ illuminato corde ſẽtire facit vt bona ap=
petantur, & mala fugiantur, vt de impio efficiatur
pius, de captiuo liber, de ſeruo filius.

5 ✝ alia li. cõterẽs. VOx domini confringentis ✝ ce
dros, & confringet dominus ce
dros libani.

Hieronymus. Auguſtinus (Vos domini confrin=
gentis cedros) id eſt humilians ſuperbos de genti=
bus, & Iudæis per pœnitentiam & humilitatem
Cedri enim dicũtur oẽs ſublimes & excelſi vel ſu
perbi quos confringet dominus) aut hic per pœni
Cedrus duo indicat. tentiã, aut in die iudicij per vindictã cedrus duas
habet intelligẽtias, ſicut & vnicornis, hoc eſt ſi ad
bonam partem, iuſtos, ſi ad malam peccatores ac
ſuperbos oſtendit, vt hic in bonam, quaſi cedrus
exaltata ſum Gregorius. Gloſa. Et hoc pertinet ad
ſpiritum fortitudinis. Gaſſiodorus. Repetit quo=
» q; (Et confringet dominus cedros libani) Et quam
uis hec ſuperioribus ſimilia videãtur, tamem vno
» verbo addito (Libani) non paruam videtur indica
re ſubſtantiam cedri enim quæ alibi naſcũtur nõ
omnino proceræ ſunt, in libano autem qui mons
eſt tales inueniuntur, vt omnes allitudines arbo=
rum ſuperare videantur, per quod huius mũdi no
biles, ac reges intelligũtur, qui reliquos homines
tanquam humilia fructeta deſpiciunt, quos virtꝰ
diuina confringit, quãdo pauperes & humiles eli
git, bene etiam comparatur cedrus ſuperbis, quæ
nullos vtiles fructus generat ſicut nec ſuperbia.

vi ✝ alia li. diſperget eas. ‡ alia li. liban⁹ & ſarion quaſi filius rhinocerotis. ET comminuet eos ✝ tanq̃ vitulum
libani, & dilectus quemadmodum
filius vnicornium.

Hieronymus. Auguſtinus. Exciſa itaq; eorum ſu=
bia ac petulantia adducit eos chriſtus ad imitatio
nem humanitatis ſuæ, qui tãquam vitulus immo=
latus eſt, & occiſus pro ſalute mundi (& comminu
et eos) inquit id eſt humiliabit (tanquam vitulum
libani) vt ſint acceptabiles deo ſicut vituli, impin=
guati ad opus ſacrificij in monte paſcuali fontibꝰ
irrigato qui eſt libanus. Caſſiodorus. Vitulos enĩ
libani ſacrificijs frequenter antiquitas offerebat,
qui propter luxuriam dulcium herbarũ pingues
erant admodum, & decori (Et dilectus quẽadmodũ
filius vnicorniũ) Glo. & Hugo cardinalis. In hoc
declarat quis hoc faciet id eſt qui ſuperbiam eorũ
comminuet, tanquam diceret & hoc ſcilicet faciet
dilectus) id eſt chriſtus de quo pater ait. Hic eſt fi= Mat. xvii
lius meus dilectus qui eſt (quemadmodum filius
vnicornium) id eſt Iudæorum. Hieronymus. Au=
guſtinus. Caſſiod. Hugo cardinalis. Iudęi enim Vnicornes iudei
vnicornes dicuntur, pro vna lege quã habuerunt,
per quã in ſuperbiã ſe extulerũt, vel quia vno cor=
nu mutilati ſunt: nouo ſcilicet teſtamento, qđ non
recipiunt, chriſtus vero eſt filius iudæorum, quia
ex ſtirpe eorũ ſecundũ carnem natus eſt, & factꝰ eſt
dilectus filius dei, per aſſumptionẽ corporis filius
iudęorũ, & contriuit eos q per ſuperbiam ſingula
rem ſuam erigere iuſtitiam conabantur.

VOx domini ✝ intercidentis flam=
mã ignis ‡, vox domini concutien 7 ✝ alia li. diuidẽs.
tis deſertum, & cõmouebit dominus de= ‡ alia li. parturire faciẽs deſertũ: parturire faciet dñs deſertũ cades.
ſertum cades.

Gloſa. Gre. Ignis, eſt fomes peccati. Flamma vero
quę exinde exit, conſenſus eſt, actus & conſuetu=
do peccandi, ſed dñs flãmam iſtã nõ quidã extin=
guit, ſed interrumpit dato ſpiritu cõſilij ne veniat
vſq; ad cõſenſum, vel vſq; ad actum vel cõſuetudi=
nẽ. Hiero. quotidie eĩ in vnoquoq; noſtrũ flãmã
libidinis ꝑ cõfeſſionẽ, et gratiã ſancti ſpũs dñs in=
tercidit, & ꝑ orationẽ ſacerdotis ceſſare facit: ſicut
legimꝰ per Aaron deũ feciſſe ĩ deſerto. Glo. & Hu Nume. xvi
go car. cõſequenter addit de ſpiritu intellectus di=
cẽs. (Vox dñi cõcutientis deſertũ.) Hie. Aug. Ad fi
dem cõmouens gentes deſertas, in quibus nullus
ſulcus prædicationis impoſitus erat ad ſuſcipien=
dũ verbũ dei. Quæ cõuerſę ſunt ad fidẽ ꝑ verbum
prædicationis (Et cõmouebit dñs deſertum cades.
Gloſa & Hugo cardi. id eſt Iudęos. Hiero. Cades
nãq; interprętatur ſanctum legis, vel commotio
tineæ: cui bene iudęos cõparauit, quia ſicut tinea
pannos comedit, ſic cõſcientia eos cõmouit, & ad
fidem eccleſiæ de eorum conſcientia praua cõuer
tit. Caſſio. Et ſicut Moyſes in deſerto cades aquam
eduxit de petra, ſic eorũ corda duriſſima in aquas
ſapientiæ eius predicatione diſſoluit. Hugo cardi=

nalis. Et quia per ſpiritum ītellectus venitur ad ſapientiā quę in cognitis delectatur, ideo de ea ſubdit.

8 ✠ alia li. pficiētis ‡ alia li. ſiluas.

Vox domini pręparantis ✠ ceruos, & reuelabit ‡ condenſa & in tēplo eius omnes dicent gloriam.

Hieronymus. ad veritatem hebra ſic legit, vox, domini obſtetricans ceruis, & reuelans ſaltus, & in tēplo eius omnis loquetur gloriam. Idem. (Cerui) pręedicatores ſunt in eccleſia, quos præparauit dominus quando miſit eos prædicare, nam ſicut cerui tranſeunt & calcant ſpinas, vel ſerpentes, ſic & prędicatores venena diaboli, & ſpinas peccatorū. Hugo cardinalis. (Vox) itaq; (domini pręparantis ceruos) ideſt aliquos ſicut ceruos qui trāſiliant ſpinoſa & lutoſa ſęculi, & ſicut cerui interfecto ſerpente per pœnitentiam renouētur quibus (Et reuelauit condenſa) Hieronimus Caſſiodorus. Auguſtinus. id eſt obſcura diuinarū ſcripturarum ſiue miſteriorum cœleſtiū eis ſpiritum ſanctū patefecit, & propterea (in templo eius) hoc eſt in eccleſia ſic ædificata (omnes dicent gloriam). Omnis enim in ſpem æternam regeneratus, laudat deum ꝓ ſuo quiſq; dono, quod a ſpiritu ſancto accepit dicens. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Gloria nāq; eſt facta celebratione multorum. Hugo cardina. Hic itaq; habemus ſeptem gradus quibus homo aſcendit ad deum, & quæ ſufficiunt aſcendere volenti. Timor enim a peccato extrahit. Pietas, ſuſcipit. Scientia, expedit, & inſtruit. Fortitudo ſtabilit cōſilium, cuſtodit. Intellectus ad deū contemplādum introducit. Sapientia vero deo connectit & coniungit.

Septem dona ſpiritus ſācti qđ operāt in habēte.

ix iij. pars ✠ alia li. īhabitat

Dominus diluuium inhabitare ✠ facit, & ſedebit dominus rex inæternum.

Gloſ. Tertia pars in qua oſtendit quid conſtitutæ eccleſiæ fiat, ecce quid (dominus diluuium inhabitare facit) id eſt ſanctos in eccleſia, quaſi in archa Noe illæſos cōſeruat a fluctibus huius ſęculi. Hieronymus. vel (dominus diluuium īhabitare facit) propter abundantiam gratiarū quas eccleſiæ ſuæ cōtulit. Aridam enim terrā deus non poſſidet: vñ attende vim verbi ꝙ nō ſolum dicit aquas, ſed diluuium, vt ex hoc abundantiam gratiæ ſpiritualis oſtenderet. Caſſiod. vel per diluuium intelligitur aqua baptiſmatis, per quam homo purgatur ſicut ꝑ diluuiū purgatus eſt mundus: & hanc aquā ſpiritusſanctus inhabitat. Conſequenter oſtendit qualiter Chriſtus eccleſiam ſuam promoueat dicens: (& ſedebit dominus rex in æternū). Hieronymus. In eccleſijs vel in ſanctis qui ſedes eius effecti ſūt, vel ſedebit humanitas Chriſti ad dexteram dei patris regens eam vſquequo æternitas veniat & verę reget eos, quia.

Quid ꝑ diluuiū ītelligat

10 Dominus virtutem populo ſuo dabit, dominus bñdicet populo ſuo inæternum.

Hiero. Augu. (Dominus) inquit (virtutem populo ſuo dabit) virtutem ſcilicet fidei populo ſuo chriſtiano dimicanti contra mundi huius turbines, & procellas cui pacem in hoc mundo non promiſit: cuius deinde remunerationem ſubdit dicens. (Dominus benedicet populo ſuo in pace). Idem. populo ſcilicet chriſtiano (benedicet) & hic, & in futuro quando dicturus erit. Venite benedicti patris mei (in pace) id eſt in ſemetipſo, qa ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum, qui ait. Pacem meā do vobis, pacem relinquo vobis.

Mat. 25. Ephe. 2 Joh. xiiij

Pſalmus vigeſimuſnonus,

Titulus.

Pſalmus cantici dedicationis domus Dauid.

Hieronymus. Glo. Nō legitur Dauid feciſſe vł dedicaſſe aliquā domū. de ſpiritali itaq; domo hoc accipiendum eſt. (Dauid) figurā Chriſti tenet (dom⁹ autem Dauid) id eſt hūanitas chriſti dom⁹ eſt diuinitatis, q tūc ædificauit domū qñ hūanitatē carnis aſſumpſit, & eā dedicauit qñ a mortuis reſurrexit. nūc vero ædificat̃ dom⁹ dauid. i. xp̄i eccleſia vſq; ī finē ſæculi ſcđm reſurrectionē dedicabit̃ quando immortalitatem acceptura eſt vocem itaq; redēptoris. Pſalm⁹ iſte cōtinet qui per reſurrectionē corporis ſui eccleſiam q̄ omniū mater eſt acquiſitā ſuo nomine dedicauit.

Lyra. Iſta dedicatio nō fuit dom⁹ Dauid, in qua habitauit. licet aliq hoc dicant & male, quia nō legitur illius domus aliqua ædificatio, ſed templi ædificati per Salomonem: quod hic dicitur domus Dauid, quia voluit illđ ædificare: vt habetur. ij. Regum. vij. ſed nō ędificauit domino vetante verum præparauit neceſſaria & deſcriptionem tēpli oſtendit filio ſuo, vt habetur vbi ſupra. & primi Paralipo. xxij. Et intelligit Lyra ad literā hunc pſalmum de Dauid qui præuidens in ſpiritu peccati ſui remiſſionem, fecit hunc pſalmum.

Glo. Et eſt p̄s iſte breuis de paſſiōe & reſurrectione Chriſti, vt paſſio non terreat quos ſpes reſurrectionis lætificat: & monet per ſpem dedicationis iam in Chriſto factæ fideles ad laudem. Et diuidit̃ in tres partes. In prima, agit Chriſtus de ſua dedicatione, monens ſanctos id eſt ſperantes in ſe laudare dominum. In ſecūda, dicit quomodo dedicationem iſtam meruit: ibi, (Ego autem.) In tertia, quomodo accepit. (Ibi audiuit.)

Diuiſio pſalmi

p̄s iſte tertius ē de paſſione. p̄s xiix.

1 ✠ alia li. ſaluaſti.

Exaltabo te domīe quoniā ✠ ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Hiero. vox Chriſti ad patrem, & vox eccleſiæ ad Chriſtū (exaltabo te dñe) inqt, id eſt laudabo & glorificabo te pater. Aug. Sublimitatē tuā laudabo dñe. (Qm̄ ſuſcepiſti me) de morte (nec delectaſti inimicos meos ſuper me). Idem. vt meo iocundarentur interitu: non em̄ delectati ſunt, quia non eum potuerūt extinguere ſicut voluerunt.

2 Domine deus meus clamaui ad te & ſanaſti me.

Hiero. Oratio Chriſti ſiue eccleſię. Gloſa. (Domine deus meus clamaui ad te) in paſſione (& ſanaſti me) in reſurrectione. Hieronymus. (ſanaſti) inquā (me) id eſt reſurgere me feciſti, vt corpus mortalitati obnoxium nō corrūperetur a morte. Caſſ. Tūc

enim ſanatus eſt dominus Ieſus Chriſtus, quando carnem fragilitatis noſtræ reſurgẽdo in æternæ vitę gaudia collocauit: & omnes ſalui facti ſũt qui in ipſo fideliter crediderunt.

3 ✠alia li. reduxiſti ab iferis ‡alia li. viuificaſti.

DOmine eduxiſti ✠ ab inferno animam meã, ſaluaſti ‡ me a deſcẽdentibus in lacum.

Glo. Hiero. hoc expoſitiõe non eget. Manifeſtũ enim animam Chriſti cum animabus ſanctorũ de inferno eductam a deo (ſaluaſti me a deſcẽdentibꝰ in lacũ). Idẽ. id eſt de miſeria iſtius vitæ vel de lacu inferni vbi animæ peccatorũ ſunt. Caſſio. Saluatus enim eſt a talibus cum reſurrexit a mortuis, & mors ei vltra nocere non potuit. Aug. (Saluaſti me a conditione profundę cæcitatis, atq; inferni liuij incorruptibilis carnis.) Hieronymus. Hunc itaq; tam immenſum miraculum propheta cernẽs exultat & dicit.

4 PSallite domino ſancti eius, & cõfitemini memoriæ ſãctitatis eius.

Hieronymus. (Pſallite domino ſancti eius). Quod ſcilicet memoratus veſtri ſanctificauit vos, vocando ad agnitionem ſermonis ſui. (Et confitemini memoriæ ſanctitatis eius.) Idem. id eſt vt memores ſitis beneficiorum eius qualiter vos de peccato redimere venit. Glo. Auguſti. Et quia ex bonitate ſua memor fuit ſanctificare vos. Caſſiodorus. Non eñ nos illius memores fuimus: qui nos creauit, ſed ille noſtri potius quos creauit.

5 ✠alias ad momẽtũ et ira eius ‡ alias ꝛ ꝓpiciatione.

QVoniã ✠ ira in indignatione eius, & vita ‡ in voluntate eius.

Glo. Ideo autem dico pſallite et confitemini illi, quoniam ira. Hugo cardi. id eſt vindicta ſeu inflictio pœnæ quam in paſſiõe ſuſtinuit, ſiue fuit in indignatione eius qua indignabatur propter peccatum primorum parentum. Hierony. aut hoc dicit tanq̃ non ira aut indignatio in deo ſit, ſed quia ira eiꝰ eſt iuſta vindicta. indignatio autem dei fuit quando Adam peccauit. Ira vero ſeu iuſta vindicta intelligitur quando eũ a paradiſo deiecit (& vita in volũtate eius. Idem. qꝗa ſicut per deum iuſta vindicta in Adam, ita & per ipſum vita reſtituta eſt, vel (vita in voluntate eius) hoc eſt ꝙ qui fecerit voluntatem eius, maneat in æternum. Caſſiod. Nichil profecto poteſt dici prętantius. nam ſicut in indignatione mors, ita in voluntate eius vita eſſe dignoſcitur, quæ non in meritis noſtris, ſed ĩ ipſius voluntate conſiſtit.

vi ✠alia li. veſpere. ‡alia li. in matutino exultatio.

AD veſperum ✠ demorabitur fletus, & ad matutinum ‡ lętitia.

Glo. Duobus prędictis duo alia reddit hoc modo, quia ira eſt in indignatione eius) ideo ad veſperũ demorabiť fletꝰ: & (quia vita ĩ volũtate eius) ideo ad matutinum demorabitur lætitia. Hieronymꝰ. (Ad veſperum demorabitur fletꝰ) quia cum in paſſione eius tenebris obtecta omnia eſſent, apoſtoli in fletu, & gemitu morabantur, vel (veſperum) poſt meridiem dicitur quo Adã in paradiſo dñm deambulantem audiuit, & foliis ſe tremens contexit, vel (veſperum) tota vita pręſens intelligitur in qua propter peccatum Adę oẽs vſq; in finem ſęculi flent, & gemũt quãdo recordantur bona quę ꝑ Adã ꝑdiderunt (& ad matu. lętitia) quando in reſurrectione ſimul iã in libertate reſtituti ſũt. Idẽ. Glo. vel (ad veſperũ demorabitur fletꝰ) quãdo paſſo & ſepulto dño apoſtoli & mulieres in fletu & gemitu morabãtur. (& ad matutinũ lętitia) quia mane venientes ad ſepulchrũ gloriam reſurrectionis ab angelis acceperunt. Aug. (Ad veſperũ demorabitur) Veſpere cœpit vbi ſapientitiæ lumen a peccatoribus receſſit qñ morte dãnatus eſt hõ, ab ipõ veſpere moras habebit fletus q̃diu in laboribus & tentationibus populi dei expectat diẽ domini.

EGo autem dixi in abundãtia mea non mouebor in æternum. 7 Secũda pars.

Glo. Et Hugo car. ſcda pars in qua oñdit quõ xp̃s hanc dedicationẽ ſuæ reſurrectionis egerit & eam meruerit (Ego autẽ) inq̃t (dixi in abundantia mea) id eſt in confidentia deitatis, cuiꝰ plenitudo habitauit in me (nõ mouebor in eternũ a deo ſcilicet a quo Adã motꝰ eſt Hie. Glo. Adã eni ĩ paradiſo deliciarum ſine fine ſe eſſe putabat & dũ ſic cogitaſſet dixit (nõ mouebor in abũdãtia mea) & inde credens diabolo diceti nõ morieris. Cogitauit guſtare de pomo vetito, cõtigit, guſtauit, probauit, & ꝑpterea inde ꝓiectꝰ eſt, vel hoc redẽptꝰ populꝰ dicit iã nullã inquit a te ſatiatꝰ patior egeſtatẽ: neq; in te defixus commoueor.

8 ✠ alias potuiſti monti meo

DOmine in voluntate tua ✠ pręſtitiſti decori meo virtutem.

Hugo car. verba ſũt xp̃i dicẽtis (dñe) pr̃ (in voluntate tua). i. ſecũdum bñplacitũ tuũ (ꝑſtitiſti decori meo) i. humilitati meæ q̃ virtutes cæteras decorat virtutem, vt aduerſa humiliter patiar. Hieroñ. vel vox iſta eſt Adæ, qui poſtq̃ proiectus eſt de paradiſo pro ſua culpa, cognouit ꝙ ſapientia illius ab eo receſſiſſet: & ꝙ a deo non a ſemetipſo in paradiſo deliciarum collocatus fuiſſet.

ix

AVertiſti faciem tuã a me, & factus ſum conturbatus.

Hug. cardi. Glo. (Auertiſti) id eſt viſus es auertere (faciem tuã) id eſt præſentiam diuinitatis (a me) qñ me paſſioni expoſuiſti (& factus ſum cõturbatus). Caſſio. cum enim auertit faciem ſuã diuinitas, cõſequens erat vt carnis turbaretur infirmitas. Gloſ. Caſſ. & propterea cœpit pauere & tedere & dicere. Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem. Hiero. vel tũc auertit deus faciem ſuã ab Adam quãdo peccauit, & tunc Adam conturbatus eſt quãdo ſub maledictione de paradiſo proiectus eſt. Mat. 26 Marci xiiij.

x

AD te domiẽ clamabo, & ad deum meum depræcabor.

Hieronymus. Chriſtus dominus hoc dicit, qui pro redempto populo interpellat ad patrem, vel eccleſia quæ ſicut Chriſtus clamauit in cruce, ita & ipa clamat in perſecutiõe. Glo. Ad te (inquit Chriſtꝰ) domine clamabo, de gloria ĩmortalitatis adhibenda. (Et ad deum meũ depræcabor) de mortalitate tollẽda. Hugo cardinalis. vel in perſona eccleſiæ. (Ad te domine clamabo) pro bonis adipiſcendis) (Et ad deum meum depræcabor) pro malis amouendis.

xi

QVæ vtilitas in ſanguine meo, dũ deſcendo in corruptionem?

Auguſti. Hienymus.Auguſti. Humanitas Chriſti ad patrē
„ loquitur(Quæ vtilitas)inquit(in ſanguine meo)
Tãquam diceret nulla,niſi reſurrexero a mortuis.
Caſſiodorus.Petit itaque vt non moriatur,ſed ne
caro ipſius corruptione reſoluta nullum ſignum
promiſſæ maieſtatis oſtendat.Qualis enim erit in
quit ſpes fidelium, qui me ſub triduana celeritate
reſurrecturum crediderunt: Auguſtinus. Gloſa.Si
enim ſtatim non reſurgo,& corpus corrumpitur.
Nemini annunciabor,nullum lucrabor,&ita peri
bit confeſſio ideo ſubdit.

xii NVnquid cõfitebitur puluis aut an
nunciabit veritatem tuam,

Hieronymus.(Nunquid)inquit,(confitebitur tibi
puluis hoc eſt nunquid turba impiorũ ſcilicet gē
tilium quam mea reſurrectiõe iuſtificabo, & quæ
adhucvelut puluis omni vento doctrinæ mouetur
„ iuſtificari poterit ſi ego non reſurgam.(Aut nun=
quid annunciabit veritatem tuam)hoc eſt Chriſtũ
tuum qui eſtveritas(Puluis.impij vel infructuoſi,
Duplex confeſſio Auguſtinus.Gloſa Sciendum tamen quod confeſ
ſio gemina eſt.peccati ſcilicet & laudis,quando e=
nim male eſt nobis in tribulationibus, debemus
confiteri peccata quando vero bene nobis eſt. in
exultatione iuſticiæ confiteamur laudem. Nũquã
ergo ſimus ſine confeſſione iſta. Lira.(Nunquid
confitebitur tibi puluis)ſcilicet corporis mei inti
merati, quaſi dicat non.

xiii Tertia pars. ✠ Alia li audi ✠ Alias eſto AVdiuit✠dominus & miſertus eſt
mei,dominus✠ factus eſt adiutor
meus,

Gloſa.Hugo cardina. Tertia pars in qua oſtendit
Chriſtus quomodo dedicationem acceperit: tan=
quam diceret deprecatus ſum, & me ſic deprecan=
„ tem(Audiuit dominus).Hieron(Audiuit inquam
quia reſurgere me fecit a mortuis(Et miſertus eſt
mei)dominus pater.Hugo cardinalis.A me miſe=
rias mortis amouendo(Dominus factus eſt adiu=
Caſſio. tor meus.Hieroymus.Qui me fecit primogenitũ
mortuorum.Caſſiodorus.Quemadmodum autem
factus ſit ei adiutor, conſequenter exponit dicens

xiiii ✠ Alias in choru ⁎alia li. pcinxiſti ſoluiſti COnuertiſti planctum meum in ✠
gaudium meum michi,⁎concidi=
ſti ſaccũ meum & circũdediſti me lætitia

Hieronym.(Conuertiſti planctum meum,cum di
cerem.Triſtis eſt anima mea(in gaudium(cum di=
Mat. 15. Mar. 14 xi.Ite nunciate fratribus meis.Caſſiodorus(Plan
ctus enim ad mortem attinet. (Gaudium)vero ad
reſurrectionem,quod iam vtrumque cõſtat imple
Auguſti. Saccus qui tum(concidiſti ſaccum meum). Idem. Auguſtin⁹.
Hieronymus.Gloſ:(Saccus)veſtis eſt groſiſſima,
& aſpera in humanos vſus laboreſque deputata.&
conficitur de capris & de hædis qui inter peccato
res ponuntur. Dominus itaque de nobis ſaccum
ſolum noſtræ immortalitatis cœpit, nõ meritum
ſacci quod eſt peccatum.Hieronym⁹.Tunc autem
conciſus eſt ſaccus iſte quando chriſtus reſurrexit
& immortalis effectus eſt. ſequitur(Et circunde=
diſti me læticia.Auguſtinus.Gloſa.Gloria ſcilicet
immortalitatis.Caſſiod.vel eleuaſti me ſuper om
nes poteſtates,& virtutes.Glo. Hugo cardinalis.
Deinde oſtendit cauſas quare deus pater iſta ſibi
contuli dicens.

VT cantet tibi gloria mea, & non
compungar,⁎domine deus meus
in æternum confitebor tibi, 16 ⁎ Alias taceret

Hugo cardinalis.Prima itaque cauſa eſt,vt ſcilicet
gloria reſurrectionis cauſa ſit, cur deo ab eccleſia
laus cantet(vt cantet inquit tibi gloria mea).Caſſi Caſſio.
odorus.Cantare enim dicimus ad mentis læticiã
pertinere, gloria vero Chriſti maieſtas patris eſt,a
quo audiuit.Hic eſt filius meus dilectus.Hugo car Mat. 17.
dina.Secunda vero cauſa eſt ex parte humanitatis
vt ſcilicet vltra non patiatur,vnde ſequitur(vt non
compungar),Auguſtinus.Quid eſt enim(vt non
compungar) niſi vt vltra iam non moriar,compũ
ctus eſt enim cum pendens in cruce lancea percuſ=
ſus eſt.Caſſiodorus. Vnde quia ſemel pro mundi Caſſio.
ſalute cõpunctus,id eſt crucifixus eſt: nulli ſe vlte=
ri⁹ſubiacere memorat paſſioni,& propterea ſubdit
(Domine deus in æternum confitebor tibi). Hiero
nymus.Auguſtinus.id eſt te ſine fine laudabo:di= „
cimus enim eſſe confeſſionem in laudibus, non
tantum in peccatis.Caſſiodorus.Et debet hic acci
pi(Confitebor) ex parte membrorum quaſi dice=
ret(confitebor tibi)id eſt cum ſanctis æterna te vo
ce laudabo.

¶ Pſalmus Triceſimus.

¶ Titulus.

In finem pſalmus dauid pro extaſi⁎. ✠alia li. nõ habet pertaſi

Auguſtinus. Hierony=
mus.Gloſa Caſſiodor⁹.
Pſalmus iſte mediatoris
Chriſti continet vocem
Extaſis autem quę addi
ta eſt titulo exceſſũ mẽ
tis ſignificat qui fit vel
pauore terrenorum, vel
mente rapta ad ſuperna
& inferiorum oblita,in
hoc autem pſalmo. Ex

Lyra.iuxta ſententiam
Ra.Sa.Dauid fecit hũc
pſalmum exiſtens in p=
ſecutione Saulis:p qua
multos pſalmos fecit.
Fecit autem hunc pſal= Quat ex extaſi ad ditum eſt t tulo
mum gratias agendo eo
quod multa pericula p̄
terita iam æuaſerat,& o=
rando pro euaſione prę
ſentium &futurorum q̄
formidabat& iuxta hãc
ſentẽtiam proſequitur
expoſitionem hui⁹ pſal
mi idem Lyra,

taſis ponitur pro pauore pertubati populi dei p=
ſecutione oim̃ gentiũ:& defectu per orbem fidei,
vnde cõtra pauorẽ ſpes & oratio prę mittitur cum
certitudine liberationis ex gaudio,hic autem pſal
mus imbecillitatem humanitatis exprimit, & be=
neficia dei,vt videns ſe nemo ſuperbiat,videns mi
ſericordiam nemo paueat. Quod enim paues tuũ
eſt vt agnoſcas,quod ſperas domini dei eſt,vnde i=
tentione monet ne quis de ſe præſumat,ſed de dei
Diuiſio miſericordia. Et diuiditur ĩ tres partes In prima
ponit remedia contra timorem. In ſecunda,enu=
merat quę & quot & q̄ta perturbant ibi (Miſerere
mei)In tertia, quæ ſunt bona dei contra illa mala
perturbantia ibi(Quam magna multitudo) Et eſt Quart⁹ ps eſt de paſſione Sc; gẽtilium
iſte quartus pſalmus qui de paſſione & reſurrectio
ne domini breuiter facit mentionem. Hugo car=
dinalis.Et notandum q̄ in hoc pſalmo quædam
verba eorum quę in eo dicuntur capiti conueniũt
Quędam membris. Quędam autem ipſi prophe
tę,non tamen mutatur vox,ſed ſub eadem voce lo
quitur, propter vnitatem capitis & membrorum.

pſ.30. 1 ✠ alia li. erue me & exime me.

IN te domine ſperaui nō cōfundar inęternum, in iuſtitia tua libera ✠ me.

Caſſiodorus Orat chriſtus ad patrem ex natura humanitatis aſſumptę ne de ſua ſpe deiectus humanę inſultationis patiatur opprobria. Hieronimus. (In te) inquit (domine non in me ſperaui (Gloſa. ſecundū ꝙ hō & ideo (Non confundar inęternum) Idē Quia qui illum integre confitetur, neq; hic, neq; in futuro confundetur. Auguſtinus. Glo. vel eſt quędā confuſio ęterna de qua liberari petit, eſt & temporalis ad horā ſcilicet quę prodeſt. Hugo card. Deinde poſt ſpem iungit orationem dicens (in iuſtitia tua libera me) Glo. tanquam diceret, quia meā nō inuenis in tua quam das libera me. Caſſiodorus. Conſueuiſti enim ſubuenire rogantibus qui firmiſſime de tua maieſtate confidunt. Quod autem dicit (Libera (ad pericula huius mundi pertinet amouenda. Hieronymus. Auguſtinus. Libera me) inquam de fouea mortis quā parauerunt aīę meæ.

2 INclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.

Hieroni. Hieronymus. Per aurem benignitas dei intelligitur, inclinat autem deus aurem quādo exaudire dignatur. Caſſio. Quia igitur non poterat humana conditio ad diuinitatem attingere petit vt diuinitas inclinata deſcenderet ad eam quod omnipotētis verbi in incarnatione prouenit. Hier. quando ſcilicet miſit deus filium ſuum interris. Gloſa. vel in perſona Chriſti (inclina) inquit (domine aurem tuam) id eſt proxima mihi humili (Accelera vt eruas me. Auguſti. hoc eſt ne differas in finem ſæculi ſegregare me a peccatoribus vſque in communem reſurrectionem: quod vt ſit ſequitur.

3 ✠ alia li. lapide munitiſſimum ‡ Alias munitā

ESto mihi ✠ ī deum protectorem & in domum ‡ refugii, vt ſaluum me facias.

Hieronymus. vox eccleſiæ (Eſto) inquit (michi in deum protectorem) id eſt in deum deffenſorē multi enim ſunt dij nociui, qui non proſunt nobis, aut vnus eſt deus iuxta ſententiam Pauli. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma (& in domum refugij vt ſaluum me facias). Caſſiodo. domus refugij eſt glorioſa Chriſti reſurrectio. Auguſti. Gloſa. Idem. vel domus refugij eſt eccleſia in qua ſalui fiunt homines vt in archa. Hieronymus, vel (domus refugij) ipſe Chriſtus eſt in quo pater habitat. Gloſa. Ideo autem te & non alium quæro.

4 * Alias petra et munitio mea. ‡ alias dux michi eris

QVoniam fortitudo ✠ mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces ‡ me & enutries me.

Hierony. Caſſio. Quoniam fortitudo mea) ad ſuſtinendos eos qui in me ſæuiunt: & ad tollerandum quæ paſſus ſum (& refugium meum es tu). Hiero. hoc dicit propter eccleſiam quæ in Chriſto habet refugium vt ait propheta. pſ. 89. Domine refugium factꝰ es nobis. Gloſa. Caſſiodorus. vel (refugium meum es tu) Ad finem malorum quando ſcilicet huius ſęculi iniquitates glorioſę mortis ſuæ ſuperauit (& propter nomen tuum notum faciam gentibus credituris (deduces me & enutries me). Hieron. Tunc ſcilicet quādo aggregatis paulatim ſanctis educes eccleſiam quæ in me fundatur quam tunc Chriſtus enutriuit quando noſtram carnem ſuſcepit.

5 ✠ alia li. de muſcipula illa ‡ alia li. occultauerunt

EDuces me de laqueo ✠ quem abſcōderunt ‡ mihi, quoniam tu es protector meus.

Caſſio. Laqueū occultauerunt Iudæi chriſto quia tantum hominem credentes occultis eum perdere machinabantur inſidijs. vnde ſe dicit educendū id eſt reſurrectiōis beneficio ad ſuperna velociter eleuandum. Hieronymus. vel (laqueus) dicitur captio, laquei enim ſecus viam ponuntur. Via autem Chriſtus eſt ſicut ipſe ait. Iob xiiii. Ego ſum via. vnde ſi tu es in via ideſt in Chriſto non times cadere in laquęum diaboli. quia omnis laqueus ab ipſo eſt (Quoniam tu es protector meus) Caſſiodo. Gloſa. Protectorem ſuum merito dicit deum quia eo protegente nulla poteſt aduerſitas pręualere. & propter ea ſubiungit.

vi ✠ Alias commendabo.

IN manus tuas commendo ✠ ſpiritum meum, redemiſti me domine deus veritatis.

Hierony. Vox chriſti ad patrem in paſſione quando commendauit animam ſuam. Quod enim commendatur ſaluum recipitur. Augu. (In manus tuas) inquit, ideſt poteſtate tua (Commendo ſpiritū meum (illum cito recepturus. Caſſiodorus. Commendat itaq; patri ineſtimabilē theſaurum animā videlicet ſuam, dignū nanq; fuit vt tanto ſuſceptori tantus cōmendaretur ſpiritus. Auguſtinꝰ. Glo. deinde populus fidelis chriſti paſſione redēptus, & de reſurrectione capitis letus dicit gratias agens (redemiſti me domine deus veritatis). Hugo cardinalis. dum in paſſione tua adimpleſti quod per prophetam promiſiſti. Caſſiodorus. vt autē iſtum dominum qualis eſſet diligenter aduerteres addidit (deus veritatis) Ipſe enim illorū ſpecialiter deꝰ eſt. qui veritatē dilīgūt, nec in aliqua falſitate miſceatur. Hiero. vel (deus veritatis) eſt quia quod promittit nō mētitur, ſicut enim per prophetas ſuos promiſit ita & venit & redemit nos ſanguine ſuo Hugo de ſancto. victo. li. ſentētiarum. ca. xxxviij. poſtquam autem ſpiritum ſuum dominus domino commendauit quaſi quis quęreret quid de carne fieri vellet, reſpondet ſe carnis curam non habere quia vanitas eſt omnis caro, ita ꝙ hi etiam qui eam omni ſtudio cuſtodiunt a corruptione ſeruare non poſſunt, quos nimirū odit deus quia dum nimis rem corruptibilem diligunt ad dei amorem incorruptibilem non aſſurgunt vnde ſubditur.

ODiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue. 7

Hieroni. Hieronymus. Auguſtinus. Hoc dicit non quod deus odiat quēquam, abſit enim hoc ſentire, ſed quia odit id eſt repudiat illos qui iſtam tantummodo pręſentem vitam amant & cœleſtia contemnunt. Hugo de ſan. Vi. vbi ſupra. Bene itaque dictum eſt (ſuperuacue) quia etſi tranſitoria appetimus nunquam tamen ad ſuperfluitatem diligere debemus, carnemque morituram non in delicijs fouere, ſed

ab incommodis quæ ad animæ ſalutem minime couueniunt defendere.ſequitur.

8 ✠alia li. iocundabor Caſſio.

Ego autẽ in domino ſperaui, exultabo & lętabor ✠ in mĩa tua.

Caſſiod. Quia ſupra dixit dominum odiſſe vanitatem nunc ſe dicit amare veritatem, quæ autem ſit iſta veritas hæc eſt ſpem ponere in domino vnde ſubditur.(Ego autem in domino).Gloſa,qui non eſt vanitas,ſed veritas & vita, ſperaui. Hieronym⁹. Non in me(ſed in domino)expectans eius reſurrectionem propterea pro tantæ pietatis commodo &(exultabo & lętabor in miſericordia tua). Augu. Gloſa.quæ non falit in mea iuſtitia. Caſ. Exultare aũt.eſt cũ magna animi alacritate gaudere. Lętari vero temperata mentis affectione mulceri. Hiero. vel exultabo corpore lætabor mente,ſed pro quo exultabo pro quo lætabor pro hoc quod ſequitur.

Auguſti.

9 ✠alia li. cognouiſti tribulationes aie mee.

Quoniam reſpexiſti humilitatem meã,ſaluaſti ✠ de neceſſitatibus animam meam.

Glo.Hic exponit qualis ſit hæc miſericordia tanquã diceret in hoc apparet miſericordia tua.(Quoniam reſpexiſti)inquam(humilitatem meam).Hugo cardinalis,id eſt me propter humilitatem).Gloſa. ponitur autem hic humilitas pro infirmitate, & pro ipſa virtute humilitatis.Hieron: Tunc autẽ reſpexit Chriſtus humilitatem noſtram, quando carnem ſuſcepit pro eo quod contemptibilis & captiua & deſpecta eſſet eccleſia. Caſſiodo. vel tunc dicit chriſtus humilitatem fuiſſe reſpectam quando illi humanitas adheſit in ipſa ſua conceptione ſequitur(Saluaſti de neceſſatibus animã meã)Glo. tanquam diceret quia tibi placuit humilitas, ideo ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam. Caſſiod. Neceſſitas dicit̃ ab eo quod in nece ſit poſita id eſt in mortis anguſtiis conſtituta. Gloſa. Auguſtinus.Neceſſitates autem iſtæ ſunt infinitæ, neſcire ſcilicet cor alterius ſuſpicari non bene de amico fideli,vel bene de infideli neſcire qualis cras eris nolle mori & tamen mori ſequi veteres conſuetudines.vnde Apoſtolus Infœlix inquit ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius qui itaque ſic humilis eſt ſaluatur in præſenti ex parte & in futuro plenarie, Hugo cardi.vel neceſſitates iſti ſunt primi motus qui dicuntur neceſſitates quia ſunt ineuitabiles.

Gloſa.

Rom̃ 7.

x ✠alia li. in man⁹.

Nec concluſiſti me in manibus ✠ inimici, ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos,

Hieroni.

Hieroni. Illi concluduntur in manus inimici qui perſeuerant in peccatis ſuis,ſcilicet ego dicit eccleſia non concludar quia non volo perſeuerare ĩ malis(Nec concluſiſti me)inquit(in manibus inimici(Gloſa.Auguſti.id eſt in poteſtane diaboli cupiditate vitę illaqueantis morte terrentis,a cuius manibus liberantur qui bene viuunt & bene moriuntur: qui autem male concluduntur hic vt cum illo in fine damnentur(Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos). Idem. id eſt iam facilem mihi feciſti viam quæ aliquando difficilis fuit, ab anguſtijs enim timoris in libertatẽ deduxiſti charitatem meã cognita reſurrectione domini mei ſimili promiſſa michi Gloſa.Caſſiodorus.Remi. vel(locus ſpacioſus(libere eundi ad patriam virtutem Charitas eſt. (Pedes)vero ſunt affect⁹ ſeu virtutes morales.Hugo cardi.vnde dicit(Statuiſti)id eſt firmiter ſtare feciſti(In loco ſpacioſo(id eſt in latitudine charitatis(Pedes meos)id eſt affectus meos vt viam mãdatorum ſine offenſione currerem.

xi Scđa. pars. ✠ Alias caligauit

Miſerere mei domine quoniã tribulor ✠ cõturbatus eſt ĩ ira oculus meus, anima mea & vẽter meus.

Gloſa. Secunda pars in qua iam enumerat quæ quot & quanta mala nos perturbãt, & loquitur in perſona membrorum,Hieronymus.hic nanq; vox illorum eſt qui tribulantur a qualibet tribulatiõe Hugo cardi. Et cum prius egerit de ſpe hic nunc agit de timore pro quo extalis,de quo in titulo dicens(Miſerere mei domine). Idem. Conſeruando me in bono quod mihi dediſti.Glo. Et neceſſe eſt Quoniam(tribulor)Hugo cardi. Per diuerſas tentationes. Hie. vel poteſt dici de chriſto qui tribulabatur cum diceret, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.Gloſa.Non autem dicit ego morior, ſed (quoniam tribulor)quaſi diceret de morte iam nõ terreor: ſed de cruciatibus atque tormentis. Gloſa Sed mirum quod hic ait(tribulor)cum paulo ante tanquam de manu inimici liberatus dixerit(Statuiſti in loco ſpacioſo pedes meos(Hugo cardi. Quod tamen ideo dicitur quia vt alibi ſupraſcribitur,eccleſia. In tribulatione dilatatur. Qualis autem tribulatio iſta fuerit ſubiũgitur cum dicitur(Conturbatus eſt in ira oculus meus anima mea & venter meus)Gloſa.Conturbatus eſt inquit (in ira) id eſt propter iram & furorem perſequentium(Oculus meus(id eſt ratio.(& anima mea) id eſt ſenſualitas (& venter meus)id eſt caro mea.Hugo cardina.vel memoria mea. Caſſiodor⁹. Ira nanque inimicorũ ĩdignationem,oculus vero intellectum ſignificat, quem ſemper conturbamus atque confundimus quando imminentia pericula formidamus: venter autem dicitur memoria.quia ſicut ille eſcas recipit,ſic & memoria notitias rerum aſſumit.quæ omnia cõturbata ſunt cũ videret caro ſibi pericula imminere.Hieronymus.vel conturbatus eſt in ira oculus meus)quo te cernebam(anima mea)qua te diligebam(& venter meus)quo tui recordabar.

Hugo.

Hieroni.

Caſſio.

xii

Quoniã defecit ĩ dolore vita mea, & anni mei in gemitibus,

Gloſa. Hinc eſt hæc turbatio hinc iſte metus(quoniam defecit in dolore vita. Caſſiodorus verbum nanque defecit longas & grauiſſimas ſignificat paſſiones nam deficere eſt paulatim minus facere, & ad finẽ per aliquas valetudinis minutias peruenire(Et anni mei in gemitibus(.Auguſti.(Anni) eñ chriſti qui futurã ſuã morẽ præuidit ſemper (in gemitibus)fuerunt: & in perſecutionibus cõpleti ſunt. Gloſa.vel in perſona viri iuſti, ideo inquit(turbatus eſt oculus meus) quoniam defecit in dolore vita mea. Caſſiodorus.Gloſa. id eſt confeſſio tui nominis & fidei qua viuo. Gloſa. Vita nanque perfectorum eſt profectus aliorum iuxta illud Apoſtoli. Nunc viuimus ſi vos ſtatis in domino,vnde tunc iuſti vita deficit cum videt non proficere eos quibus prędicauit(anni)vero ei⁹(in ge-

Auguſti.

m itibus)dum videt ꝙ refrigeſcit charitas & abū=
dat iniquitas multorum.

xiii ✠alia li. infirmatꝰ ē in iniqtate vigor meus. ‡ alias cōturbue=runt

INfirmata✠eſt in paupertate virtus mea, &oſſa mea in gemitibus‡ cō=turbata ſunt.

Hieronymꝰ. Vox eccleſiæ. In firmata eſt enim eccleſia inter homines malos inter quos habitat hic in pręſenti vita, quia plures ſūt peccatores: & pauci ſunt ſancti, vel in perſona chriſti(infirmata eſt) inquit (ſanitas)huius corporis inter cruciatus paſſionis. Caſſiodorus. vel loquitur in perſona membrorū, virtus enim hominis infirmatur(in paupertate) id eſt in membris chriſti quoniam omnibus bonis indiget humana fragilitas(& oſſa mea conturbata ſunt). Hieronymus. Fortitudo vtiq; mea, vel(oſſa) fortes ſancti ſunt, vel virtutes eccleſię & ſanctorum. Caſſiodorus. Quorum vtrūq; pulchre poſitum eſt virtus, ſcilicet & oſſa ad exprimendam imbecillitatē humanæ ſubſtātię cui neq; in animi robore, neq; ī carnis ſpe vlla eſſe debet pręſūptio.

Caſſio. Hieroni.

xiiii ✠alia li. apud

SVper oēs inimicos meos factus ſum opprobriū vicinis meis valde, & timor notis meis.

Caſſiodorus. (Inimicos)iudæos dicit. Nam inter eos habebatur in opprobrium innocens chriſtus qui ſe nephario ſcelere polluebant. (Sup omnes inimicos meos) inquit(factus ſum opprobrium vicinis meis valde) Hieronymus. Iudæis ſcilicet qui multa opprobria dixerunt Chriſto. Auguſtinus Gloſa. Vel (vicinis meis) id eſt falſis chriſtianis qui ſunt deteriores iudæis & paganis. Et ideo (ſuper omnes inimicos)quia volentes credere deterriti ſunt mala vita eorum, pro quibus timēt ne omnes tales ſint. Vnde ſequitur: (Et timor notis meis), Hugo cardinalis. Gloſa. (His ſcilicet qui iam proximi erant fidei qui ſcandaliazntur & timent ad ecclesæ ſacramenta accedere propter malum exemplum domeſticorum. Caſſiodorus. Vel noti ſunt apoſtoli qui paſſione Chriſti omnino turbati ſunt, ſicut ſcriptum eſt. Percutiam paſtcrē, & diſpergentur oues. Auguſtinus. Glo. Ipſis enī notis timorem incuſſit exemplo ſuę horribilis tribulationis.

Caſſio. Gloſa. Gloſa. Zacha. 13 Mat 26. Mar. 14

xv ✠alia li. ī plateis fugiebāt ‡ Alias excidi. Hieroni.

QVi videbāt me✠foras fugerunt a me, obliuioni datus ſum tāquā‡ mortuus a corde.

Hieronymꝰ. (Qui videbāt me foras fugerunt a me Apoſtoli ſcilicet qui viderunt Chriſtum compræhendi in paſſione: & relicto eo fugerunt, vel iudęi qui fugiunt ſacramenta eccleſiæ id eſt corpus & ſāguinem Chriſti. Et quare hoc? (quia videbant me foras) non intelligentes ſcilicet interiorem ſpem meam, pro qua patior. Et ideo ad exteriora viſibilia fugiebant. Auguſtinus. Gloſa. Vel etiam illi qui nouerunt quod ſit eccleſia foras fugerunt faciendo ſciſmata & hæreſes. Et talibus (obliuioni datus tanquam mortuus a corde). Hieronymus. (Obliuioni enim datus) eſt Chriſtus infidelibus & iudæis qui ſic habuerunt eum quaſi hominem mortuum. Caſſiodorus. Cuius memoria cum corpore ſepelitur, & de cuius reparatione deſperatur.

Hieroni.

FActus ſum tanquam✠vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium ‡ in circuitu. 16

✠alia li. ſicut ‡alia li accolentium. ‡ Alias circū habitantiū

Caſſio. (Factus ſum) inquit(tanquam vas perditū) Auguſtinus. Gloſa. Id eſt viſus ſum mihi periiſſe vſibus domini viuens & nullum lucrifaciens: nec acquiſitos retinens. Caſſ. Vnde(ſicut vas perditū) quod fractum ad nullos vſus neceſſarium eſt ſemper abijcitur, ita & Chriſtus quaſi fractum vas abiiciendum a perfidis putabatur. Sed quare hoc? Quoniam audiui) inquit & tacui(vituperationem multorum commorantium in circuitu.) Auguſtinus, Audiui(eñ vituperātes multos in peregrinatione huius terrę ſequentes circuitum temporum & mecum in patriam æternam redire recuſantes. Caſſiodorꝰ. Quales ſunt infideles & impij qui merito circunhabitantes dicuntur, quia legem dei nō ſpūaliter, ſed carnaliter aduertere volunt, de quibꝰ ſcriptum eſt. In circuitu impij ambulant. Auguſtinus. Semper enim circūeunt & nūquam intrāt, quia rotam temporis ſequūtur.

Auguſti. Caſſio. Ps. xi. Auguſti.

INeo ✠ dum conuenirent ‡ ſimul aduerſum me, accipere✳ animā meam conſiliati ſunt, 17

✳Alia li non h; in eo ‡ Alias 9gregarentur. ✳ Alias vt caperent.

Caſſiodorus. Cum dicit (In eo dum conuenirent ſimul ad me). Conſilia tam dicit partem maximam Iudæorum vt dominum neci traderent. Et quia grauius ſcelus eſt quod conſilio geritur plurimorū, ꝓpterea dicit(ſimul(in quo nō vult paucos intelligi. (Accipere animā meā cōſiliati ſunt). Caſſi. Vt ſcilicet animam meam adimerent ſiue tollerēt Hieronymus. Auguſtinus. Vel vt conſentiret eis anima mea in ſceleribus multis. Gloſa. Sed ego quid feci, quod conſilium inueni. Sequitur.

Caſſio. Auguſti

EGo autem in te ſperaui domine, dixi deus meus es tu, ī manibus tuis ſortes✠ meę, 18

✠ Alias tēpa mea

(Ego autem. Gloſa. Inter hæc opprobria: inter hæc ſcandala, inter has ſeditiones. (In te ſperaui domine. Hierony. Qui ſolus fortis es ad liberandum. Gloſa. Vnde nihil ſalubrius, nichil ſecurius, quam ſperare in domino, in quo nemo fallitur. Et propterea(in te ſperaui domine) non in homine. Qua maledictus omnis qui ſpem ſuam ponit ī homine. (Speraui) inquam & dixi deus meus es tu. Caſſiodo. Hoc dicit ex parte humanitatis aſſumptæ, quæ ſicut ait inferius & tempori ſubiacebat & morti. (In manibꝰ tuis ſortes meæ) Caſſ. Vel tēpora vitæ meæ: non enim vt inimici putabant eorū perſecutione vitam ſuam finiendam eſſe commemorat. Sed in poteſtate domini ponit tempora vitæ ſuæ, ipſo enim creante viuimus, ipſo diſponente vegetamur: eodem etiam iubente trāſimus. Auguſtinus. Gloſa. Vel in perſona eccleſiæ, ſeu viri iuſti. (In manibus) inquit(tuis ſortes meæ) Quia & ſi iuſtꝰ & occultꝰ ordo electionis apud te eſt. Ego tamen quem hoc latet ad tunicam domini inconſutilē ſorte perueni, id eſt gratia electionis. (Sors) enim hic non eſt aliquid mali. Sed eſt res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem,

Gloſa. Gloſa.

vnde ſors hic pro gratia accipitur quæ ſine meritis quos vult eligit. (Sors) itaqꝫ.i. dei gratuita electio eſt in manibus, id eſt poteſtate dei nō noſtra.

19 ✠ Alia lēa hʒ libera me et eripe Gloſa.

ERipe ✠ me de manu inimicorum meorum, & a perſequētibus me.

Caſſiodor⁹. Patrem chriſtus rogat vt eum eripiat de manu inimicorum.id eſt iudęorū. Gloſa. Vel diaboli & omnium miniſtrorū eius qui nobis inuident regnū cœlorū vnde eiecti ſunt. (Et a perſequentibus me). Caſſio. Augusti. Caſſiodor⁹. Hoc eſt a paganis vel diuerſis hæreticis. Glo. Vel malis chriſtianis. Auguſtin⁹. Illi enim maxime perſequūtur eccleſiā, qui cū ſint chriſtiani nolūt beneviuere ſed peius paganis & iudæis viuunt & per hos opprobrium habet eccleſia iter quos gemens iſte ait.

80 ✠ alia lī. lumina oſtende

ILluſtra ✠ faciem tuam ſuper ſeruum tuum, ſaluū me fac in miſericordia tua, domine non confundar quoniam inuocaui te.

Auguſtinus. Gloſa. (Illuſtra) inquit (faciem tuam ſuper ſeruum tuum).i. notam fac hominibus qui putant me negligi. quia facies tua ſuper me intendat & ꝙ ego tibi ſeruiam, Caſſio. Caſſiodo. Fac itaqꝫ eos videre ꝙ ſuper me dignaris intendere, vt ſicut de moriente deſperant, ita de reſurgente confidant. Quod autem dicit (ſeruum tuum) ad humanitatē pertinet. (Saluum me fac) inquit. Auguſtin⁹. Glo. Caſſiodorus. non in mea iuſtitia, non in meis meritis, ſed (in tua miſericordia, domine non confūdar quoniam inuocaui te), Caſſiodorus. Humilis ſupplicatio & credētis inuiolabilis firmitas. (Nō confundar (inquit) quoniam inuocaui te). Gloſa. Non aliud extra te. Caſſiodorus. Nullatenus enim poteſt decipi qui ab ipſo ſe preſumit audiri. Augusti. Gloſa. Auguſtinus. Gloſa. Inuocat autem deum qui in ſe, & in domum cordis ſui inuitat eum.

20 ✠ alia lī. erubeſcant

ERubeſcant impii & deducantur, in infernum. muta fiant labia doloſa.

Gloſa. Hieroni. Gloſa. Pręcor ſi quidem vt non confundar ego, ſed vt (erubeſcant impij). Hieronymus. Auguſtinus. Demones ſcilicet & hęretici, vel qui nō credunt reſurrectionem, qui non erubeſcant quando illos ſanctos quos in deſpectionem habuerunt, videbunt coronatos & ſe condennatos. Vel (erubeſcant, impij) qui relinquentes verum deū ligna adorant & lapides venerantur. (Et deducantur ad infernum). Gloſa. Id eſt vmbris infernalibus ſociātur poſt hanc vitam & hic interim (muta fiant labia doloſa). Gloſ. quæ de me fingunt falſa. Gloſa. Caſſiodorus. Et quę hic garrula ſunt dum non timent futurum iudicium. (Muta) itaqꝫ (fiāt) in pœnis ſcilicet in inferno.

22 ✠ alia lī. in cōtēptu deſpectiōe

QVæ loquūtur aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſuperbia & in abuſione ✠

Caſſiodor⁹. Exponit quę ſint illa labia doloſa quę ſuperius obmuteſcere prædixit, (Que loquūtur) inquit aduerſus iuſtum iniquitatem id eſt aduerſus chriſtum. Augusti. Auguſtinus. Hieronymus. Superbientes, cōtennentes, & irridentes crucifixum, tanquā hominem & futuram ignorantes reſurrectionem Caſſiodorus. Et congruenter iuſtum dicit chriſtū quia via veritas & vita eſt, cui opponitur iniquitas, quam ſibi imponebant tāquam lux obſcuritati. (Loquūtur) inquam (iniquitatem in ſuperbia & in abuſione) Gloſa. Superbia fuit dum chriſtum dei filium quaſi purum hominem contempſerūt Auguſtinus. Abuſio vero quando eū qui propter eos venit in carnem crucifixerunt abutentes dei beneficio. Iſta itaqꝫ cernens & admirans propheta exclamat, dicens, Gloſa. Auguſti.

QVam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quem abſcondiſti timentibus te. 23 Tertia pars. ✠ alias ꝙ multa eſt bonitas tua.

Gloſa. Caſſiodorus. Tertia pars in qua enumerat quę ſunt bona dei cōtra prędicta mala. (Quā magna multitudo) īquit (dulcedinis tuę domine) Caſſiodorus. (Multitudo dulcedinis) ei⁹ eſt, quia multis prȩmijs nobis eius ſuauitas indicatur. Dulcis eſt enim cum corrigit, dulcis dum parcit, dulcis cū credentibus ęterna gaudia conpromittit. Hieronymus. Vel (multitudo dulcedinis) eſt multum pręmium quod pręparauit electis, vt eſſent ſemper cū angelis ſine fine ineternum. Auguſtinus. Gloſa. Sed ne tanquam de tāta dulcedine ſecuri negligētius agāt, quibus vtile eſt deū timere ſubdit. (Quā abſcondiſti timētibus te). Caſſiodorus. Non enim ideo ſanctis abſcondita eſt, vt eam non conſequātur. ſed quia in futuro iudicio promittitur, recte abſcondita dicitur, vt eam deſideria humana plus appetant. Solet enim faſtidiri, & vile plerumqꝫ creditur, quod ſine difficultate prȩſtatur. Gloſa. Propterea merito dicit, (Quam abſcondiſti timentib⁹ te) id eſt tuis vt timeant te. Hierom. Auguſti. Caſſio.

PErfeciſti ✠ eis qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum, 24 ✠ alia lī. perfeciſti ſperantibus

Auguſtinus. Perfeciſti (inquit) hanc dulcedinem (ſperantibus in te) quibus non ſubtrahis quod vſqꝫ in finem perſeueranter expectāt. Caſſiodor⁹. Sed illam dulcedinem ſcilicet quam abſcondiſti timētibus te perficis in illis qui conſtanti animo ea deſideranter exquirunt. Glo. Hugo cardinalis. (Perfeciſti) inquam id eſt (perficies) in futuro non his tm̄ qui timent. ſed & his qui ſperant in te) vt nō erubeſcant de ſpe ſua & fide, ſed vt confiteantur nomini tuo. (In conſpectu filiorum hominum) Caſſiodo. Vel (perficies eis in cōſpectu filiorū hominū) id eſt in illa reſurrectione generali quando ſāctis tuis pręmia promiſſa reſtitues. Hieronym⁹. (In conſpectu filiorum hominum) qui humana & non cœleſtia quęſierunt qui ibunt in ſupplicium ęternum, iuſti autem in vitam ęternam. Gloſa. & Hugo cardinalis. Et tāquam quis quæreret, ſed in quo perficies eos. Sequitur, Caſſio. Hierom. Gloſa.

ABſcōdes eos in abſcondito faciei tuæ, a conturbatione hominum. 25 ✠ alias in protectione.

Gloſa (Abſcondes) inquit eos ne videantur ab impijs. Hiero. Illuminatio enim vultus tui teget eos ne ab humana malicia conturbentur. (In obſcondito faciei tuę). (Tuę) ſcilicet iuſtitiæ. Caſſiodor⁹. Vel (abſcondes eos) in illa reſurrectione quando omnes iuſti contemplationis tuę pręmia conſequentur. (Abſcondes) dico (a conturbatione ho= Hieroni.

minū). Idem. Malorū ſcilicet per homines enim hic omnes perſecutores & ſciſmatici ſignificātur qui conſueuerunt conturbare populū chriſtianū.

25 ✠ Alias i umbra.
PRoteges eos ī✠tabernaculo tuo, a contradictione linguarum.

Gloſa. Tanquam diceret in futuro abſcondes,ſed hic interim dum peregrinantur.(proteges eos in tabernaculo tuo).Gloſa. Id eſt in eccleſia. Caſſio. Per tabernaculum enim eccleſia catholica ſignificatur. Auguſtinus. Hieronym⁹.(Proteges)inquit (eos in tabernaculo tuo).i. in tabernaculo fidei. (A cōtradictione linguarum) id eſt ſtrepitu malarum linguarum quę dicunt. Quis nouit hęc,aut quis redit ab inferis. Caſſiod. Vnde cum ſuperius dixerit.(Abſcondes)hic dicit proteges. Ibi enim abſcondentur vt ab impijs nec videantur. Hic vero proteguntur vbi malorum improbitas eis minime nocere permittitur. Gloſa. Pugnet igitur hic in expeditione peregrinus vt protectus quieſcat in tabernaculo glorioſus.

Gloſa.

xxvii ✠ alia li. nō habet michi. ✠ alia li. circūſtāt
BEnedictus dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam michi✠in ciuitate munita ‡,

Glo. Hic plenitudinem beneficij in laude concludit & tanquam non ſufficiens proſequi ſingula in dei laudem prorumpit,dicens,(Benedictus dominus). Hieronymus.(Benedict⁹)inquit(dn̄s) cui benedicit omnis creatura, nō autem hoc dicit quaſi ſibi noſtra benedictione op⁹ ſit,ſed vt nos ab ipo benedictionem accipere mereamur. Hugo. cardinalis. Cauſam aūt huiuſmodi benedictionis & laudis ſubiungit dicens(Quoniam mirificauit).i. mirabilē oſtendit(miſericordiam ſuam mi chi). Aug. Glo. Cum poſt emēdationem acerrimarum perſecutionum omnibus mirabilem fecit miſericordiā ſuam(in ciuitate munita)Caſſiodorus. Hieronymus. Hoc eſt in ciuitate hieruſalem quę ſita eſt in medio mundi. Et ideo dicitur ciuitas munita,eo ꝙ confirmata vel robuſta ſit,& eo ꝙ in giro omnes gentes eam circundant. Ibi nanqꝫ mirificauit miſericordiam ſuam dominus, dum ibi natus eſt ibi paſſus, ibi reſurrexit Et inde ad cœlos aſcēdit, ibi iuxta dictum prophetę. Operatus eſt ſalutem

ps 83
in medio terrę. Hug. cardinalis. Vel ī ciuitate mu

ps.lxxxvi
nita hoc eſt in eccleſia de qua ſcriptum eſt. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.

28 ✠ alia li. extaſi et alia ī pauore. ‡ Alias a vultu
EGo autem dixi in exceſſu✠ mentis meę,proiectus ſum a facie‡oculorum tuorum.

Hieronymus. Eccleſia nanqꝫ ſeu populus fidelis quando recordatur de paradiſo, & quomodo immortalis poterat eſſe, & meminit qualis eſt, & q̄amiſit & qualiter de⁹ per angelum apud adā loquebatur, & quomodo oculis interioribus deum videbat quando iſta cogitat tunc tanquam in exceſſu mentis cōſtitutus ait.(Proiect⁹ ſum a facie oculorum tuorum). Auguſtinus. Tanquam diceret ſi me reſpiceres,nō ita me pati ſineres. Greg. in mo. lib. xxiij. Vir nāqꝫ ſanctus ęternam patriam contemplat⁹. Et hæc mala penſans in quibus erat atqꝫ bona illa,in quibus adhuc non erat ait in pauore. hoc eſt in exceſſu mentis ſuę(Proiect⁹ ſum a facie oculorum tuorum) poſt interni nāqꝫ luminis viſionē cognitione percepta, vel quibus illic bonis deeſſet,vel quibus malis hic adeſſet inuenit. Neqꝫ enim quis pręſentis vitę mala ſicuti ſunt conſpicere pręualet. Si bona ęternę patrię per contemplationis guſtum cōtingere nondum valet,

IDeo ✠ exaudiſti vocem orationis meę, dum clamarem ad te. xxix. ✠ alia li. ergo ne exaudiſti

Gloſa. Tanquam diceret,quia confeſſus ſum lapſū meum quia non ſuperbus extiti ſed cor meum accuſaui,quia in tribulatione titubans ad te clamaui,ideo non me tanquam timētem & puſillanimē abieciſti,ſed(exaudiſti vocem orationis meę dū clamarem ad te)nō voce ſed corde. Multi enim labijs ſilētes & corde clamantes exauditi ſunt,multi econtra ore ſtrepentes corde aduerſo nihil impetrare potuerunt. Caſſiodorus. Vel ideo exauditum ſe dicit chriſtus in membris ſuis, quia non tardat gratia dei adiuuare eum qui patrem nouit humiliter exorare. Tunc autem ex auditus eſt quā do audita eſt paterna vox. Hic eſt filius meus dilectus. Clamauit vero cum, diceret. Deus deus meus quare me dereliquiſti. Hieronym⁹. Vel(ideo)dicit eccleſia(exaudi vocem orationis meę)quia cognoui vbi poteram eſſe,& cognoſco vbi modo ſum. Math. xvii. mat.27 Marci xv.

30 ✠ alia li. fideles ſeruat dominus. ✠ alia li iis qui abundāt faciūt ſuperbiam
DIligite dominum omnes ſancti eius, quoniam✠ veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter ✠ facientibus ſuperbiam.

Caſſiodorus. Nunc hortatur propheta ſanctos vt ament dominum,& vt auctorem tāti beneficij mēbra diligant Gloſa. Tanquam diceret eis. Tribulatus ſum,timui,clamaui,& non ſum confuſus,ſed exauditus ſum ita & vos exaudiemini ſi dilexeritis deum. Et ideo(diligite dominum). Caſſiodo. Tanquam amicis hoc dicit non tanquam ſeruis. Seruorum eſt enim timere,amicorum vero diligere.(Diligite dominum)inquam. Gloſa.(Omnes ſancti eius)qui non amatis mundum, neqꝫ ea quę in mundo ſunt. Amicus eīn huius mundi conſtituitur inimicus dei. Et ideo(diligite)eum,(quoniam veritatē requiret dominus). Gloſa. In futuro etiā a ſanctis,quando vix iuſtus ſaluabitur. Gloſa. Tūc nāqꝫ requiret veritatem)quę eſt vt creatura ſeruiat creatori Hugo. cardinalis. Sed poſtquam inquiſierit & requiſierit,nunquam impunitum dimittet, quod minus inuenerit: Non, vnde ſequitur.(Et retribuet abundanter facientibus ſuperbiam). Caſſ. Caſſio.
Ideo enim diſcutit vt vidicet,ideo requirit vt puniat. Bene autem addidit(facietibus ſuperbiam) quia illis non retribuet,qui ſe celeri emendatione conuertunt. Sed(facientibus ſuperbiam(.i. omne peccatum. Glo. Idē. Superbia enim hic ponitur pro omni vitio tanquam radix omnium malorū. 31

VIriliter agite & confortetur cor veſtrū,oēs qui ſperatis in dn̄o,

Caſſiodorus. Ne itaqꝫ prędictis paſſionibus terrētur,ſed ad imitationem glorioſam fidelium ſe corde roborarēt ait.(Viriliter agite)id eſt ī bonis operibus ne ſit ocioſa dilectio conſtantiſſimę perdurate nec feminea mollicię deficiatis qui corda veſtra domino conſtanter offertis hoc autem pręceptum viris feminiſqꝫ cōmune eſt. viriliter enim

omnis ſexus agit quæ neſcit molliſſimis facilitatibus immutari. Gregorius in moralibus vbi ſupra Scriptura nanque ſacra viros vocare conſueuit, qui vias domini fortibus & non diſſolutis greſſibus inſequuntur iuxta illud Sapientis. O viri ad vos clamito. Sequitur: (Et cõfortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in domino) Auguſtinus. Id eſt qui eum recte timetis vel colitis ſperate in domino vt bonum ſine defectione operantes, tempore proprio metatis. *Puer. 8*

Pſalmus trigeſimuſprimus.

Titulus. Intellectꝰ Dauid, vel ipſi Dauid intelligentia.

Lyra dicit poſt Ra. Sa. ꝙ Dauid fecit hunc pſalmũ quando fuit ſibi reuelatum a deo ꝙ peccatum adulterij cum Berſabeę & homicidij Vrię ſibi fuerat remiſſum, quod non poteſt fieri ab aliquo, niſi per ſpecialem reuelationem dei, prout fuit eidẽ reuelatum per Nathan prophetã, vt habetur ſecundi Regum. xij.

Hieroni. Hieronymus. Pſalmꝰ iſte vocẽ continet prophetæ oſtendentis hominem non proprijs meritis, ſed dei gratia poſſe ſaluari. Auguſtinus. Gloſa. *Gloſa.* Et dicitur intellectus vt per eum intelligamus gratiam dei qua chriſtiani ſumus, vt ait Apoſtolus. Incipit ergo ab indulgentia, & agit de gratia & miſericordia dei contra vitium hominum, qui vel peccata neſciunt, vel cognita defendunt & merita iactant, & docet vt peccatores nos agnoſcamus & peccata accuſemus ac bona gratiæ dei attribuamus. *Caſſio.* Caſſiodorus. Contra vitium ergo hominum hic pſalmus opponitur, ne quis putet deo abſconditum quod in conſcientia habet ocultum. *Grego.* Gregorius: Intellectus vero dauid in hoc pſalmo eſt: vt nemo ſe ante fidem de meritis ſuis quæ nulla ſunt efferat. Nemo fide per gratiam accepta, de peccati impunitate, præſumat. Nemo bonum quod facit, ſibi ſed gratiæ dei attribuat. *Gloſa. 2. ps. pœnitentialis* Nemo per deſidię torporem, in bona operatione pigreſcat. Gloſa: Et eſt iſte pſalmus ſecundus pœnitentialis diuerſus a primo. In primo enim pœnitens timore iudicij plorat. In iſto peccata quæ tacuerat afflictus cogit confiteri, vnde intentione monet nos ad pœnitentiam. *Diuiſio.* Et diuiditur in quatuor parteis. In prima pœnitens loquitur peccatũ ſuum agnoſcens: & ſe fuiſſe miſerum peccatorem. Initiumque omnis boni eſſe per indulgentiam dei. In ſecunda commendatur cõfeſſio multis modis: ibi. (Delictum meum). In tertia plenitudinis bona commendãtur: ibi (Pro hac orabit). In quarta lætum finem ponit. In quo dominus ſperantibus in ſe miſericordiam pollicetur. ibi (Intellectũ) quæ partes per dyapſalmata diuiduntur, gratiam itaque commendans & miſericordiam, ait.

1 pſ. xxxi. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Grego. Gre. Quaſi diceret: cũ oẽs velit eſſe bti, diuerſi tñ de btitudine diuerſa ſentiunt. Sed quicquid illi æſtiment illud eſt ratum & catholicum quod illi ſolum ſunt (beati quorum remiſſę ſunt iniquitates). Gloſa. Non dicit in quibus non inuenit, ſed quorum remiſſæ ſunt. Hieronymus. Tribꝰ autem modis peccata dimittuntur: remittũtur ſiquidem per baptiſmum, teguntur per charitatem, non imputantur per martyrium (Beati) igitur (quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata). Idem Hoc eſt vt hic velentur ne in iudicio reuelantur. Gregorius in moralibus libro vigeſimo ſeptimo. Peccata nanque hic tegimus cum bona facta malis actibus ſuperponimus, quando abdicamus mala quæ fecimus, & bona quæ faciamꝰ elegimus. Caſſiodorus. (Iniquitates) autem ſunt, quæ ante ſuſceptam fidem ſiue per ignorantiam ſiue per ſcientiam committuntur (peccata) vero ꝗ poſt cognitionem fidei. vel gratiam baptiſmatis contrahunt. Innocentius. tertius. vel per hæc intelligunt tres maneries peccatorum. Originalium ſcilicet, venialium & mortalium. De originalibus dicit quod remittuntur, de venialibus quod tegũtur, de mortalibus quod non imputantur beato viro. Originale nanque vocatur iniquitas quam filij non committunt: ſed a parentibus contrahũt vnde contra æquitatem videtur vt filij pro parentibus puniantur. Peccata vero venialia tegit charitas iuxta illud. Charitas operit multitudinem peccatorum, de peccatis autem mortalibus: ſequitur. *Tribus modis dimittũtur peccata* *Tres ſũt ſpecies pctĩ.* *1. pe. 4.*

2 Beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu ✠ eius dolus. *✠ alia li. in ore.*

Hieronymus. Peccatum nanque quod per pœnitentiam tegitur non videtur: quod non videtur: non imputatur, quod non imputatur, non punitur (Beatus) igitur (vir cui non imputauit dominꝰ peccatum). Gloſa. Id eſt qui ſibi cauet a criminali peccato quod ad pœnam imputatur æternam. Innocentius tertius. Vel qui modo veraciter pœnitens ſuum confitetur peccatum ad veniam, Gregorius, Si enim nobis peccata noſtra imputauerimus, illa nobis non imputat deus: vnde quia imputare ſibi culpam ſuam. Adam noluit quando illam in creatorem refudit, mortiferæ damnationis ſententiam ad poſteros miſit. Gloſa. Cui itaque dominus peccatum non imputat oſtendit cum ait: Nec eſt in ſpiritu eius dolꝰ. Hieronymꝰ. Tanquam diceret illi dominus peccatum non imputat qui ſe confitetur peccatorem ſicut Nathanael & publicanus. Gregori. Qui ſe iuſtum non ſimulat qui ea etiamque occulte deliquit non celat. Caſſiodorus. Ipſe enim domino placet qui ſibi diſplicet: quia dum nos culpamus veriloquium, cum vero nos laudare volumus mendacium eſt. Gloſa. Cum igitur ille ſit beatus in cuius ſpiritu non eſt dolus. Ego vero. *Grego.* *Gloſa.*

3 Quoniam tacui ✠ inueterauerunt oſſa mea, dum clamarẽ tota die. *✠ alias attrita.*

Innocentius tertius. Tacuitꝰ inquam criminavt celaret & clamauit merita vt iactaret: tacuit vnde proficeret & clamauit vnde deficeret ergo & male tacuit & male clamauit. Et propterea ſubdit (Inueterauerunt oſſa mea). Gloſa. Id eſt interior fortitudo mea. Gregorius. Hieronymus. Per oſſa nanque vitutes accipimus, quia per eas animam ſicut corpus per oſſa ſuſtentamus: Innocentiꝰ tertiꝰ. hoc *Hierom.*

iubentis incedant,ne ſuis voluptatibus efferãtur, his itaq; retinaculis(maxillas eorum conſtringe) „ Idem. Maxillę adminicula ſunt animalium quibus eſca manditur vt corporis vita procuret. Innocentius.iij.Quæ profecto mandere nequeunt, quando chamo & freno cõſtrictę ſunt. Caſſiodo. Caſſio. Ipſas ergo maxillas dicit in obedientibus debere conſtringi: id eſt copias victuales parcius dari(ieiuniorum neceſſitate concluſi creatoris ſubdantur imperio. Glo. Vel(in chamo & freno)id eſt mi „ nori & maiori tribulatione,hoc eſt in freno infirmitatis,& in chamo paupertatis ſunt huiuſmodi coercendi vt vexatio eis tribuat intellectum.) Maxillas)dico(eorũ(qui non approximant ad te)hu „ miliando ſe. Caſſiodorus.Glo. Sunt enim quidã Gloſa. qui peccant carnis imbecillitate,a pijs tamen precibus non recedunt. Innocentii. Et quia qui nõ poſſunt cohiberi per frenum debent corripi p flagellum ſubiungit,& ait.

xiii ✠ alias peccatorum

Multa flagella peccatoris ✠, ſperantem autem in domino miſericordia circũdabit.

Grego.Caſſiodo. Tanq̃ diceret.Nolite fieri ſicut equus & mulus:quia(multa flagella peccatores)ſuſtinent contumaces,nolẽtes ire per ſemitas rectas, vt quod non faciunt ſpõte plagis adhibitis cogãtur implere.Qui enim per ſuperbiam erectus cõtra conditorem peccata augere nõ deſierit.Et hic curarum aduerſantium flagellis affligitur,& in futuro duplici nihilominus contritione cõteretur. Innocen.iij.Vnde multa merito dicuntur flagella peccatoris,quia & in carne flagellatur exterius.& in mente flagellatur interius.Flagellatur in vita præſenti & futura,flagellatur ex culpa, flagellatur ex pœna.flagellatur a deo, flagellatur ab homine, flagellatur a mundo,& flagellatur a demone. Nec poſſet quis per ſingula enumerare peccatorũ flagella.(Sperantẽ autẽ in domino miſericordia cir „ cundabit.)Idem.(Sperantem)inquit(in domino) „ non in ſæculo:in gratia nõ in merito.(Miſericordia circũdabit)hoc eſt in omnibus aderit ad ſalu „ tem. Caſſiodo. Diuina nanq; iuſtitia non ſperanti Caſſio. bus flagella,ita ſperantibus in ſe miſericordiã pollicetur.Grego.Qui diligentibus deum omnia co Greg. operantur in bonum,ita vt qui in amore cœleſtiũ fix⁹ ſæculum perfecte deſpexerit. Nulli omnino vanitati ſuccũbit,nulla hũc aduerſitas deiecit,nulla proſperitas corrumpit. Caſſiodo.Et bene dixit „ (circũdabit)vt nõ ſit locus relictus vnde poſſit ad eos diaboli hoſtilitas introire.Sequitur.

14 laudate.

Letamini in domino & exultate iuſti, & ✠ gloriamini omnes recti corde.

Auguſti. Auguſti.(Letamini)inquit(& exultate iuſti)non „ in vobis,ſed(in domino).Grego. Iuſtis autem ſolũmodo vt in domino letentur dicitur, quia qui deum toto corde nõ diligũt in eo letari quandiu ſęcularibus delectantur nõ poſſunt,neq; poſſunt hic gaudere cum ſæculo, & illic regnare cum chriſto.Caſſiodorus.Vnde qui in ſe gaudet fallaci prę ſumptione decipitur.Qui vero in domino letatur perpetua delectatione per fruitur.Eſt autem(letari)tacite mentis ſuauitate mulceri.(Exultare) vero eſt cõcitati animi feruore gaudere.Sequit̃(Et glo „ riamini omnes recti corde). Hierony.Recti corde dicuntur,quibus omnia iudicia dei placent, & ſe accuſant de ſuis peccatis, & deum ſiue ĩ proſperis ſiue in aduerſis ſemper laudãt,quib⁹ dicitur(Glo „ riamini)vt ſcilicet gloria veſtra ad deum referatur ſicut ait apoſtol⁹. Qui gloriatur in dño glorietur. 2.cor.10 Auguſtinus.Glo. Nõ ſicut curuus qui laudat deũ cum ſibi bene eſt cum vero male blaſphemat. Rectus vero ſemper deũ laudat, vt Iob. Inno.iij.Vel in ſperantibus iuſtis & rectis,tres ordines deſignãtur incipientium ſcilicet proficientium & perfectorum,Primis exhibetur miſericordia, ſecundis letitia,tertiis vero gloria.

¶Pſalmus trigeſimus ſecundus.

¶Titulus.

In fine pſalmus Dauid.

Hiero.Pſalmus iſte vocẽ continet pphetæ ad deũ hortantis populos: atq; monentis iuſtos, in quẽ debeant exultare. Gloſa. In eo nãq; propheta miſericordiam & potentiã dei commendat: & facta eius enumerat,agens de operibus creationis & recreationis vt timeatur potentia qua creat, & ametur miſericordia qua recreat. Et diuiditur in tres partes. In prima monet iuſtos vt in domino gaudeant. In ſecunda beatos eſſe clamat cultores dei. ibi(Beata gens). In tertia oſtendit quid de prædictis ſentiat: ibi(Anima noſtra) Intentione autem monet & inuitat ad laudes oſtendens:qui,& quæ, & quomodo,& quare laudare debeant.

Lyra dicit q; iſte pſalm⁹ caret titulo,ex quo ignoratur eius auctor. Et tamen tenẽdum q; fuerit factus ab aliquo ſancto propheta quicunq; fuerit ille dauid vel alius dicens q; eſt ſatis probabile q; Dauid eum fecerit. Hieroni. Gloſa.

Diuiſio.

„ „

ps.32. 1 ✠ alia li laudate.

Exultate ✠ iuſti in domino, rectos decet collaudatio.

Hieronymus.Caſſiodorus. Hortatur propheta ſanctos vt laudẽt deum: & vt non in terrenis delectationibus exultẽt,ſed in domino vbi gaudia continua ſuauitate perfecta ſunt. Auguſti. Gloſa. (Exultate iuſti in domino)non „ in vobis,nõ in ſæculo,quod perit ſicut iniuſti faciunt quorum exultatio finitur nõ in ſæculo: ſed „ (in domino.)Hieronymus. Alij enim exultant in rebus ſæculi huius,alij in circo alij in theatro, ſed „ (iuſti in domino.)Glo.Et quia in illo exultare nõ poſſumus,niſi laudando.ideo ſubditur(Rectos decet collaudatio).Gloſa.Auguſtinus. Praui corde ſunt qui dicunt deum vel non eſſe vel iniuſtum eſſe,vel negligere,hec cum vident malos florere & bonos pati,vel qui deum laudant quando ſibi bene eſt,blaſphemant vero quando male.(Recti) vero ſunt qui dirigũt cor ſcdm voluntatem dei, quã ſuæ præponunt,vt & Chriſtus docuit,dicens. Nõ Mat.26 ſicut ego volo,ſed ſicut tu.Hiero.Vel(recti)ſunt q „ in regula veritatis corda illorum dirigunt.Gloſa. (Rectos)inquit(decet collaudatio)non dicit laudatio,ſed collaudatio propter vnitatem eccleſiæ. „ Caſſiodor⁹.Collaudatio enim eſt multorum vno ore laudatio. Gloſa. Exultantes autem laudate hoc modo.

2 ✠ Alias decacor do.

CONfitemini domino in cythara, ī pſalterio decem ✠ chordarū pſallite illi.

Hieroni. Hieronymꝰ. Caſſiodo.(Cythara)dicitur ꝙ cita iteratione percutitur habens deorſum cauamen, habens etiam ſex chordas per quas opera ſanctorū intelliguntur, quæ ſunt opera miſericordię, & de illis chordis alię bene cantant, aliæ murmurant, ſic & ſancti alij ſic, alij vero ſic. Pſalteriū vero deſurſum habet cauamē & decem chordas, vnde per (pſalterium) intelligūtur prædicatio vel mādata, quæ de ſupernis veniunt. Et per decē chordas decem verba legis: quorum tria ad dei, ſeptem reliqua ad proximi dilectionem pertinent. Auguſti. Glo. Vel per cytharam caro, per pſalteriū charitas intelligitur. Glo. vt ſit ſenſus. (Confitemini domino in cythara) exhibendo corpora veſtra hoſtiam viuam, & carnem cū vitijs mortificando. (In pſalterio decem chordarū pſallite illi) vt ſeruiant mēbra veſtra charitati: & qa hoc non ſufficit niſi abūdauerit iuſtitia veſtra pluſq̄ ſcribarū & phariſæorum, ideo ſubditur.

3 ✠ alia li. diligenē cātate ei in iubilatione.

CAntate ei canticum nouum, ✠ bene pſallite ei in vociferatione.

(Cantate ei). Gloſa. Non tantum lingua ſed & vita. (Canticum nouum ſcilicet gratię, canticū charitatis & fidei. Hieronymꝰ. Quia nouus homo venit in mundum nouam nobis legem inſtituens. Caſſiodorus. Vel per (nouum canticum) intelligitur incarnatio domini, de qua angeli cantabant. Luc.ii. Gloria in altiſſimis deo, & in terra pax hominibꝰ bonæ voluntatis. Gloſa. Hoc autem canticum nō cantant niſi homines per gratiam renouati. Sequitur. (Bene pſallite ei) bonis operibus, & ſi queris quomodo (in vociferatione). Hieronymus. Ille enim bene pſallit qui implet opere quod cātat id eſt prædicat ore. Caſſiodorus. Bene enim pſallere eſt deum bonis operibus inuocare. Hugo card. Vel (bene pſallite ei in vociferatione) vt ex abūdādantia cordis loquatur. Male enim pſallunt q non attendunt quę dicunt, qui labijs deum honorant, cor autem eorum longe eſt ab eo. Gloſ. Cur aūt ſit deus laudandus, ſequitur.

4 ✠ alia li. q̄m rectꝰ ē ſermo domini

QVia ✠ rectum eſt verbum domini, & omnia opera eius in fide.

Gloſa. Ecce cauſas cur ſit laudandus, quia rectū eſt verbum domini. Caſſiodorus. Rectus eſt itaq; ſermo domini ad dirigendos ſcilicet homines. Nam veraciter rectꝰ dicitur qui rectos facit. Auguſtinꝰ. Gloſa. Et qui in omnibus nullū fallit, nichil enī promittit & nō reddit quia iudicium & miſericordiam diligit, vnde ſequitur. (Et omnia opera eius in fide.) Auguſtinus, Hoc dicit ne quiſq̄ ſe meritis operum perueniſſe ad fidem putet, cum in ipſa fide ſint omnia opera quæ diligit deꝰ. Hieronymꝰ. Vel (omnia opera eius in fide) iuxta illud euangelij. Math. 17. c. xi Mar. xi Luc. xv Si habueritis fidem integram, & dixeritis monti huic tranſfer te, & mitte te in mare, fiet. Hugo cardina. Vel ideo dicit (verbum domini rectum) qa orando aut prædicando intentio debet eſſe recta, vt ad cœleſtia non ad terrena dirigatur. Nam verbum domini incuruant quicunq; pro terreno cōmodo orant vel prædicant. Qui paupertatem laudant &c. diuitias amant, ſequitur.

DIligit ✠ miſericordiam, & iudicium, miſericordia domini plena eſt terra. 5 ✠ alia li. iuſtitiam

Hieronymꝰ. (diligit miſericordiā) qua nos aſſumpta carne redemit (& iudiciū) quo inter impios iuſtoſq; diſcernit. Glo. vel (diligit miſericordiam) in promittendo (& iudicium) in reddendo vel diligit miſericordiam in præſenti via, vocādo, & iuſtificādo, & iudicium in futuro bonis & malis ſecūdum eorum merita retribuendo, & credita nobis talenta cum vſuris exigendo. Augu. Diligit miſericordiā quam nunc prærogat, (& iudicium) quo id qđ prerogauit exigat. Caſſiodo. in hoc ſiquidem mūdo (miſericordiam diligit) dū peccatores ſuſtinet blaſphemos patiēter expectat, vitamq; præſtat indignis (diligit) quoq; (iudiciū) dū pios ſequeſtrat ab impijs, & eorum merita ęquitatis qualitate diſcernit, vbi autem illam quā ſupra dixit miſericordiam largiatur: ſubiungit cum dicit (Miſericordia domini plena eſt terra.) Hieron. Hieronymus. Totus ſcilicet mundus ſeu ſancta eccleſia, quia ſicut ille vbiq; eſt, ita & miſericordia ſua cū illo, & ab illo inſeparabilis eſt: quia non tātum vt iuſtos cuſtodiat deſcendit, ſed & vt peccatores redimeret & ſaluos faceret. Gloſa. Glo. Tria autem dicit nō cœli, quia cœli nō indigent miſericordia vbi nulla eſt miſeria. in terra autem abundat hominis miſeria, & dei miſericordia, indigent tamen cœli regente domino ſine quo nec miſer ſubleuatur, nec fœlix regitur, & ꝓpterea quia nec cœli propriam ſibi firmitatē præſtiterunt ſubiungitur.

VErbo domini cœli firmati ſūt, & ſpiritu oris eius omnis ✠ virtus eorum. vi ✠ alia li. o. ſ ornatus eorū

Hieronymus. Caſſiodorꝰ. Gloſa. (verbo domini) hoc eſt ſapientia, ſeu filio dei patris (Cœli firmati ſunt) id eſt apoſtoli plene inſtructi ſūt cum eo corporaliter conuerſando, ſiue iuſti & viri ſancti ſtabiliti ſunt. Gregoriꝰ. Celorū noie apoſtoli deſignantur Quid enim cœlorum nomine, niſi ſancti apoſtoli deſignantur, qui pluūt verbis & choruſcant miraculis, de quibus per eundē prophetam dicitur. Cœli enarrant gloriā dei (& ſpiritu oris omnis eius virtus eorum). Idem. Quia niſi prędicatores ſancti promiſſa paracliti dona perciperent nullo fortitudinis decore claruiſſent. Glo. (omnis autem virtus) ait quia & doctrina eorū & miracula a ſpiritu ſancto procedebant. Caſſiodorus. (virtꝰ) enim & ad miracula pertinet quæ faciebant, & ad legem domini quam gentibus prædicabant. Hieronymus. Caſſio. Caſſiodorus. In hoc autem verſu trinitas manifeſtiſſime declaratur, dicendo enim (verbo) filium declarat adiungēdo (domini) patrem dicit (ſpiritu oris eius) vtiq; ſpiritum ſanctum vult intelligi, & vt in tribus perſonis vnitas demonſtretur (eius) dicit non eorum, ſequitur.

COngregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. 7

Glo. Nūc adhuc ꝓſeqt̄ de operibꝰ ad potētiā ptinētibꝰ ex qbꝰ laudādꝰ eſt deꝰ dicēs ꝙ & ipe eſt (Cōgregās ſicut in vtre aquas maris). Caſſ. Idē. Quod

ſi ad literā velis aduertere,clauſum ſignificat mare littoribus. Hugo cardina. Quod ipſe dominus feciſſe legitur cum dixit. Congregētur aquæ quæ ſub cœlo ſunt,& appareat terra arida.Caſſiodor⁹. vel ſi hoc ſpiritualiter velis agnoſcere,hic vter eccleſiæ comparatur,quia ſicut ille ſuſceptas aquas, ſic & eccleſia adunationem populi credentis complectitur.vter enim eſt exutum pecoris tergus,qđ vſibus humanis deſeruit ad liquores congregandos,aquæ vero maris populum ſignificat chriſtianum.Hiero.dicit itaq₃(congregans ſicut in vtre) hoc eſt in nouo eccleſiæ homine(aquas maris)ſæculi populos,vt ſint vinum nouum ſicut dñs ait, In vtres nouos.Grego.in mora.lib.ix. & iterū li. xxix.vel quaſi ī vtre domin⁹,aquas maris congregat,cum miro moderamine cuncta diſponens in ſuis clauſis cordibus carnalium minas frenat,vter quippe eſt carnalis cogitatio,vnde aquæ maris in vnum congregatæ ſunt,cum amaritudo peruerſę mentis non erumpit exterius in vocem prauæ libertatis(ponens in theſauris abyſſos).Hiero. Hic per(abyſſos)myſteriorum cœleſtium altitudinem intelligimus(theſauris)vero eſt profunditas ſcripturarum q̄tum enim voluit,dominus per ſeruos ſuos nobis demonſtrare tantum per nos intelligere potuimus ipſam profunditatem ſcripturarum. Hugo.cardi.vel hoc dicit,quia theſauri eius ſunt inſcrutabiles ſicut abyſſus,vel quia peccatores per pœnitentiā facit lapides p̄cioſos,ꝓpter qđ ſequit̄

Gene.i.
Eccleſie ꝯparat vtre.
Quid ſit vter.
Mat.ix. Mar.ii dñs congregat i vtre aq̄s maris
theſaur⁹ quid denotat

8 Timeat dominū omnis terra ✠ ab eo autem commoueātur omnes inhabitantes orbem.

✠ alia li. ipm formidēt h̄itatores vniuerſi orbis.

Caſſiodorus.Gloſ.(Terra)hic durū ſignificat per oīa peccatorem qui merito terra dicitur,quia cœleſtis gratiæ largitate fraudat̄,ergo peccator iſte terrenus qui amare neſcit(timeat dominum)vt q nō deſiderio præmiorū a peccatis abſtinet, ſaltē vindictæ cōſideratione reuocetur,vel quia eccleſia de mari.i.de fluctuanti populo facta perſecutores habet,quaſi in vtre q nil,niſi permiſſi faciunt,& ponit eos ſibi ī theſauris vt ex eis donet milites flagellantes filios,propterea dicit vt non eos (ſed dominum timeat omnis terra).i.oīs homo(ab eo)autem(cōmoueantur omnes inhabitātes orbē. Caſſ. Glo.dicendo ab eo indicat,& a diabolo cōmoueri:ſed quod a deo vtiliter.omne enim qđ ab eo diſponitur,rebus ſemper vtilibus applicatur. Hiero. hæc q̄dē de futuro arbitrātur iudicio:ſed ad ſuperioris verſiculi expoſitionem magis reſpiciunt.

»
Gloſa.
Hierom

9 Quoniam ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.

Hiero.ad veritatē hebraicā ſic legit. Quia ipſe dixit & factus eſt,ipſo pręcipiente ſtetit. Idē Hieronym⁹.Tanquam diceret,ideo ipſum cūcta timeat, quia ab ipſo vel facta ſunt, vel creata.Caſſiodor⁹. Reddit nāq₃ hic cauſam quare a domio omnia debeant cōmoueri,quia eorū ip̄e creator eſt,dixit enī inquit & facta ſunt) in quo ſignificat initiū rerū ſeu creationē ſimul & formationē, mandauit vero p recreationē,mandauit vtiq₃ per prophetas legē per quā fideles domino volente creati ſunt. Glo. Et quia non tantum malos quando vult deus nocere permittit,ſed etiam eos quando vult ceſſare facit,ideo ſubdit.

Hieroni.
»

Dominus diſſipat conſilia gentium,✠reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat cōſilia principum.

r ✠ alia li. irr.tas fecit

¶Hoc reprobat conſilia principum in hebræo non eſt,teſte ibi Hieronymo in trāſlatione iuxta hebræum:ſed ſic legit.dominus diſſoluit conſilia gētium,irritas facit cogitationes populorū. & ſequitur pro ſequenti verſu cōſilium: Domini &c. Auguſti.(Dominus diſſipat conſilia gentium)nō eius regnū,ſed ſua regna quęrentiū(vel gentium) id eſt iudęorum qui tanq̄ increduli contra deum chriſtum ſuſurrant,non enim eſt conſilium, non eſt prudentia,nō eſt ſapientia,nō eſt fortitudo cōtra dominum.Caſſiodorus.vel tunc(diſſipauit cōſilia gentium)quando eas in ydolorum cultura nō per miſit diutius permanere(reprobat autem cogitationes populorum).Auguſtinus.Beatitudinem terrenam concupiſcentiam.Hieronym⁹. vel Phariſęorum ſcilicet & Saducæorū & reliquarū poteſtatum genera.Caſſiodorus.vel eorum quorum licet volūtas in nece dñi nefāda completa ſit, reſurrectione tamē ipſius cōſtat eſſe reprobata(& reprobat conſilia principum).Auguſtinus Talibus populis dominari quærētium.Hieronymus. vel Annæ vel Cayphæ , quorum oīm conſiliū ſemper in malo fuit,quod dominus reſurgēdo deſtruxit. Hugo de ſancto victore lib.ſententiarum.cap.xxxix. vel per gentes intelliguntur peccatores,per populos ſtulti per principes ſuperbi.Conſilium gentiū eſt concupiſcentia carnis. Cogitatio populorum eſt concupiſcentia oculorum. Conſilium principum eſt ſuperbia vitę , quæ omnia deus reprobat quia mundus tranſit,& concupiſcentia eius.Bene tamen populi cogitationes habent non cōſilium, quia ſtulti in populis ſignificantur.

Hieroni.
»
»
Caſſio.
Auguſti.
»
Cōſiliū triplex

11 Conſiliū tamen ✠ domini inæternum manet, cogitationes cordis eius in generationem‡ & generationem,

xi ✠ alia li. vero
‡ Alias in ſeculū ſeculi & i ſecula ſeculorum

Gloſa.Tanquam diceret illorū conſilia dominus reprobat(ſed conſilium domini) quo beatum nō facit niſi ſubditū ſibi(manet ineternum). Idem. Glo.Remigi.Quia nullo tēpore diſſoluitur. Glo. Et licet diuina ſentētia aliq̄n mutetur vt patet de Niniuitis Ionæ.iii.& de Ezechia Eſa. xxxviii.tamē ei⁹ cōſiliū nō mutatur. Cōſiliū eī dei ꝓprie accipitur ſecūdū diuinā ordinationē,put eſt in ſeipſo ſentētia autē aliquādo accipitur ſecūdū merita hominū & demerita q̄ ſunt variabilia.Hugo card. Qđ enī diſponit dñs ,mutari nō poteſt ab hoīb⁹. Cōſiliū enim meū ait dñs ſtabit,& oīs volūtas mea fiet.Caſſ.vel(p cōſiliū intelligim⁹ incarnationis archanū,ī quo cōſuluit dñs hoī(manet inæternū) hoc ē ad æternā ſalutē nobis obtinēdā(Cogitationes cordis ei⁹.)Caſſ.Glo p cogitatiōes itelligit p̄deſtinatioī qua oīa repoſita ſunt,q̄ & ſic p manēt vt ꝓuiſa ſūt Hiero. Aug.(Cogitatiōes)enī ſapiētię ei⁹ nō ſūt mutabiles(ſed manētes ī ſclm ſcli)iuxta illud.Celū & t̄ra trāſibūt,verba aūt mea nō trāſibūt

Eſa.xlvi
Mat 6.
& xxiiii
Mar .13
Luce.21.

12 Beata gens cuius eſt dominus deus eius ✠ populus quē elegit in hæreditatem ſibi.

xii Secūda ps ✠ alia li eorum.

Caſſiodor⁹.hic declarat quod in primo verſu propoſuit,qui ſcilicet ſunt recti aut quos decet domini collaudatio. (Beata)inquit (gens) cuius dominus deus eius.Hieronymus. gens ſcilicet chriſtianorum quę dominum elegit habere deum ydolis derelictis,quę credit ꝙ dominus creauit illas creaturas,de quibus ſupra mentionem fecit, non ꝙ tēpus illas adducat.Hugo cardinalis . Quę dominū deum eſſet credit., & eum vt deū colit,& ne homo hoc meritis ſuis aſcribat audiat quod ſequitur(populus quem elegit in hęreditatem ſibi). Hiero.populus videlicet chriſtian⁹ quē dominus elegit in hęreditatem vt dixit in alio pſalmo.Dabo tibi gētes(hęreditatem tuam)& alibi. Domin⁹ pars hęreditatis meę Auguſtinus.(Elegit)inquam quia nō a ſeipſo,ſed dei munere electus eſt. Hugo cardinalis.Et nota q̄d p̄io dicit gēs. Secūdo popul⁹. Tertio hęreditas.Gens pro ſtatu culpę. Populus pro ſtatu gratię.Hęreditas pro ſtatu glorię.Idē . Glo. Deinde oſtendit quomodo elegit deus populum in hęreditatem cum ſubiungit:

Ps.2 ps.xv.

xiii D E cœlo reſpexit dominus , vidit omnes filios ✶hominum,

✝alias Adam

Caſſiodorus.(de cœlo)enim(proſpexit dominus) quando proprij filij donauit aduētum , non enim homo reſpexit ad dominum , ſed dominus reſpexit ad hominem(& vidit omnes filios hominū.) Idem Hieronym⁹.Quod ait vidit(gratiā) ſignificat miſerantis . illos enim videre dicimus quibus & aliquid præſtitū eſſe declaramus . Omnes autē dicit vt omnibus miſereatur, quia nunquam reſpectus eius ſine miſericordia fuit(filij hominum) filij Adam ſunt vel ſucceſſores apoſtolorum.&notandum ꝙ non dicit viſa peccata,ſed filios hominum,nam cum delicta reſpicit ,punit. Cum hominem intuetur abſoluit,vnde alibi dicit. Auerte faciem tuam a peccatis meis ,& alibi. Ne auertas faciem tuam a me.

Ps.l. ps.xxvi. ps.142

14 D E✝ pręparato habitaculo ſuo,reſpexit ſuper omnes qui habitant terram.

✝alia li. de firmiſſimo.

Caſſiodorus.(De pręparato habitaculo(hoc eſt de futuro domini corpore quod pręparatum in prędeſtinatione fuerat . Auguſtinus.(de habitaculo) ſcilicet ſuſceptionis humanę quod pręparauit ſibi(reſpexit ſuper omnes qui habitāt terram). Auguſtinus id eſt miſericorditer vidit omnes qui inhabitant carnē vt pręſit illis in regendo eos.Caſſiodorus. Incarnationis enim miraculum ante ſęcula probatur diſpoſitum , quod periclitāti mundo quē diſpoſuerat facere poterat ſubuenire,Hug. cardinalis. Vel de pręparato habitaculo ſuo)id eſt de beata Virgine quā pręparauit id eſt prę alijs parauit ad habitandum(reſpexit ſuper omnes qui habitāt terram)id eſt ſuper omnes peccatores.Gloſ. (reſpexit)inq̄,ſed quare hoc?Quia ipſe eſt.

Hugo.

xv Q Vi finxit ſingillatim corda eorum qui intelligit ✝ omnia opera eorum.

✝alia li. habet in

Gloſa.(Qui finxit)id eſt manu gratię formauit ſigillatim(corda eorum). Caſſiodorus quibus intelligentię ſuę dona largitus eſt ,ſic enim dominus mentes iuſtorum format atq; diſponit vt ad miſericordię ſuę dona ꝑducat(ſingillatim) dicit id eſt diuiſim atq; diſtinctim)corda eorum)ſcilicet ſanctorū ſub domini timore viuētium.Hiero.Vt alij detur ſermo ſapiētię detur,ſciētię,alij interpretatio ſermonum,alij genera linguarū &reliqua quę operatur vnus atq; idem ſpiritus. Idem.Glo. Non autem debet accipi vt quidam fallaciter volunt ꝙ in Adam omnes animas creauerit,ex quo animā ex anima ęſtimant eſſe generatam ,ſed quia inſimul omnes cognoſcit,& omnes actus eorū prout ſequitur(Qui intelligit omnia opera eorum. Gloſa.Quo ſcilicet fine fiant . Caſſiodorus intelligit vtiq; quando actibus bonorum pręmia digna reſtituit,dicendo vero omnia opera ſignificat cogitationes,dicta , vel facta quibus bonum malumq; ſemper operamur.

Caſſio. 1.co.xii. Gloſa.

16 N On ✝ ſaluatur rex per ‡ multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuę✶.

✝alia li. nō ſaluabitur. ‡alia li. in multitudie exercitus ✶ ſuę additū ē

Gloſa. Quia ſupra dixit ſpiritualia eſſe a deo hic ſubdit ꝙ etiam corporalia a deo ſūt,ſcilicet corporis ſalus & alia quę continentur in his tribus ſcilicet in potentia,in fortitudine corporis & in diuitiis quę tria notat per hęc tria verba.(Rex.Gigas Equus,Non ſaluatur)inquit (rex per multam virtutem).Auguſtinus.id eſt non ſaluus fit qui carnē ſuam regit,ſi in ſua virtute multum præſumpſerit Caſſiodorus.(Regē)enim hic dicit hominem continentem qui quamuis regat corpus ſuum miſeratione diuina a vicijs carnalibus ,tamen ſaluus fieri nō poteſt dum de ſua virtute pręſumit. Iuſte enim virtus humana deſeritur,quando datum bonum atq; perfectū non largitari deo, ſed proprijs viribus applicatur per (Gigātem) vero vult intelligi eum qui virtutū magnitudine roboratur ,qui contra immanitatem diaboli aſſidua dimicatione confligit ,qui merito gigas eſſe dicitur ,a quo talibus ſpiritibus obuiatur ,ſed nec iſte ſaluus eſſe poterit ſi ſuperbię vicio ſubleuatus de meritorū ſuorum virtute præſumpſerit. Hug.cardinalis. Sicut pelagius qui dicebat det vitam,det opes,miſericordiam ipſe mihi parabo.

ſpiritalia ✝ tpalia dona a deo ſūt

Hugo:

17 F Allax✶equus ad ſalutem,in abūdantia autem virtutis ſuę nō‡ ſaluabitur.

✶alia li. falſus et alia mēdax. ‡ alias. non ſaluabit.

Caſſiodor⁹.(Equum)ponit pro fœlicitate humana,ſeu mundana,quæ hominem ſic portat,& accipit ſicut equus fallax qui cū iactando ſe graditur ruinam ſubito quam non oppinatur incurrit , ille enim dū campos appetit incautos fallere conſueuit,& ideo fallax dicitur . Gloſa.Fallitur enim quiſquis per ſe vel per hominem putat ſaluari(in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur). Hieronymus.id eſt nec Gigas , nec rex. Glo . Aut alius,ſeſſor eius per eam ſaluatur.Gloſa vel equus eſt corpus hominis quod quantumcunq; ſit ſpecioſum,& bene formatum,tamen fallax eſt ad ſalutem ſpiritualem aut corporalem. Hugo cardinalis vel corpus dicitur eſſe equus animæ qui eſt fallax ad ſalutem quando cum anima non refrenat a concupiſcentijs ſuis,vel equus dicuntur diuitiæ,iuxta illud.Vidi ſeruos ī equis id eſt in diuitijs quæ multos decipiunt,& in temptationes mittunt, & in laquæum diaboli.

Eccl.x. 1.tim.vi. Hugo.

xviii ✝alia li. timētes. ✝ alias ſperātes ſup miā eius

ECce oculi domini ſuper metuentes✝ eum, & in eis qui ſperant✝ſuper miſericordia eius.

Glo. Supra dictum eſt ꝙ in ſua virtute nullus ſaluatur, vnde ergo ſalus (Ecce oculi domini ſuper metuentes eum). Hieronymus. Oculi domini aſpectus diuinitatis. Caſſiodorus. Vel oculi ponuntur pro voluntate diuina, quia quos cōtractos habemus ipſos ſine dubitatione reſpicimꝰ, oculi ergo domini ſunt ſuper timentes eum, quia pietas ipſius eos protegit, quos ſe timere cognoſcit. Hieronymus. (Timentes) ſcilicet cum timore ſancto. Caſſiodorus. Sed quoniā dixit de timētibus oportune ſequitur de amantibus (& in eis qui ſperant) Gloſa. Non in meritis ſuis ſeu viribus (Sed ſuper miſericordia eius) Caſſiodorꝰ. Glo. Timere enim dominum, & ſperare in eum coniuncta ſunt, nam qui deum bene timet, & amat, qui bene amat, & timet. Hugo cardinalis. hęc enim duo ſimul eſſe neceſſe eſt his omnibus qui ſperant in miſericordia dei iuxta illud Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum (Et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius) iſtę nāq; ſunt Duę molæ quarum neutra ſumi debet in pignore. Cātor Pariſiēſis. Quia timor ſine ſpe deſperatio eſt. Spes vero ſine timore pręſumptio. Gloſa. Ad hoc autē ſunt oculi dñi ſuper timentes & ſperantes.

Pſa. cxlvi. Deute. 24

xix ✝alias viuificet Duo hic expetere debemꝰ.

VT eruat a morte animas eorum & alat✝eos in fame.

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Duo namq; iſta ſunt vota fideliſſimi chriſtiani vt ſcilicet in futuro iudicio eripiatur a morte perpetua, & hic ſpiritualibꝰ alimonijs nutriatur, vbi eſt indigētia bonorum (Eripit autem a morte animas iuſtorum) cum eas tollit de poteſtate diaboli (Et alat eos in fame). Auguſtinꝰ cum dat eis alimentum verbi, & ſempiternę veritatis, quod ammiſerat homo dum præſumpſit in viribus ſuis. Caſſiodorus. (in fame) autem poſiti ſūt qui ſe cœleſtium rerum deſiderio ſemper accendunt.

20 Tertia pars. ✝alia li. habet expectauit ✝alia li. patiens erit dño.

ANima noſtra✝ ſuſtinet✝dominū, quoniam adiutor & protector noſter eſt.

Gloſa, Tertia pars vbi oſtendit quid de præteritis ſentiat, eſt hic quaſi concluſio prædictorum. Idē. Gloſa. Tāquam diceret modo alit nos in fame, vt autem poſt & perfecte ſaginetur dicit (Anima noſtra ſuſtinet dominum). Hugo cardi. vel flagellantem vel pręmia differentem. Caſſiodorꝰ. Cum enī dicit ſuſtinet, patientiā ſignificat chriſtiani. Hieronymus. Qui quicquid acciderit ei, ſiue bonum, ſiue malum patienter ſuſtinet propter deū. (Quoniam adiutor & protector noſter eſt). Auguſtinꝰ. Caſſiodorus (adiutor noſter eſt) dum conamur ad deum, & protector dum reſiſtimus aduerſario. Hugo cardinalis. vel adiutor eſt ad bonum, protector autem contra malum. Caſſiodorus. Securus ergo ſuſtinet deum qui tali promiſſione fulcitur, & nota ꝙ poſt omnia præcepta patientiam ponit (vt viriliter cuncta tolleremus qui de tam magni præmij largitate confidimus. Gloſa. Ideo autem ſuſtinendus eſt dominus.

Auguſti. Gloſa.

xxi ✝alia li. cor nu. ✝ Alias ſperauimus

QVia in eo lętabitur cor ✝ noſtrū, & in nomine ſancto eius ſperabimus ✳.

Auguſtinus, Non enim in nobis, vbi magna ſine illo inopia eſt, ſed (in ipſo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperabimus). Caſſiodorus. id eſt in nomine chriſti quem patienter ſanctiſſimus propheta ſuſtinuit (& lętabitur) eum eſſe venturum. Hieronymus. Scimus enim ꝙ nullꝰ ſperauit in eum & confuſus abceſſit. Caſſiodorus. Quod autem dicit (ſperabimus) continuum tēpus ſignificat, quia non eſt fas deſinere, vnde ſemper poteſt anima feſſa recreari. Hugo cardinalis. Et quia ſperauimꝰ ne fraudemur a ſpe noſtra, ſubdit.

Hugo

xxii. ✝alia li expectauimus.

FIat miſericordia tua domine ſuper nos, quem admodum✳ſperauimus in te.

Gloſa. Subdit namq; orationem vt impleatur qđ dicit, tanquam diceret (ſicut ſperauimus) ſic (fiat miſericordia tua domine ſuper nos). Hieronymus. Iſtum verſiculum cogitare debet vnuſquiſq; antequam cātet, ſeu legatur, vt fideliter dicat (ſicut ſperauimus in te) ne alibi vaccet mens ſua. Caſſiodorus. Gloſa. In his enim verbis incarnationem cōpleri deſiderat, vt perfectus poſſit eſſe. Glo. Sed quo merito (Quemadmodum) inquit (ſperauimus in te) Tanquam diceret ita fiat, & per hoc fiat quia ſperauimus in te non in alio (ſed in te). Hieronymus. vt qui nos per baptiſmum abluiſti ſpiritus ſancti infuſione confirmes. Caſſiodorus. In te autem dicit vt omnes ſuperſtitiones, omnes prauitates excluderet cum vero domino ſupplicaret.

Caſſio. Gloſa.

¶Pſalmus.xxxiii.

¶Titulus.

Pſalmus Dauid. Cū immutauit vultū ſuū corā Abimelech, & dimiſit eum, & abijt,

Lyra. Proſequitur expoſitionē huiꝰ pſalmi iuxta hunc titulum.

Caſſiodorus. Cum Saul perſequeretur Dauid confugit ad Achis regē, ibiq; dum eſſet inuidia facientes ſuſpectꝰ, induſtrioſe (mutauit vultum ſuum (ita vt ſaliuis ora compleret, quatenus energuminus ęſtimatus miſeratione diuina faciente dimitteretur illęſus. Significabat enim ſaliuas hoc eſt ſcripturas diuinas in barba id eſt in fortitudine magna decurrere (pro achis) autem ad quem fugerat Dauid mutatum eſt nomen Abimelech. Auguſtinus. Gloſa. Eſdras enim hanc nominis mutationem fecit propter ſacramentum, ne putaretur ſola hiſtoria. Caſſiodorus. vel quia hoc nomen Abimelech. indicat patris mei regnum, quod ad dominum chriſtum bene pertinet, per quem glorioſus pater ſeruitium mundi ſanctiſſima deuotione ſuſcepit, ſed cum dicit (dimiſit) eum (regem) ſignificat (Abimelech & abijt) hoc eſt ad alias partes ſe contulit, quia ibi inceperat eſſe ſuſpectus. Hieronymꝰ. Tunc iſtum pſalmum cantauit, qui totꝰ circa pietatem, totus circa inſpectionem diuinā, totus circa compeſcēdas ſanctorum tribulationes commoratur. Hugo cardinalis. Et quia in præcedenti pſal

1. reg. 21.

Caſſio.

mo egit de operibus pœnitentię & miſericordiæ propter quę laudandus eſt deus,nunc in hoc pſalmo propheta laudat deum & alios inuitat ad laudandum,& maxime pro immutatione ſacramen-
Caſſio. torum veteris teſtamenti in nouum. Caſſiodor⁹. & eſt iſte tertius pſalmus eorum in quibus per actus Dauid ſignificātur chriſti futura miſteria, eſt
Gloſa. etiam ſecūdus per alphabetum imperfectū. Glo. ad quid autem poſite ſunt iſtę literę pricipijs verſuum hebręorum & non latinorum aut grecorū,ſuperius expoſuim⁹ pſalmo.xxiij. neq3 hic omnes pręponuntur ſed omittitur vau ſexta litera ſed. pe. ſeu mauis phe duplicatur decimo ſexto ſcilicet & viceſimo ſecundo. intentione autem monet pſalmus iſte ad nouum ſacrificium,credere mente, nō
Diuiſio pede.Et diuiditur in quatuor partes. Primo propheta laudē pręmittens monet manſuetos ad idē. In ſecunda ad communionem noui ſacrificij hortatur fideles,ibi(accedite).In tertia,incipiētes monet a quibus abſtineāt,ibi(venite) In quarta,agit de retributionib⁹ bonorum & malorū ibi(oculi).

Ps.33. 1 Aleph + alia li. domino
BEnedicam dominum + in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.

Hieronymus. Gloſa.(Benedicam)id eſt laudabo ore, corde, & opere(dominū). Glo.a deo enim benedicitur qui ipſum benedicit more boni famuli qui vileſcente domino vileſcit,& domino glorificato glorificatur cum ipſo(In omni tēpore).Hieronymus. Caſſiodorus. Cum ait(omni tempore) &ſemper docet nos,nec in aduerſis ſuccumbere debere nec in ſecūdis extolli,ſed tā proſpera quam contraria ęquanimiter(ferre,ac beatum ante oculos proponentes in omnibus quę acciderint dei benedicere nomine,(ſemper laus eius in
Caſſio. ore meo). Caſſiodorus.Gloſa.(in ore nanq3 hominis iuſti ſemper laus eſt dei quando talia,vel cogitat,vel loquitur, vt nulla redargutione culpetur
Laus vñ (Laus)enim a lauro dicta eſt quę ſolebat coronare victores.Hieronym⁹.(in ore)igitur,& corde hoc eſt intenta mente deū ſemper laudabo.Hugo car-
Grego. dinalis.Gregorius. Dignum nāq3 eſt deo ſemper gratias agere,qui nunquam ceſſat benefacere,hoc autem nō fiebat ante mutationem vultus Dauid, hoc eſt antequam teſtamentum nouum productū fuiſſet. Tunc enim pro ſola carnali mercede ſeruiebant domino,nec deum laudabant,niſi cū eis proſpere ſuccedebat,nunc vero laudandus eſt in omni tempore.Gloſa.Sed quia hoc facere non poteſt niſi humilis,ideo humilitatē cōmendans ſubdit

2 Beth.
IN domino laudabitur anima mea,
Mat.5 audiant manſueti & lętentur.

Gloſa.Non in me vel in exteriorib⁹(ſed in domino laudabitur anima mea). Hieronymus. hoc eſt vita mea.Caſſiodorus.Tunc enim gloriatur fidelis ſeruus quando laudabilem dominum habere cognoſcitur ſcit enim ad ſe referri bonum cū dominus eius fuerit multo rumore prędicatus.(Audiant manſueti & lętentur.Hieronymus. Manſueti id eſt ſancti qui aſpera mundi ęquo animo ſuſti-
Mat.5 nent.Beati enim manſueti quoniam ipſi poſſidebunt terram. Glo.Caſſiodorus.(Audiant)inquit hoc,Non dicit docti, non ieiunantes non pſallentes,Sed(manſueti)qui temperantiam hñt omniū rerum.Audiant)dico Et non triſtentur de hac mutatione ſed(letentur)Non iugum dei indomitorū more ferentes.Glo.Et quia ſpiritualis gratia non vult ſola facere quod multis proficit, ideo vocat alios dicens.Et o(vos manſueti.)

MAgnificate dominum mecum, Et exaltemus nomen eius in + idipſum. 3 Gimel + alia li. in inuicē pariter

Inidipſum ſtat aduerbialiter & idem eſt q3 ſimul vel ſimiliter & ideo litera hieronymi habet in pace dormiā ſimul & requieſcam & ſic eſt aduerbiū congregādi vnde ſepties in libro pſalmorum reperitur ſed vbi ſeptuaginta interpræters poſuerūt inidipſum beat⁹ Hiero. traduxit ſimul ſed vbiq3 continet magnum ſacramentum.Gloſa.Ex feruore charitatis hoc dicit cum hoc demonſtratiue dixiſſe non ſufficit.Caſſiodorus.Gloſa. Spiritualis nanq3 gratia nō vult ſola facere,quod multis proficit ad ſalutem.ne inter officia ſanctitatis deteſtabilis inuidia miſceatur.vñ vocat alios dicens.Magnificate,inquit(dominum mecum id eſt laudando & prędicando eum magnum.Et exaltemus nomen eius in idipſum.Hieronymus.Ac ſi dicat propheta.Quomodo ego amo.Et vos ſic facite vel(exaltemus nomen eius in idipſum)id eſt filium cui pater dedit nomen quod eſt ſuper omne nomen. Caſſiodorus. vel inidipſum ſignificat compoſitos choros quando pſalmodiam domini alterna ſucceſſione reſpondent.Gloſa vt autem inuitatos traheret,dicit quæ bona ſibi inde euenerant ſubdens.

EXquiſiui dominum + & exaudiuit me, & ex omnibus tribulatiōibus meis eripuit me. 4 Deleth + alia li. āguſtijs.

(Exquiſiui dominum)inquit. Auguſtinus. Glo. id eſt intus quęſiui munda cōſcia. Nec dicit aurū ſed(dominum)Caſſiodorus.Qui nō longo ſpacio terrarum,non per locorum latitudines forte diſtātes,ſed in corde quærit.(Et exaudiuit me) Idem. Quoniam intellectus eius vniuerſa complectitur id eſt.vbiq3 intelligit ſe quæri(& exaudiuit. Glo. Qui enim non auditur non ipm quęſiuit.(Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.Caſſiodorus.Glo.(Ex omnibus)dicit. Quia non poſſūt particulatim dici quanta impetrauit,qui nō aliud quam deum quæſiuit.

ACcedite + ad eum & ‡ illuminamini, & facies * veſtrę non confundentur. 5 He. + Alias aſpicite. ‡ alia li. ‡ confluite * alia li. ‡ vultus niſi non erubeſcent.

Hug.cardinalis.Quia ſupra dixit Magnificate dominum mecum. In hac ſecunda parte oſtēdit qualiter eum magnificare debeamus. Glo.Et hortatur alios dicens quod ipſe probauit(Accedite)inquit(ad eum).Hieronymus. Non loco,ſed fide & opere.Auguſtinus.Gloſa.(Accedite) fide inhærēdo,& duobus pedibus geminę charitatis currendo.Lyra.Ad eum enim acceditur non paſſib⁹ corporis,ſed affectibus mentis per veram cognitionem & amorem.(Et illuminamini). Hieronym⁹, id eſt mente intelligite quia niſi credideritis, nō Scda ps

„ intelligitis(.Et facies veſtrę non confundentur).
Idem. In iudicio quo impij confundentur in cō
„ demnationem.Auguſtinus.Gloſa.Vel(non con=
fundētur)quia quicquid hic fiat iuſto, non erubeſ=
cit, quia ſemper eſt apud deū ſuperbꝰ vero erubeſ=
cit in aduerſis,quia ad deum nō acceſſit.Lyra. Caſ
ſiodorus. Vel(nō confundentur) id eſt non patie=
mini repulſam in orationibus veſtris, Illius enim
facies confunditur,cuius petitio repellitur.Hugo
vi cardinalis. Hoc autem probat per exemplum pro=
Zai. ✠alia li. pheta dicens,
inops. ‡ alias ex. I Ste pauper✠clamauit & dominus
exaudiuit eum, et de ‡ omnibus tri
* Alias liberauit bulationibus eius ſaluauit*eum.
Hieronymus. Chriſtus ſcilicet dominus qui pro
nobis pauper factus ad patrem in paſſione clama=
uit. Caſſiodorus. Vel pauperem ſpiritualem deſi=
gnat,qui non tantum mūdanis opibus ſed vicio=
rū vbertate vacuatur. Iſte pauper eſt qui accedens
ad deum illuminatur cuius vultus non erubeſcit,
eccle. 35 quia quando ad dominum clamat ſalubriter & cō
petenter auditur,vnde ſubditur(Et dominus exau
„ diuit eum). Hug. cardinalis.quia oratio humilian
tis ſe penetrat cœlos.(Et de omnibus. tribulatio=
Caſſio. nibus eius ſaluauit eum). Hieronymꝰ reſuſcitans
Chriſtum a mortuis. Caſſiodorus. Vel hoc eſt qđ
accidere ſolet iuſtis quando in ſancta conuerſatio
ne animam reddunt qui de ſæculi iſtius clade con
fuſa ad ſecuritatem perpetuam transferūtur.Glo.
7 Sed quomodo hoc? Ecce.
Heth. ✠alia li. immittit I Mmittet ✠ angelus ‡ domini, in
circuitu timentium eum, & eripiet
‡ alia li. angelū dominꝰ eos.
Alias circūdat angelus dñi: in gyro Auguſtinus.Hieronymus. Iſte eſt magni conſilij
angelus dominus Ieſus Chriſtus, qui immittit in
eos qui timent dominū & eruit eos. Hieronymꝰ.
Vel hoc dicit quia non dubium eſt timētes domi=
num ab angelis cuſtodiri. Caſſiodorꝰ.(immittet)
dicit quia nō palam hoc facit,ſed occultis immiſ=
ſionibus operatur vt te neſciēte pro ſalute tua qđ
expedire poſſit accipias. Hugo cardinalis.Deinde
dicit(in circuitu) quia munit intus & extra cōtra
duplicem temptationem(& eripiet eos)Gloſa. In
8 futuro.
Theth ✠alia li. in eum. G Vſtate & videte quoniam ſuauis
eſt dominus, beatus vir qui ſperat
Gloſa. in eo✠.
„ Gloſa. Tanquam diceret non ſolum (accedite) vt
credatis,ſed etiam (Guſtate)& ſic videte quoniam
ſuauis eſt dominus. Gregorius. Cuius ſuauitatem
„ non cognoſcitis ſi hanc minime guſtatis. Caſſio
dorus. (Guſtate)autem non pertinet ad palatum.
ſed ad animæ ſuauiſſimum ſenſum. Hugo cardi=
nalis. Guſtate inquit prius in affectu.& ſic videte
in intellectu. Quoniam ſuauis eſt dominus. Glo.
Auguſtinus Quia eſt vita ſumenti pellens omnes
moleſtias in futuro. Beatꝰ vir qui ſperat in eo Hie
Auguſti ronymus. Quare beatus? quia illum habet qui om
nia habet hoc eſt deum. Auguſtinus. Quiſquis eni
Hieroni non ſperat in domino miſer eſt. Beatus vero qui
ſperat in eo. Hieronymus. Nō in incerto diuitia=
rū. Glo. nō in ſeipſo. Nō in cæteris hominibꝰ. ſed
in eo quē iam habet in ſpe. Hugo cardinalis. Sed
ne ſpes in præſumptionē luxuriet. Bene addit.
ix Ioth. ✠ Alia non habet oēs T Imete dominum ✠ omnes ſan=
‡ alia li. nihil deeſt. cti eius, quoniam non eſt ‡ ino=
pia timentibus eum.
Hieronymus. Caſſiodorus. Timorem domini om
nibus ſanctis imperat ne quis accepta ſecuritate de
cipiatur. Et ne quāuis benemeritus a ſaluberrima
„ intentione diſcedat. Quid autem vtilitatis timor
eius habeat, oſtēdit dicens.(Quoniam nō eſt ino=
pia timentibus eum). Auguſtinus. paſcebat enim
Gloſa. te dominus contemnentem: Nunquid nunc deſe
ret ſe timentem. quaſi dicat. abſit. Glo. Non enim
Hieroni eſt timentibus inopia quia etiā in pręſenti habēt
quantum exigit natura. Hieronymus. Quorum
enim deus Chriſtus eſt nichil boni deeſt. Nam iu=
ſticia dei omnia præſtat. Quęrite inquit regnum
dei & iuſtitiam eius & hęc omnia adiiciētur vobis
Caſſiodorus. O breuis ſententia O promiſſio im=
menſa. Poſſunt enim egere quibus diuitiæ, quibꝰ
ſalus corporis quibus regna tribūtur ſolus ille nō
eget qui deum timet propter quod ſequitur.
x Caph ✠alia li. leones; D Iuites✠ eguerūt, & eſurierūt in=
‡ Alias non deficient. quirentes autem dominum non
minuentur✠ omni bono.
Lyra.(Diuites) inquit(eguerunt)ad literam quia ſe
cundum Hieronymum in epiſtola ad Paulinum.
Auaro tam deeſt quod habet, quam quod non ha=
bet. Caſſio. vel(egent diuites) quando fidem non
habet rectā(eſuriunt)quando minime domini cor
pore ſatiātur, quid enim habent qui deum non ha
Grego. bent. Grego. in mora. lib. xv. Si enim de exteriori
fame egeſtas diuitum & eſuries diceretur, profecto
diuites non eſſent qui pane corporis indigēt, ſed
quia dum exterius multiplicantur, interiꝰ inanes
fiunt & diuites pariter & egentes eſſe memoran=
„ tur, quia videlicet pane ſapiētię ſatiari minime me
rentur. Gloſa, Quāuis (egeant) etiam aliquando
„ (diuites)pane temporali & inediam patiuntur in=
terdum(inquirentes autem dominum nō minuē=
tur omni bono). Hugo id eſt non habebūt minꝰ
quam omne bonum, deum ſcilicet qui erit eis om
nia in omnibus. Caſſiodorus Quia nullo bono de
ficiunt qui ſpiritali deſiderio perfruūtur. Cum
enim dominū diligimus in illo omnia reperimꝰ
Diapſalma. quia ipſe vnus eſt qui quæritur, ſed in quo omnia
continentur.
xi Lameth Tertia pars. V Enite filij audite me, timorē do=
mini docebo vos.
Lyra. in hac tertia parte hortatur ad bonum vitæ
actiuę quę conſiſtit in vitatione peccati, & opera
tione boni, Timor autem domini facit vitare pec
catum. Gloſa. Vt igitur ſciatis timere (venite filij
audite me). Caſſiodorꝰ. Gloſa. Vox paterna ſonat
„ vox pietatis admonet, vt vltro dicentem audia=
mus quem tacentem exquirere deberemus. Lyra.
(venite)inquit(filij)per deſideriū diſciplinę. Hu=
go cardinalis. Cum autem dicit(filij indicat timo
rem quem docere vult, filialem eſſe non ſeruilem
filius enim dicitur a philos quod eſt amor. Hiero
nymus. Vel ſancti filij dei dicūtur(audite me) Cā=
tor Pariſienſis. Et exaudite quia qui obturat aures

non proficit(Timorē domini) Hugo cardinalis.
non mundi,nō hominum(ſed domini). Lyra.qui
» eſt initium ſapiētiæ iuſtorum(docebo vos)Caſſio
dorus.Hoc dicit ne paueſcamus quod audiuimus
timorem.Nō eſt enim timor iſte qui formidetur,
ſed qui diligatur. Timor nanq; humanus amari-
tudinem habet,iſte dulcedinem, ille ad ſeruitium
cogit,iſte ad libertatem trahit,ille clauſtra metuit,
iſte cœlorum regna patefacit.

xii Mem. + alias cupit.

QVis eſt homo qui vult vitam di-
ligit+dies videre bonos.

Hieronym⁹. Vox eſt prophetę interrogātis(Quis
eſt homo qui vult vitam)ęternam ſcilicet. Gloſa.
Tāquam diceret Si vultis vitam diſcite timorem
quia in hoc eſt vita.Cantor Pariſienſis.Quod au-
Hugo tem dicit quis raritatis eſt nota.non impoſſibilita
tis.Hugo cardinalis. Multi enim volunt vitam
habere & dies bonos,ſed nolunt pro eis labora-
» re de qua autem vita intelligatur declaratur cum
ſubditur(diligit dies videre bonos. Caſſiodorus.
Bonos enim dies non iſtos dicit in quibus cadu-
cis delectationibus occupamur, ſed illos qui vere
boni ſunt,& in ſumma ſanctitate verſantur. Can-
tor Pariſienſis.Dicit etiam pluraliter propter in-
terminabilitatem eorum.Hieronymus.Ad inter-
rogationem autem prophetę alius dicit, ego vo-
lo,& alius pariter ego.Si ergo vis fac quod ſequi-
tur.

xiii Nun. + alias cohibe & alia contine.

PRohibe+linguam tuam a malo,
& labia tua ne loquantur dolum.

Hieronymus. (Prohibe linguam tuam a malo)
id eſt a detractione vel ab amaritudine quia dictū
eſt.Mors & vita in manibus linguę, & qui cuſto-
dit linguam ſuam cuſtodit animam ſuam. Cuſtos
Puer.8 enim iuſtitię ſilentium & pax. Nam ſi quis putat
Eſa.32 ſe religioſum eſſe non refrenans linguā ſuam hu-
Jaco.1 ius vana eſt religio. & labia tua ne loquantur do-
lum). Idem. Ne aliud ore aſſimiles aliud corde re-
tineas.Caſſiodorus.Dolus enim eſt quando falli-
mus audientem vt quod creditur ad auxilium in-
ferre videatur incommodum.

14 Samech. + alia li. declina. + alia li. ſequere.

DIuerte+ a malo & fac bonum in
quire pacem & perſequere+ eam.

Lyra.(Diuerte a malo)pręcepta negatiua quę ma
lum prohibent obſeruando(& fac bonum) pręce
pta affirmatiua quę ad bonum inducunt cuſtodiē
do.Hieronymus(diuerte)inquam(a malo &fac bo
nū hoc eſt deſtrue vicia & ędifica virtutes, nichil
Caſſio. enim prodeſt ſi vnum deſtruis & aliud non ędifi
cas.Auguſtinus.Quia parum eſt nulli nocere niſi
& bonum facias.Caſſiodorus.Nam primus virtu
tis gradus eſt aliena non quęrere,ſed illi ſuperior
eſt egentibus propria non negare. Gregorius in
mora.li.primo.Nequaquam enim bona deo acce
pta ſunt quę an̄ eius oculos malorum admixtiōe
eccle.ix. maculantur,hinc nanq; p Salomonem dicitur.
Jaco.2. Qui in vno offēderit multa bona perdit.hinc Ia-
cobus atteſtatur dicens / Quicunq; totam legē ſer-
uauerit,offendat autem in vno factus eſt omnium
reus,hinc & Paulus ait.Modicum fermentum to-
1.Co.5 tam maſſam corrumpit.Caſſiodor⁹. Et propterea
Caſſio. » non ſolum dicit(declina a malo). ſed addit(& fac
bonum)quia ipſum ſolum eſt quod nos liberat at

q; commendat.Gloſa.Nam primum vitat culpā,
iſtud vero meretur coronam.ſequitur(inquire pa »
cem)Lyra quę ſummum bonum eſt(& perſequere Gloſa.
eam).Glo.quia hic nunquam eſt pax iuſto cū cor-
pore ſuo,ſed ſemper pugna cum vicijs ideo pręci
pit pacem ſemper queri,& ſi hic plene haberi nō
poſſit perſequere tamen fugientem aliter in futu
ro non capietur.Caſſiodorus.Nam quare quęrē-
da eſt niſi quia hunc fugit/in futuro autem ſperan
da eſt vbi perpetua ſtabilitate conſiſtit. Hierony- »
mus.Auguſtinus.Vel(inquire pacem) id eſt chri- »
ſtum quia ipſe eſt pax noſtra (& perſequere eam)
id eſt imitare ab negando temetipſum,ſequendo
eam tollendo crucem tuam.

xv Ain. certa ps. + alia li. vultus + alia li. ad.

OCuli domini+ſuper iuſtos, & au-
res eius in preces+eorum.

Gloſa.hęc eſt quarta pars vbi agit de retributio-
nib⁹ bonorū & malorū.& ne iuſtus cui dictum eſt
declina a malo & fac bonū inquire pacem & per-
ſequere eam i periculis aliqua dubietate moleſta,
aut ex infirmitate diffidat ſubditur,quod oculi do
mini ſuper iuſtos Caſſiodorus. Cum dicit (Oculi »
domini ſuper iuſtos) continuam gratiam diuini-
tatis oſtendit vt aſpectus immobilis ſuper eos eſ-
ſe videatur.Hieronymus.Pietatis enim inſpectio Hieroni.
ne eos iugiter contemplatur.Auguſtinus. Gloſa. Auguſti.
Et quamuis interdum vt medicus ſecet & vrat,hoc
tamen facit vt ſanet & parcat inęternum.(Et au- »
res eius in preces eorum). Hieronymus.Quia quę
iuſta ſunt poſtulant.Gloſa.Et propterea quod pe
tunt dat gratiam ſcilicet pro gratia. Caſſiodorus.
Quę enim mora fiat ad audiendum cum in ipſis
habitet ipſe deus qui exaudit. Glo.Et nota ꝙ nō
ait ad(preces). Sed(in preces) in quo notatur cele-
ritas audiendi,dum in ipſis auditor habitat. Sed
forte dicit malus ,ſecure facio mala,quia nō ſuper
me oculi domini. Ad iuſtos enim deus attendit,
me autem non videt,Ideo ſubdit.

16 Phe.

VVltus autē domini,ſuper facien-
tes mala,vt ꝑdat de terra memo
riam eorum.

Auguſtinus. Glo.Non igitur putet malus ſe neſ- »
ciri(quia vultus domini ſuper faciētes mala). Caſ-
ſiodorus Quos ſic attendit vt non reſpiciat,ſic nō
reſpicit vt tamen eorum facta cognoſcat. Timea
mus ergo malum facere,quod eius ſcientiam no- »
uimus non latere. Hieronymus,Per(vultum)autē
hic furorem domini intelligimus. Lyra.Vnde in »
hebręo ſic habetur.(Ire domini ſuper faciētes ma
la),Caſſiodor⁹. Et intellige ꝙ vtroſq; videt domi
nus iuſtos ſcilicet vt parcat,peccatores vero vt pu
niat / vnde ſequitur vt perdat de terra memoriam
eorum.Hieronymus. Hoc eſt de terra viuentium Ps.68.
iuxta illud prophetę. Deleatur de libro viuētiū.
Caſſiodorus. Soli enim deo placiti terram illam
poſſidebūt.Memoria vero impiorū peribit, quia
non erit iniquorum inter iuſtos vlla commemo-
ratio.Auguſtinus Gloſa. Ita vt nec mentio, nec Luc.xvi
interceſſio fiat pro eis iter bonos, cum inter eos
firmatum ſit magnum chaos. Adeo enim placet
bonis iuſtitia dei vt non poſſint ad eos condeſcē
dere compaſſione ſcilicet aliqua propter confu-
ſionem peccatorum quę admiſerūt. Glo. Et vere

ſunt oculi domini ſuper iuſtos.Sed quare? quia.

17 Sade. ✠alia li. nõ habȝ iuſti nec eos. ‡ Alias hȝ eruit.

CLamauerunt ✠ iuſti & dominus exaudiuit eos, & de omnibus tribulationibus eorum ‡ liberauit eos.

Caſſiodorus. Iuſtos dicit clamaſſe ad dominum & ſemper eos ꝓfitetur auditos, nã & martyres quos de ſupplicijs tyrannorum minime liberauit ſunt exauditi & liberati quoniam ad cœlorum regna perducti omnibus tribulationibus probãtur exuti. Clamor enim iuſtorum non ſolum ad temporalem!, ſed maxime ad ęternam vtilitatem ſemper auditur. Hieronymus. Auguſtinus. Gloſa. [Auguſti.] Vel (clamauerunt) tres pueri inter flammas, filij Machabeorum Abraham & cæteri patres. (Et dominus exaudiuit eos) dum eos etiam corporaliter liberauit. Hugo cardinalis. [Hugo.] Nec mirum ſi exaudit quia propeeſt, vnde ſequitur,

18 Coph. ✠alia li. cõtritos. ‡ alias obmutuerunt. ‡ alia li. ſaluos facit.

IVxta eſt dominus his qui ✠ tribulato ſunt corde ‡, & humiles ſpiritu ſaluabit✶.

Hieronym⁹. Caſſiodorus. (Iuxta eſt dominus) nõ loco ſed auxilio, deus enim nõ eſt localis, ſed nunquam elongatur ab his qui propter illum ſuſtinẽt Auguſtinus. Gloſa. Altus enim eſt, ſed tamen vicinatur. Non quidem omnibus tribulatis corpore Sed (his qui tribulato ſũt corde) qui ſcilicet terũt duriciam cordis. Caſſiodorus Multi enim tribulãtur ſed non ex corde vt queruli fatui qui peccata non deflent, ſed mundana eos damna contriſtant Illi autem corde tribulantur qui aliena mala ſuas faciunt eſſe miſerias, qui mundum lugentes generalibus cladibus affliguntur. Cantor Pariſienſis Vnde in hebręo dicitur. (Iuxta eſt dominus contritis corde, & humiles ſpiritu ſaluabit.) Glo. Caſſiodorus. Humiles dicit ſpiritu non verbis quod habet plerunqȝ nequitia peccatorum. Hieronym⁹ Humiles ſpiritu ſunt mites & humiles corde, hos itaqȝ ſaluabit dominus, vt eis regna cœleſtia largiatur. Gloſa. Saluabit quidem eos, ſed non ita vt nichil omnino patiantur, quia.

xix Res ‡ alia li. eruet.

MVltæ tribulationes iuſtorum ✠, & de his omnibus liberabit‡ eos dominus.

Auguſtinus. Glo. (Multę) inquit (tribulationes iuſtorum) pauciores vero iniquorum. Idem. Hieronymus. Qui tribulationem non patitur non eſt iuſt⁹. Iuſtorum autem tribulatio morte finitur, peccatorum vero ſupplicia poſt mortẽ incipiũt. Caſſ. Glo. (Multę) ſiquidem (ſunt tribulationes ipſorũ) a diabolo ſcilicet ab inuidis hominibus & a ſeipſis. Lyra. Vt per patientię meritum perueniant ad maius pręmium, vnde ſequitur, (Et de omnibus his liberabit eos dominus) Caſſiodorus. In quo oſtẽditur potentia creatoris quam impedire non poteſt tribulationum multitudo. Auguſtin⁹. Glo. Liberabit quidem non ſemper corporaliter, ſed dando eis patientiam. Lyra. Et etiam interdum corporaliter liberabit, vt de tribus pueris legimus & daniele. Caſſiodorus. [Caſſio.] Ex his itaqȝ colligitur oẽm iuſtum multis quidem tribulationib⁹ onerari, ſed de omnibus indubitanter abſolui, quia

CVſtodit dominus omnia ✠ oſſa eorum vnum ex his non ✠ contereretur. 20 Schin. ✠alia li. cõfringit.

Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Glo. (Oſſa) dicit fidelium firmitatem, patientiam, ſcilicet manſuetudinem & cęteras virtutes quę in ſanctis perire nequeunt, quia domini cuſtodia ſeruantur Sicut enim oſſa noſtra in carne faciunt firmamentum, ita & virtutes in corde chriſtiano. (Vnum ex his non conteretur). Auguſtinus. Glo. Vt nec patientia pereat quod ſignificatum eſt in agno paſchali, de quo dicitur in Exodo. Os non comminuetis ex eo, [Exo. xii Ioh. xix.] quod impletum eſt in chriſto, cuius crura non ſunt fracta. Et impletur in ſanctis ſuis quorum patiẽtia in tribulationibus exercetur ſed non vincitur. Sequitur.

xxi Sin.

MOrs peccatorum peſſima, & qui oderunt iuſtum delinquent.

Hieronymus ad verita hebra ſic legit. Interficiet impium malicia, & odientes iuſtum culpabuntur (Mors) certe inquit ille (peccatorũ peſſima), quia & hic mala eorum innitiantur, & in futuro ſine fine torquentur Auguſtinus. Glo. Caſſiodor⁹. [Caſſio.] Nõ ſolum autem dicit mala, ſed & peſſima. Nam & ſi in diuitijs & dolorib⁹, & lamentis hominum ipſorum vita finiatur, in domo ſua intra limina ſua, in matura ætate. Tamen (peſſima) eſt, quia in peccatis eſt, & ad ĩfernum trahit, vbi recepti pœnas patiuntur ęternas. Lyra. Vnde in hebręo & in tranſlatione Hieronymi iuxta hebræum habetur. Interficiet impios malicia & odientes iuſtitiã. Gloſa. Et quaſi quis diceret, quorum peccatorũ mors eſt peſſima: reſpondet, (Et qui oderunt iuſtum delinquent) Aug. Hieronym⁹. Caſſiodor⁹. Glo. Qui ſcilicet oderũt dominũ ieſũ chriſtũ, qui iuſtificat impiũ, qui eſt ꝓpiciato peccatorũ noſtrorũ. Qui ergo hũc oderũt mortem peſſimam habent (quia in peccatis ſuis moriũtur q per eũ deo non reconciliantur. Caſſiodorus. Odiũt aũt eũ qui mandata ei⁹ non cuſtodiũt. Hieronym⁹. Vel (qui oderũt iuſtũ), hoc eſt vnũ queqȝ ſanctum peccãt. Glo. Mors quidem peccatorũ peſſima, ſed quid de morte iuſtorum. Sequitur.

22 Phe. ✠alia li. peccabunt ‡ alia li. in eum.

REdimet dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent ✠ omnes qui ſperant in ‡ eo.

Hieronym⁹. Caſſiodor⁹. (Redemit) nos chriſt⁹ ſãguine ſuo precioſo, & modo p ſingulos dies nos redimit de poteſtate ſedem mortis liberãdo. Glo. Hugo cardinalis. (Redimet) inquit (dominus aĩas) non quorũcũqȝ (ſed ſeruorum) id eſt ſibi obedientium, (Et non delinquent) id eſt non peccabunt ad mortem quamuis ſine peccato nõ ſint (Omnes qui ſperant in eo). Lyra. Spe ſcilicet formata charitate quę prouenit ex gratia & meritis. Auguſtin⁹ [Auguſti.] Glo. Iſte enim eſt mod⁹ humanę iuſtitię, vt quia ſine peccato non eſt homo, in hoc tamen non delinquat, id eſt in hoc mortale caueat, dũ id eſt quia ſperat in eo in quo eſt remiſſio peccatorum. Hieronymus. Caſſiodorus. Vel ſecundum aliam literã non derelinquet ſcilicet tanquã bon⁹ paſtor neqȝ hic, neqȝ in futuro eos ſcilicet qui ſperant in eum

non in proprijs viribus confidentes.

¶Pſalmus.xxxiiij.

¶Titulus.

In finē pſalm⁹ ipſi Dauid.

Lyra. Hic pſalm⁹ appropriat⁹ eſt ipſi Dauid tāq̄ eius auctori. Expoſitores tamen hebræi & latini dicūt communiter q̄ Dauid fecit hunc pſalmū contra perſecutionē Saulis petens diuinum auxilium, in qua perſecutiōe multos pſalmos fecit, qa diu durauit.

Hieroni.

Hiero. Augu. Caſſio. (Dauid) manu fortis ſeu deſiderabilis interpretatur. Manu fortis Chriſtus dicitur, quia mortem noſtram vicit deſiderabilis, quia vitam æternam promiſit. Gloſ. Quid enim fortius illa manu quæ hoſtē ſtrauit non armata, ſed in ligno crucis clauis trāſfixa? Quid deſiderabilius eo in quē deſiderant angeli proſpicere, propter quem martyres eum etiā non videntes voluerunt mori, vt ad illum videndum mererentur peruenire? Et eſt ſenſus tituli huius. Pſalmus iſte dirigens nos in finem attribuit ipſi Dauid. i. Chriſto qui hic loquitur nūc in perſona ſua, nunc in perſona corporis. Et eſt iſte ſecūdus pſalmus eorū qui late agunt de paſſione chriſti intentione monens vt aduerſa feramus inuocando deum cōtra inimicos in tribulationib⁹ huius ſæculi. In quo notandum eſt q̄ ea quæ in humilitate, fletu, ac lamentatione dicūtur non diuinitati, ſed aſſumptę carni conueniunt. Et diuidit in tres partes. Primo incipit ab oratione, orans p̄ ſe & aduerſarijs memorans culpam eorum. In ſecunda, præmittens de ſpe boni & gaudio. Narrat quē maligne & nequiter cōtra deum fecerunt, ibi, (Anima autem mea). In tertia, præmittens cōfeſſionem totius eccleſiæ, agit de fructu paſſiōis, ibi (Confitebor tibi) incipiens itaq; ab oratiōe in pſona ſua, & ſuorum membrorum, ait.

Sēſus tituli

Diuiſio

p̄s.34. Alias aduerſarios meos.

IVdica domine nocētes me, expugna impugnantes me.

Caſſiodor⁹. Gloſ. Incipit enim ab oratione pro vtraq; parte pugnę cum cōmemoratiōe culpę, & orat vnicuiq; quod meretur. Oſtendens quāta tulit ab aduerſarijs & pœnas quæ eis pro iniquitate reſtituuntur. Hiero. Et eſt iſta vox Chriſti in paſſione, & vox eccleſiæ in tribulatione dicentis. (Iudica domine nocentes me). Hiero. Iudæos ſcilicet & principes ſacerdotum. Caſſiodo. Vel clamat chriſtus ex humana infirmitate vt dānantur nocētes, id eſt diabolos cum miniſtris ſuis, malos nāq; iudicare dānare eſt. Pariſienſis Can. Per hoc enī verbum iudica) intelligitur aliquando dānatio, vt q non credunt, iam iudicati ſunt. Aliquando ſeparatio, vt Iudica me deus, & diſcerne cauſam meam. Aliquādo diſcutio, vt cum dicitur Dominus iudicaturus bonos & malos. Aliquando ſaluatio, vt nō dānabis eum cum iudicabitur illi. Aliquando correctio, vt ibi, Iudicium incipit a domo dei. i. caſtigatio. vnde poteſt hic accipi iudiciū iſtud vel pro dānare, & tunc ad malos pertinet, vel pro diſcernere & ſeparare illos ſcilicet qui pœnitebūt ab alijs. Sequitur. (Expugna impugnantes me). Hiero. Ac ſi dicat, tu fac vindictam pro me. Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Caſſiodo. (Expugna) inquit (impugnantes me). Quia qui impugnat, ſuperare contendit. Qui expugnatur omnino victus eſt. vnde merito immundi ſpiritus impugnatores dicuntur, quia licet ſanctos vincere nequeant, contendere tamen cum eis improba voluntate nō deſinunt. Hugo de ſancto victore lib. ſen. cap. xl. Vel nocentes ſunt qui voto malignitatis inſidiantur. expugnantes qui aperte perſequūtur. Poteſt itaq; vir iuſtus occultos inimicos ſuos iudicari. i. ad futurum iudicium reſeruari. Manifeſtos vero expugnari. i. in hac vita puniri, vt eorum pœna manifeſtata alios ab iniquitate retrahat, quos prius eorum malitia per exemplum ad iniquitatem animabat.

Hugo.

AP̄prehende ✝ arma & ſcutum & exurge in adiutorium michi. 2

✝ alia li. ſcutum & haſtam

Caſſio. (Arma) ab arcendo dicta ſunt q̄ per ea hoſtes violentiſſimos arceamus. (ſcutum) vero dictū eſt, quaſi ſculptū, ex eo q̄ in ipſo antiqui facta ſua ſignabant. Hierony. In (armis) itaq; cœleſtia adiutoria. In ſcuto diuina protectio deſignatur, quam ſecundum infirmitatē carnis ſibi poſtulat aſſignari per eū, qui armis hoſtes percutit (ſcuto) nos protegit. Quid igitur fortius, quid pulchri⁹, q̄ Chriſtū armatum ſtare pro ſuis ſanctis? Gloſ. Magnū profecto ſpectaculum videre deum pro nobis armatū. Hugo de ſancto victo. lib ſenten. ca. xlj. Qui in nobis dimicans aduerſarios ſuperat, dum nos pugnaturos contra aduerſarios armat. Cantor Pariſien. Faciens nos (apprehendere arma & ſcutum) loricam ſcilicet fidei, galeam ſpei, & gladiū verbi dei. Sequitur. (Et exurge in adiutorium michi.) (Aug. Gloſ. (Exurgere) dicitur (deus) dū nos excitamur. Aliquando enī dormit deus in naui. i. fides in corde noſtro, & tūc fluctuat nauis. Glo. Excita igitur Chriſtum dormientē, i. fidem, quæ ſi vigilaueris, fiet tranquillitas magna in mari. recedent enī oēs tentationes aut non pręualebunt.

EFfunde ✝ frameam & conclude‡ aduerſus eos qui perſequuntur me, dic animę meę ſalus tua ego ſum. 5

✝ alia li. euagina. ‡ alia li. p̄occupa et aduerſo perſequētem me.

Hiero. Caſſ. Per (frameā) hic itelligitur anima xp̄i per quā facit deus pater iuſtam vindictā cōtra diabolum vel anima cuiuſlibet ſancti, per quam etiā deus facit vindictam. Sicut per Petrū fecit de anania & Saphira, & per Helyā de quinquaginta viris (Et cōclude aduerſus eos qui perſequūtur me.) Hieronymus. Vel effuſus ſuper eos iræ tuę gladi⁹ eos concludat, ne ad nocēdū valeāt euagari. (dic). Pari. cā. Nō verbo tm̄, vt Moyſi, nec in ſpū vt Dauid, ſed opere & te. (dic aīæ meæ ſal⁹ tua ego ſum) Idē. Vt intelligat q̄ tu es deus me⁹, tu es ſalus aīæ meæ, & vt p̄ter te nullū q̄rat. Au. Quia ſuggerūt ei inuiſibiles hoſtes dicētes nō eſt ſal⁹ ipſi i d eo ei⁹.

Actuū.5. 4.reg.1

p̄s 3.

COnfundantur & reuereantur, quęrentes ✝ animam meam. 4

✝ Alias requirentes et alia inquirētes

Auguſt. Glo. Prophetia eſt nō optatio. q. d. Salua animā meā ita vt quærētes eā perdere, (Cōfundātur & reuereātur). i. timeāt pœnas. Caſſio. Confundi enim eſt facta ſua erubeſcere, & in meliorē ſententiam commutare. Et propterea vt intelligeres ad cōuerſionem confuſionem petitam addidit. (&

reuereantur).i.emendati colant & diligant quem perſequendum eſſe putauerũt (quærentes animã meam.) Gloſa. Volẽtes eã perdere,nõ imitari. Caſ. In malã enim partem hoc dicit,qui ſcilicet ſic animã meã quærũt vt eam non venerari velint,ſed a corpore ſegregare feſtinent. Nam quæri animam chriſti,& in bonam partẽ dictum eſt,vbi ait. Perijt fuga a me,& non eſt qui requirat animam meam.

querere aiam in vtrãq; partem.

5 ✠ alia li. & erubeſcãt qui

AVertantur retrorſum & confundantur ✠ cogitantes mihi mala

Auguſti. Gloſ. Non pręcedant,ſed ſequantur,nõ dent conſilium,ſed accipiant. Petrus enim præcedẽdo ſathanas,ſequendo diſcipulus fuit hoc itaq; eſt qđ dicit (Auertantur retrorſum). Caſſiodorus. Sic eñ dictũ eſt Petro redi retro ſathana non qdẽ vt periret,ſed vt dñi voluntatẽ impleret. Hierony. Vel in malũ dicit,(auertãtur retrorſum) vt ſcilicet nõ proficiant perſecutores eccleſiæ.(Et cõfundãtur cogitantes mihi mala. Caſſio. Ipſi eñ oẽs mala cogitant,dum pręter catholicam fidẽ aliqua praua intentione docere feſtinant.

Mar.8.

vi ✠ Alias impellãt

FIant tanquam puluis ante faciem venti, & angel⁹ domini coartãs ✠ eos.

Hieronymus. Id eſt angelo perſequente diſperdãtur vt nihil prorſus ex his vel modicum relinquatur. Cantor Pariſiẽ.(Puluis) enim hic non eſt nota humilitatis vel venialis culpæ,ſed ariditatis ſine humore gratiæ. Hiero. Vnde (puluis) leues vel infructuoſi homines dicti ſunt, quia ſicut puluis ante ventum,ſic erunt peccatores ante ſententiam diuinã,in die iudicij.(Angelus) vero (dñi) ſpiritus malus eſt,ſed ſi malus cur dñi? Si vero domini cur malus? domini quidem eſt creatione. Hugo cardi. Qui velit nolit dño ſubiectus eſt. Hiero. Malus vero eſt non natura,ſed adinuentione ſua. Auguſti. vel ventus tentatio eſt.(Puluis) vero iniquus: qui qñ venit tẽtatio tollitur,nec ſtat,nec reſiſtit,ſed cedit tentationi,vel ſuggeſtioni etiã minimæ. Gre. lib.iiij.mora. Qui cũ in corde ſuo aura tentatiõis rapitur,quaſi ante faciẽ venti puluis eleuatur. Caſ. Vel in bonã partẽ (puluis) terra arida dicitur, quæ vento flante ſtare non ſinitur, ſed in auras eleuat̃, ita voluntates peccatorũ cum fuerint inſpiratione cõmonitæ,a vitijs ad virtutes eleuantur.

peccator; puluis dicitur.

Angelus mal⁹ dñi eſt.

puluis i bonã ptẽ

7 ✠ alia li. fiãt vie.

FIat ✠ via illorum tenebræ & lubricũ, & angelus domini perſequens eos.

Hiero. Auguſti.(Tenebræ) ignorantia dicitur. (lubricũ) vero luxuria.(Fiat) itaq; (via illorũ tenebræ, & lubricum) vt ſcilicet non cognoſcãt veritatis lumen,nec firma ſtatione cõſiſtant,ſed vt lubrici fiant greſſus eorũ. Auguſti. Gloſa. Et ſi qñ forte tẽtationi reſiſtant,fiat eis obſcura,& lubricoſa via.i. inconſtans.(Et angelus dñi perſequens eos.) Idẽ. Qui nõ ſinat eos ſtare, donec luceat lux gratię añ pedes eorum,ſed in varia mala præcipitet. Caſſio. Vel in bona via per quã ambulant.i. opera ſua fiant eis tenebroſa,vt illa horreant,& lubrica,vt i eis diu ſtare non poſſint. Et ſi decreuerint immorari (angelus).i. virtus domini perſequatur eos) ne in ſceleribus longius hęrere ſinantur. Gloſa. Deinde cõmemorat culpam inimicorũ,& quaſi quis quęreret,quo merito ſint tanta mala? eis reſpondet: audi quo merito,

Lubricũ.

8 ✠ alia li. muſcipula corruptionis ſue inuidias tetẽ ſui. ‡ Alias ſine cãſa derũt aie mee.

QVoniam gratis abſconderunt mihi interitum ✠ laquęi ſui ſuperuacue ‡ exprobrauerunt animam meã

(Quoniam gratis) inquit. Hieronym⁹ Caſſio. Id eſt ſine, cauſa cũ eis nihil mali fecerim. Illud eni gratuitũ dicimus quod non alicuius rei cõpenſatione tribuit̃.(Abſconderunt mihi. Caſſiodorus. Vt illi putabãt q diuinitatis potentiam nõ credebãt.(Interitũ laquei ſui): Hiero. Et bene ſui: quia quẽ putabãt domini interitũ,eorum effectus eſt laqueus. Caſſio. Glo. Ille enim laqueus non morientis erat ſed peccantis magis interitus. Gloſa. Vnde alia litera habet (Abſcõderũt michi muſcipula corruptionis ſuæ,ſuperuacue exprobrauerũt animã meam.) Auguſti. Gloſa. Plura falſa dicentes, & nihil ꝓbãtes. Hiero. Nichil enim vtile habuit exprobratio eorum. Caſſiodo. Quid enim plus vanum,& inutile,q̃ illud ad culpã prauitatis ſtudio velle conuertere,prout illi conabãtur facere qđ prędicabat̃ oĩb⁹ ad ſalutem. Hugo cardina. Et nota ꝙ in hoc verſu multiplex cauſa aſſignatur quare prædicta patiantur. Innuitur enim primo eorũ malitia,quia (gratis) ſecundo fraudulentia,quia (abſconderũt). Tertio crudelitas,quia (interitum) Quarto ſtultitia, qa (ſuperuacue). Quinto contumelia,quia (exprobrauerunt). Sexto prę ſumptio,quia (animam meam) Sed quia per quæ quis peccat,per hæc & torquet̃, propterea ſubditur.

9 ✠ alia li. muſcipula quam ignorat calamitas. ‡ alia li. nõ hʒ in ipſum

VEniat illi laquæus ✠ quem ignorat, & captio quam abſcondit appræhendat eum, & in laqueum cadat in ‡ ipſum.

Hierony. Excidiũ illud minatur ꝓpheta, qđ euenit iudęis temporibus Veſpaſiani (veniat) inquit (illi populo) ſcilicet iudęoꝝ laqueus quẽ ignorat. Glo. Nihil eñ iuſtius q̃ illa euenire eis q̃ abſcõderunt,vt inde decipiantur vnde decipere voluerũt. Inde illis noceatur,vñ nocere coacti ſunt,propter quod ſequitur (Et captio quã abſcondit appręhendat eum). Hiero. Mors ſcilicet repẽtina: quã occulte deo noſtro moliebãtur,vt incidãt in foueã quã fecerunt.(Et in laqueũ cadat). Glo. Nõ in aliũ,ſed in ipſum quẽ mihi tetẽderunt. Nemo eñ mal⁹ eſt, qui nõ ſibi prius noceat. Caſſio. Glo. Vel in bono põt accipi laq̃us,& captio & dicit hoc optãdo bonum eis de morte Chriſti prouenire.q.d. Veniat illi laqueus veritatis (quẽ) peccator (ignorat). Et captio quã abſcõdit.i. abſcõdita mors Chriſti apprę hendat eũ. ne ſcilicet ſuis ſcelerib⁹ relinquatur (& in laqueum cadat) bonum ſcilicet quo a malis cohibeatur (in ipſum).i. ipſa morte Chriſti.

Laque⁹ in vtrãq; partem.

10 Secunda pars. ✠ alia li. ſalutare eius.

ANima autem mea exultabit ĩ domino, & delectabitur ſuper ✠ ſalutari ſuo.

Aug. Glo. & Hugo car. Hęc eſt ſecũda ps vbi p̃miſſa ſpe boni,& gaudio enarrat chriſt⁹ q̃ maligne erga eũ egerunt iudæi,& tanq̃ diceret hęc quæ dicta ſunt fient malis mihi nocere volentibus, Michi autẽ quid? Anima autem mea exultabit in domio. Caſſio. Prima quippe ſanctę animę beatitudo,eſt

exultare in domino,quia totum illic conqueritur
cum mens ſibi puriſſima deſtinatur. nam qui læ-
tatur in domino,nec gaudium eius aliquando de-
ficit.nec ſuauius quicq̃ quod amare poſſit inueni-
tur.quid autem ſequitur hanc exultationem hoc
ſcilicet quia delectabitur ſuper ſalutari ſuo. Hie-
ro.Chriſto ſcilicet,Salutaris enim noſter Chriſt⁹
Caſſio. eſt. Caſſio. vnde ſalus egreditur, & vita præſtatur,
cum ipſe ſit fons miſericordiæ:ſupplicantium &
remiſſio peccatorum.Augu.Gloſa. ipſo enim ni-
hil ſuauius,ipſum ergo pete.Et i illo habebis oīa.
Greg.in mora.li.xviij. Et quia carnes meę verbū
non habent,quia infirma mea apud te deus fundi
tus ſilent,oſſa mea tuę magnitudinis laudem di-
cūt,quāuis ipſa quoq; quæ eſſe in me fortiora cre
didi tua conſideratione cōtremiſcunt,ꝓpterea.

x ✠alia li. tui.

Omnia oſſa mea dicent, domine quis ſimilis tibi.✠

Oſſa xpi apoſtoli. ps.xxi.

Glo.Hug.car.Omnia oſſa.i.omnes diſcipuli mei
qui dicūtur oſſa Chriſti qui alio loco per prophe-
tam dixit,diſperſa ſunt omnia oſſa mea in paſſio-
ne ſcilicet.Caſſi.Oſſa enim fortitudinē animi , &
conſtantiam mentis ſignificant,quæ merito oſſi-
bus comparantur,quia ſicut illa corpus,ita & hęc
ſanctas voluntates corroborant,dicunt ergo hic.
(Oſſa mea dn̄e quis ſimilis tibi: Hie.quaſi diceret
nullus.Glo.Quia ipſe eſt ſolus qui eripuit homi-
nem de manu fortis,vnde ſubditur.

xi ✠alia li. eruens ✠alia li forti.

Eripiens ✠ inopem de manu fortiorum ✠ eius, egenum & pauperem a diripientibus eum.

Caſſiodo.Augu.Glo.(Inopē,ægenum,pauperē,)
hæc tria in vnum collecta genus humanum ſigni-
ficāt,& ſuam calamitatē indicāt. Inops enim erat,
quia mortale.(Egenus)quia oris in ſudore quæ-
rit panem.(pauper)quia de pura ſapientia deiect⁹
tenuem & vmbratilem habebat rationē. Hunc tn̄
per incarnationē ſuā dominus liberauit de manu
fortior eī⁹. Glo.i. de manu diaboli qui tēebat eū.
(Et a diripiētib⁹ eū(.i.a mēbris diaboli.Hugo car.
qui diripiebāt eū.i. dire rapiebāt ad infernū. Hie.
vel intelligit verſ⁹ iſte de xpo.qui ꝓ nobis inops
& pauper factus eſt,vt illius inopia nos ditaret.

xiii. ✠alias exurgentes vel inſurgentes.

Surgētes ✠ teſtes iniqui, quę ignorabam interrogabant me.

Caſ.Glo.dictis calamitab⁹ hominis.Ne ipſe Chri
ſtus alienus ab his videatur paſſionem ſuam expo
nit dicens.(Surgētes).Glo.quaſi ſubito & immo-
derate teſtes iniq. Caſſ.Glo.Reuera īiqui erāt con-
tra veritatē, iuſtitiamq; locuturi.(Quæ ignorabā
interrogabant me Caſſiodorus. Quæ ignorabam
hoc eſt q̄ me dixiſſe oīmodis neſciebā.Glo.& Hu.
car.vel quæ ignorabā ſecundū opinionē ipſorum
vel per approbationē (vel per experiētiā. Au.Glo.
vel(interrogabant eū de peccatis q̄ ipſe ignorabat
facere Chriſtus eni qui eſt cognitor iniquitatū,di-
citur ignorare peccatum.Non quidem non viden
do,ſed non committendo.

14 Retribuebant michi mala pro bonis, ſterilitatem animę meę.

Gloſa.Tanq̄ diceret Chriſtus.Cū veniſſem ſaluare
eos & curaſſem infirmos eorū.Ipſi tamen(retribu
ebant michi mala pro bonis)Pariſienſis can. Hęc
deteſtabilis ingratitudo.Caſ.Cum enim Chriſtus
vitam credentibus cōtuliſſet, iſti mortem reddere
maluerunt.Aug.Glo. Cum attuliſſem eis fœcūdi
tatem,ipſi retribuebant ſterilitatem,ille vitam,ipſi
mortem,ille honores,ipſi cōtumelias,ille medici-
nam:ipſi vulnera.Caſſio. Hæc itaq; ſterilitas ani-
mæ fuit quando magiſter bonus in ipſis fructum
fidei reperire non potuit.Aug.Glo. Sicut nec in Mat.21 mar.11
ficulnea,cui propterea maledixit,quia cum quęre
ret͛ i ea fructū nō inuenit,ſed tātū folia.Sic & in ſy-
nagoga verba reperit non facta, iuxta illud quod
apoſtolus ait,Qui prædicas non furandū furaris. Rom 2

Ego autem cū mihi moleſti eſſent, induebar ✠ cilicio. xv ✠alia li. infirmarer ab eis.

Hiero.Hæc ſunt arma ſanctorū. Totus enim iſte
pſalmus in perſona Chriſti eſt,& per Chriſtum ad
omnes ſanctos referri poteſt.(Ego autē)inquit (cū
mihi moleſti eſſent).Caſſio.Glo.Dum ſcilicet iu-
dęi ſeuirent in me,& ꝑ contumelias,& inſidias eſ-
ſent mihi moleſti.(induebar cilicio.) Gloſa.id eſt
ſub carne mortali latebam ſecundū diuinitatē,qa
non exercui potentiam.Hiero.legimus ieiunium
illius,nō legimus ciliciū ſed per cilicium peccato
res:quia veſtitus pœnitētiæ eſt,ac ſi dicat. Induit
enim ſe diuinitas carne,& de peccato dānauit pec
catum.Caſ.Et propterea(cilicium)ſe induiſſe cō-
memorat,quia diuinitatē ſuā carnis velamine te-
nebroſis mentibus occultabat.Glo. (Cilicium)eī Ciliciū vn̄ fit
fit de pilis caprarum,quę in lege veteri offereban Nu.xv
tur pro peccatis.Caſſiodorus.Vel fit ex hedis, qui
ad delicta iure referuntur,quoniam in iudicio do mat.25
mini in peccatorum parte ſunt poſiti.Aug.Gloſ.
vel caro dicitur cilitium propter ſimilitudinē car-
nis peccati.

Humiliabam in ieiunio animā meā & oratio mea in ſinu ✠ meo conuertetur. 16 ✠a'ia li. in ſinum meum reuertet

Caſſiodo.(Ieiunium)dictū eſt quaſi inediū quod Ieiuniū vnde.
abſtinentes diutius ad inediā vſq; perducat. Ieiu-
nium autem dn̄i fuit, quādo nō inueniebat quos
in cibos ſpirituales aſſumeret.Gloſa.Iudæi enim
nulla bona opera faciebant,& apoſtoli fugerāt, &
ſe abſconderēt vnde vix vnum latronem inuenit,
quē in cruce guſtauit. Poteſt etiam & ieiuniū cor- Mat.4
porale domino cōuenire,quoniā quadraginta die
bus & quadragīta noctib⁹ ieiunauit i deſerto.Hie.
Eſuriens etiam venit ad arborē fici,& ſitiēs ad fon
tem aquæ.Sequit͛.(Et oratio mea in ſinu meo con mat.xxi.
uertet͛.Aug.Glo.(Sinus eſt ſecretū,i quo orare iu- mar.xi.
bemur.Secretum vero chriſti eſt diuinitas ad quā Luc.xix
orat humanitas.Caſſ.Glo.Cuius oratio dum ſcili- Iohā.4
cet orauit ꝓ eis in cruce:& eam miſerabiles iudæi
minime ſuſcipere mererētur remeabat in ſinū eius
id eſt in ſecretū pectoris vnde fuerat egreſſa:prout
alibi dicit. Pax veſtra ad vos reuertetur. mat.x.

Quaſi proximum quaſi fratrem ✠ noſtrum ſic complacebam, quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar. xvii. ✠alia li. meum

Hiero.ſic legit iuxta hebrēū,quaſi ad amicū, qua-
ſi ad fratrem meum ſic ambulabā quaſi lugens ma
ter triſtis incuruabar.Caſſio.Glo. Hic mutat⁹ eſt

nominum caſus,pro ablatiuis enim accuſatiui poſiti ſũt vt ſit ſenſus.Et ſi moleſti eſſent iudæi, ego tamen ſicut de ꝓximo:ſicut de fratre noſtro.(Ita mihi complacebam(id eſt de eorum affinitate gaudebamˢ qui me hoſtiliter inſequebantur. complacebat enim in illis dominꝰ,quãdo eos docebat ne delinquerent,quando pro ipſis patri in cruce poſitus ſupplicabat.Glo.Et quãuis hæc omnia faceret,ipſi tamen conuerti nolebant. Et propterea ego(quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar). Caſſio.In hoc enim lugentem & contriſtatum ſe eſſe cõmemorat,quia in cunctis iudęis quos ſummopere diligebat fidem inuenire non potuit quã quærebat.

xviii ✝alia li. hʒ ĩvnũ. ‡alia li. ignorauerunt

ET aduerſum me lętati ſunt & cõuenerunt✝,congregata ſunt ſup me flagella & ignoraui‡.

Hiero.ad hebraicã verita.longe aliter legit ſic,ſcilicet,Et in infirmitate mea lætabãtur:& cõgregabãtur collecti ſũt aduerſum me percutientes, & neſciebam ſcedentis & non tacentes. Hiero.(Lætati ſunt)iudæi,quando Chriſtum appræhenderũt vt eum crucifigerent,&(cẽuenerunt in vnum.) Idẽ. Ad hoc vt eũ crucifigerent,non vt crederent.(Cõgregata ſunt ſuper me flagella.)Idem. Cum Pilatus dixit.Dimittam eum emendatum,id eſt flagellatum.(Et ignoraui.)Idẽ.Non ꝙ ignoraret Chriſtus aliquid,ſed ignoraui: quia ꝓpter quod iſtud mihi accidit,non commiſi,nec habui cõſciẽtiam peccati,propter quod flagellari vel crucifigi debuerim.

xix ✝alia li. diſſoluti

DIſſipati✝ ſunt nec compuncti, tẽtauerunt me ſubſannauerunt me ſubſannatione,frenduerunt ſuper dentibus ſuis.

Hiero.ad hebra. veri.ſic legit. In ſimulatione verborum fictorum frenderunt cõtra me dentibꝰ ſuis.Caſſiodo. Poſt impiæ temeritatis exceſſum dicit quæ iudæis acciderint.(Diſſipati ſunt) inquit. Hiero.A vinculo charitatis.Caſſiodo. Glosa. Vel tunc diſſipati ſunt quando viderunt miracula in paſſiõe:quãdo ſol tenebras accepit, terra tremuit, & velum tẽpli ſciſſum eſt.Glo. Vel(diſſipati ſunt) per totum orbem a romanis.(Nec tamen compũcti).Hiero.Vt agerent pœnitentiam. (Tentauerũt me. Hiero. Caſſio.Multis modis dicẽtes,Magiſter, quod eſt primum mandatum. vel, Dic nobis ſi tu es Chriſtus. Hugo cardi.Et iterum.Si tu es Chriſtus filius dei,deſcende nunc de cruce. Et ſimilia (ſubſannauerũt me ſubſannatiõe.Hiero. Deludẽtes atq; dicentes:Aue rex iudæorum.Caſſiodorus. Vel quãdo dicebant.Alios ſaluos fecit,ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere.Gloſa & Hugo card. Hæc autem geminatio,actus frequentiam & vehementiã notat,vt eſt illud: Benedicens benedicam, & Gaudens gaudebo .(Frẽduerunt ſuper me dentibꝰ ſuis.)Hiero.Clamantes:crucifige eum. Per motus enim corporis oſtenditur motus animæ.Per dentes auem intelligitur malitia.Caſſio. Tunc nanq; ſtrident ſæui homines quando ratione vincũtur. Nam cum eis pro veritate verba defecerint, dentibus fremunt,ſuaſq; volũtates tanta interminatione denunciant. Gloſa.Et deinde tanquam diceret chriſtus hæc ſunt mala quæ mihi faciũt iudæi : ſed tu o:

Margin: Hieroni. — Mat.27 Mar.15. Luc.xxij. Jude tẽtauerũt chriſtum mat.xxij Lu.xxii. mat.27. mar.xv. — ps.131. Eſa.lxi — per dentes quid

xx ✝alia li. quanta ‡ alias. a malefactis ab aſtutijs a calamitatibus

DOmine✝ quãdo reſpicies , reſtitue animam meam a malignitate‡ eorum,a leonibus vnicam meam.

Caſſiodorus,(Quando reſpicies)pro conſuetudine infirmitatatis humanæ dicitur cui moroſum videtur quodcunque futurum eſt,quæ mox vt cupit aliquid feſtinat implere.,Gloſa: (Domine) inquit (quando reſpicies)vt ſcilicet me reſuſcites quaſi ne diu differas.Sed(reſtitue animam meã a malignitate eorum. Caſſiodorus.) Reſtitue)dicit, hoc eſt quaſi ereptam redde,& præſta eam reſurgere.Gloſa : (Animam) dico erutam a malignitate eorum & a leonibus).Hieronymus . (Leones) perſetores dicit,vel iudęos,qui tanquam leones animã eius deglutire nitebantur(vnicam meam)ideſt animam chriſti,quæ vnica eſt ſine peccato. Caſſiodo. (vel vnicã)quia de virgine: quia ſine peccato,quia ſociata eſt verbo: vel(vnicam)eccleſiam intelligit catholicam quæ in toto mundo vna eſt.

21 Tertia pars. ✝alia li. habʒ hic dñe.

COonfitebor tibi ✝ in eccleſia magna,in populo graui laudabo te.

Gloſa. In hac tertia parte agit de fructu paſſionis. Et ex ea promittit confeſſionem totius eccleſię,inde precatur cum commemoratione culpæ confuſionem perſecutorum & exultationem fidelium. Et tãquam diceret reſtitue animam meam & ſi hoc feceris(confitebor tibi),Caſſiodorꝰ.Duas dicimus confeſſiones:vnam laudis , alteram pœnitentiæ. Sed hæc ad laudem pertinet .(Confitebor(inquit (tibi in eccleſia magna)Hiero. Id eſt in toto mũdo diffuſa. Caſſiodo.(Magna)enim eccleſia eſt populus chriſtianus. Auguſti.Glos.Et hæc illa vnica eſt,de qua ſupra proxime dictum eſt.Glo. Quæ ideo dicitur magna)quia eſt de omnibus gẽtibꝰ. (in populo graui laudabo te . Hiero.i. in populo chriſtiano q grauis dicit̃,qa nõ eſt leuis ad peccandũ.& ꝓpterea nõ in leui dicit,quẽ ventꝰ a facie terrę proicit.Sed in graui & ſupra petrã fundato firmiterq; præcepta cuſtodienti.Aug. Gloſ.Quãuis eñ in oĩ multitudine ſit cõfeſſio . Laus tñ in grauis eſt,nõ in palea.Nam palea leuis vẽto tollitur. Granũ vero manet,quia graue eſt.ſic & bonꝰ chriſtianꝰ,quia granũ eſt. Glo,Bona eſt itaq; hæc grauitas longe diſtans ab illa,de qua alibi vſquequo graui corde hęc enim confirmat: illa deprimit,& in profundũ ſubmergit,& vt ego confitear illi.

Margin: Magna eccleſia — Gloſa.

xxii. ✝alia li. nõ inſultẽt in me inimici mei mendaces ‡alia li. cõnuentes oculo.

NOn ſupergaudeant ✝ michi qui aduerſantnr mihi iniquę, qui oderunt me gratis.& annuunt‡oculis.

Aug.Glo.Repetit de paſſione,vt de pœna eorum addat.Pari.cãtor. Nõ tñ hic orat ne gaudeant,ſed ne ſup illo gaudeãt , quaſi in toto illũ extinſerint & abſorbuerint.Hug.car.Gauiſi quippe ſũt ĩ morte dñi:ſed ſupgauiſi fuiſſent ſi nõ ſurrexiſſet.& ꝓpterea dicit.(Non ſupgaudeant)inquit(mihi qui aduerſant̃ mihi inique). Caſſio.i.hęretici qui aduerſant̃ ſemp populo chriſtiano . Et lætant̃ qñ aliquos de numero fideliũ perdit eccl'ia.Hiero. Vel iudęi chriſto & pſecutores eccl'ie.Aug.Glo. Inſultãt ei de palea noſtra(Qui ode.me gra.)Aug. Caſ.

Hoc eſt inaniter quibus nichil nocui. (Et annuūt
oculis. Auguſti. Hi ſunt hypocritę & ſimulati ,p=
nunciãtes vultu, qđ corde non geſtāt. Pariſiē. can.
Eſt enim annutio proditoris , hipocritæ, ſimula=
toris, & laſciuientis. Caſſiodo. Gloſa. (Annuit au
„ tem oculis) homo, quando voluntatē ſuā tacita &
doloſa ſignificatione declarat. Et quādo viciſſim
tacitis nutibus admonet aliquid ad decipiendum
& tentandum. Hierony. Prout fecerunt iudæi qui
nihil boni in opere oſtenderunt.

23 ✠ alia li. et ſuper irā dolo ſe cogitabant.
QVoniam michi quidē pacifice lo
quebantur, & in iracūdia ⁎ terræ
loquentes dolos cogitabant.

Hiero. iuxta hebræū. Non enim pacē loquuntur,
ſed in rapina terrę verba fraudulenta concināt.
Gloſa. Declarat qui ſunt annuētes oculis , quoniā
mihi quidem pacifice loquebātur. Hiero. Caſſio.
Quando dicebant, Magiſter, ſcimus quia verax es,
Mat. 22 & viā dei in veritate doces. Nec eſt tibi cura de al=
quo, licet tributum dari cęſari an non? Hugo car=
di. Ecce q̄ pacifice loquebāt, & tamen ſimulatorię
ſecum adduxerant herodianos, vt eū caperēt in ſer
mone. Hiero. Vnde verba eorum licet pacifica ple
na erant dolo & ira, propter quod ſequitur. (Et in
iracundia terræ loquentes dolos cogitabāt.) Hie=
Hieron. „ ronymus. Sic enim loquebantur, ſed tamen cogi=
tabant vt apphenderent, & ligarent eū, ſicut poſt=
ea fecerunt. Caſſiodorus. Glo. In quo dolus eorū
exitialis fuiſſe declaratur. Poteſt enim quis inter=
dum dolum cogitare, qui tamen non vult occide=
re, vt ſi quis pecuniā proximo conatur auferre, ſed
iſti cogitabant (dolos in iracundia) quia interfice=
re volebant. & hoc refertur ad illud quod dicebāt.
„ Oportet vnum pro omnibus mori. Glo. Terrę ve
Joan. xi ro dicit, quia iracundia eorū erat pro terra, ne ſcili
cet perderent locum & gentem.

24 ⁎ alia li. vah vah
ET dilatauerunt ſuper me os ſuum,
dixerunt euge euge ✠ viderunt o=
culi noſtri.

Caſſiodo. Hiero. Glo. Prius annuentes oculis, in
Gloſa. doloſe cogitantes . et deinde (dilatauerunt) in=
quit (ſuper me os ſuum) quando ſcilicet accuſaue=
runt in blaſphemijs. (Et dilatauerunt ſuper me os
„ ſuum) quia non ſolum peccauerunt in me, ſed etiā
inſulta uerunt., & quando libera & aperta voce cla
mabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Et cum
Luc. 22. deinde dicebant. Si filius dei eſt, deſcēdat nunc de
mat. 27 cruce, & credimus ei. Et iterum, vah qui deſtruis tē
mar. 15 plum dei, & in triduo reædificas illud. ſalua temet
ipſum &c. (Dixerunt euge euge viderūt oculi no=
ſtri.) Hierony. Caſſio. Ac ſi dicerent, bene, bene vi=
„ demus de te quod deſiderabamus efficere. vt cū la=
tronibus in cruce pēderes, videm⁹ ꝙ virtutes quas
prius feciſti nihil erant, quia teipſum in cruce iu=
uare non potes. (Euge enim vox irriſoria & inſul
„ tatoria eſt. Hugo cardina. Deinde enumeratis pec=
euge qd. catis inimicorum petit retribui, tam ſibi pro patiē
tia, q̄ illis pro nequitia, vnde addit.

VIdiſti domine ne ſileas, domine
ne diſcedas a me.

25 Hiero. & Glo. (Vidiſti) inquit (domine) pater obe=
dientiam meam, & illuſiones eorū, (vidiſti) inquā
illos ad iudicandum. Caſſio. Vel (vidiſti) id eſt pro
baſti completa quæ cōtra me præuideras eſſe cogi „
tanda, & q̄ crudelis extiterit mihi populus iſte. Et
ideo (ne ſileas) Caſſio. hoc eſt ne differas dare ſen=
tentiam quod vtiq; tacendo fieri nō poteſt, ſed lo= „
quēdo. Hieronym⁹. Tacet enim modo deus, & nō
tacet, tacet ſcilicet iudicium, non tacet mandatum
(Ne diſcedas a me) Hiero. Sed tuæ adhereā dexte=
rę donec digna vltione puniantur, vel (ne diſcedas „
a me) in paſſione. Gloſ. Sed o domine qui videris
tacere.

EXurge ⁎ & intende iudicio meo de xxvi.
us meus, & dominus meus in cau= ⁎ alia li. hz vigila in iudicium.
ſam meam.

Gloſa. (Exurge) inquit ad retribuendum michi &
aduerſarijs. Gloſ. & Hugo cardi. Reddendo michi
quod merui nomen, ſcilicet quod eſt ſuper omne
nomen. Et intēde iudicio meo deus meus . Hiero.
id eſt diſcerne inter me & iudæos, qualiter iudican
tes condēnauerunt me morti. Caſſiodo. Iudicium
facientes ſine iure, tormenta inferentes ſine ſcele
re, mortem ſine peccato. Bene autem dicit iudicio
meo quod reuera pertulerat. (Et dn̄s meus in cau=
ſam meam.) Hiero. Quando inter latrones pende „
bat. Par erat pœna, ſed diſpar culpa, quia ipſe ino= Hieron.
cens pēdebat. Caſſio. Et ideo pulchre dicit (in cau=
ſam meam) non in pœnam. Pœna enim ſceleratis Caſſio.
videbatur eſſe conſimilis. Cauſa vero talis cū nul=
lo poterat eſſe cōmunis. Sed quę eſt iſta cauſa quę
a deo petebatur intēdi: hec ſcilicet vt qui dare ve=
nerat ſalutem humano generi, ab inſanis & perfi=
dis probaret occidi.

IVdica me ſecundum iuſtitiam ✠ xxvii
tuam ‡ domine deus meus , & non ✠ alias meam ‡ alia li. nō inſultēt i me inimici mei.
ſupergaudeant michi.

Glo. (Iudica me) inquit (domine deus me⁹) quem
illi iniuſte iudicauerūt (ſecūdū iuſtitiā tuam) . Aug.
Nō ſecūdū pœnā meā. Glo. Aug. Vel (ſecūdū iuſti
tiā tuā) q̄ in me eſt, vel quā mihi dediſti. Glo. Secū „
dū hoc me iudica, & ſecundum eandem iuſtitiam
iudica illos (vt non ſuper gaudeant michi Gloſa.
Caſſiodor⁹. Immo magis defleāt q̄ gaudeant im=
pleſſe mala, dicētes ꝙ potuim⁹, fecim⁹ , egim⁹ qđ
voluim⁹. Aug. Glo. Oſtende igitur illis me reſuſci
tando, quod nihil fecerunt me occidendo, vt.

NOn dicant in cordibus ſuis euge 28
✠ euge animæ noſtræ nec dicant ✠ alia li. vah vah ‡ alias abſorbuimus
deuorabimus eum.

(Nō dicāt i cordib⁹ ſuis. Gloſ. Et ſi hoc dicāt ore,
nō) tamē (dicāt in cordib⁹ ſuis euge euge aīæ no=
ſtræ). Caſſ. Id eſt bene bn̄ verba ſūt lætantiū ſcele= „
rata mēte . Glo. Vel bene eſt nobis, qa fecim⁹ quod
voluim⁹ (Nec dicāt deuorabim⁹ eū). Glo. Vt nō re
ſurgeret, Hieronymus. Vel ne patefiat vltra os eo „
rū ad me deuorādū, id eſt me ſimiles illis deputan
dū. Deuorat enī hō quod ī os mittit, ita peccatores
nitūtur iuſtos ī ſuas nequitias traijcere, vt ſimiles
eis fiant & vnum cum eis corpus. Glo. Non itaq;
hoc dicant: ſed potius.

ERubeſcant & reuereantur ſimul, xxix
qui congratulantur malis meis.

Hierony. (Erubeſcant) inquit (& reuereantur ſimul

dæmones:ſcilicet Iudæi,hæretici ,& perſecutores (qui gratulantur malis meis).Glo.Idem. Hoc eſt non ſolum facientes,ſed etiam(qui gratulantur)id eſt conſentiunt facientibus.Caſſiodo.Gloſa.(Erubeſcant)inquam in clarificatione reſurrectionis. (Caſſio.) (Et reuereantur(id eſt timeant pœnas. Qui enim erubeſcit actus ſuos propria exiſtimatione damnatus eſt,& vltore ſe torquetur qui vinculo confuſionis inuoluitur.Sed quia poteſt erubeſcere qui nō habet reuerētiam: ideo addit(Reuereantur)vt conuerſionem notet. Reuerentia enim eſt timor domini cum amore permixtus.Glo.Deinde quod dixerat euidentius determinat,dicens, (Gloſa.)

30 (✠ alia li. pudore vel verecundia ✠ alia li magnificentur)

INduantur confuſione ✠ & reuerentia, qui maligna loquuntur ſuper ✠ me.

Hieronymus.(Induantur)iſti ſupra dicti(confuſione)æterna:vt qui me quaſi hominem iudicauerunt,deum videant iudicantem,& audiāt dicentē. Diſcedite a me maligni in ignem ęternum. Caſſiodo.Vel(induantur pudore & reuerētia)quaſi quodam cilicio pœnitentiæ & veſte lugubri.(Pudore) contrà audaciam quam habuerunt furentes.(Reuerentia)vero contra impudentiam falſitatis,vt his illa curent, quæ duobus commiſere criminibus.(Qui maligna loquūtur ſuper me). Gloſ.Caſſiodorus.vel magna, id eſt ſuperba modum probitatis excedētia. Hierony.Hinc propheta ad patrem loquitur.Gloſa.Et tanquam diceret illi erubeſcant & confundantur.Cæteri vero, (Mat. 25.) (Gloſa.)

31 (✠ alia li. vult pacē ſerui ſui)

EXultent & lætentur qui volunt iuſtitiam meam, & dicant ſemper magnificetur dominus qui ✠ volunt pacem ſerui eius.

Hierony.(Exultent)inquit(& lætentūr qui volunt iuſtitiam meam)ſancti ſcilicet qui(volunt iuſticiā dei implere chriſtū expectantes qui eſt iuſticia patris.(Et lętentur)de remuneratione ęterna.Caſſiodorus. Glo. Illi enim dicunt euge animę ſuę quę lęticiā fugit.Iſti vero vota ſua ad deum cōuertūt, & in eius laudibus ſuam lętitiam ponūt quę eſt perpetua.(Et dicāt ſemper magnificetur domin⁹) Hieronymus,Sancti nanq; ſemper dicūt vt dominus magnificetur , qui eſt pax noſtra vnde ſequitur.(Qui volunt pacem ſerui eius)Idē. Chriſti ſcilicet qui ex parte carnis ſeruus eſt dei patris. Caſſ. Vnde quod dixit. Serui eius ad humilitatis reſpicit perſonam,vel illi volunt pacē chriſto qui a vitijs redduntur alieni. (Hieroni.) (Gloſa.)

32

ET lingua mea meditabitur iuſtitiā tuam,tota die laudem tuam.

(Caſſio.) Caſſiodorus.(Lingua ipſius meditata eſt iuſtitiā), quando nouum teſtamentum populis prędicauit Hieronymus. Vel(lingua eius ſancti ſunt qui meditātur mandata eius.(Tota die laudē tuam). Idē. Caſſiodorus.Toto tempore vitæ ſuæ. Auguſtinus Caſſiodorus.Gloſa.(Tota die) nanque deum laudat:qui omnia bene agit & non fraudem facit: & qui in omni voluntate ſua diuina iuſſa cōſiderat. Glo. Nec deſunt laudare:qui nō deſunt bene agere Nec deſinit bene agere, qui non deſinit iuſtus eſſe.Omnia igitur bene age & deum laudaſti, (Hieroni.) (Caſſio.) (Gloſa.)

¶Pſalmus.xxxv.

¶Titulus.

In finē ſeruo ✠ domini pſalmus Dauid. (✠ alia li. puero.)

Caſſiodorus (In finem chriſtū ſignificat.(Seruo domini)de ipſo dicitur qui formam ſerui accipiens factus eſt obediens vſque ad mortem. (Pſalmus) vero (Dauid) quid ſignificat iam notum eſt.Gloſa.Caſſiod.

Lyra.Aliqui dicūt quod Dauid fecit hunc pſalmum,pro victoria populi Iſrael glorioſe exeuntis de ſeruitute ægypti ad ſeruiendum domino libere prout fuit dictum Pharaoni.Exodi.v.Sed tamen Lyra intelligit ad literam hunc pſalmum, de ipſo Dauid liberato pluries diuinitus a perſecuione Saulis.

Vel agit hic de errore quorūdam dicentium.Omnia peccata eſſe ex vitio naturæ,& creationis noſtræ.Bona vero ex libero arbitrio qd deſtruit,dicēs:Mala omnia eſſe a nobis.Bona vero a deo per gratiam,vnde in titutulo recte ſeruus dei dicitur fidelis,qui in hoc pſalmo loquitur , quia bona dei mala vero ſibi attribuit. Intentione autem monet iſte pſalmus,vt nobis mala,bona vero tribuamus deo.Et diuiditur ī duas partes. In quarum prima parte oſtendit malum ab homine eſſe. In ſecunda vero oſtendit bona a deo eſſe: ibi(Domine in cœlo. (Diuiſio.)

Ps 35. 1 (✠ alia li. ſcelus in medio cordis)

DIxit ✠ iniuſt⁹ vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor dei ante oculos eius

Caſſiodo. Glo.Notandum q̄ duo ſunt genera peccantium. Quidam enim ſunt qui ex infirmitate carnis iuſta legis ſequi non poſſunt,quidam vero ſunt blaſphemi qui ex voluntate & libere peccant,quaſi deus non curet hoc. Quapropter (dixit iniuſt⁹).Glo.id eſt deliberauit(in ſemetipſo id eſt apud ſe vbi homo non videt,non in publico & quid dixit?(vt delinquat)id eſt libere peccet. dico(in ſemetipſo)vbi etſi deus videt non tamen curat & quare?quia(non eſt timor dei ante oculos eius).Caſſi. Putat enim non curare deum credens mūdum potius caſibus regi,quam ſupernis adminiſtrationib⁹ ordinari.Hiero.Si eñ timorem dei ante oculos haberet nuq̄ execrabilia & abhominanda commiteret.Glo.Caſſio.Vel(non eſt timor dei ante oculos eius)quia noluit ſtudere legi quaſi per ignorantiam excuſetur.Hugo cardi. Quod autem non ſit timor domini ante oculos eius,& q̄ non ignorāter peccauit,hoc ex conſequentibus patet. (Gloſa.) (Hugo:)

(✠ alia li. ueniret iniqtatē ſuam in ad odium Gloſa.)

QVoniam doloſe egit in conſpectu eius,vt inueniatur ✠ iniquitas eius ad odium.

Glo.(Quoniā)inquā)doloſe egit in conſpectu ei⁹) dei ſcilicet,cuius legi noluit ſtudere vt inueniatur iniquitas eius ad odium,vt per legē inueniret iniquitatem eius & odiret quaſi per ignorantiam excuſari poſſit.Aug.Glo.Caſ.Multi enim inquirūt iniquitates ſuas:ſed cum dolo nolentes eas inuenire & odire qui cum eas agnoſcunt non dimittūt eas,ſed defendunt,quod ſi ſincere quęrerent, inuenirent,& odirent : latet ergo illos,ſed volen- (Caſſio.)

tes contra ſe faciunt nolentes intelligere, nec excuſantur dei ignorantia. Hugo. card. Qui enim peccatum ſuum defendit, vel conſcientiam ſuam negligenter inquirit, doloſe agit in conſpectu ei⁹ Gloſa. ſcilicet dei cuius timor (non eſt ante oculos eius vt inueniatur iniquitas eius ad odium). Hugo cardinalis. id eſt ad vindictam ſempiternã quę modo quęritur ad amorem id eſt ad veniam quam ſi modo confiteretur dimitteret dominus.

3 ✠ Alias ceſſauit cogitare bene facere.

3 VErba oris eius iniquitas & dolus, ✠ noluit intelligere vt bene ageret.

Gloſa. Hic oſtẽdit per partes iniquitatem ſcilicet in verbis in cogitationibus & in operibus malis. Primo in verbis cum ait (Verba oris eius iniquitas & dolus). Hugo cardinalis (iniquitas) pertinet ad apperta mala (dolus) vero ad occulta. Caſſiodorus. Vel (iniquitas) pertinet ad blaſphemiã (dolus) vero ad proximum decipiendũ. Auguſtinus. Vel (verba oris ei⁹) ſũt iniqua & doloſa id eſt vel aperte mala, vel ſi bona cum dolo, & hoc quare? Quia (noluit intelligere vt bene ageret). Caſſiod. Glo. Imprudẽtiæ aliquãdo venia datur voluntati malę ſemper pœna, iſte autem noluit intelligere. Auguſtinus, Glo. Nn dicit, quia nõ potuit, ſed quia noluit, & ita pernicioſius contra ſeipſum agit qui quod poteſt intelligere non vult. Sunt enim quędam quę & ſi volunt non intelligere poſſunt, vt hoc in principio erat verbum, vt tamen bene agerent intelligere poſſunt. Glo. Iſte tamen nedum noluit intelligere, ſed potius.

4 ✠ alia li. non odio habuit nõ abijciet.

4 INiquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni vię nõ bonę maliciam autem non odiuit.

Caſſiodo. (Iniquitatem) inquit (maditatus eſt) id eſt errorẽ longa meditatione tractauit. Libros etiam faciẽdo peruerſos, vt non tantũ ipſe delinquęret, ſed vt etiam poſteritas eodem auctore peccaret (in cubili ſuo). Hieronymus. Caſſiodorus. id eſt in cordis ſecreto, vbi potius compũgi debuit. Cubile enim a cubando dicitur vbi animus noſtet inhabitans bonũ malũq; meditatur. Auguſtinus. Glo. Vnde pręcepit dñs orare clauſo in cubiculo hoſtio, vt nichil extrin ſecũ a domino petamus. Quod ſi petimus hoſtiũ patet, turba malarum cogitationum videt, ſi extra eſt tumultus, ſaltem vel in cubili ſit quies quę erit ſi ſit ibi bona coniunx ſapientia dei. Quod ſi ibi mala vxor ſit, nec ibi eſt quies. Tria ſũt enim quę hominem in cubili ſeu domo quieſcere non ſinunt, fumus carnis ſcilicet concupiſcentia, ſtillicidiũ, peccata quę aliũde profluũt, & mala coniux ſapientia ſcilicet carnis quę eſt inimica deo (Aſtitit omni vię non bonæ). Hugo cardinalis. id eſt cõſenſum prębuit Hieronymus. Gloſa. Vel (aſtitit) id eſt perſeueranter (ſtetit omni vię non bonę). Hugo cardinalis. id eſt omni generi peccati. Hieronymus. Ideo ad nullũ fructum iuſticię peruenire potuit. Glo. Sed pronus fuit iniqua operari (Maliciam autem non odiuit). Hieronymns. Sed dilexit. Caſſiodo. Hic per maliciam vult intelligi cũctorum criminum matrem. Glo. Summã mali & cumulum totius nequitię. Auguſtinus. Glo. Et quãuis quis non poſſit ea carere penitus, debet tamẽ eam odiſſe quam deus odit vt mente ſeruiat legi dei.

5 Scḋa ps ✠ Alias fides.

5 DOmie ĩ cœlo miſericordia tua, & ✠ veritas tua vſq; ad nubes.

Gloſa: & Hugo cardinalis. Hęc eſt ſecũda pars in qua cum ſupra dixerit malũ eſſe ab homine, nunc oſtendit bonũ eſſe in hominibus a deo. Hieronymus (domine) inquit in cœlo miſericordia tua) id eſt in ſanctis angelis qui ibidem firmati fuerũt & non ceciderunt. vel (in cœlo) id eſt in ſancta eccleſia vel (miſericordia) chriſtus eſt qui humanos miſeratus labores deſcendit de cœlo vt colligaret vulnera noſtra. Caſſiodorus. Gloſa. Auguſtinus. Vel (in cœlo) id eſt in cœleſtib⁹ creaturis & ſanctis hominibus, quorum bona ſunt ex deo per miſericordiam, quaſi mala ſint ex homine vel (in cœlo, quia miſericordia quam ſanctis das cœleſtis eſt nõ terrena vt iſta quę cõmunis eſt bonis & malis (& veritas tua vſq; ad nubes). Caſſiodorus. Hieronym⁹. (Veritas) chriſtus eſt (nubes) ſunt apoſtoli, prophetę, & ſancti prædicatores, quia ſicut nubes pluuiã portant & irrigant terram, ſic & iſti per doctrinam euangelicam irrigant corda arẽtia, vt fructũ dent fidei his qui ſteriles fuerant ariditate peccati. Auguſtinus. Glo. Quomodo enim agnoſceret homo cœleſtem eſſe miſericordiam niſi deus ei nũciaret, nunciat vero miſſa veritate ſua (vſq; ad nubes) id eſt prædicatores per quos tonat de⁹ cõminatiõib⁹ coruſcat miraculis, pluit doctrinis. Gloſa. Hieronymus. De quibus ſcriptum eſt. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi colũbe ad feneſtras ſuas Et iterum. Mandabo nubibus meis ne pluant, ne pluant ſuper eam ymbrem.

6 ✠ alia li. no iꝫ dei ſicꝰ dñi. ǂ alia li. ſicut abiſſus.

6 IVſtitia tua ſicut montes dei ✠ iudicia tua abyſſus ǂ multa.

Gloſa. Hieronymus. (Mõtes) iſti ſunt apoſtoli vel ſancti maioris meriti quos prius ſol illuminat, & luce veſtit, & poſt ex eis & ſi non ab is ad infima vallium id eſt in inferiorum corda deſcendit, nam montes iſti nõ a ſemetipſis, ſed a ſole iuſtitiæ qui eſt chriſtus illuminantur. Auguſtinus. Glo. A quo impleatur iuſtitia & per iuſtitiam fiũt montes, ſequitur (iudicia tua abyſſus multa). Hieronym⁹. Iudicia dei ſunt quibus vel iuſtis beatitudo vel impijs pœna infertur, quę ideo abyſſo comparãtur, quia in noui veteriſq; teſtamenti profunditatib⁹ comtemplantur. Augu. Gloſa. Vel iudicia tua ſcilicet horũ miſereris hos excecas, nulli ſunt penit⁹ ſcrutabilia. Caſſiodor⁹. Et ideo bene dicũtur (abyſſus multa, quia abyſſ⁹ eſt profũditas aquarũ quam nec metiri, nec intriſec⁹ ex toto videre valem⁹ ſicut nec diuiniam iuſtitiam mente complecti, nec ratione aliqua diffinire poſſum⁹. Gloſa. Et quia licet hos eligas illos reprobes, tamen vtroſq; ſaluas Auguſtin⁹. Vel quia ſupra dixit miſericordia tua in cœlo vt & in terra eſſe ſciatur ait.

7 ǂ alias. qꝫ precioſa eſt mia tua dꝫc.

7 HOmines ✠ & iumenta ſaluabis domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam deus.

Hieronym⁹. (Homines) inqt (& iumenta ſaluabis domine) hoc eſt rationabiles irrationabileſq; pſone. Aug. Glo. Qui ei vtrũq; fecit, vtrũq; ſaluat, malis & irrationabilib⁹. ſalutem temporalem ſicut

iumẽtis. Bonis vero & rationabilibus temporalẽ & ęternam vitam tribuendo. Gloſa. Per iumenta namq; viri carnales intelliguntur, qui hęc temporalia amant cum iumentis. Caſſiodorꝰ. Vel hos & illos ſaluat deus dum peccatores venire facit ad ad prȩmia, & iuſtos donat ſperare ꝓmiſſa. Hugo. cardinalis. Vel per homines intelliguntur contẽplatiui per iumẽta actiui, homo enim naturaliter ſurſum aſpicit, iumenta deorſum, ſic & contemplatiui in cœleſtibus. Actiui vero in terrenis occupãtur vtroſq; tamen ſaluat dominus per miſericordiam ſuam propter quod ſequitur (quemadmodũ multiplicaſti miſericordiam tuam deus) Caſſiodorus. (Quemadmodum) admirantis aduerbium eſt. Hieronymus. Tũc enim miſericordiam ſuam multiplicauit deus cum nos cruore redemit? ab initio quidẽ profluа fuit miſericordia ſua, ſed tũc multiplicata. P. Cantor Pariſienſis. Sed cum ſupra dictum ſit ꝙ iumenta ſaluat deus, cum malis hominibus ſalutem temporalem tribuit. Mirum videtur quod deinde ſubiungitur, quemadmodũ (multiplicaſti miſericordiam tuam deus) cum potiꝰ dicere debuiſſet iram quam miſericordiam, cum iſta temporalia ſępe occaſio ſint ruinę, Vnde Auguſtinus & Gregorius deflẽt & peccatis ſuis imputãt promotionem ſuam ad apicem eccleſiaſticę dignitatis, ſed hoc ideo dicitur quia quãtum in deo eſt, & quãtum in eius donis ſemper in largitione eorum (multiplicat deus miſericordiam ſuam) Cum talia bona ſint mala, & occaſio bonorum operum quamuis eis male vtando iram dei incurrere poſſimus.

(margin: Caſſio. — Auguſti.)

8 FIlii autem hominum, in tegmine ✠ alarum ‡ tuarum ſperabunt.

(margin: ✠ alia li. ſub teg. ‡ alia li. i ꝓtectione.)

Hieronymus. Auguſtinus. Gloſa. Supra dicuntur homines qui ſunt ſecundum Adam id eſt qui portant imaginem veteris hominis, dicũtur filii hominum qui ſunt ſecundum chriſtũ id eſt qui imaginem chriſti portant Caſſiodorꝰ. Dicũtur enim (filii hominum) qui gratiam baptiſmatis conſecuti in nouam progeniem pręſtante domino renaſcuntur, iſti itaq; in tegmine alarum tuarum ſperabunt Hieronymus. Caſſiodorus. Alę ſũt domini pręcepta; noui, & veteris teſtamenti, in quorum protectione, iuſtus omnis ſperare cognoſcitur dũ eis obedire monſtratur, ſub quarum protectione ad ſimilitudinem animi ſpẽ ſuam ponere conſueuerunt. Hugo cardinalis. Vel alę iſtę ſunt duo pręcepta charitatis, vel ſapientia & obedientia, vel miſericordia & iuſtitia. Quibus omnibus velantur ſancti, & proteguntur. Idem Hugo Deinde tãquã quęreret quis. Sed nunquid fruſtra ſperabũt? Reſpondet non. Quia.

(margin: Caſſio.)

ix INebriabuntur ✠ ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis ‡ tuę potabis eos.

(margin: ✠ alia li. de pigue dine. ‡ Alias delitiarũ tuarũ)

Hieronymus. Id eſt ipſi filii (inebriabũtur. Auguſtinus. Glo. Hoc per ſimilitudinem innuit, quia aliter res non poteſt exprimi vt pleni gratia tanq̃ ebrij mentem carnalis affectionis perdant, ita vt nec ſuos iam agnoſcãt patres filios cęteroſq; amicos, vel tunc in re erunt ebrij in illa ſcilicet cœleſti Hieruſalem qui modo ſperant. Sed vnde ebrij (Ab vbertate inquit domus tuæ) Hieronymus. Id eſt a pinguedine gratię ſpiritusſancti, vt habeant intellectum dogmatum eccleſiaſticorũ vt inde oblitis flagitijs virtutibus impleantur. Gloſa. Vel (ab vbertate domus tuę). i. præſentis eccleſiæ vel cœleſtis glorię vbi totus ſaluabitur appetitus (Et torrente voluptatis tuę potabis eos). Gloſa. Auguſtinus. Quia admodum torrẽtis impetus erit gratiæ & miſericordię ad inebriandos eos. Caſſiodorus. Torrentem enim dicimꝰ fluuium velocẽ qui pluuiarum ſubita inundatione deſcendit. Cui bene cõparatur ſapientia Chriſti, quia ſubita eſt, & ita rapida, vt ad finem quem vult ſine aliqua tarditate perueniat.

(margin: Hieroni. — quid torrẽs)

10 QVoniam ✠ apud te eſt fons vitę, & in nomine tuo videbimus lumen.

(margin: ✠ Alias i lumine tuo.)

Caſſiod. Hic exponit vnde inebriabuntur. (Qm̃) inquit (apud te eſt fons vitę Hieronymus. Idem. Gloſa. Id eſt initium omnis boni vel fons, fons vitę eſt doctina dei, quę animę vita eſt. (Et in lumine tuo videbimus lumen. Hieronymus. Lumẽ patris Chriſtus eſt, in Chriſto itaq; patris lumen qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, lumen ſpiritum ſanctum videbimꝰ qui ſuper apoſtolos in ſpecie ignis illuminantis apparuit. Glo. Caſſiodorus. Chriſtus autem & fons & lumen dicitur quia ſatiat, & illuminat. Eſurientes namq; ſatiat, & totum mundum illuminat. Gloſa. Et propterea vt interim in hoc ſæculo tutius eatur.

(margin: Hieroni. — Caſſio.)

xi PRętende ✠ miſericordiam tuam ſcientibus ‡ te, & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.

(margin: ✠ Alias attrahe. ‡ alia li. ſitiẽtibꝰ.)

Hugo cardinalis. (Prętende) inquit prȩueniendo tende (miſericordiam tuam). id eſt gratiam ex miſericordia non ex meritis noſtris. (Scientibus te) id eſt credẽtibus te, & non alium eſſe deum, a quo cuncta bona procedunt Hieronymus. Vel his qui te venturum in mundo nouerunt. Non ſuperbis & ſubdolis ſed mundis corde. Caſſiodo. Vel, (prętẽde) id eſt longe lateq; diffunde (tuam miſericordiá) vt poſſint (ſcientes te) in iſto ſæculo firmiꝰ ambulare. (Et iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde. Hieronymus. (Iuſtitiam tuã) hoc eſt mandata tua Hugo cardinalis & Gloſa. Vel rectitudinem vitæ & bene operandi (prętende his qui recto ſunt corde). Hieronymus. Qui non habent duplicitatem cordis. Auguſtinus. Gloſa. Sed ſe dirigunt ad voluntatem dei, vt eum in omnibus laudent proſperis, & aduerſis. Hugo cardinalis. Et notandum ꝙ competenter ingerit miſericordiam ſcientibus Et iuſtitiam rectis corde quia ſcientia nihil meremur, ſed ſola bona voluntate. quod ergo datur ſciẽtibus miſericordia eſt, quod rectis corde, iuſtitia, quia merito datur, ſed quia bonum cito perditur quod nõ in humilitate cuſtoditur, ideo ſubditur.

(margin: Hugo.)

xii NOn veniat michi pes ſuperbię, & manus peccatoris ✠ non moueat me.

(margin: ✠ alia li. peccatorum.)

Hieronymus. (Nõ veniat) inquit (mihi pes ſuperbię) Ne elatus vanitate incidã in laqueũ diaboli,

& euadere non poſſim. Gloſa. Et hoc eſt quod ſupra in alio pſalmo dicit. Ab occultis meis munda me, Caſſiodor⁹. Pes aũt hic pro affectu mentis poſitus eſt vt alibi pes mens ſtetit in directo pſalmo xxv. effectus meus rectus fuit nemini læſi nec ledere volui vnde hic non veniat mihi pes ſurperbię ideſt affectus & cogitatio ſupbię nec ſcilicet aroganter de me ſentiam. Gloſa. Et Hugo cardinalis. Quia ſuperba affectio eſt, ſpes qua receditur a deo & qua itur contra deum. (Et man⁹ peccatoris nõ moueat me). Caſſiodorus. Manus peccatoris) eſt male ſuadentis operatio. Hieronym⁹. (Manus) igitur id eſt opera malorum me non moueant de bono in malum, vt a te diuellar. Glo. Vnde bene in eodem pſamo ſubiungitur. Et ab alienis parce ſeruo tuo, & nota rectum ordinem. Prius enim dicit (non veniat mihi pes ſuperbię, & poſt) & manus peccatoris non moueat me.). Quia ſi ſuperbus es cito mouet te operatio male ſua dentis, aliter non Ideo autem timeo pedem ſuperbię, Quia.

ps.18. Gloſa.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. ✠

ſiſt ✠ Alias ſurgere

Caſſiodorus. (Ibi) ſcilicet in pede ſuperbię & mala perſuaſione nequitiæ (Ceciderũt) id eſt quaſi de alto in profundam foueam corruerunt (qui operãtur iniquitatem). Hieronym⁹. Gloſa, Diabalus ſcilicet & primus homo, qui in hac ſuperbia atq; vanitate contra quam ſtare debuerant (ceciderũt, qui & adhuc operantur iniquitatem) male ſuadendo hominibus, & propterea (expulſi ſunt). Idem. A regno dei diabolus primo poſtea homo, vn⁹ de cœlo, alter de paradiſo (nec potuerunt ſtare). Idem. Cœlum enim eos non potuit continere, quia in pedes ſuperbię iam corruerant.

Pſalmus.xxxvi.

Titulus, Pſalmus Dauid.

Hieronymus. Pſalm⁹ iſte perſonam iuſti glorificat, iniuſti notat, mores inſtruit, bonitatem dei docet, prauitatem euellit. Caſſiodorus. Totus enim pſalm⁹ ad mores pertinet corrigẽdos, malos pœna deterrẽs. Bonis pręmia promittẽs. Eſt autem pſalmus iſte terti⁹ pſalmus alphabeticus dempta vna litera. xvi. neq; putetis in hebręo cuilibet verſuum præponi, ſed ſolum aliquibus vt patet in quoniam tãquam fœnum & delectare quoniam qui malignãtur ex in quibus non pręponitur. Glo. Et eſt quaſi veſtis chriſti & potio corporis eius, veſtis ſcilicet quę totum corpus eius operiat pręceptis, & p tegat ab aduerſis, & quaſi ſinu conſilii foueat. Potio vero contra infirmos qui murmurant de flore malorum, & labore bonorum, quaſi omnia caſu agantur quos monet, vt mundo ſpręto deo adhęreãt, & ne quis malignãtes imitetur, ſed quicquid boni ſperatur a domino poſtuletur qui profutura & æterna dat. Et diuiditur in tres partes. In prima, monet eccleſia in cuius perſona loquitur propheta ne deflore malorum indignetur aliquis, nec eos imitetur, ſed in domino a quo cũcta bona procedunt ſpes ponatur. In ſecunda, oſtendit malos torquęri inuidia ſuper bonos ibi (obſeruabit peccator iuſtum). In tertia, oſtendit iuſtum nũquam deſeri, & interſerit de pœnis malorum, & pręmiis bonorum, addens etiam exhortationes ibi (iunior fui). Idẽ. Eccleſia itaq; bonos ab imitatione, malorum retrahere volens ait.

Lyra. Sciendum q̧ multi videntes Saulem regẽ & Doech armigerum & poſtea Abſalon & Achitophel, & plures alios iniquę agentes proſperari tẽporaliter, & Dauid innocentẽ & parentes ei⁹. & fratres, & multos alios iuſtos, tunc & poſtea tẽporaliter affligi, declinabant ad malum, & recedebant a bono, quaſi de⁹ curam de actibus hominum nõ haberet, & ideo Dauid fecit hũc pſalmũ oſtendens q̧ proſperitas malorum ſit contemnenda, etiam in pręſenti, & iuſtorum appetenda &c.

Caſſio. Pſalm⁹ alphabeticus dẽpta vna litera. Diuiſio.

Noli ✠ emulari in malignantibus neque zelaueris ✠ facientes iniquitatem.

1 ps.36. Aleph. ✠ alia li. cõtẽdere cũ malignis. ✠ Alias neq; emuleris.

Hieronymus. Multas habet ęmulatio interpretationes, hoc tamen loco debet, intelligi (Noli ęmulari in malignantibus) id eſt noli particeps eſſe malignis, neq; ad zelum, neq; ad inuidiã zelus enim ira eſt. Inuidia vero liuor. Caſſiodor⁹ Vel (noli æmulari in malignantibus) id eſt malos actus eorum imitari qui ſe dies perdidiſſe putant cum tardam ſibi malorum licentiam proueniſſe ſuſpirant. Gloſa. Vel ſic Noli ęmulari) id eſt indignari (in malignãtibus) id eſt in conſideratione malignantium quia florent (neq; zelaueris) id eſt ames vel imiteris facientes iniquitatem) dum ſcilicet bonos Pręmunt. Hieronymus. Dum per iniquas fraudes diuitias congregãt, honoreſq; requirunt, ſed deum attendens bonitatem apoſtolicam quęre. Gloſa. Sed quare iſti non imitandi ſunt: Sequitur.

Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera ✠ herbarum cito decident.

2 Aliter legit hieronymus. ✠ alia li. prati.

Hieronymus. Sic legit iuxta hebræum quoniam ſicut herba velociter conterentur, & ſicut olus viride marceſcẽt Idem. Recte hęc carnalis gloria & mundana potentia fœno iuxta Eſaiam comparatur. Omnis inquam caro fœnum, & omnis gloria eius ſicut flos fœni aruit, fœnum & flos eius decidit. Caſſiodorus. Sicut enim fœnum dum floret, dum viret, pulchra res eſt, ſed cum aruerit mutato penitus colore marceſcit, ſic ſunt impij qui quaſi florida lætitia relucentes præmuntur ſiue ſiccantur. Auguſtinus. Gloſa. Iuxta illud euangelij. Fœnum agri quod hodie eſt, cras in clibanum mittitur. ſequitur. (Et quęmadmodum olera herbarum cito decidẽt). Hugo cardinalis. Qui modo ſtare videntur. Caſſiodorus. Olera enim ab olla dicta ſũt, vbi collecta decoquuntur, & bene dicit herbarum non hortorum vt ſignificaret illa viliſſima olera, quę per agros ſponte naſcuntur. Auguſtinus. Gloſa. Qui vilia ſunt nec habent altam radicem, ideo hyeme virent, æſtate areſcunt, modo eſt hyems. Eſtus vero erit iudicij dies. Caſſiodor⁹. Glo. Vel per fœnum nobiles qui facile proficiunt, per olera vero mediocres, ſed & illi cito areſcunt, & hi facile decidunt. Tu vero quid?

Eſa.40. Mat.6. Luce.12. ol⁹ vnde Auguſti.

Beth. ✠alia li. paſcere fide. Aliter legit hie. ad he.

3 Pera in domino & fac bonitatem & inhabita terram & ✠ paſceris in diuicijs eius.

Hiero.ad verita.hebra.ſic legit. Spera in domino & fac bonum, peregrinare in terra & paſcere fide. Gloſa. Illi ſperent in vanis,tu vero (Spera in domino) Caſſiodorus. Spes enim eſt introitus fidei & initium ſalutis. Gloſa. Non autem dicit in te, ſed in domino. Hugo cardinalis. Sed quia ſperare ſine meritis non eſt ſpes,ſed preſumptio, ideo ſubdit (Et fac bonitatem). Hieronymus. Hoc eſt adimple mandata. Caſſiodorꝰ. Quia fides ſine operibꝰ mortua eſt (Jacob.2) P. Cantor. Et Hugo cardinalis. Bonitatem autem tuam dicit, non bonum, quia multi faciunt bonum,ſed non bonitatem. Bonitas enim finem reſpicit. Multa autem bona fiunt quę non bono fine fiunt. Hugo cardinalis. Et quia certꝰ locus ad bene operandum deputatus eſt, Sequitur (Et inhabita terram). Hieronymus. Caſſiodorus. Id eſt ſanctam eccleſiam, a qua nunquam licet fideles diſcedere, vel corpus tuum, vt domineris carni, non caro tibi. Caſſiodorus. Et ne forſitan diceretur, quid proderit ſi iſta faciamus? ſequitur totiꝰ rei magna cōpenſatio. (Et paſceris in diuitijs eiꝰ.) Hieronymus. Auguſtinus. Quę ſunt ipſe deus, vel in ſcripturis ſanctis. Caſſiodorus. Quod autem dicit paſceris ad ſaturitatem pertinet. Et ad ſuauitatē perpetuam (In diuitijs) vero eius id eſt in contemplatione domini Iheſu chriſti. Auguſtinus. (Auguſti.) Vnde quaſi quis quęreret. Oſtende michi diuitias terræ illius in qua me iubes habitare, Ait.

✠alia li. petitionem.

4 Electare in domino &, dabit tibi petitiones ✠ cordis tui.

(Delectare) inquit (in domino). Lyra. i. de alio lętare, & propterea non in te,ſed in domino). Caſſio. Glo. Vt ſuauis tibi ſit eius recordatio, vt ames quē times, vt deſideres quem vereris, vt ambias quęrere quem paueſcis ſpręta mundi iocunditate (Et dabit tibi petitiones cordis tui). Idem. Cordis dicit & non carnis Petitio enim cordis eſt. Fides, Charitas, Intellectus dei. Et opera actuum bonorū. Gloſa. Hęc quidem quę prędicta ſunt dabūtur iuſtis. Quod ſi peccator es.

Gimel. ✠alia li. volue ſuper dn̄m ‡alia li. confide.

5 Euela ✠ domino viam tuam & ſpera in eo ‡ & ipſe faciet.

Auguſtinus. Glo. (Reuela) ei id eſt indica quid pateris, carnis ſcilicet corruptionem, & quid velis, id eſt inde liberari. Gloſa. Vel (reuela domino viam tuam id eſt confitere peccata tua. Hieronymus. Lyra. Non autem dicit (reuela) ac ſi neſciat deus, in cuius oculis omnia nuda ſūt & aperta, ſed vt tu quod habes in corde patefacias in ſermone per confeſſionem. Hugo cardinalis. Sed quia cōfeſſio debet fieri in ſpe ſatiſfaciendi, & veniam conſequendi ſtatim ſubiungit (& ſpera in eo) Idem. Quod ſcilicet poſſit dimittere peccata delinquēti (Et ipſe faciet) Gloſa. Id eſt te liberabit de corpore mortis huius. Hyeronymus. Caſſiodorus. Et quid in quis faciet Sequitur.

Hieroni. Deleth. ✠ Alias tace dn̄o ‡ Alias expectat

6 T educet quaſi lumen iuſticiā tuā & iudicium tuum tanquam meridiem ✠ ſubditus eſto domino & ora ‡ eū.

Hug. de. ſ. vic. libro. Senten. ca. xlv. Iuſtitia bonorum, eſt opus virtutis quod faciunt. Iudicium vero eorum, eſt pręmium virtutis quod eligunt. Deꝰ ergo educet iuſticiam ſanctorum quando manifeſtabit opera virtutum quę fecerūt, educet iudiciū quādo manifeſtabit quale boni operis ſui pręmiū elegerunt, & ideo iuſtitia quaſi lumen iudicium tanquam meridies educitur, quia minor eſt omnis claritas boni operis claritate ęternę retributionis. Auguſtinus. Glo. Vel iuſtitia tua eſt fides tua. (Auguſti.) Iuſtus enim ex fide viuit, quę quidem fides modo abſcondita eſt cum nondum vides quod credis. Cum autem ceperis videre quod credidiſti (Educetur ī lumine iuſtitia tua). Caſſio. Educere enim eſt aliquid de tenebris ad lumem trahere, & iudicium tuum. Hiero. Quo ea quę bona ſunt elegiſti. Aug. Vel quo nunc iudicas, & eligis ſequi quod nondū vides quod modo a malis irridetur (Educet tanquā meridiem. Auguſti. Caſſio. Hoc eſt clarum lumen, tūc enim reddit ſol clariſſimam & puriſſimam lucem, prout & chriſtꝰ in iudicio faciet interim (ſubditus eſto domino). Hiero. Nō peccato, ſed domino, obediēdo pręceptis eius (Et ora eum) Idē. Pro delictis præſentibus, & antiquis. Glo. Donec det promiſſa. Caſſio. Glo. Bona profecto eſt hęc regula, vt bona agamus, & ſemper rogemus. Hugo de ſancto victo. libro Sententiarum. capi. xliiij. Primo itaq; dicit (Subditus eſto domino (Ne male agēdo pręcepta eius deſpicias, & vt ad bona agenda de viribus non pręſumas Nam ille deo ſubiectus eſſe renuit qui aliquid de ſua virtute poſſe præſumit, deinde ſubiungit. (Et ora eum) eius auxilium expetendo non autem dicit ora eum, hoc vel illud ſed tātum (ora eum) quia nil aliud quam affectum bonum exigit qui tuam neceſſitatem etiam te nō loquente cognoſcit.

Deleth. ✠alia li ne ſub emuleris. ‡alia li. iniqtatē.

7 Oli ✠ æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente in iuſtitias. ‡

Sic legit beatus hiero. iuxta hebra Noli contendere aduerſus eum qui proficit in via ſua aduerſus virum qui facit quæ cogitat. Glo. Hic exponit vnde ſolet naſci indignatio (Noli) īquit (æmulari in eo qui proſperatur in via ſua). Hiero. Hoc eſt ne inuidus ei ſis qui ꝓſpere agit in via ſua, nec te terreat impij fœlicitas breuis. Auguſtinus. Glo. Nec te moueat a perſeuerantia malorū proſperitas, vel ſi faciunt iuſtis iniqua quod & ſi tibi aliqua, ne iratus ſis, Quod & ſi grandia, ne furioſus ſis, præſertī (Noli emulari vt maligneris) id eſt vt eodem modo malignus ſis. Caſſiodorus. (in via ſua) dicit nō chriſti, cuius via bona eſt, noſtra vero peccatis obnoxia. Hugo cardinalis. Vnde quis ſit iſte qui ſic proſperatur in via ſua, oſtēdit cum dicit (in homine faciente iniuſtitias) Caſſiodorus. Hoc eſt in homine faciente iniquitatem, & nequitiam cuius actus turpis eſt, & feculenta negocia.

He. ✠ Alias dimitte iram. ‡ alias noli cōtēdere vt malefacias.

8 Eſine ✠ ab ira, & derelinquæ furorem, noli ‡ ęmulari vt maligneris.

Glo. (Deſine) inquit (ab ira) id eſt ne turbetur oculus tuus ira, ſed intuere chriſtum multa paſſum nūquam proſperatum, nec tamē iratum, Hieronymꝰ.

(Deſine)inquam(ab ira)quę dei iuſtitiam nō operatur,ne iniqua patiens vicem reddere compellaris(Et derelinque furorem). Idem.qui ſecundum Salomonem etiam ſapientes perdit,ira enim dicitur animi furor corporis. Caſſiodorus.Vel(ira)eſt quę celeri motu animum ſuccēdit(furor)qui diutius perſeuerat,vtraqꝫ igitur nos iubet deſerere pquę ad culpam poſſumus peruenire(Noli ęmulari vt maligneris).Caſſiodorus. Gloſa.Id eſt vt voluntarie malus ſis, imitando eum qui maligne faciendo ad tēpus floret.Hieronym⁹.Vel(noli ęmulari vt maligneris ne alios prouocando ad nequiciam ipſe nequam efficiaris.

Prouer.xix. — Jaco.i.

ix ✠ alia li. qui maligne ⁊ nequiter agunt. ‡ alias. expectantes. ⁎ alia li. hereditate poſſidebit

QVoniam qui malignantur ✠ exterminabuntur, ſuſtinentes ‡ autem dominum ipſi hęreditabunt ⁎ terram.

Gloſa.(Quoniam qui malignantur) Id eſt qui mali ſunt,& ſi modo floreant(Exterminabuntur) id eſt in futuro extra terminos terrę viuentium damnabuntur.Hieronymus. Quia non habent radicē pietatis.Caſſiodorus.Exterminari enim eſt foras terminos proijci,id eſt ab illa dei ciuitate fraudari (Suſtinētes autem dominum).Auguſtinus. Glo. Qui ſcilicet aduerſa ferunt,& pręſentia deſpiciūt. ſuſtinentqꝫ dominum qui non fallit nec fallitur, & omnia poteſt.(Ipſi hęreditabunt terram).Hieronymus.Repmiſſionis quę ſunt lac & mel.Glo. Hęc eſt terra viuentium. Gloſa.Sed quamdiu ferendum hoc erit?tanquam diceret,cito erit.Ait.

x Uan. cogitabis de loco. ‡ alia li. ſubſiſtet

ET adhuc puſillum & non erit peccator, & ✠ quæres locum eius & non‡ inuenies.

Gloſa.Caſſiodorus. Quaſi diceret iam ſuſtinuiſti, & adhuc reſtat(puſillum)id eſt parum,ne ergo te tedeat.Caſſiodorus.(Puſillū) enim dicit tēpus quod reſtat,vſqꝫ ad diem iudicii quod comparatione pteritorum dierum omnino paruiſſimum eſt.vnde puſillū a pugno dicitur & ſignificat aliquod paruum quod manu poſſit includi(& non erit peccator).Glo. Id eſt nō erit dominium peccatoris qui nunc viuit pro quo gemis. Hiero. Quia tolletur hinc,& diuina opprimetur vltione(Et quęres locum eius).Caſſio.Locus eius mundus iſte eſt, qui peccatoribus fauet,ipſi qꝫ amicus eſt. Hiero. Vel (quęres locum quietis eius ,& non inuenies.)Erit enim tempus quando peccatum nō erit qui eſt locus diaboli,quod tunc erit cū exultabim⁹ in multitudine pacis/vnde ſequitur.

xi ✠ alia li. hereditate poſſidebunt.

MAnſueti autem hęreditabunt ✠ terram,& delectabuntur in multitudine pacis,

Hieronymus.(Manſueti autem)quos null⁹ turbo furoris exagitat.Neqꝫ concupiſcentię ignis inflāmat.Caſſiodorus Dicuntur enim(Manſueti)quaſi manu conſueti.i. patientes & mites, qui alienas iniquitates tolerant,nec alios grauare pręſumunt Iſti(hęreditabunt terram).Hieronymus. Terram ſcilicet illam viuentium de qua ſcriptum eſt. Beati mites quoniam ipſi poſſidebūt terram,hoc eſt vitam ęternam. Et delectabūtur in multitudine pacis).Hieronymus. Id eſt in Chriſto cum in regno

Mat.5.

Chriſti coniuncti fuerint qui eſt pax noſtra. Caſſ. Vbi nichil aduerſum nichil poteſt eſſe contrariū. Gloſa. Tunc itaqꝫ erit pax. Sed modo eſt bellum. Et quare hoc? Quia.

xii Zat. ✠ alia li. cogitat impie de iuſto. ‡ alia li. frendet.

OBſeruabit ✠ peccator iuſtum, & ſtridebit‡ ſuper eum dētibus ſuis.

Gloſa.Et Hugo cardinalis. Hęc eſt ſecunda pars iqua oſtēdit malos torquęri inuidia.Et ex hoc malignari contra bonos. Obſeruabit)inquit (peccator iuſtum).Caſſio.Gloſa. Quaſi occultis inſidijs quando illum viderit ſceleratus bonis operibus moribus inſudare. Hiero. Vt inuento loco ei noceat.(Et ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.Caſſio. Stridet dentibus fremit animo et cuius nō poteſt mores ſubuertere, vitam ipſam protinus conatur auferre.(Dentibus enim fremere.)ferarū eſt,quas imitatur iracundus dum proximo minatur interitum,

xiii

DOminus autem irridebit eū, quoniam proſpicit ꝙ veniat dies eius,

Hiero.Nunquid dominus aliquem irridet? Non. Sed hoc dicit,quia digni ſunt ipi vt irrideātur in vindictam.Caſſio.Glo.Sic & nos videntes perituros irridemus, & pręſentes quorum pręuidemus occaſum. Et iudicemus infœlicia quę depręhendim⁹ eſſe peritura.(Quoniam proſpicit ꝙ veniat dies eius).Hieronymus. Dies ſcilicet vltionis iræ dei & perditionis eius.Auguſtin⁹. Domin⁹ enim proſpicit diem quo reddet vnicuiqꝫ iuxta opera ſua.

14 Heth. ✠ alia li. eduxerit ‡ alia li. tetenderūt

GLadium euaginauerunt ✠ peccatores,intenderunt‡arcum ſuum.

Hieronymus.(Gladius)ſiue(ſagittę)peccatorum ſunt verba ſeductionis eorum.(Arcus)vero vel(vagina,mens eſt ipſorū de quibus proferuntur. Caſſiodor⁹.Glo.Qui ſi neqꝫ blāditijs neqꝫ minis agere poſſunt pœnis aggrediuntur & ſi nec ſic proficiunt, inſidiantur dolis quando bene loquendo mala intendunt.Caſſiodorus.(Euaginauerunt)inquit,id eſt nudauerunt(Gladium id eſt cogitationes,quas tanquam in vagina prius reconditas habebant.(Et intenderunt arcum)expectantes quando poſſint innocentes,& ſimplices decipere. Auguſtinus.Vel gladius)apertam perſecutionē.(Arcus vero occultā ſignificat.Hugo cardinalis. Sed quare hoc faciunt,conſequenter oſtendit,dicens.

tormēta inferorum ab ipſis.

15 ✠ alia li. vt deiciant precipitent ⁎ [illegible] in via

VT decipiant ✠ pauperem & inopem.vt trucident rectos corde. ‡

Gloſa.(Vt decipiant)inquit (pauperem) qui ſcilicet ſibi non ſufficit.(Et inopē)qui nec habet opē ab alio.Hiero.(Intenderunt) ſiquidem(arcum vt decipiant pauperem)Chriſti non diuitem mundi Vt trucident rectos corde).Hyero.Eos ſcilicet qui bene credunt quos interminant ſeducendo. quia tunc ſanguis animę effunditur, cum quis blāde ſeductus ceciderit in peccatis.Caſſiodor⁹.Quod autem dicit(Rectos corde)de martyrib⁹ poteſt intelligi,qui recti ſunt corde.Sed trucidantur carne.

xvi. framea. ‡ alia li. conteratur.

GLadius ✠ eorū intret in corda ipſorum,& arcus eorum confringatur.‡

Caſſiodorus. Gladius dicitur qui fit ad hoſtium

clades. Hiero.(Gladius)inquit(eorũ intret in corda ipſorũ)hoc eſt iuſta vindicta in animas eorũ vt proprio ſe interimant pugione. Aug. Gloſa. Talis enim alteri extra. ſibi vero int⁹ nocẽt. Et quaſi ꝑ corp⁹ ſuũ mittũt gladiũ vt cedãt tunicã alienã.(Et arc⁹ eorũ cõfrigat). Caſſ. i. occulta malicia ipſorũ contra pios confringatur quia non erit fidelibus in animę parte nocitura. Gloſ. Qui & ſi lędantur vel ſpoliantur nichilominus tamen dicunt ꝙ.

xvii. Thet. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas.

Caſſiodorus. Glo. Paulo ante dixit de malitia peccatorum & ſuſtinentia bonorum, hic autem agit de diuitiis illorum & paupertate iuſtorum.(Melius)inquit(eſt modicum iuſto). Caſſiodorus. Per (modicum(hic ſignificatur humilitas in qua dũ ſe animus noſter cohibet mũdi precioſa tranſcẽdit. Hieronymus. Vel(modicum)fides noſtra dicitur quę grano ſinapis comparatur (Super diuitias peccatorum multas). Pariſienſis Cantor. Quę cũ labore acquiruntur cum ſollicitudine poſſidẽtur, & cum dolore amittuntur. Auguſt. Gloſa. Quia & ſi modo proſpere ſuccedat peccatorib⁹, poſtea nõ ſic ſemper erit, Caſſiodorus. Nam diuitię peccatorum ſunt congregationes criminum multorum. vnde ęſtimemus quantum ſit(melius illud modicum iuſti)percipere. Et molem tantorũ ſcelerũ nõ habere? Et quare hoc melius, cauſam ſubdit.

mat. 17. Luc. 17. Caſſio.

xviii Quoniam brachia peccatorum cõterentur, ✠ confirmat autem iuſtos dominus.

✠ Alias ſubleuat

Hieronymus. Auguſtinus,(Brachia)nanq; id eſt fortitudo & potentia peccatorum conterentur in vindicta ne innocentibus noceãt. Caſſio. Vel per (brachia peccatorum) ſuperbe & ſignificantur actiones, in quibus impij confidunt, dum nulla rationis conſideratione flectuntur. Et notanter nõ dicit(frangentur)ſed(conterentur) hoc eſt per partes minutas ſubita clade conſumentur.(Cõfirmat autem iuſtos dominus). Auguſtinus. Gloſa. Maxime per exẽplũ crucis. Crux enim chriſti finita eſt in pœna, & manet in gloria. & a locis ſuppliciorũ tranſi ad frontes imperatorum. Caſſio.(Confirmare)autem eſt in animi afflictione poſitum conſolatorio ſermone roborare. Hugo cardinalis. In hoc autem dominus iuſtos cõfirmat, quia opera eorũ approbat & conſiderat. Et hoc eſt quod ſequitur.

xix Ioth. Nouit dominus dies ✠ immaculatorum, & hęreditas eorum in ęternum erit.

✠ alia li. nias. ‡ Alias eterna

Gloſa,(Nouit)inquit, id eſt approbat(dominus), quod non poteſt homo(dies, immaculatorũ). Qui & ſi miſeri videantur ignaris. ſcit tamen quid eis ſeruet. Hieronymus.(Nouit)enim(deus dies immaculatorum), id eſt conuerſationes illorum. Nouit dominus qui ſunt eius. Immundos autem & eos qui eum ignorãt neſcit, quia ignorãs ignorabitur.(Et hęreditas eorum). Gloſa. Quæ pro diebus immaculatis dabitur,(In ęternũ erit). Hieronymus. In chriſto ſcilicet qui eſt ęternus & perpetuus, vel(in ęternum(id eſt in vita ęterna Caſſiodorus. Hęreditas enim eorum eſt cœleſtis hieruſalem ęterna pace ditiſſima quę in ęternũ erit, quia ſine fine pręſtabitur.

Hieroni.

xx Non confundẽtur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur, quia peccatores peribunt. ps. 40.

Gloſ. Confunditur qui ſperat in homine i ſe vel i alio. Sed qui ſperant in domino(non confundentur in tẽpore malo). Hugo cardinalis. Id eſt in die iudicij. Hiero. Caſſio. Per tempus enim malum iudicij tempus oſtendit quãdo omnis caro actuum ſuorum retributionem formidat, de quo alibi dicitur. In die mala liberabit eum dominus.(Et in diebus famis). Hugo cardinalis. Scilicet poſt mortem quando mali eſurient.(ſaturabuntur). Caſſiodor⁹. Vel per(dies famis) tempus huius mundi ſignificat, in quo beati eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, & ſaturantur per ſcripturas ſanctas & exempla dominica.(Quia peccatores peribunt. Idem. In illo ſiquidem iudicio peribũt peccatores, quos cibo ſpirituali minime conſtat eſſe completos. Auguſtinus. Vel(tempus malum)dicit tempus tribulationis hic, in quo boni ſpe ſaturantur futurę pacis, Peccatores vero hic ſaturati peribunt ęterna fame cruciandi. Idem. Gloſa. Quia ablatis exterioribus nil habent intus. Et ideo extra tribulantur, & intra, nam ſequitur.

xxi Caph. Inimici vero domini mox vt ✠ honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.

✠ alia li. gloriabuntur & exaltabuntur. Aliter legit hieronymus.

principium huius verſus apud hebręos teſte. Beati. Hieronymi incipit a parte extrema verſus pręcedentis quę eſt quia peccatores peribũt ſic ergo legitur iuxta hebręum Quia impij peribunt, & inimici domini gloriantes, vt monocerotes, conſumentur ſicut fumus, conſumentur vel defficiant.(Inimici vero domini)id eſt impij. Hugo cardinalis. Amici huius mundi de quibus ait apoſtolus. Quicunq; voluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus dei conſtituetur.(Mox vt honorificati fuerint. Hieronymus. In poteſtate terrena(& exaltati)in vana gloria.(Deficientes quemadmodum fumus deficient). Idem. Adueniente enim morte omnis gloria eorum tanquam fumus aut nebula tabeſcet, quia cito omnia tradſeunt. Auguſtinus. Gloſa. Sicut fumus qui quanto plus extenditur, tanto plus euaneſcit. Hugo cardinalis. Sic & peccatores quanto altius extolluntur in ſęculo, tanto profundius merguntur in inferno, iuxta illud. Deieciſti eos dum alleuarentur.

Iaco. 4.

xxii Lamed. Mutuabitur ✠ peccator & non ſoluet, iuſtus autẽ ‡ miſeretur & tribuet.

Aliter legitur. ✠ alia li feneratur Et alia mutuat ‡ alia li donat.

Sic tranſtuli id eſt beatus Hieronymus, adhebraicã ve. Fœnus accipit & nõ reddit, iuſtus autem & donat & tribuit. Mutuũ accipit peccator a domino quinq; ſenſus corporis, vel diuitias, & de eis non gratias agit deo, Caſſiodorus. Vel verbum dei audit, & non illud ſuis operibus repręſentat, hoc eſt enim non ſoluere iuſſa dei non implere. Sed tanquam proteruus ſemper ingratus eſt. Pariſienſis Cãtor. Poteſt enim iſtud legi vel ad literam de talento pecunię mutuato & non ſoluto, vel de ta-

lento gratię dum naturalia & gratuita quę nobis mutuat deus eis cõdigne non ſoluimus,ſed in prauos vſus conuertimus, vel de talento prȩlationis dum prȩlati non diſpenſant ſubditis vt deberent quibus conſulit Hieronymus deponere mitram, & baculum & permittere ſibi magis vtilem ſubſtitui,vel de talento peccati qđ mutuo recipit peccator a diabolo,& non ſoluit,nec diabolus vult vt ſoluatur,hoc eſt vt per pœnitentiam deleatur: ſed vt magis ſuo pondere ad aliud trahatur.Sequitur. (Iuſtus autem miſeretur). Hugo cardina. Intus in corde compatiendo.Et tribuet.)exterius in opere ſubueniendo. Hieronymus.Vel in ſe facit miſericordiam,& in alijs.Caſſiodorus.Gloſa. Nã de his quæ accepit,miſericordia enim mouetur erga nõ habentes,& dat,ſciens ꝙ benedicẽtes domino hæreditabunt terrã,& ꝙ maledicẽtes peribunt,vnde ſequitur.

Hieroni. Caſſio.

xxiii Aliter legit hie. ad he. ✝alia li. hereditate poſſidebit ‡ Alias diſperibunt ps. cxiiij.

Qvia bñdicentes ei hæreditabũt✝ terram,maledicẽtes autem ei diſperibunt‡.

Hierony. iuxta hæbreum ſic legit. Qui benedicti fuerint ab eo,hæreditabunt terram,& qui maledicti,interibunt. CaſſiodorusQui enim benedicunt dominum,id eſt qui in omnibus gratias referũt, & ſemper deum laudant,& mandata eius cuſtodiunt.Terram illã viuentium accipiunt poſſidendã in qua bona dei repoſita ſunt,de qua in alio pſalmo dicitur.Portio mea in terra viuentium.(Maledicentes autem ei diſperibunt). Hugo cardina.id eſt diuerſis pœnis interibunt.Pariſienſis Cantor. vel(diſperibunt)id eſt i corpore & anima peribũt. (Maledicẽtes ei)Caſſiodorus.id eſt blaſphemi, vel de legibus non obedientes:ab illa patria ſubmouebuntur.Non quia ipſi non erunt: ſed quoniam a iuſtorum promiſſis diſperibũt:quos pœnalis flãma torquebit.Hugo cardinalis.Et quia bonos deus multipliciter remunerat, Ideo ſequitur.

24 ✝alia li. dirigentur ‡alia li. cupiet nimis.

Apud dominum greſſus hominis dirigetur✝ & viam eius volet.‡

Hieronymus. Non enĩ pedum greſſibus, ſed animi virtute diriguntur a domino greſſus hominis, cuius eſt vt Salomon ait:prȩparare viam ſuam:ſed dominus(dirigit greſſus eius).Hugo cardinal. Id eſt opera & affectus.Caſſiodorus. Tunc nanque diriguntur greſſus noſtri a domino,cum ſine erroribus ambulamus,& quando fidei regulam in quam gradiamur,accipimus. Idem.Gloſa. Greſſus nanque hominis per ſe tortuoſi ſunt. quia in peccatis natus eſt.Sequitur,(Et viam eius volet). Lyra. Id eſt approbabit,eam ordinans ad meritũ vitæ æternæ,Velle nanq; & noſcere in ſacris frequenter pro approbare ſolent ſumi,vt.j.Corint.vii. Volo vos omnes eſſe ſicut & ipſe ſum,id eſt.Vel vt ĩquit beatus Hieronymus hoc deſidero,hoc precipio. Item Nouit dominus qui ſunt eius.Sic & nolle aut nõ noſcere pro reprobare. Matthei viceſimo quinto.Non noui vos,neſcio vos,&c.Hieronimus. Vt ad eum veniat.Qui eſt via,veritas,& vita.Auguſti. Glo.Per hoc enim ꝙ dirigitur vult iuſtus viã dei quãuis dura ſit,via nãq; terræ non eſt dura, ſed tamẽ plena latronibus, via vero domini. Et ſi dura ſit ſecura tamen eſt.Et propterea (viam ei⁹ volet) quia.

Greſſus dirigia dño qđ.

Joan.4.

25 ✝ Alias habz hic iuſtus. ‡ alia li. nõ alliditur ⁎ alia li firmat ſuſtẽtat

Cvm ceciderit ✝ non collidetur‡, quia dominus ſupponit ⁎ manum ſuam.

Hiero.(Cum ſcilicet (ceciderit) propter infirmitatem carnis. Quia ſepties in die cadit iuſtus,& reſurgit.Caſſiodorus.Vel(cum ceciderit)non in peccatum:quia iuſtum dixit:ſed in manibus peccatorũ. Hugo cardinalis.Vel(cum ceciderit per peccatum veniale:quod eſt caſus in domo non a domo. Pariſienſis Cantor. Vel cum ceciderit) id eſt primo motu cadere incœperit:vel etiam per mortale ceciderit.(Non collidetur)permanendo, ſcilicet finaliter in peccato.Et quare?(Quia dominus ſupponit manum ſuam(.Hugo cardinalis.(Manum) ſcilicet miſericordiæ quæ eum ſuſcepit.Hieronymus. Nã agenti pœnitentiam deus ſtatim miſeretur:vnde Dauid & Petrus cognitum peccatum lachrimis purgauerũt:& a domino confirmati ſunt.

Jo. xviii.

xxvi. Num. Tertia pars. ✝ Alias iuuenis puer. ‡ alias. egẽs pane.

Ivnior ✝ fui, etenim ſenui,& non vidi iuſtum derelictum,nec ſemen eius quȩrens‡ panem.

Gloſa.& Hugo Cardinalis. Hęc eſt tertia pars pſalmi huius:in qua oſtendit iuſtum nunquam deſeri,præmia bonorum,& pœnas malorum commiſcens cum interiectis hortationibus. Et loquitur propheta in perſona eccleſiæ,dicens:(Iunior fui). Gloſa.Auguſtinus. In primis nanque temporib⁹ eccleſia,iunior fuit.iam vero in fine ſæculi ſenuit in ſenecta vberi:quia per omnes gẽtes dilatata eſt. Idem.Hugo cardinalis.Vel puer fuit in Abel non dum habens vbera iuuenis in patriarchis & prophetis.Tempore apoſtolorum adoleſcentula,quia pulchra & fœcunda. Tempore martyrum quaſi ſenex. In fine mundi quaſi in decrepita ætate:& tanquam anus frigida et rugoſa.Caſſiodorus.Vel(iunior fui)quando initia legis in Adam ſuſcepi.(Senui)cum in honorabili ætate ad vltimum ſuſcepi Chriſtum.Hugo cardinalis. Et licet tantum durauerim dicit eccleſia,tamen(non vidi iuſtum derelictum.Caſſiodorus.Hoc de ſpiritualibus bonis, non de temporalibus intelligitur, cum & Chriſt⁹ in cruce ſe temporaliter derelictum clamauerit,& multi iuſti in latronum manibus inciderint, qui tamen non ſunt a deo finaliter derelicti.Hugo cardinalis.Niſi forte corporaliter ad tempus, iuxta illud prophetæ.Ad punctum in modico dereliqui te.(Nec ſemen eius quærens panem).Hieronym⁹ Auguſtinus.Caſſiodor⁹. Semen vniuſcuiuſq; hominis opera eius eſſe dicimus quæ ſeminat,& metit,ſiue bona ſint,ſiue mala. Opera itaque iuſti pane non indigent ,hoc eſt verbo dei quo ſatiatur, quo reficitur, quo intus reuera viuit & paſcitur. Hugo cardinalis. Vel non vidi ſemen eius quærens panem) id eſt principaliter intentum temporalibus. Hieronymus. Vel Dauid in hoc verſu loquitur, qui paruulus fuit in malitia ,ſenex in virtutibus.Gloſa. Ideo autem iuſtus pane non indiget, Quia.

Caſſio.

Eſa. 54

27 ſamech † alia li. donat. TOta die † miſeretur & commodat, & ſemen illius in benedictione erit.

Hieronymus.(Tota die)id eſt omni tempore(miſeretur) a deo & (commodat) quia alijs miniſtrat doctrinam dei. Caſſiodorus. Vel(tota die)dicit,hoc eſt toto tempore vitæ ſuæ,dies enim ſingulari numero frequenter apponitur: vt totius vitæ tempora declarentur.(Miſeretur).Hugo cardinalis. In affectu(& commodat)in affectu. Caſſiodorus. Gloſa Vel de elemoſina hoc dicit: quia miſericordia incipit,& poſt manum aperit:(& commodat)vel de ſpiritalibus bonis hoc etiam poteſt intelligi.(Et ſemen illius in benedictione erit).Hieronymus. Caſſiodorus Auguſtinus. Gloſa.(Semen) dicit opera eius, vel doctrinam quam docuit: quæ a domino benedicentur. vt quod ſeminauit metat. Gloſa. Tu itaque quicunque es qui vis iſti ſimilis eſſe.

28 Diuiſio. † alia li. in ſempiterno DEclina a malo & fac bonum & inhabita † in ſæculum ſeculi.

(Declina)inquit(a malo). Lyra. Obſeruando præcepta negatiua.(Et fac bonum) obſeruando affirmatiua. Hieroni. Hieronymus. Vel(declina a malo)hoc eſt a diabolo,vel a peccato. Auguſtinus. Gloſa. Neſcilicet cui noceas,ſed vt ei bene facias: vnde ſequitur. (Et fac bonum). Hieronymus. Id eſt imple mādata. Gloſa. Prius tamen dicit.(Declina a malo)& deinde (fac bonum)quia malus non poteſt repente bona appetere, nemo enim repente fit ſummus. Caſſio. Caſſiodo. Declinemus ergo mala quæ noſtra ſunt, & faciamus bona quæ Chriſti ſunt, quia non ſufficit chriſtiano a malis abſtinere, niſi etiam bonū nitatur quadam operatione perficere:(Et inhabita in ſæculum ſæculi). Lyra. id eſt vt per hoc inhabites in æterna beatitudine. Caſſiodorus. Nam ſæculum ſæculi ſignificat æternum regnū, quod nulla ſucceſſione mutabitur. Hug cardina. Sed quare debeat homo a malo declinare, & bonum facere. Sequitur.

29 † Alias cuſtodientur QVia dominus amat iudicium. & non derelinquet ſanctos ſuos, in æternum † conſeruabuntur.

Gloſa. Caſſiodorus. Quāuis enim dominus ſinat pati ſanctos ſuos, tamen iuſte iudicat,& nō deſerit eos.(Quia dominus)inquit (amat iudicium) Hieronymus. Rectum ſcilicet iudiciū,quo impios iuſtoſq; diſcernit. Gloſa. Caſſiodo. Ideo & tu ama, vt bonis tuis gaudeas. Lyra. Vel(dominus amat iudicium)id eſt opera iuſtitiæ quæ præcipiūtur mādatis decalogi.(Et non derelinquet ſanctos ſuos.) Hieroni. Caſſio. Hieronym⁹. Qui in eum totam ſpem locauerunt. Caſſiodorus. Ille enim auctor iuſtitiæ non poteſt illos derelinquere,qui eius eligunt præcepta complere.(In æternum conſeruabūtur. Hieronymus. Hoc eſt in perpetuum,quia ęterna concupierunt. Caſſio. Non enim in hoc ſæculo, ſed in æternum conſeruandi ſunt,qui domino complacere contēdunt. Lyra. Et quia ſicut iuſti pro operibus iuſtitiæ pręmiabuntur,ita impij pro operibus iniuſtitiæ punientur. Ideo ſubiungitur.

30 Ain † alias hz hic āt INiuſti punientur. † & ſemen impiorum peribit.

(Iniuſti punientur)hoc non eſt in hebræo, ſed additum eſt puto a ſeptuaginta. Et ſemē impiorum peribit q' eſt altera pars annexa præcedenti verſiculo. Hieronymus.(Iniuſti punientur)in vindicta. Glo. Propter praua opera ſua. (Et ſemen impiorum peribit). Auguſtinus. Hieronymus. Caſſiodorus. Quomodo ſemen in benedictione erit: ſi ſemen impiorum peribit. Semen enim impiorum opera ſunt eorum quæ cum ipſis punientur in tormentis,& omne opus eorum diſperdetur: quia iniquum eſt,& ſine fructu beatitudinis erit. Caſſiodorus. Iſte autem ſenſus frequenter repetitur, vt amplius quæ ſunt ventura credantur, ſemē impiorū ad

IVſti autem hæreditabunt terram & † inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam xxj † alia li. hereditate poſſidebunt

Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Terra hęc eſt terra viuentium. Hęc enim terra quam nunc inhabitamus a terendo dicitur. eo quod comeantium pedibus atteratur: & eſt terra morientium receptura mortuos,quos nutrit viuos. qualis ergo illa terra, talis et ipſa vita, ſi æterna vita, æterna terra: & quomodo ęterna terra,ſequitur,(Et inhabitabūt in ſęculum ſęculi ſuper eam). Caſſiodorus. Hoc dicit ne iſtam terram crederes quę aliquando deſerenda eſt. Auguſtinus. Alia ergo terra erit vbi inhabimus(in ſęculum ſęculi). Hieronymus. Hoc eſt ſine fine,de qua fugit dolor & gemitus. Gloſa. Hęc itaque merito iuſto,quia: Hieroni.

OS iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. xxxi

Poſita varietate meriti & demeriti quantum ad iuſtos & impios in vita actiua,hic conſequenter ponitur in vita contemplatiua & dicit.(Os iuſti meditabitur ſapientiam ideſt loquetur ſapiētiam ex meditatione cordis ſui,pcedētem ſecundum dictū ſaluatoris ſui. Ex abūdantia cordis os loquitur & bonus homo de bono theſauro profert bonum.(Os) inquit(iuſti meditabiť ſapientiā). Hier. Id eſt Chriſtū: & cū dicit meditabitur,futurū temp⁹ ſignificat quod in regno dei intelligitur agendū: in quo nō vino luxurię, neq; cibis luxurioſis, ſed ſapientia dei iuſtorum ora replebuntur. Caſſiodorus. Per os aūt cogitationes hic debem⁹ accipere, q̄a de ligua ſequiť qd loquať. (Et lingua eius loquetur iudicium). Idem. Sicut enim cor meditabitur iuſtitiam, ita lingua loquitur per cuncta iuſtitiam,& iudicium. Gloſa. Docens alios quid deus pręcepit tenere vel fugere. Caſſiodorus. Dicitur enim(iudicium quaſi iuriſdicium. quod in eo ius dicatur. Gloſa. Sed ne putes de illis eſſe: de quib⁹ dicitur. Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. Ideo ſubditur. Hieroni. Gloſa.

LEx dei eius in corde ipſius, & nō † ſupplantabuntur greſſus eius. xxxiii † alia li. defficiet

Caſſiodorus. (Lex dei eius): hoc pronomen eius gratiam indicat domini ſaluatoris. nam cum ſit omnium deus ipſius tamen proprie dicitur quem liberare dignatus eſt. Gloſa.(Lex)inquit(dei eius)id eſt pręcepta dei(in corde ipſius), Hieronymus.

Non ſolum in ore et lingua:ſed etiam in alto cor
dis eius)hoc eſt in mente.Gloſa. Vt cor conſonet
Caſſio. ori.Caſſiodorus. In hoc enim ſignificat ſenſum
iuſti tali bono eſſe completum.(Et non ſupplan=
tabuntur greſſus eius).Hieronymus.(Greſſus) id
" eſt ſenſus eius,quibus ad deum peruenire nititur
(non ſupplantabuntur)a diabolo vel a peccato.
" Lyra.Quominus incedat per viam iuſtitię.Caſſio
Supplā tare qđ dorus.Supplantare enim dicimus plantis foueas
pretendere ne poſſit incedens firmum reperire
veſtigium. Lyra. Et quia ſicut meditatio iuſti eſt
circa legem dei: vt eam cuſtodiat: ita meditatio im
pij eſt vt malum conceptũ perficiat. Ideo ſubdi=
tur.

34 ✠ alia li. impius. ‡ Alias poere.oc cidere.

COnſiderat ✠ peccator iuſtum, & quærit mortificare‡ eum.

Caſſiodorus.Conſiderare eſt aliquid alta delibera=
tione conſpicere:et vſq; ad rerum viſcera perueni
re. Gloſa.(Conſiderat) inquit(peccator iuſtum)
id eſt inſidiatur ei.Hugo cardinalis. Non vt imi=
tetur,ſed vt accuſet eum: vnde addit. (Et quærit
" mortificare eum)Lyra.Quęrens eum auertere a via
" iuſtitiæ.Pariſienſis Cātor.Vel etiam(quærit mor
" tificare eum(in carne:quia terra data eſt in manus
impij. Hironimus, Vel de Chriſto Ieſu intelligi=
tur:quem intuebatur populus iudęorum,& ſtride
bat in eum. quia grauis eis erat ad videndum: &
doctrina eius ad audiendum,ſic & nunc inimicus
conſiderat vnumquemq; noſtrum vt perdat: ſed ſi
vigilanter reſiſtatur ei,euenit quod ſequitur.

35

DOminus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec dam=
✠ alia li. ille. nabit eum cum iudicabitur illi. ✠

(Dominus autem non derelinquet eum in mani=
bus eius(Gloſa Hieronymus. hoc eſt in poteſtate
eius vt ei conſentiat.Gloſa Auguſtinus. Vt enim
Job.ix. ait Iob,Terra id eſt caro tradita eſt in manus im=
pij, ſed animam inuictam educit deus ne cedat.
" (Nec damnabit eum cum iudicabitur illi). Gloſa.
Etſi ab homine hic damnetur: non tamen damna
bit dominus eum iuſtum,ſcilicet(cum iudicabitur
illi)Caſſiodorus.Gloſa. hoc eſt non damnat iuſtũ
cum iudicat impium,ſed diſcretione meritorum iu
ſtum beatitudo ſuſcipiet, illum debita pœna tor=
quebit.Gloſ.Et quia dominus ita facit iuſto,ideo
xxxvj nunc,

EXpecta dominũ, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te,‡vt hæreditate
✠ alia li. vt inhabites terram. capias terram,cum perierint peccatores videbis.

Hieronymus. Expecta dominum)& quicquid ac
cidat ſiue in proſperis, ſiue in aduerſis patienter
" (expecta)id eſt ſuſtine dominum per ſpem firmam
& indeficientem mandatorum cuſtodiam,Nec cõ
fundaris in diuerſis mundi tentationib⁹: vnde ſe
" quitur(Et cuſtodi viam eius)Caſſiodorus.Hoc eſt
ſacratiſſima eius præcepta. Auguſtinus. Et tanq̃
diceret,& ſi ea cuſtodiero,quid inde accipio? Se=
" quitur(& exaltabit te)Hugo cardinalis. In augmẽ
to virtutum & bonorum operum (vt hæreditate
capias terram)Hieronymus. Illam vtiq; ęternæ
beatitudinis tellurem in qua iuſti, poſt termina=
tos labores exaltabuntur. Auguſtinus. Sed quid
de illis qui nos anguſtiauerunt? audi quid) Cum
perierint peccatores videbis).Hieronymus.Tunc Hieroni.
enim iuſti peccatores perire videbunt cum fructũ
mercedis: domino tribuente percipient.Caſſiodo Caſſio.
rus.Qui cum ſenſerint in q̃tis ſint iocunditatibus
collocandi: & cum deinde pœnas peccatorum vi=
derint,exultabunt amplius,videntes ab ęterno ſe
ſupplicio liberatos.Lyra.Beati nanq; vident dam=
nationem malorum: & eſt eis materia exultatio=
nis inq̃tum euaſerunt eam ex gratia diuinę miſe=
rationis.Gloſa.Et deinde tanq̃ quęreret peribunt
ne impij: reſpondet vtiq;,Quia.

VIdi impiũ ſuperexaltatũ ✠ & eleuatum ſicut cedros libani. 37 Ves. Aliter legit hieronymus ✠ alia li ‡ eleuari ſupne

Sic Hieronymus ad verita.hebra.vidi impium ro
buſtum,& fortiſſimum ſicut indigenam virẽtem,
Gloſa.(Vidi)inquit Oculo fidei,quo qui caret de=
lectatur fœlicitate impiorum,(Impium ſuperexal
tatum).Caſſiodorus. Vidiſſe ſe dicit impium cre= Caſſio.
uiſſe non ad honorem:ſed potius ad ruinam. Glo
ſa.(Vidi)inq̃(impium)ſuperexaltatum in honori=
bus ſupra modum(et eleuatum) in candore ſęculi "
(Sicut cedros libani)Gloſa. Et Auguſtinus. Eſt
enim libanus mons: & interpretatur candidatio
per quod ſignificatur candor huius ſęculi: in quo
ſunt altę cedrus: quę a vento eiiciuntur. Hierony= Hieroni
mus. Nam ſicut cedrus ſuper exciſos montes ap=
paret exaltata: & impulſu ventorum ſępe dilabi=
tur: ita & impius qui relicto deo in diuitiis mun=
di confidit. quamlibet floreat quamlibet extolla=
tur: & eleuetur non inuenietur cum ab hoc mun=
do migrauerit: vel de diabolo ſeu de Iuda etiam
poteſt iſte verſus intelligi.

ET tranſiui & ecce non erat, quęſiui eum et non eſt inuentus ✠ locus eius. 38 ✠ locus eius i hebreo nõ eſt

Caſſiodorus. Gloſa.(Tranſiui) mundum ſcilicet "
meliori conuerſatione ad deum tendens factus
verus hebręus,hebræus enim tranſiens interpre
tatur a verbo abar tranſiuit. P. Cantor.Qui tran=
ſit a conuerſione ad meliora contemplatione ad
cœleſtia,conſideratione ad nouiſſima.Gloſa.Caſ=
ſiodorus. Et tranſiens vidi nihil eſſe hæc omnia
in quibus homo gloriatur. Gregorius in morali. Grego.
libro.xv.Dum enim æterna retributio cogitatur
præſens gloria q̃ ſit nulla cognoſcitur.(Quæſiui
eum)Gloſa. Caſſiodorus, Id eſt in memoriam re= Caſſio.
duxi: tunc enim iuſti recordantur maxime pecca
torum,quando miſeratione domini in melius im=
mutantur dolentes: quia miſeri ab eo malis actib⁹
ſegregantur(Et non eſt inuẽtus locus eius).Idem.
Locus peccatorum mundus iſte dignoſcitur, qui "
cum eorũ proſperitate diſſoluitur quando totius
orbis corruptibilis gloria terminatur. Gloſa. Et
quia ita euenit impijs Ideo tu.

CVſtodi innocẽtiam ✠ et vide ęquitatem ‡ quoniam ſunt reliquię homini pacifico. xxxix Sm. Aliter legit hie. ad he. ✠ alia li. veritatẽ ‡ alia li. directionem.

Beatus Hieronymus iuxta verita. hebrai.ſic legit,
Cuſtodi ſimplicitatẽ,et vide rectum, quia erit ad

extremum viro pax. Hugo cardinalis. (Cuſtodi innocentiam) ad deum (Et vide æquitatem) ad proximum. Lyra. Vel (cuſtodi innocentiam) nulli nocumentum inferendo. Et (vide æquitatem) Iuſte cum proximo agendo. Hieronymus. Si enim nulli noceas, ſi cum nullo litigioſus ſis, videbis Chriſtum, qui ſicut via, veritas, & vita, & æquitas intelligitur. Auguſti. Gloſ. Vel (cuſtodi innocentiã) ne in mundanis curam habeas. (et vide æquitatem) ne iniquus putetur deꝰ, qui fauet impijs, & iuſtos affligit, ſed attẽde nouiſſima, & videbis. (Quoniã ſunt reliquiæ homini pacifico). Idem. Poſt hanc enim vitam remanet ei bonum, nec perit omnino, ſed viuit. Hiero. Qui enim hic pacifice vixerit vt filius dei vocetur, huius reliquię hoc eſt corpꝰ mortale reſeruatur ad gloriam reſurrectionis. Auguſtinus. Nam reliquit iuſtus poſt mortem ſuam memoriam iuſtitiæ ſuæ bonã, & deus ſibi reliquit præmia æterna. Caſſidorꝰ. Dicitur autem pacificꝰ qui inter diſcordantes pacem ſeruat & facit.

Auguſti. (margin)

40 Iniuſti ✠ autem diſperibunt, ſimul reliquiæ ‡ impiorum interibunt.

✠ alia li. preuaricatores ‡ alia li. nouiſſimam (margin)

Hugo cardinalis. (Iniuſti) inquit (diſperibunt) id eſt diuerſis pœnis peribunt, & licet ſit diuerſitas in pœnis tamen (peribunt ſimul). Glo. Vel (in idipſum) id eſt omnes ſimul in vnum (reliquiæ impiorum) Hugo cardina. id eſt bona tẽporalia quæ reliquerunt (interibunt). Quia non habet euentus ſordida præda bonos: dicuntur autem temporalia reliquiæ eorum, quia velint nolint relinquent ea. Hieronymus. Vel non reſeruantur eorũ reliquiæ ex ſuperbia vt inæternum viuant. Sed vt in pœna gehennæ ignis intereant. Caſſio. Sicut enĩ iuſti poſt hanc vitam ſpe maxima gratulãtur, ita iniuſti finita luce diſpereunt, reliquiæ nãq; ſignificant memoriam bonorum, quam in hoc mundo poſt obitũ derelinquunt, prout in martyribꝰ contigit, qui pro veritatis teſtimonio fœlices animas reddiderunt. Quod impij mereri nõ poſſunt, qui nullum veſtigium dignum memoriæ ſuę derelinquunt: quoniam ſuperueniẽte eorum interitu falſa laus, & fragilis vita diſſoluitur. Hugo cardi. Ne autem ſibi quis bona aſcribat, oſtendit illa a domino, dicens:

Hieroni. (margin)

41 Salus autem iuſtorũ a domio, ✠ & protector eorum in tẽpore tribulationis.

Thau ✠ Alias fortitudo (margin)

Gloſa. (margin)

(Salus) inquit (iuſtorum a domino) Gloſa. Non aliunde. Hieronymus. Ipſe enim eſt noſtra ſalus: per quem et iuſti viam præſentem capiunt: & adipiſci pręſtolantur æternam. Et protector eorum). Glo. Siquid impugnat. (In tẽpore tribulationis) Caſſiodorus. Tempus autem tribulationis duplex eſt, ſed longe diſſimile. Nam hic tribulationes tẽporales ſunt quæ mordent potius quam deuorent quas dominus a fidelibus ſuis ex toto nõ amouet. Illa vero tribulatio quę in die iudicij impijs venit mala eſt: quia æterna & triſtis qa cruciat. In hoc ergo tẽpore tribulationis protector eſt dominus quia ex ipſa iuſtos eripit.

Tempꝰ tribulationis duplex (margin)

41 Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, et eruet ‡ eos a peccatoribus, & ſaluabit eos quia ſperauerunt in eo.

‡ alia li. eximet. (margin)

Caſſiodorus. (Et adiuuabit) inquit (eos dominus) fideles ſcilicet famulos ſuos: quos in hoc mundo efficaciter adiuuat quando colluctatione contraria fatigantur. Lyra. Firmando eos contra tẽtationes in pręſenti, & liberabit eos, ſi ceciderint per peccatum. Caſſiodorus. Vel quia non ſinet fidem illorũ praua ſuaſione peruerti. Et eruet eos a peccatoribus) dum eos in mundi eius contrarietate ſeruat illęſos. Lyra. Vel (eruet eos) per pœnitentiam (a peccatoribus) id eſt a dæmonibus in peccato obſtinatis & perſeuerantibus. (& ſaluabit eos) deducendo eos ad gloriam. Caſſiodorus. Nõ quia non peccauerunt, ſed quoniam ſpem ſuam in domini pietate poſuerunt. (Quia) inquit (ſperauerunt in eo) Lyra. Spe debita quæ prouenit ex meritis & gratia.

Caſſio. Caſſio. (margin)

❡Pſalmus.xxxvij.

❡Titulus. Pſalmus Dauid in rememoratiõe diẽ ſabbati.

Hieronymus. Sabbatum requies interpręta tur, hoc eſt quãdo requieſcunt ſancti, id eſt quando acquieſcet eccleſia in paradiſo quẽ perdidit in Adam. Auguſtinus. Gloſa. Hanc autem requiem perdere formidat peccati cõſcius, & eã habere deſiderat grauiter afflictus. Caſſiodorus. Gloſa. Auguſtinus. Quod autem dicit in rememoratione hæc nobis titulus iſte pronunciat: vt quia peccatum omnimodis effugere non valeamꝰ ſemper in memoria habeamus, vt nos ab eo ſaltem temperemus.

Lyra recitat plures opiniones de interpretatione huius pſalmi. Et deinde dicit, q; dauid fecit hũc pſalmum de ſeipſo ad recordandum propria delicta notabilia coram domino, quæ licet fuiſſent dimiſſa quantum ad culpam. et pro his ſuſtinuiſſet aliquam pœnã, timebat tamen ne adhuc alia adderetur, ideo fecit hũc pſalmum. Et ad iſtũ ſenſum proſequitur Lyra intellectum literalem.

Hieroni. Auguſti. Gloſa. (margin)

Pariſienſis Cantor. Et notandum quod non tantum dicit memoratione, ſed rememoratione. Iugis eni debet eſſe recordatio peccati, quia ſicut dicit magnus Baſilius, ſicut homo quaſi de neceſſitate quocunque vadat circunfert vmbrã ſui corporis, ita debet circũferre memoriã ſui peccati. Glo. Et eſt iſte tertius in ordine pœnitẽtialiũ pſalmorũ in quo pœnitens in malis poſitus peius timens & inde lugens. Sabbati æterni recordatur quo timet priuari peccati conſcius: & eo deſiderat frui grauiter afflictus. Gloſa. Intentione autem mouet ad pœnitentiam. Et diuiditur in quatuor partes: In prima captat miſericordiam, pœnas per quas patitur ſummatim perſtringens. In ſecũda ponit narrationem, in qua enumerat miſerias, ibi (Putruerunt). In tertia quia inter tot mala ſperauit in domino affirmat ſe audiendum a domino, cum commemoratione emendationis, ibi: (Quoniam in te dñe ſperaui). In quarta ponit lætã concluſionẽ de ſalute, vt certa ſit ſpes imitantibus: ſicut eſt in omnibus pſalmis pœnitentialibus: ibi, (Ne derelinquas me domine).

3. ps pœnitentialis. Gloſa. Diuiſio. (margin)

ps.37

1 Domine ne in ✠ furore tuo arguas me, neq; in‡ ira tua corripias me.

✠.Alias in ira ‡ furore. ‡ econtrario.

Hieronymus Totus pſalmus iſte ex perſona pœnitētis eſt. Sed & ad chriſtū referri pōt ſicut &.lxviij(Domine)Innocen.iij. Pater & de⁹ vitæ meæ,(Ne in furore tuo arguas me) Idē. Caſſ. Glo. Ne ſim inter eos quibus dices. Eſuriui & nō dediſti michi manducare. Ite maledicti in ignem æternum.(Neq; ī ira tua corripias me)Hiero. Ira eſt vt ſepe dixim⁹ commotio animi. Furor vero vindicta irrationabilis: cū fellis amaritudine. Iſte itaq; qui ſe ſcit eſſe peccatorem, non in ira, ſed per pœnitentiam.(Nec in furore) ſed per patientiam ſe argui poſtulat Inno.iij. Vt talis ſit ſenſus, domine argue me(non in ira), ſed in miſericordia, quia ſcriptum eſt, Deus quos amat arguit & caſtigat, & corripe me, non in furore, ſed in manſuetudine quia pater filium quem diligit corripit. Idē. Caſſ. Gloſa. Vt pœna ſit a miſericordia ad correctionē, non ab ira ad vltionem. Grego Tu vel ſic domine cui in ſpiritu meo ſeruio quem omnium ſaluatorē eſſe cognoſco.(Ne arguas me in furore) dānationis perpetuę,(Neq; corripias me in ira) expurgātis vindictæ. Quare autem non debeat in ira corripi, & in furore dannari ſubiungit, cum ait.

mat.xxv. Apoc.3 Heb.xij Gloſa.

2 Voniam ſagittę tuę infixę ſūt michi, & ✠ confirmaſti ſuper me manum tuam.

✠ alia li. tetigit me.

Hieronym⁹.(Quoniam) inquit(ſagittę tuæ) verba ſcilicet doctrinæ tuæ, quæ vt iaculum tranſuerberauerunt cor meum, vt agerem pœnitentiam. Augusti. Gloſa. Vel verba vindictę: quam minabatur dominus Ade, dicēs. In quacūq; die comederis, morte morieris. Greg. Mortalitas enim & paſſibilitas ſunt ſagittæ quæ nimirum nobis infixę ſūt, quia quādiu in præſenti ſæculo viuimus ab eis liberari aliq̄ ratiōe nequimus. Innocen. Vel ſagittę domini ſunt cōminatiōes diuinæ quæ timore diſtricti iudicij peccatoris animo infigūtur, iuxta illud Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.(Et confirmaſti ſuper me manum tuā.) Hieronymus. vt tanquā bonus magiſter verberibus caſtigationis afflictum redderes emendatum. Greg. Per manum enim domini quā ſuper ſe aſſerit, confirmatam miſeriarum frequentiam & aſſiduitatem intellige. Innocentius tertius. Nam manus hic accipitur pro vindicta. Gregori⁹. Quomodo autem ſit continua hæc pœna quā patitur oſtēdit, dicens.

Geñ.ij. ps.cxviii

3 Non eſt ſanitas in carne mea a facie ‡ ire tue, non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum,

‡ Alias a vultu

Auguſti. Gloſa. Caſſio. Hic numerat quæ patitur, vt qa multa ſunt ſatis ſint deo, ne peiora patiatur. Portat enim corpus mortale tot miſerijs ſubditū, quot & cū ſanum dicitur, nō vere ſanum ſit quod leuiter poteſt ledi, propter quod ait. Non eſt ſanitas in carne mea a facie irę tuæ. Ab inſtantia ſcilicet vindictę in adam exertę. Hiero. Vidi enim faciē iræ tuæ, & nō ipſam iram, hoc eſt intellexi per ſcripturas ſanctas quāta minabaris peccatoribus, Et extabui petens ne ipſa ira ſuper me deſcenderet.(Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Glo. Hoc dicit more verecundi famuli q futuris flagellis iam affligitur. Grego. Quia nullā anima mea poteſt habere requiē donec aliquā peccati in ſe habeat recordationem. Hierony. Vel(nō eſt pax oſſibus meis) quia nullā quietē indulſi, vel oſſibus vel mēbris meis donec ea pœnitendo purgarem. Gregorius. Non tamen eſt mirum, ſi non eſt pax oſſibus meis. Et quare ſequitur.

Auguſti. Hieronı.

4 Voniā iniquitates meę ſuper greſſę ✠ ſunt caput meū & ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.

✠ alia li. intumuerunt ‡ alia li. ꝯpoſuerūt

Caſſiodo. Iniquitates noſtræ eleuant ſe ſuper caput noſtrum quando ſibi amplius vendicant, q̄ ratio iuſtitia quę patiatur. Caput enim noſtrum ratio eſt ſupra quā inter bona collata celſius nil habemus. Innocen.iij.(Quoniam) inquit(iniquitates meę) quas ego ſine timore dei & propoſito pœnitendi commiſi.(Supergreſſę ſunt) id eſt poſuerunt ſe ſuper caput meum, hoc eſt depreſſerunt rationem animæ meæ. Ideo(grauatę ſunt ſuper me) non mediocriter. Sed(ſicut onus graue) quod vſq; in profundum vitiorum demergit.(Et ſicut) inq̄t(onus graue grauatę ſunt ſuper me.) Hiero. Nō eſt enim mihi leue peccatum meum, ſed recognoſco, quia graue mihi iudicij pōdus impoſuit, & ſuper verticem capitis mei excreuit, ita q̄ ſicut pondus grande, ſic ſunt peccata mea ſuper me.

5 Putruerunt ✠ & corrupte ſunt cicatrices ‡ meę, a facie inſipientię meę.

Secūda pars. ✠ alia li. computrue runt. ‡ alia li. cicatrices mei.

Gloſa & Hugo cardinalis. Secūda pars in qua expreſſius enumerat miſerias quas ſuſtinet. Innocentius tertius.(Cicatrices) inquit(meę) id eſt peccata iam dimiſſa per baptiſmum, vel pœnitentiā,(putruerunt) id eſt conuerſa ſunt in putredinem: dum iterata ſunt ad reatum. Hugo de ſancto Victore libro ſententiarum cap.xiv. Iſte enim pœnitere iam cœperat, & peccatū iam voluntate deſeruerat, ſed reatus peccati nondum plene in eo ſanatus erat, & priuſquam perueniſſet ad integram ſanitatem vulneris, corruptus eſt per iterationem iniquitatis, Gregorius ibidem, & iterum ſuper Ezechielem, homilia.ix. & in morali. Iob. lib. quarto. Quid enim per cicatricem, niſi pœnitentiæ actio deſignatur? quid per vulnus, niſi peccatum exprimitur? Qui enim per pœnitentiæ lamenta peccatum corrigit, quaſi cicatricem vulneri ſuperduxit. Quod ſi demiſſę nequitiæ mentem iterum ad delectationem pertrahunt, ſuperductę vulneri cicatrices putreſcunt. Sed quare hoc ſibi contingit, oſtēdit, cum ait.(A facie inſipientiæ meæ. Hugo cardinalis & Innocentius tertius. id eſt propter inſipientiam meam, quia non ſentiebam amaritudinem peccati, & dolorem vulnerum meorum. Quid enim inſipientius eo qui & cognoſcit facinus, & committit præcipitans ſe ſcienter in mortem? Hieronymus. Vel quia nolebam agere pœnitentiam. Gregorius. Per inſipientiam ergo negligentiæ vulnus iam ſanatum computauit, quia dum per ſtudium vigilātię mens ingrata ſibi im

Hugo. Grego. Hugo. Hieroni.

poſterum prouidere noluit miſerabilius ea quæ prius abdicauerat mala commiſit.Gloſa. Et propter ea quia putruerunt &.corrupte ſunt cicatrices meæ.Ideo.

vi ✠alia li. miſerijs afflictus ſum. ✠ Alias nimis.

MIſer✠factus ſum & curuatus ſū✠ vſq; in finem,tota die contriſtatus ingrediebar.✳

Gloſa. Ideo Miſer factus ſum)id eſt miſerijs afflictus.(Et curuatus ſum)per humilitatem ab elatione,quia omnis q ſe exaltat humiliabitur. Vel(in curuatus ſum)id eſt corruptioni deditus. Grego. in expoſitiōe euāgelij.Omelia.xxxj. Homo nāq; peccatis ſuis exigentibus foras miſſus mentis ſuę tenebras portat,ſuperna non appetit, in infimis intendit. Cœleſtia nequaq̄ deſiderat,terrena ſemper in animum verſat.(vſq; in finem)id eſt vſq; in mortem.Hieronymus.vel (vſq;) dum confitendo purgetur,quia ſine confuſione & mœſtitia nō dimittuntur peccata.Gregorius. Vel(vſq; in finem) quia vſq; in finem curuatur,qui inique volūtatis ſtudium vſq; ad effectum praui operis terrenis inhians protrahit.Et ad cæleſtia ambienda non ſolum per gradum operis,ſed nec per intētionis volatum aſſurgit. Sed quia culpam ſepe ſequitur pœnitentia,& plærūq; qui cadit adijciet vt reſurgat. Sequitur.(tota die contriſtatus ingrediebar). Innocentius.iij. Intraui in cubiculum cordis,vt in occulto triſtis & merēs effunderem animam meā domino.P.Cantor Pariſien. Vel intrans ſanctam eccleſiam per pœnitentiam a qua fueram per peccatum excluſus.Hieronymus.Indignum me eſſe iudicās,qui vel oculos ad cœlum leuare auderem. Sed percutiens pectus meum aiebam Deus propicius eſto michi peccatori.Gloſa. Ideo autem ſum contriſtatus.

Grego. — Hieroni. — Luce.8

7 ✠ Alias qm̄ aia mea cōpleta eſt

QVoniam✠ lumbi mei impleti ſūt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea.

Grego. In lumbis carnalis delectatio continetur. Et inde nimirū hūana generatio propagatur.Poſſumus ergo per lumbos animam accipere, quia ſicut ex lumbis carnales delectationes prodeunt,ita ex anima oēs cogitationes procedunt. Sepe nanq; mentes ſanctorum virorum cogitationes illicite polluunt,& ſe etiam orationis tempore importune ingerūt vt hoc ſacrificium commaculare valeant. Auguſti. Glo.Illuſiones enim animę infinitę ſunt,quę aliquando vix orare ſinūt,nam imaginationes corporum occurrunt,& tranſis,de hac in illā venit obliuio,recordaris hoc pro illo & huiuſmodi,ita q᷑ non eſt in toto homine vnde ſit letitia donec anima exuatur illuſionibus, & corpus induatur ſanitate.Hiero. De illis itaq; illuſionib⁹ loquitur quibus diabolus humanum genus quotidie illicit & ſuadet vt delinquat. Innocen.iij. Alludit enim mundus per ſęculares blandicias. Eludit caro per ſenſuales illecebras. Illudit diabolus p ſpirituales fallacias. Mūd⁹ proponit ſæcularia blādimenta.Caro aſſumit illicita deſideria.Diabolus concludit ſempiterna tormēta.Et ſic alluditur animę vt eludatur,ſic eluditur vt illudatur. His itaq; homo circunuentus credit,falſa pro veris,agit,mala pro bonis, & dimittit cœleſtia pro terrenis: ex quibus ſub iūgit.(Et nō eſt ſanitas in carne mea.) Grego.Quia omnia corporis mēbra quæ ad vſum vitę accipimus ad erroris materiā īclinamus. Nec eſt in carne noſtra ſanitas,quia nulla ps noſtri corporis intentata remanet,per quam nos peccati deſiderium non titillet. Innocētius tertius. Et quia vexatio tribuit intellectum,& nonnūq̄ flagella caſtigant quem beneficia non emendāt. Propterea ait.

Auguſti. — Hieroni.

8 ✠alia li. curui taui. ✠alia īfirmat⁹ ✠alia li. hз huc uſq;

AFflictus✠ ſū & humiliatus ſū✠ nimis, rugiebam a gemitu cordis mei.

Gloſa,& Innocentius tertius. (Afflictus ſum)corpore(& humiliatus ſum)mente, vt nihil in me ſit a pœna liberum,propter quod ſubditur(nimis) qa vndiq; calamitas.Gregorius.(Nimis) nāq;(humiliatus)eſt qui ex peccati pœna non ſolum cæleſtia nō appetit,ſed etiā carnalibus & terrenis cū amore & delectatione intendit.Gloſa.Hierony. Vel(afflictus ſum)id eſt contriſtatus:(& humiliatus ſum nimis)per pœnitentiam.Innocen.iij.Et confeſſionem omnes omnino peccatorum circūſtātias exprimendo inſuper.(Rugiebam a gemitu cordis mei.)Idem.Altis clamoribus eiulās,& profundis ſuſpirijs ingemiſcens.Hierony.Petens cum luctu remiſſionem peccatorum.Aliud enim eſt gemitus corporis,& aliud gemitus cordis.Gemitus corporis eſt propter res terrenas,vel propter mortem gemere.Gemitus vero cordis propter ſua peccata vł aliorum.vnde Grego.Rugitus dicitur gemit⁹ cordis cum magno dolore,qui quanto vehementius pœnitentis animum concutit, tanto velocius ad aures diuinę miſericordiæ conſcendit. Caſſiodo. Aug.Gloſ.Eſt autem(rugire)proprie beluarum,& propterea vt gemitum oſtenderet fortiorem ipſis ſe comparat quæ validiſſimo fremitu ſuum velle declarant,vt patientię magnę virtutem monſtraret.in gemitū ſe aſſerit, non in verba prorupiſſe. Sequitur.

Grego — Hieroni. — Grego. — Gloſa.

ix ✠alia li. hз et nō domine

DOmine✠ante te omne deſideriū meum,& gemitus meus a te non eſt abſconditus.

Auguſtinus.Glo.Omnis enim gemitus qui de exteriorib⁹ eſt carnis eſt.Qui vero pro ſabbato quod caro non obtinet cordis eſt. Quem non nouit homo,ſed o(Domine ante te)qui vides cor(omne deſideriū meū).Gloſa.Hiero. Id eſt nichil deſidero niſi eſſe ante te. Innocē.iij.vbi eſt vera quies, plena ſecuritas,perfecta lętitia, & ſempiterna fœlicitas,vbi velut in ſummo bono quicquid boni quæritur inuenitur.Caſſiodorus.Gloſa.Vel tale eſt deſiderium meū vt āte deum eſſe mereatur, quia pro peccatis peto.Nam qui peccatis ſuis veniam petit qui omnia illa facit quæ ſuperius ſunt decurſa(ante deum ponit deſiderium ſuum).Glo. Id eſt orationem ſuam,quia nunq̄ deſinit orare,qui non deſinit amare. Gregorius.Et qui deū amat, ipſum ſolum deſiderat.Qui autem eum deſiderat,ad ipſum cordis voce clamare non ceſſat. (Et gemitus meus a te non eſt abſcōditus.)Innocen. iij. Ecce vtrūq; habet irriguum ſuperius,ſcilicet deſiderium mentis pro bonis patrię. Inferius vero gemitum cordis pro malis vię.Caſſiodo. Gloſ. Gemit⁹ eīn di-

Hieroni. — Gloſa. — Grego.

ctus eſt pro exprimendo magno dolore quaſi geminatus luctus. Ille autem gemitus non abſconditur deo, qui pius eſt, qui pro animę liberatione perſoluitur. Alios vero gemitus non curat deus. Gregorius. (Vel gemitus meus a te non eſt abſconditus), quia deſiderium quod de te concipio per iudicium approbas. & ideo dolorem quem inde ſuſtineo non ignoras. Scire enim dei approbare eſt, ſed neſcire eſt reprobare. Innocen. iij. Vnde illa dicuntur deo abſcondita, quę diuino indigna ſunt conſpectui,

10 ✠ alia li. hʒ fluctuabat. ‡ alia li. hʒ ‡ ipm etiam.

COr meum conturbatum ✠ eſt dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum ‡ & ipſum non eſt mecum.

Caſſiodorus. Nunc venit ad grauiſſimos dolores animi decurſis corporeis erumnis. Ideo autem (cō turbatum ſuum cor) dicit, quia (dereliquit me virtus mea). Glo. Quam habui ante peccatū. Gregorius. Humanum enim cor ad omnem tentationis impulſum facile concutitur. Si virtute conſtantiæ interius non firmatur. Auguſtinus. Inde igitur illa pturbatio mea, quia deſeruit me fortitudo mea ſed cur deſeruit? Quia & (ipſum lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum). Glo. & Augu. Id eſt quia (lumen) quod deus eſt michi deficit, ex quo Adam ad vmbrā fugit timens a facie dei. Caſſiodorus. Vel (lumen oculorum) eſt ratio imperturbata iudicij quam ſecum habere non poterat, qui ingētes moleſtias ſuſtinebit. Hieronymus. Hoc itaqʒ (lumen oculorum meorum non eſt mecum) Quia poſtpoſito veritatis lumiue in tenebras decideram peccatorum. Inno. iij. Et nedum non eſt mecum. Sed potius contra me, quia mors ingreſſa eſt per feneſtras meas. Et oculus meus animam meam deprędatus eſt, vnde ipſi oculi iam compuncti adeo lachrymis effluunt, vt eorum lumen quaſi deficiens non ſit mecum.

xi Aliter legitur ab Hiero.

AMici mei & proximi mei, aduerſum me appropinquauerūt & ſteterunt.

Hieronymus. Sic tranſtulit iuxta hebręum chari mei. & amici mei quaſi contra lepram meam ſteterūt, & vicini mei lōge ſteterunt & verſicul⁹ vnus eſt. Ego ab illo loco vbi ait (Amici mei) vſqʒ ad finem pſalmi video dominum meum ieſum chriſtū a Iudeis circundatum in cruce ſuſpēdi, & ex inferno reſurgere quamuis anteriores noſtri docuerūt prophetam omnem ordinem huius pſalmi ex peccatoris perſona proſecutum fuiſſe, ait ergo ipſe domin⁹ in paſſione ſua. (Amici mei) id eſt Iudei propter Abraham (& proximi mei) eo ꝙ ab eorū generatione aſſumpſerūt carnē (approximauerunt) vt compręhenderent me. Grego. Multi enim ex Iudeis amicos ſe chriſti dicebant, multi eum miracula facientem ſequębātur, multi eum dominū, multi magiſtrum vocabant quos & proximos appellat ſecundum carnis cognationem, qui tamen oēs (appropinquauerunt ei) non mente ſed corpore, non paſſibus fidei ſed nequicię proceſſu non voluntate ſequendi, ſed intentione nocendi quod & factum eſt (dum aduerſus eum ſteterunt) eum conſtanter accuſantes, & quando clamantes dicebāt. Crucifige crucifige, vl' de pœnitēte ſic (amici mei) Gloſa. & Hugo cardi. Vtiqʒ ficti. P. Cātor. Vel amici neceſſitudine (& proximi) beneficij collatione appropinquauerunt). Innocen. iij. Non propter me ut michi conferant ſolamen, ſed aduerſum me vt inferant nocumentum. Hugo cardinalis. Volentes me a pœnitentia retrahere quoniam me viderunt aſſumere. Innocentius tertius. Et nō ſolum (appropinquauerunt) Sed (& ſteterunt) vt michi ſcilicet aduerſentur. — Jo. 14. — Hugo.

xii ✠ alia li. ✠ proximi a longe.

ET ✠ qui iuxta me erant de longe ſteterunt, & vim faciebant qui quęrebant animam meam.

(Et qui iuxta me erant). Hugo cardi. & Glo. Apoſtoli ſcilicet qui comitabantur me (de longe ſteterunt). Hiero. Qui in paſſione metu territi a domino receſſerunt, de quibus euangeliſta ait. Stabant noti eius a lōge. Gregorius. Et iterum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt (& vim faciebant qui quęrebant animam meam). Hieroīmus. Faciebant vim) Chriſto, non noti, ſed Iudei vel Petro cū dicerent. Nam & tu ex illis es: vel Ioāni qui cū traheretur relicta ſindone nudus aufugit ab eis. Gre. (Vim) itaqʒ chriſto (faciebāt) qui iudicē iniuſte iudicare minis & clamorib⁹ vrgebāt dicētes Si hunc dimittis non es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit contradicit ceſari, vel de pœnitēte ſic (& qui iuxta me erant). Hugo cardinalis. Id eſt michi per amicitiam iuncti (de longe ſteterūt). Innocen. iij. Omne michi ſalutis conſilium & auxilium denegantes (Amici) quidem (appropinquauerunt & ſteterunt) vt inferrent diſpēdium, iſti vero elongauerunt ne conferrent ſolaciū, vt ſic malis tot⁹ eſſem expoſitus nec bonis eſſem aliqua tenus adiutus (& vim faciebant qui querebant animam meam). Caſſio. Diabolus ſcilicet cum miniſtris eius, qui tanto magis moliuntur mortem animę quamto magis vident eam ſtare. — Mat. 26 — Luc 24 — Mat. 26 — mar. 14 — Joh. 19.

xiiii ✠ alia li. iniurias ‡ alia li. dolum.

ET qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates ✠, & dolos tota die meditabantur.

Gregorius. Mala chriſto principes ſacerdotum inquirebant quando falſum teſtimonium cōtra eū ſicut euangelica lectio teſtatur quęrebant, & omnibus inquiſitis (locuti ſunt vanitates). Gloſa. Id eſt finxerunt falſa quia non inueniebant crimina Gregorius. Dixit enim euangeliſta ꝙ non erat cōueniens teſtimonium ipſorū (& dolos tota die meditabantur). Hiero. Multos quidem (dolos) meditati ſunt cum interrogarent ſi deberent cenſum dare ceſari an non? Si mulier depręhenſa in adulterio lapidaretur, ſed tunc aperte dolos ingerunt cū falſos teſtes adducūt, vel (locuti ſunt vanitates) quādo dixerūt. In belzebuth eijcit demonia. Glo. Vel falſa teſtimonia ante crucem finxerunt, & poſt reſurrectionē corruptis cuſtodibus, de quib⁹ Eſaias ait. Ponam malos pro ſepultura eius, vel de pœnitente ſic (& qui inquirebant mala michi locuti ſūt vanitates). Hugo cardinalis. Suggerētes mihi vana & inutilia mundi diuicias & carnis delicias dicentes. Comedamus & bibamus, omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus implebimus domos — mat. i. vi. — mar. i. 4. — Ibidem. — mat. 22 — Joh. 8 — Luc. xi. — Eſa. 53. — Eſa. 22. — puer. 50.

noſtras ſpolijs, marſupium ſit vnum omnium noſtrum & ſimilia (& dolos tota die meditabantur). Innocentius tertius. Diligētes corpus, ſed animā odientes. Hugo cardinalis. Et ei inſidias occulte ponentes.

14 ✠alia li. velut. ‡alia li. q̄ nō apit

EGo autem tanquam ✠ ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens ‡ os ſuum,

Hieronymus. Sēper enim chriſtus quę exprobrabant Iudei ſuſtulit, & iugiter ſiluit, quod & Pilat⁹ manifeſtat cum dicit. Michi non loqueris prout & de ipſo Eſaias loquitur (Eſa. 53.) Tanquam agnus ad victimam ductus eſt non aperiēs os ſuum. Gregorius. Diſce igitur qui maledicta & irriſiones pateris in omnibus ſeruare patientiam & obtrectātium linguas audire. Mediator enim dei & hominum non ſolum iniurias ſuſtulit, ſed nec conuiciantibus reſpondit. Gloſa. (Caſſio.) Caſſiodorus. Magna namq; virtus eſt Audire noxia, & non reddere contraria. Hugo cardinalis. Vel ſic ego tanquam ſurdus nō audiebam) id eſt non audire videbar quia diſſimulabam ait pœnitens (& ſicut mutus nō aperiēs os ſuum) Innocentius tertius. Magnę quidem virtutis eſt non reddere malum pro malo, ſed quandoq; maioris eſt non reddere maledictum pro maledicto cū longe facilius poſſit hoc reddi quam illud.

xv ✠alia li. argutiones.

ET factus ſum ſicut homo non audiens. & non habens in ore ſuo redargutiones ✠,

Hierony. (Factus ſum ſicut homo non audiens) Nam cum me ſputis linirent arundine verberarēt genuflexo illuderent nihil eis motus reſpondi. (Caſſio.) Caſſiodorus. Gloſa. Vnde(factus) ſum(eis) nedum (tanquam mutus, ſed tanquam(non audiens) Mutus enim & ſi non clare loquitur vel balbutiendo remurmurat(& non habens in ore ſuo redargutiones). (Hieron.) Hierony. Sic enim tacui accuſantis quaſi nō habens quod pro me reſpondere deberem, exemplum tribuens homini vt flagella pro deo patienter ſuſtinere debeat. (Grego.) Gregori. Nulla enim blaſphemia commouere eum poterat qui penit⁹ omnem mutabilem ignorat. Hugo cardi. Vel quod ſupradictum eſt(Ego autem tanquam ſurdus nō audiebam) ad exteriorem patientiam pœnitentis pertinet, iſtud vero ad interiorem, vel primum ad contumelias, iſtud ad laudes ſiue adulationes, de quibus ait, Hiero. ſi ad patriam tendimus cantus ſyrenarum non audiamus. Syrenę enim ſunt adulatores, iuxta illud prophetæ. (Eſa. 13.) Syrenę in domibus voluptatis.

xvi. iij. pars. ✠alia li. ✠alia li. te enim dn̄e, expectabam.

QVoniam in te domine ✠ ſperaui. tu exaudies me domine deus meus.

Hugo cardi. Hæc eſt tertia pars in qua affirmat ſe eſſe audiendum a domino. (Quoniam) inquit(in te domine ſperaui). Grego. Et ſunt verba hæc verba Chriſti ſecundum humanam naturam dicētis (in te quoniam ſperaui domine) non in ſapientia ſeculi, non in diuitijs mundi, non in viribus corporis, non in nobilitate carnis, non in tutamento principum, non in præſidijs amicorum (ſed in te tu exaudies me domine deus meus). Hiero. Vt ſcilicet me reſuſcites. Caſſio. Vel ſunt verba pœnitentis qui petitionem ſuam exaudiendam dicit, quia ſe in domino ſperaſſe confidit. Inno. iij. Ait ergo (o domine) qui triſtia mutas in læta, & aduerſa cōuertis in proſpera. (Quoniam ego in te ſperaui) quamadmodum eſt ſperandum dixi non tam ore quem corde, quia(tu exaudies me) hoc eſt ad optatum exitū audies(domine deus meus). (Deus) creator(domine) redemptor(meus) ſaluator qui creando tribuiſti naturam, redimendo gratiam ſaluando conferes gloriam. Et tunc erit certiſſime mens cum vltra non poteris eſſe non meus dixi quidē, quia tu exaudies me, nec immerito.

xvii. ✠alia li. ne forte inſultent. ‡alia li. vacillauerint ✱ Alias magnificentur

QVia dixi nequando ſupergaudeant ✠ michi inimici mei & dum ‡ commouentur pedes mei ſuper me ✱ magna locuti ſunt.

Glo. Caſſiodo. Inter mala canet ſanctus maxime ne de lapſu ei⁹ exultet inimic⁹(Quia dixi) inquit (nequando ſuper gaudeant mihi inimici mei, inſultant enim illi quando hominē ad nequitię ſuę vota conuerterint dum fidelium ruinam ſuam putant eſſe victoriā Grego. Vnde gauiſi ſunt Iudæi occiſo Chriſto, ſed non ſunt ſupergauiſi, quia in cauſa mortis eius ipſo ſunt inferiores inuenti. Qui enim vt a morte redimeret hominem mortis legibus ſubiacuit tertia die victorioſiſſime a mortuis reſurrexit(& dum commouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt). Hiero. Grego. Pedes chriſti ſunt apoſtoli qui ſicut pedes corpus deferunt, ſic & ipſi chriſtum in omnium gentium noticiam detulerunt. (Hieroni.) qui tamen in paſſione commoti ſunt de fide ad infidelitatem, quando chriſtum quem pati viderunt eſſe filiū dei dubitauerunt, pedibus itaq; commotis inimici eius magna locuti ſunt. Hieronymus. Dicētes. (mat. 27 mar. 15) Si filius dei es deſcēde nūc de cruce, qui nimirū inſultare potuiſſent ſi in cruce humiliatus nō reſurrexiſſet. Inno. iij. Vel quia proprium eſt inimicorum vt exultent & inſultēt ſuper illorum incommodis quos oderunt, & ideo dixi ait pœnitens(ne inſultēt michi inimici mei) qui dum (pedes) id eſt actus mei commouētur aliquādo ex humana infirmitate(ipſi ſecundum ſuā prauam conſuetudinem locuti ſūt, cōtra me irriſiones, & iniurias vehementes. Hugo cardi. Inſultādo michi & irridēdo. Innocē. tertius. Nō ſolū autem dixit quia ſperaui, tu exaudies me, verum etiā pro eo.

xviii ✠alia li plagas.

QVoniam ego in ✠ flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Hiero. (Ego) inq̄(ad flagella parat⁹ ſum) ad ſuſtinēdum. ſcilicet Crucem, Lāceam, Fel, Acetum, vt per hāc mortem meo ſanguine redimam populū pereūtem. Caſſiodor⁹. Gloſa. Aug. (Auguſti.) Vel vox pœnitētis eſt dicētis(ego in flagella paratus ſum (ſciens me deliquiſſe, quaſi ad hoc natus ſim, vt feram flagella flagellat enim deus omnem filium quem recipit, Gregorius. Et propterea ſancti viri in hac vita flagellari deſiderāt, vt flagellis correcti, culpas videant & commiſſas ante oculos ponāt, vnde ſequitur(Et dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Hieronymus .Donec ſcilicet eiciam ait Crhiſtus victoriam in iudicium.Gloſa. Caſſiodorus. Vel de pœnitente dolor dicit,quia deliquit,impius enim ſe defendit,iuſtus vero contra ſe iraſcitur.Grego. Dum enim conſiderat quam ſunt tranquilla quę perdidit,quam confuſa in quę incidit, ſupernę patrię deſiderijs accenſus, mundo nequam, & concupiſcentijs eius moritur,& nullis vanitatis mundanę delectationibus occupatur. Innocen. iij. Dolor autem hic emphatice ponitur,id eſt id de quo doleo,ſemper eſt coram me, non poſt tergum, vt ſemper videam vnde doleam.dolor enim compũctionis debet eſſe non perfunctorius,ſed cõtinu⁹, non leuis ſed grauis,quia pœnitere eſt pœnam tenere,non autem ſolum propter prędicta exaudies me domine deus meus,verumetiam.

Caſſio.

xix QVoniam iniquitatem meam annunciabo ✠, & cogitabo ‡ pro peccato meo.

✠ alia li. pnũciabo. ‡ alia li. curam geram.

Hierony. Chriſtus enim ſicut maledictioni ſubiacuit,vt nos a maledicto legis erueret, ita & peccatorem ſe profitetur qui peccata noſtra portauit vt pro cogitatu & miſericordię conſilio nos ab eiſdẽ erueret. Peccata nanq; chriſti humani delicta ſunt generis propter quę & patri dicitur nũc eſſe ſubiectus. Auguſtinus. Glo. Vel de pœnitente loquitur qui ſuperius dixerat.(Dolor meus in conſpectu meo ſẽper)Quiquidem dolor non eſt de flagello quod eſt medicina,ſed de peccati vulnere de quo niſi doleret,non ſic ſe accuſaret. & propterea dicit (Quoniam iniquitatem meam annunciabo).Glo. id eſt confitebor,& quia non ſufficit confiteri addit,& cogitabo) id eſt ſollicitus ero & ſedule agam (pro peccato meo) ſanando ſcilicet. Innocen.iij. In quo reprehenduntur illi, qui dolentes ad horam peccata ſua improuide confitentur.Gregori⁹ libro.viij.mora. Prout faciunt reprobi, qui licet peccata confiteantur, de his tamen cogitare contemnunt,electi vero culpas ſuas quas vocibus confeſſionis aperiunt,diſtrictę animaduerſionis fletibus inſequuntur. Item.Gregorius. Hęc ſunt nanq; verę humilitatis teſtimonia,& iniquitatem ſuã quemq; cognoſcere, & cognitam voce confeſſionis nunciare, & nunciatam pœnitentię ſatiſfactione delere, electi enim ſi qua in eis male geſta lateant,diligenter inueſtigant & ſępe quod torpentes latuit,fletibus innoteſcit, & qui reatũ ſuũ ſecuri neſciunt, hunc contra ſe erecti deprehendunt.Sequitur.

galath.3 — Gloſa. — Grego.

20 INnimici autem mei viuunt ✠ & confirmati ‡ ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me ✳ inique,

✠ alia li. viuent. ‡ alia li. cõfortati ✠ Alias mẽdacit

Hieronymus(Inimici autem mei viuunt). Iudęi ſcilicet qui non ſunt ſtatim vltione diuina puniti. Et confirmati ſunt)in legis litera,in qua ſpiritualiter me nunciatum non intellexerunt deum ſcilicet & hominem futurum.Caſſiodorus. Vel (confirmati ſunt)in malicia..Auguſtinus. Gloſa. Vel quia iniqui fruuntur mundo, firmati in mundanis.Et quottidie plures fiunt,Grego .Ad hoc nãq; omnipotens deus aliquando peruerſos patitur diutius viuere,vt & ipſi male viuẽtes praua quottidie opera augeant, & contemptores ſęculi ex eo rũ nichilominus perſecutione clareſcant. (Et multiplicati ſunt qui oderunt me inique).Hiero. Certe inique & non rationabiliter,qui in hac litera ſemen ſuum ſicut aſtra cœli multiplicare credebãt. Caſſiodorus.(Multiplicati ſunt)vtiq; in amplitudine ſeminis qui oderunt Chriſtum inique. Gregorius.Quia nichil eſt iniquius q̃ odium pro dilectione rependere, mala pro bonis retribuere, pro correctione iniurias reſpondere. Vnde ſequitur.

Auguſti.

21 QVi retribuunt mala pro bonis detrahebant ✠ mihi, quoniam ſequebar bonitatem,

✠ alias aduerſabantur

Innocen.iij. Quidem retribuunt bona pro bonis vt Iſraelitæ Raab. Quidem mala pro malis vt Sãpſon philiſtæis. Quidã bona pro malis, vt Ioſeph fratribus ſuis Quidem vero mala pro bonis vt Iudęi Chriſto. Hug cardi. Prima retributio procedit ex ęquitate,ſecunda ex iniquitate, tertia ex charitate,quarta ex peruerſitate. Prima lex mentis eſt ſecũda lex carnis,tertia lex dei, quarta vero lex diaboli. Greg. Qui itaq; reddit mala pro malis bonus non eſt. Qui non reddit bona pro bonis ingratus eſt. Qui reddit bona pro malis perfectus eſt,qui vero reddit mala pro bonis iniquus eſt. Hiero. Retribuebant autem Iudæi mala pro bonis,quia afferẽtem dulcedinem vitę ęternę aceto potauerunt, & felle(Et detrahebant michi). Idem. Dicentes alios ſaluos fecit,ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Gregorius. Solẽt nanq; perditi homines bene viuentibus inuidioſe detrahere, quare autem hoc faciebant,oſtendit cum ait(Quoniam ſequębar bonitatẽ). Hiero. Vt implens voluntatem patris, pro vita populi ſuſciperem mortẽ. Hugo cardinalis. Vel (detrahebant michi) pœnitẽti ſcilicet id eſt de bono meo aliquid extrahebãt illud morſibus occultis & apertis offuſcantes dicentes hic non eijcit demonia niſi in beelzebuth principe demoniorum & hic ſubuertit gentem noſtram (quoniam ſequębar bonitatem) id eſt quia volebam (fieri bonus. Greg. Bonitatẽ autẽ ſequitur, qui chriſtũ imitatur cui⁹ imitatores tãto i hac vita grauiora tẽptamẽta proferunt. quanto longius corde a mundo diſcedunt, verum quia ad ſuperandum nullus inuenitur ydoneus,niſi qui fuerit virtutis diuinę fortitudine roboratus.ideo ſubditur.

Retributio quadruplex. — Lex.4. — mat. 27. — bonitatẽ ſequi.

22 NE derelinquas me domine deus meus, ne ✠ diſceſſeris a me.

q̃rta p s. ✠ alia li. elõgeris

Hugo cardi.& Glo. Hęc eſt quarta pars vbi exultans de ſalute populi rogat vt eum ad ſalutem perducat.(Hiero. Ne derelinquas me,inquit(domine deus meus)pater ait Chriſtus dum ſcilicet profunda inferni penetrauero. Caſſiodor⁹. Vel petit hoc pœnitẽs,ne ab ipſo relinquatur quo fuerat pręſtãte liberatus. Hugo cardinalis. dicens (Ne derelinquas me)in tribulatione domine quẽ timeo, deus quem colo, meus quem diligo. Gregorius. Illos nanq; procul dubio dominus derelinquit quibus conſtantiam in tribulatione non tribuit,nam neceſſario ſequitur,vt omi tẽptationi ſit ſubdit⁹ quicunq; a deo fuerit derelictus, qui ergo tẽtamenta diaboli metuit,tota virtute ad dominum ſe cõuertat,dicẽs(Ne derelinquas me domine deus meus) Quod verbum ſi cum affectu, & deſiderio ſępe re-

quos deſerit de⁹.

plicare ſtuduerit, puto ꝙ quandam in eo dulcedi-
nem ſentiet, quam ſermo noſter explicare non va
let, ſequitur, (ne diſceſſeris a me). Gloſ. Tanquam
diceret & ſi ad horam relinquis (ne) tamen pœni-
tus diſceſſeris) Auguſti. Gloſa. De pręteritis enim
abſolutus, cum actione gratiarum auctorem ſalutis
profitens deum lętus exclamat, ne iam relinqua
tur. Innocen. iii. Ne inter tot perſecutores deficiat
ne poſt indultam veniam iterum offendat. Idem.
Caſſiodo. Quia grauior eſt offenſio poſt veniam.
Grego. Gregorius. Nouit enim quia omni tempore dia-
bolus ſibi aduerſatur, quia ergo omni tempore in
tellgit ſibi imminere pericula, ideo orat dicens.

23 ✠ Alias feſtina

Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meę.

Hierony. Manifeſtum eſt domine Ieſu quia inten
dit in te pater, ſuſcitans te a mortuis, ergo quia gra
ues ſunt pugnę carnis, tu domine (Intende in ad-
iutorium meum) & eſto michi ſalus in tempore tri
bulationis. Grego. Tu enim es adiutor in tribula
tionibus, Et ꝓpterea noli me velut alienum negli
gere. immo (intende in adiutorium meum) quod
bene debes facere, quia tu es dominus meus) Con
gruum enim videtur vt qui es reſtitutor ſalutis in
primo parente perditę, ſis & cõſeruator eiuſdem.
in me per gratiam reſtitutę. Innocentius. tertius.
(Intende) igitur (in adiutorium meum) ad liberan
dum & protegendum (me domine deus meus) da-
tor & conſeruator ſalutis meę, vt quem adiuueris
in pręſenti ſalues etiam in ęternum.

¶Pſalmus xxxviij.

¶Titulus.

✠ alia li. non h3 ꝑ Idithun ‡ alia li. habet hic ipſi Dd

In finẽ ꝑ Idithũ ✠ Canticum Dauid

Hieronym⁹. Iſte pſalm⁹ patiẽtiam docet vt refre
nans homo os ſuum, ob
ſeruet ne per fatuitatem
verborum icidat in pec-
catum. ſcit enim prophe
ta etiam de verbis ocio-
ſis rationem eſſe redden-
dã, docet etiam vt ea the
ſaurizem⁹ in ſęculo quę
ad ꝑfectũ pertineãt ani-
marum. Caſſiodorus. (In
finem) quid ſignificet iã
Iditun notum eſt. (Idithun) hebręum nomen eſt quod la
tine dicitur tranſilitor, ſignãs eum qui mundi hu
ius varietates tranſiliẽs in ea iam puritate cõſiſtit
vt futurę tantum beatitudinis pręmia conſequa-
tur. (Cãticum) vero humanę vocis diuina laus eſt
Gloſa. quę lętantis eſt & quandoq; dolentis nũquam ve
ro pœnitentis. Gloſa. Intentione autẽ monet hic
pſalmus inter blaſphemos & iniquos lingua con-
tinẽtiam ſeruare, hoc enim ſilentium multum eſt
vtile. Et diuiditur in tres partes. In prima, agit de
Diuiſio continentia linguę & petit finem ſuum ſibi oſten
di. In ſecunda, oſtẽdit ſubitum hominis tranſitũ
& caſum. et ſe deum expectare ibi (verumtamẽ in
imagine) In tertia, petit ſibi deum adeſſe, & pecca
ta dimitti, vt proſpero fine poſſit exire ibi. (Exau-
di orationem meam. Gloſa. Iſte itaq; tranſiliens

Lyra. Ra. Sa. dicit ꝙ Da
uid fecit hunc pſalmũ
ꝓ tribulationibus ven-
turis filijs Iſrael maxi
me tempore captiuita-
tis babilonicę, quã prę
uidit Dauid in ſpiritu.
Lyra tamẽ exponit hũc
pſalmũ de ipſo Dauid
ita ꝙ fecerit ipſum po-
ſitus in fuga a facie Ab
ſalon filij ſui poſtq̃ au-
dierat vituperia ſibi il-
lata a Semęi, nam pro
hac perſecutione plu-
res pſalmos fecit.

quia de bona opinione ſemper contrahit inuidiã
iniquorum & calũniam eorum, ideo deliberat in-
ter malos tacere ne quid male dicat. Ita incipiens.

Dixi cuſtodiam, vias me- 1
as vt nõ ✠ delinquam in ps.38. ✠ al' ne peccem.
lingua mea.

(Dixi) inquit Caſſiodo. Glo.
Hoc eſt apud me in corde de-
liberaui vbi ſapientes prius
deliberant quam loquantur. Glo. Ideo autem de-
liberat, quia graue eſt quod incipit. Quid autem
ſit illud ex ponendo ſubdit. (Cuſtodiam vias me
as). Hierony. Id eſt diſpoſui cuſtodire opera mea,
quinque ſcilicet ſenſus corporis mei. Gloſa. (Cu-
ſtodiã) quia forſan iam lapſus fuerat (vias meas. i.
actiones & verba (vt non delinquam). Glo. & Hie
ronymus. per fatua & ocioſa verba (in lingua mea)
Hierony. Qui enim cuſtodit linguam ſuam cuſto-
dit animam ſuam, quia mors & vita in manibus Puer.21
linguę, & cultus iuſtitię ſilentium & pax. Caſſio- Puer.18.
dorus. Vnde facilius tacendo culpa refugitur. quã Eſa.32.
loquendo. Auguſti. Glo. Nam lingua quę in vdo Eccl.25
poſita eſt facile labitur. Hinc eſt ꝙ qui non offen- & Iaco.3
dit in lingua hic perfectus eſt vir.

Poſui ori meo cuſtodiam, dum ✠ 2 ✠ alia li. ne.n
conſiſteret ‡ peccator aduerſum ‡ alia li. conſiſtit aduerſum me peccator
me.

Beatus. Hiero. iuxta hebręum ſic traduxit & eſt al-
tera pars prioris verſus. Cuſtodiam os meum ſilen
tio donec impi⁹, eſt contra me. Caſſiodorus. Lin-
guę ſiquidem oſtium os habet vnde bene lingua
ſeruabitur ſi eius ianua cuſtoditur. Hiero. (Poſui)
inquam (ori meo cuſtodiam). Iuxta illud pecuniã
tuam & aurum tuum alliga bene, & facito ori tuo
oſtium & ſeram. Beatum enim hominem oris cu-
ſtodia facit (dum conſiſteret peccator aduerſũ me)
Hieronymus. Id eſt diabolus qui iuſtis maledi-
cit ac detrahit, & inſtigator eorum eſt qui ſanctis
inſidiatur. Auguſtin⁹. Glo. Vel (peccator) id eſt ma
lus homo qui nõ percipit quę ſũt dei, & calumnia
tur bonis. Et propterea quia ex verbis contraho
inuidiam, ſufficit michi intelligentia coram deo,
ne loquendo dem aditum calumnioſis in quo ſę-
pe fit perturbatio vt dicantur non dicẽda. contra
quod melius remedium eſt ſilentium. ſed dum ni-
mis timeo ne loquar mala, tacui etiã bona. Et hoc
eſt quod ſequitur.

Obmutui ✠ & humiliat⁹ ſum & ſilui 3 ✠ alia li. obſordui
a bonis, et dolor meus renouatus
eſt.

Litera hebręa ſic habet. Obmutui ſilentio, tacui
de bono, & dolor meus conturbatus eſt. Hiero-
nymus. (Obmutui) inquit ne cum litigantibus Caſſio.
ſeu obiurgantibus me obſtreperem (& humili-
atus ſum) ad ſuſtinẽda eorum improperia. Caſſio-
dorus. Hoc autem dicit ne illud ſilentium doloſũ,
ſed puriſſimum eſſe intelligeres. humiliatus enim
ſignificat humi proſtratus (& ſilui a bonis). Idem
Siluiſſe dicit a bonis prędicationibus, ne doceret
contemnẽtem. malorũ enim vt mos eſt, quamuis
bona audiant, nullatenus tamen aquieſcant. vnde Mat.7
dominus in euangelio. Ne miſeritis ait margari-

tas ante porcos. Hugo cardi .(Silui)inquam(a bonis)hominibus, quia non docui eos, vel a bonis ver bis, quę malis non dixi quia contemnebant Hieronymus. Vel(ſilui) ſecurus de bona conſcientia, ideo me non iuſtificaui coram hominib⁹, quia ſcio ꝙ pater quę videt in abſcondito reddet mihi, (& dolor meus renouatus eſt). Hugo cardina. Pro damno bonorum attendens ꝙ paruuli quęrūt panem & non eſt qui fragat eis. Auguſtinus. Dolor enim qui fuit in loquendo, a quo quieuit ſilendo renouatus eſt ex ſilentio, quo negauit conſeruis cibaria vitę & verbum dei. Et ideo.

4 Concaluit cor meum ✠ intra me, & in meditatione mea ‡ exardeſcet ignis.

Caſſiodorus. Gloſa.(Concaluit) dixit(cor meum) id eſt ab omni parte ſucceſum eſt, Glo. Igne dei id eſt amore cœleſtium intra me) Caſſiodo. Gloſa. Id in homine interiore vbi ratio tacita loquitur, & a domino dignanter auditur(Concaluit)inq̄(intra me) vt de cœleſtib⁹ cogitaret priuſquam extra loquēdo exiret(Et in meditatione mea exardeſcet ignis). Hugo cardi. Et quia non poſſum dilectionem cordis producere ad effectum, intus tamē ſeruando affectum. Hieronymus. Vel tanquam quis quęreret Quid meditaris? reſpondet illud nempe qual iter ignem illum reperire poſſim, qui peccata conſumeret, mentem illuminaret, qui eſt ſpiritusſctūs, de quo Cleophas & q cū eo erat dicebāt. Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas. Auguſtinus. Vel (in meditatione mea exardeſcet ignis) Quia vidi ex omni parte pericula, & loquēdo tacenda, & tacendo loquēda, & propterea cepit cor meum inquietum eſſe, & calore feruere diuino

5 Locutus ſum in lingua mea, notum fac michi domine finē meū.

Auguſti. Gloſa. In hac itaqꝫ fluctuatione dicendi & tacendi inter calumnioſos & audire paratos, in hoc eſtu quęſiui meliorem locum vbi hoc nō patiar, ſcilicet finem id eſt vitam ęternam & hoc eſt (Notum fac michi domine finem meum) Hieronymus. Nō enim iſtius vitę finem quęrit ſibi notum fieri propheta, ſed illum in quo euacuatis poteſtatib⁹ ac deſtructa morte chriſto iūgatur, qui eſt finis & conſummatio legis. Gloſa. In pręſenti ad iuſtitiam, & in futuro ad coronam. Caſſiodo. Ipſe enim eſt finis ad quem perueniſſe vita eſt. Pariſiēſis cantor. Vel moraliter poteſt exponi(Notum fac michi domine finem meū)vt cogitem de illo, iuxta illud Memorare nouiſſima tua, & in ęternum nō peccabis.

Et ✠ numerum dierum meorum quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi.

Et etiam(Notum michi fac numerū dierum meorum quis eſt). Gloſa. Quem volebat ſcire non deſiderio vitæ huius, ſed deſiderio chriſti, vt ſciret ſi eius aduentum videre poſſet: quem antiqui patres magno deſiderio videre cupiebant Hieronymus. Auguſtinus. Gloſa. Vel notum fac michi numerum dierum illorum in quibus ſunt, numerus ſine numero, dies ſine die, tempora ſine tempore, nam dies iſti qui modo ſunt non ſunt dies vere tranſilienti, hærenti autem eſſe videntur, ideo autem volo ſcire numerū (vt ſciam quid deſit michi) Hugo cardinalis. Vt ſcilicet in tēpore reſiduo diligentius laborem. Hieronym⁹. Vel vt me facias intelligere omnia bona, vt cum hęc nota habuero, ſciam quid adhuc in ſæculo degēti deſit ad palmam beatitudinis conſequendam. Quod autem non de ſuis diebus hoc loquatur ſequentia docēt

Ecce menſurabiles ✠ poſuiſti dies meos, & ‡ ſubſtantia mea tāquam nichilum ante te. 7

Hugo cardinalis.(Ecce)inquit(menſurabiles poſuiſti dies meos)id eſt ita breue ſpacium conſtituiſti vitæ meæ quod de facili poteſt menſurari. Hieronymus. Vel ſecundum veterem hominem vſqꝫ nunc fuerunt dies menſurabiles, hoc eſt ſub iugo peccati, nunc vero nouo deſiderio vnum æternū immenſurabilem diem appeto. Quem Abraham vidit & gauiſus eſt, in quo alibi hortamur lætari, in quo & deus dominus illuxit nobis, qui non a ſole neqꝫ a luna illuminabitur, ſed ad ipſo domino perpetua luce refulget.(Et ſubſtantia mea tanquam nichilum ante te). Idem. Suſpiciēs enim altiori mente claritatem tuam pro nichilo iudicaui (ſubſtantiam meam). Caſſiodorus. Et merito dicit (ſubſtātiam ſuam ante deum) nichil eſſe quæ Adā peccāte damnata eſt, cui niſi aliquid diuinitas cōtulerit de proprio non habet opere quod præſumat. Gloſa. Auguſtinus. Qui itaqꝫ videt(nichil eſſe hanc ſubſtantiam(Ante te)videt vbi oculi tui ſunt nō humani id eſt intuitu illi⁹ quę ante te erit quia hęc ſubſtantia tanquam nichil eſt reſpectu æternitatis. Hugo de ſancto vict. libro ſenten. cap. xlvij. Vel quia vita pſens breuis eſt, mala eſt, incerta eſt propterea ꝙ incerta dictū eſt ſupra. Notū fac mihi dn̄e finē meū, quia breuis eſt dicit(Ecce mēſurabiles poſuiſti dies meos) quia vero mala ē, ſubdit (& ſubſtantia mea tāquam nichilū ante te) ſequitur.

Uerūtamen vniuerſa vanitas omnis homo ✠ viuens. 8

Pariſien. cantor. Etiam ſupra bruta, animalia, quę non ſubiacent culpę, ſed pœne. Hug cardina. Vnde ad maiorem expræſſionem non ſolum vanus, ſed &(vanitas)appellatur. Hieronym⁹. Si enim homo peccator eſt, & in delitijs fluxerit, vanitati ſubſiſtit, ſi vero iuſtus, & deſiderat diſſolui, & cū chriſto eſſe(vana eſt)nichilomin⁹ vita preſens. Caſſio. Vanitas enim ſicut ſæpe diximus mutabilitatem ſignificat, quā omnis homo præter Chriſtum ſuſtinet, qui hac carne veſtitus eſt. Auguſtin⁹. Nam q̄diu carnem mortalem porto, quamdiu tentatio vita humana eſt ſuper terram, quamdiu inter ſcandala ſuſpiro. quādiu timeo ne cadem qui ſto, quādiu michi incerta ſunt, & mala mea & bona mea (vniuerſa vanitas homo viuens). Hugo de ſan. vi. libro ſententiarum capitu. xlviij. Quia & foris per mortalitatem pręterit, & intus per iniquitatē, qui ſi ſaltem in altero perſiſteret vniuerſa vanitas nō eſſet.

Uerūtamen ✠ in imagine pertrāſit homo, ſed & fruſtra conturbatur.

Marginalia: Hieroni. — thꝫe 4 — ✠ alia li. in medio mei. ‡ alias incenſus ſū igni. — Caſſio. — Hieroni. — Lu. 24. — Auguſti. — Gloſa. Caſſio. — eccl. 7 — vi ✠ Alias menſurā. — Gloſa. — Auguſti. — Hieroni. — ✠ alia li. veteres breues. ‡ alia li. vita mea quaſi nō ſit. — Joh 8 — Caſſio. — Gloſa. — ✠ alia li. ſtās ſeq. — Hieroni. — Caſſio. — Auguſti. — Diapſalma. ix Scd'a pſ aliter legitur.

Tantum in imagine ambulat homo tantum fru=
ſtra conturbatur, Gloſa.Hæc eſt ſecunda pars, in
qua oſtendit ꝙ omnes ſub vanitate & caſu ſunt,
& propterea proponit ſe expectare dominum(ve
„ runtamen)inquit(in imagine pertrāſit homo(Hu
go cardinalis. Id eſt ad modum imaginis quę vi-
detur in ſpeculo,& cito diſparet. Caſſiod. Vel ima=
go dei eſt illa cōditio,quam homo ſuſcepit quādo
Gen.1. dictum eſt.Faciamus hominem ad imaginem & ſi
militudinem noſtram.Auguſt.Gloſa. Et propte=
rea mirum eſt ꝙ hoc non retrahit eum a vanitate
(Sed fruſtra conturbatur).Gloſa. Id eſt inutiliter,
Pver.10. quia omnia tranſeunt. Hugo cardi. Nichil enim
proderunt ait ſapiens.theſauri impietatis,iuſtitia
vero liberabit a morte.Caſſiod. Bene autem dixit
(conturbatur)Quia puritatem mentis perdūt, qui
„ deſiderijs temporalibus occupantur.Auguſt. Sed
audi conturbationem eius,& vide ſi non eſt vana
vt calces eam,tranſilias eam & habites in excelſis
vbi non eſt iſta vanitas,quę vanitas?

10 ✝ alia li. congregat
**Theſaurizat✝ & ignorat cui con=
gregabit ea.**

Auguſti.Caſſio.Glo.De cęteris vicijs elegit pro=
pheta auariciam ad oſtendendum quod intendit.
1.thi.6 ipſa enim eſt radix omnium malorum(Theſauri=
zat)inquit(& ignorat cui congregabit ea). Hiero.
Mat.6. Sepę enim pleriꝗ theſaurizant & congregāt mul
ta,quę autem deſidia filiorum euertit,autem fiſcꝰ
occupat,aut diripiunt alieni. beatus autem eſt ille
qui ibi theſaurizat, vbi fures nō fodiūt nec furāt
vbi audire mereat:Quādiu feciſtis vni ex minimis
Mat.25. iſtis,michi feciſtis Caſſiodorus.Hinc itaꝗ proba
tur ſtulta eius vanitas qui cupit peritura ſeruare,
& tranſitoria cuſtodire,maxime cum poſſeſſio eo=
rum probetur incerta,nam qui ſe putat caris filijs
relinquere, ignorat ſi ea contingat inimiciſſimos
Ps.39. poſſidere.Auguſtinus.O inſana vanitas.Beatꝰ er=
go cuius eſt dominus ſpes eius, & non reſpexit in
vanitates,& inſanias falſas.

11 ✱ alia li. nūc ergo ✝ alia li. hic hꝫ ſēper.
**Et nunc ✱ quæ eſt expectatio
mea,nonne dominus & ſubſtan
tia mea apud te eſt✝.**

Iuxta hebraicā *veritatem* ſic lege nunc ergo quid
expecto domine,preſtolatio mea tu es.Gloſa.Viſa
ergo hac vanitate a qua tranſiliuit,& reſpiciens ve
ritatem ad quam ſe extendit,quaſi in medio vtriuſ
qꝫ poſitus, ait, & nunc quę eſt expectatio mea)id
eſt finis meus de quo ſupra dixit Notum fac mihi
domine finem meum(Nonne dominus).Auguſt.
„ Ipſe enim eſt expectatio mea qui dedit omnia iſta
quę contēnam,qui & michi dabit & ſe, qui eſt ſup
omnia,& per quem facta ſunt omnia, & a quo fa=
ctus ſum inter omnia.Hiero.Relictis ergo omni=
Hieroni. bus te domine preſtolabor, quia ſubſtantia vitę
iſtius non comparatur ad illam beatitudinem ſē=
piternam.& propterea(ſubſtantia mea apud te eſt)
„ Caſſiodo. Subſtantiam ſuam non illam ſubſtan=
tiam Adę quam ante duos verſus poſuit dicit. illa
enim ī malo,iſta vero in bono memorata eſt,quia
nomen equiuocū eſt hęc igitur ſubſtātia eſt poſ
ſeſſio conſcientię bonę quę(ſubſtantia eſt ante te)
„ non in ſacculis meis, de illa namꝗ vituperaliter
dictum eſt.(Tanquam nichilum ante te) .De iſta
vero dicitur(Et ſubſtantia mea apud te eſt).Augu.
Quam ſcilicet præuideo apud te futuram. Hugo „
cardi.&.Glo. Sed quia nemo ſine peccato eſt quā
tumcunꝗ tranſilierit,ideo orat dicens.

12 ✝ alia li. ne ponas me.
**Ab omnibus iniquitatibus meis
erue me opprobrium inſipienti
dediſti✝me.**

Hiero.(Ab omnibus)inquit iniquitatibus meis)
pręteritis ſcilicet pręſentibus & futuris(erue me).
Gloſa. Caſſio.Et non ſolum ab eis quas tranſiliui Gloſa.
ne reuoluar in eis,ſed & ab omnibus omnino. im=
perfectus eſt enim homo quia non accepit quod
optat.perfectus tamen qui ſcit hoc ipſum quod ſi
bi deficit.Auguſti. Vnde tanq̄ diceret multa ſiqui
dem ſunt quę tranſiliui, ſed adhuc tundo pectus
meum & dico.Dimitte nobis debita noſtra. Nam
ſi dixerimꝰ quia peccatum non habemus nos ip= Mat.vi.
ſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Gloſa. 1 Jo.1.
Deinde tanquam diceret,quia ſic ago addidit ideo
(Opprobrium inſipienti dediſti me).Caſſio. Stul
torum enim conſuetudo talis eſt,vt illos magis ir ſtulti bonos irrident.
rideant quos bonis moribus ſtudere cognoſcunt
nam illa ſola ſcelerati laudant, quę videntur habe
re crimina.Auguſti.Vnde dum dico vana eſſe om
nia quę cupiunt homines, & ignorare auaros cui
congregent & theſaurizent,derideor ab eis, Et ex
hoc facis me opprobrium inſipiēti auaro ſcilicet
vel hic ſingulare pro plurali ſumitur ideſt inſipiē
tibus ſeculum amātibus inter quos viuere, & præ
dicare veritatem me voluiſti qui amāt vanitatē &
ob id non poſſum non irrideri ab eis, Quamq̄ ta=
men me ſic derident,Nichilominus.

13 ✝ alia li. aperiam ✝ alia li. q̄ tu eſte ciſti me.
**Obmutui & non✝aperui os meum,
quoniam ✝ tu feciſti, amoue a me
plagas tuas.**

Hiero. Cum me conuitijs iracundiæ ac diuerſis
improperiis laceſſerint,cogitans me a te factum,
nichil ad ea quę inferebantur reſpōdi,ſed(Obmu=
tui & non aperui os meum) quia non proderant
verba & ideo fruſtra iterum illos tentarem inſtrue
re Caſſiodo.Glo. Id eſt non egi contentione con
tra illos,vel murmure contra deū.Et quare(Quo Caſſio.
niam tu feciſti). Idem. Ipſe vtiꝗ fecit qui patien „
tię dona conceſſit.et propterea quia talis es. (amo
ue a me plagas tuas). Pari. Cātor. Id eſt deduc me
ad ſtatum illum,vbi non ſentiam plagas,vel(amo
ue a me)grauedinem plagar,ū vt nō ſuccūbam,vel
tener ſupra q̄ poſſim.Lyra. Vel (amoue a me pla „
gas tuas) id eſt pœnas michi inflictas iuſte,a qui=
bus non poſſum liberari niſi per te.Caſſiodo.Pla
gę enim ſūt correptiones quę de flagello veniūt plage dꝫ
quibꝰ pro noſtris peccatis iuſtiſſime verberamur
ipſas ergo deſiderat vir ſactiſſimus amoueri, quę
culpis debebantur admiſſis.Augu.Glo,Vel(quia
tu feciſti)me noli me exterminare. ſed tantum ce „
de,vt proficiā non vt deficiam.tātum tūde,vt pro
ducar,non vt comminuar. Grego.lib.mora,xxij.
Penſauit enim iſte conditionis ſue ordinem,& iu Grego.
ſtitiam percuſſionis, & inuenit,quia qui benigne
eū qui nō erat cōdidit,eū pfecto q erat nō niſi iu
ſte pcuſſit.(Amoue igitur iqt(a me plagas tuas).
Glo. Caſſiodorus.Quod quidē potes facere,(quia
tu feciſti eas),& neceſſe eſt vt hoc facias,quia.

iiii +alia li habet c orrectione

AFortitudine +manus tuę ego defeci, in increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem.

Caſſiodorus.(Fortis manus)grauiter flagellat, vñ neceſſe erat vt deficeret quem manus excelſa percuteret, vel incumbente manu vindictæ virtus de-

2.cori.xii

licti defecit, vt paulus ait. Cum infirmor, tunc fortior ſum. Gloſ.(Defeci)inq̄ a fortitudie man⁹ tuę)

»

& hoc in(increpationibus)Auguſtinus. Glo. id eſt propter increpationes quibus humanũ genus increpaſti, quod tamen fuit ex merito noſtro. Quia (propter iniquitatem) noſtram vnde increpationes iſtę ad correptionem ſunt. Quia per eas (corri

Heb.xii.

puiſti hominē)Hieronymus. Quē perdere nō vult diuina maieſtas, quę flagellat & corripit omnem filium quē recipit. Auguſtinus. Gloſa. Aliter enim iniquitas incorrecta permaneret. Gloſ. Correctionis autē huiuſmodi modum oſtendit, cum ait.

xv Aliter legitur. +alia li. animam meam m. + alias hō viues

ET tabeſcere + feciſti ſicut araneā animā+eius, verũtamen vane conturbatur omnis homo⁎.

Alium videtur indicare ſenſum litera Hiero. iuxta hebræũ ſic enim legitur. Et poſuiſti quaſi tineam deſiderabilia eius, verũtamen vanitas omnis homo, ſemper. Hieronymus. Tabeſcit anima cũ caro a luxurijs, & concupiſcentijs refrenatur. Eſt enim

»

(tabeſcere) obſtupeſcere de anterioribus delictis. Ille vero qui ea agit quæ mundanę vanitatis ſunt apta, telas texit araneæ, iuxta Eſaiam prophetam Hoc eſt die noctuq; in opere vano vacat, & nō vtilia, ſed diſſolubilia & corruptibilia operatur. Caſſ. Vel hoc dicit, quia aranea corp⁹ tenue, in terra nō habitat, ſed per loca altiora telas quaſdam tenuiſſimas viſcerũ digeſtione conterit. Sicut & a quibuſdā vermibus ſericũ dicitur exfilari. Huic ergo exiguo corpuſculo recte conuerſi & afflicti anima cōparatur, qui longis obſeruatiōibus vigilijſq; fatigatus terrena deſerens, ſubtiliſſimas operationes

»

virtutum diuino timore tabefactus effigit.(Verũtamen vane conturbatur omnis homo). Gloſa.

Auguſti.

Auguſtinus. Qui licet increpetur licet tabefiat tamen humana infirmitate varijs rebus cōfunditur niſi qui deũ pura mente contemplatur. Hiero. Va

xvi

ne ſiquidem cōturbatur viuens in vanitatibus huius ſæculi, ſed qui in deum viuit, vana eſt ei & inutilis hęc mundana conturbatio.

Dyapſalma. Tertia pars. +alia li. nō obſurdeſcas.

EXaudi oratione͂ meā domine, + & deprecationem meā auribus percipe lachrimas meas.

Glo. Hæc eſt tertia pars, in qua inter tot mala ſęculi, petit ſibi deũ adeſſe, & peccata dimitti, vt proſpero fine exeat. (Exaudi)inquit (orationem meā

Oratio & depcatio differũt.

& deprecationem meam)Caſſiodorus.(Oratio)eſt oris ratio quam proni vota noſtra pandentes. (Deprecatio)vero eſt frequens & aſſidua ſupplicatio, quæ ab imo pectoris profertur archano. Glo. Sed ne putes eum tantum verbis orare. Audi quod ſe-

»

quitur.(Auribus percipe lachrymas meas.)Caſſiodorus. Frequenter dicimus deum quod videt audire, quod audit videre, quia non corporalibus membris diſtinguitur, ſed omnia virtutis ſuæ diuinitate operatur. Notāter autem dicit (lachrymas meas), quia violente ſunt lachrymæ in præcibus. Et ad clementiam medicinalem animum miſerantis adducunt. Auguſtinus. Glo. Et licet iſtæ tot trāſilierit, habet tamen adhuc quod defleat, quia abeſt quod deſiderat, quia crebeſcūt ſcandala, abundat iniquitas, refrigeſcit charitas. Gloſ. Deinde tāquā diceret, oro, deprecor, & propterea: o domine. Gloſa.

xvii +alia li ita qm̄ inquilinus

NE ſileas quoniam aduena + ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei.

Caſſiodorus. Gloſ.(Ne ſileas)inquit, ſed loquere intus animæ meæ, vt audiam te dicentē illud euāgelicum. Remiſſa ſunt tibi peccata. Vel dic animę meę, ſalus tua ego ſum. Ne ſileas) inq̄ (qm̄ aduena ego ſum apud te). Auguſti. Glo. Iam apud te ſum ſpe, ſed adhuc inquilinus. (Et aduena)non habens hic ſedem, qa hinc trāſiturus ad æterna vbi nō ero inquilinus. Caſſio. Omnes enim nos peccatum fecit extraneos, & in nepharia tenuit regione captiuos. ſubiungit autem & peregrinus.) Gloſ. Quia quādiu ſumus in corpore, peregrinamur a domino. Addidit etiam (ſicut omnes patres mei) ne qs ab hac conditiōe putaretur exceptus. Hieronim⁹. Illi enim dum erant, peregrinabantur a domino. Hugo cardina. Quia tamen non eſt homo qui nō peccet, & peccatum tranſilīetem impedit. Ideo in fine petit ſibi peccata dimitti, dicens. Mat. ix luc.5.&.7 » Caſſio. »

18 Aliter legit hic. + alias non ſubſiſtam.

REmitte michi vt refrigerer priuſq̄ abeam, & amplius + non ero.

Hebraica veritas ſic habet. Parce mihi vt rideam, antequam vadam, & non ſubſiſtam. Hieronymus. Hic (remitte) inquit (domine) ſi quid deliqui: quia in inferno nulla eſt remiſſio: vbi nec valet confeſſio. Caſſiodorus. Gloſa. Hic ergo ſibi dimitti petit vt certus ad futura iudicia perueniat. Gloſ.(Remitte)inquam(vt refrigerer) ſcilicet ab æſtu viciorum. (Priuſquam abeam): Caſſ. Id eſt anteq̄ ab hac luce diſcedam. (Et amplius nō ero). Idē. Scilicet in hoc mundo: vbi peccatorum facinoribus ſubuenitur.

Pſalmus. xxxix.

Titulus. In finem pſalmus Dauid.

Lyra.

Lyra inducit plures opiniones hebræorum: de expoſitione huius pſalmi: quas improbat. Et deinde proſequitur eius expoſitionem ad literam de miſterio incarnatiōis: in quo ſecūdũ eũ prio ponit gratiarũ actio, ex parte corpis myſtici. Scdo huius miſterij ratio ex pſona Chriſti. ibi (ſacrificiũ). &c.

Caſſio.

Caſſiodor⁹. Per finem & Dauid Chriſtum dominum ſignificari ſæpe iam diximus: cui iſte pſalm⁹ aptandus eſt idem. Hieronym⁹. In exordio iſte pſalmus vocem habet populi ex gentibus in hæreditatē vocati & inde ipſius mediatoris ad patrē. Glo. Et monet fideles vt relictis cerimonijs legis & idolatriæ ſuperſtitione ad nouum teſtamentum accedāt. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit

Diuiſio

eccleſiam expectaſſe Chriſti incarnationem, & habuiſſe eam, & a Chriſto nouum teſtamentũ quod multi ſecuti ſunt, per quod reprobantur ſuperſtitiones. inuitat etiā ad mirabilia dei. in ſecūda exponit illa mirabilia q̄ ſunt incarnatio: iuſtitia prædicationis, liberatio hominum ab iniquitatibus confuſio inimicorũ, lętitia ſperantiũ, ibi (annunciaui)

Glo. Et quia difficile erat iudæos a conſuetis ceri monijs,& gentes ab ydolatria reuocare ad nouũ teſtamentum, ideo vtitur auctoritate antiquorum patrum, dicens.

1 ps.39 ✠alia li. ſuſtinens ſuſtinui. ✠ Alias e inclinatus eſt ad me

Expectans ✠ expectaui dominum,& intendit✠ michi. (Expectans) expectaui dñm. Hier. Vox iſta eſt vox eccleſiæ quę dicit ſe expectare dominũ in promiſſionibus prophetarũ, qui præuidebãt in ſpiritu Chriſtũ per ſpiritum ſanctum vẽturum eſſe in carnẽ. Caſſ. Nec ſuperflua ẽ iſta repetitio. Solẽt eñ hebręi ad exprmẽdũ ſenſus aut ꝑcepti vehementiã geminare verbũ, vt Deute. xj. Si obediendo obedieritis. & idem. xij. & alijs plęriſq; locis ſacræ ſcrpturę, tamẽ aliquãdo omiſit interpres vt ibidem, Cuſtodiẽdo cuſtodietis, omiſit, cuſtodiẽdo & ſolũ dixit ſi cuſtodieritis. (Expectãs expectaui. Expectantes autem expectamus quando mites aliquid cum magno deſiderio ſuſtinemus. Augu. Glo. (Expectaui) inquit (dominum). Non legem, per quam abundat delictum nõ hominem, qui poteſt fallere,& falli,& qui mecum indiget, ſed dominum qui ſaluare põt. Et quid ille? Sequitur (Et intendit mihi). Idẽ. Non auertit ſe, ſed (intendit michi). Hiero. Per ſplendorem euangelioꝝ, in quib⁹ me illuminauit. Aug. Glo. Notanter autẽ dicit (intendit mihi) non intendit me. (Mihi) quidẽ intendit vt prodeſſet, nõ me vt malos, ſuper quos vult⁹ eius intendit. vt ſcilicet perdat de terra memoriam eorum. Deinde ſubdit, quomodo intẽdit, exaudiẽdo ſcilicet eos non educendo, Et hoc eſt qđ ſequit.

Intẽdo te et tibi differũt.

2 ✠alia li. ſonitus ✠ alia li. de luto coeni

Et exaudiuit preces ✠ meas,& eduxit me de lacu ✠ miſeriæ,& de luto fecis.

Gloſa. Hierony. (Et exaudiuit) inquit (preces meas) ille ſcilicet qui prophetis & patriarchis ſe abdidit, ſicut ipſe poſtmodum dixit, quia multi ꝓphetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & nõ viderunt: ipſe mihi in nouo teſtamento refulſit. (Et eduxit me de lacu miſeriæ.) Idem. In quo immerſus eram cum ſimulachra muta adorabam. Augu. Glo. Per lacum nãq; tenebræ iniquitatum infidelitatis ſcilicet & ignorãtię deſignantur, per lutum vero carnalis cõcupiſcẽtia, vnde ſequitur. (Et de luto fecis. Hierony. Quia adhęſeram in terrenis deſiderijs. Gloſ. Vel per lacum miſeriæ & lutum fecis, accip itur ĩfernus, vnde eduxit Chriſtus captiuos iuſtos qui ibi tenebãtur quando reſurrexit a mortuis Augſti. Gloſa. Dupliciter ergo dat deus profutura. primum, quia educit de miſeria ſæculi quæ eſt lacus & lutũ fecis, vel de profundo inferni. Deinde ſupra petrãm ſtatuit, vnde & ſequitur.

Luce. x.

Gloſa.

Dup'iciẽ dat de⁹ ꝓfutura

3 ✠alia li. ſtabiliuit.

Et ſtatuit ſupra petram pedes meos,& ✠ direxit greſſus meos.

Hieronym⁹. (Et ſtatuit ſupra petram) hoc eſt ſuper Chriſtum, de quo ſcriptum eſt. petra autẽ erat xps. (Pedes meos) Idem Caſſ. Et qui in ſe fixa non ſinit moueri veſtigia. Hieronymus. Cõfirmauit me ne ab huius ſæculi mutarer impulſibus. (Et direxit.) Hiero. Glo. Ne ad eum veniens retro aſpicerẽ (greſſus meos), i. opera mea. ſenſus enim bonorũ operum dirigit eccleſia, Lyra Quod lex vetus facere nõ poterat, que nihil ducit ad perfectum. Gloſ. Et non ſolum dixexit greſſus meos, ſed.

1. Cor. x.

Heb. 7.

4 ✠alia li. hymnũ laudem.

Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen ✠ deo noſtro.

Gregorius ſuper Ezechie. homilia. j. Prius eñ de luto prauitatis homo educitur, vt eius pedes in petra ſolidentur,& poſtq̃ boni operis pedes,& greſſus iam in petra fixerit, tunc prædicationis canticum accipit, vt hymnum deo dicere,& operib⁹ & vocibus poſſit. Hieronymus. (Et immiſit) inquit (in os meum canticum nouum). Laudem vtiq; ſuã quia nouus homo venit in mundum,& nouam legem dedit mundo. ((Immiſit) inquam (carmẽ deo noſtro). Hieronymus. Vt iam non ſonos turpes & theatrales concinam, ſed in dei viuentis hymnis ꝑ armoniam noui teſtamenti delecter. Caſſiodorus. Gloſa. Propter quod dicit (deo noſtro), non dijs alienis, quibus hymnos gentilitas perſonabat. Hugo car. Me itaque laudantem carmine nouo.

5 ✠alia li. iuſti.

Videbunt multi, ✠ & timebunt,& ſperabunt in domino.

Hieronymus. (Videbunt) inquit (multi) Chriſtum annũciatum veniſſe,& multa mirabilia feciſſe. (Et timebunt & ſperabũt in domino: Caſſiodorus. Videntes eñ iudęi tanta mirabilia timuerunt & chriſti prędicationibus populorum agmina crediderunt. (Sperauerunt) autem (in domino) quãdo chriſtiani eſſe cœperunt. Hierony. Vel (timebũt) qui ſe intelligunt peccatores. (Et ſperabunt in domino) Idem. Vt eis priſtinum remittatur delictum, vnde ſequitur.

vi Aliter legitur.

Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius,& non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Aliter ſentit legẽdum bea. Hierony. iuxta hebræũ ſic enim legit. Beatus vir qui poſuit dominum confidentiam ſuam & non eſt auerſus ad ſuperbias põpaſque mẽdacij. Lyra. (Beatus) inquit (vir cui⁹ eſt nomen domini) Ieſu chriſti. ſcilicet (ſpes eius). Cũ non ſit aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo nos oporteat ſaluos fieri. Hierony. Vnde fœlix illa anima quæ habet fidem firmam & ſpem directam in Chriſto. Auguſtinus. Caſſiodo. Gloſa. Quæ nõ temporalia ſperat ab eo: ſed ſalutem quod nomẽ eius indicat quod eſt ſaluator. (Et nõ reſpexit in vanitates): Lyra. id eſt in leges gẽtiliũ idolatriæ deditorũ. (& inſanias falſas) errores ſcilicet Iudęorum cõtra Chriſtũ obſtinatorũ: q̃ bene dicunt inſaniæ, quia auertant a mentis ſanitate. Hier. Vel (inſaniæ falſæ) ſunt iræ, rixæ, diſcrepationes,& reliqua, in quib⁹ hoĩes inſaniũt, vt peccẽt, q̃ Apoſtol⁹, opera carnis eſſe dicit. Caſ. Vel (vanitas) eſt a ſancta religiõe ſubita varietate mutari,& mentẽ fallaci illuſione conuertere. (Inſanię) vero (falſę) ſunt ſaxis formaſſe deũ quẽ gẽtiles adorẽt, vbi futurorũ ordinẽ mẽdaciter ingrebãt. P. Can. Et q̃uis dicant iſtæ inſaniæ falſæ vere tñ inſaniæ ſunt. Sed ideo falſæ dicunt: quia falſos faciũt,& fallũt, vel quia ex falſo oriunt, vt attribuat effectui qđ eſt efficientis. Glo. Et ꝓpterea quia oĩa iſta vana ſunt & falſa, intuere his neglectis mirabilia dei, de quibus ſequitur:

Actuũ. 4

Auguſti.

Gala. v.

7 Aliter legit hic. 30 he. ✝ Alias qs ſimi lis tibi.

MVlta feciſti tu domine deus me us mirabilia tua, & cogitationi bus tuis non eſt qui ✝ ſimilis ſit tibi.

Hunc verſiculum ſequēti coniungit.b,Hiero.ſicq̧ iuxta hebræū interpretat⁹ eſt.Multa feciſti tu dn̄e de⁹ meus mirabilia tua,&cogitatiōes tuas ꝓ nobis non inuenio ordinem coram te,ſi narrare voluero, & numerare plura ſunt quam narrari queant. Hiero.Narrat hic propheta diuina miracula(Multa)inquit(feciſti tu dn̄e deus)mirabilia tua . Lyra. Mundū creando & gubernādo,& ſuper oīa mirabilia ipſum per tuā benedictā incarnationē recreando.Aug.Glo.Nūqd mirabile fuit Petrū ſup aquas ambulare.Caſ.Nūquid tale eſt ſuper funē currere pede ſuſpēſo quale Petrū terga maris fixo preſſiſſe veſtigio:nunqd tale eſt ignitis faſcib⁹in theatro ludere,quale fuit camini incendia trib⁹ pueris ambulaſſe?nunquid tale eſt Senecæ audire tragedias, quale ēī choris ſalutiferas cognoſcere pſalmodias Iſtas itaq̧ res potius legētes ſpectare debem⁹: quas nec fatue querimus & ꝓficue ſemp audimus.Sequtur.(Et cogitatio.tu,)Lyra.Quib⁹ ab æterno diſpoſuiſti miſteriū tuę incarnatiōis.(Nō eſt q ſimi.ſit tibi.) Idē.Quia hoc mirabile excedit oīa mirabilia. Caſ.Vel in hoc verbo malarū rerū arguit inuētores:q ſe nequiter inferētes,fallaciū artiū auctores ſe eſſe gloriant̄ hactenus,itaq̧ prędicauit eccleſia: nūc audiamus ipſum dn̄m loquētē: vt quod dictū eſt,(quis ſimilis ſit tibi)manifeſtum nobis ſubſequēti expoſitiōe reddatur.

8 Beda ps

ANnunciaui & locutus ſum,multiplicati ſunt ſuper numerum.

Glo.& Hug.car.Hęc eſt ſcd̄a pars:in qua oſtēdit q̄ ſint illa mirabilia,& loquitur hic chriſtus quaſi reſpōdēs eccleſię q̄ ſupra dixit. Multa feciſti tu dn̄e de⁹ mirabilia tua).Tanq̄ diceret chriſtus, vere multa feci,quia(annūciaui)per ꝓphetas primo: & dein de locutus ſum p meipſū.Hiero.Dicēs, pœnitētiā agite:appropiquabit eīm regnū cœlorū.Glo.Aug. Caſ.Vel(annūciaui & locut⁹ ſum)hęc mirabilia q̄ ſunt icarnatio iuſtitia p̄dicationis, liberatio hoīm ab iniquitatib⁹,cōfuſio iīmicorū,lętitia ſperantiū hæc nāq̧ prius. (Annūciaui)ꝑ prophetas(&)poſt locutus ſum)ego ipſe.Glo.Hug.car.Et me loquēte (multiplicati ſūt)fideles vtiq̧(ſuper numerū)id eſt plures q̄ olim crediderunt: ita q̄nūerari nō poſſūt iuxta illud.Suſcipe cœlum & numera ſtellas ſi potes,ſic erit ſemen tuū.Hie. Vel (multiplicati ſunt) iudęi in malicia ſua: vel(ſuper numerū)ſūt peccatores qui non ſunt digni numerari in numero iuſtorū.Augu.Glo.Certus eīm eſt numerus eorū qui illi cœleſti hieruſalem ſupernæ p̄deſtinati ſūt : ſed ſuper hūc ſunt admixtę paleę. Glo. Deide tanquā diceret: quæ fuit neceſſitas iſta annunciandi vel loquendi cum ſufficerent legalia,ait:

Geñ.xv

Matth. 20.g.22

9 ✝alia li. victimā ‡alia li. corpus ⁎alia.li. fodiſti.

SAcrificiū✝& oblationē noluiſti, aures ‡ autem perfeciſti ⁎ michi.

Caſſ.Prius quidē talia ſacrificiū,ſcilicet & oblationē de pecorib⁹ imolatis.vñ ſacerdotes veſcebātur, ſuſcipere dignat⁹ eſt.Poſtq̄ vero xp̄s aduenit,& ſe ꝓ oib⁹ nobis hoſtiā exhibuit pietatis , neceſſariū nō erat vt veritate cōpleta adhuc illa figura ꝑmaneret,ꝑpter qđ dicit(Sacrificiū).Lyra.Glo.& Hugo car.Quod de aīalib⁹ & auib⁹ fiebat (oblationē) q̄ erat de ſimula thure vel oleo , & ſil'ib⁹ ianimatis noluiſti)vlteri⁹ q̄ñ veritas eſt exhibita.Aug.Glo. Tādiu ei eſt qs promiſſor donec det, ſed cū dederit mutat verbū,vñ Chriſto veniente noluit quę erāt ſui aduent⁹ figura.Glo.Deinde tanq̄ diceret,iſta ſi quidē noluiſti. Sed qd? Sequitur.(Aures aūt perfeciſti mihi).Aug.Glo.i.ꝑfecte itelligere me feciſti quid velles.Hugo. car .Obedientiā ſcilicet meā in oblatiōe corporis mei.Aug.Glo.. Vnde alia litera habet corpus aptaſti michi).i.corpus aptū & perfectū ſine peccato ad offerēdū mihi dediſti,vt ait apoſtol⁹ ad heb.Glo.Deide exponit verſum iſtū dicēs,

Heb.x.

10 ✝alias holocauſta et pro pctō non petiſti.

HOlocauſtum ✝ & pro peccato nō poſtulaſti, tunc dixi ecce venio.

Glo.Tanquā diceret nedum ſacrificiū & oblationem noluiſti,immo & quod maius eſt. (Holocauſtum & pro peccato nō poſtulaſti).Aug.Glo.(Pro peccato)enim fiebat holocauſtū maius & dignius in lege,vt de vitula ruffa.Gloſ.quod totū comburebatur,vnde dicitur holocauſtum ab holos greçe quod eſt totū latine & cauma incēdiū.Hier. Quod tamē holocauſtū non tibi placuit pro peccato,niſi memetipſum pro totius mūdi delicto tibi ſacrificiū exhibere tunc dixi ecce venio).Glo. Quia ſcilicet hoc noluiſti & corp⁹ aptaſti mihi. Idē.Vt ſcilicet aſſumā carnē in qua patiar.Aug.Glo. Tempus eni eſt vt veniāt promiſſa quia auferunt̄ promittētia.Caſ.Glo.Ex q̄bus cū nunc ſacrificia ceſſēt, conſtat veniſſe chriſtū.Glo.Ideo autem venio,Quia:

holocauſtū qđ et vnde.

11 ✝ Alias in volumine. ‡ alia li. ventris.

IN ✝ capite libri ſcriptum eſt de me,vt facerem voluntatem tuam deus meus volui & legem tuam i medio ‡cordis mei.

Aug.Caſ.(In capite)inquit (libri ſciptū eſt de me hoc eſt in initio huius libri pſalmorum cum dicit̄ Beat⁹ vir q non abijt vbi ſtatim ſequit̄,ſed in lege dn̄i volūtas eius.Hiero.Vel(in capite libri)veteris teſtamēti,qđ tale ſumit exordiū . In pricipio fecit deus cœlū & terrā.i.in xp̄o dn̄o hoc myſteriū etiā Iohānes cernēs ſic euāgeliū inchoauit. In principio erat verbū,& verbū erat apud deū.nam & ipſe interrogantibus iudæis qs eſſet,r̄ndit. Ego principiū qui & loquor vobis.Caput ergo libri intellige principiū,qđ eſt Chriſt⁹ Ieſus qui i hoc libri capite nūciat⁹ eſt.Glo. Vel(in capite libri ſcriptū eſt de me).i. quia ſic eſt præfinitū apud deū patrē, qui ē caput meū qui ſum liber, id eſt forma iuſtitię hominib⁹.Hug.car. In illo itaq̧ libro ſcriptū eſt de me per pręordinationē(vt facerē volūtātē tuā Hiero.Quia deſcendi de cœlo non vt faciā voluntatem meā,ſed tuā pater. non eīm voluntas eſt carnis,ſed patris vt ꝓvita hominum moriar.Hu.car. Et(o deus meus)volui facere ſcilicet (voluntatem tuā,& legē tuā habui in medio cordis mei). Idem. Quia non veni ſoluere legem,ſed adimplere.Caſſ. Lex nempe diuina in medio cordis eius fuit: quia in lege eius meditabitur die ac nocte,ſequitur.

pſal.j. Gene j. Iohā.1 Iohan.6 Ioan.vj Mat.v

12 ✝alia li bene nūciaui. ‡alia li. cognouiſti.

ANnunciaui ✝ iuſtitiam tuam in eccl'ia magna, ecce labia mea nō prohibebo domine tu ‡ ſciſti.

Hugo cardinalis.(Annunciaui) id eſt aperte nun-

» ciaui(iuſtitiam tuã)id eſt pœnitẽtiam qua iuſtifi-
catur homo dicens,Pœnitẽtiam agite, appropin-
quabit enim regnum cœlorum.Lyra.Vel legẽ euã
gelicã quæ continet legem perfectam ſed vbi? in
Hieroni ecclesia magna. Hieronymus. id eſt in toto mun-
do diffuſa,quæ a quatuor mũdi partibus facta eſt
magna,euãgelica prædicatione vocata chriſti paſ-
ſione collecta,eius reſurrectione mundata. Lyra.
In qua Chriſtus per apoſtolos euangelium prædi
cauit,iuxta illud propheticum. In omnem terrã
Hugo. ps. xviii. exiuit ſonus eorum.Lyra.Hugo cardinalis.Vel in
eccleſia magna, id eſt in templo vbi omnes iudæi
conueniebant,in quo Chriſtus frequenter docuit
(Ecce labia mea non prohibebo)Lyra.A prædica-
tione veritatis euangelicæ per me & alios docto-
res eccleſiæ.Hieronym⁹.Labia enim Chriſti ſancti
Hieroni. ſunt,quos nõ prohibet prædicare,quia ſicut Pau
lus ait.Verbum dei non eſt alligatum(domine tu
Auguſti. 2.timo.2. ſciſti.Gloſa.Auguſtinus. Tanquam diceret labia
ſonãt hominibus,ſed tu domine nouiſti cor meũ,
hoc dicens ne in ſolis labijs eſſet annũciatio,vel
o domine tu es teſtis ꝙ timor non prohibet me
loqui.

xiij ✠alia li. fidem. IVſtitiam meam non abſcondi in corde meo,✠veritatem tuam & ſa
lutare tuum dixi.

Hieroni Joh.14. Luc.2. Hieronymus.(Iuſtitiam tuã) hoc eſt mandata tua
(non abſcondi in corde meo.) Caſſiodorus. Iuſti
enim voluntas eſt quando poteſt prodeſſe nõ ab-
ſcondere veritatem,quod dominum ſaluatorẽ fe-
ciſſe non dubium eſt,quando turbas arguebat,in
crepabat incredulos,& multa huiuſcemodi prędi-
cabat quæ euangelij textus eloquitur (veritatẽ tuã
» & ſalutare tuum dixi.)Hieronimus.Veritas & ſalu
taris Chriſtus,eſt. Caſſio.qui(veritatem)dixit cum
ait.Ego ſum via,veritas,& vita(ſalutaris) autẽ chri
Luc. ij. ſtus.Beati Simæonis confeſſione declaratur dum
dixit.Nunc dimittis ſeruum tuum domine,ſecun
dum verbum tuũ in pace.Quia viderũt oculi mei
ſalutare tuũ.Hugo cardi. Cuius exemplo debem⁹
prædicare iuſtitiã vt opere perficiatur,veritatẽ vt
credatur,ſalutare vt diligatur. Primũ reſpicit ſpẽ,
ſecundum,fidem,tertium charitatem.iuſtitia præ
dicanda eſt iniuſtis,veritas ignorantibus,ſalutare
Gloſa. deſperantibus.Gloſa.Nec propter multos conſi-
liantes debemus a prædicatione veritatis tacere:
& hoc eſt quod ſequitur.

14 ✠alia li. nõ cela-ui. ✠alia li. a 2grega tiõe mul ta in ec-cleſia. NOn abſcondi ✠ miſericordiam tuam, & veritatem tuam a conſi-
lio multo.

Hieronymus.(Non abſcondi)inquit (miſericor-
diam tuam)id eſt non ſilui,nihil clam locut⁹ ſum,
ſed omnem virtutem tuã(ꝙ iuſtus,ꝙ verax, quod
miſericors,ꝙ ſalus hominum es,non ſolum in ec
cleſijs populorum,ſed etiam in ſynagogis iudæo
» rum inceſſabiliter prædicaui. Gloſa.(Miſericordi
am)ſcilicet qua peccata dimittis(& veritatem) qua
p.xxiij. præmia retribuis.Hug. cardinalis.Nec timui(a cõ
ſilio multo cum docerem homines,vniuerſas vi-
as tuas quæ ſunt miſericordia & veritas.

xv ✠alia li. nõ ꝓhi- TV autem domine ne ✠ longe fa
cias miſerationes tuas a me, mi-
ſericordia tua, & veritas tua ſemper ✠ ſu- ue bis. ✠alia li. ſerua-bunt.
ſceperunt me.

Caſſiodorus.Narratis ſanctis operibus ad paſſio-
nis ſuæ gloriam redit,vbi merito patrem precaẽ,
ne longe faciat ab eo miſericordias ſuas. Hiero,
In hoc autem & ſequentibus tribus verſib⁹,ꝙ mi
ſericordiam patris poſtulat ꝙ a iudæis ſe circũda-
tum,& iniquitates ſuper ſe multiplicatas dicit ꝙ
a corde derelictus ruſum patris præſidium depre
catur,omnia ad infirmitatem carnis ſunt referen
da,vt ſicut verus deus, ita homo credatur.(Tu)igi- »
tur(domine)Lyra. Deus pater. (Ne longe facias).
Hugo Cardinalis. i.ne remoueas.Lyra. (a me). i.a »
corpore meo myſtico.Glo. Vel a ſanctis meis mẽ- Gloſa.
bris.(Miſerationes tuas(ne ſint ſine effectu. Quia
(mĩa tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me. Hu
go car.i.nunq̃ defuit miſericordia cõpatiens, nec
veritas promiſſa reddẽs.Hierony.Caſſ.(Miſericor Caſſio.
dia)eñ facit peccata dimittere,veritas vero reddi-
dit vnicuiqȝ quod fecit.Auguſtinus.Gloſ. Vel mi
ſericordia & veritas,hoc eſt amor & timor ꝓducũt
me ad te.Lyra.Cauſam autem huius deprecatiõis
ſuæ ſubdit,cum ait.

QVoniam circundederunt me ma xvi
la quorum non eſt numerus com
prehenderunt me iniquitates meæ, & nõ
potui vt viderem.

Caſſiodo.Hoc pro mẽbris ſuis dicit,quorum ipſe
Chriſtus caput eſt,vt ſe dari profiteretur ꝙ turba
fidelium ſuſtinebat,ſicut eſt illud,Saule ſaule quid Act.ix.
me perſequeris?Hugo cardinalis.(Qm̃)inquit(cir Hugo.
cundederũt me mala)pœnę ſcilicet mala dico, nõ
pauca.Sed(quorum non eſt numerus)Caſſiodor⁹ »
apud homines,ſcilicet.nã omnia deo dinumerata
ſunt,qui arenam maris,& guttas pluuiarum,ſtella
rumqȝ multitudinem cognoſcit. Hugo cardinalis.
Sed quare tãta paſſus ſit,oſtendit cum ait.(Cõprę
henderunt me iniquitates meę).Hugo cardi. id eſt
meorum propter quorum peccata compræhẽſus
ſum,& punitus,ideo aũt iniquitates iſtas dicit eſſe
ſuas,quia portauit pœnas earum.Caſſiodorus.Vñ Caſſio.
hic eodem modo loquitur quo ſuperius,cũ dixit:
(Circũdederunt me mala.)Domin⁹ enim ſaluator
noſter,nec mala perpetrauit,nec iniquitatibus pa
ruit,ſed hoc a parte membrorũ apte dicitur, a qui-
bus talia ſuſtinentur.(Et non potui.Glo. Subaudi
facere(vt viderem)Hieronymus. Quia lux verita-
tis fuit a me abſtracta. Hug,car. Vel (non potui vt Hieroni.
viderem)fructum paſſionis meæ,vel quia ita vili-
ter me tractari permiſi,ac ſi impotens eſſem. Pari-
ſienſis cantor. Vel de malis hominibus loquitur,
qui adeo indulgent peccatis ſuis,ꝙ ea quæ ꝓpria
faciunt voluntate,ad neceſſitatis inferunt actio-
nẽ,& quod proprio faciũt errore ad ſubtilitatis cu
iuſdã referunt defenſionẽ dicentes,(Nõ potui vt
viderẽ)Hugo car.Nec mirũ ſi nõ potui,quia. »

MVltiplicatæ ſunt ſuper capillos xvii
capitis mei, & cor meum dereli-
quit me.

Auguſtinus.Glo.Caſſiodorus. Bene in compara-
tione delictorum(capilli dicti ſunt. Nam ideo in In ſacer do.caput radi-
ueteri teſtamẽto ſacerdotes radebãtur,vt ſit carnis tur.

vitia depoſuiſſe viderentur. Gloſa. (Multiplicatæ ſunt) inquit (iniquitates) ſcilicet meæ (ſuper capillos capitis mei) id eſt innumerabiliter. Caue ergo ſi vitaſti grauia, ne obruaris arena. Venialia enim minuta videntur, ſed multa ſunt, & propterea cauenda. Pariſien. cantor. Nam contẽptus aſſueſcendi venialibus poteſt eſſe criminalis. Hieronymus. Vel (Multiplicatæ ſunt iniquitates ſuper capillos) id eſt ſuper genus humanum. (Et cor meum) Glo. id eſt ratio (Dereliquit me). Hieronymus. Quando enim homo peccat, cor ſuum non habet: vnde Dauid dicit. Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. Ergo ãtea quando peccauit non habuit illud. Caſſiodorus. Cor enim nos derelinquit, quando peccatis ęgrũ profutura non appetit. Hug cardi. Vel (cor eius). i. Chriſti ſunt apoſtoli qui intimi ſibi erant, & in quibus vita eccleſiæ conſiſtebat, qui omnes relicto eo fugerunt. Oſtenſis itaq; miſerijs ſuis petit ab eis liberari, dicens.

1. Reg. 7

Matth. c. xvi.

18 ✝ alias in au. illũ meũ feſtina.

COmplaceat tibi domine vt eruas me, domine ad adiuuandum ✝ me reſpice.

(Complaceat) inquit. Gloſ. id eſt communiter placeat trinitati, (tibi domine) vni deo dicendo enim (tibi) vnitatem dicendo vero (complaceat) trinitatem perſonarum ſignificat. Caſſiodorus. In quo etiam concordia trinitatis oſtenditur. Nam quod placet patri, placet & filio, & ſpiritui ſancto. Aug. Gloſa. (Complaceat) igitur (tibi) ait, non diffidens de potentia dei ſi aſſit voluntas. (Vt eruas me) Hugo cardina. Ab his malis & quia vt dicit Gregori⁹ Non ſufficit mala non agere, niſi etiam quiſq; ſtudeat bonis operibus inſudare. Ideo addit. (Domine ad adiuuãdum me reſpice) oculo miſericordię. Caſſiodorus. Vt intelligam reſpectum tuũ noſtrũ eſſe præſidium. Aliter enim liberari non poſſum⁹ niſi nos diuinitas propiciata reſpiciat. Gloſa Et quia ſupra dixit (ad adiuuandum me reſpice) deinde ad perſecutores conuerſus, ait.

xix

COnfundantur, & reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam vt aufferant eam.

Caſſiodorus. Cõfuſionẽ nãq; & reuerentiã optat hic dominus ſaluator impijs. Exultationem vero & lætitiam petit deuotis, dicens, (Confundantur) dicit. Hugo cardina. Confuſione bona, de qua ſapiens ait, Eſt confuſio adducens gratiã & gloriã. Caſſiodorus. (Confundantur) inquã mirabilium operatione turbentur. (Et reuereãtur) hoc eſt reſurrectionis gloria corrigantur, vt illum confiteantur deum, quem dudum putauerunt eſſe trucidandum (ſimul) vt ſicut ſimul perſecuti ſunt, ita & ſimul qui prędeſtinati ſunt conuerſionis munere liberent. (Qui quærunt animam meã). Gloſa. Non Vt fruãtur ea, ſed vt auferant eam interficiendo me. Auguſtinus. Caſſiodorus. Duobus enim modis quæritur anima Chriſti. Aut vt fruatur quis ea, aut vt perſequatur, aut ad honorem, aut ad mortem. Igitur hic declarat quos ex his vult confundi eos, ſcilicet qui quęrunt. (Vt auferant eã) non vt diligãt, non vt venerentur, ſed vt eam a corpore per mortum ſeparare contendant. Sequitur.

eccle. 4.

Caſſio.

Duobus modis qrit aia chriſti.

COnuertantur ✝ retrorſum, & reuereantur ǂ, qui volunt michi mala. 20

✝ Alias auerant ǂ alia li erubeſcant. ✝ alia li. qui cogitant.

Hugo cardina. (Conuertantur) inquit (retrorſum) id eſt poſt deum, qui eũ poſt ſe reliquerant ſequentes peccatum. (Et reuereantur) id eſt eum timeãt timore reuerentię. Gloſ. Et vt eum ſequantur humiles qui ſuperbe peribãt. Caſſiodorus. Quod enim dicit (retrorſum) in bonam partem dici, euangelij locus iſte teſtatur, vbi Chriſtus Petro reſpondit. Redi retro ſathana. hic ergo precatur, vt qui ante ſuperbi erant vt caderent, retro humiles fiant, vt reſurgant, illi vtiq;. (Qui volunt mihi mala). Aug. Non ſolum qui dicunt vel faciunt, ſed etiam (q volunt mihi mala). Gloſa. id eſt qui cum bene dicãt tamen mala volunt. Caſſiodorus. Per hoc itaq; iudæorum ſignificat improbas voluntates, quorum cogitationes erant malę, non domino, ſed auctoribus ſuis, illi igitur tales.

mat. xvi.

FErant ✝ confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt michi ǂ euge euge.

xxi. ✝ alia li pereant poſt. ǂ alia li. vah vah

Hieronym⁹. Hic miſericorditer eos deprecatur cõfundi, vt confeſtim cognoſcant iuſtitiam. (Et portent confuſionẽ ſuam) qui ſe non emendauerunt. Caſſiodorus. (Ferant) dixit quaſi pondus immenſum confeſtim, ex quo ſcilicet peccare cœperint, ne longius progrediendo periculoſius prægrauẽtur. Gloſa. (Confuſionem ſuam) id eſt iniquitatẽ ſuam (Caſſiodorus. Vel cogitationem ſuam prauam veritate conuictam (Qui dicunt mihi). Gloſa & Hugo cardina. Adulatorie. (Euge euge). Auguſtinus. Glo. Sunt nãq; qui bona dicunt malo animo, & qui mala doloſe laudando, quorũ vterq; malus eſt & cauẽdus: De primis ſupra dixit. (Qui volunt mihi mala). De ſecundis vero ait. (Qui dicũt mihi euge euge). Caſſiodor⁹. In quo falſos arguit laudatores, qui plus nituntur adulando decipere, q̃ poſſint vituperationibus lauciare. (Euge) quidã verbum preconiale eſt, ſed cum recto animo non profertur ad deriſionem inferendam trahitur. Hugo cardina. Et notatur in his tribus verſibus triplex peccatum inimicorum, operis videlicet, cordis, & oris. Operis cum dicit (qui quærunt animã meam). Cordis, cum dicit (Qui volunt mala mihi). Oris vero, cum hic ait: (Qui dicunt mihi euge euge). Gloſ. Deinde tanq̃ diceret illi confundantur. econtrario vero.

Euge in vtrãq; partem.

EXultent & lætentur ✝ ſuper te omnes quærentes ǂ te, & dicant ſemper magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.

xxii ✝ alia li. gaudeãt ǂ alia li. q̃ q̃runt te dñe.

Caſſiodor⁹. Hic nãq; deuotos optat veraciter gaudere, ſicut inimicos ſupra confundi petijt. Et nedum petit vt lætentur, ſed etiam vt exaltent deprecatur. (Omnes quęrentes te). Hugo cardinalis. Nõ tua, ſicut quidam. Auguſtinus. Gloſ. Vel (quærentes te) non me, ſed in me te glorificantes. (Et dicãt ſemper magnificetur dominus). Gloſa. & Hugo cardina In membris ſuis, qui in ſe maior fieri nõ poteſt. Glo. (Magnificetur, inq̃ (dominus) ſemper,

qui a ſi peccator eſt homo ad pœnitentiam vocat, ſi iuſtus, ad coronam. Hugo cardinalis. Hoc itaq; dicant non omnes, ſed illi (Qui diligunt ſalutare tuum). Lyra. id eſt me Chriſtum quem miſiſti pro ſalute hominũ. Caſſiodorus, Glo. Hæc enim pro- profeſſio in ęternũ gaudentes efficit chriſtianos. Auguſtinus. Igitur (qui diligunt ſalutare tuũ) ſemper dicant, non euge euge vt mali me laudãdo, ſed te patrem in me magnificando. Gloſ. Vnde ne qs gloriã huius lætitiæ ſibi arrogaret ait. Ipſe Chriſtus de ſe ex forma ſerui.

Caſſio.

23 ✠alia li. egen⁹ et paup̃ ſũ.

EGo autẽ mendicus ✠ ſum & pauper, dominus ſollicitus eſt mei.

Gloſa. (Ego autem) cui dicebant euge euge. (Mendicus ſum & pauper) Hieronymus. (Egenus) nãq; & (pauper) eſt Chriſtus. Qui cum diues eſſet, egen⁹ factus eſt. Caſſiodorus. Gloſa. Qui ex forma ſerui pauper dicitur, quia niſi diuina gratia clarificetur de ſe omnino tenuis eſſe cognoſcitur. (Egen⁹) vero qa humanitas ſubueniri ſibi ſemper eget a domino. Hieronymus. (Egenus) autẽ dicitur qui aliquid habet & aliquo indiget. (Pauper) q nihil habet. inops vero id eſt ſine ope. Gloſa. Vel pauper qui ſibi non ſufficit. (Mendicus) qui ab alio petit. Caſſiodorus. Sed ne iſtam paupertatem vilem abiectãq; æſtimares, addidit. (Dominus ſollicitus eſt mei). (Pauper) enĩ de noſtro eſt, diues vero de ſuo. qui ideo indigẽtiã humanitatis aſſumpſit, vt abũdantiæ ſuæ nos faceret eſſe participes. Gloſ. Deinde orat totum corpus Chriſti cum Chriſto, tanq̃ vnus mendicus & vnus pauper, dicens.

2.Co.8.

Egenus paup̃ et inops differunt.

24 ✠alia li liberator. ‡alia li. auxiliũ & ſalutare

ADiutor meus & protector ✠ meus tu es deus meus ‡ ne tardaueris.

Caſſiodorus. De adiutorio nãq; & protectione ſecurus, celeritatem neceſſariã petit, vt iam qa mors vitari non debuit, ſaltem reſurrectio feſtina ſuccederet, cum enim dicit (adiutor & protector) oſtendit patientiam diuerſarum paſſionum, vnde & ipſe pſalm⁹ fecit initium, quapropter totus virtuti patientiæ merito deputatur, qui eodem fine concluditur. Lyra. (Adiutor) inquit (meus) ad bonum ꝓmouendo (& protector meus) a malo pręſeruãdo. Hugo cardinalis. In quo apparet quod ſupra dixit. (Dominus ſollicitus eſt mei) dum adiuuat ad bonum, & protegit a malo. Glo. Et propterea hoc quod ſequitur, peto (Deus meus ne tardaueris) Hugo cardinal. Quin cito venias ad ſaluationem. Glo. Ne diu ſimus in malis. Auguſtinus. Glo. Hoc nãq; dicit, quia niſi breuiati eſſent dies, non ſaluaretur omnis caro.

Mat.24.

Pſalmus.xl.

Titulus In finem pſalmus Dauid.

Lyra. Dicunt aliqui ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum pro Salomone filio ſuo, quem diſpoſuerat regnare poſt ſe de voluntate domini, vt apparet. j. Paralipome. xxviij. quo non obſtante volebat eum Adonias frater eius ſupplãtare, vt habetur. iij. Regum. j. Et deinde dicit ꝙ Dauid qui plura myſteria Chriſti deſcripſit q̃ alij prophetæ, præuidens paſſionem Chriſti, & eius reſurrectionem, in ſpiritu fecit hunc pſalmum. Et ad iſtum ſenſum proſequitur idem Lyra expoſitionem eius.

3.Reg.i.

Hieronymus. Iſtum pſalmum propheta per ſpiritum ſanctum in perſona Chriſti cantauit, & continet vocem prophetæ de Chriſto pronunciantis in initio. Deinde ipſius mediatoris loquentis ad patrem quæ maxime ſunt in euangelijs impleta. Auguſtinus. Gloſa. Et eſt hic quaſi vnius hominis vox capitis & corporis. Gloſa. Hugo cardinalis. Intentio autem Prophetæ in hoc pſalmo eſt monere fideles credere in Chriſtum deum pauperem crucifixum reſuſcitatum. Et diuiditur in tres partes. In quarum prima, commendat eum qui Chriſtum pauperem & egenum videns: nihilominus eum eſſe vere deum credit, vel etiam ad literã beatum prędicat elemoſinę largitorem, multiplici eũ benedictione concelebrans. In ſecũda agit de paſſione Chriſti, ibi (Inimici mei.) In tertia de reſurrectione ipſius, ibi (Tu autem domine.) Ait ergo propheta.

Hieroni.

Gloſa.

Diuiſio

ps.40 1 ✠alia li. qui cogitat de paupere

BEatus qui ✠ intelligit ſuper egenum & pauperẽ, in die mala liberabit eũ dominus.

Hierony. Chriſtus ægenus & pauper factus eſt pro nobis, vt illi⁹ inopia nos diuites faceret, qui itaq; intelligit illum verum deum & verum hominem eſſe. Qui cognoſcit Chriſtũ in aſſumpta carne veniſſe, hic beatitudinum cœleſtium opes capit. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodorus. Vel (beatus qui intelligit ſup egenum & pauperem) id eſt vt etiam non petentibus pauperibus offeratur elemoſyna. Nam qui petenti tribuit, bonum opus efficit, qui vero tacentẽ pauperem intelligit: beatitudinem ſine dubitatione conquirit, quem dominus (liberabit in die mala) id eſt in die iudicij, qui malus dies dicitur malis quia peccatoribus tunc debita pœna perſoluetur.

2.cori.8

2 ✠alia li. viuificabit beatus erit tradet.&c

DOminus conſeruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra ✠, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Hieronymus. Gloſ. (Dominus conſeruet eum) inquit, ne ſcilicet ab hoc intellectu diſcedat, ſed i hac ſapientia manentem viuificet: hoc eſt transferat de morte in vitam. Auguſtinus. Gloſa. Vel hic bene optat propheta, intelligenti ſuper egenum & pauperem, quę quidem optatio certa eſt ꝓmiſſio, nã ſecuri expectant, qui hoc agunt. Caſſiodo. (Dominus) inquit (conſeruet eum) id eſt inter mala ſęculi perire non faciat: ſed ad ſuam retributionem illæſum ſancta conuerſatione perducat. (Et viuificet eum) hoc eſt faciat eum inter electos in ſua viuere portione. Viuere enim proprie dicuntur qui ſe a chriſtiana fide non diuidunt. Gloſa. Et ne putaret ſibi tm̃ prodeſſe in futuro, & hic negligi ſubdit. (Et beatũ faciat eũ in terra). i. in hac vita, & bñ in pſenti, & in futuro bona ꝓmittit, qa pietas promiſſionẽ habet vitę, quę nunc eſt & futurę. Hiero. Vel (in terra) id eſt in die ęternitatis cum ſctis ſuis in regno cœloꝝ. Caſſ. Vt in reſurrectiõe ad dexterã collocetur. (Et non tradat eũ in animã). Gloſa.

viuere q̃ dicũtur

1.tim.4.

Hieroni.

Id eſt in voluntatem,& ſi(in manus inimicorum eius).Hieronymꝰ. Id eſt in poteſtate diaboli, qui credulitati noſtrę ſemper inimicus exiſtit. Caſſiodorus. Inimicus enim diabolus eſt.(Manus)vero id eſt eius poteſtas ſemper iniqua eſt.

✠ alia li. cōfortabit. ✠ alia li. vertiſti.

3 DOminus opem ✠ ferat illi ſuper lectum doloris eius, vniuerſum ✠ ſtratum eius verſaſti * in infirmitate eius.

Sapi.ix. Grego. Hugo:

Hieronymus.(Dominus) inquit(opem ferat illi ſuper lectum doloris eius)hoc eſt adiutorium pręſtet illi,in lecto doloris id eſt in infirmitate carnis eiꝰ.Nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & inhabitatio terrena deprimit ſenſū multa cogitantem.Gloſa.Caſſiodo. Vel lectus quietis ſunt hęc bona temporalia, quę frequenter ſeruis ſuis domus amara & doloribus plena facit, ne ſpē in eis ponentes futura bona non appetant, vnde ſubditur.(Vniuerſum ſtratum eiꝰ verſaſti in infirmitate eius).Greg.in mora. Iob lib.xvij. Vbi per ſtratum requies temporalis accipitur, quia in hac vita adhuc homo poſitꝰ in cuiuſlibet ordinis loco in cuiuſlibet ſecreti receſſu viuere ſine tentationibus nullatenus poteſt,ſed plerumq; in id quod ad requiem conſtruitur maio dolor tentationis inuenitur,vnde & recte per prophetā dicitur. (Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius), ac ſi diceret.Omne quod hic ſibi parauit ad requiē hoc ei mutaſti occulto iudicio ad perturbationem quod pio quidem conſilio agitur, vt huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur, via nanq; eſt vita præſens qua ad patriam tendimus. et ideo hic frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria diligamus.Et ne dum oblectamur in via obliuiſcamur quod deſiderabamus in patria.Hugo cardina.Deinde poſitis his quę optat illis qui fidem chriſti & compaſſionem proximi habuerunt, propheta non de ſe pręſumens ad dei miſericordiam recurrit,dicens.

✠ alia li. quoniā.

4 EGo dixi domine miſerere mei, ſana animam meam quia ✠ peccaui tibi.

Hiero.Hic nanq; propheta immutat ordinem,vocem proferens dominici hominis dicentis.(Ego dixi domine miſerere mei), multi enim ſunt qui peccata commitunt,ſed verba excuſationis pretēdūt,eccleſia vero dicit(ego) me accuſo ꝓ meis peccatis(quia ego peccaui).Et propterea(ſana animā meam).Caſſiodorus. Quia omne peccatum morbus eſt animarū,quo creſcente ſalus interioris hominis diſſipatur. animam itaq; ſuam ſanari deſiderat remiſſione peccatorum, nam animę tantū ſanantur cum peccata relaxantur.

ſcda ps. * Alias dicent.

5 INimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomē eius.

Gloſa.Hugo cardi. Hęc eſt ſecunda pars in qua chriſtꝰ agens de ſua paſſione,& de Iudęis qui nō ſuper egenum intellexerunt,ſed tantum egenum hominem fuiſſe putauerunt malam eorum oſtendens voluntatem ait. Inimici mei dixerunt mala michi).Hieronymus. Quando enim videbant cęcos illuminari,leproſos mundari,ſabbata diſſolui Lazarum reſuſcitari, quando dicebant.Ecce mūdꝰ totus poſt eum abijt, quid aliud poterant cogitare,niſi vt morte ei hæc virtus eriperetur? Nam & vnus ex ipſis Cayphas nomine licet neſciens quę diceret aiebat,expedit vt vnus moriatur pro populo,& non tota gens pereat.Caſſio. (Quando morietur)inquiunt(& peribit nomen eius).Dicebant enim.ſi dimiſerimus eum ſic, venient Romani & tollent nobis & locum, & regnum, a quibus propterea(perijt nomen eius)quia in eum credere noluerunt. Hiero.Et hoc eſt ꝙ in euangelij parabola coloni dixerunt, hic eſt hęres venite occidamus eum(& non memoretur nomē eiꝰ amplius). Glo. Et quia non ſolum aperti inimici, ſed etiam qui ſimulabant ſe amicos(dixerunt mala michi) propterea ſubditur.

Ioh.xi. Ioh.xi. Mat.xii.

vi ✠ alia li. viſitet ✠ alias loquetur

ET ſi ingrediebatur vt ✠ videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatem ſibi.

Caſſiodorus. In hoc enim tēpus illud diuinę paſſionis exponit, quando Iudas non ad venerandum dominum ſed ad prodendum potius doloſus intrabat (& vana loquebatur cor eius.) Hugo de ſancto victore lib.Sententiarum.capitu.l.Curioſus enim quiſq; tunc quaſi ad videndum ingreditur,quando alienū ſecretum ſagaci ſtudio perſcrutatur,vana loquitur,quia vt minꝰ eſſe poſſit ſuſpectus eos a quibus caueri non vult ſe diligere fingit,deinde iniquitatem congregat.quia cum libere admiſſus fuerit quicquid reprehenſibile inuenire poteſt,fraudulenter in corde ſuo coaceruat,in quo ſibi potius nocitura colligit,quia hoc nō correctionis,ſed lęſionis affectu facit.Caſſio.Vel(vana loquebantur) Iudęi quando de illius morte crudeliter tractauerunt qui omnium vita eſſe cognoſcitur. Hierony. Vel quando introeuntes pretorium loquebantur de corde malo dicentes. Omnis qui ſe regem facit contradicit ceſari. Tunc itaq;(congregauerunt iniquitatem ſibi)dum rerum omniū dominum ſcelerata cohors crucifigere decreuit,dicendo.Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Gloſa.Et quia intrauit vt videret,propterea.

Caſſio. Hieroni. Ioh.xix. mat.xxvii

7 ✠ alia li. egrediēs foras detrahet

EGrediebatur foras, & loquebatur inidipſum.

Gloſa(Egrediebatur)inquit a ſinu veritatis, vel de amicitia quoniā ſimulabat (foras) id eſt ad contrarios,vt fieret apertus inimicus.Caſſiodo. Vel(foras egreſſi ſunt)Iudęi ab archano ſcilicet rectę fidei,qui intus ſtare non poterant,quia incredulitate fidei a fidelibus diſcrepabant.(Et loquebatur), Glo.Hugo cardina. Vana & falſa in idipſum).Auguſti. Id eſt vno conſilio,vna conſpiratione. Lyra. Iudas enim aliquando egrediebatur ad tractandum eum Iudęis de traditione Chriſti, & iterum ingrediebatur conſortium chriſti,& apoſtolorum vt videret tempus & locum quomodo poſſet eum caute tradere, & ſic multa falſa & iniqua fingebat, & dicebat hinc & inde prout ſcribunt euāgeliſtę. Hugo cardi.Sed ne hoc ſoli Iudę imputetur,ideo ſubditur.

8 ✠ Alias ũmulum vnum.

ADuerſum ✠ me ſuſurrabant omnes inimici mei, aduerſũ me cogitabant mala michi.

Hieronymus,(Aduerſum me)inquit(ſuſurrabant) id eſt murmurabant. Caſſiodorus Suſurratio enim eſt oris paruiſſim⁹ ſonus ſine aliqua vocis diſtinctione confuſus, ſermo tractus ab auibus quarum vox prolata ſuſurrus eſt, quod inter illos euenit qui ideo in auribus ſuis murmurare inuicem geſtiunt, quia conſilia ſua detegere non pręſumũt qui ſcelerum ſocietate coniũcti ſunt,(ſuſurrabãt itaq; (omnes inimici mei) Iudęi ſcilicet qui ſemper cogitabant aduerſus dominum mala. Glo. Si quis alius alio plus inueniret(aduerſum me cogitabant mala michi. Hugo cardina. Id eſt ad vtilitatem meã, quia inde creuit fructus eccleſię, vel(michi) ſecundum opinionem ipſorum qui putabãt malum mihi facere, ſed ſibi potius faciebant. Caſſio. Vnde ſi effectum quæris(ſibi) ſi vero votũ(cogitabant mala michi) iuſti ſiquidem pœna non patientis, ſed facientis inuidia eſt. Glo. Et tandẽ.

(Margin: ſuſurratio quid.)

9 (Margin: Aliter legit hic. ad hec. ✠ Alias diſpoſuerunt.)

VErbum iniquum conſtituerunt ✠ aduerſum me, nunquid qui dormit non adijciet vt reſurgat.

Aliũ m ſenſum videtur habere litera beati. Hiero. iuxta hebreum habet enim ſic verbum diaboli in fundebãt ſibi, qui dormiuit nõ addet vt reſurgat. Hiero. Caſſio. Auguſt. Glo.(verbum iniquum cõſtituerunt) quando dixerũt. Expedit vt vnus moriatur pro populo, Et ſi hunc dimittis, non es amicus ceſaris. Vel quando dixerunt. Occidamus eum & noſtra erit hereditas Vel quando dixerunt Pilato. Nobis non licet interficere quemq̃, tu accipe, & crucifige. Vel cum dicebant. In Belzebuth principe demoniorum eum eijcere demonia. Et dum non ſolum ſuper vnum, ſed etiam ſuper mortuum falſos teſtes miſerunt. Tunc itaq;(conſtituerunt). Caſſiodo. Id eſt decreuerunt ſeu diffinierũt Iudęi (verbum iniquum). Hugo. car. Sed nunquam pręualere potuerunt? Non, licet enim moriatur, quia homo eſt (non tamen peribit nomen eius(quia reſurget, eo ꝙ deus eſt. & hoc eſt quod ſequitur(Nũquid qui dormit non adijciet vt reſurgat? (Caſſio. Audiant hoc iudęi. Audiant hoc hęretici, illũ qui dormit ipſum ſibi adijcere protinus vt reſurgat. Quia poteſtatem habebat ponendi animam ſuam & iterum ſumendi eam Ideo autẽ dicit(Qui dormit). Quia tanta fuit celeritas eius reſurrectionis, vt dormire potius videretur, q̃ mortuus ęſtimaretur. Gloſa. Deinde tanq̃ quis quęreret. Sed vnde proceſſit iſta dormitio. Ait.

(Margin: Joh. xi. Joh. ix. mat. xxi. — Joh. 18 mat. xxi. — Joh. x.)

10 (Margin: ✠ alia li. ſperabã ‡ alia li. amplianit. ⋇ alia li. calcaneum.)

ETenim homo pacis meę in quo ſperaui ✠ qui edebat panes meos, magnificauit ‡ ſuper me ſupplantationem⋇.

Caſſiodorus. Hiero. Auguſtin⁹. Glo. (Hominem pacis ſuę) dicit diſcipulum Iudam, qui illi pacem dedit quando eum tradidit(Pacem) ſi quidem dicimus cum nos inuicẽ oſculamur. Addidit autem (In quo ſperaui) id eſt in quo ſperare putabar. Vel hoc dicit pro eo ꝙ multi fideles in quorum perſona Chriſtus tãquam caput loquitur, in eo ſperauerunt. Ipſe enim illũ ab initio nouerat. et antequã naſceretur futurum ſciebat. ipſe etiam de eo dixerat. Ego vos duodecim elegi, et vnus ex vobis diabolus eſt. Sequitur(Qui edebat panes meos) Hieronymus, hoc eſt cœleſtẽ cibũ vitam huic mundo dãtem. Caſſ. Vel doctrinã meam audiebat, vnde ſpiritualiter epulamur, vel quia manum miſit cum ipſo in parapſide. Gloſa. Et hic eſt prophetia de bucella, qua eum dominus ſignauit, ipſe itaq; magnificauit. Ibidem. Id eſt magnã fecit(ſuper me ſupplantationem) Caſſiodorus. Quando Iudęis ignorantibus quis eſſet, eis eum ipſe monſtrauit.

(Margin: Joh. vi. — mat. 26 — Caſſio.)

11 (Margin: Tertia pars. ✠ alia li. eleua me. ‡ alias. reddam.)

TV autem domine miſerere mei, & ✠ reſuſcita me, & retribuam ‡ eis.

Glo. Hęc eſt tertia pars, in qua agit de reſurrectione quę eſt gloria egeni ad cõfirmationem ſpei fidelium. Gloſa. Et in ea vt homo petit quod vt de⁹ facit. Caſſiodo. Humanitas nanq; hic rogat quod alibi diuinitas pollicetur(dicens. Soluite templũ hoc, & in triduo ſuſcitabo illud.(Tu autem) inquit domine miſerere mei. Auguſtinus. Hoc dicens ex forma ſerui hoc ex perſona inopis & pauperis, de quo ſupra dixit. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem.(Et reſuſcita me.). Hiero. In virtute paterna(Et retribuam eis). Caſſiodo. Non dolore vindictę hoc dicit, ſed expectatione patiẽtię. Hierony. Vel in hoc eis futurum eis iudicium cõminatur. ante tamen quam reſurgeret anticipauit vltio Iudam, cum eum interitus debitus ſuggilauit. Auguſtinus. Gloſa(Vel retribuam eis) Iudęis ſcilicet in pręſenti vt diſpergantur, in futuro vt dãnentur; quod enim iam diſperſi ſunt per mundum ad admonitionem eſt nondum ad damnationem. Hugo. cardi. Vnde bene dicit(Retribuã(Quaſi dicat tribuam in præſenti. Sed(Retribuam) in futuro.

(Margin: Johã. ij.)

IN hoc cognoui quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. 12

(In hoc) Hiero. Quod ſcilicet me reſuſcitaſti.(Cognoui quoniam voluiſti me). Caſſiodorus. Subaudi glorificare & exaltare. cognouiſſe enim ſe dicit, in hoc dilectionem patris, quia glorioſa eſt reſurrectio ſubſecuta.(Quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me). Hiero. Diabolus ſcilicet cuius inſtinctu hæc iudæi ſunt operati, qui non eſt gauiſus eum retinendo in inferis. Caſſiodo. Vel de iudęis hoc dicit quos gaudere nõ permiſit, quã do illa quæ diſponebant nullatenus impleuerũt. Ad hoc enim eum occidere voluerũt, vt nomen ei⁹ penit⁹ de terra delerent, quod nõ eſt factũ, ſed ecõtra vident eccleſiam toto terrarum orbe diffuſam. Hugo cardinalis. deinde cauſam ſubiungit ſuæ reſurrectionis, cum ait.

(Margin: Hierony.)

13 (Margin: p ✠ alia li. ꝓpter innocẽtiã autem meã ſuſcepiſti. ‡ Alias habz hic meam)

ME ✠ autem propter innocentiã ‡ ſuſcepiſti, & cõfirmaſti me in cõſpectu tuo in ęternum.

ſic tranſtulit ibi. Hiero. Ego autem in ſimplicitate mea adiutus ſum a te, & ſtatues me ante faciem tuam in perpetuum. Lira. Lycet enim Chriſtus nõ

Hieroni. Caſſio. Gloſa. philip.2.

meruerit gloriam animæ quam ab inſtanti ſuæ conceptionis habuit, meruit tamen gloriam corporis, & ſuam exaltationem. Et quantum ad hoc dicit. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti) Id eſt propter meritū innocentis vitę. Hieronymus. Maxima namq; fuit hęc innocentia, cum iuſtus pro impijs mortuus eſt. Qui non ſua, ſed noſtra peccata portauit propter quam innocentiam a patre deuicta morte cum aſſūpta carne ſuſceptus eſt in cœleſtibus. Caſſiodo. Et vere ſancta fuit hęc eius innocentia, vere ſimplicitas, vere humilitas beata, vt tot mala paſſus, nulla ſe contentione defēderit. Gloſa. (Propter) hanc igitur (innocentiam meam) qa ſcilicet ſine peccato ſum (ſuſcepiſti me) ſcilicet in reſurrectione (& confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum) in gloria impaſſibilitatis & immortalitatis, vt mors michi vltra non dominetur, & dando michi nomē quod eſt ſuper omne nomen. Caſſiodorus. Cuius poteſtas cœlo terrę que imperat cui omne genu flectitur cœleſtium terreſtrium, & infernorum. Hugo cardinalis. Deinde ſequitur: vox chriſti gratias agentis de ſua reſurrectione, vel vox prophetæ, vel ipſius eccleſiæ ipſi chriſto congratulantis dicit ergo.

f. alia li. et vſq; ‡ alias et dicet ois ppls amen amen

14 BEnedictus dominus deus iſrael a ſæculo & in ✠ ſæculū ‡ fiat fiat.

Caſſiodorus. Gloſ. Laudatiua eſt iſta concluſio ex poſita chriſti paſſione, & eius reſurrectione. (Benedictus) inquit (dominus). Caſſiodorus. Ipſe enim benedictus eſt, & ſi omnes taceant. quia ille omne bonum non tanq̄ extraneum ſuſcepit, ſed ab ipſo egreditur deus iſrael. Hugo cardina. Id eſt credentium populorum. Lyra. Nā licet ipſe ſit deus oīm per creationem, dicitur tamen deus iſrael per debitum cultū & veram fidem. Auguſtinus. Gloſa. Vnde Iudęi quibus lex data eſt dicuntur capſarij noſtri qui nobis ſtudentibus codices portant, nos vero ſumus filij iſrael, quia maior filius ipſe eſt populus reprobatus, minor vero populus dilect⁹, & maior ſeruit minori, (A ſęculo) pręſentem mundum ſignificat ex quo adminiſtrari cepta ſunt omnia. cum vero dicit (& vſq; in ſęculum) futurū vult intelligi, vbi omnia ęterna conſiſtunt, nec aliqua tēporis mutabilitate dilabuntur. (fiat fiat) Hieronymus. pro (fiat fiat) in hebręo ſcribitur Amē amē. Lyra. Quod importat veritatis confirmationem. Amen dictio hebręa quam nos per fideliter poſſumus interpretari aduerbium deductum a nomine Aemuna latine eſt fide litas ſecūdum aquilam vel ſecundum Hieronymū & ſeptuagīta, id eſt vere a nomīe Aomen id eſt veritas vnde ſeptuagīta pro hac dictione amen fiat tranſtulerunt quo ea quę ſupra dicta ſunt vera eſſe memorentur vnde apoſtolus. j. Corin. xiiij. Cęterum ſi benedixeris, quis ſupplet locum idiotę quo modo dicet amen ſuper tua benedictione quoniam quidē neſcit quid dicas, ex quo oſtēdit odioten non poſſe reſpondere verū eſſe q̄ dicis niſi itellexerit q̄ docet. Itē. Chriſtus ſua verba per amen affirmat in euangelio vt Iohannis. vi. Amen amen dico vobis niſi manducaueritis carnem &c. Mathei. vi. &c. Caſſiodo. Gloſa. Et iſta geminatio oſtendit hoc ab omnib⁹ eſſe faciendum. Hierony. Et ſciendum primum librum pſalterij hic eſſe finitum, Secūdum a. xl. vſq; ad. lxxi. Tertium a. lxxij. vſq; ad. lxxxviij. Quartū ab. lxxxix. vſq; ad cv. Quītū. cvj. vſq; ad finem. Caſſiodorus. Vnum tamen eſſe librum pſalmorū, in actibus apoſtolorum legitur.

Quare xᵖ iſrael et non gētium Auguſti. Iudei capſarii. Amē qd. Finis. i. lib. pſal.

Pſalmus. xli.

¶ Titulus. In finem Intellect⁹ filijs Chorę.

Hieronym⁹. Omne pſalterium ſagaci mente per luſtrans nuſq̄ inuenio q̄ filij Chorę aliquid triſte cantauerit, & ideo do vobis regulā quicunq; pſalmus pręſcribitur filiorū chorę nil habet triſte ſed ſemper læta ſignificat ſēper ei in eorum pſalmis lęta ſunt & iocunda, ſem per terrenis humilibuſq; contemptis cœleſtia & æterna deſiderant congruentes interpretationi nominis ſui ſiquidē chorę interpretatur caluities quia ergo dominus noſter in loco caluarie cruci fixus eſt & ſepultus quicunq; in cruce eius credunt, & in reſurrectione hi ſūt filij Chorę id eſt filij caluarię ſuper qua caluaria dominus noſter Ieſus poſt reſurrectionem ad cœlorum regna conſcendens irridetur a paruulis & ab incredulis iudęorum ſed Heliſęum derridentes vrſi comederunt hęc Hieronymus in Thomo. iiii. Gloſa. Caſſiodo. Inter verba vſitata filij chorę nouiter introducūtur quę oīa cātorū ſunt hebraicę chorę dicit̄ Caluaria Caluarie vero locus eſt vbi dn̄m ſaluatorē conſtat eſſe crucifixū. Quapropter filij chorę merito dicūtur qui tropheū xp̄i id eſt ſignū crucis ſuſcipere meruerūt, & ideo pſalmus hic conuenit oī chriſtiano qui flāma diuinę charitatis accēditur de qua Reg. i. de charitate dei hic p̄s prim⁹ eſt, ſequūt̄ & alij duo ſcilicet. lxxxiij. & cxxxiii. Et eſt pſalmus iſte contra triſtitias ſęculi ne a deo retrahant. Et diuidetur in duas partes. In quarum prima oſtendit vir iuſtus deſideriū ſuum ad deum eſſe. In ſecunda ſpe dei confortat ſenſualitatē ſuam contra perturbationes ibi (Quare triſtis es anima mea). Oſtendens ergo deſideriū ſuum ait.

Lyra. Sciendum q̄ filij Chorę fuerunt cum patre ſuo in illa rebellione contra Moyſen de qua habetur Numeri. xvi. tamen audita reprehēſione Moyſi pœnituerunt, & ſe elōgauerunt a tabernaculis patris. & cum perſuaderent patri vt pœniteret, ipſo non acquieſcente rupta fuit terra & Chorę cum ſibi adhęrentibus pereunte factum eſt grande miraculum vt filij eius non perirent, ſecundū q̄ dicitur Nūe. xvi. Et ex tūc filij Chorę omnino conuerſi ſūt ad dominum Et pſalmum hunc fecerūt, & certos alios Et ad hūc ſenſum exponit ad literam.

p̄s leticie p̄s chore. Caſſio. Filii cho. Diuiſio

p̄s.41. Aliter legitur.

QVem admodū ✠ deſiderat ceru⁹ ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te de⁹.

Longe aliter tranſtulit iuxta hebręum beat⁹. Hieronym⁹ ſic enī vertit. Sicut areola p̄parata ad irrigationes aquarum, ſic aīa mea præparata ad te deus. Augu.

Gloſa. Vox hęc conuenit cathecuminis & etiam omnibus fidelibus adhuc peregrinantibus. Caſſ. Nec immerito ceruo homo noſcitur aſſimilatus, quia ceruus eſt animal. Primo inoxium, deinde velociſſimū. Tertio deſiderio inardeſcente ſiticuloſum. Idem. Gloſa. Vel ideo ceruo cōparatur, quia ceruus ſenio grauatus excreſcentibus pillis & cornibus ſerpentē narib⁹ haurit, vnde veneno ęſtuās fontē ad bibendum ardentiſſime deſiderat. Quo hauſto cornua & pillos deponit, ſic & nos quando venena antiqui ſerpentis haurimus ad fontem diuinę miſericordię illico feſtinare debem⁹ ad chriſtum ſcilicet qui eſt fons aquarum viuentium ſemper irriguus. Hugo de ſancto victore, lib. Senten. capitu. lj. Aquæ nanq; ſunt dona dei, fons vero aquarum auctor eſt donorum, vnde qui fontem aquæ deſiderat eius deſiderium non imlpetur donec ad deum perueniat, qui vero dona dei propter deū non amat ille aquas & non fontes aquarum habere feſtinat. Caſſiod. Ideo autem dicit ad fontes non ad fluenta quia fluenta ſiccari poſſūt, fons autem aquarum ſemper eſt irriguus. (Quemadmodum) igitur (deſiderat ceruus ad fontes aquarū) inquit vir fidelis & iuſtus (ita deſiderat anima mea ad te deus). Hierony. Vnde ſi quis hodie noſtrum extinctis vicijs igneſcat in deſiderium diuinę contemplationis poteſt & ipſe dicere (quia deſiderat anima mea ad te deus) hoc eſt relicto ſęculo ad te tranſire deſidero. Gloſa. Iſtud autem eius deſiderium deinde determinat cum, ait.

Gloſa.

2 Sitiuit anima mea ad deum fontem ✠ viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei.

‡ alia li. nec h3 fōtem nec forte: ſed ad deum viuum. Joh.vi.

Lyra. (Sitiuit) inquit id eſt ſumere deſiderauit. Hugo cardi. Gloſa. Nec nunc primo deſiderare incipit ſed iam olim (Sitiuit anima mea). Hieronym⁹. Non ad mortua ſimulachra ſed ad illum qui dixit viuo ego dicit dominus, & alibi. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui credit in me & ipſe viuet propter me (ad deum) inquā (fontem viuum). Lyra Sic eſt in hębreo, ſed ex vitio ſcriptorum, & ex imperitia correctorū aliqui libri habent fontem pro fortem propter ſimilitudinem literæ pręcedentis. Gloſ. Sed quid ſit iuit? venire & apparere, & hoc eſt quod ait. (Quando veniam & apparebo ante faciem dei). Caſſiodorus. Quod cum pondere pronunciandum eſt vt grauis videatur eſſe dilatio. Hierony. Ac ſi diceret (quando veniam)? Quando erit tempus vt cum ſanctis in claritate tua te videam. Hugo de ſancto. vic. vbi ſupra. Et vt videre incipiam quam prius viſus nō videbam. Hugo cardina. Cuius aſpectus iuſtis erit delectabilis malis vero terribilis, ſed quia qui deū tantum deſiderat de incolatu hui⁹ miſerię & dilatione patriæ plorat, ideo ſubditur.

3 Fuerunt michi lachrime meę panes die ac nocte, dum dicitur ✠ mihi quotidie vbi eſt deus tuus.

✠ alia li. tota die.

Hugo de ſan. victo. vbi ſupra. (Fuerunt) inquit michi lachrimę meę panes) vt interim paſcar doloribus requiram fletibus vocē ſuſpirijs, & vt lachrymæ nutriāt deſiderium donec pręſentia faciet affectū, flebo igitur quia ab eſt quod deſidero flebo, quia adeſt quod non amo, vt ſit michi irriguūm ſuperius pro dilatiōe patriæ. Et irriguum inferi⁹ pro incolatu miſeriæ. Hiero. Sed quomodo poteſt de lachrymis panis fieri? poteſt. Quia ſicut corpus ſatiatur pane, ita anima lachrymis quibus ſperat remiſſionem peccatorum habere. Grego. in mo. Iob. li. v. Luctu nanq; ſuo anima paſcitur cum ad ſuperna gaudia flendo ſubleuatur. Hugo cardina. (panes) igitur iſti fuerunt michi refectio ſpiritualis (die ac nocte). i. mane & veſpere vel in vita vel in morte. Caſſiodo. Vel (per diem) proſperitatem debemus accipere (per mortem) vero triſtitiam ꝑ quę duo omne tēp⁹ vitæ hominis iudicatur. Glo. Cauſa vero harū lachrymarum eſt iugis inſultatio prauorum (dū ſcilicet (dicitur michi quotidie vbi eſt deus meus). Caſſiodo. Hoc enim aſſidue dicebatur perſecutionis tempore chriſtianis non eſt qui vos vindicet, ſuſtinete profecto quę volum⁹ quæ iubem⁹, & videte an deus veſter vos liberet, quis itaq; in iſta afflictione non fleret? Hugo de ſācto. vic. vbi ſupra. His igitur inſultationibus fractus tedere ceperat, ſed mox ad ſe reuerſus, & qualis ſit vitę pręſentis conditio conſiderās a tali ſe merore caſtigat dicens.

Grego.

4 Hec recordat⁹ ✠ ſum & effudi ī me animam meam quoniā tranſibo ✠ in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum dei.

✠ alia li. hęc meditatus. ‡ alia li. ad vmbraculum tacebo. vſq; ad domu dei.

Augu. Gloſa. Tanquam diceret dum iſta quęrunt (vbi eſt deus eius, ego etiam hęc recordatus ſum) Vel meditatus per omnia viſibilia dei, & ꝑ ipſum animam meam vt per hæc exteriora iuiſibilia, dei inuenirem (& effudi in me animam meam.) Hugo cardina. Non extra me per oſtentationem, ſed in me per deuotionē. Hug. de ſan. vic. vbi ſupra. Qui enim in tanſitorijs lętari appetit extra ſe animā effundit, qui vero terrena omnia vana conſiderās ſecurus in conſciētia bona gaudium quærit. Caſſiodorus. Vel animam ſuam in ſe quodāmodo effundit qui pleno deſiderio concitatus deo ſe ſincera ſupplicatione proſtrauit, & anima totiēs effunditur quotiens compunctionis inſtinctu in ſemet ipſam reuertitur. Glo. Sed quare hoc feci (quoniā tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domum dei) hic intra ſe animā ſuā effundit Hieronymus. Tabernaculum dei eccleſia eſt quæ adhuc peregrinatur a domino per quam venitur ad cœleſtem hieruſalē quę eſt mater omnium noſtrum in qua ſunt multi admirabiles & virtutibus ſacris pollentes qui quia ædificati ſupra fundamentum apoſtolorum tanq̄ bona domus habentur, in quā ille ingrediens effudit animam ſuam. Hugo de ſancto victore. vbi ſupra. Tranſibo igitur non ſolum per locum tabernaculi, ſed in locum tabernaculi, id eſt de labore ad requiem, de infidelitate ad fidem, de fide ad beatitudinem, & ideo in locum vt non ſolum fidem rectam tenere incipiam, ſed vt vſq; in finē in ea permaneam, ſciēs ꝙ nemo poteſt peruenire ad requiē qui pri⁹ noluerit ęquanimiter ſuſtinere laborem. Hugo cardinalis. Sed quomodo ad locum hunc tranſeat, ſubdit.

Hugo.

5 In voce ✠ exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis.

✠ Alias audis ✠ alia li. multitudinis feſtiuitatē celebrantis.

(In voce)inquit(exultationis & confeſſionis).Hugo Cardinalis. (Exultationis)de dei beneficiis (& confeſſionis)de propriis peccatis. Caſſ. (Exultatio)enim ad pſalmodiã reſpicit (Confeſſio) vero ad peccata deploranda, quę duo adiuncta perfectum vtiq; efficiunt chriſtianum huius autem vocis breuis diffinitio ſubiungitur cum dicitur (ſonus epulantis) quia ſon⁹ ipſe animã paſcit & epulas illi ſuaues delectatione cõcedit, quid enim dulcius, quidue ſalubrius q̃ deum laudare & ſe ſemper arguere: Hiero. Exultatio autem, confeſſio & epulatio hęc non muſicis artibus adimplentur, neq; inchoantur & pręte reunt, ſed iugiter angelicis vocibus & ſanctorum concentibus celebrãtur. quod dum iſte ad huc in ſæculo poſitus mente ſuſpiceret ingemiſcens cur ab eo hęc differtur habitatio mœſtę animę ait.

Hieroni.

vi ſcda ps. ✠ Alias incuruaris.

Q Vare ✠ triſtis es aĩa mea, & quare conturbas me.

Gloſa. Hugo cardinalis. Scda pars in qua ratio cõfortat animam ſenſualem quę de pręſentib⁹ malis triſtatur, dicens. (Quare triſtis es anima mea) Gloſa. Cum videas iocunda cum de deo nõ dubites quẽ præſentis. (Quare)igitur(triſtis es & quare conturbas me). Hugo de ſan. vic. vbi ſupra. Tibi enim per naturalem affectum cõiunctus ſum, & ideo in tua turbatione inturbat⁹ eſſe non poſſum (Quare ergo cõturbas me)? Hiero. Quia iquit ſuauitatem hanc quam pręſentij nondum accepi, & inſidiator meus adhuc contra me vigilat, ahuc mihi laqueos tendit aduerſus quem hoc ſalutare, remedium ſubiungitur cum dicitur.

7 ✠alia li. expecta ✠alia li. ſalutaribus vultus eius

S Pera in deo ✠ quoniam adhuc ‡ confitebor illi, ‡ ſalutare vultus mei & deus meus.

Hieronymus. Anima enim in hoc ſemetipſam hortatur vel interior homo exteriorem vt per patientiam ſuſtineat, dicens (Spera in deo). Gloſa. A quo ſcilicet non a me eſt ſalus. Caſſiodorus. Cuius ſpes omnia commutat in melius & ad æternum gaudium perducit. Hugo de ſan. vic. vbi ſupra. (Spera)igitur(in deo) quia ſi nunc pro eo temporales delitias reſpuis permanſuras poſtmodum ipſo tribuente conſequeris. Caſſio. Et ne forſitan anima diceret, quomodo poſſum ſperare in deum dñ, mea michi infirmitas ſeu imbecillitas frequẽter obſiſtat dicit filius crucis, hoc eſt filius Chorę id eſt homo carnem crucifigens cum vitiis & concupiſcentiis reſpondendo animę ſuę. (Quoniam) inquit(adhuc confitebor illi). Idem. Gloſa. Id eſt peccatis meis pœnitentiam agã vt tibi non obſiſtam. Hugo de ſancto. vic. vbi ſupra. Vel cum adeptus fuero quod ſpero tunc laudabo illum(& confitebor illi) de quo dubitandum non eſt, quin mortalibus promiſſam ęternitatem tribuat quã pro ſalute mortalium aſſumpſiſſe mortalia cõſtat & qui pro nobis noſtram mortem pati voluit, multomagis nobis vitã ſuam donabit quod facere poteſt, quia ipſe eſt(ſalutare vultus dei mei & deus meus). Caſſio. Salus nãq; vultus noſtri Chriſt⁹ eſt qui in forma ſerui venire dignat⁹ eſt, vnde propheta ſpiritus vultus noſtri Chriſtus dominus, ſub cui⁹ velamento viuimus inter gentes. Hugo de ſanc vic.

Caſſio.

treñ.4.

vbi ſupra. Non igitur de voluntate eius dubites, quia ꝓ nobis homo fact⁹ eſt, nec de poteſtate quia deus eſt. Glo. Deinde iſte conuerſus ad deum dicit ex ſe eſſe conturbationes, ex deo autem finem earum, & hoc eſt quod ait.

A D meipſum anima mea ✠ conturbata ‡ eſt, propterea memor ero tui de terra iordanis & ✠ hermonij a monte modico. 8

✠alia li. incurvata. ✠alia li. Chermonim ſed idem eſt.

Hiero. Ob recordationem enim delictorum priorum ait(ad meipſũ anima mea conturbata eſt) Caſſiodorus. Gloſ. Vt qui ſuperius corrigebat animã ad conditionen hominis reuerſus hic eam dicit a ſe turbari quę niſi vitia carnis eſſent tranquilla permaneret. Hug. de ſan. vic. vbi ſupra Niſi enim peccatum pręceſſiſſet caro foris corrupta non eſſet (propterea memor ero tui). Aug. Gloſa, Ecce remedium quo euadat conturbationes vt ſcilicet memor ſit tui. Hugo car. Tui ſcilicet in prǽſepio vagientis ad humiliandum, tui in cruce morientis ad diligendum, tui ad iudiciũ venientis ad timendũ, tui in cœlo regnantis ad ſperãdum vnde vero. i. ꝑ quibus ſit memor dei, ſubdit de terra iordanis, & hermonij a monte modico). Hiero. Augu. Gloſa. Caſſiodo. (Iordanis) hic pro baptiſmo accipitur, nam in eo dñs baptiſma conſecrauit, in quo humiliati lauãtur & fiunt terra fructifera quę reddit fructum triceſimũ ſexageſimum & centeſimũ. Caſſ. (Hermon)vero paruus mõs eſt iuxta Iordanẽ poſitus, ſicut in Deuteronomio legitur. Idẽ. Hiero. Et interpretatur anathematizatio. Iſte igitur qui erat peccator & ſicut ceru⁹ deſiderabat fõtes aquarum, memor fuit in humilitate ſua pœnitentię & baptiſmi in quo diabolum anathematizauit abrenunciãdo ei. Hugo de ſan. vic. vbi ſupra Tunc nãq; de terra Iordanis memores dei ſum⁹ quãdo eãdem ablutionẽ quęrimus in pœnitentia quã iam meminim⁹ nos accepiſſe in aqua. Auguſti. Gloſa. Et quia nemo currit ad remiſſionem quaſi ad. Iordanẽ niſi qui ſibi diſplicet, & qui ſe. fatetur peccatorẽ quod notat hermonij, & nemo ſe confitetur peccatorẽ, niſi ſe humiliet quod notatur in monte modico, ꝓpterea cõuenienter ſubditur(a monte modico). Caſſio. Quia nõ ex altitudine ſuperbiæ de⁹ quęritur, ſed memoria eius in humilitatib⁹ modicis inuenitur. Hugo car. Vnde per montem culmẽ virtutum per modicum humilitas intelligit. Gloſa. Decet autem vt ſim memor, nam ad hoc.

Hugo.

Hieroni.

deut.3.

Gloſa.

A Byſſus abyſſum inuocat in voce 9
catharactarum tuarum.

(Abyſſus, inquit(abyſſum inuocat) id eſt euangelium & lex in hoc cõcordant, (in voce catharactarum tuarum) id eſt per doctrinam prophetarum & apoſtolorũ, de quibus fluenta dei manãt. Caſſio. (Abyſſus enim & catharactę greca ſũt. Idẽ. Hiero. Et ſignificant vetus & nouum teſtamentum quę propter ꝓfunditatẽ intelligentiæ dicãtur abyſſus quia ſe mutua atteſtatione confirmant quã vetus nouum prædicit(catharactæ) vero ſunt prophetæ & apoſtoli, quoniam ſicut aquarum multitudo ꝑ catharactas euomitur, ita & de ore ipſorum domini fluenta manauerunt. Gloſa. Hugo cardinalis.

Catharactę) enim ad literam ſunt hoſtia fluuiorū vnde aqua fluit per ſubtiles meatus. Gloſa. Ideo etiam memor ero tui, quia.

10 ✠alias li. oēs ſuſpēſiones gurgites ‡alia li. ingreſſi ſunt.

OMnia ✠ excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierunt‡.

Caſſiodorus. (Excelſa & fluctus) ad ſcripturas ſanctas cōpetenter aptamus quas ſuperius abyſſos vocauit, hęc ergo ſupra ſe dicit tranſiſſe iuſtus, quia in eorum notitia auidus ſe perſcrutator immerſerat. Hugo cardina. Vel (excelſa) dicūtur ymbres qui de cœlo deſcendūt, Fluctus vero dicitur mare, ac ſi » diceret (Oīa excelſa tua) .i. minores tribulationes » (& fluctus tui) id eſt maiores tribulationes (ſuper me tranſierunt) opprimentes me, & ideo memor ero tui, quia vexatio dat intellectum. Gloſa. Et iterum, ideo memor ero tui, quia.

11 ✠alia li. declarauit.

IN die mandauit dominus miſericordiam ſuam & nocte ✠ canticum eius.

Hierony. (In die) id eſt luce ſacrarum ſcripturarū ꝑmiſit (de⁹ miſericordiā ſuam). Auguſtinus. Glo. » Vel (in die) id eſt in proſperis (mādat deus & docet miſericordiam ſuam) quia liberat de tribulatione ſed nō declarat illam (miſericordiam) id eſt fructū » eius, niſi (in morte) aduerſitatis, tunc enim probat » quod (die mandauit). Hiero. Et in tribulationibus poſito miſericordiam ſuam oſtēdit. Aug. Glo. Ergo vt formica ī ꝓſperis debemus diſcere & colligere, vnde viuam⁹ in aduerſitate. Caſſiodo. Nam prius ocioſo tempore legis verba diſcuntur, ſed eorum fructus in afflictione mōſtrantur. Greg. in mo. Iob. li. j. Vnde vnuſquiſqꝫ ſupni doni gratiam (Iob. j.) in tranquillitate quietis percipit, ſed quātum perceperit in aduerſitate perturbationis oſtendit. Hu» go car. Vel (in die mandauit deus miſericordiam ſuam) dum nos in pręſenti corrigit vt in ęternū parcat, magna enim miſericordia eſt ait Gregori⁹ in pręſenti miſericordiam nō ſequi, quia vt dicit Auguſtinus illis ad tempus parcit deus quos in ęternum dannat (& nocte canticum eius) vt ſcilicet in aduerſitatib⁹ gaudeamus, attendentes ꝙ caſtigat domin⁹ quem diligit & flagellat omnem filiū quem recipit. Gloſa. Deinde tanquā diceret, & cū vndiqꝫ fuit mala, quid ergo agis in hac peregrinatione? ait.

12 ✠alia li. petra mea.

APud me oratio deo vitę meę dicam deo ✠ ſuſceptor meus es.

Auguſtinus. Gloſa. (Oratio) inquit in conturbationibus eſt michi, & hęc eſt apud me. Hugo de ſanc. vic. vbi ſupra. In ſecreto ſcilicet in abſcōdito quia per eam non hominibus, ſed ſoli deo placere concupiſco. Caſſiodo. Intra me nanqꝫ eſt ſacrificium quod offeram deo (Oratio) vtiqꝫ quam de⁹ nō ſpernit, ſed eam ſupra victimas elegit ſi cū deuotione purę mētis offertur (deo vitę meę). Glo. Id eſt qui dat vitam. Hugo de ſan. vi. vbi ſupra Et quia quā diu me foris flagellādo mortificat intus viuificando aſpirat. Caſſio. Vel quia dū peccatis noſtris (Caſſio.) facientibus morimur eius clementię, remiſſione ſal» uamur (dicam deo ſuſceptor meus es). Augu. Glo. Cum ſcilicet me per baptiſmum ſuſcepiſti ī patria tua collocandum. Hierony. Vel (ſuſceptor me⁹ es) quia licet in tribulationib⁹ exerceat, tamen ſemper a te peto protegi & defendi vt inde tibi liber merear quandoqꝫ coniungi Gloſa. Sed quia dum promiſſa differt oblitus videtur, Ideo ſequitur.

QVare oblitus es mei, & quare ✠ contriſtatus incedo dum affligit me inimicus, 13

✠alia li. qꝫ hic q̄re me repuliſti.

Caſſiodor⁹. More enim humano dicit, quare (oblitus es mei). Idē. Hiero. Hugo card. Ac ſi diceret ex quo ſuſceptor me⁹ es cur tam diu differs vt me nō inducas in illam patriam quam ſanctis tuis pollicitus es, & in illū locum tabernaculi admirabilis? Glo. Videbat enim quę dulcedo patrię & mundi pericula horrebat, & propterea dicebat & (quare cō triſtatus incedo dum affligit me inimicus). Hiero » Hieronymus. Id eſt diabolus qui multas michi tendit inſidias. Caſſiodo. Vndiqꝫ enim contriſtamur quando ſcilicet flagella in hoc mundo ſuſcipimus, flagella ſuſcipimus dum ab initio tentamur, & quando carnis vitia inuito aut renitenti animo ſuſtinemus. Gloſa. Vnde vt oſtenderet quantum eum affligeret inimicus ſequitur.

DVm ✠ confringuntur oſſa mea exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.‡ 14

✠alia li. dū me interficerēt in oſſibus meis.

Glo. (Dum) id eſt quia (confringuntur oſſa mea). Hugo car. Id eſt virtutes per peccatū, & vires aīæ per tentationem. Caſſio. Dum enim patientię noſtre virtus affligitur quaſi oſſa franguntur. Hiero. Vel (oſſa) fortiores in eccleſia dicuntur qui dū ſcādalis & diuerſis ſupplicijs vrgentur ſimplices videntes triſtātur. Glo. Et ex hoc mali irrident nos, vnde ſequitur (exprobrauerunt michi qui tribulant me inimici mei). Augu. Glo. Hiero. Quia dū » Hieroni oſſa franguntur, dum virtus patiētię affligitur dū martyres vel confeſſores vel occiduntur, vel tribulare ꝑmittuntur improperant inimici. diceñ. (vbi eſt de⁹ tu⁹) quaſi dicerēt certe vel nullus eſt & ſi eſt de te nō curat, & ſi curat liberet te ſi poteſt, & hoc eſt quod ſequitur.

DVm dicunt mihi ✠ per ſingulos dies vbi eſt deus tuus, quare ‡ triſtis es anima mea & quare conturbas me 15

✠ Alias tota die ‡ Alias incuruaris.

Hiero. Tāquā diceret ſanctus ad chriſtū, Cū ego te per pœnitentiam & afflictionē corporis animæqꝫ placare deſiderē inimici mei, quaſi incaſſū hęc facere me putantes dicebāt (vbi eſt de⁹ tuus) neſciētes illa occulta quę pręparauit de⁹ diligentib⁹ ſe. Caſſio. Hoc enim in conſuetudine perſecutores & irriſores afflictis ſolēt dicere chriſtianis (vbi eſt de⁹ tuus). Hugo car. Gloſa. Quaſi dicerēt nuſq̄ eſt, aut ſi eſt nō curat de te & ita eſt ſtultum tali deo ſeruire. Gloſa. Et quia per hoc turbatur anima propterea conſolatur illam dicens (Quare triſtis es anima mea, & quare cōturbas me) Glo. Sed ne dicas, ideo triſtor, quia mala hęc patior, ſequitur.

SPera ✠ in deo quoniam adhuc cōfitebor illi, ✠ ſalutare vultus mei & deus meus. 16

✠alia li. expecta. ‡alia li ſalutib⁹ vultus mei ‡ deo meo.

Gloſa. Auguſtinus. Repetita eſt confortatio contra tribulatiões frequentes (Spera) inquit (in deo).

Lyra. Firmiter ab eo expectãdo liberationem (qm̃
adhuc confitebor illi). In futuro vel etiã nunc, &
„ quod ipſe (eſt ſalutare vultus mei & deus). Hierony
mus, In ipſo igitur noſtra ſit ſpes ſemper attenta
vt ipſe omnes fluctus mitiget: ipſe nos in tẽtatio=
nibus conſeruet, ipſe ſitim noſtram ſua contẽpla=
Hugo tione ſatiet, noſq; vultus ſui ſalutari viuificet. Hu
go cardi. Ideo autem verſus iſte repetitur, quia cũ
frequens ſit tribulatio neceſſaria eſt frequens con
ſolatio.

¶Pſalmus.xlij.

¶Titulus In finem Pſalmus Dauid.

Lyra. Poſtq̃ poſtulata eſt liberatio, hic conſequen
ter ad hoc allegatur ratio. Et accipitur ex malitia
gẽtis Babyloniæ quæ erat dedita idolatriæ, & ideo
rationabile videbatur q̃ populus deum colens ab
eius ſeruitute liberaretur, & hoc eſt quod hic dicit.
Hieroni. Hieronymus. Iſte p̃s licet in aliquibus verſiculis
paſſionem dominicam ſignet, tamẽ vocem habet
animę fidelis lucem huius mũdi, id eſt Chriſtum
deſiderantis. Auguſti. Glo. Et eſt pſalmus iſte cõ
tra preſſuras ſæculi, ne & ipſe retrahant nos a deo
in quo conqueritur de cõmixtione malorum cum
quibus habet multa cõmunia naſci, mori proſpe=
ra, & aduerſa, pacem, bellum, ſalutem, peſtem, cum
quibus non habet cõmunem cauſam meritorum,
& ideo exclamat & precatur ab eis in futuro ſepa=
Diuiſio. rationem. Et diuiditur in duas partes. In prima
conqueritur de permixtiõe malorum cum bonis,
& petit ſeparari. In ſecunda agit de lætitia in fine
habenda, ibi (& introibo) Gloſa. Videns ergo nũc
malos cum bonis volens ab eis ſeparari, nunc ani
mo in futuro etiam loco exclamat dicens, O do=
mine.

ps.42. IVdica me deus & diſcerne
1 ✠ alia li. eripe me cauſam meam de gente nõ
ſancta, ab hoĩe iniquo & do
loſo erue ✠ me.

Caſſio. Caſſiodorus. Gloſa. Cum dicit, (Iudica me deus)
Non petit peccata ſua diſcuti, quod periculoſum
eſt, ſed ab iniquorum conſortio liberari, vt ſcilicet
ſit cum electis. Hugo de ſancto victo. ca. lij. Aliud
eſt enim iudicium ſecundum cauſam, aliud ſecun=
dum retributionẽ, boni ergo qui inter malos ſũt,
& tamen in cauſa eis vniti non ſunt, orant vt de⁹,
primo eorũ cauſã diſcernat, & ſic iudicet, quia tũc
nos ſalubriter in retributione iudicat, ſi pri⁹ cau
ſam noſtrã hic a gente nõ ſancta diſcernat (& hoc
eſt quod ſequitur (& diſcerne cauſam meam). Caſſ.
Idem diuide permixtionem meã ab impijs quod
„ exponens addidit (de gente non ſancta). Idẽ Glo.
Gens enim non ſancta eſt populus iniquus & do=
loſus, a quibus petit vt in iudicio ſeparetur. Et ne
hic ab eis interim corrũpatur, vnde ſequitur. (Ab
homine iniquo & doloſo erue me.) Caſſ. (Iniqu⁹)
„ eſt qui mala facit aperti⁹ (Doloſus) qui occulta ma
chinatione graſſatur, vt ſunt oẽs qui a mãdatis do
Hieroni. mini probãt alieni. Hiero. Nemo vero magis ini=
quus atq; doloſus eſt, q̃ iniquitatis inuẽtor, & qui
ęmulator eſt ſanctitatis qualis eſt diabolus, qui in
troiuit in cor Iudę vt Chriſtũ traderet. Gloſ. De=
inde tanquã diceret, ideo erue me. ſequitur.

QVia tu es deus ✠ fortitudo mea, 2 ✠ alia li. hz meus
quare ‡ me repuliſti, & quare tri= ‡ Alias vt quid
ſtis incedo dum affligit me inimicus.
Hierony. Scio em̃ me infirmum & fragilẽ, nec ſen
tio me aliquã habere fortitudinẽ in qua eruar ni=
ſi tu ſaluaueris. Augu. Gloſ. Nec mihi arrogo for=
titudinem qua opus eſt inter hæc ſcandala, & pro=
pterea (Erue me quia tu es de⁹ fortitudo mea.) Hu
go de ſan. vic. vbi ſupra. Et ideo per te ab eis ſepa=
rari peto, ſed quia differtur qđ petit, ideo ſubditur.
(Quare me repuliſti). Gloſ. Miratᷣ em̃ cũ de⁹ ſit ei⁹ „
fortitudo quare modo videtur repelli. Nã is q deſi
derat ideo ſe repulſum putat, qa non ſtatim habet
qđ optat. Hiero. Vel tũc nos repellit Chriſt⁹ q for=
titudo noſtra eſt cũ peccamus. Sequitur (& quare „
triſtis incedo, dũ affligit me inimicus. Gloſ. Cau=
ſam triſtitiæ quęrit iſte, quę eſt pc̃m̃ ſicut cauſa lę
titiæ eſt iuſtitia. Hieronim⁹ (Triſtis) inquã ſum ꝓ=
pter peccata mea, & ideo affligor in tẽtationibus
varijs ab ipſo inimico, q ſupius hõ iniqu⁹ dictus
eſt. Glo. (Dũ) i. qa affligit me inimic⁹ tẽtatiõibus
multis. Hie. Et ꝓpterea, qa me cõturbant tenebræ
pc̃õꝝ ad te q lux es mũdi ſupplex cõfugio, dicẽs.

EMitte lucem tuam & veritatẽ tu= 3
am, ipſa me deduxerunt & addu= ✠ alia li. deducẽt
xerunt ✠ in montem ſanctum tuum, & ‡ alia li. taberna
in tabernacula ‡ tua. culũ tuũ

Caſſio. Hic nãq; petit propheta vt pater mittat fi=
lium ad iudicandũ, dicẽs. (Emitte lucem tuã & ve=
ritatẽ tuã.) Hiero. Idem. Ipſe enim eſt lux mundi
qui de ſeipſo dixit. Ego ſum lux mundi & veritas, Iohã.8.
qui etiã dixit. Ego ſum via, veritas, & vita. (Emit= Io.14.
te) igitur eum vt cũ ille venerit, oĩs meror cõfuſio
nis abſcedat a ſãctis, & vt æternæ beatitudinis glo
riã cõſequãtur. (Ipſa) Hugo car. Lux ſcilicet & ve=
ritas (me deduxerunt.) Hieronym⁹. Ab errore pec=
cati, (& adduxerunt in mon. ſan. tuũ.) Idẽ. Hoc eſt
in eccleſiã per fidẽ (& in tabernacula tua). Idẽ. In
illa ſcilicet cœleſti Hieruſalẽ, de qua alius pſalmus
ait. Quã dile. taber. tua dñe. Caſſ. Vel (tabernaculũ ps.83.
etiã) ipſã eccleſiã (& mõs) Chriſtũ ſignificat. Gloſ.
Tabernacula enim ſunt peregrinantiũ & militan=
tiũ, vnde nos, quãdiu ſum⁹ in corpore, peregrina= 2.cori.5.
mur a domino aduerſus diabolum militantes.

ET introibo ad altare dei, ad deum 4 Secũda pars.
qui lætificat iuuentutem meam. Aliter legitur.

Sic vertit. B. Hie. Et introibo ad altare dei, ad deũ
lætitiæ & exultationis meæ. Gloſa. Hug. car. Hæc
eſt ſcđa p̃s in qua agit de lætitia finali pro qua lau
dat dñm in tribulatiõe qui ſupra triſtis erat dicẽs
(Et introibo ad altare dei.) Caſſ. Eſt enim quoddã
altare ſublime nobis nunc inuiſibile, ad qđ ſoli iu
ſti probantur accedere. Vñ dicitur altare quaſi al te
are, vel quaſi alta res. Hiero. Ibi igit̃ introibo, vbi
nõ iam vitulos & arietes, ſed meipm̃ exhibeã ho= „
ſtiã viuã placẽtem illi (ad deũ) ſcilicet (qui lętificat „
iuuentutẽ meã.) Hiero. Cũ expurgato veteris hoĩs
fermẽto in nouo me hoĩe tanquã iuuenculũ cõſo=
labitur. Caſſio. Iuuentutem enim hic pro nouita=
te vitę ponit propter dominum ſaluatorem q oĩa
reparans de vetuſtate defecta credentibus iuuentu
tis reddidit validiſſimã firmitatẽ. Glo. Et ideo.

5 ✠alia li. vt qd in cithariis ✠ alia li. vt quid.

COnfitebor tibi in cythara deꝰ de- us meus, quare ✠ triſtis es anima mea, & quare ✠ conturbas me.

Caſſio. Gloſ. Ecce iſte qui ſupra fuit triſtis de malis ſæculi de bono intellectu ſibi gaudium facit di cēs.(Confitebor tibi in cythara deus deus meus). Hieronymus. Per mortificationē carnis quia crucifixꝰ eſt mihi mūdus & ego mūdo. Caſſiodorus. Ille nāqꝫ in cythara cōfitetur qui mūdi huius aduerſa ſuſtinens a laude dñi non recedit. Auguſti. Gloſa. Cythara enim a inferiori reſonat ſicut pſalteriū a ſuperiori, vnde qui pręcepta dei facit & nō patitur in pſalterio confitetur, qui vero facit & patitur quid eſt ex inferiori natura in cythara confitetur. Gloſa. Et eſt ſēſus.(Cōfitebor tibi in cythara deꝰ deꝰ meꝰ) id eſt gratias agā tibi in tribulatione, pro qua ſupra dixerat triſtis incedo. Quare) vltra igitur (triſtis es anima mea & quare conturbas me). Caſſiodo. Gloſa. Frequēter nāqꝫ admonet & vehemētiſſime perſuadet fugiēdam eſſe triſtitiam huius ſeculi, quę patiētiam, charitatē, & ſpē extinguit, quæ bonis rebus ſemper aduerſa eſt, & totā vitam confundit. Glo. Vel ideo hoc dicit quia vult eam erigere ad meliora, vel forſan quia nō poteſt vitare oīa peccata, ideo timet & triſtis eſt. Cui ait.

(Gala. 5)

6 ✠alia li. expecta. ✠ Alias ſalutibꝰ vultus mei deo meo.

SPera ✠ in deo quoniam adhuc cō fitebor illi, ✠ ſalutare vultꝰ mei & deus meus.

Auguſtinus. Gloſa. (Spera) inquit (in deo) non in te. Quid enī eſt in te? Quid eſt de te? Ille igitur ſit ſanitas in te, qui ſuſcepit vulnera de te propter te, & bene potes in eo ſperare. (Quoniā adhuc confitebor illi). Hierony. Ipſum ille confitetur, qui ab ipſo peccata ſua ſibi dimitti poſtulat, ipſum ſalutare vultꝰ ſui dicit ipſum inuocat & adorat, quem & nos confitentes expoſcimus vt mereamur eius luce illuminari, via dirigi, veritate corrigi, vita locupletari. Gloſa. Sed quid illi cōfiteberis hoc ſcilicet ꝙ ipſe eſt (ſalutare vultus mei & deus meus). Hie. Saluatio enim animę meæ deus meus eſt, & vultꝰ, hoc eſt aſpectus animę meę deus meus eſt.

(Gloſa.)

Pſalmus.xliij.

Titulus In finem filijs Chorę ad intellectum pſalmus Dauid.

Lyra De intellectu huius pſalmi plures opiniones recitat, & deinde dicit ꝙ iudicio ſuo pſalmus iſte factus eſt de perſecutione quam ſuſtinuit populus iudaicꝰ ſub anthioco nobili, vt habetur .j. & .ij. Machab. quam in ſpiritu præuiderunt filij Chorę, & ad hunc ſenſum expoſitionem iſtius pſalmi ad literam proſequitur. (I. & 2. machabeo.)

Hieronymus. (Chorę) interpretatur de caluario vt prius diximus, pſalmo quadrageſimo primo, & dominꝰ ī mōte caluarie fuit crucifixus (filijs Chorę) filij Chriſti ſancti apoſtoli vel martyres ſunt (intellectꝰ) hoc ē vt intelligamus illū qui initium ſūpſit ſecūdum carnem ex tempore & ante ſecula eſt genitus. Vel (intellectꝰ) eſt vt intelligamus de proſperitate pręſenti peccatorum, & de tribulatione ſāctorum. (pſalmus) non anteriora facta docet, ſed eccleſiam in Chriſto renaſci pronunciat, ac fideles in ea prouocat ad agonē, oſtendens neminem poſſe, niſi qui legitime certauerit coronari in quo etiā plerūqꝫ voces martyrum proferūtur. Glo. Et eſt ſenſus tituli pſalmus iſte dirigens nos, (in finem) id eſt in Chriſtū cātatur vel attribuitur. (filijs Chorę). i. paſſionis ſāctis ſcilicet martyribꝰ quorū vox eſt hic. (ad intellectū) id eſt vt intelligāt cui eos videtur relinquere ſubtrahendo temporalia & affligere permittendo quod ideo facit, vt ab eo deſiderentur non tēporalia ſed æterna, & eſt iſte pſalmus confortatio infirmorum. Et diuiditur in tres partes. In prima agit de beneficijs collatis antiquis. In ſecūda de malis quæ ſuſtinent ſancti, ibi (nunc autem repuliſti). In tertia petit auxiliū, ibi (exurge quare obdormis). Glo. Propheta ergo ī pſona martyrū ꝑterita bona recolit Et quaſi admirādo dicit. (Diuiſio.)

1 DEus auribus noſtris audiuimꝰ, patres noſtri an nunciauerunt nobis. (pſ. 43.)

Gloſ. Caſſiodo. Hic nāqꝫ diſtinguit bñficia dei quæ inſipientibꝰ data ſunt in mūdo. perfectis dātur in cœlo. Et vt magis ſit mirū nūc relinqui præſentes ſanctos recolit preterita dicēs. (Deus auribꝰ noſtris adiuimꝰ). Hierony. Id eſt per ſpiritalē ſenſum cognouimꝰ, iuxta illud. qui habet aures audiendi audiat. Gloſa. Vel diſcretione rationis intelleximus, cum patres docerent nos. Ideo autem dicit, (Audiuimus) vt maior fides ſit rei, & ne putetur ambigua, addidit (patres noſtri). Hiero. Apoſtoli ſcilicet & prophetæ quorum prædicatione renati ſumus ad vitam. Caſſiodorus. Non enim dicit iuuenes ſibi retuliſſe quæ facta ſunt, ſed (patres) qui conſideratione ſui nominis affectum, habere poterant pietatis ſubiunctum etiam eſt, (noſtri) qui ſuis omnino certiſſima dicere potuiſſent (Annūciauerunt nobis). Hieronymus. (Annunciauerunt) enim prophetę quę ſunt geſta illorum tempore (annunciauerunt) & apoſtoli qui te viderunt operantem. Gloſa. Sed quid annunciauerunt? Sequitur. (Luce. 8.)

2 OPus quod operatus es in diebus eorum ✠, & in diebus antiquis. (✠alia li. nō hꝫ et.)

Petrus cantor. Opus dicit non opera, nā licet plura eſſent eius opera, vnius tamen operis erant figura (Opus) inquit (quod operatus eſt in diebꝰ eorū) Lyra. Moyſi ſcilicet Ioſuę & aliorum patrum. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Quando iſraeliticū populum illeſum per fluenta maris rubri traduxiſti, & hoſtium ſuorum ſine labore proprio feciſti eſſe victores. Gloſa. Et quamuis deus ſemper operetur, tunc tamen operari dicitur quando aliquod ſignum nouitatis oſtendit, (Et in diebus antiquis). Gloſa. In creatione cœli & terræ. Gloſa. Opus autem quod fecit in diebus patrum declarat, dicens. (Gloſa.)

3 MAnus tua gētes diſpdidit, & plātaſti eos, afflixiſti ✠ populos, & expuliſti eos. (✠alias īfirmaſti)

Caſſiodo. Per manum ſicut ſepe dictum eſt ſignifi

catur poteſtas; diſperdidit autē manus domini gē
tes quando exeūtibus amorreis vel cæteris de pro
prijs terris Hebręi in eorum ſedibus leguntur eſſe
plantati. Gloſa. (Manus) igitur (tua) id eſt poteſtas
(gentes) quæ habitabant in terra promiſſionis (di
ſperdidit) morte & alijs modis (& plantaſti eos) pa-
tres noſtros ſcilicet, & hoc non facile, immo (affli-
xiſti) quia fortes erant & aliter non cederēt (popu-
Deut. 4 los) qui ibi erāt amorreum ſcilicet Eneum, Etheū,
Iebuſęū, & alios, & expuliſti eos a terra promiſſio
nis. Caſſiodorus. Vel (afflixit populos (quando ca-
Ioſ. 6 nentibus ſacerdotum tubis, muri hierico corrue-
runt, & habitatores expulſi ſunt quando tantis mi
raculis obſiſtere nequiuerunt. Lyra. Sed quia victo
riæ iſtæ fuerunt factę diuina virtute magis q̃ hu-
mana ideo ſubditur.

4 ✠ alia li. non ſaluos fecit

NEc enī in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluauit eos ✠.

Caſſiodo. Ne forte putarēt hebræi triumphatores
ſe ſuis viribus extitiſſe profitetur illos non in ſuo
gladio fuiſſe victores, nec terram gētium ſibi pro-
pria fortitudine vēdicaſſe. Hugo cardinalis. (Nec
enim) inquit (in gladio ſuo) id eſt per arma ſua (poſ
ſederunt) id eſt in poſſeſſionem acceperūt (terram)
promiſſionis. (Et brachium) id eſt fortitudo (ipſo
rum, iudæorum (non ſaluauit eos) ne ab inimicis
Brachiū quid. ſuperarentur. Caſſiodorus. (Brachium) enim hic ꝓ
robore dicitur, quoniam cum ipſo dimicante pu-
gnatur, ſed iſtud brachium non eos ab inimicis li
Brachiū duo ſignificat. berare prævaluit quia ſpecialiter virt⁹ diuina ſal
uauit. Brachiū enim in ſacris duo ſignificat. Bra-
chium domini quandoq; Chriſtus dicitur. Eſa. lj.
Ecce dominus in fortitudine veniet, & brachium
eius dominabitur. Item Luce. j. Fecit potētiam in
brachio ſuo. i. Chriſto. Aliquando etiam pro robo
re & fortitudine ſumi ſolet, vt hic. & Eſa. liij. Bra-
chium domini cui reuelatum eſt, id eſt potentia.

5 ✠ alia li. cōplacuit tibi in illis.

SEd dextera tua & brachium tuū, & illuminatio vultus tui, quoniā complacuiſti ✠ in eis.

Eſa. 53. Hiero. (Dextera) patris xp̃s eſt, vt illud. Dextera eī
ſua exaltauit nos ipſe eſt (& brachiū) ſicut alibi. Et
brachiū dñi cui reuelatū eſt ipſe & (illumiatio) vt
ps. 35. in lumine tuo videbim⁹ lumen. Caſſ. Au. Glo. Vel
(dextera) ſignificat proſperam partē (brachiū) for-
titudinē (illuminatio) conſilium quæ domin⁹ prę̨
liantibus confert quando victoriā donare digna
tur. Hug. car. Eſt igit̃ ſenſus. (Sed dextera tua). i. ꝓ-
ſperitas quā eis dediſti (& brachiū tuū) id eſt potē-
tia tua (& illuminatio vult⁹ tui). i. ſanū & illumina
tum cōſiliū tuū. Caſſ. Quod totū feciſti tu de⁹ non
ex merito ipſorum, ſed ex beniuolentia tua ꝓpter
qđ ſequit̃. (Qm̃ cōplacuiſti in eis) Augu. Glo. Hoc
eſt ſic (egiſti cum eis vt alijs complaceres in eis, vt
quiſquis eos attenderet, diceret quia vere deus eſt
cū illis, & deus illos agit. Caſſ. Vel (cōplacuit ī illis)
quādo de toto mūdo ſola gens electa eſt, de qua ſal
uator domin⁹ adueniret. Auguſt. Quid ergo (alter
erat tūc, & alter eſt nunc (abſit. Nam ſequitur.

vi ✠ alia li. pcipe ſalutibus.

TV es ipſe rex meus & deus meus qui ✠ mandas ſalutes iacob.

Augu. Glo. Tēpora enim mutata ſunt: auctor vero
non mutatur. (Tu es) inquit (ipſe rex meus. Caſſ. i.
dominus & ſaluator cui nomen regis manifeſtum
eſt cōuenire addidit (& deus me⁹) ne dubitares do-
minū Ieſum Chriſtū eſſe illū qui mandauit ſalutē
Iacob, quando audiuit per angelum iam nō dice Gen. 32.
ris Iacob, ſed iſrael. i. vir vidēs deū. Idē Aug. (Qui
mandas) inquit (ſalutes Iacob). Mādare eīn eſt nō
per nos, ſed p aliquē aliū aliquid præcipere vel fa-
cere: vnde deus illis antiquis nō per ſe & ſuā eſſen
tiā viſus eſt, ſed p aliquā creaturam. Nam illa viſio
beatifica ſeruatur in reſurrectione iuſtis.

7 ✠ alia li nō habz cornu. ‡ alia li. cōculcabimus.

IN te inimicos noſtros vētilabim⁹ cornu ✠ & in noīe tuo ſpernemus inſurgentes ‡ in nobis.

Auguſti. Gloſ. Quaſi diceret, ſicut illos iniuſte eo-
dem modo nos & quod illis tunc temporaliter fe-
ciſti nobis in iudicio ſpiritualiter facias. Caſſio.
Tuncenim inimici ventilandi ſunt diuino iudi-
cio qñ aream ſuā ventilabro diſceptatiōis. Salua-
tor noſter excutiens paleas ſequeſtrabit a frugib⁹.
(In te) inqt (inimicos noſtros vētilabimus cornu)
Cornu frequenter ſumitur pro fortitudine, vt hic, Cornu quid.
& libro Threñ. Aliqñ pro ſupbia, vt cornua pecca
torum cōterentur, cornu altaris Chriſtus eſt. Hie
ro, Quod Chriſtus eſt & qui eſt etiā nomen patris,
in quo aduerſarij noſtri ventilātur vel ſpernunt,
vnde ſequitur (Et in noīe tuo ſpernemus inſurgē-
tes in nobis. Caſſiodorus. Tūc ſcilicet qñ lædere
nō valebunt. nā modo illi iuſtos deſpiciunt quos
poſtea iuſti ſpernendos eſſe iudicabūt. Gloſ. Bene
inquit (in te & in nomine tuo) non merito meo.

8 ✠ alias confūdā.

NOn enim in arcu meo ✠ ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me.

(Non enim) inquit (in arcu meo ſperabo,) Augu,
Sicut nec patres noſtri ſperauerunt in ſuo. (Et gla
dius meus non ſaluabit me. Caſſ. (Arcus) eſt pręſi
diū bellatoris in quo mens humana cōfidit. Pre-
liatores autē mūdani plus de (gladio) pręſumunt.
nā ſagitta plærūq; incaſſum mittitur. (Enſis) ve-
ro certiſſime mortis opat̃ effectū, quapropter nec
ipſum ſibi auxiliū ferre (dicit quod in bello credūt
hoīes ad pręſidiū (plus valere, ſed nec in eo cōfidit
multitudo ſanctorū, ſed in protectione diuina cu-
ius rationem ſubdit, dicens.

xi ✠ alia li. hoſtibus ‡ alias eos q odeꝛant nos

SAluaſti enim nos de ✠ affligentibus nos, & odiētes ‡ nos cōfudiſti.

Aug. Caſſ. Glo. (Saluaſti, cōfudiſti) hęc duo p̄teri-
ta ꝓ futuris accipiēda ſūt, quæ ita certa ſunt ſicut
certū eſt, qđ id qđ fuit nō pōt nō fuiſſe. nō eīn du
biū eſt ꝙ in ſcđo aduētu ſancti a perſecutiōe ſpiri
tuū peſſimoꝝ q eos hic pſequūt̃, liberabūt̃. cōfun
dētur vero q beatos oderūt qñ illi æterna vltione
dānabūtur. Iuſti aūt cœloꝝ regna recipiēt. Et tūc.

x ✠ alia li. ſemper.

IN deo laudabimur tota die, & in noīe tuo cōfitebimur tibi in ſæculum. ✠

Hieronymus. (In deo) inquit (laudabimur tota
die) quia ipſe eſt laus & gloria noſtra. Caſſiodorus.
Iſti autē qui dicunt (laudabimur) in futuro ſe pro
fitentur eſſe prædicandos ſine arrogantia, tamen

deſignãt gloriam ſuam qui ſe in deo teſtantur eſſe laudandos. Quod autem dicit(tota die perpetuum tempus oſtendit quod non habet noctem. Gloſa.(Et)pro id eſt ponitur(in nomine tuo). Hierony. Quod a te Chriſti Chriſtiani vocamur. Hugo car. Vel in nomine tuo: id eſt in virtute & re nominis tui q̄d eſt Ieſus.(Confitebimur tibi). Idem. Gloſa id eſt laudabimus te(in ſæculum)id eſt ſine fine.

Dyapſalma. xi Secũda ps ✠alia li. exercitibus.

NVnc autem repuliſti & cõfudiſti nos, & nõ egredieris deus✠in virtutibus noſtris.

Gloſ. Hugo car. Hæc eſt ſecũda pars in qua enumerat mala quæ hic ferunt boni, & tanq̃ diceret, hæc ſũt bona a patrib⁹ audita quę feciſti populo durę ceruicis.(Nũc aũt)id eſt in medio tẽporis quod eſt inter illorũ pręteritũ & noſtrum futurum. Hiero. Caſſiodorus.(Nunc)enim præſens tempus oſtendit, in quo exercitamur vt in æternũ glorificemur, Pij nãq; martyres per hos octo verſus inferiores narrant quas afflictiones præſenti tẽpore ſuſtinebant: & tamen nunq̃ a domini veneratione diſcedebant.(Nunc(inquit(repuliſti nos). Caſſi. Augu. id eſt dilationem nobis feciſti de illa futura gloria quam nobis promiſiſti.(Et confudiſti nos). Aug. Glo. Nõ in conſcientia: ſed in facie hominũ. Caſſiodorus. Illa eſt enim glorioſa confuſio, quam martyres ſubeunt cum iniurijs affligunt, fuſtibus cędũtur: & morti velut criminibus obnoxij mancipãt. Hug. car. Et nota modũ loquẽdi ſanctorum, dicentes enim repuliſti confudiſti, dicunt q̧ tribulatio a deo eſt quicũq; eam inferat, Sequitur.(Et egredieris deus in virtutib⁹ noſtris.) Caſſio. Olim enim egrediebatur in virtutibus hebræorũ, quando ſine labore proſtrati ſunt, qui ſe contra eos erigere tẽtauerunt. Hugo cardi. Et dum perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milia. Caſſ. Nunc autẽ non egreditur deus in virtutibus martyrũ, cũ eos tribulationibus ſubdit, & diuerſis paſſionibus tradit, Gloſa. Sed hoc ideo facit vt doceat hæc ſpernere. & æterna quęrere, & vt appareat an gratis colatur deus a quo gratis eſt homo ſaluatus, deĩde exequitur qualiter cõfuſi & repulſi fuerint, dicens.

Deu.32.

xii Iuxta Hebre. legit hic. ✠Duas pre inimicis nris.

AVertiſti nos retrorſum poſt✠inimicos noſtros, & qui oderũt nos diripiebant ſibi.

Lr̃a Hie. ſic habet iuxta Heb. Vertiſti terga nr̃a hoſti &c. Idem Hugo car.(Auertiſti)inquit(nos) id eſt aliquos ex nobis(retrorſum)a fide poſt inimicos noſtros tyrãnos, vt victi eorũ ſequerentur errorem. Caſſiodorus. Glo. Vel(auerti)eſt hoſtem fugere carnalem. Auerſos ergo ſe in hoc mũdo ante inimicos ſuos eſſe teſtantur, qui inſequẽtium diſcrimina vitauerunt. Hieronymus. Debemus itaq; inimicos noſtros ante nos habere, vt ſciamus quid cauere debeamus, debemus & retrorſum conuerti, ne in vijs prauis perduret iter noſtrum,(Et q oderunt nos, diripiebãt ſibi. Caſſiodorus. Hoc ſolet fugatis emergere, vt in direptionem pręd amq; cadant. qui hoſtibus minime reſiſtere potuerunt. Hieronim⁹. Vel tunc(diripiebãt)perſecutores martyres cum plagis, carceribus, & tormentis reliquis

Hieroni.

Caſſio.

eos vexabant.

DEdiſti nos tãquã ✠ oues eſcarũ, & in gentibus✠diſperſiſti nos. 13 ✠alia li. gregem ad vorãdum. ✠alia li. nationib⁹

Gloſ. Hic diuerſi martyres notãtur, & diuerſa martyrum genera. Alij enim fuerunt eſca feris, alij dati in ſeruitutem gẽtibus.(dediſti)inquit(nos) perſiſtentes ſcilicet in fide(ad oues eſcarum). Caſſiodorus. Eſca enim luporum eſt ouiũ manſueta ſimplicitas quæ martyribus merito comparatur qui a perſecutoribus ſuis occidi ſine concertationib⁹ acquieſcunt. Gloſa.(Oues autem eſcarum)dicit, id eſt quæ ad eſcas ſunt, non ad fœtus. Hugo cardina. Nam ſunt quædam oues fœtoſę quæ nõ faciliter occiduntur, ſed cum deſinunt parere, tunc non curatur de eis, ſed occiduntur de facili, ſicut & martyres inutiles reputabãtur, & viriliter occidebantur,(& in gentibus diſperſiſti nos.) Caſſio. In hoc diuerſos ſignificat fideles, qui gentibus traditi libertatem ſuam cum patrimonijs perdiderunt. Hug. cardinalis. Et fuerunt apud diuerſas gentes in exilium deportati ſicut Iohãnes, Clemẽs, & ſimiles.

VEndidiſti populum tuũ ſine precio, & non fuit✠multitudo in cõmutationibus✠eorum. 14 ✠alia li. gradus cõmutationis. ✠alia li. in iubilationibus

Hieronymus. Vſq; nunc de ſe locuti ſunt martyres nunc de Iudæorum populo dicitur, quibus dictũ eſt. In peccatis veſtris vẽditi eſtis, & ideo ſine pręcio. quia nõ eſt effuſus agni ſanguis pro eis(& nõ fuit multitudo in cõmutationibus eorum). Idem Vilior enim erat merces quę fuit vendita, ideo nõ eſt commutatio facta. nam dominus populũ quẽ emit non auro neq; argento, ſed precioſo ac proprio eius ſanguine comparauit, ſicut ait Petrus apoſtolus. Hugo cardinalis. Vel vt etiam de martyribus loquatur(vendidiſti)inquam(populum tuũ ſine precio)quia nullam vtilitatẽ inde ęſtimabant tyrãni, & ſecundum eorum opinionem.(Non fuit multitudo in commutationibus eorum)id eſt pro illis qui propter fidem occiſi ſunt non ſucceſſerũt multi credentes, ſequitur.

Eſa.5.

1.pet.1.

POſuiſti nos ✠ opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationẽ✠& deriſum his qui ſunt in circuitu noſtro. 15 ✠ Alias li. hic in ✠alia li. deorſum et contẽptũ his q̄ i circuitu noſtro ſunt.

Glo. Tanquam dicerẽt martyres præter dura: turpia etiã patimur, quia(poſuiſti nos opprobriũ vicinis noſtris.) Caſſ. Glo. Quod aũt dicit(poſuiſti nos)oſtẽdit immobilẽ paſſionẽ,(Opprobriũ)vero cõtra probũ poſitũ eſt. nã ſicut oĩa proba decora ſũt. ſic indecẽtia cũcta mõſtrantur opprobria, ideo aũt dicit(vicinis nr̃is)Quia grauis eſt afflictio quã a vicinis patimur cũ nõ trãſitoriæ dicĩ quod a circũſtantibus iugiter imputatur. Hiero. Vel(vicini) dicti ſũt pſecutores ,ppt̃ habitationẽ mũdanã q ſępe exprobrãt irridẽdo dicẽtes veniat de⁹ veſter & eruat vos de manib⁹ nr̃is. Glo. Vel(vicinis) dicit de iãiam cõuertẽdis(poſuiſti)etiã(nos ſubſãnationẽ) Gloſa. Quæ fit cõtracto naſo. Hu. car. Ex indignatiõe,(& deriſum). Idẽ. Qui fit cũ riſu & geſtu. Caſ. Glo. Deriſus eñi immoderata illaritate denũcians (his q ſunt in circuitu noſtro), Caſſ. Glo. Infidelib⁹ ſcilicet & pfidis q nũq̃ nobiſcũ ſũt ſed nobiſcũ recto dogmate gradiũt̃, ſed ĩ circuitu ſemp ãbulãt.

16 ‡alia li. ‡ alia li. tribub⁹.

POſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, ‡ commotionem capitis in populis ‡.
Caſſiodo. Martires enim in ſimilitudinem chriſti gentibus conſtat præpoſitos quando eos comparibus pœnis & cruciatibus affecerunt. Hieronym⁹ (Poſuiſti nos. inquam in tuam vtique ſimilitudinem vt ſicut te mundus odio habuit prius ita & nos deinceps odiret. Glo. Vel vt de nobis formam maledictionis ſumant ſuper alios dicentes, ſic pereas vt Laurentius (commotionē capitis in populis). Hierony. Caſſiodorus. Sicut enim in paſſione Chriſti tranſeuntes: mouebant capita ſua. ita & in martyrib⁹ ſuis faciunt: ſed etſi quis in chriſto nūc pie voluerit viuere: protinus inique blaſphemant eum cumirriſione vel capitis commotione. (Mat. xv.)

xvii ‡alia li. ignominia.

TOta die verecundia mea contra me eſt, & ‡ confuſio faciei meę cooperuit me.
Hieronymus. Dominus hæc in aſſumpta loquitur carne, qui pro nobis verecundiam patitur maledicitur atq; confunditur vſque ad ipſum etiam patibulum crucis (tota die) inquit (verecundia mea contra me eſt). Caſſiodorus. Gloſa. Eſt enim quædam verecundia quæ ſolet ad momentum venire & breui tempore ſedata diſcedere, iſta vero grauiſſima erat quæ iugiter permanebat, quia (tota die) erat etiam ante oculos populi ſancti immoderata verecundia vehemenſque confuſio quando illos ſibi iugiter inſultare cernebat quos impios eſſe recognouerat. Cum autem dicit, (operuit me) non ſolum vultus, ſed etiam totius corporis indicauit errorem. Gloſa. Hæc autem confuſio procedit.

xviii. ‡alia li. blaſphemantis ‡ Alias vitoris.

A Voce exprobrantis & ‡ obloquētis, a facie inimici & ‡ pſequētis.
Hieron. (A voce) inquit (exprobrantis), Cum ſcilicet dicerēt ei. Si filius dei es deſcende nunc de cruce. (Et obloquentis). Glo. Id eſt crimē imponētis. Hugo cardi. Vel occulte mordentis & detrahētis: Caſ. (Exprobrare) enim eſt in faciem maledicere. (Obloqui) vero abſenti detrahere. & aliquē ſermone doloſo mordere. Glo. Quis aūt ſit exprobrās, & obloquens ſubdit (A facie inimici). Caſſ. Qui ſcilicet eum capitaliter odit: Et ne putares huiuſmodi aduerſariū leuē addidit, (Et perſequentis) quod odium probatur acerrimū. Cum non ſolum corpus extinguere. ſed etiā ipſas animas cupiant ſua prauitate trucidare. Hiero. Vel (a facie inimici) id eſt iudę & perſequentis populi iudaici.

xix ‡alia li. nec mentiti ſum⁹ in pacto.

HAec omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & ‡ inique non egimus in teſtamento tuo.
Hiero. Martyres iſta dicūt: quia omnia quæ tu domine Ieſu pertuliſti & nos eadē pertulimus. (Nec obliti ſumus) ſed ſemper confeſſi ſumus (te). Caſſi. Dicendo autem (hæc omnia) ad vnum colligunt q̄ tractatu ſuperiore dixerunt. Glo. (Hæc) inquit (omnia) Non ſeparatim, ſed ſimul (venerunt ſuper nos) Caſſio. Glo. Quia non erāt in nobis per culpam. Glo. Auguſt. Caſ. (Venerunt inquā quaſi fera terribilis, quaſi fluuius turbulentus. (Nec obliti ſumus te). Gloſa. Auguſtinus. Ecce quanta firmitas martyrum. (Nec) inquit) obliti ſumus te). Quia intelligimus gratis colendum te propter te. Caſſiodorus. Et qui a qui illū mente retinent eius teſtamentū neſciūt obliuiſci. Sequitur. (Et inique non egim⁹ in teſtamēto tuo). Glo. Hoc eſt in lege cui⁹ pręcepta ſeruamus: vel in pacto quod pepigimus tecū in baptiſmo, Pe. can. Hoc ei eſt fideliter īplere pręcepta firmiter, expectare ꝓmiſſa, fortiter tolerare aduerſa. Hier. Vel (non inique egimus in teſtamento tuo), quia illud veraciter prædicamus.

20 ‡alia li. declinauerunt.

ET nō receſſit retro cor nr̄m & declinaſti ‡ ſemitas noſtras a via tua.
(Et non receſſit) inquit (retro cor noſtrū). Gloſa, Id eſt ratio noſtra ita quod retro iret deſperando de bonitate dei. Caſſiod. Retro enim redit cor eorum qui de domini bonitate deſperant: & putant illum rogatū nō ſuccurrere q etiā non petentib⁹ cognoſcitur ſubuenire. Quod iſti minime fecerunt, qui ſpem in dn̄o habere probati ſunt. Hie. Vel (non receſſit retro cor noſtrum) vt errores phanaticos vnde digreſſi ſumus ſequeremur. Glo. Notandum tamen quod non dicit ſīplicite r (non receſſit) ſed addidit (retro) quia etſi ſancti aliquando deſcēdant a contemplatione deitatis, non tamē recedunt. (Et). Gloſa. Dum ſcilicet ſic in anguſta viam ambulamus (declinaſti) id eſt tuliſti: (ſemitas noſtras a via tua). Auguſtinus. Gloſa. Semitæ eīm noſtræ erāt in voluptatibus & proſperitatib⁹ ſeculi: ſed tuliſti eas de ſua via & oſtēdiſti arctā viam q̄ ducit ad vitam Caſſ. Vnde (ſemitas) hic in malo poſuit. Et propterea addidit (noſtras) hūanę nanq; ſemitę p quas ambulat humana fragilitas a via ſuperna diuiſę dicūtur quia illæ ducūt ad horribilem mortem, via vero ſine dubio confert deſiderabilem ſoſpitatem. (Mat. vii)

21 ‡Alias deieciſti loco infirmitatis ‡alia li. operuit

QVoniam ‡ humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit ‡ nos vmbra mortis.
Litera. Hieronymi iuxta hebræum alium ſenſum affert. Sic enim habet. Quoniam deieciſti nos ī loco draconum & operuiſti nos vmbra mortis, Hieronymus. Humiliati ſumus (in loco afflictionis) hoc eſt in corpore iſto: in quo verſamur & affligimur (propter te). Caſſiodorus. Gloſa. Vel in iſto mundo qui eſt fidelibus loco afflictionis: vnde naſcitur compunctio & pœnitudo. Gregorius in moralib⁹. Iob libro .j. Qui enim ad æternam patriam tendunt nunc ſemetipſos in afflictionis loco deijciunt: vt tunc in loco gaudij veraciter ſublimentur. (Et cooperuit nos vmbra mortis). Hiero. Bene vmbra mortis in hoc ſeculo opprimit & non ipſa mors, quia martyres vel reliqui ſācti etſi affligunt, etſi morti deſignantur viuunt tamen deo, & hæc mors vmbra eis eſt, & nō veritas mortis. Auguſti. Glo. Nā hęc mortalitas vmbra mortis eſt, vera aūt mors eſt damnatio cū diabolo. Greg. vbi ſup. Per quam anima ſeparatur a deo. Quos enim conſtat nō ſpiritu: ſed ſola carne mori: nequaq̄ ſe vera morte, ſed vmbra dicunt mortis operiri, Caſſiod. Vnde vmbram mortis huius vitæ tranſitum dicit. qui ſanctis & peccatoribus probatur eſſe communis Illa vero mors vera eſt qua impij æterna dam- (Grego.) (Auguſti.)

natione puniuntur. Gloſa. Vel (vmbra mortis) (ſũt homines per ignorantiam morientes, & alios ad ſuæ mortis tenebras trahentes.

xxii SI obliti ſumus nomen dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum.

Auguſtinus. Glo. Iſte eſt intellectus filiorum Choræ qui propter hæc omnia mala non obliuiſcuntur deum: ſciẽtes quia deus requiret iſta. Hierony. (Si obliti ſumus) inquit (nomen dei noſtri) id eſt Chriſtum. (& ſi expandimus manꝰ noſtras ad deũ alienum), hoc eſt ad idolum. Glo. Caſſiodo. Id eſt ſi nos cum operibus idolo vouimus, & eſt hic deſcriptio orantis quæ tenſis manibus crucem efficit quam fronte recipit.

23 ✠ alia li. occulta.

NOnne deus requiret iſta, ipſe enĩ nouit abſcondita ✠ cordis.

Caſſiod. (Nonne) Cum pondere pronunciandum eſt, quoniam grauiſſimum eſt apud dominum, ſi in eius religione peccemus. (Requirere) autem ſolemus quãdo illa deſideramus agnoſcere quæ noſtrã nouimus conſcientiam non tenere. Deus autẽ ſciens requirit, non vt ipſe aliquid nouum diſcat, ſed vt nos faciat quæ ſunt obliuione ſepulta cognoſcere. (Nonne deus) inquit (requiret iſta). Glo. Manifeſta ſcilicet. Caſſiodo. de quibus ſupra dixerat. Si obliti ſumus nomen dei noſtri, & ſi extendimꝰ manus noſtras ad deum alienum. Glo. Tanquam diceret itavtique inquiret. (Ipſe enim nouit abſcõdita cordis). Idẽ. Quo ſcilicet corde magis religio geritur quam deuotione corporis. Auguſtinus. Gloſa. Noſcere autem dicitur deus & quod te facit noſcere. Sicut & ipſe abraham ait. Nunc cognoui quod timeas deum: id eſt te & alios feci cognoſcere Sed quæ ſunt illa abſcõdita quæ nouit deus? Ecce

24 ✠ Quaſi deputati ✠ alia li. vt ſi alia velut

QVoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ✠ ſumus ſicut ✠ oues occiſionis.

Gloſ. Caſſiodo. (Quoniam propter te) inquit non pro criminibus noſtris, ſed vt fides tua gentibus augeatur. (Mortificamur). Pari. cantor. In compaſſione proximi: in maceratione carnis, vel effuſione proprij ſanguinis. (Tota die). Gloſa. Caſſiodo. Longis ſcilicet paſſionibꝰ, & quia quod morimur videt homo, cur autẽ morimur non niſi deus: propterea hęc ſunt occulta cordis quæ nouit deus. Caſſiodorus. Vel quod dicit (tota die) non momentaneam mortem, ſed per vniuerſum vitæ tempus ꝓtractum nobis fidelium declarat exitum. Pari. can. Quia tota vita ſanctorum martyrium eſt. (Eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis). Caſſiodo: Ouis nõ habet habet arma, non cornu valet, non dente contendit, aut fuga preſumit, ſed manibus latronis patienter acquieſcit, dum nulla ſe reluctatione defendit. Sic & famuli Chriſti velut oues ęſtimati ſunt mori quoniam ſine contentione aliqua videbantur occidi. Hierony. Et quia o domine ab his tentationibus elongatus es, & tanquam in naui dormiens, non nos a tempeſtate defendis: excitamus te confeſſione ſupplici deprecantes & dicentes.

iij. pars. 25 ✠ alia li. euigila cur preij cis i ſempiternũ

EXurge quare obdormis domĩe ✠ exurge, & ne repellas ✠ in finem.

Gloſa. Hæc eſt tertia pars vbi precatur auxilium vt ſcilicet hic afflictis tempore reſurrectionis ſubueniat: & tanquam diceret, nos tanta patimur, ſcilicet, ſed vt non deficiamus. (Exurge) inqt (quare obdormis domine). Caſſ. Quamuis enim deo non cõueniat exurgere qui nunquam noſcitur poſſe dormire. Illum tamen humano vſu dormire dicimus, quando expectatio noſtra diuina diſpẽſatione differtur. Auguſtinus. Hierony. Gloſa. Et q̃uis ſciant ſancti Chriſtũ nõ dormire, & ſibi reſurrexiſſe, precantur tamen reſurgere per fidem non ſibi ſed gẽ gentibus quæ putant eum mortuũ. Nam & ſi illi crederent, credentes in eũ non perſequerentur, ſed ſequerentur. Auguſtinus. Glo. (Exurge) igitur) id eſt conforta ſtantes. (Quare obdormis domine) id eſt negligere videris, ſed quare hoc? Et ſi nos neſciamus, tu ſcis quare vel pro culpa, vel pro vtilitate, qđ ſi pro culpa, vtinã abeſſet, ſi pro vtilitate, vtinam adeſſet. Caſſio. Repetitur autem (exurge) vt q̃bus videt pericula creſcere, nõ tardet ſubuenire. (& ne repellas in finem). Hiero. Mortis ęternæ ſcilicet. Gloſ. Vel ſi hoc differas, non tamen in finem. Hugo cardinalis. id eſt in æternum.

QVare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ ✠ noſtrę & tribulationis noſtræ. 26 ✠ alia li. afflictiones anguſtias

Glo. Non eſt hæc querela, ſed ſupplicatio pia puri cordis. (Quare) inquit (faciam tuam) id eſt cognitionem tuam auertis. Caſſiodorus. quaſi diceret, quare tandiu æſtimas differendos, vt reſpicere non credaris, cum ſubuenire diſtuleris. Hierony. Auertit enim interdum deus faciem ad tempus vt probet electos ſuos. Lyra. Et loquitur hęc de deo more humano, qui quãdiu orationem aliquorum non exaudit faciem ſuam auertit. (Obliuiſceris inopię noſtræ, & tribulationis noſtræ.) Gloſ. i. non das ſpiritum fortitudinis ſine quo inopes ſumus. Hiero. Vel (obliuiſceris inopię noſtræ) quã vtiq; patimur habẽdo ꝓ nihilo huius mũdi diuitias, & regnũ cœleſtę deſiderãtes. Caſſ. Quãuis tu in alijs ſic inopiam diligas: vt te inopem dicas. Addidit etiam (et tribulatiõis noſtrę). Idem. Glo. Cuius tu ſemper clemens inſpector es. Glo. Vel obliuiſceris tribulationis noſtræ: quia eam non mitigas. Sed hoc quare: nos neſcimus ſed querimus. Licet non niſi pie & iuſte hoc facias.

QVoniam humiliata ✠ eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus ✠ eſt in terra venter noſter. 27 ✠ alia li. incuruata. ✠ alia li. adheſit

Gloſa. (Quoniam) inquit (humiliata eſt in puluere aĩa noſtra). i. in cognitione mundanorũ q̃ pulueri cõparãda ſunt. Caſ. Vel humiliãt ſe in puluere qui cinere ſupra ſe ſparſo, aĩas ſuas peccatorũ recordatione diſcrutiãt. Hier. Vel hũiliata eſt in puluere aĩa noſtra) vt ab illis inclinaremur, quos vẽtus vt puluerẽ a facie terræ proijcit. Augu. Glo. Puluis enim nos perſequitur. i. mali: de quibus dicitur. Non ſic impij non ſic: ſed tanquam puluis ante faciem venti. (Congluti natus eſt in terra venter noſter). Glo. Hugo cardinalis. Id eſt ſenſualitas quæ terrenis inhęret: quia vt venter mollis eſt, & immundis cogitationibus plena. Caſſiodorus. Vel hoc dicit, propter iuſtos, qui longa oratione proſtrati tota

Hierony. corporis effuſione tenduntur. Adherere enim terrę ſignificat in orationib⁹ diutius immorari. per quas efficaciter peccata vincuntur. Hiero. Vel (conglutinatus eſt in terra vēter noſter) cum caro infirmatur, ſed ſenſus eſt intentus in cœleſtibus. Hugo de ſancto victore. li. ſenten. capi. xliiij. Vel per puluerem intelligũtur cogitationes vanę, per terram vero praua deſideria. Bene autē prius anima in puluere humiliatur, ac deinde venter conglutinatur i terra, quia niſi pri⁹ anima vanis ſe cogitatiōibus ſubderet, nequaquam carnem deſideria immunda obligarent, ſed quia prius anima a vanitate vincitur, poſtmodum caro ad immundiciam conglutinatur.

28 ✠ alia li. miam. ‡ alia li. libera. Exurge domine adiuua nos, & redime ✠ nos propter ✠ nomen tuum.

Caſſio. Magnarum afflictionum ſuauiſſim⁹ finis adhibeť, vt petant ſe dominicæ reſurrectionis gloria liberari, vbi omniũ chriſtianorum ſpes probatur agnoſci. (Exurge) autem non ad dormitionē, ſed ad reſurrectionem eſt potius applicandum. in qua deſtructa agnoſcitur humana captiuitas. Supra enim vbi eum quaſi excitare voluerunt, dictũ eſt quare obdormis, hic autem ſolummodo. (Exurge) ponunt, vt illam reſurrectionem intelligerim⁹ in qua humana fuit deſtructa captiuitas. illo enim reſurgente adiuti, illo ad cœlum aſcendente liberati ſumus, verum hęc omnia nobis contulit non propter meritum noſtrũ, ſed (propter nomē ſuũ). Gloſa. Glo. & Hugo cardi. Vel (exurge dñe) id eſt fac nos exurgere, vt aĩa quę pauimēto adhęret ad te erigatur a terrenis ad cœleſtia. (Adiuua nos) erectos ad bene operãdum, (Et redime nos) id eſt libera nos adiutos vt ſine metu ſim⁹. Et hoc totũ (ꝓpter nomē tuum) id eſt gratis non pro merito noſtro.

Pſalmus. xliiij.

titulus pſalmi huius. ¶ Titulus.

In finem pro his qui commutabuntur filijs Chorę, ad intellectum, canticum ꝑ dilectio.

Alius p̃ſcribitur a Hiero. Alium pręſcribit beatus Hierony. ſic ſcilicet. Victori lilijs filiorũ Chorę erudītionis canticũ amantiſſimum vel vt alijs placet

Lyra. In iſto pſalmo exprimitur proſperitas filiorum iſrael, pręuiſa a filijs Chorę, & dicunt aliqui q̃ iſta ꝓſperitas fuit ſub rege Aſſuero, alij ſub Salomone, alij ſub Dauid attamē. Lyra intelligit hunc pſalmum de rege immortali chriſto, & ſua ſpõſa eccleſia.

Inuitatorium ad lilia filiorũ Chorę. &c. Caſſio. Quod ait in finem perfectionē ſignificat, hoc eſt dominum ſaluatorē. (Pro his qui commutabuntur filijs Chorę) id eſt, filijs crucis qui in eccleſia ꝑmanentes (commutabuntur). Gloſa. De veteri homine in nouũ. Caſſiodo. Vel tranſeundo de triſtitia huius mundi ad gaudia ęterna. (Ad intellectũ) Gloſa. Tanti miſterij, tanti decoris, id eſt coniunctionis ſcilicet Chriſti & eccleſiæ. Caſſiodo. Cum Caſſio. autem dicit (canticum). Textum pſalmi ſignificat qui trahendus eſt ad intelligentiam ſupernam, in qua futurarum rerũ ſacramenta ſpiritualia continentur. Hiero. Idem. (Pro dilecto filio), id eſt Chriſto, de quo pater loquitur in euangelio. Hic eſt fi- Mat.3

lius meus dilectus, in quo michi complacui. Pſalmus enim iſte ſpiritualiũ nuptiarum continet ſacramentum, id eſt coniunctionem Chriſti cum eccleſia. Gloſa. Et Hugo cardina. Vnde materia huius pſalmi eſt de nuptijs Chriſti & eccleſię. Sponſi & ſponſę, & regis & plebis. Intentio autem eſt mouere ad laudes Chriſti & eccleſię ſponſi & ſpõſę. Et diuiditur in tres partes. In prima ꝓpheta cœleſtibus epiſtolis ſaginatus, ſe promittit laudaturũ deum. In ſecũda laudat ſponſum, id eſt Chriſtũ dominum, ibi Specioſ⁹. In tertia ſubmiſſius laudat ſponſam, id eſt eccleſiam, ibi (Audi filia). Volēs ita q̃ꝫ ꝓpheta ad has nuptias intromitti, & in eis epithalamium ſuum cantare, ait. Nõs nuptialis. Diuiſio.

Eructauit ✠ cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. ps.44. 1 ✠ alia li. eructauit.

Caſſiodorus. (Eructauit) dicimus quando ſatietas multa ciborum digeſtiones ſaluberrimas euaporat. Idem. Glo. Intus igitur ſatur propheta & magnis ſpiritualibus epulis intus boni odoris archanum eructuat, dicens (Eructauit cor meum). Glo. Id eſt mens mea intus plena. Caſſiodo. Per cor enim ſinum mentis intellige. Hugo cardinalis. Gregori. Gloſa. Ideo autem dicit (cor meũ) quia illi ſoli de deo ſuauiter loqui nouerunt, qui eum totis cordis viſceribus amare didiſcerũt. Sed quid eructauit (verbum bonum). Glo. hoc eſt filium dei. Caſſiodo. De quo Joh.1 mat.10 in euangelio. In principio erat verbum. (Bonum) vtiqꝫ, quia nemo bonus niſi ſolus deus. (Dico ego opera mea regi), Caſſiodo. Gloſa. hoc eſt, hũc pſalmum, hanc enim prędicationem quam mente cõceperat regi dicere geſtiebat. Glo. Ne vero eum aliquid a ſe putes dicere calamo ſcribe ſe comparat, dicens. Caſſio.

Lingua mea ✠ calamus ſcribę, velociter ſcribentis. 2 ✠ alias ſtili⁹ ſcribe velocis.

Caſſiodorus. Glo. Linguam itaqꝫ ſuam ſcribę calamo comparauit, quę ſic dictura eſt fideliter ſpiritus ſancti verba, quemadmodum ſenſus noſtri vota calamus deſcribit in charta. Gloſa. Hugo cardinalis. (Ligua) inquit (mea calamus ſcribę) id eſt ſpiritus ſancti, tanquam diceret quod loquor a meipſo non loquor. Hierony. Vel ſcriba iſte Chriſtus eſt de quo in euangelio. Omnis ſcriba doctus ſimilis eſt patri familias. Grego. in mora. Iob lib. xliiij. Et quia quod loquimur tranſit quod ſcribim⁹ permanet. Ideo lingua patris ſcribę calamus dicitur quia ab eo verbum illius coęternum ac ſine tranſitu generatur. Sequitur, (Velociter ſcribētis). Hieronymus. Hoc ideo dicit, quia nullus tam cito ſcribit, ſicut ipſe dominus in cordibus ſanctorum facit. Quid autem ſcribit niſi fidem, ſpem charitatē & verbum prędicationis. Hugo. mat.13.

Specioſus ✠ forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. 3 Verba ps ✠ alia li. pulchrior factus es.

Gloſa. Hęc eſt ſecunda pars, in qua quadriformiter ſponſum commendat: a forma ſcilicet a poteſtate, a iudicio ab ornatu. Et primo a forma dicen,

4 Chriſtū comēdat hic pſ.

(Speciosus) inquit (forma prę filijs hominū) Hieronymus. Auguſtinus. Gloſa. Eſt vtiq; homo, ſed quãuis ſit homo non eſt tamen vt quilibet homo. Cū & homo & dei filius intelligatur. Et ideo pulchrior dicitur prę alijs filijs hominum. Hieronymus. Forma autem de qua loquitur hic non magnitudini deputanda eſt, ſed decori. Caſſiodorus. Vel ideo ſpecioſus dicitur, quia peccata nō habuit Illud enim ſpecioſum dicitur ꝙ gratia mundiſſimæ puritatis ornatur. quamuis pater. Auguſtinus ſpeciem corporis eius dicat fuiſſe laudabilē. Glo. Notandum tamen ꝙ non dicit (Specioſus forma) præ angelis, ſed præ filijs hominum, vt eum in ſuo genere commendaret (Diffuſa eſt gratia in labijs tuis). Idem. Quia lex per Moyſen data, eſt gratia per Ieſum chriſtū facta eſt quę peccata ſoluit, & quia eo loquente mūdus gratiam reconciliationis accepit. Hieronymus. Vel (diffuſa eſt gratia in labijs tuis). Cum morbos verbo curas cum mare quieſcere facis, cum ventis ſilentium indicis, cum febrem diſcedere iubes, cum lazarum vocas & venit, patrem interpellas & audit, & non ſolum audit, ſed etiā reſpondet. & omnia quę loqueris gratia labiorum tuorum perficiuntur. Propterea benedixit te deus in ęternum. Caſſio. Benedictus eſt enim in ęternum cuius regni non erit finis (Bene autem dictum eſt a forma ſerui. Benedixit te deus qui & paſſionem pertulit, & ad regna cœlorū peruenit. Auguſti. Glo. Vel propterea benedixit propter) ſcilicet gratiam qua regnum cœlorum datur cum olim terra daretur. Gloſa. Secundo laudat eū a poteſtate, dicens

Cur dixit ſpecioſus p̄ hominibus & nō angelis

Joh.1

4 ✠ alia li. gladium tuum. ‡ alia li. circa femur.

ACcingere gladio tuo ✠, ſuper ‡ femur tuum potentiſſime.

Glo. Accingimur enim pugnaturi. pręcingimur miniſtraturi, ſuccingimur ituri. (Accīgere) igitur (gladio tuo) Hieronymus. Caſſio. Per gladiū verbū prędicationis debemus accipere, de quo in euāgelio. Nō veni pacem mittere in terrā, ſed gladiū, & apoſtolꝰ dicit, & gladium ſpiritus quod eſt verbum dei. Femur vero incarnationem ſignificat, ſicut in Geneſi legitur, non deficiet princeps ex iuda, nec dux de femore eius. Et Abrahā famulo ſuo tacto femore pręcepit ne acciperet vxorē filio ſuo de filiabus Chanaam. Hiero. Non ſolum autem dicit (Accingere ſed addidit (potentiſſime) ac ſi diceret, tu Chriſte indue carnem, pugna contra diabolum, & libera genus humanum de inferno. (accingere) inquit (gladio) verbi prędicationis, qui diuidat filium a patre filiū a matre, nurum a ſocru (ſupra femur tuum) ſupra carnē ſcilicet aſſumptā (potentiſſime) id eſt non ſegniter, neq; leuiter, ſed viriliter. Grego. ſuper Ezechielem. (Gladium) itaq; circa femur (potentiſſime) ſumpſit, quia ſermo prędicationis illius ex incarnatione conualuit.

Ephe.6

Geñ.49. gen.24

5 Aliter a Hiero. legitur.

SPecie tua & pulchritudine tua, intende proſpere, procede & regna.

Sic vertit .b. Hiero. ex hebręo Gloria tua & decore tuo Et decore tuo proſpere aſcēde. Hiero. (Specie tua) inquit (& pulchritudine tua) hoc eſt ſanctitate & iuſtitia. Caſſio. Vel in hoc vtramq; naturā poſitā euidenter agnoſcimus, vt ſpecies pertineat ad humanitatem, in qua mundo aparuit pulchritudo ad deitatem, vnde omnia pulchra veniunt quęcunq; decora ſunt intende. Caſſiodo. vt pereuntē hominē de cœlo miseratꝰ aſpicias, iuxta illud qđ alibi dicitur. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum (proſpere). Idem. Auguſti. Glo. Humano generi liberationis beneficia præſtando, vt regnes per fidem in gentibus prout iam factū eſt (procede). Hierony. Id eſt de cœlo veni. Caſſiodo. Gloſa. Vel de vtero virginis vt ſponſus, ſicut alibi ſcribitur & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. vel (procede) ab his victis ad alios vincendos (& regna). Idem. Hoc eſt in fide hominum tuam potentiā oſtende. Hiero. Quia regnū antea erat diaboli. vnde dicimus ī oratione dominica. Adueniat regnum tuum. P. cantor. Vel (procede) de populo ī populū de cœlo in virginis vterum, de vtero in pręſepium, de pręſepio in patibulum, de patibulo in ſepulchrum, de ſepulchro in infernum, de inferno rurſus in mundū, de mundo in cœlum. (& regna) nūc in militante eccleſia poſt in triumphante vt adueniat regnum ad regnum.

Pſ.13

Mat.5.

PRopter ✠ veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te ‡ mirabiliter dextera tua.

6 ✠ alia li verbum veritatis. ‡ alias terribilia.

Glo. (Propter veritatem) inquit id eſt propter hoc quia per te & tuos veritatem doces. Hierony. Veritas enim chriſtus eſt qui de ſe ait. Ego ſum via veritas & vita. Auguſtinus. Caſſio. Vnde reddita eſt veritas, terris. Cum veritas de terra orta eſt & iuſtitia de cœlo proſpexit (& manſuetudinem & iuſtitiam). Caſſiodo. Manſuetudo monſtrata, eſt quando in cruce pro perſequentibus orauit, iuſtitia vero, quia pręcepta ſalutaria pius doctor ifudit. Gregorius. in mora. Iob. li. j. Veritatem nāq; exequēs manſuetudinem cum iuſtitia cōſeruauit, vt nec zelum rectitudinis in manſuetudinis pondere amitteret, nec rurſum pondus manſuetudinis perturbaret. Hierony. Vel (propter veritatē) Quia illa quæ per ꝓphetas promiſerat adimpleſti (& manſuetudinem) quia ſicut ouis pro vita populi immolaris (& iuſtitiam) cum non poteſtate, ſed humilitate eripuiſti hominem (& deducet te mirabiliter dextera tua) Glo. Quia oēs mirabuntur, vel quia miracula facies. Caſſiodo. Vel (deducet te) id eſt per curſum vitæ huius inoffenſa conuerſatione cuſtodiet (mirabiliter) quia tertia die reſurges a mortuis (dextera tua) potentia ſcilicet verbi.

Jo.xiiii. ps.84

7 ✠ alia li. hic potētiſſime ‡ alia li. corda.

SAgittę tuę acutę ✠, populi ſub te cadent in corde ‡ inimicorum regis.

Caſſiodo. Hiero. (Sagittę) ſunt prędicationes corda hominum tranſfigentes quę acutę ſunt, quia vſq; ad interiora corda penetrant & ideo vulnerāt vt ſanent, ideo percutiunt vt liberent, ideo proſternūt vt erigāt, ſagitta enim eſt lignū ferro armatum, cuius pars pēnata vna eſt, ſic verbum dei ex ligno crucis egrediens & fortitudinem penetrandi habet, & velocitatem quo voluerit perueniendi. Caſſiodo. Gloſa. Et nota ꝙ ſupra gladium poſuit qui proxime vulnerat. hic ſagittas, quę longe diriguntur, in quo incōpræhenſibilis chriſti potētia oſtenditur (Populi ſub te cadent). Gloſa. (Populi) ſcilicet per eas vulnerati (ſub te cadent). Caſſiodo.

Caſſio.

Non quidem pedibus quibus corpora ſuſtinētur, ſed corde quo animæ perfidia ſubleuātur. Caſſio. Auguſtinus. Gloſa. Vt vbi ſe erigebant cōtra Chriſtum, ibi caderent ante eum Sicut Paulo apoſtolo cōtigit, qui hac ſagitta percuſſus perſecutor in terram proſtratus cecidit, & prędicator inde ſurrexit

Caſſio. (Cadent) inquam ſagittę iſtę (in corde inimicorū regis. Auguſt. Caſſiodo. Glo. Hoc eſt in corde inimicorum tuorum, qui a lege ſuperna contraria volūtate diſſētiūt, vt de inimicis ſint amici, & hoc eſt quod titulus cecinit pro his qui cōmutabuntur filijs Chorę. Lyra. Et eſt litera iſta inuerſata, pro cuius intellectu ſic eſt ſituanda, ſagittę tuę acutę cadent in corde inimicorum regis populi ſub te.

8 ✠ alia l. Thronꝰ. ‡ Alias ſeptrum. equitatis.

SEdes ✠ tua deus in ſęculum ſęculi, ‡ virga directionis virga regni tui.

Gloſa. Hic commendat chriſtum a iudicio. Caſſiodorus. Sedes enim ad iudicium futurum pertinet. Gloſa. Remigius. (Sedes) inquit (tua deus) id eſt iudiciaria & regalis poteſtas. Hiero. Non quidem tēporalis eſt, ſed ęterna, quia (in ſęculū ſęculi). Caſſiodorus. Ideo in ſęculum ſęculi quoniam quicquid ibi conſtituerit. nulla poterit temporis ſucceſſiōe diſſolui (virga directiōis virga regni tui.) Auguſt.

Gloſa. Glo. Quę homines diſtortos dirigit. Caſſio. Glo. Virga enim hęc regulam diuinę ſignificat ęquitatis quę veraciter recta dicitur, quia nulla prauitate curuatur, quam regij honoris inſigne ſceptrum dicebat antiquitas. Hiero. Vel (ſedem) dei ſancta eccleſia intelligitur, vel anima fidelis quæ ſedes eſt ſapientię, per virgam vero correctio diſciplinæ, quia per illam corda illorum diriguntur quę tortuoſa erant. Auguſtinus. Gloſa. Nemo igitur ſibi multum de miſericordia pręſumat aut blandiatur, quia virga directionis ſi alios regit, alios conterit, regit quidē ſpirituales, cōterit vero carnales.

9 ✠ alia li. exultationis. ‡ alia li. pre participibus tuis.

DIlexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te deus ✠, deus tuus oleo læticię prę conſortibus ‡ tuis.

Glo. Vere virga iſta virga eſt directionis Quia (Dilexiſti iuſtitiam) Non enim ſolum iuſtus es in te, ſed etiam in alijs iuſtitiam diligis (& odiſti iniquitatem). Caſſiodorus. Nemo enim perfecte diligit iuſtitiam, niſi qui & actꝰ peſſimos execratur.

Hieroni. Hieronymus. Nō autem hoc dicit de deo ꝙ odium cadat in deo ſed odire deus dicitur id eſt repudiare.

Gloſa. Gloſa. Nec dicit odiſti hominē (ſed odiſti iniquitatem, propterea). Gloſa. Vt ſcilicet diligeres iuſtitiā & odires iniquitatem, vel quia dilexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatē (vnxit te deꝰ, deus tuus) Caſſiodorus. Vnctus chriſtus & regem ſignificat & ſacerdotem, quia dignitates iſte per vnctiones ſumebantur. Gloſa. Auguſt. Bis autē ponitur (deus deꝰ) quorū alter vocatiuus, alter nominatiuus, iſte vnctus eſt ille lapis id eſt per lapidem illum ſignificatus quem Iacob vnxit. Glo.. Tanquam diceret vnxit te o deus fili deus tuus pater. Caſſiodorus. Vel iſta repetitio pręconium magnę dilectionis oſtendit. Hierony. (Oleo læticię) id eſt reſurrectionis aſcenſionis & dominationis. Caſſiodo. Vel oleum lętitię eſt peccati maculam nō habere prę conſortibus tuis. Glo. Apoſtolis ſcilicet & alijs in quos ab eo vnctio gratię afflueret. Caſſiodo. Ipſe enim hanc benedictionem ſupra omne humanum genus noſcitur accepiſſe per quam vnctus ſingulariter cęteros vngere debuiſſet.

10 ✠ alia li. lacte et Caſia ‡ Alias in cūctis veſtimentis.

MIrra & ✠ gutta & caſſia ‡ a veſtimentis tuis, a domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Glo. Caſſiodo. Hic laudat propheta ſponſum ab ornatu. Gloſa. Vnde boni odores virtutū his aromatibꝰ ſignantur. Hierony. Auguſtinus. Caſſio. Gloſa. (Mirra) nanq; pro ſepultura ponitur, quę mortem ſignificat quam Chriſtus pro hominum ſalute ſuſcepit, vel eſt carnis amaritudo quę pellit vermes malorum deſideriorum & malę conſcientię & ſeruat a putredine vitiorum (gutta) quæ dicitur amoniaca contra venena accipitur duricias enim curat ab aliqua neceſſitate contractas, & pellit oēs inflaturas, & tumores, qui pulchre incarnationi domini cū paratur qui duritiā cordis humani ſancta prędicatione diſſoluit Caſia, quę a noſtris fiſtula dicitur in aquoſis naſcitur in immenſum creſcit & reddit odorem ſignificat aquas baptiſmatis in quibus fides naſcitur & creſcit. (a veſtimentis tuis).

Hieroni. Hieronymus. Defluxerunt enim hęc a (veſtimētis eius) id eſt ab aſſūpta carne qua velut veſtimento ſe diuinitas circūdedit & de qua ſtillauit odor mirrę cum eſt traditus ſepulturę fluxit gutta cū compreſſio ſerpentis veneno tartarea deſtruxit reſtrinxit incendia, prodiuit, & caſia cū in eo homine per quem deuicit inferos aſcendit ad cœlos. Auguſtinus. Gloſa, Vel veſtis chriſti a qua hęc fluunt eſt eccleſia quam Chriſtus in cruce abluit a macula vt ſit ſenſus (mirra) id eſt carnis mortificatio & (gutta) id eſt humilitas & (caſia id eſt fides ſpirabunt alijs per bonum exemplum (a veſtimentis tuis) id eſt a ſanctis tuis ab eccleſia tua quos etiam vocat domos eburneas propter caſtitatem (a domibus) inquit (eburneis). Hiero. Gloſa.

Ebur caſtitatem deſignat et quare. In ebore enim deſignatur caſtitas, nā ebur prius ſui natura oſcurum. limis & ferris ac ſubulis lucidit, ita ſancti perfectiones & attritiones diuerſorū ſuppliciorum elimati virtutum varietate fiunt lucidi. Caſſiodorꝰ. Eſt etiam ebur os elephantis qui inter quadrupedia & ſenſu plurimum valet, & temperanter miſcetur feminę ſue, & coniuge ſecunda non vtitur, hoc pudicis feminis decenter aptatum eſt, quia illę in domibus eburneis manſiſſe noſcūtur quę per caſtitatem chriſti domini pręcepta ſecutę ſunt (Ex quibus) Gloſa. Odoramentis ſcilicet (delectauerunt te). Caſſiodo. Id eſt ad te tua delectatione perductę ſunt (Filię regum). Hierony. Id animę ſancte quę chriſtum delectatę ſunt honorando nomen eius. Auguſtinus. Gloſa. Vel (filię regum) terrenorum non curantes honorem patrū ſed chriſti vel (regū) id eſt apoſtolorū qui ſe & alios in virtutibus regunt (in honore tuo). Gloſa. Id eſt Chriſti. Gloſa. Nam a chriſto Chriſtiani fideles dicuntur, non a Petro petrini. Vel a Paulo paulini, qui tamen defuncto Chriſto tanquam fratres ſpōſam eius id eſt eccleſiam regendam, & ſemen ſuſci

tandum ſuſceperunt.

11 Stitit regina a dextris tuis in ve- ſtitu deaurato circundata ✠ varie tate.

Beatus. Hiero. ad veritatem hebraicã ſic traduxit Stetit coniunx in dextera tua in diademate aureo hoc fragmẽtum circũdata varietate nõ addidit pu to non haberi in hebręo. Gloſa. Hic a ſponſa cõmendatur ſponſus. Hieronymus. (Regina enim eccleſia eſt, quę ideo regina dicitur, quia regit ſua vicia, vel peccata. Gloſa. Caſſiodo. Et cũ ſupra ſedem ſpõſi propheta Laudauerit hic a dexteris aſtitiſſe reginam dicit, quia dextera honorabilis pars eſt ſponſi, Glo. (Aſtitit) inquit non timore curua, ſed ſpe erecta (Regina) id eſt eccleſia ſpõſa que ſub te rege regit (a dextris tuis) Nam que a ſiniſtris eſt vbi hedi erunt, nõ regina eſt ſed ancilla que de domo cum filio ſuo eijcietur cũ dicetur. Ite maledicti in ignẽ ęternum (Aſtitit) dico (in veſtitu deaurato) id eſt doctrina ſapientię. Caſſiodo. Vel (aurum) ad charitatis debemus aptare fulgorem, qua virtute circundata reſplendet eccleſia, dicit autem (in veſtitu deaurato) nõ aureo, ne ſolã ibi intelligeres charitatem, ſed vt adſint etiam & cęteræ virtutes, quas charitas ornat. vnde ſequitur (Circundata varietate). Auguſt. Caſſiodo. Glo. Nam & ſic vnitas ĩ charitate tamen (auro) id eſt doctrina apoſtolorum (argento) id eſt eloquio prophetarum (gemmis) id eſt puritate virginum (cocco) id eſt confeſſione martyrum (& purpura) id eſt lamento pœnitentium ornatur eccleſia Pariſienſis cantor. Vel ideo dicit (deaurato) nõ aureo, quia in eccleſia militante non eſt auri puritas ſeu veritas.

Margin: ✠ alia li. circumamicta. Aliter legitur. — Gloſa. — Caſſio. — Auguſti.

12 Vdi filia & vide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuũ & domum patris tui.

Margin: Tertia pars. — laus ſpõſe.4. — Caſſio.

Gloſa. Hugo card. Hec eſt tertia pars in qua laudat ſponſam quadrupliciter, A decore ſcilicet, a gloria a comitatu, a fecunditate. Caſſiodo. Indecẽs enim erat illaudatam relinquere quæ tali ac tanta meruit copulatione gaudere. Hugo cardinalis. Volẽs igitur eam primo a decore laudare ad fidem illam inuitat dicens (Audi) Quia fides ex auditu (audi) inquit (filia). Caſſio. Idẽ. Prophetas ſcilicet qui incarnationẽ domini veraci profeſſione cecinerũt (& vide) quoniam ſpõſus qui tibi promittebatur aduenit (ĩ quo) eſt amor gloria & gaudium tuum Auguſtinus. Gloſa. Vel (audi) euangelium & credẽdo videbis deum. Hic per ymaginẽ In futuro per ſpeciem. Hierony. Filiam autem vocat eccleſiam, vel quia ab eo renata. vel quia ſibi ſociata eſt vt caſta ſit mente & corpore. ſed quia multi Iudęi chriſtum audierunt. & eius miracula viderunt, qui tamen non crediderunt, ideo ſequitur. (Et inclina aurem tuam). Hierony. Id eſt humiliter & ſapienter. Hugo car. Non vt reprehendas, ſed vt te corrigas, et quia populus Iudæorum habebat aures aſininas erectas & graues, ideo bene ſubiũgit & obliuiſcere populum tuum. Caſſio. Idem. Glo. Conuẽticula ſcilicet paganorũ & ſuperſtitiones inſaniſſimas Iudæorum, ritusq; legis & idolatriam eorum Hierony. Vel conſortia demoniorũ vicia, ſcilicet & peccata Et domum patris tui. Hierony. Diaboli ſcilicet qui te prius genuerat. Caſſio. Glo. (Vel domum patris tui) Babiloniam vocat. id eſt mundum iſtũ quem reuera diabolus poſſidebat Vel ſinagogam Iudæorum quæ prius domus dei & habitaculum dicebatur. Pari. can. Vel hoc, Ideo dicit quia volens ad deum conuerti contemnere debet parentes, liberos, corpus patris & matris tranſire, & calcare etiam, licet omnes inclament domus inte hæc inclinata remanet. Glo. & Hug. cardinalis. Quod ſi hæc feceris decora eris.

Margin: Eccleſia quare filia. — Hieroni. — Caſſio. — Hieroni.

13 T cõcupiſcet ✠ rex decorem tuũ, quoniã ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eum.

Margin: Gloſa. — ✠ alia li. quã cõcupiuit rex ſpẽm. ✠ alia li adoza.

(Et concupiſcet) inquit (rex decorem tuum) Hugo cardi. Chriſtus ſcilicet ſponſus tuus. Caſſio. Hieronymus. Rex enim iſte ſaluator eſt dominus Ieſus Chriſtus qui ſponſam quæ prius nigra erat in domo patris ſui: nunc poſt baptiſmum vitijs ablutã vel gratia fidei candidatam concupiuit, quia ipſe eſt dominus deus tuus. Hierony. Dominus a quo redempta es (deus tuus) quẽ nunc relictis ſimulacris excolis & adoras. Caſſiodo. Non quidem ille quem prius patrem dicebas qui te fecerat tenebroſam, ſed iſte qui priſtinam ſubmouens fœditatem pulchritudinem tibi contulit nuptialem (& adorabunt eum) Idem. Omnes ſcilicet populi chriſtiani, de quibus facta es (adorabunt) inq̃ nõ te, ſed eũ, quia honor tuus in illo eſt.

Margin: Gloſa.

14 T filiæ ✠ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites ‡ plebis.

Margin: ✠ alia li filia fortis. ‡ Alias populi

Caſſiodo. Hic commẽdat ſponſam a gloria. Glo. Caſſiodo. (Et filię tyri) inquit id eſt gẽtium a parte totum, per tyrũ enim vicinam Iudææ gentes deſignat in chriſtum credituras, iudę enim erat mulier illa chananea quæ eccleſię figurã gerebat. Hieronymus. Tyrus autem interpretabatur anguſtia vnde, filiæ tyri (filiæ anguſtię, hę ſunt animę credentes ex gentibus. Glo. (Hęc) inquam (filiæ tyri id eſt gẽtes venient ad illum regem tuum (in muneribus). Auguſtinus. Gloſa. Vt ſcilicet ſe offerãt vel vt elemoſynas faciãt quibus mercentur regna cœlorum, vult enim vt ĩ cœlo theſaurizent tẽporalia largiendo. Caſſio. Quia ipſa ſunt munera, quæ diuinę largitati probantur accepta (vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis). Caſſiodo. Iſtud iungendũ eſt ſuperiorib⁹ vt ſit ſenſus (filiæ tyri) quæ ſunt omnes diuites plebis, nobiles ſcilicet ſapientes & huiuſmodi (in muneribus vultũ tuum deprecabuntur). Lyra. Et quia gloria eccleſiæ cõſiſtit in ornatu interiori chariſmatum & virtutum, non ſicut gloriæ ſynagogę quæ gloriabatur in parietibus tẽpli deauratis & vaſis aureis & cæteris præcioſis in miniſterium templi deputatis, ideo ſubditur.

Margin: Tyrus quid. — Gloſa. — Caſſio. — gloria eccleſie et gloria ſinagoge

15 Mnis gloria eius filiæ regis abintus ✠, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus ‡.

Margin: ✠ alia li. interiſec⁹ ‡ alia li faſcusau reis veſtita.

Caſſiodorus. Gloria eſt ſiquidem eccleſiæ quando filiæ principum fine iuſtorum conuertuntur ad dominum, & ſecreta ſe cupiunt deuotione cordis offerre. Hieronymus. Iſtæ autem filiæ regis ſunt

animæ fideles,quarum gloria eſt(abintus).Augu.
Gloſa.Hoc eſt intrinſecus in conſcientia,ſeu in ſe
creto ſenſuum vbi deus (videt)Eſt etiam earũ glo
ria.(In fimbrijs aureis). Gloſ.Id eſt in doctrina ſa
pientię,vel in fine mundi aũt hominis. Caſſiodo=
rus .Gloſa.Fimbrię enim ſunt finitima veſtiũ per
quas hominum vita ſignificatur extrema . Hugo
cardinalis , Vnde per fimbrias intelliguntur ope=
ra bona in quibus quis perſeuerat vſq; in finem.
Caſſiodo.(Aureis)autem dicit non deauratis vt ſu
pra,quia in fine tota perfectio eſt vbi chraritas,nõ
tanquã deaurata cõſpicitur,ſed i am pleniſſima tã=
quam aurea reperitur. Auguſti. Vel per (Fimbrias
aureas)ſignificatur varietas linguarũ doctrinę de=
cus. Caſſiodor⁹.(Circumamicta vero varietatibus)
Ideo dicitur propter varias virtutes fideliũ quas
expoſuimus ſupra.

Aliter legitur.

xvj
✠ Alias afferent.

ADducentur ✠ regi virgines poſt eam, proximę eius afferentur tibi.

Lectio.Hiero.ex hebręo talis eſt & plura comple=
ctitur, In ſcutulatis ducetur ad regem,virgines ſe=
quentur eam amicę eius,ducentur illuc.Caſſiodo.
Glo.Hic laudatur ſpõſa a membris ſuis ſeu a ami
cabus vt ſupra a iudicio . Lyra.Vel laudatur a pro=
le ab eis procedente non per carnalem generatio=
nem,ſed per fidem & ſacramenta(Adducentur)in=
quit. Glo.Caſſiodo.Oportuna ſcilicet prędicatio=
ne(regi virgines). Caſſiodo. Id eſt pudicę mentes
& pudica ſe mente tractantes. Nam quid proderit
cui quã corpus intactũ ſeruare ſi cõtingat eam in=
tegritatem fidei non habere(poſt eã)quidem poſt
eccleſiam vtiq;(proximę eius afferẽtur tibi).Caſſ.
Proximę eccleſię ſunt viduę caſtę & alij infirmi
qui gradu inferiore iunguntur,& vide in ipſis no
minibus non minimam eſſe diſtantiam, virgines
enim dicit adduci,quę corporis integritate robu=
ſtę,ſunt,viduas vero afferri quę plerumq; fractę a
diuerſis ſolicitudinib⁹ corporis imbecillitate fati=
gantur Cum enim virginitas habeat centeſimum
fructum,iſta ſexageſima vbertate gloriatur(Afferẽ
tur)itaq;(proximę)Hoc eſt viduę,caſtę chriſto qui
gradu inferiore iunguntur.

Proxime eccleſię viduę

xvii
✠ alia li. dicetur
✠ alia li. in thalamũ regiſ ingrediẽtur.

AFferentur ✠ in lęticia & exultatione , adducentur in ✠ templum regis,

Caſſiodorus.Quia ſexus ille fragilis vicit grauiſſi
mas corporum paſſiones,ideo(Afferentur in leti=
cia & exultatione).Hieronymus. Non in triſticia
peccati, neq; in lachrymis pœnitentię ,ſed in leti=
cia virtutum & exultatione gratiarum(Adducen=
tur in templum regis) . Idem . Templum iſtud eſt
dominus, inducentur ergo in hoc tẽplo virgines
iſtę,hoc eſt animę ſanctorum, vt conformes effici
antur corpori glorię eius Caſſiodo.(Adducentur)
in quã non ſolum ad conſpectum verum etiam in
penetralia(Regis)id eſt in hieruſalẽ futurã . Aug.
Gloſa.Vel(adducentur in templum regis) id eſt in
eccleſiam pręſentem.

xviii.
✠ Alias erunt.

PRo patribus tuis ✠ nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Gloſa.& Hugo cardina. Hic commendat eccleſiã
a fœcunditate oſtendens quanto in cremento pro
fecerit(pro patribus tuis(inquit(nati ſũt tibi filij)
Hieronymus.Augu.Fuerunt enim o eccleſia apo=
ſtoli patres tui,quia ipſi te genuerunt, nunc autẽ,
quia illi receſſerunt a mũdo habes pro his epiſco
pos filios qui a te creati ſũt,qui etiam ſunt patres
tui,quia ab ipſis regeris. Caſſiodorus. Vel(pro pa=
tribus tuis)id eſt ydolorum cultoribus(nati ſunt ti
bi filij)id eſt apoſtoli, quos chriſtus principes prę
dicationis in toto terrarum orbe trãſmiſit,ſed quã
tum ſunt iſta diſparia tantum in hoc laudatur ec=
cleſia. Illi enim erant ſeductores erroris ,iſti magi
ſtri veritatis. illi ſeminabant exitia,iſti hortaban=
tur ad vitam. Gloſa. Et propterea(Conſtitues eos
principes(non in vno loco tantum , ſed(ſuper om
nem terram).Hieronymus. Conſtituit enim chri
ſtus ſanctos ſuos ſuper omnes populos,in cui⁹ no
mine dilatatum eſt euangelium in omnibus fini
bus mundi, in quibus prĩcipes eccleſię id eſt epiſ=
copi conſtituti ſunt . Hugo cardinalis .Sed quid
facient epiſcopi iſti? Sequitur.

Fecũditas eccleſię.

Hierom.

xix
✠ alia li. memores ero.
✠ alia li. progenie=

MEmores ✠ erunt nominis tui domine in omni generatione & generationem ✠,

Hieronymus . Ideo memores erunt nominis tui,
quia ſemper te prędicabũt ſiue edificabunt in ge=
nerationibus ſanctorum. Caſſiodorus. Vel popul⁹
chriſtian⁹ apoſtolorum prædicatione conuerſus,
per diuerſas hominum generationes pijs volun=
tatibus perſeuerat dicens(Memor ero nominis tui
domine in omni generatione & generationem)

PRopterea populi confitebuntur tibi in ęternum & in ſæculum ſæculi. 20

Hieronymus.Propterea ob eorum, ſcilicet hoc eſt
apoſtolorum & epiſcoporum prædicationem,ſem
per tibi delicta ſua (populi confitebuntur)tuã glo
riam enarrabunt,tuam laudem annũciabunt. Caſ
ſiodorus. Vel de cõfeſſione ſymboli loquitur,quã
do ſcilicet ſymbolum in eccleſiæ facie publice cõ
fitentur in æternum.& in ſæculum ſęculi , Augu.
Laudandum enim confitebuntur in ſæculum ſęcu
li,hoc eſt hic & poſt hanc vitam in ęternum . Caſ=
ſiodorus.Per hoc enim futura vita ſignificatur,in
qua omnis aduerſitas conquieſcit & regnabit ſo=
la iuſtitia diaboli cõtrarietate deleta.Gloſa. Canta
tur iſtę pſalmus de feſto beatæ Mariæ virginis,
quia quæ de eccleſia generali hic dicuntur,ad Ma=
riam ſpecialiter referri poſſunt,cãtatur etiam pro
virginibus,quia ibi dicitur (adducentur regi vir=
gines(& pro apoſtolis.quia ibi dicitur (Nati ſunt
tibi filij)item de natiuitate domini,quia ibi agitur
de laude ſponſi & ſpõſæ & de nuptijs chriſti & ec
cleſiæ,quarum deſponſatio facta eſt in incarnatio
ne verbi.

Auguſti.

Caſſio.

Quare iſte pſ cãtat̃ de btã virgine ⁊ apoſtolis ⁊ alijs virgi.

¶Pſalmus.xlv.

¶Titulus In finem filijs Chorę pro arcanis Pſalmus Dauid.

Lyra. Rabi Salomon & alij hebræi dicunt ꝙ filij
Choræ fecerunt hunc pſalmum quando miracu=

loſe fuerunt ſaluati pereunte Chorę patre eorum cum alijs multis vt habetur Numeri.xxvi.
Caſſiodorus.(In finē)iam notum eſt quemadmodum ad dominum chriſtum, poſſit referri(Filios autem Chorę)ſignificari dicimus Chriſtianos, ex quorum perſona pſalmus iſte cātatur(pro archanis)vero aduentum dñi ſignificat quē diuinitatis ſuę miraculi ſecreto pro hominū ſalute diſpoſuit. Hierony.Vel(Pro archanis) id eſt pro occultis de vocatione gentium & de reprobatione Iudęorū, Et docet nos iſte pſalmus ſpem noſtram in illum debere ponere qui ſol⁹ poteſt de tribulationibus liberare.Gloſa.Vel(pro archanis)hoc eſt pro manifeſtatione archanorum ꝙ deus ſit homo, ꝙ ſal⁹ ꝓmiſſa vtriqꝫ populo, ꝙ cecitas cōtigit in Iſrael ꝙ apoſtoli tranſierunt ad gentes,ꝙ pax in terra tēpore dominicę natiuitatis,de qua Eſaias. Conflabunt gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas, in falces.Et diuiditur pſalmus iſte in tres partes. In prima oſtendit ꝙ omnes tam Iudęi q̄ gentiles debent ponere totam ſpem ſuam in aduentu Chriſti & in tranſitu apoſtolorum ad gentes. In ſecunda oſtendit ꝙ eccleſia fundatur in Chriſto, cui gētes & regna ſubiiciūtur,ibi(Fluminis impetus).In tertia narrat magnalia quę facta ſunt tēpore incarnationis,ibi(venite & videte).Gloſa.Propheta ergo in Chriſti aduentu videns multas inſurgere tribulationes contra eas pręmittens conſolationem in perſona filiorum Chorę,vel alicuius fidelis de Iudęa ait.

Eſa.2 · Diuiſio.

1 Ps.45 Aliter legitur

DEus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

Litera.Hiero.ſic habet deus noſtra ſpes & fortitudo,auxilium in tribulationibus inuentus es validum. Gloſa(Deus)inquit(noſter)id eſt nobis communis carne aſſumpta eſt(refugiū & virtus). Caſſiodorus.Quam pulchra breuiſqꝫ cōplexio, quaſi interrogarentur Chriſtiani quid eſt deus veſter reſpōdent. (Deus noſter refugium & virtus adiutor in tribulationibus) Eſt enim(refugium)fidelium, quando nos de animę periculo liberat.(Virtus) quando ſtabiliter mentes noſtras ab iniquo ſęculi errore cuſtodit(Adiutor)cum diuina miſericordia nos in tribulationib⁹ ſuſcipit,& defendit(quę inuenerunt nos nimis).Hierony.Plenus eſt enim mundus erumnis atqꝫ preſſuris,ideoqꝫ quāuis ſint alia adiutoria regum virtutes potentum, refugia ciuitatum Noſtra tamen munitio chriſtus eſt qui nos ab his potenter eripere poteſt. Auguſtinus. In alijs enim refugijs nō eſt virtus quo quiſqꝫ cūfugerit magis infirmatur q̄ confirmatur, ſed refugium noſtrum virtus eſt ad quem cum confugerimus firmi erimus.Hugo cardina. Ideo autem dicit(Nimis) quia tales ſunt ꝙ eis ex nobis reſiſtere non valemus, Quia tamen deus adiutor noſter eſt in tribulationibus iſtis.

Auguſt.

2 ✠alia li. trāſlata ꝑcōcuſſit

PRopterea non timebimus dū turbabitur ✠ terra, & transferentur montes in cor maris.

Caſſiodo.Gloſa.Quia inquiūt talis nobis eſt ſecuritas(Propterea non timebim⁹).Hierony.Quia in Chriſto credulitatem habemus(dum turbabitur) terra generatio ſcilicet Iudæorum qui terrena ſapiunt.Caſſiodo. Quorum corda in aduentu domini ſaluatoris de nouitate tāti miraculi turbata ſunt (& transferētur mōtes in cor maris)Hieronymus. Caſſiodo. Id eſt prędicationes apoſtolicę in corda gentilium relictis incredulis Iudęis. Iuxta illud.Quia repuliſtis verbum dei,ecce conuertimur ad gētes.Grego.in mora.Iob libro.viij.Quid enī per montes,niſi prędicantium altitudo ſignatur? In corde itaqꝫ maris montes tranſlati ſunt,cū prędicantes apoſtoli a Iudęę perfidia repulſi ad intellectum gentilium deuenerunt.Caſſio.Vnde notādum ꝙ aridę terrę comparauit perfidiā Iudęorū. Aquis vero falſis credulitatem gentilium vt illa corda in malum durata, hęc vero euangelico ſale condita agnoſceres.Mare enim cor nō habet homines. Act.13.

SOnuerunt ✠ & turbatæ ſunt aquæ eorum,‡ cōturbati ſunt mōtes in fortitudine eius. Aliter legitur. 3 ✠alia li. eius.

Sic lege ex.Hiero.ad.ve.he.Sonātibus & intumeſcentibus gurgitibus eius & agitatis montibus in potentia ſemper. Caſſiodorus.Sonauerunt apoſtoli ſcilicet prędicationes ſuas.(Et cōturbatę ſūt aquę eorum)id eſt ſæculi huius innumere gentes, quę de tali fuerunt annunciatione perterritę.Hieronymus.Vel(Aquę)populi ſunt(mōtes) vero demones intelliguntur qui tunc turbati ſonum dederunt cum euerſorib⁹ ſimulachrorum,vel reſiſterūt vel mortem parare voluerunt, vel (Cōturbati ſūt montes) Id eſt excelſiores ſæculi poteſtates(in fortitudine eius). Glo. Dei ſcilicet(qui refugium eſt & virtus).Caſſiodo.Tunc(enim conturbatę ſunt) quando cōtra religionem dei leges ſacrilegas, pagani,inferebant.Hugo cardinalis. Vel(cōturbati ſunt montes)Id eſt apoſtoli,conturbatione naturę(In fortitudine)id eſt in forti perſecutione ei⁹, hoc eſt maris) id eſt populi gentilis qui perſecut⁹ eſt apoſtolos. Et plures interfecit. Hierom

FLuminis ✠ impetus lætificat ciuitatem dei,‡ ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. 4 Secūda ps ✠Alias diuiſiones. ✠alia li. ſanctificauit tabernaculum.

Hiero.Glo.& Hugo cardinal.Secūda pars in qua oſtenditur ꝙ eccleſia fundatur in Chriſto,cui gentes & regna ſubiiciūtur,& tanquā diceret, ita ſeuit mare,ſed inter hos fluctus & ſonitus non timent qui ad illud refugiū confugerunt(Quia fluminis impetus)Hiero.Glo. Id eſt ablutio baptiſmi, vel irrigatio ſpiritusſancti(lętificat ciuitatem dei) animam ſcilicet,vel ſanctam eccleſiam, quæ eſt ciuitas dei ſupra montem poſita quæ non abſconditur(Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſim⁹). Hiero.Id eſt cōgregationē fideliū, in qua p fidē inhabitat. Caſſ.(Tabernaculū)ei iſtud eſt eccl'ia ſiue humani corporis glorioſa ſuſceptio, quod vtrūqꝫ conſtat eſſe ſanctificatum,quādo verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Joan.1.

DEus in medio eius non commouebitur,adiuuabit eā deus ✠ mane diluculo. ✠alia li. ortu matutino.

Caſſiodorus(Deꝰ)inquit(in medio eius) id eſt ec=
cleſiæ(non commouebitur). Cõmoueri enim nõ
poteſt eccleſia,quæ in ſolidiſſima petra,hoc eſt in
Chriſto noſcitur eſſe fundata, cui ſingularis data
Mat.16. eſt illa promiſſio. Tu es Petrus,& ſuper hãc petrã
ædificabo eccleſiam meã,& portę inferi non præ
ualebunt aduerſus eam.(Adiuuabit eam deus ma=
ne diluculo.)Hieronymus.id eſt in ſpectione ſan=
Mat.v. cta quam cor mundum merebitur.Beati enim mũ
do corde,quoniam ipſi deum videbũt.Gloſa.Caſ.
Vel(mane)hoc eſt in ipſo boni operis principio,
" &(hoc(diluculo)id eſt per illuminationem ſancti
" ſpiritus,qui eſt quaſi lux diei.Hug. de ſan. victore
libro ſentẽ.ca.clv.Beata igitur eſt illa ciuitas quæ
regem habet deũ,quia cum foris bella patitur, pax
eiꝰ nõ cõturbatꝰ. fœlix ille q talẽ habet animã ita
in amore dei ſolidatam,vt quæcũq; foris moleſtię
perſtrepant,tamẽ vſq; ad ſilentium internæ quie=
tis nõ irrumpant.Quia deus qui pacis amator eſt
cor conturbatum inhabitare non poteſt.Sed quia
tam pacificam habitationem:deus non inueniret
niſi eam faceret(Adiuuabit eam deus mane dilucu
lo)mane tempeſtiue(diluculo)in luce.(Mane)quia
" adiutor in opportunitatibꝰ(diluculo)quia in tene
" bris operari neſcit(Adiuuabit) volentem,quia ne=
" mo inuitus bonum facit:adiuuat ciuitatẽ,ædificat
ciuitatem:requieſcit in ciuitate: & protegit ciuita=
tem.

vi ✠alia li. concuſſa ‡alia li. ꝓſtrata

Conturbatę ſunt gẽtes, ✠ & incli=
nata ſunt regna, dedit vocẽ ſuã, ‡
mota eſt terra.

Hieronymꝰ.Gentes vitiorum & criminum.(Con
turbatæ ſunt).Gloſa.Salubriter.Caſſiodorus.Quã
do cum eſſent ydolis deuotiſſimę ſubito incogni=
tæ ſibi religionis regulas audierunt: quorum mul=
tos miraculorum operatio conuertit,multos prędi
cati iudicij terror afflixit(Et inclinata ſunt regna)
Caſſiodorus.Auguſtinus.Gloſa. Regna prius ere=
" cta per ſuperbiam(Inclinata ſunt)id eſt humiliata
ad adorandũ ſcilicet non ad cadendum. Hierony=
" mus.Vel(Inclinata ſunt regna)id eſt poteſtas dæ=
moniorum ſub poteſtate Chriſti.(Dedit vocem ſu
am.Hieronymus.In prędicationibus(Et mota eſt
terra.Gloſa. Id eſt terrenus.Caſſiodorus.Ad vocẽ
nãque prædicationis apoſtolorũ neceſſe fuit tre=
me fieri peccatores,qui terribilia iuſſa æterni iudi=
cij audiebant.Hieronymus .Qui propterea amoti
ſunt de infidelitate ad fidem Chriſti.

7 ✠ Alias exercituum.

Dominus ✠ virtutum nobiſcum,
ſuſceptor noſter deus Iacob.

Glo.Quaſi dicat: Quis eſt qui dedit vocẽ ſuam?Re
ſpondet(Dominus virtutum.Hieronymus. Ange
lorum ſcilicet & hominum. Caſſiodorus). Cui vir=
tutes cœlorum ſeruiunt.Cui omnis potentia famu
latur.Qui ſcilicet eſt(Nobiſcum)Hieronymus.Per
aſſumptionem carnis,per quam particeps factꝰ eſt
nobis.Et ideo Emanuel , quod eſt nobiſcum deus
interpretatur(Suſceptor noſter).Hieronymus . Vt
" nos in æternum conſeruet.Caſſiodorus . Vel quia
alienis infirmitatibus ſuam dignatur adhibere po
tentiã(noſter)autẽ quẽ benedicũt filij crucis: quia
tantum ipſorum eſt qui ad eius fidem venire me=
ruerunt(deus Iacob).Gloſa. Id eſt ſignificatorum
per Iacob.Hieronymus.Per Iacob nanq; ſupplã=
tatio viciorum intelligitur.Caſſiodorus. Gloſ. Vel
ideo dicit(deus Iacob)quia tanta dabit credentibꝰ
quanta dedit Iacob. Non enim illius tantum eſt
deus.

Dyapſalma. 8 ij pars. ✠alia li. quatas poſuit ſoli udies. in terra

Venite & videte opera domini ✠
quæ poſuit prodigia ſuper ter=
ram, auferens bella vſque ad finem terre.

Gloſa & Hugo cardinalis . Hæc eſt tertia pars in
qua narrat magnalia tempore incarnationis facta
& tanquã diceret,quid fecit iſte ſuſceptor noſter?
respondet.(Venite & videte.)Hieronymus.Chriſtꝰ "
enim vocat ſuam eccleſiam ad fidem,dicens(veni= "
te)per fidem(& videte)id eſt intelligite . Hugo de
ſancto victo.lib.ſentẽtia.cap.clvj. (Venite) igitur
ad lucem(& videte)per lucem,quę lux fecit in luce
(videte opera domini.)Hieronymꝰ.id eſt virtutes
eius.Et quia iuxta Danielem.Lapis de mõte exci= Dan.2.
ſus ſine manibus creuit in montem magnum , &
occupauit latitudinem omnis terræ. Caſſiodorus.
Magnalia etiam fecit dominus incarnationis ſuę
diſpẽſatione mirabili(quæ poſuit prodigia ſuper
terram(Auguſtinus. Gloſa. Quaſi ſigna quædam Gloſa.
ad vocandum populum. Caſſiodorus. vt mundus Caſſio.
ea intuẽs ad ſalutis ſuæ remedia feſtinaret.Hiero.
Multa etiam ſigna & ante aduentum corporeum,
& poſt illum oſtendit dominus in populis. Hugo
cardinalis.Et ideo venire debetis , quia illa opera
ſunt ꝓdigia,id eſt mirabilia & inaſſueta,quaſi pro
cul a digito dicta. Caſſio. Prodigiũ enim dictũ eſt
eo ꝙ porro dicat,quando ſcilicet ſignis aliquibus
vẽturę nouitatis oſtenſio declaratur,prout factum ꝓdigiũ quid.
eſt in natiuitate Domini quando virgo peperit,
ſtella magis apparuit,angelorum chorus natiuita=
tem ſui domini prædicauit. Gloſa.& Hugo cardi=
nalis.Sed quid portendebant illa prodigia,hoc ſci
licet ꝙ ipſe eſt(auferẽs bella vſq; ad finem terræ).
Auguſtinus.Gloſa. Quia per aduentum domini
idolatria & ſuperſtitio totius orbis perijt . Idem.
Hieronymus.Caſſiodorus.Vel quia ſecundum hi= Caſſio.
ſtoriam ad literam in natiuitate domini regnante
Auguſto orbis legitur fuiſſe pacatus. Hieronymꝰ.
Vel quia quotidie aufert nobis pugnam vitiorum
& peccatorũ,quod per nos efficere non poſſumus
(vſq; ad finem terrę)id eſt vſq; ad finem ſeculorũ. "
Hugo de ſancto victore vbi ſupra.Hæc itaq; pro=
digia ſunt,quia venturi ſæculi gaudia portendũt
(ſuper terram)poſita ſunt, quia terrena ad pacem
componunt . Sed quomodo aufert iſta bella?Se=
quitur.

ix ✠alia li. haſta & ſcutum

Arcum conteret & confringet ✠
arma, & ſcuta comburet igni.

Hieronymus. Auguſtinus.Caſſiodorus.Gloſa.
(Arcum)inquit(conteret)occultas ſcilicet inſidi=
as malorum & infidelium . Hugo de ſancto Victo=
re vbi ſupra. Vel verſutias & machinationes dia=
boli,(& confringet arma) . Hieronymus . Augu=
ſtinus . Caſſiodorus . Gloſa . Pręſtantes ſcilicet
& publicas impugnationes , vel ſuperſtitioſa cer=
tamina paganoꝝ(& ſcuta cõburet igni)hoc eſt in= "
ſanas diaboli,ſeu perfidorũ defenſiões & ꝓtectio
nes & fantaſias hæc omnia cõburet illo igne ſpi
rituali,de quo ait, Ignem veni mittere in terrã . i.i
n

eccleſiã,de quo etiam in pſalmo dicitur.Non eſt q
Luce.1ij ſe abſcondat a calore eius. Hugo de ſancto victo.
ps.xviii. vbi ſupra.Quibus patratis & pace plena reddita.
Exhortatoria vox ſequitur,dicens.

VAcate & videte quoniã ego ſum deus, exaltabor in gẽtibus, & ex=
10 **altabor in terra.**

Hierony.(Vacate)inquit vt me cognoſcatis, & nõ in aliud conturbemini.Gregorius in mora. Iob. Quia nequaq̃ mens ad ſuperna attollitur:ſi curarũ tumultibus continue in infimis occupatur(& videte quoniam ego ſum deus)quia qui vacare deo negligit ſuo ſibi iudicio lumen eius viſionis abſ=ſcondit. Caſſiodo.Merito itaq; illis dicitur (vacate) qui mundanis illuſionibus armabãtur, & diabolo ſeruiebant(& videte quoniam ego ſum deus) qui exaltabor in gentibus,& exaltabor in terra.) Hieronymus. Caſſiodorus. (Exaltabor)ſcilicet in gentibus quæ fuerant ad credendum conuerſę(& exaltabor in terra) hoc eſt in gente Iudæorum qui ad me reuerſi fuerint, quos ſupra terræ comparauit.

xi **DOminus ✠ virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter deus Iacob. ‡**

✠ alia li. exercitu um. ‡ alias ſemper

Caſſiodorus. Talem ſiquidem profeſſionem ideo ſecundo repetiuit vt per eam liberationem nobis præſtitam fuiſſe declararent. Hiero.(Domin⁹)inquit(virtutum nobiſcum)qui ſemper cũ credentibus dignanter inhabitat,ſicut apoſtolis poſt reſurrectionem polliceri dignatus eſt,dicens. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſœculi(ſuſceptor noſter deus Iacob). [Mathei 28.] Hugo car.i.luctantium & ſupplantantium vitia, quos ipſe ſuſcipiet in æterna tabernacula.Caſſio. Vel(deus Iacob)deo idicit,vt chriſtiani populi victoria declaretur,qui licet ſit tẽpore poſterior, primum tamen populum fideli deuotione trãſcẽdit,

Pſalmus.xlvj.

Titulus In finem pro filijs Choræ Pſalmus Dauid.

Lyra. In hoc pſalmo ſpiritu prophetico ponitur gratiarum actio a filijs Choræ pro victoria futura ſub Ioſue de populis habitãtibus in terra Chanaã circa quam exprimũtur hic aliqua beneficia quæ non fuerant expreſſa in præcedenti pſalmo.

Caſſiodo.Omnia noĩa tituli iſtius iam ſupra fuerunt expoſita.Gloſ.& Hugo cardi. In hoc autem pſalmo,gẽtes quas in pręcedenti pſalmo vocauit ad fidem iam cõuerſos inuitat ad laudẽ.Et eſt ſenſus huius tituli. [Senſus tituli.] Pſalmus iſte eſt Dauid prophetæ, qui hic loquitur in perſona apoſtolorum ꝑ filijs Choræ,id eſt pro conuerſis gentibus dirigẽdis(in finem)id eſt in Chriſti laudem, & ex hoc patet intentio quæ eſt monere ad laudẽ.Et diuiditur pſalmus iſte in duas partes. [Diuiſio] In prima gẽtes per gratiã dei cõuerſas inuitat ad laudem dei. In ſecunda aſcenſio & regnum dei deſcribitur, & propter hoc monet inſtanter pſallere,ibi.(Aſcendit deus in iubilo)in voce ergo apoſtolorum gentes ad laudem monens,ait.

OMnes ✠ gentes plaudite manib⁹, iubilate deo in voce exultationis. ps.49. 1 ✠ alia li. populi.

Auguſt.Glo. Tanquã diceret.Et ſi inſultent iudæi: vos nihilominus.(Omnes gentes.) Gloſa. & Hugo cardi. Quæ recepiſtis beneficiũ gratiæ dei (plaudite) id eſt gaudete nõ ſolum voce,ſed etiam(manibus) id eſt bonis operibus. Hieronymus.Plaudere enim laudare eſt. Nam & plauſus laus dicitur(iubilate deo ĩ voce exultationis. [plaudere quid.] Caſſio. Iubilare gaudere eſt,qui ſermo dictus eſt a iuuando,id eſt delectando quando gaudium noſtrum non articulatis ſermonibus, ſed confuſa voce proferimus. [iubilare quid.] Hugo cardinalis. Eſt enim iubilus ineffabile gaudium,quod nec taceri poteſt nec exprimi valet. Hiero. Vnde laus dei bene iubilus dicitur,quia nec verbis,nec literis,nec ſyllabis poteſt homo comprehendere quãtum debeat deũ laudare. Caſſiodo.Et ne in ſolis talibus gaudijs heremus,addidit in voce exultationis,id eſt in pſalmodia quæ deo pro nominis ſui maieſtate perſoluitur, decet enim vt laudem dei ſic manus peragat,quatenus gloriam eius humana lingua nõ taceat. Gloſa.Et vt concorditer manus & lingua hęc confiteatur illa operetur, vnde in Leuitico caput turturis ad aſcellas retorqueri iubetur. [Leui.5.]

QVoniam dominus excelſus ✠ terribilis rex magnus ſuper omnem terram. 2 ✠ alia li. de⁹ ſummus.

Caſſiodo. Gloſa. Hæc ſunt cauſæ iubilãdi & plaudendi.(Quoniam dominus excelſus)Auguſtinus. Hieronymus. Qui enim prius apud iudęos deſpicabilis erat nunc eſt excelſus,quia cœlos ex potentia ſua aſcendit(terribilis.)Gloſa.Remigius. Caſſiodorus.Quia iudicaturus eſt mũdum in poteſtate(rex magn⁹ ſuper omnem terram).Hieronym⁹. Hoc dicit ne tantum putaretur eſſe iudæorum vel (ſuper omnem terram) id eſt ſuper omnem eccleſiam que terra dicitur. Hugo cardina. Eſt ergo(dominus)tuus ſi ſeruis(excelſus)ſi credis(terribilis)ſi times(rex)ſi militas(magnus)ſi te humilias(ſuper omnem terram)ſi nõ repugnas ſi ſcilicet caro ſubdita ſit ſpiritui.

SVbiecit populos ✠ nobis, & gentes ‡ ſub pedibus noſtris. 3 ✠ alia li. pleqes ‡ alia li. tribus.

Glo.Hic prophæta in perſona totius eccleſiæ, loquitur.q.d. Ideo etiã plaudite(quia ſubiecit populos nobis).i.vniuerſali eccleſiæ,vel in pſona apoſtolorũ dicẽtiũ ſic.(Subiecit nobis) iudæis qui de iudæa nati ſumus populos gẽtiũ,paſſi eĩ a ſuis honorabãtur a gentibus(& gẽtes ſub pedib⁹ noſtris) id eſt ſub p̃dicatione noſtra.Hiero. Apl'i eñ ſubiectas ſibi a xp̃o gẽtes & populos dicũt,quorũ malitia cõculcata dignos in hereditatẽ xp̃i fecerunt. Caſ.Vñ(p populos)&(gẽtes)ſignificat eos q extra eccleſiã latitare naſcũtur.(p pedes) vero ſanctiſſimas p̃dicationes qb⁹ ppl'i merito dicebãt eẽ ſubie

cti,quorũ regulis tenebãtur aſtricti.Hugo car. Vel (per populos) intelligit iudæos rationales legẽ habentes,per gentes vero barbaras nationes quæ legem nõ habebant,ſed gẽtiliter viuebãt.Aug. Glo. Vel hoc dicit quaſi ſic exaltata ſit eccleſia vt etiam nondũ credentes ſub pedibus habeat.

4 ✠alia li. noſtram. ‡ alia li. gloriam. ✱alia li. quam.

ELegit nobis hęreditatem ſuam, ✠ ſpeciem‡ Iacob quem✱ dilexit.

Caſſiodorus.(Elegit nobis) inquam ſubaudiendũ eſt(dare)vt qui venerat ad ſaluandum Iſraeliticũ populum hoc magis gentibus pia largitate cõcederet.Gloſa.Hugo cardinalis(Elegit)inquam nõ merito noſtro:ſed ſua gratia dare nobis. Et ſi ad iudæos venerit hæreditatẽ ſuam,id eſt vitam ęternam: quæ hæreditas eſt ſpecies,id eſt pulchritudo Iacob, id eſt poſterioris ſeu minoris populi quẽ dilexit.Hieronymus.Vel hoc dicit,q̃a de pulchritudine Iacob elegit deus apoſtolos ab eius ſtirpe deſcendentes.Quod autem Iacob dilexit deus,audi prophetam,Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.Caſſiodor⁹Auguſt.Gloſa,Vel per ſpeciem intelligit ſignatos(per Iacob)vel ſimiles ei, qui ſcilicet terrena dant pro cœleſtibus, vt Iacob fecit. Caſſiodorus.(Iacob)enim lenticulæ & paruo cõmercio carnalium ſpiritualem honorem aſſequutus eſt.Et hæc eſt illa ſpecies)quam domin⁹ dilexit vt eadẽ facere velit fideles ſuos, quę ille ſequẽda myſtica ſignificatione pręmonuit,vt ideo offerendo terrena:acquirãt cœleſtia.

Malachie.1. Gen.25

v ✠alia li. in iubilatione.

AScendit deus in iubilo, dominus in voce tubę.

Glo.Hugo cardinalis.Hæc eſt ſecunda pars ĩ qua aſcenſio & regnũ dei deſcribitur, dicũt ergo apoſtoli conuerſis gentibus,& prædicatores cũctis fidelibus(Aſcẽdit deus)Chriſtus ſcilicet.Hugo cardinalis. (Aſcendit)inquam propria virtute nõ indigens alio adminiculo,(habebat tamen angelos ſibi miniſtrãtes(in iubilo). Caſſiodorus. Ideo(in iubilo)dictum eſt dominum aſcendiſſe,Quoniã ſtupentes apoſtoli tale miraculum in effabili cordis lætitia replebantur. Iubilationem enim dicimus nimiam eſſe lætitiam,ſed non quæ ſermonib⁹ explicatur.Auguſtin⁹,Gloſ.Vnde iubilus ineffabile gaudiũ eſt,quod nec taceri poteſt,nec exprimi valet.Hiero.Claruit autem aſcẽſio eius in qua multitudo angelorum cũ magna iubilatione dicebat. Tollite portas principes veſtras,iam redijt victor ex prælijs. Et dominus in voce tubę. Hieronym⁹ Auguſtinus.Glo.Caſſio.Vox tubę,vox fuit angelorum,manifeſta voce clamantium.Viri galilei q̃d admiramini hic Ieſus qui aſſumpt⁹ eſt a vobis in cœlum ſic veniet,quæ verba magno ſtrepitu percuſſi aeris fragore tonuerunt.

Ps.23. Act.j.

vi

PSallite deo noſtro pſallite, pſallite regi noſtro pſallite.

Caſſiodorus. Glo.(Pſallite deo noſtro)id eſt operibus laudate.(Pſallere)enim eſt bonis actib⁹ laudes deo canere,pſallite aſſidue regi noſtro. Idem.id eſt Chriſto domino nõ alieno.Ipſe enim eſt rex qui creat,& rex qui creata gubernat. Hierony. Quiꝗ oppreſſo mortis dominatu carnem cum qua iacuit in tumulo euexit ad cœlum.(Pſallite.)Glo. Val de naꝗ ſalutare eſt,quod tam crebro repetitur. Lyra.Quod fit ad maiorem imitationem.Hugo card. Et vt bene imprimatur cordi noſtro.Sed hoc quare?(Quoniã rex omnis terræ deus,pſallite ſapienter).Gloſ.(Quoniam)inquit(eſt deus)qui creat, & (rex)qui creata gubernat. Rex)dico iã (omnis terræ.)Hieronymus.Quia iam non ſolum in Iudæa & Hieruſalem notus,ſed in omni terra fidei lumine declaratus. Caſſiodorus.Hoc autem propter illos dicitur, qui ſibi per ſingula loca diuerſa numina faciebant. Venerem ſcilicet in papho, Martẽ in Thracia,Iouem in creta.Debet enim omnipotens rex vniuerſaliter coli,qui ſolus cunctorũ creator & liberator probatur eſſe.Adiecit autem(Pſallite ſapienter. Idem Hierony. Vt non ſolũ cantantes,ſed & intelligentes eſſe debeamus. Auguſtin⁹ Gloſ. Caſſiodo.Nemo enim ſapienter quicquam facit quod non intelligit. Gloſa.Et vt qui humilẽ contemnunt, ſaltem poteſtati ſuccumbant. Addidit.

Caſſio.

7 ✠Alias habet regnauit. ‡ Alias thronum

REgnabit✠deus ſuper gentes,deus ſedet ſuper‡ ſedem ſanctam ſuam.

Hieronym⁹.(Regnabit)inquam (deus ſuper gentes)quas in hæreditatem accepit a patre. Vnde in alio pſalmo dicitur.Dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam. Auguſtinus. Glo. Quæ prophetia nunc eſt impleta.Hugo cardinalis.Nec mirum ſi ſuper omnes gentes,cum etiã ſuper omnes angelos regnet. Vnde ſubiunxit (deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.) Hieronym⁹.Auguſti.Caſſiodorus. Gloſa. Hoc eſt ad dexteram patris regnãs per ſæcula. Hieronymus.Vel in angelis ſedet qui propter innocentiam ſuam ſedes dei dicũtur.Inde dicit.Cœlum mihi ſedes eſt.Vel in eccleſia,vnde dictum eſt.Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.Hugo car. (Regnabit) inquam(ſuper gentes)quia.

Eſa.66 Act.7

8 ✠alia li. conuenerũt. ‡alia li. populis dei. ✱alia li. ſcuta.

PRincipes populorum congregati✠ ſunt ‡ cum deo Abraham, quoniam dij fortes ✱ terræ vehementer eleuati ſunt.

Hieronymus.(Principes)inquit(populorũ) id eſt apoſtoli,(congregati ſunt)ad iudicandum (cũ deo Abraham)qui eſt deus viuentium cum quo iſti iudicium facient,Caſſiodorus.Gloſa.Vel principes populorum,id eſt primarij gẽtiũ,de quibus principium pſalmi canit.Omnes gẽtes plaudite manibus(conuenerunt)id eſt crediderunt in Chriſtum, (cũ deo Abrahã)Expulſis enĩ infidelibus Iudęis, qui carne tm̃,non operib⁹ erãt filij Abrahę, gẽtes p fidẽ filij ei⁹ facti ſunt, qui carnis ſemine nõ fuerant habentes promiſſionem. (Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt,) Caſſiodorus. Hoc eſt iudæi quibus data fuerat virtus in gentibus,qui erecti contra deum ſuperba mente timuerunt. Hieronymus.Et relictis cœleſtib⁹ terrena cõcupierũt,Caſſiodorus.Et propterea facti ſunt extremi,qui per humilitatem poterãt eſſe præcipui. Hieronymus. (Vel dij ſancti ſunt,ſicut ait idem propheta.Ego dixi dij eſtis(qui eleuati ſunt)vehementer per fidem & prædicationem: & in iudicio vehementius eleuabuntur.

Ps.lxxxj

¶Pſalmus.xlvij.

Titulus. Pſalmus vel laus cantici pro filijs Chorę ſecunda ſabbati.

Lyra. Quidam expoſitores intelligunt hunc pſalmum ad literam de magnificentia ciuitatis Hieruſalem, & templi, quæ Salomon rex valde magnifice ędificauit. vt habet. iij. Regũ. i & .ii. Par. Quod præuidentes filij Choræ in ſpiritu fecerunt hunc pſalmum. Alij exponunt illum de rege Meſſia: per quem intelligunt Chriſtum futurum qui reędificabit Hieruſalē & templũ. Sed Lyra iſtas opiniones improbat, & exponit hunc pſalmum ad literam de Chriſto, cuius aduẽtus iam tranſijt, in quo Hieruſalem, & templum magis glorificauit quã vnquã fuerint: dum ibi fuit oblatus: pluries in eo docuit in Hieruſalem cœnauit: paſſus eſt & cætera.

Hieroni. Hieronym⁹. Per (pſalmum) opus vel pręditatio intelligitur: per (canticum) ſcientia & laus, per (filijs Choræ) ſancti apoſtoli vel martyres. (Prima itaque ſabbati) fecit deus lucem. (Secũda ſabbati) fecit firmamentum. Lucem ſcilicet angelos. Firmamentũ homines Auguſtinus. Gloſa. Secunda vero ſabbati (firmamentum) fecit, id eſt eccleſiam, quę eſt firmata poſt Chriſti reſurrectionem ſupra firmam petrã a qua dimoueri non poteſt, de qua hic cantatur filijs Choræ) Caſſiodorus. Sabbatum enim ſignificat ſynagogam: id eſt collectionem Iudęorũ quæ ſabbatum obſeruabat. Secũda vero eius eccleſia catholica eſt. Gloſa. Idem. Totus igitur iſte pſalmus eſt de cõmendatione ciuitatis: ideſt eccleſię, quam commendat, deſcribit. Auguſtinus. Gloſa. Cõmendat itaque ciuitatem & dominum ciuitatis vt omnes eum amplificent. Et diuiditur in duas partes. In prima agit de fundatione ciuitatis, & eam deſcribit & commendat. In ſecunda gratias agit de aduentu fundatoris, ideſt Chriſti & monet de gradibus eccleſiæ diſtribuendis per quos ſaluator poſſet agnoſci, ibi. Suſcepimus). In prima itaque commendat ciuitatem, quæ eſt eccleſia quinque modis, Primo a dignitate conditoris dum dicit. (Magnus dominus). Secundo a ſitu: ibi. (In monte ſancto). Tertio ab amplitudine, ibi (Fũdatur exultatione) vniuerſæ terræ. Quarto a benignitate regis, ibi. (Cum ſuſcipiet eam. Quinto a ſtabilitate ipſius ciuitatis: ibi. Deus fundauit eam in ęternum A dignitate igitur conditoris incipiens, ait.

Gloſa. Caſſio. Diuiſio.

1 ps.47 Magnus dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate dei noſtri in mõte ſancto eius.

Caſſiodorus. (Magnus) nãque dicitur (dñs) quia potẽter oĩa facit. Hugo car. Cui⁹ potentia termino caret (& laudabilis) Caſſiodorus Quia pulchra & mira facit. Hugo. cardinalis. Vel quia bonus dicente propheta. Laudate dominum quoniam bonus dominus. Caſſiodorus. Sed ne hoc quoque putares mediocriter faciendum additur (nimis). Quia non habet terminum neque finẽ, ſed aſſiduitate ſui ſemper augetur. Hieronim⁹. (Magnus) enim dicitur non pro cõparatione: ſed pro magnitudine gloriæ ſuæ, & quaſi interrogaretur, vbi magnus & laudabilis? reſpondet, In ciuitate dei noſtri) Hoc eſt in anima ſancta: cuius ciues atque domeſtici boni actus intelliguntur. Caſſiodorus. Vel in eccleſia catholica, non in Babilonia vbi non ſolum deus non colitur: ſed magis execrabili dæmentia blaſphemat. Hugo cardinalis. Hæc autem ciuitas magna eſt. & famoſa & tam magna, quod abſcondi non poteſt, quia ſita eſt (in monte ſancto eius). Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. (Mons) iſte Chriſtus eſt fundamentum & culmen eccleſiæ ſuæ qui vt ait Daniel fuit paru⁹ lapis præciſus de monte ſine manibus: & creuit in montem magnum, & impleuit omnem terram. Gloſa. Ne autem putes hanc ciuitatem dei non vbique eſſe ait.

ps. cxcix. Gloſa. Dañ.2.

2 Fundatur ✠ exultatione vniuerſæ terræ, mons ſion latera aquilonis ciuitas regis magni.

Al. as legitur ✠ alia li. dilatans exultationes.

Litera Hiero. ſic habet. Specioſo germine gaudio vniuerſę terrę, monti ſion lateribus aquilonis. ciuitatulę regis magni. Hieronymus. Gloſ. (Fundatur) inquit (exultatione vniuerſæ terræ). Nam terra quę prius maledictionibus ſubiecta ſterilitatis opprobrio dolebat, nunc prole fœcũda vbiq; exultat. Gloſa. Caſſio. Huius autem ciuitatis magnitudinem & amplitudinem oſtendit dicens. (Mons ſion latera aquilonis vbi per montem ſion, iudęos ſignificat (per latera aquilonis) Gentes quę adherent diabolo, qui per aquilonem ventum frigidum & durum ſignificatur. Ipſe nãq; ait. Aſcendã in cœlum, & ponam ſedem meam ad aquilonem, de quo in cãticis. Surge aquilo, & veni auſter. Itẽ Hieremias. Ab aquilone pandetur omne malũ ſuper faciem terrę. Gloſa. Duo itaq; iſti tãquam duo parietes conuenerunt in lapidem angularem qui fecit vtraq; vnum vt eſſet vnus paſtor & vnũ ouile. Caſſiodorus. Et hæc eſt (ciuitas regis magni) eccleſia, ſcilicet catholica quam de vniuerſo mundo conſtat eſſe collectam. Hugo cardinalis. Ideo autẽ dicit (regis magni) id eſt dei. Alij namq; reges magni non ſunt, ſed reguli.

Latera aqlonis.

3 Deus in domibus ✠ eius cognoſcetur ‡ cum ſuſcipiet eam.

✠ alia li. in gradibus ‡ alia li. agnit⁹ ẽ cũ auxiliando protectione.

Hieronymus (Deus) inquã (in domib⁹ eius cognoſcetur) id eſt in ſancta eccleſia. Gloſa. Et ideo dicit (domibus) quia iam ſunt plures eccleſiarum ordines. Vna tamen eccleſia in qua (cognoſcetur deus) Hugo cardinalis. Cognitione fidei. Hieronymus. Caſſiodorus. Vel (cognoſcetur) in gradibus, id eſt in apoſtolis vel reliquis prędicatoribus, per quos eccleſiæ fides annunciata eſt. Tunc autem cognoſcetur (Cum ſuſcipiet eam) Hieronymus, In fide, ſcilicet quia antea inter malos erat. Caſſiodorus. Vel (cum ſuſcipiet eam) In reſurrectione mortuorum ęterna illi gaudia concedendo. Gloſa. Hugo cardinalis. Et in hoc commendatur ciuitas a benignitate regis.

4 Quoniam ecce reges ✠ congregati ſunt, ‡ cõuenerunt in vnum.

✠ alias reges terre collecte. ‡ alia li. hĩ hĩc.

Hiero. (Quoniã) inquit (ecce reges) principes, ſcilicet ſęculi, quorũ regnũ in cultu idolorum atq; demoniorũ erat, ex laterib⁹ aqlonis. i. diaboli accedẽ-

tes(congregati ſunt.Gloſa. Cum cæteris fidelib⁹ & conuenerũt in vnum).Hie.id eſt in vnitate ecclesiæ(in vnum)lapidem ſummũ angularẽ,in fundamento fundatum.Gloſa.Ita ꝙ nõ eſt inter eos locus heræticis per partes praui dogmatis cõciſis dicentibus,ecce hic,& ecce illic.Auguſtinus. Caſſiodo.Gloſa.Vel(reges terræ)id eſt principes Iudeorum(cõgregati ſunt)ab Herode ſciſcitãte locũ natiuitatis,&(cõuenerunt in vnum)id eſt concorditer dicendo ſecundum ſcripturas. In Bethleem Iudæ Chriſtum naſciturum.

b ✠alia li. obſtupuerunt. ‡alia li. horror

IPſi videntes ſic✠admirati ſunt,cõturbati ſunt,cõmoti ſunt, ‡tremor appræhendit eos.

Hierony.Caſſiodorus. Gloſa.(Ipſi ſcilicet iudæi videntes gloriam & potentiam redẽptoris,vel virtutes apoſtolorum,vel quæ in prophetis de Chriſto legerant(admirati ſunt)de tanta gloria. Et hoc nõ leuiter & occioſe,ſed taliter ꝙ(cõturbati ſunt) quia ſe nouerant peccatores(& commoti ſunt)de infidelitate ad fidem Et tant⁹ fuit pauor quod(tremor apprehendit eos)a conſcientia delictorum: Quia dictumeſt. A timore tuo concepimus & peperimus ſpiritum ſalutis Gloſ.pro quibus etiam corpore tremebant.

Eſaie xxvj.

vi ✠alia li. in vento vrẽdinis ‡ alias cõterens

IBi dolores vt parturientis✠in ſpiritu vehementi cõteres‡naues tharſis.

Hugo cardi. Gloſa.(Ibi)in illa ſcilicet conturbatione & commotione fuerunt dolores pœnitentiæ Graues quidẽ ſed vtiles,quia(vt parturientis). Gregorius ſupra Ezechielem.Dolor enim pœnitentis quaſi dolor parturientis eſt,quia cum fletibus a ſe eiicit quod male in voluptate concepit. Glo.Sed hoc quomodo fiet(in ſpiritu inquam vehementi. Hieronymus. Hoc eſt fortiſſimo id eſt ſancto, in quo(conteres naues tharſis)humilians ſuperbiam gentium.(Tharſis enim in principio a nauigatione negociatorum ſuperba ac precellens facta eſt. Ideo hæc comparatur huic nauigio,quæ in huius ſæculi fluctibus circunferuntur cedentes omni vẽto luxuriæ atque vanitatis. Gregorius vbi ſupra. Et in mor. Iob lib.iiij.Vel(tharſis)exploratio gaudij dicitur.Vnde bene per(naues tharſis(pœnitentes intelliguntur.Quia cum vehementis pœnitentiæ ſpiritus mentem occupat omnem in ea explorationem reprehenſibilis gaudij perturbat: vt nil ei iam niſi flere libeat,nil niſi quod ſe terrere poſſit attendat dum ponit ante oculos ſuos hinc meritum culpæ,illinc diſtrictionem iuſtitiæ.Et ex hoc conſpicit quo ſupplicio dignaſit ſi parcentis pietas deſit,quæ per lamenta præſentia ab æterna pœna eruere conſueuit.Gloſa.Caſſiodo.Vel in hoc exprimit magnitudinem doloris Herodis,qui(in ſpiritu vehementi)contriuit naues Tharſis:quæ ex tharſo ciliciæ magos tranſpoſuiſſe in patriam ſuã credebantur:Auguſtinus.Gloſ.Cilicia enim regio a tharſo metrapoli(tharſis dicitur) vel(tharſis)eſt Carthago,quæ manibus olim floruit:quib⁹(ſuperbia gentium deſignatur.

7 ✠alia li. exercituum ‡ alia li. addit ſemper

SIcut audiuimus,ſic vidimus in ciuitate domini✠virtutum, in ciuitate dei noſtri, deus fundauit eam in ęternum‡.

Hierony.(Sicut)inquam(audiuimus)per prophetam(ſic vidimus in euangelio quod eſt ciuitas virtutum. Vidimus in eccleſia q̃ eſt ciuitas dei in illo magno regno fundata. Aug.Glo.Vnde q in hac ciuitate eſt audit & videt. Qui vero extra eſt,cęc⁹eſt. Caſ.Hic enim& verũ audit & promiſſũ om̃e cõſpicit(in ciuitate dei noſtri). Idẽ.Hoc enĩ dicit, vt chatholicã ſolã intelligeres,ne ſibi hoc nomen & hęreticorum conuẽticula vẽdicarẽt(deus fundauit eã in ęternũ).Glo.Non ad horã vt prius tabernaculũ Moyſi.Augu.Glo.Non ergo timeas: vt quando cadat firmamẽtũ,(quia deus fũdauit eã in ęternũ. Caſ.(In æternum)nanq; eccleſiam dicit eſſe firmatam,quę ſola veraciter ciuitas domini nũcupatur. Pet.cantor.Fatuus eſt ergo qui credit eccleſiam de ſituram,ſicut cęcus eſt qui extra eam eſt.

Gloſa.

8 ſcđa ps. ✠alia li. eſtimauimus.

SVſcepimus✠deus miſericordiam tuam,in medio templi tui.

Caſſi.Hæc eſt ſecũda pars vbi agens gratias de aduentu Chriſti:monet de gradib⁹ eccleſię diſtribuendis: per quos Saluator poſſit agnoſci. Gloſa. Et tanq̃ diceret vere eccleſiã fũdauit altiſſimus. Quia o deus (Suſcepimus)nos boni qui ſumus grana inter paleas:liliũ inter ſpinas:amica inter filias. Caſſio.Quod ad chatholicos tantum pertinet q eius præcepta ſecuti ſunt.(Suſcepimus(inquam(miſericordiam tuam) Idem. Id eſt dominũ Ieſum Chriſtum aptum profecto nomen certa promiſſio vt ille miſericordia vocaretur,qui & Saluator vere dicitur & redẽptor. (Glo.Vel miſericordiam tuã)id eſt non ſolũ ſacramenta q̃ granis & paleis. i. bonis & malis cõmunia,ſed etiã rem ſacramẽtorum:(quam ſoli boni percipiunt. Sed vbi ſuſcepimus?(in medio templi tui.Hiero.Hoc eſt in eccleſia tua. Glo. Vel per hoc notat incarnatio Chriſti qui ſecundũ quod homo eſt preſentatus in tẽplo. Caſſiodorus. Quod ideo factũ eſt,vt non credentium improbitas grauius arguatur qui contẽpſerunt ſequi eum, quem in medio eorum conſtat eſſe conſpectum.

Caſſio.

Hieroni.

ix

SEcundum nomen tuum deus, ſic & laus tua in fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua.

Hugo car.(Secundum nomen tuum deus(id eſt.ſicut nomẽ tuum diffuſum eſt(ſic & laus tua)diffuſa eſt,ſcilicet(in fines terræ)id eſt per omnem terrã. Caſ.Nomen enĩ dei in toto orbe terrarum ſine dubio creditur adorandũ.Quia nullus eſt qui iſti nomini non ſe putet eſſe ſubiectũ, vnde ſicut in toto orbe terrarũ reuerẽtia ſui noĩs dilatať. Ita & in eccleſia quæ per totũ mũdũ diſtẽditur, deuotio ſibi laudis offertur.Auguſti.Glo.Nõ enĩ deſunt q deũ laudent per oẽs terras.Et hoc ideo qa dextera tua) id eſt propiciatio tua.Hugo cardinalis. Vel(dextera tua).i.filius tuus.O pater(plena eſt iuſtitia) Idẽ Gloſ.i.iuſtificatione q̃ multos iuſtificat.Hie.Au. Caſſ.Glo.Vel per dexterã locum illũ ſignificat,in quo iuſti ſunt collocãdi.Ad dexterã quippe ipſius veniũt quicũq; æterna præmia cõſequuntur. Plena eſt ergo dextera eius iuſtitia, quia in illã partẽ recipiũtur,qui ipſius munere iuſti eſſe meruerũt.

10 ✠domi̅e no̅ eſt in hebreo

LAEtetur mons ſion & exultēt fi liæ iudæ, propter iudicia tua do mine.✠

Gloſa.& Hugo cardinalis.(Lætetur)inquit(mons Syon).i. Iudæa: quæ primos fidei radios accepit (& exultent filiæ Iudæ)id eſt gentes: a Iuda id eſt ab apoſtolis genitæ per confeſſionē. Hieronym⁹. Caſſiodorus. Vel(per montem ſion) eccleſia catholica ſignificatur, quæ interpretatione ipſi⁹ nominis in ſpeculatione noſcitur conſtituta.(Per filias vero Iuda)omnes ſanctas fœminas intelligit ſeu animas confeſſorū, quia Iudas cōfeſſio interpretatur. Auguſtin⁹. Vnde tanquam diceret.(O mons ſion, o filię Iudæ) laboratis modo inter zizania, inter paleas, iter ſpinas, ſed exultate(propter iudicia dei)qui non errat in iudicando. Hieronymus. Vel(propter iudicia tua dicit) quia ſcilicet cūſtodierunt ea: vt pœnitentiam agerent. Caſſiodorus. Hæc eſt enim magna cauſa lætitię, vt propter iudicia domini exultent, vbi ſe ad beatitudinē æternam agnoſcunt eſſe venturas.

11 ✠alia li. cir cuite. ‡ Alias numerate turres

CIrcumdate ſion ✠ & complectimini eam, narrate ‡ in turribus eius.

Hierony.(Circūdate)inquit(ſion)id eſt defendite eccleſiam in credulitate veſtra. Caſſiodor⁹. Vel q̄d ait.(Circūdate)ad honores exhibēdos pertinet(& complectimini eam. Hiero. Idē. In charitate(narrate)hoc eſt laudem & gloriam Chriſti prædicate,(in turribus eius). Turres ſunt principes eccleſię, quia turris fortis eſt, & vndiq; ſpeculat̄. Sic & ſancti, & fortes, & ſpeculatores debent eſſe in genere humano. Glo. Aug. Et dicuntur iſta his, qui male viuunt, in quorum medio eſt populus ille qui ſuſcepit miſericordiam dei. Hugo cardinalis. Quib⁹ ait.(Circūdate ſion)bonos ſcilicet qui ſunt in eccleſia vt ab eis veram doctrinam habere poſſitis(& complectimini eā amplexibus charitatis, & vt cortina cortinā trahat, & qui audit dicat venite, narrate cæteris vt eos ad fidem trahatis. Et hoc (in turribus eius)vt ſcilicet ſitis firmi in fide & doctrina apoſtolorum, qui ſunt turres eccleſię. Quid autem ſit eſſe(in turribus eius)declarat, dicens.

12 ✠alias menib⁹. ‡alia li. ſeparate palatia ✳alia li. nouiſſima.

POnite corda veſtra ī virtute✠ei⁹. & diſtribuite ‡ domos ei⁹, vt enarretis in progenie✳ altera.

Hierony.(Ponite)inquam, hoc eſt intelligite(corda veſtra). Glo. Non ſolum ora(in virtute) Hiero. id eſt in charitate(ei⁹)Chriſti ſcilicet, ne ſeparemini a charitate quam docuit. Non enim ſolum docere, ſed & quæ prædicatis opere debetis iplere. Caſſiodorus. Nam nihil hac virtute poteſt eſſe præſtātius dicente Apoſtolo. Manent autem fides, ſpes charitas tria hæc. Maior autem horum charitas)& diſtribuite domos eius) Hieronymus. Id eſt grad⁹ ordinationum canonicæ & ſanctæ, non præmijs corrupti, non perſonarum acceptiōe per adulationem dilapſi. Caſſiodorus. Quāuis enim vna ſit eccleſia, officia tamen continet bonorum varietate diſtincta(vt enarretis in progenie altera). Idem. Per alteram progeniem ſignificat populum chriſtianum qui ab hebræo, quem primum dominus elegit, ſecundus eſſe dignoſcitur. Hieronymus. Vel(vt en arretis in progenie altera)hoc eſt non ſolum his qui credunt, ſed & his qui credituri ſunt. Sed quid inquit enarrabimus? Sequitur.

coꝛi.xiij.

QVoniam hic eſt deus deus noſter in æternum & in ſeculum ſæculi, ipſe reget✠nos in ſecula. 13 ✠alia li. erit dux noſter in moꝛte.

Caſſiodorus. Sententia hæc breuis eſt, ſed vniuerſa concludit.(Quoniam hic. Idem. Gloſa, Chriſt⁹ ſcilicet qui præſens in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt(eſt deus de⁹ noſter). Gloſa. Et ſi in homine latet, deus tamen eſt, & hoc nō ad tempus vt falſi dei(ſed in æternum & in ſeculū ſeculi). Caſſiodorus. Contra illos qui temporales deos eſſe ſomniabant, Martem, Mercurium, Saturnum, cæteraq; portēta potius dicēda, q̄ Numina,(& ipſe reget nos in ſæcula). Hieronymus(Deus) nāq; nr̄ dicit̄, quia per ipſum facti ſumus.(Rex vero)quia ab ipſo regimur, lubricos enim & tortuoſos greſſus noſtros, ipſe dirigit. Caſſiodorus. Vel quia deus eſt, protegit ne moriamur, quia rex eſt, & regit ne cadamus(& hoc in ſæcula)id eſt ſine fine, quoniam quos regendos ſuſceperit, ſi tamē ab ipſo non deuient, ſub glorioſa perpetuitate cuſtodit.

Caſſio.

Caſſio.

¶Pſalmus.xlviij.

¶Titulus In finem pro filijs Choræ Pſalmus Dauid.

Lyra. Proſequitur ſuam expoſitionem literalē ad iſtum ſenſum.

Caſſiodorus. Tituli huius verba, vt ſæpe dictū eſt, cuncta trahunt ad dominum Saluatorem, ipſe eñ &(per finem)intelligitur, &(per filios crucis)itelligitur, &(per pſalmum)denunciatur. Hieronym⁹ Iſtum autem pſalmum ſpiritus ſanctus, per prophetam in perſona prædicatorū cantauit, in quo docet mundi diuitias ſpernēdas cum varijs honoribus. Cauendas etiam ſerpentis aſtutias, & omnē orbem ad audiendum dei verbum admonet inſtāter. Gloſa & Hugo cardinalis. Et diuiditur in quatuor partes. In prima attentos facit ad noua & ingentia miracula, quæ dicturus eſt. In ſecunda incipit ea proſequi, oſtendens q; Chriſtus non redimet impios, ibi.(Cur timebo.) In tertia dicit quæ impijs & quę iuſtis reddēda ſunt, ibi.(Sicut oues. In quarta monet ne timeantur potentes, qui omnia cum luce relinquunt, ibi(Ne timueris). Primo itaque attentos facit ad noua & ingentia: dicens.

Diuiſio.

AVdite hæc omnes gentes ✠ auribus percipite omnes qui habitatis orbem.‡ 1 ps 48. ✠alia li. populi ‡alia li. occidētē.

(Audite)inquit(hæc omnes gētes. Hugo cardinalis. id eſt gentiliter viuentes. Caſſio. Non eñ vult Chriſtus paucis prodeſſe, ſed omnibus eū puro corde quęrentibus, qui nullum excipit, perſonas nō accipit, omnibus præſto eſt.(Aurib⁹ percipite)Lyra id eſt aure mentis & corporis. Hieronymus. Vel aurib⁹ percipite, hoc eſt ſapiēter intelligite ſpiritualib⁹

auribus,quas dominus ad audiendum elegit(omnes qui habitatis orbem. Idem.Id eſt corpora veſtra . Caſſiodo. Vel per hoc Chriſtianos intelligit qui norunt orbem terrarum ſic eſſe habitandum, vt in eius ſceleratis non iplicentur erroribus. Gloſa.Habitant enim orbem,qui non tenentur ab orbe.Quod poſtea exponit,dicens.

2 Aliter legitur. QVi; terrigenæ, & filij hominum , ſimul in vnum diues & pauper.

Tam filij adam quã filij ſingulorum ſimul diues & pauper.Caſſiodo.Gloſa.(Terrigenę)ſunt peccatores,qui vitia terrena ſequuntur,quaſi geniti a terra , hi ſunt in partem Ade,qui homo eſt,non filius hominis.(Et filij hominũ) id eſt iuſti qui in ſortem Chriſti veniunt.Quoniam & ipſe Chriſtus filius hominis eſt.(Simul in vnum).Hieronym⁹ Vt nulli occultentur diuina iudicia vel mandata. Auguſtinus.Gloſa.Nulli enim ſermonem ſubtraho , Audiat igitur hęres terrę propter iudiciũ Iuſtus vero propter regnũ.Audiat(diues & pauper). Caſſio. Caſſiodo.Gloſa. Breuis explicatio Diues ſcilicet terrigena.Pauper filius hominis.Caſſiodor⁹. Vel audite hęc ꝙ ſcilicet in Chriſto ſũt.Simul in vnũ diues & pauper.i.deus & homo.De Chriſto enim dicitur,ꝙ diues eſt,quia deus,Pauper,quia homo. Gloſa.Deinde commendat dicenda tanquam diceret ideo audite.Quia.

3 ✠alia li. intelligẽtiam. OS meum loquetur ſapientiam ✠ & meditatio cordis mei prudentiam,

(Os meum)inquit(loquetur ſapientiam.Hierony. Id eſt Chriſtum qui eſt ſapientia patris.Caſſiodo. Quem prędicat eccleſia,de quo apoſtol⁹.Nos prędicamus Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam Hieronymus. Vel ſapientiam dicit quę occulta eſt ab huius ſæculi ſapientibus,& reuelata eſt paruulis.Caſſio.Gloſa . Vel ſapientia pertinet ad miſteria diuina declaranda.Prudẽtia vero ad mores inſtruendos,in quib⁹ omnis ſermo diuinus iudicatur.Hugo cardi. Vel Sapientia ꝓprie eſt in corde & ore,prudentia vero in opere.Gloſa.Et ne putes eum ſolo ore & non ex corde loqui addit.(Et meditatio cordis mei prudentiam).Hugo cardinalis. Supple loquetur.Hieronymus.Sẽper enim in corde meditabatur vt relinquentes homines ſtolidã vanitatem Chriſti prudentiam ſequerentur.Hug. cardinalis.Et ne quis diceret, tu loqueris a temetipſo,Subiungit & ait.

Gloſa.

4 ✠alia li. cithara enigma meum. INclinabo in parabolam aurem meam.aperiam in ✠ pſalterio propoſitionem meam.

Hierony.Gloſa.(Inclinabo) id eſt humiliabo me veritati intus loquenti,quę docet loqui in parabolis,ne omnibus pateat,vel ideo dicit.(Inclinabo i parabolam aurẽ meam.Caſſio . Vt quod nobis ad exemplum datũ eſt deuota emulatione,prõpte domino præſtante faciamus.Vnde ſequitur.(Aperiã in pſalterio propoſitionem meam). Hugo cardi. Aperiam inquit vt omnib⁹ pateat (in pſalterio)id eſt in operatione a pſallim quod eſt tangere, propoſitionem meam id eſt illud quod in corde meo propoſui.Hiero. Caſſiodo . Vel quod propoſui in corde,prędicabo in ſermone vel aperiam in proprij corporis ſanctitate docens,verbo,charitate,& exemplo.

5 ſcđa ps. In dieb⁹ mali ✠ alia li. malo. QVr timebo in ✠ die mala ? iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Caſſiodo.Gloſa.Secunda pars in qua incipit narrare quę promiſit.Et eſt verſus iſte Sub iterrogatione & reſpõſione propria legẽdus. Hugo cardi. Vnde de pœna malorũ quę a timore icipit, in perſona gentilis hominis ait.(Cur timebo in die mala).Hierony. Id eſt in die iudicij.Glo.Que dicitur dies quia tunc omnia aperta erunt ,dicitur etiam mala quãtũ ad iniuſtos.Cardinalis. Deĩde huic interrogationi reſpondet in perſona malorũ,dicens .Et cur timebo?Quia iniquitas calcanei mei circũdabit me). Caſſiodor⁹. Ille enim finem vitę timere debet,qui peccatorum recordatione mordetur. Hiero. Auguſtinus.Gloſa. In his autem verbis alludit verbis illis quę in Geneſi dominus ſerpenti dixit. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius. In ſingulis nãq; noſtrum eſt hęc mulier Nam Eua caro noſtra eſt quę ſeducit virum id eſt rationem,per quã carnem labitur homo qui lapſus per calcaneũ hic ſignificatur,vel per calcaneũ finis vitę intelligitur cui diabol⁹ maxime inſidiatur.Auguſtinus.Gloſa. Hi autem ſunt quos circũdabit iniquitas calcanei, hi ſcilicet. Gen.3.

6 ✠ Alias ſuperbiũt QVi confidunt in virtute ſua & in multitudine diuitiarum ſuarum ✠ gloriantur,

Gloſa.(Qui cõfidunt)inquit(in virtute ſua)corporis.ſcilicet vel animę in diuitijs,in amicis, in quibus ſumma omnium terrenorũ concluditur . Hugo cardi. Per hoc autẽ ꝙ dicit.Qui confidũt in virtute ſua tangit ſuperbos. Gloſa . Qui confidũt id eſt pręſumũt, in virtute ſua corporali vel ingenij (& in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur Gloſa Id eſt ſuperbiunt.Vnde enim magis inflatur homo quã de diuitijs. Caſſiodo.Neceſſe igitur eſt vt tales timeant finem. Qui & deſerere mundana nolunt,& peccatorum ſuorum pœnas conſciẽtia teſte formidant ,quia raro diues ſortem ſibi cũ pauperibus intelligit eſſe communem. Hugo cardinalis.Et quia ſunt alij qui confidunt in amicis oſtendit illos pariter eſſe deceptos,dicens. Gloſa.

7 Alias legitur ✠ alia li. re ꝓpitiatione ſua FRater non redimit redimet homo, non dabit deo placationem ✠ ſuam.

Sic ſecũdum literã.Hiero.ad hebra.ve.fratrem redimens non redimet vir, nec dabit deo propiciationem pro eo.Gloſa.Hugo cardinalis.(Frater)inquit carnalis ad literam. vel alius affinis(non redimet) quia nullus homo purus poteſt redimere ab inferno vbi nulla eſt redẽptio (redimet homo, alius ſcilicet extraneus de quo minus videtur quaſi dicat q non,vel de Chriſto ſic.Hieronym⁹.Gloſa.Et eſt ſub admiratione pronũciandum . Frater id eſt Chriſtus qui eſt primogenitus in multis fratrib⁹ & qui poſt reſurrectionem dicit . Vade & dic Ro.8 Io.20.

fratribus meis,ille inquit tantus(nō redimit).Nō enim iterū paſſurus eſt pro nobis(redimet homo) Qui ſauciauit.Lyra.Interrogatiue legendum, tanquā diceret,non.Gloſa.Ideo autem non redimet homo, quia non dabit deo placationē ſuam id eſt vnde placetur deus.Caſſiodorus.Quia nulla oblatio nulla placatio poteſt compenſare, quod nos diuinitas eſt dignata redimere.Hieronym⁹.Vel nō dat deo placationem ſuam qui nō agit pœnittentiam per quam placatur deus.

8 ✝ alia,li. nec p̄ciū. ‡ alia li. ate corū ſed quieſcet in ſecula.

8 ET ✝ prętium redemptionis animę‡ſuę & laborabit i ęternum, & viuet adhuc in finem,

Et ſubaudi non dabit prętium redemptionis animę ſuæ.Hieronymus.Quia non facit elemoſinā Per quā peccata delentur,& ideo hic talis(laborabit inęternum).Idem.In tormētis perpetuis poſitus.Hugo cardinalis.Laborabit inq̄ id eſt cruciabitur in quo notatur pœnę acerbitas, non ad tēpus ſed inæternum.In quo notatur pœnæ diuturnitas.P.Cātor.Duplex autem erit eius labor, vermis ſcilicet conſcientię qui nō morietur.Et ignis adustionis qui non extinguetur.Glo.Vita enim hęc finietur, ſed labor ille erit ſine fine, vnde ſequitur,(Et viuet adhuc in finem),Auguſti.Gloſa. Poſt finem enim vitæ huius viuet ſecundum animam, quia nō peribit anima cum corpore,ſed dolori ſeruabitur donec accepto corpore, vtrūq; crucietur.Hieronymus.Anima nāq; non interficietur,ſed ſemper renouatur ad pœnam.Gloſa.Ideo autem laborabit inæternum.Quia.

Duplex pena dānatorum

Eſai.66.

9 ✝ alia li. indoctūs

9 NOn videbit interitum cum viderit ſapientes morientes, ſimul inſipiens✝& ſtultus peribunt.

Auguſtinus.Gloſa.(Nō videbit interitum) id eſt non intelliget ꝙ ſit verus interitus,& hoc cum,viderit ſapientes morientes Hieronymus.Auguſtinus.Gloſa.Cum enim viderit hominem ſapientem in deo migrantem ab hocſęculo,dicit.Quid huic ieiunia, quid caſtitas, quid elemoſinę profuerunt.nonne & ipſe mortuus eſt, cur ſequerer.eum Michi enim benefaciam dum viuoet ita neſcit quis ſit verus interitus.Gregori.Hugo.Nam qui cor in præſentibus figit,quæ ſequūtur ſupplitia non attendit.Hugo car.Et quāuis vnus introitus ſit omnibus ad vitam.et ſimilis ſecūdum carnem exitus.multum tamen ſecūdum ſpiritum diſſimilis. nam iuſtus exit ad gloriam iniuſtus autē ad pœnam,vnde ſequitur.(Simul inſipiens & ſtultus peribunt).Augu.Gloſa.Inſipiēs autem eſt qui non attendit mala futura.Stult⁹ vero qui ſi attendit non tamen cauet.Caſſiodorus.Vel inſipieds eſt qui prędicationibus prophetarum aquieſcere nō vult.Stultus vero qui nec ipſum chriſtum venientem vult recipere.Hieronymus.Vel inſipiens eſt qui dei noticiam habere contemnit,de quo apoſtolus ignorans ignorabitur.Stultus vero qui in diuitijs & non in deo ſperat,perdunt ergo ſimul ambo diuitias quę ibi cōgregant vbi fures effodiūt & furant.Hugo cardi.Vel ſimul peribūt in corpore ſcilicet & anima,ſed nunquid portabunt ſecum diuitias,non,vnde ſequitur.

Inſipiēs & ſtultus diffe:rūt

Prime ad co.14.

Mat.vi.

10 ✝ alia li. iterriora ſua do:m⁹ ſuas in ſeculo

10 ET relinquent alienis diuitias ſuas, & ✝ ſepulchra eorum domus illorum in ęternum.

Glo.(Et relinquent alienis diuitias ſuas(propter quas fecerunt mala diuitias dico ſuas quę non ſecundum deū,quas & ſi relinquant filijs tamē alienis,quia alieni ſunt qui nichil proſunt.Hierony. Vel ideo dicit alienis,quia interdum diuitias quas ſummopere diligebant, non ſuis ſed quod graui⁹ eſt extraneis derelinqūt,propter quas omnia peccata cōmiſerūt.Hugo cardi.Quid igitur poſt mortem habebunt.Sequitur.(Et ſepulchra domus illorum in ęternum.)Caſſiodorus.In hoc eñ morientium diuitum pompa deſcribitur qui ſibi ędificant exquiſita ſepulcra.Auguſt.Glo.Quę extruxerunt quaſi domos ęternas ad ſui memoriā Hieronymus.Hęcenim illis erūt perpetua habitatio quia nō reſurgent vt habeant ęternam vitam, ſed vt dānētur in pœna.Hugo cardi.In generatione, Vnde de talib⁹ loquēs Chriſoſto ait.O ſtulte.Quid tibi ꝓdeſt poſt mortem iſta memoria ſi vbi es torqueris,& vbi non es laudaris.

Tarant diuites

11 ✝ alia li. oib⁹ ſuis terras ſuas.

11 TAbernacula eorum in progenie & progenię.vocauerunt✝nomia ſua in terris ſuis.

Lyra.Hugo.car.& Glo.Tabernacula etiam eorum id eſt dom⁹ quas hęredibus dimittunt.faciunt eñ aliqua magna & fortia ędificia, quę poſſunt.permanere in multis generationibus,,vt tranſeant in progenie & progenie id eſt de filijs ad nepotes,& vt ſic in illis remaneat eorum fama,vnde ſubditur (vocauerunt)Lyra.Id eſt quæſierunt vocari per famā remanentem nomina ſua in terris ſuis.Hiero, Caſſio.Augu.Gloſa.Sępe eñ pagani ſupra defunctorum epulātur ſepulchra,& in nomine mortuorum bibentes inania quędā cum modulatione canunt,& credūt hoc illis prodeſſe,ſed nec vna gutta peruenit ad linguam in inferno ardentis.Glo. In terris autem ſuis dicit,quia ad exteros fama nō peruenit.Lyra.Hui⁹ autem erroris cauſa ſubditur, cum dicitur.

12 ✝ Alias i honore nō cōmorabitur ‡ Alias equatus

12 ET homo cum✝in honore eſſet nō intellexit‡comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Hieronymus.Homo inquit cum in honore eſſe non intellexit eſſe ſcilicet ſe ad imaginem dei formatum Lyra In hoc eñ conſiſtit honor hominis ꝙ factus eſt ad imaginem dei, capax ipſius per cognitionem & amorē, & ordinatus ad beatitudinē ęternam,quā homo carnalis non intelligit.Caſſ. Recte autem dicit dignitatem ſuam non intelligere,dū talia facit quę ab ipſo creatore videntur omnino diſcrepare.(Et ideo comparatus eſt iumentis inſipientib⁹.Lyra.Quia elegit vitam voluptuoſā quę vocatur vita pecudum, & ſimilis factus eſt illis,quia ſubtracto honore imaginis dei nihil differt homo a brutis.Hierony.Caſſio.In quo digna ſimilitudo datur vecordibus, vt qui ſe imaginem dei geſtare non intelligunt, congrue iumentis inſipiētib⁹ cōparētur,nā tolle homini dei cōſiderationem, & omnino pecus inſipiens eſt.pręſumtio vana & caduca ſuperbia.Gloſa.Similis quidē

Caſſio.

factus eſt illis vitio non natura.

13 Aliter legitur. ✠alia li. benedicent. HEc via illorum ſcandalum ipſis, & poſtea in ore ſuo complacebũt, Lectio. Hiero. iuxta heb. talis eſt hæc eſt via inſipientiæ eorũ, & poſt eos iuxta os eorũ current. ſemper. Gloſa. Hęc via inquit id eſt vita quę dicitur via quia ducit ad mortẽ. Caſſiodorus. Viam enim vitam debemus accipere in qua in hoc ſęculo actuum noſtrorum veſtigijs ambulamus. Gloſa. Via dico illorũ, non dei. Caſſiodo. Scãdalum ipſis vtiq; actoribus ſuis, id eſt ſtimul⁹ atq; dolor, nõ em̃ ad ſecuritatẽ ſuã quicq̃ peccator efficit, cui de ſua prouenit actiõe torqueri. Hierony. Nam hęc via de iuditio eos ad pœnã deducit, ſequitur. (Et poſt ea in ore ſuo complacebunt. Caſſiodorus. In quo deſcribitur cõſuetudo peccãtiũ, qui poſtquã votũ nequiſſimę diſpoſitionis impleuerũt, mox diuinitati gratias agunt, in ore ſuo nõ in corde deo gratias agẽtes, quia proſpere peccauerũt. Auguſtinus. Gloſa. Vel in ore ſuo cõplacebunt quia ſua paliant mala, labijs benedicunt deum non corde. Audientes em̃ de ęterna vita de cõtẽptu mũdi nõ curant, ſed ne erubeſcant vel corripiantur ore benedicunt, & peiores ſunt apertis malis.

Caſſio.

Gloſa.

14 Dyapſalma. Tertia pars. ✠alia li. gregis. SIcut ✠ oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.
Glo. & Hugo cardinalis. Hic eſt dyapſalma. Et eſt tertia pars vbi dicit quę iuſtis & impijs reddenda ſunt q.d. Illi ſic ſe iactant, ſed michi iã cõſtat ꝙ illi qui ſola pręſentia attẽdũt iã ſicut oues (in inferno poſiti ſunt) Caſſio. Glo. Nam ſicut oues amiſſa lana perſeuerãt iugiter, ſic ſemp in illis ſine cõſumptione ſubſtãtię pœna inuenit quod cruciet mors. Hugo cardinalis. Id eſt diabol⁹ de quo ſcriptum eſt, quia nomẽ illi mors, depaſcet eos. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodo. Ad ſimilitudinem iumentorum quę nõ radicitus herbas euellunt, ſed ſummitates tm̃ carpunt, vñ iterũ herbę naſcuntur ad paſtũ. ſic & illi morte depaſti reuiuiſcũt, quia non deficiunt, vel depaſcet, i. de pœna ad pœnã ducet. Hugo. car. & ꝓ dñio quod habuerũt in terra in ſeruitutem redigentur, vnde ſequitur.

15 Aliter legitur. ET dominabuntur eorum iuſti in matutino, & auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum.
Sic tranſtulit. Hiero. Et ſubijcient recti in matutino & figura eorũ cõteretur in inferno poſt habitaculum ſum. Hieronymus. Et dominabuntur inquit eorum iuſti in matutino. i. in reſurrectione. Lyra. Quando iudex veniens ſua claritate illuminabit vniuerſa. Auguſt. Gloſa. Modo enim nox dicitur dum non apparent merita iuſtorum & quaſi fœlicitas nominatur impiorum. Gloſa. Tunc vero pręminebunt eis iuſti & iudicabunt eos. Caſſiodor⁹. hoc vtiq; in illa reſurrectione fœlicium eſt vt malis pręmineant boni. (In matutino) autẽ dicitur hoc eſt inualeſcẽte die, cum ſcilicet gloria reſurrectionis illuxerit, quando iam beatitudinis claritas aperitur, & incoat eſſe dies qui nulla nocte finitur. (Et auxilium eorum veteraſcet in inferno a gloria eorũ. Augu. Glo. Auxilium ſiquidẽ eorum quod hic habebant in gloria ſęculi, in virtute ſua in pecunia, in amicis, veteraſcet in inferno. Caſſio. Tũc em̃ eorũ auxilia tanquã pãni putrefacti veteraſcũt. quia eorum diuitię nichil eis proſunt qui ad ęternas pœnas ꝑueniunt. qui ſe pati nullaten⁹ crediderunt, & hoc quia a gloria eorũ, ſubaudi expulſi ſunt de mundo ſcilicet iſto in quo gloriabãtur. Hieronymus. Cum em̃ deſcenderint in infernum, euanuit gloria eorũ, quia non quęſierũt gloriam. xpi. Hugo cardi. Vel a gloria eorũ. i. propter gloriam eorũ & ſecũdũ gloriã eorum quã hic habuerunt (auxilium eorum veteraſcet ĩ inferno) iuxta illud, quãtum ſe glorificauit in delitijs ſuis tm̃ date illi tormentum. ita autem cõtinget malis, ſed non ſic de bonis. Vnde ſequitur.

Augusti.

Apoc. 18.

VEruntamen deus eruet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. ✠ 16 ✠In hebreo ſẽꝑ additur
Lyra. Et loquitur hic propheta in perſona cuiuſlibet iuſti, dicẽs (veruntamen deus redimet animã meam). Hugo car. Nam copioſa apud eum redemptio de manu inferi. Idem. Glo. Id eſt de poteſtate diaboli. qui ante aduentum xp̃i animas detinebat, vel ſecũdum. Caſſio. Siue hoc dominus xp̃us de ſe dicat, ſiue a parte mẽbrorum ſuorum, vt aſſolet loquatur accõmodum eſt, ipſe em̃ deſcẽdens nedum animam ſuam ab iferno liberauit. ſed ſimul & illorum qui aduentum eius cõſtanti animo crediderunt, (cum acceperit me). Glo. Id eſt carnem ex me. Hierony. Nam homo deus formã ſerui accipiens ſuſcepta etiam morte paterna virtute reſuſcitans, hominem qui corruerat reparauit.

17 Dyapſalma. Quarta pars. NE timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.
Caſſiodo. Gloſa. Quarta pars pſalmi ex ore veritatis egreditur, vt nobis ſaluberrima medicina pręſtetur. Nam toti⁹ mundi hęc vna quęrela eſt, quare in hoc ſęculo floreant homines quos a cultura domini cognoſcim⁹ alienos, ſed peccatoribus iſta permiſſa ſunt, ideo pius doctor viros xp̃ianos alloquitur, ne terrarum diuites pertimeſcant, dicẽs ne timueris cum diues factus fuerit hõ. Idẽ. Diues dictus eſt a diuo, quę quaſi deus nichil creditur indigere, hominem autẽ hic impium debem⁹ accipere qui, ſe ſubiectis formidabilem facit dum ęquitatis iura contẽnit. admonet ergo ne timeantur potentes, qui omnia cum luce relinquunt. (Et cum multiplicata fuerit gloria dom⁹ ei⁹). Caſſio. Iunge ne timueris, cum ſcilicet multiplicata fuerit gloria. Idem. Glo. In honorib⁹ hui⁹ ſęculi (domus eius) vt nõ ſolum ipſe ſed etiam omnes qui ad ip̃m pertinent magna pompa florere videantur. Sed quare iſti non debeant timeri pulchre ſubſequitur.

Que ſũo

xviii. ✠ Alias poſt meã reſpõſio.

QVoniam cum interierit non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius.
Caſſio. Ecce ratio redditur cur timeri non debeat mundi glorioſus. Cur em̃ timemus diuitem qui moritur pauper, nec aliud ſecum valet portare niſi vnde poſſit ardere. Lyra. Cum autem dicit, non ſumet omnia, min⁹ dicit, & pl⁹ ſignat ſcilicet ꝙ nulla portabit cum eo gloria eius. Caſſiodo. Deſcen-

det enim in profundam foueam,ſine gloria ſęcu-
lari,ſine turba ſatellitum ſine pręſumptione gaza-
rũ.Hugo cardina.Et quãto erat hic glorioſior,tan
Oſee.4 to erit ibi magis ignominioſi⁹ iuxta illud. Gloriã
eorum in ignominiam commutabo.

xix Aliter legitur

Quia anima eius in vita ipſius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei.

Aliter ſic Quia animę ſuę in vita ſua bñdicet laudabũt te cũ benefeceris tibi.Hierony. (Quia anima inquit eius)Benedicetur a ſtultis propter potẽtiam,ſed vict⁹,& affluentia potus,quaſi proferunt non de bene viuente,ſed de bene paſcente ſententiam. Caſſio. Caſſiodo.Hęc autem benedictio non ad ſanctificationẽ pertinet impetrandam,ſed ad luxuriãtium fauorabiles voces, vnde benedicetur dictum eſt ꝓpter linguã ſatellitum,qui inter garrulitates & epulas paſtorib⁹ ſuis bene optare cõſueuerunt quorũ aĩa non de bono actu.ſed ex delitiarum pręparatione laudatur.Sequitur(Cõfitebitur tibi cũ benefeceris ei.)Hiero. Tunc eñ gratias agit quando aliquid lucri conquirit.Auguſtinus.Gloſa.In aduerſis vero blaſphemat. Caſſiodo. Mali nanq; tunc benedicũt quando tẽporalia bona percipiũt boni autem etiam in malis deum laudant,ſicut fecit Iob & cęteri ſancti ei⁹. Grego. in mora.li. vij. Deſpecta autem vox cõfeſſionis eſt quam format iocunditas proſperitatis. ſola autem cõfeſſio habet magni meritum ponderis quã a veritate rectitudinis nequaquã ſeparat vis doloris.

20 ✠ alia li. videbũt lucem

Introibit vſq; in progenies patrũ ſuorum,vſq; in æternum non ✠ videbit lumen,

Lyra. Introibit inquit vſq; in progenies patrum ſuorum,deſcendens cum eis ad infernũ,ſicut fuit imitator paternorũ ſcelerũ. Caſſiodo. Qui enim patres peſſimos imitantur eorum ſocietate dãnandi ſunt patres autem ipſorum appellat non tantum ex ſemine carnis,ſed ex imitatione morũ, ſequitur.(Vſq; in ęternum non videbit lumen. Auguſtinus. Quia & hic cũ eſſet in tenebris,erat gaudens falſis bonis. & ideo a tenebris ſomniorum, excipiẽt illum tenebrę tormentorũ.Caſſiodo.Lu- Iohã.1.
men iſtud Chriſtus eſt,qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,quem ſolũ modo in deitate ſua videre ſanctorum eſt. Auguſtinus.Gloſa.Sed quare hoc,quia.

21 ✠ alia li. ſilebitur

Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ✠ ſimilis factus eſt illis.

Gloſa.quaſi dicat.Non eſt inde increpandus deus ſed homo qui cum in honore eſſet nõ intellexit Hieronymus.Non eñ cognouit, quia hęc oĩa ei a deo fuerant attributa,idcirco inſipientia ei⁹ iumẽtis inſenſibilibus comparatur. Caſſiodo. Ideo autem hunc pulcherrimũ,pſalmum repetit a verſus parilitate concludit, vt ſe peccator a malo propoſito remoueret, cũ notatam defformitatem ſuã iterata increpatione cognoſceret. Lyra.Et eſt verbũ iſtud memoria dignũ, & ꝓpterea imprimi debet in,cordibus hominum.

Pſalmus.xlix.

Titulus Pſalmus Aſaph.

Lyra. Aliqui dicunt ꝙ pſalmus iſte loquitur de datione legis in monte Sinay,quod improbat.R.ſa. d.ꝙ loquitur de rege meſſia id eſt Chriſto ad litteram Et hãc litteram ſequitur lyra reiectis certis de opinione Ra.ſa.ſ.

Hierony.Gloſa. Aſaph hebraice latine congrega- Aſaph ĝđ
tio, grece ſynagoga quę ſecũdum patrem fidelem hic loquitur quę Chriſtum expectat per quã magis confutantur increduli iudæi.Hiero. Pſalmus autẽ iſte diſcernit iuſtos ab impijs, cœleſtes a terre- Gloſa.
nis,ſanctos a peccatoribus. Caſſiodo. Gloſa. Iſte autem pſalm⁹ inducitur pro mutatione ſacrificiorum in quo prius agit de vtroq; aduentu. Per primum inuitans per ſecundum terrens quatenus excuſatio iudeis non credentibus tolleretur,quando illa non ſuſcipiũt quæ ipſa ſynagoga teſtatur. Pro quo ſũt & alij duo pſalmi videlicet.xcv. &.xcvij. Iſte autem pſalmus intentione monet ne quis ad Diuiſio.
iã terminata ſacrificia redeat. Et diuiditur in tres partes. In prima agit de vtroq; xp̃i aduentu. In ſecunda parte xp̃s loquitur,& monet vt relictis ſacrificijs pecudũ fiat ſacrificium laudis,ibi audi popule meus. In tertia oſtẽdit quorum ſacrificia reprobentur,ibi peccatori autem.Caſſiodo. Ne quis ita ꝗ incarnationem domini mediocri crederet ęſtimatione pẽſandam,potentia eius ante prędicitur vt totius incredulitatis prauitas auferatur, dũ dr̃.

Deus deorum domin⁹ loquutus eſt, & vocauit terram, 1 Ps.49 ✠ alia li. fortis.

Hierony.Deus in trinitate pater & filius, & ſpirituſſanctus vnus deus qui credentes,deos voluit nuncupari quib⁹. Et dedit poteſtatẽ filios dei fieri dominus autẽ eſt eo ꝙ omnium dominãtium dominetur(loquut⁹ eſt) & vtiq; eſt qui dudũ in patriarchis loquebatur atq; prophetis ipſe nũc loquitur.Lyra,Deus inquã deorũ dñs.i.ille qui eſt vnus verus deus,& dñs dominorũ.i. ſanctorum ꝓphetarũ(loquutus eſt in hũanitate pro nobis aſſũpta. Gloſa.Qui prius multipharie i prophetis loquebatur,vnde notandum,ꝙ tribus modis dicitur deus Aliquando ſubſtantialiter vel naturaliter, vt deus trinitas pater & filius & ſpirituſſanctus. Aliquando adoptiue,ſicut dicũtur ſancti,qui per gratiam adoptionis dij ſunt. Aliquando nũcupatiue, De⁹ tria ſignificat.
vt falſi dij Iupiter & venus. Et propterea conuenienter hic dictum eſt, ꝙ deus deorum dominus qui locutus eſt.Hiero. Et quid inquit locutus eſt. Sequitur.(Et vocauit terram. Caſſio. Id eſt genus humanũ,quod per totum orbem terrarum eſt diffuſum.Hiero.Non tãtum partem aliquam. ſed audi quid adiecit.

2 ✠ Alias pfecto decore de⁹ apparuit

A Solis ortu vſq; ad occaſum, ex ſyon ✠ ſpecies decoris eius,

Hiero.(A ſolis inquit ortu vſq; ad occaſum, (vnde nichil reliquit ꝙ nõ ſua vocatione faceret dignũ Caſſiodo.Nam per ſolis curſum vniuerſum ſignificat mundum, quia ſol omni terrę oritur & occidit,claritas eius. Hiero. Caſſio. Gloſa. Vnde autem

vbi mõs ſion. cepit ſequitur Ex ſion . i. Hieruſalem intra quam
mons iſte puris mẽtibus velut aurea maſſa reſplẽ-
det. Ille em̃ qui omnes gentes vocat ab Hieruſalẽ
ĩcepit,quia ĩ de exeũtes apoſtoli,ſpeciẽ decoris xp̃i
toto orbe nũnciauerunt ſicut eſayas dixit . Exibit
de ſyon lex,& verbum dñi de Hieruſalem , ex ſion
inquit ſpẽs decoris eius. Caſſiodorus. Qui eſt ſpe
cioſus forma prę filijs hominum. Gloſa. Qui & ſi
tunc occultus foret pro ſimilitudine carnis pecca
ti. Et eſt ahuc ad dexteram patris ſedens . Tamen.

3 + alia li. hebrea nõ habet manifeſte.

DEus + manifeſte veniet, deus noſter & non ſilebit,

(Deus inquit manifeſte veniet) Hieronymus. In iu
ditio ſcilicet in quo omnis homo eum videbit, vt
in Apocalipſi ſcribitur. Et videbit eum omnis ca
Apoca j. ro. Caſſiodorus. In primo enim aduẽtu venit car-
nea nube velatus . In ſecundo vero manifeſte ve-
niet,quando non iam cruci affigendus ,ſed mũdũ
iudicaturus eſt. Lyra . Tunc enim in humana natu
ra apparebit,in qua fuit iudicat⁹ coram pilato glo
rioſa tamen & omnibus manifeſta. Gloſa . De⁹ in
quã non quilibet,ſed deus noſter qui verus de⁹ eſt
Hugocardinalis . Noſter autem per conformitatẽ
" naturę(& non ſilebit.) Hieronymus, Auguſti . In
primo nãq; aduentu tacuit,quia humilis apparuit
& modo tacet.tamen ſi tacet iudiciũ nõ tacet man
data. Caſſio. Silet nãq; modo per patientiam cum
peccam⁹ tunc autem non ſilebit quando ſceleratis
dicturus eſt,ite in ignem ęternum. Hugo cardina.
Mat.25 Sed quia poſſet queri que ſint ſigna aduentus eius
ſequitur.

4 + Alias vorabit.

IGnis ĩ conſpectu eius + exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida.

Hugo cardi. Ignis materialis qui cõburet ſuper-
ficiẽ terrę & aera quantũ aſcenderunt peccata ho-
minum & fumus idolatrię. Gloſa. Vel ignis malæ
conſcientię(exardeſcet) .i. torquebit impios. Idem
Hugo cardi. Iuſtos vero purgabit & illuminabit
Ignis virtus duplex. Hieronymus. Duplicem enim hic ignis intelligi-
tur habere virtutem,quia illuminat & exurit. Gau
deant igitur iuſti. quia illuminãtur ex eo . Timeãt
vero peccatores,quia exurendi ſunt ab eo. Augu.
Glo. Et pœna terreat quos pręmia non inuitant.
Gloſa. Exardeſcet dico in conſpectu eius id eſt cũ
cõſpicient iudicãtem (Et in circuitu eius tẽpeſtas
valida . Caſſio. Hęc tempeſtas non ventis agitur,
nec procellis ſeuientibus excitatur,ſed diuina po-
tentia . vehemens conſurget ſpiritus vt arca dñi
ęquitatis eius ſentẽtia ventiletur quę tunc frumẽ
ta ſequeſtrabit a paleis hoc eſt bonos diſcernet ab
Iudiciũ dicit tẽpeſtas et quare. impijs quod iudiciũ merito tẽpeſtas dicitur , qm̃
& improuiſum veniet, & omne genus hominum
pro ſuis meritis momẽtanea cœleritate diſcernet.
Idem. Gloſa. In circuitu vero dicitur,quia cum ip
ſo iuſti ſedentes iudicabunt ſicut in euangelio pro
mittitur. Glo . Eius eni circuit⁹ erũt angeli ſepara
tores & ſancti. veniẽs autem dominus ad iudiciũ.

5 + alia li. vt iudicet.

ADuocauit cœlum de ſurſum , & terram + diſcernere populum ſuum.

Gloſa. Aduocauit id eſt aduocabit cœlum de ſurſũ
Hierony. Id eſt apoſtolos vel reliquos ſanctos qui
deſpectis terrenis quę ſurſum ſunt ſapiunt. Et ter-
ram diſcernere populũ ſuum. Idem. Diſcernit au-
tem tunc rerrenos cum cœleſtes ponẽtur ad dexte
ram,hi ad ſiniſtram collocentur, vel diſcernet po-
pulum ſuum in futuro iudicio , quando dicturus
erit, ite maledicti in ignem ęternum,& ad ſanctos Mat.25
ite in vitam ęternam. Caſſio. Vel pel cœlũ hic om
nem iuſtum debemus accipere , per terram pecca- Celũ aia iuſti.
torem , quia ille ſpirituali ſe conuerſatione dño
pręſtante purificat, iſte terrena viciorum qualita-
te ſordeſcit. Lyra. (Vel aduocauit cœlum de ſurſũ) "
quia angeli cum eo deſcendent ad iuditiũ(& terrã) "
quia ad pręceptum eius mortui de terra reſurgent
(diſcernere populum ſuum) cum ſegregrabuntur
oues ab hędis. Gregorius. in mora. li. xxv. Vel cœ
los ſurſum aduocat. cũ hi qui ſua omnia relinquẽ-
tes, conuerſationem cœleſtis vitę tenuerunt, ad cõ
ſedendum in iudicio conuocantur, atq; cum eo iu
dices veniunt. terra etiam ſurſum vocatur, cum hi
qui terrenis actibus obligati fuerint in eis tamen
plus cœleſtia quã terrena lucra quæſierunt quibus
dicitur hoſpes erã & colegiſtis me . Nudus & ope- Mat.25.
ruiſtis me. ſequitur.

vi + alia li. mihi ſanctos meos. + alia li. ſponunt pactum meum.

COngregate illi ſanctos + eius qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.

Hiero. Caſſiodo. O quã mirabiliter hæc euangelio
ſancto conueniunt. Idem. Caſſio. Nunc em̃ ſina-
goga Chriſti verba facit ad angelos , qui miniſte-
rio ſuo in fine ſæculi ſanctos de vniuerſo mundo
congregabunt,ſicut ipſe in euãgelio dicit . Mittet
angelos ſuos,& congregabunt ad eum omnes gen
tes . Et ſegregabunt eos adinuicem ſicut paſtor ſe-
gregat oues ab hædis. Auguſtin⁹. Glo. vidẽs itaq; Vbi ſupra.
propheta futura quaſi præſentia hortatur angelos
dicens(congregate) illi. Lyra . Chriſto ſcilicet ſan-
ctos eius ſicut membra capiti. Augu. Gloſa. Meſſo
res enim angeli quoſdã portabũt in ſinu quoſdã
in manib⁹, in ſinu cõtemplatiuos, in manibus ac-
tiuos quaſi ſaluos per bonam voluntatem & ope-
rationem,de malis vero dicitur.(De quo non im-
pleuit manũ ſuam qui metet.) Sãctos inquam eius Ps.28
(Qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.)
Auguſt. Glo. Nouũ ſcilicet teſtamentum ſuper ve
tus , vel qui pluris habent opera charitatiſq; q̃ ſa-
crificia pecudum, Hierony. Caſſio. Qui ſcilicet or-
dinant teſtamẽtum id eſt ordinabiliter faciunt, &
dant ſicut teſtatus eſt chriſtus, vt hoſpitem ſuſcipe
re ,elemoſinam dare charitati ſtudere. ſcientes q̃ in
miſerationibus deus ſuper omnibus ſacrificijs de
lectatur . Hieronymus . Vel ordinant id eſt prędi-
cant & implent teſtamentum nouum ſuper vetus
vt per teſtamentum nouam legem , per ſacrificia
veterem intelligamus. Sequitur.

7 adde ſep

ET annunciabunt cœli iuſtitiã eius quoniam deus iudex eſt.

Caſſiodo, Hiero. Cœli ſunt viri ſancti & iuſti, qui-
bus verbi cœleſtis diſpenſatio cõdonatur. Gloſa.
Veniet enim dominus manifeſtus & iudicabit . &
" hanc iuſtitiam annunciabunt cœli id eſt apoſtoli
toti mundo(Quoniam deus iudex eſt) Hiero. Viuo
rum ſcilicet & mortuorum, Ideo iuſticia eius eſt ti

menda. Caſſiodo. Quia neſcit falli, & ſicut omnia manifeſte nouit, ita & ſine reprehẽſione diſcernit, nichil ei ſibi negaẽ nihil ſupprimiẽ quẽ nec factũ aliquod latet cui nec quod iudicatur abſconditur.

8 ✠alia li. h3 in te. ſcda ps.

AVdi po pulus meus & loquar. Iſrael & teſtificabor ✠ tibi de⁹ deus tuus ego ſum.

Gloſa. Scda pars vbi eſt vox monẽtis vt relictis ſacrificijs pecudum, fiat ſacrificium laudis. Hierony. Et eſt vox iſta vox dei patris ad populũ iudaicũ cui ait (audi(. Hiero. In quo autẽ cordis requirit Caſſio. Audi inquit id eſt deuota mẽte ſuſcipe (populus me⁹ & loquar) Augu. Gloſa. Tãq̃ diceret, ſi populus es meus, audis, & ſi audis, loquar tibi, aliter ſcilicet ſi nõ audis & ſi loquar, non tibi loquar & hoc idẽ repetit ſub alio verbo dicẽs (audi iſrael) Caſſ. Quod iterpretatur vidẽs deũ vel rect⁹ coram deo, & teſtificabor tibi, Glo, Vel p ſcripturas vel p miracula. Hierony. Vel p patriarchas & ꝓphetas oſtẽdã tibi ꝙ de⁹ de⁹ tu⁹ ego ſũ. Hiero. Deus ſum oĩpotẽtia, tu⁹ aut ẽ de⁹ ſũ per gratiã nõ illa ſimulacra muta quę hacten⁹ veneratus es, vel ego ſũ qui ſẽper ſum ipſe. Auguſtinus. Gloſa. Prius autẽ dicit, ſum deus tuus. q. d. & ſi non ſum deus tuus, tamen ſum deus, bono enim meo ſum de⁹. malo autem tuo non ſum de⁹ tu⁹. Caſſiodorus. Repetitio autem iſta deus deus tuus, mẽtem ſolidat, ne ſemel dicta laberentur. iſtud vero verbũ ſum proprium eſt deitatis. Nam vna ſillaba tribus litteris continetur, vt ſancta trinitas vnus deus eſſe doceatur. Hugo cardinalis. Et quia poſſent iudęi dicere, igitur quia deus noſter es offerre tibi debemus ſacrificia, Ad quod reſpondet.

(Caſſio. — Iſrael quomodo interpretatur — Gloſa. — Caſſio. — Sum eſt verbum deitatis)

ix Alia li. nõ ꝓpter ſacrificia tua arguam te

NOn in ſacrificijs tuis arguam te, holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Caſſiodor⁹. Ad populum nãq; Iudaicũ hęc loquitur dicẽs, iam nõ exquirẽda eſſe ſacrificia pecudũ, ſed cor contritũ. Hiero. In corde enim cõtrito de⁹ delectatur. Auguſt. Non itaq; tibi dicã quare non mihi taurũ pinguẽ mactaſti, quare nõ optimũ hyrcũ elegiſti & ſimilia quęrẽdo quid michi des, quid ergo nõ acceptas ſacrificia mea, ſequiẽ (Holocauſta autẽ tua in cõſpectu meo ſũt ſẽp.) Glo. Holocauſta dicit animã igne charitatis totã inflãmatam. Hugu. Caſſiodo. Holaucauſtũ ẽm dicitur quaſi totũ igne aſſumptũ holõ ẽm totũ eſt, cauſtis, incẽſio inde dicta ſunt holocauſta quę poſtq̃ fuiſſent immolata ignis deſup veniẽs aſſumebat, hęc xp̃s veniẽs reſpuit, quia ipe vera victima fuit. quę igitur ſũt holocauſta, quę nõ ſpernit, & quę in cõſpectu ei⁹ ſunt ſẽper. & quę ipſe dñs ante cõſpectũ ſuũ ſẽper eſſe ꝓnũciat. hęc inquã ſũt quãdo ſcilicet mẽs humana diuino amore ſuccẽſa peccata ſua tribulatiõe decoq̃t, & ad illi⁹ holocauſti ſimilitudinẽ oĩa ſua cruciatu corporeo exuſta cõſumit ſacrificiũ ei deo ſp̃s cõtribulat⁹. Hier. Vel (holocauſta tua i cõſpectu meo ſunt ſẽp) Si odorẽ rectę orationis tanq̃ ſuauitatis icẽſũ ad me vſq; direxeris. Glo. Ne igitur putes hęc holocauſta eſſe de animalib⁹ ſubdit.

(Auguſti. — Hugo. — Hieron.)

10 NOn accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hyrcos

Glo. q. d. Non arguã ſi nõ feceris, & ſi feceris non accipiã. Caſſ. Cũ autẽ hęc duo reſpuit vniuerſa primi tẽporis ſacrificia deſignat modis oĩb⁹ excludẽda ſignificãs a parte totũ. Aug. Prenunciãs i hoc nouum teſtamẽtũ vbi oĩa illa ſacrificia vetera ceſſauerũt. Hiero. Quia ſanguis veri agni effuſus eſt ꝓ peccatis populi, vel (non accipiam de domo tua vitulos) id eſt incõtinẽtes & ſuperbos, neq; de gregib⁹ tuis hyrcos, hyrcos qui ſcilicet fetidi ſunt in peccato. Glo. Ideo autem hęc a te non accipiam.

11 ✠alia li. oĩa alia ſiluarum. ✠ Alias milium.

QVoniam meæ ſunt omnes ✠ ferę ſiluarũ iumenta in montib⁹ ✠ & boues.

Augu. Glo. Quid ẽm a te quęrã qũod ego cõdidi, & quod meũ q creaui, (quoniã iquit meę ſunt omnes feræ ſiluarũ). i. animalia ſilueſtria & indomita quę tu nõ poſſides, & etiam (iumẽta quę paſcis in montibus & boues), Caſſ. Glo. Vel in his ſimilitudinibus figurat eccleſiam, ferę nãq; ſiluarum gẽtes ſignificant quę in ſęculo iſto more ferarum verſabãtur, (iumẽta in montibus) ſimplices in culmine fidei. (Boues) vero apoſtolos & prophetas qui aſſiduo labore in agro domini verſati ſunt. Hieronymus. Vel per hęc intelliguntur irrationabiles, & diuerſis modis vagantes homines quos oportet vocatione filij dei ſaluos fieri,

(Gloſa.)

12 ✠alia, li. ſpecies. Aliter legitur.

COg noui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt.

Sic legit. b. Hiero Scio oẽs aues montium & vniuerſitas agri mecum eſt. Auguſt. Glo. Cognoui ab ęterno quod nullus hominũ fecit, cum illo enim ſunt omnia cognitione quadã ineffabilis ſapientię) omnia volatilia cœli. Gloſa. Quę & quot ſunt Caſſ. Quis ei oĩa cœli volatilia poteſt niſi ſola maieſtas cognoſcere (Et pulcritudo agri mecum eſt,) Caſſ. Reuera ſecũ quia vbiq; totus eſt, ſicut de eo ꝓpheta inquit. Cœlũ & terrã ego implebo. Aug. Glo. Vel pulchritudo agri eſt illa vbertas omnium in terra gignentium quę mecũ eſt, quia michi ſeruit. Hiero. Vbi ẽm voluero rerum omnium copia vel diffunditur, vel negatur, volatilia vero quę michi offers, turtures ſcilicet & columbas ego tibi dedi, nã oĩa anteq̃ fiãt apud deũ viuũt. Caſſ. Glo. Vel ſpiritualiter iſta tractando (volatilia) ſunt ſupernę ãgelorũ virtutes, (pulchritudo vero agri), gẽtes cõuerſę quę ſunt dec⁹ terrę. Et quia hęc omnia mea ſunt. propterea.

(Iher. 23. Auguſti. — Gloſa.)

13 SI eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ & plenitudo eius.

Augu. Gloſa. quaſi dicat. Si hęc datis quia forſitã eſurire me putatis, inſania eſt, hoc enim nunquam fit. ſed dicitur ad conuincendum paruulum ſenſum (Si eſuriero inquit non dicã tibi.) Gloſa. Vt Vt paſcas me. Hiero. Eſurire enim dei eſt non in eſcis corruptibilibus, ſed vt faciat quis voluntatẽ eius, ſicut ipſe ait. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei. Me⁹ eſt enim orbis terræ & plenitudo eius. Gloſa. Ergo non quęras quod michi des. quia meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. i. omnes creaturæ, & ſine labore habeo quod volo. Caſſiodorus. Plenitudo enim hæc diuerſitatem ſi-

(Gloſa. — Joh. 4.)

xiii Nunquid manducabo carnes tau-
rorum, aut ſanguinem hircorum
potabo,

Gloſa. Quaſi diceret. Non olim enim hæc ſacrificabantur, ideo quod deus inde delectaretur, ſed ne dęmonibus offerrētur. Hieronymus. Nunc vero euacuanda hęc ſacrificia eſſe declarat. Caſſiodor⁹. Auguſtinus. Poſſunt tamē hæc licet repudiata nobis proficere, cum hæc acceperint indigētes, cum ſcilicet eſuriens paſcitur, ſitiens potatur. in pauperibus enī accipitur deus, qui ſibi in ſacrificijs non permittit offerri. Gloſ. Reprobato itaq; veteri ritu de ſe quaſi de alio loquens, quid ſibi faciam⁹ indicat, quaſi dicat hæc nolo, ſed.

Gloſa.

xv Immola deo ✠ ſacrificium laudis,
& redde altiſſimo vota tua,

✠ alia li. laudem

Gloſ. Immola inquit deo ſacrificium laudis, quod in te ipſo eſt, ſcilicet vt gratias de omnibus agas, ecce quid exigit. Hieronym⁹. Hoc enim eſt ſacrificium acceptabile, hoc eſt holocauſtum pingue vt laudetur deus ab homine quem creauit, quem redemit, cui & regnum cœleſte promittit. Caſſiodorus. Ille autem ſacrificium laudis deo immolat, q a terrenis vitijs fuerit ſegregatus, qui moritur mūdo, vt hoſtia fiat Chriſto. Nō enim placet domio ſi laudes eius turpis perſona decantet, nec ſacrificium dicēdum eſt, quod pecudes mactat, ſed omne ſacrum factum quod nos pia oblatione cōmēdat. (Et redde altiſſimo vota tua). Caſſi. Ille nāq; vota reddit altiſſimo, qui ei, talia immolanda pręparat, qualia propitius ipſe pręcepit. addit aūt (tua) vt nō quæreres fortaſſe extranea, ſed hmōi ſacrificiū qđ exigit, referat ad cordis archanū, qđ in animæ penetralibus iacet, quod extra non quærit, qđ paup & diues æqualiter habent.

quis immolat deo.

xvi Et inuoca me in die tribulationis,
eruam te, & honorificabis me.

Auguſtinus. Non enim præſumere debes de viribus tuis, quia omnia auxilia tua mēdacia ſunt, ſed inuoca me. Hugo cardinalis. id eſt intus voca, qd enim valet ſtrepit⁹ labiorum vbi cor eſt mutum? (In die tribulationis). Glo. id eſt aduerſitatis quę ideo datur, vt in ea deus inuocetur. Gregori⁹. Hugo cardi. Os enim quod proſperitas claudit, aduerſitas aperit, vnde propheta. Ad dominum cum tribularer clamaui. Auguſtinus. Ad hoc itaq; permiſi diem tribulationis tibi fieri, quia forte ſi nō tribulareris non inuocares me. Cum autem tribularis, inuocas me, cum inuocas me, eximo te. Cū igitur eximā te, glorificabis me, vt iam nō diſcedas a me. Caſſio. Ecce q̄ parua petit a nobis dominus, tam ingentia præſtiturus. Hiero. Perſeueremus ergo in fide, inuocemus in tribulatione, & magnificemus eum cum fuerimus a periculo liberati.

ps. xix. cur nobis tribulatio

xvii Peccatori autem dixit deus, ✠ qua
re tu enarras iuſtitias meas, & aſ-
ſumis ‡ teſtamentum meum per os tu-
um.

✠ alia li. qđ tibi enarratiōe pceptorum ‡ alia li. pactum iij. pars.

Gloſa. Hugo cardinalis. Tertia pars vbi oſtendit a quibus ſacrificium non vult deus. Caſſiodorus. Et quia laudē de⁹ p ſacrificio quærit, ne putet turpis hanc ſibi imperari, prohibet ne lingua eorum præſumeret laudes canere, quibus turpis conſcientia poterat obuiare, dicens. (Peccatori autem dixit deus.) Quare tu enarras iuſtitias meas. Interdicitur enim ſceleratis qui conuerti nolunt, ne ſe præſumāt ſermonibus miſcere diuinis, quia os debet eſſe iuſtum, quod iuſtitias domini enarrare præſumit, non tamen per hoc interdicitur laus peccatoribus ad pœnitentiam conuerſis, ſed dūtaxat oblitis deum, cū igitur ſupra dicitur. (Immola deo ſacrificium laudis). Videas ne bene cantes & male viuas, quia (Peccatori dixit deus). Glo. Quare inquit tu cum opere non impleas, enarras iuſtitias meas. Gloſa. Caſſiodorus. quaſi dicat. Nec ſancta verba os polutū præſumat docere, & ſi legere, non enim lectio negatur corrigendis. Hieronym⁹. Audiant igitur hęc doctores vel epiſcopi eccleſiarū. & quia peccata populorum reſecant prædicando, ſi quod prædicant, opere non implent. Gregori⁹ in morali. lib. xix. In his enim verbis lex eſt ipſis īpoſita, vt viuendo impleant, quod loquendo ſuadere feſtinant, nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adiuuatur. Sequitur (Et aſſumis teſtamētum meum per os tuum). Caſſiodorus. In quibus verbis teſtamentum nouum & vetus ſignificat: quia dum vnū ſuſpenſe dicit, vtraq; memoratur.

ſceleratis nō conuenit laudare deū pdicādo: aut ſacrificādo.

Tu vero odiſti diſciplinam, ✠ & xviii.
proieciſti ſermones meos ‡ retror
ſum.

✠ alia li. eruditionem.

(Tu vero inquit odiſti diſciplinā). Lyra. Mandata ſuperiorū contēnendo, & etiā mea. Hiero. Vel qa q̄ pdicabas in eccleſia, nō cuſtodiebas in vita. Aug. Gloſ. Caſſio. Et quæ ore dicis, facto negas: & ſi corrigo murmuras: laudas enim quando parco, murmuras quādo caſtigo. Caſſiodorus. Ille nāq; odit diſciplinam qui ad correctiones iuſtas iniqua pręſumptione remurmurat, & nō vult in ſe dominū vindicare quod peccat. Sequitur. (Et proieciſti ſermones meos retrorſum. Augu. Glo. Præcepta eñ contēnis, & quę dicis, poſt te ponis ne videas. Caſ. & Greg. in mora. lib. xix. Nam ſermones dei poſt ſe proiicit qui quod dicit facere contēnit, & cui añ oculos non eſt quod ſemper cōuenit intueri. Lyra. Quomodo autem eius ſermones retrorſum proiecerit, exponit dicens.

Si videbas furē ✠ currebas cū eo, xix.
& cum adulteris portionem tuam
ponebas.

✠ alias ꝯſentiebas ei.

Gloſa. Non igit̄ dicas te non feciſſe, quæ dicta ſūt, quia ſi videbas furem, currebas cū eo. Augu. Glo. Quia aſſentiebas laudādo. Hugo car. Vel currebas cum eo cōſentiendo, cōſilium prębēdo, non īpediendo, & huiuſmodi, vñ alia litera habet conſentiebas, vbi nos habemus currebas. Et cum adulteris portionē tuam ponebas. Hugo. cardina. id eſt particeps & ſocius eorum eras. Caſſiodor⁹. In his aūt duobus prohibitis oīa crimina vetuiſſe videt̄, qa qui minora vetat ſcelera, multo magis fortiora contēnat. Ponit autem portionem cum adultero qui ei adiutoriū prębet quo ſua vota perficiat. Hieronym⁹. Vel portionem quam cum deo & angelis habere debuerat (ponit in inferno.

Caſſio.

20 OS tuum ✠ habundauit malitia, & lingua tua ‡ cōcinnabat dolos.

✠ alia li. dimiſiſti a d malitiam. ‡ Alias cōcinnauit dolū.

Caſſ. Glo. Hic arguit peccatores de cōſcientiæ prauitate & linguæ doloſitate: vnde os hic pro cogitatione cordis debemus accipere, quia poſtea de lĩgua dicturus eſt. (Os inquit tuum abundauit malitia). Caſſio. Tunc eñ nequitia cogitationis abundat, quando p diuerſa genera peccatorũ iniqua voluntate graſſatur. Et lingua tua cōcinnabat dolos) Hieronymus. Quia peccatore male agente, tu nequiter ac doloſe bene agere collaudabas. Auguſti. Goſa. Dolus enim eſt cum quis non ſolum non repræhendit vel tacet, ſed etiam laudat, etiam ſi malum eſſe ſciat. Caſſiodo. Gloſa. Concinnabat autẽ dicit, quia decipientium mos eſt, ſic falſa componere, vt aliquo lepore verborum audientium auribus blandiantur, & hoc facit etiam iſte contra fratrem, vnde ſequitur.

Gloſa.

xxi. SEdens aduerſus fratrem tuum loquebaris, ✠ & aduerſus filiũ matris tuæ ‡ ponebas ſcandalum, hęc feciſti, & tacui.

✠ alia li. fabricabaris opprobriũ. ‡ alia li. detrahebas.

Caſſiodo. Sedens ideo dicit. Quia ſedere morantis eſt. & ideo culpatur grauius qui diutius moratur ĩ detractione fraterna. Gl. Caſ. Quia quod quis trãſiens facit non cum voluntate facit. Glo. Sed tu ſedens loquebaris aduerſus fratrẽ tuum, id eſt aduerſus omnẽ hominẽ, quia omnis homo eſt frater cōditione primæ natiuitatis (loquebaris) detrahẽdo. Lyra. Vel calũnioſe ipſum obiurgando, Hugo car. Vel cum nō dicit quid loquebatur omne malum intelligere voluit. (Et aduerſus filiũ martis tuæ.) Caſſiodorus (Filium matris. Sobolem dicit eccleſię cui per regenerationis partum fraterna charitate coniungitur (ponebas ſcandalum) Lyra. Prębẽdo ei occaſionem ruinæ ex verbis tuis malis & factis. Caſſiodorus. (Vel ponebas ſcandalum) hæreticas ſcilicet prauitates vel alias interceptiones excogitando, quibus frater innocens caperetur. Auguſtinus. Gloſ. Dum enim detrahit, qui doctus videtur fratri forſan bene docenti, vel bene ambulanti. ponit ſcandalum infirmo, qui neſcit iudicare, & ideo filius matris dicitur lacte ſcilicet egens eccleſiæ, nōdum ad menſam patris accedens cuius pane paſcatur. i. validioris doctrinæ cibo. (Hæc feciſti, & tacui) Hiero. Quia non ſtatim vindicaui, ſed ſuſtinui, & ea examinanda in futurum iudicium reſeruaui. Cãſſ. Dominus enim iuſtus non iniuſte diſtulit iudicium, vt conuerſionis tempus inueniretur dum damnationis pœna ſuſpẽditur: ſed ex hoc q̃ opinio prauis mentibus naſcatur exponit dicẽs,

Gloſa.

xxii. EXiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam cōtra faciem tuam.

Alias. Exiſtimaſti iniquitatem

Glo. q. d. (Tacui) ideo exiſtimaſti, o inique, ꝙ ero tui ſimilis. Caſſ. Hiero. Dum enim non vindico in pręſenti arbitratus es ea mihi placere, ſicut tibi placẽt tua mala & aliorũ: quod ita creditᷣ a ſtultis, Sed huic prauo intellectui datur iuſta ſentẽtia, cũ dicitᷣ, (Arguam te & ſtatuã cōtra faciem tuam). Glo. Arguam inquã & arguẽdo ſtatuã te cōtra faciẽ tuam. Hiero. Cum ſcilicet in ſiniſtra parte ſedis fueris collocatus in futuro iudicio, vt cōfuſus dãneris morte perpetua: vtinam & nos in hoc ſęculo poneremus ante nos peccata noſtra, & non deus ea in iudicio ſtatueret ante faciem noſtrã. vbi iam non caſtigatio, ſed iudicium mortis accedit. Augu. Glo. Tunc igitur arguam te, & quod poſt dorſum poſuiſti, ante faciem ponam, & oſtendã te tibi, & diſplicebis tibi, quod & modo faceres ſi te videres, michi vero placeres, ſi tibi diſpliceres, Caſſi. Tũc enim omnis peccator ante ſe videbit ſtare, quod ſe putabat obliuionis beneficio preteriſſe, vbi horror immenſus formido inæſtimabilis, illa ſcilicet homines videre per quæ ſe norunt ad æterna ſupplicia peruenire. Glo. Et quia ita dixit dominus ergo vos.

Auguſti.

Caſſio.

xxiii. INtelligite ✠ hęc qui obliuiſcimini deum, nequãdo rapiat, ‡ & non ſit qui eripiat.

✠ Alias nunc. ‡ Alias rapiam.

Hiero. Vox Prophetæ admonẽtis vnũquenq; noſtrum, vt nō ponamus dominũ in obliuione, nec ſua mandata. Glo. Et vt nemo dicat non prædictũ ait (ĩtelligite hæc. Caſſ. Id eſt fideliter obedite. Hu. car. Vel intus legite, & ĩ corde reuoluite hæc ſupra dicta vos pctōres (Qui obliuiſcimini deũ) Gloſa. Id eſt qui me deum eſſe non creditis cui nemo poteſt reſiſtere. Lyra. Et mandata mea contemnitis. Caſſiodorus. Ille enim obliuiſcitur deum, qui pręcepta ipſius iniqua præſumptione contemnit (intelligite) inquam. (Nequando rapiat). Hieronymus. Ad mortem vel ad diem iudicij (Et non ſit qui eripiat) Caſſiodorus. Quando enim diabolus rapit, non eſt qui eripiat ad ſalutem, & quando dominus ad vindictã trahit, non eſt qui liberare poſſit. Lyra. Quia in inferno nulla eſt redemptio. Hugo cardinalis. Quid autem debeant intelligere, & quomodo debeant conuerti ad dominum, ſubiungit, dicens:

qs obliuiſcitᷣ deũ.

24 SAcrificium laudis honorificabit me. & illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

Aliter legitur.

Tranſlatio beati Hieronymi ſic habet. Qui immolat confeſſionem glorificat me, & qui ordinat viã oſtendam ei ſalutare dei. Gl. Hoc inquam intelligite quod ſcilicet (Sacrificium laudis honorificabit me) Glo. Aug. Non ſacrificiũ pecudum, ſed laudis, nemo eñ mihi offert hoc ſacrificiũ, & malꝰ eſt, qa nemo laudat niſi bonus: nec deũ laudat, qui benedixit, & male viuit Hierony. De omni autem bono quod ſancti faciunt deus honoratur: Caſſiodo. Et hoc eſt ſacrificiũ quod honorat dominũ qđ ſcilicet puritate fidei & actionum probitate fuerit immolatum. (Et illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei). Caſſi. Glo. (Et illic) hoc eſt in ſacrificio laudis eſt, iter, id eſt via ad deum, & ſcala Iacob qua angeli aſcendunt & deſcendunt. Quo itinere ſcilicet oſtendam. Hugo cardinal. Non dabo quia in itinere, id eſt in via pręſenti non plene datur, ſed ſolum oſtenditur illi. Glo. Laudanti, ſcilicet (ſalutare dei) id eſt me Hieronymus. Salutare enim patris filius eſt. Caſſiodorus. Glorioſa itaque hæc ſemita. quæ ducit ad cœli terræque creatorem. Glo. Quem nō nouit alij quam gratiæ aliquid tribuit.

Gloſa.

¶ Pſalmus quinquageſimus.

¶ Titulus in finem pſalmus Dauid, cū venit ad eū Nathā propheta quādo intrauit ad Berſabeæ.

Lyra. Exponit ſecūdum hyſtoriam tituli prout eſt hic, cuius hiſtoriā vide ſecundi Regum duodecimo.

Hierony. Hierony. Iſte pſalmus vocē continet pœnitentis perſonæ, oſtēdens vt qui ceciderit in crimine confitendo mala ſua redeat ad ſalutē. Caſſ. Glo. Dauid enī hic proponitur in exemplum nō cadendi, ſed ne deſperes ſi cecideris reſurgēdi. Grego. Admonemur autem in hoc pſalmo proſpera metuere: ſæpe nanq; pſentia gaudia ſequuntur perpetua lamenta, admonemur etiā carnales cupiditates reſtringere, & de dei mīa nunq̄ deſperare.

Diuiſio. Glo. Et diuiditur in quinq; partes. In prima deprecatio. In ſecūda confidentia indulgentiæ & ablutionis oſtēditur, ibi, incerta & occulta. In tertia ex cōfidentia ſecurus petit deletionem pctōrum, & plenam reſtitutionem, ibi. Auerte faciem tuam. In quarta Quid reſtitutus perſoluat oſtendit, ibi. Docebo. In quinta de ædificatione hieruſalem prophetat, ibi, Benigne fac. Poteſt iſte primus verſicul⁹ Miſerere mei deus, frequēter repeti, alioquin vix ſenſum elicies, vt ibi (Qm̄ iniquitatem meā ego cognoſco) ideo miſerere, Quaſi diceret. Infœlix ego oīm ope ſpoliatus. q cœlū terrāq; offendi, quo ibo? quo me vertam? neſcio. deſperabo? abſit, oculos ad cœlū leuare nō audeo ꝓpter grauitatē culpæ, quia grauiter in deum meum peccaui per affectum in meipſum proximum per effectū in me. nam qui fornicatur in propriū corpus peccat, & qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cū ea, & in proximū per mortem Vriæ, & per hoc toti populo ſcandalum fui, quid igitur faciam? ad quem cōfugiam? Anguſtiæ ſunt mihi vndiq;, quid eligam penitus ignoro. Scio quid faciam, ſurgam a deſperatiōe cui fere ſuccubui, & ibo ad patrem meū per creationem, qui quāuis iudex iuſtus, tamē miſericors. Nam miſericordia ſuper oīa opera eius percutiet, ſed ſanabit. corripiet, ſed nō pdet. Ad te igif piiſſime deus triſtis & mœrēs venio, qm̄ tu ſol⁹ ſpes mea ī te deliqui, ideo verba doloris effundo (Miſerere mei de⁹).

1 ps. 50. + magnā ad: dictū eſt

Miſerere mei deus, ſecundū + magnam miſericordiā tuam.

Innocētius. iij. & Hugo cardina. Non dicit, Miſerere Dauid ſicut

ps. 31 alibi ait. Memento dn̄e Dauid. nomen enim propriū exprimere vereꝛ cū ſe gratiam amiſiſſe cognoſcat, ne deus audito noīe nefandi pctōris magis ad vindictā q̄ ad indulgētiam ꝓuocetur. vn̄ ait. (Miſerere mei de⁹) agēdo mecū nō ſecundū iuſtitiā: ſed ſcdm mīam. Nam quid es niſi miſericors, ego vero quid niſi ipſa miſeria? Nūquid poteris recedere a natura tua? q̄ eſt miſereri & ſubleuare hoīes & miſeriā tollere, ideo miſerere ſcdm mīam tuā. non vtcūq; ſecundū modicā, ſed omnino ſcdm magnā quia magna miſeria magna indiget mīa. Hiero. Vnde qui magnam miam depcatur, magnā miſeriam cōfitetur. Caſ. Gloſ. Per hæc autē verba locū aufert iudicio diſcretionis, quia factū cōfitet vox ei iſta nunq̄ diſcutitur, ſed ſub tranqlitate ſemper auditur ſolaq; res eſt per quā poſſum⁹ rei ſine aliqua defendi. Gloſa. Magna ſiquidē eſt dei mīa, nec poteſt diffiniri q̄ta ſit. Vn̄ de graui pctō deſperandum eſſet, niſi magna mīa eſſet. Caſſ. Inno. iij.

Gloſa. Gloſ. Quanta autē ſit, quis enarrare ſufficit, hæc eī deū de cœlo depoſuit, & terreno corpore induit vt panis eſuriret, fons vitæ ſitiret, virtus infirmaret, omnipotēs vita moreretur pro humana tollenda miſeria, & pctōrum indulgentia cōferenda. Caſſi. Hæc inq̄ erat magna mīa, quam ſanctus vir explicare nō poterat, ſed p eam ſe facile credebat abſolui per quam ſciebat & hūanum genus poſſe liberari. Inno. iij. Ergo (Miſerere mei de⁹) quia potes miſereri cū ſit mīa tua magna, & habes vnde miſerearis cū tuæ miſeratiōes ſint multæ. Vnde ſequit.

Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatē meam. 2 + alia l. iuxta.

Quia miſeriæ abyſſus abyſſum inuocat miſericordiæ: ideo ſecundū multitudinē miſerationū tuarū abyſſum miſeriæ abſorbeat abyſſus gratiæ. Hiero. Cōfugio em̄ ad miſerationes tuas, vt grauib⁹ vulneribus tyriacam remiſſiōis infundas, Gregori⁹.

Grego. Peccata ſiquidē mea magna ſunt & multa, & ideo nō ſolum magnam mīam expecto, ſed etiam multitudinē miſerationū tuarū requiro. Per mīam autē miſerantis affectum intelligim⁹, per miſerationem vero ipſam miſericordiæ exhibitionē ſignamus. ſuperfluum em̄ eſſet vtrūq; ponere, niſi eſſet varietas in ſignificatione,

Caſſio. Caſſiodo. Gloſa. & Inno. iij. Vel eſt mīa in natura, miſeratio in effectu, dele inquit iniquitatem meam. abſterge cor meū vt dignum tibi fiat habitaculū Inno. iij. Quēadmodū per nouacula litera de pergameno deletur.

Caſſio. Caſſiodo. Vt nullum remaneat veſtigiū. Quoniā ille ſolus in libro vitæ conſcribitur, cuius omnia pctā delentur. Hugo cardinalis. Dele igitur de anima, maculam, de libro, memoriā, de cōſcientia vermen remordentem, de affectu appetitum, de guſtu errorem. Et propterea.

Amplius + laua me ab iniquitate ‡ mea, & a peccato ⁎ meo mūda me. 3 + alia li. multum magis ‡ alia li. ab iniuſtitia. ⁎ alia li. a delicto

Caſſiodorus. Gloſ. In quibus verbis quēadmodū delendi velit, ſubdit dicens. (Amplius laua me ab iniquitate mea.) Fateor domīe lauaſti me milies, ſed ampli⁹ id eſt adhuc laua me ab iniquitate mea, quia iterum cecidi. nunquid ad certum numerum parcis peccatori, qui Petro interroganti quotiens in me peccabit frater meus & dimittam. Reſpondiſti, non dico tibi ſepties, ſed vſq; ſeptuageſies ſepties, finitum pro infinito accipiens, nōne deus melior homine. Innoc. iij. Ac ſi dicat, dele iniquitatem meam quam commiſi in deum, & inſuper, laua me ab iniuſtitia mea quam cōmiſi in proximū Et præterea munda me a peccato meo quod commiſi in meipſum.

Auguſti. Auguſt. Vt non modo culpam operias ſed etiam reatum volūtatis abſtergas. Hie. Tu enim potes plus mihi remittere, quam ego intelligā rogare. Peto igitur vt ea abluas fonte mīę qui nō vis in ęternū pcī vulnera reſeruare. Caſſi. Et qa pōt aliqs ſic lauari vt nō ſit oīno puriſſim⁹ ideo addidit, & a pctō meo mūda me. quaten⁹ ī me

nihil remanere poſſit immundum. Gloſa. Sic igitur laua vt mundes. lauãtur enim quædam quæ tamen non ſunt pura, & quia poſſet ei dici, tu petis per miſericordiã peccatum deleri. Quid ergo erit per miſericordiã peribit iuſtitia, vt hoc ſit impunitum? Reſpondet, non.

4 ✠alia li. cognoui.

QVoniam iniquitatem meam ego cognoſco, ✠ & peccatũ meũ contra me eſt ſemper.

Auguſtinus. Gloſ. Quaſi diceret ignoſce quia ego cognoſco, nõ diſſimulo, nolo videri ſanctus ſicut phariſęus, de quo Luce. xviij. qui ſeipſum iuſtificabat. (Lu. xviii) (Quoniam iniquitatem meam, inquit (ego cognoſco.) Caſſiodorus. Sciẽs enim propheta ſic dominum pium, vt tamen & iuſtus eſſe non deſinat, æquitatem ſuis ſupplicationib⁹ admiſcuit cõgruẽter vt facilius audiretur qđ iuſtitia interueniẽte depoſcitur. Gregorius. Scio inquit quem inuoco, iuſtum inuoco, qui & peccata odio habet, & ea impunita nõ relinquit. Ideo agnoſco vt tu ignoſcas, ergo. Miſerere mei, laua, munda. (Quoniã iniquitatem meam ego cognoſco. Caſſiodorus. (Caſſio.) Soli nãq; ſua peccata videntur agnoſcere: qui ea videntur propria execratione dãnare. (Et peccatum meum contra me eſt ſemper) peccatum quo contra te ſuperbe egi (contra me eſt ſemper) ideo contra me eſt, quia contra te peccaui, vere contra me, quia cõtra animã meã quę me vbique accuſat. Aug. Poſt tergum enim peccatum habuit, cum rex ſententiã in diuitem qui rapuit ouem pauperis, dedit oblit⁹ ſui. (Nunc vero peccatum meũ contra me eſt ſemper. Gregorius, Quia non poſui ſuper dorſum qđ feci, nec intueor alios oblitus mei. Caſſiodorus. Iuſte ergo ſe petebat abſolui, qui iam hic forma in illam viſus eſt ſibi feciſſe futuri iudicij, de qua in præcedẽti pſalmo dictum eſt. Arguam te & ſtatuã contra faciem tuam. hic enim quaſi in futuro iudicio conſtitutus delictorũ ſuorum teterrimos aſpectus pertimeſcit. (Semper) autem adiecit, tanquam diceret ꝙ iugiter illud reſpicit etiam cum oculos claudit, reſpectus enim iſte continuus peccatorum perſeuerantiam pię ſupplicationis oſtendit. Nam quotiens talia corde reſpicimus, totiens commiſſa deploramus. Caſſiodorus. Gloſ. Et quia ſi quis de populo errauerit, & deo peccat & regi, rex vero nõ habet hominem, qui eius facta diſiudicet, Ideo ait.

5 ✠alia li. iudicaberis.

TIbi ſoli peccaui & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Nimirum tibi ſoli peccaui, quia mihi præcepiſti vt diligerem creaturam propter te & non propter ſe: ego aũt odi Vriã, & amaui Berſabæam propter ſe, ideo tibi ſoli peccaui. Innocen. iij. (Tibi inquit ſoli peccaui) quia peccatum meũ eo ꝙ alium ſuperiorem non habebam, tibi ſoli relinquitur puniẽdũ. (Hieroni.) Hieronymus. Gloſa. Solus enim ille iuſte pctã vlciſcitur, in quo non poteſt inueniri quod puniat, & ille iuſtus eſt reprehenſor qui nõ habet in ſe qđ reprehendatur. (Et malum). Gloſ. Hugo cardina. Commiſſum in proximum (Coram te feci) id eſt te pręſente & vidente, qui vbiq; es & omnia noſti anteq̃ fiant. Greg. Ab alijs quidem pctm̃ meũ ignorari potuit, te aũt latere nequiuit, qui diſcretor es cogitationũ cordis, quia oĩa nuda ſũt oculis tuis. Caſſiodorus. Quia igitur illum vbiq; eſſe nouerat iure coram eo malum ſe feciſſe deplorabat, arguẽs dementiam ſuam quæ non expauit tanto iudice præſente peccare. Greg. Et ideo inquit vt miſerearis precor, vt laues, vt mundes, vt ſcilicet (Iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis) id eſt verax appareas in promiſſis. Promiſiſti enim iuſtis regnũ æternũ, & virtutum amatoribus vitę ęternæ brauiũ præparaſti, ſed niſi me & alios iuſtifices, non poteris inuenire quos ſalues. iuſtifica ergo me, vt tu iuſtificeris ĩ ſermonibus tuis (& vincas cũ iudicaris) iudicãt te eñi qui negant poſt lapſum reparationem fieri. & remiſſionem pctõrum nemini dandam aſtruunt, Qđ ſi mihi pctm̃ remiſeris, velut fabricatores mendacij, & peruerſoꝝ dogmatum cultores ſuperabis. Innocen. iij. Gloſa. (Gloſa.) Vel ita ab illo loco vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Quia quidam propter peccata Dauid deum non impleturum dicebant quæ promiſerat Chriſtum, ſcilicet ex eius ſtirpe naſciturum. Propterea Dauid loquẽs ad deum patrem, ait. Ideo mũda vt me mũdato iuſtificeris, id eſt verax reperiaris, in ſermonibus tuis qui ſunt de promiſſione Chriſti quam mihi feciſti. (Et vincas) id eſt oſtendas, eos mendaces cum iudicaris ab eis nõ facere quod promiſiſti. Hieronymus. Gregorius. (Grego.) Glo. Caſſiodorus. Quidam autem verba iſta aptãt ad domini paſſionem. Cum ſcilicet iudicat⁹ vicit. Et mũdum dãnatus abſoluit. Præuidebat eñi propheta deum in carne venturum, qui humano condẽnãdus eſſet iudicio vt æternæ mortis homo careret tormento. Recte itaq; intelligi poteſt deus vincere cum iudicatur ab hominib⁹, qui in omni iudicio iuſtus probatur. Gloſa. Deinde tanq̃ diceret. Tibi ſoli peccaui, nec mirum, quia.

vt ✠alia li. in delictis peperit.

ECce enim in iniquitatibus conceptus ſũ, & in peccatis concepit me mater mea.

Ne reſpicias domine grauitatem pctoꝝ meorum, ne cõſideres multitudinẽ, qa grãdis eſt, ſed agnoſce figmentũ tuũ dñe, recordare qm̃ puluis ſum (& in pctis cõcepit me mater mea) carnalis ſcilicet in cõcupiſcẽtia me cõcepit & ex hoc caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃, & homo totus obliquus eſt. Hyero. Hic verſiculus totius generis hũani caſum exponit. cõcipitur eñ hõ, & naſcitur in originali pctõ, quod ex Adam trahit, ſed in baptiſmo per gratiam dei purificatur. Obſcurus certe loc⁹ iſte eſt. & alti⁹ retractandus. (Ecce enim inquit in iniquitatib⁹ cõceptus ſum. Gloſa. Ita ꝙ & macula originalis pcti teneor. Et ad actualia pronus exiſto. Gre. Nã quia a ſtatu rectitudinis prim⁹ hõ peccãdo corruit, pcti pœnam ad filios miſit carnalis eñ delectatio pœna pcti eſt q̃ ex radice pcti ita cõtrahitur, vt nullus abſq; illa in mũdo generet. Idẽ lib. xij. mora. Hinc eſt ꝙ plerũq; tentet & nolẽs, Et immũda quedã in mente patiatur q̃uis ex iudicio reluctet. Sequitur. Et in pctis. Hug. car. Glo. (Gloſa.) Id eſt in cõcupiſcẽtijs, libidiniſq; pctm̃ eſſet, niſi per bona cõiugij excuſaret. Greg. Hoc eñ opus caſtũ, non habet culpã in cõiuge, quia nuptiale fœdus non exorbitat a fide. Hug. car. Chriſo. Quãuis tamen coniugiũ non ſit peccatum. Tamen malũ eſt malitia pœnę. Et quia in opere eius de facili fit malum. Propterea dicit,

Et in peccatis meis cōcepit me mater mea. Innocen.iij.Ex eo ꝙ ſolet frequentius coniugibus euenire. Gloſa. Ideo autem ita fateor me peccaſſe,nec ex hoc culpam intus refundo,ſed veritatem profiteor quam diligis. Vnde ſequitur.

7 ✠alias abſcōditū [illegible] archanum — ECce enim veritatem dilexiſti, ✠ incerta & occulta ſapientiæ tuę manifeſtaſti mihi.

Caſſio. Non enim delectatur deus pœnis noſtris attamē confeſſionem veram quærit erroris. Ideo ait:(Ecce enim veritatem dilexiſti).Grego.Et ideo vias meas a principio arguo peccata mea ego ipſe condēno. Quia veritatem deus diligit,& iuſtum iudicium non deſerit. Aut enim peccatum homo in ſe puniens proſequitur,aut illud poſtmodum deꝰ examine diſtricto vlciſcitur,nec delinquēti parcitur,quia ſine vindicta peccatum non relaxatur. ſequitur.(Incerta & occulta ſapiētię tuę manifeſtaſti mihi)vt hæc ipſa cognitio me adiuuet,& ad ſalutē perducat fruſtra illa cognoſco ſi ad ſalutē non me perducāt. Glo.Hu.car.Scda pars vbi ex auctoritate dei manifeſtātis occulta oſtendit ablutionis confidentia. Caſſio. Incerta enim ſunt que omnino diſcerni non poſſūt,occulta vero que nec oculus conſpicit,nec mens humana dijudicat. Grego. Et quidē ante aduentū Chriſti peccatorū remiſſio quam plures latuit,ſed Dauid qui redemptorē mūdi vt peccata tolleret futurum preuiderat, de peccatorum indulgentia nō dubitabat, & de dei miſericordia confidenter præſumebat. Caſſio. Hæc aūt dicendo,onus addit reatui ſuo: vt cum beneficia minuerat culpa ſua ſemper accreſcat. Incerta autē & occulta ſunt quædeus prophetæ Dauid in filij ſui manifeſtatione reuelauit. Quod ſcilicet habere filium ex ſua carne venturum & vt ipſe paſſionis ventura prædiceret. Et reſurrectionis gloriam nūciaret. Ex quo dicit ſe non debuiſſe peccare cum talia meruiſſet agnoſcere. Ne tamen quod omnibus peccatis eſt grauius de clemētia omnipotētis dei ex hoc deſperaſſe videretur. Ait.

(Secūda pars.)

8 alia lite. hs hic domine — ASperges me hyſopo & mūdabor lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Quia domine veritatem dilexiſti, & incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti michi ſpem magnam cōcepi,& cōfido ꝙ non me repelles a facie tua,tu aſperge me hyſopo quæ herba eſt humilis, calida,& odorifera,quæ quid aliud ſignificat ꝙ dominum noſtrum qui calore ſuæ erga nos charitatis lauit nos ſanguine ſuo a peccatis: Innocentius tertius. Aſperges me inquit hyſopo & mundabor a labe iniquitatis. Hiero. Sicut enim hyſopus terrenus curandis pulmonibus aptus eſt vt auertat inflationem, ita cœleſti quis reſperſus hyſopo, id eſt hūilitate cordis ab omni ſupbiæ malignitate purgatur. Caſſio. Glo. Auguſti. Grego. Hyſopus nāq; humilis herba eſt,ſed medicabilis cuiꝰ radix petrę herere dicitur & ſaxorū viſcera penetrare,per quā propterea humilitas recte intelligitur. Caſſiod. In Leuitico etiam legitur, quod hyſopo intincta in immolato ſanguine corpus læproſi aſpergebatur, ſignifcans ſanguine Chriſti maculas peccatorum abluendas: hoc itaque hyſopo aſpergi ſe Propheta poſtulat dicens: (Aſperges me hyſopo & mundabor. Grego. Hoc autem hyſopo ille aſpergitur qui vias dominicæ paſſionis imitatur. Gloſ. Qualiter autem mundabitur ſupponit dicens(Lauabis me). Idem. Hieronymꝰ. Per pœnitentiam & baptiſmū & ſuper niuem dealbabor, id eſt incōparabiliter ſicut dicit Eſaias ſi fuerint peccata veſtra ſicut coccinum velut niuem dealbabo. Innocē.tertius. In quo datur ſpes peccantibus vt poſſint per pœnitentiam non ſolum ad priorem verumetiam ad longe maiorem redire mundiciam. Hugo car. Et quia poſt luctum pœnitentiæ ſequitur gaudiū gloriæ propterea ſubdit.

(Gloſa. — Leui.xj — Eſa.j)

ix ✠alia li. exultationem — AVdi tui meo dabis gaudiū ✠, & lętitiam, & exultabunt oſſa humiliata,

(Auditui meo dabis gaudium) audiam quid loquetur dominus meus quoniam loquetur pacē in plebem ſuam. Audiam igitur quod audiuit Maria quę fleuit ad pedes Ieſu. Et quid audiuit? audiuit. Vade in pace, fides tua te ſaluam fecit. Hieronymus. Tunc ſcilicet cum iacens in infirmitate peccati audire meruero dimiſſa ſunt tibi pecata tua tunc inq̄ (Auditui meo dabis gaudium). Greg. Vel tunc cū impijs æterna morte mulctatis ſancti audituri ſūt. Venite benedicti patris mei, In eo autem quod ait Gaudium & lætitiam)duplicem ſanctorum venerationem intellige, qui animarum perfruētur beatitudine & corporum veſtiētur incorruptione. De ipſis enim ſcriptum eſt. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Caſſ. Inno,terti. Vel(gaudium)pertinet ad abſolutionem & remiſſionem peccatorū quia nō eſt gaudere impijs,nec eſt pax oſſibus a facie peccatorum, Lætitia vero ad perpetua præmia poſſidenda Et exultabunt oſſa humiliata. Hieronymus, Id eſt virtutes quæ prius fuerant peccatis humiliatæ Innocentius tertius. Nunc autem ad audiendum, & obediendum ſunt inclinatæ. Gregori. Animarum enim noſtrarum oſſa virtutes ſunt. Sequitur.

(Mat.25 — Eſa.lxj)

x Tertia pars. ✠alia li abſcōde — AVerte ✠ faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

(Auerte faciem tuam a peccatis) Cur domine reſpicis peccata mea? cur numeras? cur adeo diligenter cōſideras? cur mihi iraſceris videte iratū peccaui fateor. Heu me miſerū quis dabit oculis meis fōtē lachrymarum, & plorabo die ac nocte? An neſcis quia homo tanquam flos agri doleo iuſtiſſime iudex ſed miſericors auerte faciē tuā a peccatis meis. Gloſa. & Hugo cardinalis. Hæc eſt tertia pars vbi ex cōfidentia ſecurus petit delectionem omnium peccatorum & plenam reſtitutionē. quaſi dicat. Oſſa ſunt humiliata: & ideo Auerte faciem tuam) nō a me,ſed(a peccatis meis), quia ea ante faciem meā habeo. Gregorius. Quia igitur peccata ſua ſemper habet præ oculis merito rogat vt deus faciem ſuā auertat ab eis. Innocentius tertius. Gloſa. Si enim homo auertit culpam, deus auertit pœnā: quoniā ipſe eſt virga vigilās ſuper populum ſuū ad puniendum ſi ille vigilet ad pœnitendum (Auerte igit faciem tuam a peccatis meis. Hiero. Ac ſi dicat, nec videas, nec recorderis illa nec ea ſic aſpicias vt reuertantur in commemorationem tuam. Gregori.

Delinquentium enim mala deus videt non vt approbet,ſed vt condemnet,nõ vt faueat,ſed vt puniat,non vt ſemper patiatur:ſed vt in iudicio vlciſcatur(Et omnes iniquitates meas dele.Hieronymus. „ Præteritas,præſentes,atque futuras.Lyra.Sicut delentur ſcripturæ.de quibus non curatur.Caſſiodo. De duobus autem criminibus propheta culpatus, proomnibus prudẽter exorat. Dele autem dicitur id eſt dimitte,quia omne noſtrum admiſſum quaſi quibuſdam tabulis ſcribitur:cum diuina noticia continetur.Glo.Dele igitur dico.Et deletis malis.

xi ✠alia li ſtabile

Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum ✠ rectum innoua in viſceribus meis.

Cor mũdum inquit crea in me deus. Hieronymꝰ. Quo te videam,& quale non poteſt eſſe per naturã fiat tale per gratiam. Lyra. Crea autem ideo dicit, quia gratias iuſtificans de potentia ſubiecti nõ educitur ſed in anima a deo creatur. Caſſiodo. Vnde (Caſſio.) creare dicimus nouum aliquid inſtituere. Petit ergo propheta ſibi creari id eſt reſtaurari cor quod iã peccatis impellẽtibus commoueri minime potuiſſet ad culpam, Hieronymꝰ. Sicut igitur ipſe rogabat ita & vnuſquiſq; noſtrum facere debet.(Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis)Hieronymus. „ Quo te recte confiteat (vel ſpiritum rectum) ad videndum & diſcernendũ ſicut antea rectus fuit in me. Gregorius. Vide itaq; ordinem. Primo cor mundum deinde ſpiritum rectum Propheta a deo requirit. Hæc eſt autem ſpiritus recti innouatio vt omnem mundi gloriam mente deſpicias, mẽtem medulitus in conditoris tui amore infigas illatis contumelijs patientiam cuſtodias,& cuſtodita patientia dolorem a corde repellas. Omnibus te per humilitatem inferiorem reputes, de morte inimici nullatenus exultes. Aliena non ambias. Propria egentibus diſtribuas,amicum in deo & inimicum propter deum diligas. In afflictione proximi teipſum per compaſſionem affligas.Caſſiodo. Gloſa.i Gloſ. In(viſceribꝰ autem) ideo dicit quia ex eis non erat adulterij crimen exiiſſe,vel quia in vtriſque partibus aĩa videlicet & corpore remedium curationis petit,quia in eis peccauit,& ſic deſiderat expiari vt nichil tale videatur vltra velle committere,ſequitur.

xii

Ne proiicias me a facie tua ✠ & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.

Ecce domĩe ante faciem tuam miſericordem ſto, vt inueniã miſericordiã,ſto & ante bonitatem ex pectore gratam reſponſionem ne proijcias me confuſum,quis vſquam ſperauit in te& confuſus eſt a ſæculo non eſt auditum,quod venientem repuleris confuſum.Num amplius non vis parcere ? abſit(Ne)ergo(proiicias me a facie tua,& ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas a me),ſi de peccatis commiſſis doleo,ſi veniam peto. Hoc certe in ſpiritu ſancto facio.Nam ſpiritus ſanctus nos poſtulare facit ne igitur hunc auferas a me.Hieronymus.Ne pro- Hieroni. iicias me inquit,vt Chain,vt exul a te efficiar (a facie tua)id eſt a præſentia tua. Gregori. A facie nan- Grego. que dei proiicitur,cui ſpes veniæ poſt peccatũ negatur.vnde Chain,quia de venia deſperauit: ideo dixit,Ecce eiicis me a facie tua. Auguſtinus.Quia Gen.4: igitur ſupra dixerat,Auerte faciem tuam a peccatis meis hic propterea addit (Ne proiicias me a facie tua) nam cuius faciem timet,ipſius faciã inuocat. Caſſiodorus.Gloſa,q.d. A peccatis auerte faciem tuam non me Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.Gregorius.Attende qualiter poſtulat, ne Grego. ſcilicet ſpem veniæ poſt peccatum amittat, vbi enim ſpiritus ſancti præſentia eſt, ibi deſperatio eſſe non poteſt. Fides enim in ſpiritu datur ſicut ait apoſtolus. Glo. Ideo autem dicit. Ne auferas. quia iam habet donum ſpiritus ſancti qui confitetur & Gloſa. pœnitet,nec poteſt eſſe peccati confeſſio & punitio ſine ſpiritu ſancto, Caſſiodorus. Vel (ne auferas a me ſpiritum ſanctum) hoc eſt ſpiritum pro- Caſſio. phetiæ quem precioſum ſupra cuncta rex habuit: ideo illum ſibi non auferri petijt, Gloſa.Ne igitur auferas a me ſpiritum ſanctum tuum ſed per eum.

13 ✠alia li. Ieſu tui ✠alia li. potenti

Redde michi lætitiam ✠ ſalutaris tui, & ſpiũ ✠ principali cõfirma me

Rem magnã peto domine,quia magnus es, & rex ſuper omnem terram parua id eſt temporalia peteſ quia magnus iniuriã tibi facit,ideo peto ad te magna,quia magnus & rex ſcilicet lætitiam ſalutaris tui qui eſt Chriſtus Ieſus: vnde alia litera habet, Ieſus tui quem promiſiſti cur ergo petere erubeſcam Nam ſi filius quiſpiam a patre ſuo petierit panem nunquid ſerpentem porriget? quanto magis tu pater cœleſtis dabis bona petentibus te, ideo(redde michi lætitiam ſalutaris tui),qui me ad petendum incitaſti. Memor enim ſum quanta tranquilitate fruebar ante peccatum & lætitiam,ideo.(Redde & „ ſpiritu principali confirma me) ne poſt hac iterũ redeam in peccatum.Hieronymus.(Redde michi „ inquit lętitiam ſalutaris tui)id eſt Chriſti tui illam ſcilicet exultationem quam in eo habui priuſquã peccarem,ſalutaris enim dei patris Chriſtus eſt, ac ſi dicat ſicut antea præuidebam per ſpiritum Chriſtum in carne venire: & modo ſic faciam, Caſſiodorus Et quia gratiam ſpiritus ſancti ſe amiſiſſe Caſſio. cognouerat,quam fragilitas humana nõ poteſt habere cum peccat, ideo dicit.(Redde mihi lætitiam ſalutaris tui). Innocentius.iij. Et ne vltra illam amittam.(Spiritu principali confirma me),Caſſiodorus. Ne ſcilicet iterum peccem, ne a te animæ „ mutabilitate diſcedam.Gregor. Sciebat enim quia in forma eſt omnis anima niſi ſancti ſpiritus fuerit virtute firmata,merito ergo cui ſalutaris dei in remiſſionem peccatorum,lætitia redditur,poſtulat vt in vera innocentia ſpiritus pricipali virtute cõfirmetur. Hieronymus. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſ. Tu vero qui legis, in his tribus verſibus ſan- Gloſa. ctam trinitatem intellige,per ſpiritum rectum filium,per ſpiritum ſanctum,ipſum ſpiritum ſanctũ: per ſpiritum principalem patrem.

14 Quarta pars. ✠alia li. pc͂ores

Docebo iniquos vias tuas, & ✠ impij ad te conuertantur.

Non hoc domine temeritati aſcribes, ſi docere cæpio, non iniquus docebo, ſed ſi michi reddideris lætitiam, & ſpiritu principali confirmaueris, tunc docebo non vias Platonis, nõ Ariſtotelis, non implicationes ſyllogiſmorum: ſed vias tuas: id eſt pręcepta tua quæ ducunt ad vitam(& impij ad te con=

uertantur)quia prædicabo Chriſtum crucifixum.
Caſſiodorus.Gloſa.Quid reſtitutus perſoluat inſi
nuat prius eni plorās iam fit doctor.Glo.Hu. car.
Quarta pars vbi dicit quid reſtitutꝰ perſoluat. q.d.
Confirma me, & confirmatusnon ero ingratus.
(Sed docebo iniquos vias tuas) . Hieronymus.
Ego inquam ante miſericordiam conſequutus pu
niam me ipſum vt meū exēplum alij imitentur,vt
declinātes a vijs malis pœnitentiā agentes miam
cōſequētur ſicut & ego a te miam cōſequutus ſū.
Innocen.iij .Vel docebo nō ſolū verbo ſed etiam
exemplo quia dum michi parcitur,alijs ſpes do=
natur,ne de ſua iniquitate deſperēt . Grego. Vnde
ille cui peccata dimittuntur ,vias dei iniquos do:
cet cū & peccantibus ſi reſipuerint exēplo ſui ſpē
veniȩ tribuat,,& inconuertibilibus niſi ad viam re
deant timorem gehēnȩ inferat & impij ad te con
uertentur)Innocen.iij.Nō enim infructuoſa erit
mea doctrina quia per eam(Impij ad te conuerten
tur)Glo . Vt ego,impios autem hic vocat qui ſine
deo ſunt,id eſt in fide manētes peccant. Lyra . Vel
impij dicuntur peccantes contra deum iniqui ve
ro contra proximum quāuis frequenter vnum ꝑ
alio accipiatur.Gloſa. Vt autem docere poſſum.

[15] ✠ Alias laudabit
LIbera me de ſāguinibus deus deꝰ
ſalutis meȩ, & ✠ exultabit lingua
Hieroni. mea iuſtitiam tuam,

Hierony.Auguſtinus.Grego.Caſſiodorꝰ. Gloſa.
Libera me inquit de ſanguinibus, id eſt de pecca=
tis multis,& ſi minꝰ latine dictū ſit de ſāguinibus
magis tamē ꝓprie pluraliter dicit, ex hoc innuēs
multa peccata ex origine carnis peccati trahi.id eſt
ex carne ꝑ originale peccatum corrupta.De quibꝰ
& Paulꝰ ait.Quia caro & ſanguis regnum dei non
poſſidebūt,id eſt peccata quȩ de corruptione car=
nis & ſanguinis veniūt(Libera)inquā (de ſangui
Caſſio. nibus)a quibus ſuffocor tu.O deꝰ deꝰ ſalutis meȩ.
Caſſio. Per quē ſalus pie credētibus datur . Hiero.
Et a quo poſt peccatū viuificor quod nullus aliꝰ
facere poteſt.Grego. In repetitione autem nomi:
nis magnum affectum indicat cordis quaſi dicat.
Ideo merito te vt me ſoluas inuoco quia tu ſolus
Hieron. es auctor ſalutis meȩ,nam domini eſt ſalꝰ. Et cum
liberatus fuero (exultabit lingua mea iuſtitiā tuā
laudādo te ſcilicet Hieronymꝰ . Per quam punito
in me peccato miſericordiam prȩbuiſti. Caſſio.
Si enim me liberaueris de ſanguinibus,id de pec
catis,laudem tuam linga mea iuſte loquetur, Nā
in prȩcedenti pſalmo dictum eſt peccatori quare
tu enarras iuſtitias meas,abſolutꝰ igitur recte loqui
potero illud a quo peccatorem lex diuina ſuſpen:
dit . Innocen, iij . Non tamen ex virtute mea ſed
tua,quia tu.

[16] DOmine labia mea aperies , & os
meum annunciabit laudem tuā.
Nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris nā peccato=
ri dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas & aſſu
mis teſtamentum meū per os tuū libera ergo me
de ſanguinibus deus deꝰ ſalutis meȩ & tunc dn̄e
labia mea aperies ſicut aperuiſti ora infantium &
lactātiū ex quorū ore ꝑfeciſti laudē.Hiero.(Dn̄e i
quit labia mea aperies)quȩ clauſa erant per pecca
tum nec locus erat nec tempus nec pſona , nec exē
plum poteram dare quia non eſt pulchra laus ex
ore peccatoris.Gregorius. Tu igitur domine qui
ora ſuperborum obſtruis,& infantium linguas di
ſertas facis labia mea aperies quia non aliter iuſti=
ciam tuam proferre potero, illius autem labia deus
aperit qui non ſolum quid loquitur ſed etiam qn̄
& vbi & cui loquatur attendit(Et os meus annun
ciabit laudem tuam.Auguſti.Gloſa.Quod ſcilicet Auguſti.
me creaſti,ꝙ peccantē nrō̄ eliquiſti,ꝙ cōfiteri mo
nuiſti ꝙ me mundaſti,Caſſiodo.Os autem hic di Caſſio.
citur cordis archanum , vnde veraciter laus diui=
na cantatur,Hugo cardina.Laudes igitur tibi of=
feram , quia non vis a mō ſacrificium pecudum.

QVoniam ſi ✠ voluiſſes ſacrificiū [17] ✠ alia li. nō vis vt victimā feriam.
dediſſem vtiq; , holocauſtis non
non delectaberis.

Grego.Cum igitur ſupra dixiſſet.Os meum annū
ciabit laudem tuam illico ſubiunxit.Qm̄ ſi voluiſ=
ſes ſacrificium dediſſem vtiqꝫ)ac ſi dicat,laudis ti
bi offeram ſacrificium ,ſciens per ſpiritum illa le=
galium inſtitutorum ſacrificia ad inuiſibilis eſſe
oblationis intelligentiam transferenda . Vnde &
alibi dicit,immola deo ſacrificium laudis,& rurſū,
ſacrificiū laudis honorificabit me . Innocen.ter=
tius .Sacrificium igitur laudis offeram. quoniā ſi
tu deus voluiſſes ſacrificiū legale a me accipe,de=
diſſem vitqꝫ tuȩ obediēs voluntati,ſed holocauſtis
carnalibꝰ non delectaberis maxime poſtquā vni=
cum & verū ſacrificiū fuit inſtitutū.Hierony.Au
diāt ergo iudȩi ſacrificia ſua ceſſaſſe prout & aliꝰ
propheta dicit.ſabbata holocauſta, neomeniaſqꝫ
veſtras odiuit anima mea.Caſſiod. Ideo aūt dicit
dediſſem vtiqꝫ quoniā facile potuiſſet rex pro pec
catorum expiatione ſacrificia pecudum offerre,ſi
holocauſta dominus libenter aſſumeret.Hierony Hieroni.
mus.Quid ergo tu homo offeres deo . Audi quod
ſequitur,

SAcrificium deo ſpiritus contribu [18] Alia li. ſpernit.
latus,cor contritum & humiliatū
deus non deſpicies ✠.

Caſſio. Poſtq̄ enim dicit quȩ ſacrificia deꝰ reſpuit
nunc dicit illa quȩ poſcit(Sacrificiū inquit deo
ſpiritus cōtribulatus ſp̄s quidē contribulatus nō
caro contribulata tibi tamenplacet nā caro contri
bulatur quia terrena quȩ optat nō habet vel certe
quȩ ſentit in ſe odit ſp̄s vero cōtribulatur de cul=
pa eo ꝙ ſit contra deum quē amat, dolet enim ſuū
creatorem & redemptorem offendiſſe. Hugo Car.
Id eſt cum corpore tribulatus per pœnitentiā vt
ſpiritus dolore & corpus labore afficiatur.Grego. Grego.
Quia nequaquā vere pœnitētiam agit qui ex ſuo=
rum peccatorum recordatione quandam ſpiritus
tribulationem non ſentit.Caſſiodorꝰ. Lȩtus enim
ſpiritus obligat,contribulatus abſoluit,nunc autē
ſequitur huius ſacrificij certa promiſſio cum dici
tur.(Cor contritum & humiliatum deus non deſ=
picies) idcirco huiuſmodi cor offerre tibi ſtudeo.
Hierony.Multi enim habent cor cōtritum ſed nō
humiliatum,quia plangunt quidem quod fecerūt
& poſtea ad ipſum reuerti deſiderant, & ideo pri=
mo dicit(Cor cōtritū)& poſt hȩc addit(humiliatū)
Grego. Illi enim cor conterunt ſed nō humiliant Grego
qui peccata quidem quȩ commiſerunt deflent, ſed

tamen eadem committere etiam poſt fletus nõ timent, illorum ergo ſacrificium deus non accipit, qui lachrymis quidem ſe compunctionis abluunt ſed in idipſum reuertentes ſordeſcũt. Caſſio.(Cor) autem(contritũ)dicitur pœnitentiæ laboribus vehementer afflictum(humiliatum vero quod ante fuerat elatione ſuperbum, nunc ſit pia confeſſione deuotum. Gloſa. Prius autem dicit contritum poſtea humiliatum, quia non poteſt humiliari niſi contritum ſit.

19 quita ps

BEnigne fac domine in bona volũtate tua ſyon, vt ędificentur muri hieruſalem.

(Benigne fac)vt cito impleatur numerus electorum(& ędificẽtur id eſt perficientur mihi Hieruſalem) ex lapidibus nouis qui ſemper te laudent. Caſſio. Glo. Quinta pars in qua iam gaudens propheta memor ꝓmiſſionis diuinę petit fieri quod dominus dignatus fuerat polliceri dicens. (Benigne fac dñe in bona voluntate tua ſion) vt qm̃ ſynagoga peccauit ſub lege poſita ſuccedens illi ſiõ hoc eſt, catholica eccleſia per gratiã chriſti firmetur. Grego. Siõ enim ſpeculatio interpretatur per quam ſancta eccleſia ſignificatur cui deus tunc benigne fecit quãdo filium ſuum in mundum miſit & nihilominus eius benignitatem quotidie ſentit cum illã deus claritate ſuę cognitionis illuminat. Ideo autem dicit, in bona voluntate tua. vt intelligas nichil perfectum haberi poſſe ex meritis, ſed omnia conferri gratuito munere diuinę miſerationis, Auguſtinus. Gloſa. Null⁹ ergo ſibi aliqua merita attribuat(vt edificentur muri hieruſalem. Innocen.iij. Sancti ſcilicet qui muniunt eccleſiam. De quib⁹ ſcriptum eſt Lapides precioſi omnes muri tui. Gregorius, Vel per Hieruſalẽ quæ viſio pacis interpretatur ſancta anima accipitur quę futuram ſanctorum pacem mentis intuitu conſpicit, cuius muri virtutes ſunt quos ille nimirum edificat qui ex operib⁹ iuſticię & pietatis ſpirituale cõſtruere edificium non ceſſat, vel per Hieruſalẽ illam ſanctam ciuitatem accipere poſſum⁹, quę ſurſum eſt libera mater noſtra, quę ex viuis lapidib⁹ conſtruitur in qua nullus hoſtis ingreditur, null⁹ ciuis egreditur. Hierony. Augu. Glo. Vel vt edificẽtur muri hieruſalem id eſt munimenta cõſtruãt fidei noſtrę in fide ſpe & charitate.

Auguſti. — Hieroni.

20 Alia li. holocauſtomata.

TVnc acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes & holocauſta, tũc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Hieronymus. Tunc ſcilicet cum vel te pro nobis offers patri, vel a nobis laudes & gratiarũ accipis actiones Vel benigne feceris in bona voluntate tua ſion tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię. Innocen. iij. Vel tunc cum ſcilicet edificati fuerint muri hieruſalem. i. cum eccleſia gentium fuerit diſpoſita & collecta. tu deus(Acceptabis ſacrificium iuſtitię. (Idem Id eſt ſpirituale ſacrificium quod in ea offerent tibi iuſti. Caſſio. Vel ſacrificiũ iſtud iuſtitię(eſt paſſio domini reuerenda qui ſe ſacrificium pro omnibus obtulit vt ſalutẽ mundus quã ſuis operibus non merebatur acciperet. Auguſti. Glo. Vel modo ſacrificium pro iniquitate eſt, cor contritum & humiliatum Tunc vero ſacrificium iuſtitię, laudis ſolius. Vnde propheta. Beati inquit qui habitant in domo tua domine. in ſęcula ſęculorum laudabunt te. Sequitur.(Oblationes & holocauſta)Caſſio. Quod ad fideles pertinet Chriſtianos qui erant poſt aduentum domini crediturí. In hoc ſignificans immolãda eſſe corda hominũ viuentium non membra pecudũ mortuorũ.(Tũc imponent ſuper altare tuum vitulos.)Hiero Altare fides eſt quia quicquid offers per fidem offerre debes, vituli vero laudes vel cogitationes vel victimę vt ſcilicet meipſum offeram hoſtiam viuam ſãctam placentem tibi. Caſſio. Glo. Vel per vitulos ſignificat prędicatores qui orbem mugitibus implent, vel innocentes adultos vel eos qui animas ſuas in hoſtiam ſuauitatis ſacris altaribus obtulerunt. Innocen.iij. Ecce. pſalmus iſte a culpa incipit & miſeria. & in gloria deſinit & lętitia quia de miſeria peccatorum per veram aſcenditur pœnitentiam ad gloriam beatorum.

Caſſio. — Caſſio.

Pſalmus.lí.

¶Titulus In finem intellect⁹ Dauid cũ venit doech idumeus, & nũciauit ſauli, & dixit illi. Ecce venit Dauid idomũ Abimelech.

Lyra. Proſequitur expoſitionem huius pſalmi iuxta hyſtoriã tituli ad litteram cuius hyſtoria habetur primi Regum vigeſimo primo,

Hiero. Gloſa. Pſalmus iſte vocem continet ꝓphetę peccata iudaici populi exprobrãtis abimelech interpretatur regnum patris mei, & ſignificat iudęos. Dauid interpretatur manu fortis venit autẽ dauid in domo Abimelech Et Chriſtus in regno iudæorum. Per ſaul ĩtelligitur mors. Per dauid vita. Quid eſt quod mors perſequitur vitã niſi ꝙ ab initio ſęculi ſẽp mors ꝑ ſeqtur vitã noſtrã? Quia q iſta preſentia amant perſeqũntur ſanctam eccleſiã id eſt illos qui cœleſtia diligunt. Caſſ. Vel vox eſt ꝓphetę. De Iuda vel antixpo, Doech ei ydumeus aduerſarius Dauid fuit ſicut Chriſti antichriſtus erit. Ille ſacerdotes extinxit iſte facturus eſt martyres. Et diuiditur in quattuor partes. In prima inuehitur idoech vt fideles roboret. In ſecũda agit de celeri fine iniqua. ibi. Propterea de⁹. In tertia de deiectione eius ponit irriſionem. Ibi. Videbũt In quarta dicit quomodo contra eum bon⁹ ſe habeat. ibi Ego autem.

Gloſa. — Diuiſio

1 ✝ Alia eſt lectio Hiero.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate.

Sic verſum videbis a. Hiero. iuxta he. Quid gloriaris in malitia potens, miſericordia dei tota die, reſiduum additum eſt. Caſſiodor⁹ Cum ſcriptura diuina nec in bonis actib⁹ eſſe gloriãdum dicat ſed pręcipiat vt qui gloriatur in dño glorietur. Nunc ꝓpterea ꝓpheta virũ ſcelerarum de ſola ſe malignitate iactantem cum indi=

Caſſio. In iudea te additum eſt.

gnatione redarguit, cur velit de malis actibus gloriari. Vnde deberet potius conſcientia teſte confūdi. (Quid gloriaris inquit ī malicia) Lyra. q.d. hęc eſt peſſima gloria quę propria eſt illorum qui peccant ex certa malicia, & habitu ſignum enim habitus gñati eſt delectatio in opere. (Qui potēs es in iniquitate. Caſſ. Ille enim potens eſt in iniquitate qui in malo permiſſus valet implere quod nititur ſed q̃tū in nequitia validus, tm̄ eſt probis moribus execrādus. Glo. Quę vero ſit hęc iniquitas exponit ſubdens.

2 ✠ Alias inſidias

Tota die iniuſtitiam ✠ cogitauit lĩgua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum.

Caſſio. Ne enim quod dictū eſt, ad momētū fieri videretur, additū eſt (tota die) quod vniuerſę vitæ tempus ſignificat, quia ſemper malus ſine vlla intermiſſione malū operat̄, & cogitat (tota die) ingt iniuſtitiam cogitauit lingua tua. Hiero. Caſſio. Cogitatio nāq; ſapientum corde cōcipitur, & ore profertur, peſſimorum vero conſuetudo eſt vt non ante cogitant q̃ loquātur de quibus Salomon ait. In ore ſtultorum cor eorum, ideo hic dicit (Iniuſtitiā cogitauit lingua tua) ac ſi diceret. Nō tractauit corde quod euomuit ex ore, ideo hęc ad cogitationē detulit linguæ, vel hic lingua pro corde ponitur. Sequitur (Sicut nouacula acuta feciſti dolū) Gloſa. Id eſt ita expedite ſicut nouacula cito & facile radit. Hie. Caſſiodo. Nouacula enim acuta aufert pilos quaſi inſenſibiliter, cui bene doloſi homines comparantur, quia ſicut illa pilos radit & hominem non lędit, ita nec dolus animę iuſti nocere valet quando ei nititur auferre mundana. Terrena enim bona pilis comparantur, quia pilli ſuperfluitates quędam ſunt corporis, & temporalia bona ſuperflua ſunt animę. Vnde quando doloſus nititur auferre mundana, tunc interna animę magis efficit pulchriora, Hie. Dolus autem eſt cum aliud eſt aliud ſimulatur, vnde ille facit dolum qui in negocio circūuenit fratrem ſuum. Glo. Non ſolum autem iſta feciſti. Sed etiam.

Eccl. xxi

Hieroni

3 ✠ Alias mēdaciū ‡ Alias iuſtitiam

Dilexiſti malitiam ſuper benignitatē ✠ iniquitatem magis quam loqui æquitatem ‡.

Caſſ. Quia nunq̃ malū derelinquit qui cognoſcitur ſēper amare quod peccat, ideo dilexiſti inquit maliciam ſuper benignitatem), nam & ſi interdū animū benignitas tāgit, illā tamen tāq̃ deteſtabile vitium refugit. Augu. Glo. Vtrūq; enim iniquitas, ſcilicet & benignitas ante te, ſed hanc iniquitatem videlicet ſeu maliciam eligis peruerſe quaſi leues aquā ſup oleū, terrā ſuper cœlum, ſed cū his inferius cadis Dilexiſti etiam iniquitatem magis q̃ loqui ęquitatē) Caſſ. Plerūq; nāq; homines qui peccata faciunt per decorem ſe compoſitę locutionis abſcondunt, & nolunt in ſe depræhendi quæ norunt generalitatis execratione dannari, hęc eſt iniquitas ipſorum.

4 ✠ Alias ad deuorandum liguā doloſam.

Dilexiſti oīa verba præcipitationis ✠ lingua doloſa.

Hiero. In excelſum enim iniquitatem loquentes ipſi ſe pręcipitāt in laqueū dānationis. Idē. Verba pręcipitationis dicit, quia ſemetipſos pręcipitauerunt ſicut dyabolus de cœlo, ſicut & Adam de paradiſo (In lĩgua autē) doloſa dicitur quia aliud habuerunt in ſermone aliud in corde. Caſſio. Vel iſtud de antichriſto, vere dicitur qui prępoſteratis moribus atq; confuſis diligit iniquitatem currit ad omnia verba præcipitationis, iubet quod nullum iuuat. Et totum cum dolo loquitur a quo nulli profutura cenſentur.

5 ✠ alia lit. ſuo. ſec. a ps. Alias i ſēpitnū terret. et te euellet.

Propterea deus deſtruet te in finē, euellet te & emigrabit te de tabernaculo ‡ tuo, & radicē tuā de terra viuētiū

Glo. Hugo cardi. Secunda pars vbi agit de cœleri fine iniqui. q.d. hęc dilexiſti Propterea deus & ſi non modo in finem tamen deſtruet te hoc modo ſcilicet quia prius euellet te id eſt dignitatem tuam auferet. Et poſt emigrabit te, id eſt faciet te trāſire. De tabernaculo tuo, id eſt de hac vana gloria in qua ad tp̄s es. Hugo cardi. Et euellet ſcilicet (radicem tuam id eſt cupiditatē quę radix eſt omnium malorū. De terra viuentium) Augu. Glo. Radix eī mali cupiditas eſt quę non fructū parit in terra viuentium. Hiero. hęc autem omnia in iudaico populo impleta ſunt. quia & a legis litera deſtructus & euulſ⁹ de ciuitate, migratuſq; eſt de tabernaculo dei temporibus Titi & Veſpaſiani. Caſ. Vel de Antixp̄o hæc intelliguntur de celeri ſcilicet eius fine, ī finem enim qui deſtruitur ęternis ſupplicijs mācipatur pœna profecto ingens formidoloſa dānatio de amœniſſio ſcilicet dn̄i tabernaculo euellit & perpetuis ignibus mancipari, vbi nec viuere cuiquā datum eſt, nec florere conceſſum, ſed tanquā arbor radicit⁹ euulſa ęterna ſterilitate ſiccabitur. ſequitur. (Et radicem tuā de terra viuentium.) Idem. Radices erunt antixp̄i cōſentanei miniſtri q; dyaboli. Et ideo radicem ipſius cum ipſo dicit eſſe euellendam, quia cum ſanctis domini nec dyabolus nec antixp̄s, nec miniſtri eorum habebunt aliquam portionem in regno beatorum.

Caſſio.

vi iij pars. Hoc ē dicēt adiutum eſt.

Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt, ✠ & dicent, ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum.

Gloſa. Tertia pars vbi ponitur irriſio reproborū quę fiet a ſanctis. q.d. hęc patientur mali, ſed non ſine fructu piorum. (Videbunt enim iuſti & timebunt). Hieronymus. (Videbunt) inquam hoc eſt ītelligent iam malorum futuram pœnam Et timebunt). Augu. Glo. Sibi ne & ipſi cadant in futuro vero ridebūt. Vnde ſequitur (Et ſuper eum ridebunt) Gloſa. Id eſt irriſione dignum iudicabunt. Hieronymus. Vel (ridebunt) de vltione calamitatis eius habent enim ſancti duo tempora hic ſcilicet flendi, illic ridendi. Caſſiodorus. Et ne riſum eorum leuiſſimū putaremus ſequitur (& dicent Ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum) Hieronymus. Et ideo ſuper eum hęc vindicta deſcendit. Gloſa. Quia ſcilicet non ſperauit in deo, ſed in diuitijs ſuis, vnde ſequitur.

7 ✠ Alias [illegible]

Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & ✠ præualuit in vanitate ſua,

Gloſa. Non autem dicit habuit diuitias, ſed ſperauit i multitudine diuitiarum ſuarū, quia habet aliquis qui non amat, & alius ardet auaritia qui non habet. Caſſiodo. Per diuitias autem hic vniuerſas ſeculi pompas debem⁹ accipere, in quib⁹ qui ſpem ſuam ponit ſemetipſum fallit. Hierony. Non igitur hoc dicit ita ꝙ malum ſit diuitias habere, ſed quia malum eſt ſpem in diuitijs ponere, prout in alio pſalmo dicitur, diuitię ſi affluāt nolite cor apponere, diuitias enim licet habere ad neceſſitatē, ſed non licet eas poſſidere ex amore. nā & Abrahā & reliqui boni diuitias habuerūt ſed ſpem in diuitijs nō miſerūt (Et pręualuit in vanitate ſua). Glo. Quia nihil eſt vanius eo qui putat plus valere nūmum q̄ deum. Caſſio. Vanum autem dicitur, quod eſt inane, fragile, vel caducum, & ab ipſa firmiſſima veritate diſcretum.

Caſſio.

8 ‡ alias virens.

Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei, ſperaui in miſericordia dei in æternum & in ſeculum ſæculi.

Quarta pars.

Glo. Hugo cardi, Quarta pars vbi dicit quomodo boni ſe habeant cōtra eum. q.d. dico ꝙ malus ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. Ego autem dicit propheta in perſona iuſtorum qui ſum in domo dei id eſt in eccleſia (ſicut oliua fructifera) Gloſa. Quę hyeme & ęſtate viret. Auguſti. Gloſa. Oliua enim iſta populus dei eſt, vnde fracti ſunt ſuperbi rami, id eſt Iudęi, & inſertu ſeſt oleaſter de gentibus. Caſſiodo. Vbi reuera fructus iſtius arboris fœliciter adoleuit. Hieronymus Vel propheta oliuę ſe comparat propter pinguedinem ſapientię (Ego iquam ſperaui in miſericordia dei. Hiero. Quia non eſt humanę fragilitatis facultas, vt per ſe quis ſalu⁹ fiat, ſed per miſericordiā dei. Auguſtinus. Glo. Speraui inquā non ad terrena, ſed ad ęterna adipiſcēda per miſericordam dei duratura (in ęternum & in ſeculum ſeculi). Auguſtin⁹. Gloſa. Caſſiodo. Quod dixit in ęternum repetit & pro id eſt in ſeculū ſeculi vt repetēdo confirmet quātū fundatus eſt in amore regni cœlorum, & vt ſpem ſuā omnino fixā i illa ęternitate iudicetur habere.

Gloſa.

Gloſa.

ix ✠ alia li. quoniā; ‡ alia li. hꝫ hic domine. ✶ alia li. qđ bonū eſt. ‡ alia q̄m iocūdum eſt.

Confitebor tibi ✠ in ſæculum quia ‡ feciſti & expectabo nomē tuum qm̄ bonū ē in cōſpectu ſanctorū tuorū.

Glo. Cōfitebor tibi (iquit) id eſt laudabo te Caſſiodorus. Hic enim datum eſt confiteri vt ibi mereamur abſolui. (Confitebor) inquā (tibi in ſeculum (quia feciſti). Caſſio. Subaudi (miſericordiam) In qua ſe ſuperius ſperaſſe teſtatus eſt. Augu, Vel quia feciſti ꝙ ſim oliua fructifera, & ꝙ ſperaui in miſericordia dei. Hugo car. Vel ideo non dicit quid fecerit. q.d. ꝙ inumerabilia ſunt bona q̄ fecit. Sequitur. (Et expectabo nomen tuū quoniam bonū eſt. Gloſa. id eſt rem nominis tui quod eſt Ieſus. Hieronymus. Nomen enim illud ante cuncta ſecula benedictū, reddet ſanctis debitum pręmium quod ideo propheta ſitiens poſtulat, vt in conſpectu ei⁹ ęternę beatitudinis ſortem accipit. Caſſio. Vel nomen illius expectat qui ſe in iudicio domini ſaluatoris per miſericordiam eius credit eſſe ſaluandū. dum vocabulum tale in ſe ęſtimat eſſe complendum. Additum eſt quoqꝫ (In cōſpectu ſanctorum tuorum) Idem. Id eſt in gaudio generali iuſtorum vbi laus dn̄i ſine fine cantabitur. Auguſtinus. Vel hoc ideo dictū eſt, quia iocundum eſt nomen domini non in cōſpectu impiorum qui non guſtāt amando ſed in conſpectu ſanctorum.

¶ Pſalmus. lij.

¶ Titulus.

In finem pro Amalech ✠ ītellectus ipſi ‡ Dauid.

✠ alia li Abimalech. ‡ alia li p chorū.

Lyra. Eponit hūc pſalmum de afflictione iudęorum per regnum grecorū quo multi iudęi fuerūt iterfecti & multi captiuati maxime tpe Antiochi illuſtris, vt habeť Mach. xx. Ab hac autē captiuitate fuerunt liberati per Machabeos qđ pręuidēs Dauid fecit hunc pſalmum.

Caſſio. Glo. In finem quid ſignificet iam notum eſt Amalech autem gēs fuit quę contra Dei populum acerrima cōcertatiōe pugnauit quę & vaſtauit ſicelech. Glo. Vnde amelechitę qui interpretatur populus lingens terram. ſignificant antichriſtum, & ſuos terrena amantes, qui in fine mundi pro viribus vaſtabunt eccleſiam. Sed Dauid, id eſt Chriſtus vere manu fortis eandem liberabit percuſſis amalechitis, id eſt Antichriſto & ſuis. Caſſiodo. Et notandum ꝙ ſupra iſte pſalmus eſt. xiij. pro maiori parte verſuum, ſed ille contra iudęos iſte contra omnes peccatores promittitur. Ille de incarnatione domini. Iſte de aduentu iudicij, de quo in fine pſalmi dicturus eſt. Et diuiditur in tres partes. In prima increpat malos. In ſecunda cōminatur per finem. Ibi. (Nonne ſcient). In tertia oſtēdit ꝙ ſalus ſit parturiēti eccleſiæ Ibi. Quis dabit. Primo ergo increpans malos & improperans Ait.

Diuiſio.

Ps. lij. 1 ✠ alia li. iprudēs ſtultus.

Dixit inſipiens ✠ in corde ſuo, non eſt deus.

Caſſiodo. Verbum dicere proprie linguę nō cordis eſt, ſed quia cogitationes noſtras potentia diuinitatis intelligit. Recte dictū eſt inſipientis cor dicere, quod ad aures domini potuit peruenire. (Dicit ergo inſipiēs in corde ſuo). Glo. Et ſi ore non audet. Inſipiens dico. i. omnis qui male viuit. Hugo cardina. Vel Antichriſtus qui collectiue ponitur pro omnib⁹ antichriſtianis. Hiero. Vel inſipiens eſt populus iudaicus ſiue diabolus. Auguſti. Gloſa. Sed quid dixit? (Non eſt deus). Qui enim putat ei placere mala nō eum putat deū. Vel qui dicit deum omnibus parcere & ſemper parcere, Vel his cui ſupra dictum eſt. Exiſtimaſti inquā ꝙ ero tui ſimilis. Ille dicit. Non eſt deus. cum deus ſit ſumma iuſtitia & bonitas in quo idem eſt eſſe deum & eſſe iuſtum, quia iuſtitia i deo eſt deus. Caſſiodorus. Cui qui detrahit nec catholicis regulis acquieſcit vtiqꝫ inſipiēs eſt. Nam ſi viuere deum crederet nulla in eum prauitate peccaret. Hugo cardina. Et nota ꝙ cum prius dixerit ſingulariter. Dixit inſipiens. Nunc commutato numero dicit pluraliter.

2 ✠ alia li i volūtatibus. ‡ alia li. hꝫ hic nō eſt vſqꝫ ad vnū.

Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus ✠. Nō eſt qui faciat bonum, ‡.

Per quod notat q̄ vnum tūc erit caput toti⁹ mali
ſcilicet antichriſtus.Et multa membra eius.(Cor=
rupti ſunt)inquit per peccatum carnis.(Et abomi
nabiles facti ſunt)per peccatum ſpiritus maxime
per ſuperbiam ſecundum illud abominatio domi
ni eſt omnis arrogans . Gloſa.(Abominabiles)in
quam(facti ſunt)oēs qui dicunt(Non eſt deus) Et
hoc(in iniquitatib⁹ ſuis(adeo q̄ nō eſt de illis qui
faciat bonum.Caſſiodo.Vel in hoc omnes hęreti
ci vno verbo notati ſunt Nam deo recte non cre=
didiſſe corruptio eſt,hos autem ſubſequitur pœna
iuſtiſſima,vt ſcilicet abominabiles in voluntatib⁹
ſuis fiant.Quis autem dicit. Non eſt qui faciat bo
num,hoc eſt quod doloribus plena parturit eccle=
ſia,vt in tāta multitudine perditorum non ſit qui
bonum poſſit operari vel imitari.quod de illis de
bet accipi qui extra religionem poſiti in deteſtabi
li obſtinatione perdurant.Sequitur.

3 ✠alia li. videret — Deus de cœlo ꝓſpexit ſuper filios
hominū , Vt videat ✠ ſi eſt intelli=
gens aut requirens deum.

Gloſa.(Deus)inquit de cœlo mittendo filium(pro
ſpexit)ſuper filios hominum,id eſt miſertus eſt eo
rum qui deberent eſſe filij hominū portando ima
ginem noui hominis(Vt videat).Hugo car. Glo.
Id eſt videri faciat.Hieronymus.Proſpicere em̄ &
videre ignorantis & quęrentis eſt. Sed nunquid
deus aliquid ignorat? Non.Sed cœli ſancti ſui ſūt
per quos deus proſpicit,quia illos prędicare facit
.& per illos loquetur ſicut ipſe ait . Non vos eſtis
qui loquimini,ſed ſpiritus patris mei qui loquitur
in vobis.Caſſiodo. Proſpexit(inquā) ſuper filios
hominum)non vt errantes perderet. Gloſa.Hugo
cardinalis vt ſcilicet(videat ſi eſt intelligens) per
fidem(aut requirens deum) per operationem . Et
proſpiciendo vidit.Quia.

4 ✠ Alias auerſi ſunt. ✠ alias adhęſerūt — Omnes✠declinauerunt ſimul✠inu=
tiles facti ſunt,nō eſt qui faciat bo=
num,non eſt vſq; ad vnum.

Lyra(.Omnes(inquit)declinauerunt) a recti tudi=
ne iuſtitię(Simul inutiles facti ſūt . Id eſt innepti
ad conſequutionem vitę beatę.Caſſiodo . De illis
autem hoc dicit qui corde indurato in ſcelerato p
manſere propoſito.Omnes enim & pro parte poſ
ſimus dicere,vt ad illos tantum pertineat qui ne=
farijs perſuaſionibus execantur . Pulchro autē or=
dine verba deſcendunt.Prius enim dicit. (declina
uerunt).Sequutum eſt(q̄ ſimul inutiles facti ſūt).
Inde(Non eſt qui faciat bonum ,Non) eſt vſq; ad
vnum).Lyra(Non)inquā(eſt qui faciat bonum)ſci
licet meritorum quod fieri non poteſt ſine fide
& charitate.Licet aliquando facerent aliquid bo=
num de genere(Non eſt vſq; ad vnum) Caſſiodo
us.Quod dum dicitur.(Omnes)negantur . Nam
ſi aliquem bonum voluiſſet intelligi non diceret
(vſq; ad vnum)ſed preter vnum.Hugo cardinalis.
Vel ly vſq; ponitur pro preter,quaſi diceret . Non
eſt vſq; ad vnum, id eſt preter vnum Chriſtum ſci
licet & membra eius quę ſunt vnū corpus in ipſo

Quinta pars. 5 ✠alia li. nō cognouerunt. — Nonne✠ſcient omnes qui operā
tur iniquitatem? qui deuorant ple
bem✠ meam vt cibum panis.

Glo. Hugo cardi Secunda pars vbi eſt commina= ✠alia li. populū meum.
tio malorum per finem.minatur autem illis , iſte
qui loquitur pro parturiēte,quaſi dicat, illi dicūt.
(Non eſt deus) ſed nonne ſcient omnes in futuro
qui modo ſcire nolunt,(qui operantur iniquitatē)
& qui plebem meam quę parturit & dolet,deuorāt
volentes eam conſumere,(deuorant dico vt cibum
panis)id eſt aſſidue.Lyra . Nonne inquam ſcient
dei iuſtitiam.q.d.immo ſcient per pœnę infligen
de experientiam(Omnes qui ſcilicet operantur ini
quitatem)Hugo cardi.Tam antichriſtus & ſui cō=
plices,q̄ Iudęi crucifixores & Chriſtiani male vi=
uentes ſcient vtiq; , quia cognoſcitur dn̄s iudicia
faciens qui modo non cognoſcitur iniuriam pa=
tiens.ſcient dico illi(qui deuorant plebem meam)
aufferentes eius ſubſtantiam(vt cibum panis)dele=
ctantur in ſpoliatione & famæ, & bonorum tēpo=
ralium & occiſiōe innocētum velut in pane quoti
diano deuorant.Caſſiodo . Dentibus ſuę maliciæ
(vt cibum panis)quia ſicut panis quē ſemper deſi
derant in vſu eſt ita ſemper deſiderant mali deuo=
rare bonos.Sed quare hoc? Quia.

Deum non inuocauerunt, illic tre= 6
pidauerunt timore vbi non fuit ti
mor.

Lyra(Deum inquit non inuocauerunt) quia non
crediderunt in eum.ſecūdum illud Apoſtoli.Quo Rom.10.
modo inuocabunt eum in quē non crediderunt.
Hugo.cardi.Vel(non inuocauerunt) Id eſt non ti
muerunt.conſequens pro antecedente,qui em̄ deū
timent,deum inuocant.& ideo iſti quia nō timue
runt(Deum non inuocauerunt). Et propterea vbi
non fuit timor dei,non defuit timor mūdi.(Quia
illic trepidauerunt timore vbi nō fuit timor. Glo.
De terrenis ſcilicet vbi non eſſe timendum ,ſicut Joh xi.
iudęi qui deum occiderunt,timentes, ne perderēt
locum ,& gentem. Caſſiodorus.Timent tantū hu
ius mundi peccatores ne mundi huius fœlicitate
diuitijs & honoribus in hoc ſęculo acquiſitis pri=
uentur.& viui formidant amittere , qui ſe tamen
norūt humana cōditione relinquere, vbi dum di=
cit(vbi non fuit timor)ſubaudiēdum eſt iuſt⁹.Hu= Aliter legitur
go cardi.Causam autem quare mali trepidant,ſub
iungit dicens.

Quoniam deus diſſipauit oſſa eo= 7 q̄ hoībus placerēt adiutū eſt.
rum qui hominibus placent✠ cō
fuſi ſunt quoniam deus ſpreuit eos.

Sic vertit beatus. Hiero . iuxta hebrę cui conſen=
tit.Lyra.Quoniam de⁹ diſperſit oſſa cīgentium te
(Qui hoībus placent non eſt in hebręo) ſed addi=
tum eſt)confunderis quia deus proiecit eos(Quo=
niam de⁹)īquit(diſſipauit).Hu. car,.i. deſtruxit ꝓ=
miſſiue(oſſa).i.virtutes(eorū)q ,id eſt quia(hoīb⁹
placent). Idē,Gloſa. Id eſt placere quęrunt ꝓpter
vanam gloriam.Caſſi.quod ſceleratorū eſſe digno
ſcitur: iuſtus enim ſibi ſemper diſplicet , dum car=
nis ſuę vitia cœleſti conſideratione caſtigat. Pec=
catores vero amant vnde pereant,(deſiderant vn
de dennenrur. Lyra . Quales ſunt vane glorioſi
applauſu hominum & adulationibus delectati .de
diuino beneplacito non curantes tales igitur me
rito(confuſi ſunt) Caſſiodorus. Gloſa . Id eſt con Gloſa.
fundentur,quia a regno dei ſeparabuntur,vt gene

raliter legatur de omnibus malis. Gloſa. Vel vt legatur ad literam de iudęis (confuſi ſunt) quia & locum perdiderunt pro quo chriſtū occiderūt (Quoniam deus ſpreuit eos) Hieronymus. Merito enim ſpernitur a deo qui relinquit deum. Et quia relinquit eum, digne tanq̄ ignotus ab eo confunditur dicente apoſtolo. Ignorans ignorabitur.

8 ✠ alia li. tedu erit ✠ alia li. populi tui. Quis dabit ex ſion ſalutare Iſrael, cum ✠ conuerterit dominus captiuitatem plebis ✠ ſuę, exultabit Iacob & lętabitur Iſrael.

Gloſa. Hugo, cardina. Tertia pars vbi dicit q̄ ſalus erit parturienti eccleſię, non ab alio q̄ ab illo quē ſtulti negāt eſſe deū hoc itaq; eſt q̄d dicit. (Quis) alius veniens ex ſion ſcilicet de iudęis, (dabit ſalutare) Id eſt ſalutē Iſrael) populo videnti deum. quaſi dicat, hic ſolus dabit. Caſſiodo. Vnde cum dicitur (Quis dabit) Addendum eſt, niſi tu domine, credentis ei verba ſūt, nō dubitātis. Glo. Hic ei ſol⁹ ſalutē dabit cui dixiſtis nō eſt de⁹ Quis inq̄ dabit ex Siō. Hiero. Vnde, vt ait, ꝓpheta exibit lex Et verbū dn̄i de Hieruſalē. Caſſiodours. Vel ſion dicit illam ſpeculationem fœlicem, in qua dominus aſpicitur, & maieſtas ipſa vero lumine cordis hauritur (. Quis dabit dico, ſalutare Iſrael) Chriſtum ſcilicet, Hieronymus. Idem. Salutare enim noſtrum Chriſt⁹ eſt, qui vitam pręſtat populo fideli deum vidēti. Gloſa. (Quam tunc dabit, cum conuerterit domin⁹ captiuitatem plebis ſuę. . Hieronymus. Cum ſcilicet auerſa captiuitate vitiorum erexerit nos in libertate virtutum, dum enim ſumus in corpore peregrinamur a dn̄o, quod cum fecerit, (Exultabit Iacob & lętabit̄ Iſrael. Hiero. i. xp̄ian⁹ ppl's q eſt Iacob. dum ſupplantat iudaicum populum & eius benedictionem accipit. Et Iſrael, dum deum fidei oculis intuetur. Caſſiodorus. Exultari autem & lętari tunc ſibi concedetur, quando ſicut illi promiſſum eſt in ęterna patria fœliciter collocabitur.

(Margin: xp̄iani dicūt Jacob & Iſrael et quare.)

❡Pſalmus.liij.

❡Titulus.

In finem in carminibus vel hymnis. Intellectus Dauid.

Lyra. Proſequitur expoſitionem literalē iuxta hiſtoriam tituli quę habetur primi regū. xxiij. & xxvi.

(Margin: Alias eruditio)

Cum veniſſēt ziphæi & dixiſſent ad ſaul. Nonne ecce. Dauid abſconditus eſt apud nos. Caſſio. (In finem (Chriſtum. victorē quāto infinem vertit. b. Hiero, victori ſignificari notum eſt, (In carminibus) id eſt in pſalmi pręſentis, opere. Carmen em̄ Chriſti ſignificat laudes. (Intellectus Dauid) dominū denunciat ſaluatorem. (ziphęi) a vico ſyrię in quo habitabat ziphę dicti ſunt ziphęi, qui venientes ad ſaul prodiderūt Dauid apud ſe eſſe celatum. Idem. Hieronymus. Augu. Glo. ziphæi florentes interpretantur. & ſignificant illos qui hic florent in pręſenti, & quaſi virent, copia tēporaliū quorum gloria eſt vt flos fœni, quod hodie floret & cras in clibanum mittitur, inter quos latet dauid, id eſt ſancti mortui mūdo, quorum vita abſcondita eſt cum Chriſto in deo, inter quos ſūt viles & abſconditi, qui in die iudicij florebunt. Hieronymus. Iſte autem pſalmus orationem dn̄ici hominis continere dignoſcitur, formā ſerui accipiētis, accedentiſq; ad paſſionem in forma ſerui. Caſſiodo. Vel vox eſt eccleſię de hereticis ad chriſtū deprecantis ne eorum manibus ſeu proditionibus contradatur. Augu. Glo. Et intentione monet in aduerſis deum laudare. Glo. Hugo cardi. Et diuiditur in duas partes In prima orat latens inter ziphęos cuius bonum intus eſt, & merces occulta, ne eum inimici fortiſſimi grauare preualeant. In ſecunda dicit quid ſibi & inimicis ziphęis faciat deus, vnde laudes ſoluit ibi. Ecce enim deus. Orās ergo eccleſia inter ziphęos, & latens ait. O

(Margin: Ziphei vnde interpretatio nominis) (Margin: Diuiſio.)

Deus in nomine tuo ſaluum me fac Et in virtute tua ✠ iudica me. 1

(Margin: pſa. 53. ✠ alia li. vlciſcere me.)

Poſtulat hęc a patre vt oſtēdat carnis infirmitatem (i nomine tuo) hoc eſt in illo nomine humilitatis quod eſt ſaluatio. Caſſiodo. Orat enim vti nomine domini ſaluatoris a perſequētiū malignitate liberetur dicens (Deus in nomine tuo) Lyra Id eſt in virtute nominis tui a me inuocati (ſaluum me fac). Augu. Glo. Alij em̄ alijs noib⁹ petūt liberari, ego vero, i tuo nomine quod mundo prędicatum eſt. Glo, Hierony. Hoc eſt in illo nomine humilitatis quod eſt ſalutio ſeu in nomine Ieſu qui interpretatur ſaluator vt ipleat rē nominis. Et in virtute tua iudica me) Augu. Hiero. Glo. Quaſi dicat hic ſalua in nomine tuo, & poſt illic non timebo iudicari in virtute tua. Hugo cardi. Vel iudica me iudicio diſcretionis, ſeparando me a malis. Sequitur.

Deus exaudi orationem meā auribus percipe verba oris mei. 2

Caſſiodo, Hoc enim nomē (Deus) Propheta repetit, vt cum frequenter deus imploratur, eius auxilium nō tardetur. Hugo, cardi. Deus inquit qui verax es in promiſſis (Exaudi) id eſt ad exitum audi. (orationem meam) qua peto in nomine tuo ſaluari. Lyra Exaudi inquā per condeſcenſum tuę ſaluationis. (Aurib⁹ pcipe verba oris mei.) Lyra. More hominis de deo loquitur, qui aurem inclinat ad petitionē quā vult exaudire, Hiero. Aures em̄ domini dicuntur quando exaudire dignatur. Caſſio. (Percipe) autem ideo dicit, quia illa proprie percipere dicimus quæ mentis archano recondimus. (Verba) vero) oris mei dicit, vt non ſolum cordis inſtinctum, ſed etiam vocis exaudiret affectū. Glo. Ex verbis enim cor iudicatut. Hugo. cardi. Cauſā autem quare ita ardenter ſe exaudiri poſtulat ſubiungit cum dicitur.

Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quęſierunt animam meam & non propoſuerūt deū ante conſpectū ſuum, 3

(Margin: ✠ Ide ſe. p er hebreo.)

Gloſa. Hugo cardinalis. Quoniam alieni inquit, id eſt mali homines hęretici & falſi fratres. vel ſecundum Hieronymum. Vox iſta eſt vox Chriſti dicentis. (Quoniam alieni) id eſt Iudęi inſurrexerunt aduerſum me, qui cum peculiares dei eſſent alienos ſe fecerunt ab eo per tranſgreſſionem, nō cognatione, ſed vita & operibus. Vnde dicit, Filij alieni mētiti ſūt mihi, ſed ſi filij, quomodo alieni

De vna tribu erant,ſed alieni erant, quia eius vitā qui illos venerat viuificare,tollere volebant. Caſſiodorus. Iſti inquā ſunt illi ziphei de quibus in titulo qui erant ex tribu iuda vnde Dauid traxit originem,qui non genere ſed operibus a domino facti ſunt alieni. Sequitur(Et fortes quæſierūt animam meam. Hieronymus. Herodes ſcilicet principeſq; ſacerdotum mundanam habentes fortitudinem vel hęretici perſequentes ſanctam eccleſiam. Et hoc ideo quia.(Et non propoſuerūt deum ante conſpectum ſuum). Idem. id eſt non intellexerunt ſub perſona corporea latere diuinitatem. Caſſiodorus. Ille autem proponit deum ante conſpectum ſuum qui credit eum vbiq; eſſe pręſentem,& facile agnoſcere quæ voluntas nititur humana cōplere. Perditi vero ideo non proponunt deum ante oculos,quia ignorare illum credūt, quæ ipſi ſcelerata mente concipiunt.

Dyapſalma. 4 Secūda pars. ✠alia li. ſuſcetor.

Ece enim deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor✠eſt animę meæ.

Gloſa. Hugo cardina. Secunda pars vbi dicit quid ſibi,& zipheis faciat de⁹, vnde ſoluit laudes oſtendens ſe exauditum in adiutorio ad bene operandum dicens.(Ecce enim deus adiuuat me.) Gloſa. Caſſiodorus. Quod ipſi ziphæi(hoc eſt iudæi vel perſecutores,inter quos lateo neſciunt, ſed hoc viderent,ſi deum ante oculos ponerent, adiuuat inq̄ me laborantem,vt poſſim ferre quæ ſuper me nitebantur impij congregare,(& dominus ſuſceptor eſt animæ meę). Caſſiodorus. Vt ſi corpus periculis exponitur, animæ tamen ſalus illęſa ſeruetur, quem enim ille ſuſcipit non ſolum in laborib⁹ adiuuat,ſed etiam a peccatis omnibus miſeratus abſoluit. Gloſ. Adiuuat ergo,& ita adiuuat q̄ auertit mala inimicis meis,vn̄ hęc prędicēdo non optando dicit,o domine.

v ✠alia li. reddet mala īīs inſidiatoribus

Uerte✠mala inimicis meis, & in veritate tua diſperde illos.

(Auerte)inquit,mala inimicis meis.) Gloſa. Hugo. cardinalis. Id eſt a me vertes in illos. Hieronymus. Qui me non intellexerunt per malitiam ſuam.(Inveritate tua diſperde illos.) Idē. Sicut nūc cernim⁹ factum de iudeis,cum diſperſi ſunt in regionibus,veritatem autem dicit, quia verus eſt, & reddet vnicuiq; ſecūdum opera ſua,& diſperdet illos in die iudicij. Gloſa. Auguſtinus. Caſſiodorus. Vel pro conuertendis præcatur, & hęc eſt hoſtia quam pro liberatione ſoluit, orat ergo vt mala voluntas remoueatur ab inimicis eius, vnde eos nouerat ingrauandos,vnde ſubditur(in veritate tua diſperde illos). Caſſiodorus. Mali enim cum ad veritatem veniunt a priſtina intētione diſpereunt, diſpereant ergo ziphęi inquit ne prodant celatū. Diſpereat Saul ne perſequatur innoxium. Hugo cardinalis. Deinde ne ingrat⁹ videatur offert deo oblationem boni operis & laudis dicens.

vi

Oluntarie ſacrificabo tibi & confitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt.

Gloſa.(Voluntarie)inquit(ſacrificabo tibi nō pecora,ſed ſacrificium laudis(Voluntarie,dico,quia gratis amo qđ laudo, & eū propter ſeipſum,non propter aliud quod ab eo velim laudo. nam qui propter aliud laudat,ex neceſſitate laudat, quod ſi haberet non laudaret. Caſſiodorus. Vel(voluntarie)deo ſacrificat,qui pro ſuis inimicis orat(Volūtarie)enim ſacrificare,eſt deo puritatem bonę voluntatis offerre, & propter hoc illum tantum colere,timere,vel amare,quia deus eſt,quia creator eſt, quia rerum omnium diſpoſitor eſt. Hieronymus. Vel de Chriſto intelligitur,qui propria voluntate pro delictis populi ſe obtulit patri, vt hoc ſacrificium vitam tribueret mundo,ſequitur(& confitebor nomini tuo domine). Glo. id eſt laudabo. Caſſiodorus. Confiteri enim hic laudare ſignificat, & fere ſemper in ſacris,vt Cōfitemini domino quoniam bonus. item, Confitemini & inuocate &c. Auguſtinus. Gloſa. Hoc eſt autem gratis confiteri & laudare,quia bonum, nō quia dat temporalia laudatur,ſed(quoniam bonū eſt. Caſſiodorus. Auguſtinus. Nil autem nomie tuo melius inuenitur, quod velle laudare ineſtimabile bonum eſt, vnde & mens ſancta reficitur,& omnis huius mundi aduerſitas effugatur. Hugo cardinalis. Bonitatē autem & vtilitatem huius nominis conſequēter oſtēdit,dicens.

Volūtarie ſacrificare qđ

Cōfiteri ī laudare

7 ✠alia li. & inimicos meos vidit oculus me⁹.

Vonia ex omni tribulatione eripuiſti me,✠& ſup inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloſa. Quaſi dicat(Ideo confitebor bono nomini tuo.(Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me. Caſſiodorus. Quāuis enim voluntarie ſacrificaſſe domino videantur,deus tamen ſibi conceſſerat quę profutura cognouit,vnde ex omnib⁹ tribulationibus ſe propheta virtute domini teſtatur ereptus,quod in iſto ſęculo nō poteſt euenire, niſi eis qui in domini dilectione perſiſtunt (& ſuper inimicos meos.) Gloſ. Florentes ſcilicet (deſpexit oculus meus). Lyra. Id eſt pro nihilo computaui eorum inſidias contra me, confidens de tua bonitate,non de meis meritis,vel virtute. Caſſio. Vel reſpexit oculus domini ſuper inimicos ſuos, quando eos nepharias eorum voluntates minime complere permiſit,frequenter enim propitius de⁹ iniqua non permittit efficere, vt cōpuncti debeam⁹ de noſtris erroribus ſupplicare.

¶Pſalmus quinquageſimus quartus.

¶Titulus.

In finem in carminib⁹,vel hymnis✠ intellectus Dauid.

✠alia li. erudicio.

Lyra exponit hunc pſalmum de Dauid quādo fugiens de Seila ſaluat⁹ fuit de manibus Saul q̄ volebat eum in ſeilla occidere,& de manib⁹ populi Seilæ qui volebat eū Sauli tradere, vt habetur primi Reg.xxiij.

Caſſiodorus, In finem, id,eſt in Chriſtū. Bene enim finis Chriſtus dicitur, quoniam quicqd recte & fideliter agimus,ad ipſum referre debem⁹. Finis enim legis xp̄s eſt(In carminibus. i. in laudibus,admonet ei nos ſiue in triſtitia,ſiue in gaudio p̄conia dn̄i iugiter perſonare.(Intellectus Dauid) Iſte certus intellectus eſt,vt ſecundū carnē Dauid patrē eſſe dicam⁹ dn̄i xp̄i,ſcđm diuinitatē vero ſeruū eſſe fateamur. Hiero. Pſalm⁹ aūt iſte vocē cōtinet mediatoris,qui dū de⁹ eſſet, formā ſeruilē pro noſtra libertate ſuſcepit. Auguſti. Glo. Vel hic ec-

cleſia loquitur,ſiue in pſona ſua,ſiue Chriſti,quando in ſua perſona,loquitur vt homo puſillanimis in tempeſtate poſitus.qui dum fluctuat & mergitur

Mat.14 fluctibus ſæculi tanq̄ Petrus in mari clamat ad Ieſum decernens in ſua infirmitate a tot ſcandalis ſeparari,ne & illis non proſit & ſibi noceat:quando vero in perſona Chriſti loquitur,integra proprietas ſeruilis formę in Chriſto deſcribitur,vt detur nobis humilitatis exemplum cum Chriſtus adeo

3.ps de paſſione & reſurrectione. altus ita ſit humiliatus,& ſecundū hoc.eſt iſte pſalmus tertius qui de paſſione & reſurrectione latius loquitur,intentione autem monet eccleſiam attendere mala ſua(atq; interea plāgere.Et diuiditur in

Diuiſio. tres partes. In prima,præmittit orationem cōtra fluctus maris,id eſt cōtra mala ſæculi. In ſecunda iſte puſillanimis iam in ſolitudine ſalu⁹ ſperat auxilium dei,& ciuibus imprecatur,ibi(Expectabā) In tertia,affirmans oſtendit quid ſibi & illis fiat,alternatim procedendo,ibi(Ego autem).Gloſ.Laborans ergo eccleſia inter fluctus ſæculi orat dicens,

j **Exaudi de⁹ orationem meā & ne deſpexeris deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me.**

(Exaudi inquit deus orationem meam.Hugo cardina. De obtinendis bonis, & ne deſpexeris depræcationem meā,de malis amouendis,hæc eſt enim differentia ꝙ oratio eſt de bonis

oratio & deprecatio differūt. adipiſcendis,deprecatio vero de malis amouēdis. Caſſiodo.Vel ideo dicit(ne deſpexeris dep̄catione meam)quia poterat prius oratio eius exaudiri, & poſtea deſpici,quod euenit his qui mundi iſti⁹ bona deſiderantes accipiunt quæ precantur, & tamē poſtea deſpiciuntur,quia nō æterna prēmia quęſierunt. Auguſtin⁹. Talium enim oratio caret debito fine.(Intende mihi,& exaudi me.)Caſſiodor⁹. Prius autem dicit intende mihi,poſtea exaudi me, nemo enim auerſus exaudit,ſed cui aſpectus tranquilus conceditur,ipſi & aures placidiſſimę commodantur. Hugo cardina.Vel ideo verba inculcat vt affectum manifeſtet. & notandum ꝙ idem eſt principium & finis,in hoc verſu,in quo ſignificatur ꝙ ad ipſum dirigitur oratio,qui eſt principiū & finis,alpha & O.Deinde facta oratione oſtēdit ꝙ indiget exaudiri,dicens,

2 ✠ Alias meditatione. ‡ Alias a facie perſequētis

Contriſtatus ſum in ✠ exercitatione mea, & conturbatus ſum avoce inimici, & a tribulatione ‡ peccatoris.

(Contriſtatus ſum)inquit(ex humana infirmitate in exercitatione mea.)Auguſtin⁹. Hoc eſt in his q̄ ingerunt mali,quod apertius dicetur infra. Omnis enim malus viuit,vel vt corrigatur,vel vt per eum bonus exerceatur.(Et conturbatus ſum)Gloſa. In mari ſæculi a vento valido tribulationum. Auguſtinus.Gloſa.Vel conturbatus eſt in ipſa pugna dū & inimicos vult diligere,& abundante malitia incipit odiſſe,& ita incipit in fluctibus mergi.(A voce inimici).Pariſien.cantor.Exterius lædēris(& a tribulatiōe peccatoris,ſpiritualiter perſequentis. Caſſiodo.Vel in hoc verſu pulcherrime domini ſaluatoris vno ſermone vitę curſus exponitur,qui contriſtatus ex humana infirmitate exercitabatur miraculis,& ſanctitate doctrinæ, i hoc autem cōtriſtatus,quia fructum iuſtitię perfidi nō probabanꝰ afferre(Et conturbatus a voce inimici) populi ſcilicet Iudęorum. Hieronymus.Glo.q cū ſamaritanum & dæmonium habentem cum d.us eſſet ante ſæcula increpabant. Caſſiodorus. Vel cū dicebant.Si rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce & credimus ei(& a tribulatione peccatoris. Idem. Quando eum ore ſacrilego conſpuebant, cedebāt alapis,& flagellis.Et exprobrationes plures illi ſuper verbera geminabant,Sequitur,

Quoniam declinauerūt ✠ in me iniquitates, & in ira moleſti ‡ erant mihi. 3 ✠ alia li. precēſſit. ‡ alia li. obūbraſbant.

Hieronymus.(Declinauerunt)vtique Iudæi ſuper dominum(iniquitates)cum dixerunt in belzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Caſſiodorus. Vel quia nullam volentes recipere rationem, Mat.xij. effuſionem ſanguinis innocentis expectabant(& in ira moleſti erant mihi. Hieronymus. Perſequētes me inuidia ſua. Hugo cardinalis. Et dicentes, crucifige crucifige:& propterea:

Cor meum conturbatum eſt ✠ in me, & formido mortis cecidit ſuper me. 4 ✠ alia li. vitalib⁹ meis.

Hieronymus.(Cor meum)inquit(cōturbatum eſt) in me ſecundum hominem:ſed virtute diuina confortatum eſt,nam & angelus inquit euangeliſta accedēs confortabat eum(& formido mortis cecidit Luc.22 ſuper me),Caſſiodorus. Reuera cecidit quando ſupra eum venit vlterius non valitura quod potuit morte ſiquidem domini momentanea, mors perpetua victa eſt,quæ ſibi dominatum in humano genere vendicabat ſicut Apoſtol⁹ dicit. Abſorpta 1.co.xv. eſt mors in victoria tua,vbi eſt mors cōtentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus.

Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me ✠ tenebræ. 5 ✠ alia li. caligo.

Hieronymus.(Timor)inquit animæ &(tremor) corporis.Lyra. Vel(timor)in corde &(tremor)in corpe cauſat⁹ ex timore,venerunt ſup me. Hiero, ꝓut ipſe dicit. Triſtis ē aīa mea vſq; ad mortē. Caſ. Mat.26. Glo.Mortis enim proprietas eſt, vt eam prius timeamus,& inde contremiſcamus(& contexerunt mortis ꝓprietas me tenebræ).Hieronymus. Tenebræ dicuntur mali homines. qui perſequuntur eccleſiam,& qui tegunt ipſam in odio,quia qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt(contexerunt)inquam(me tenebrę)ſed quia lux eram non comprēhenderunt me. Caſſiodorus.(Vel contexerūt me tenebræ) Vicinia enim j.Io.2. mortis tenebrarum prēmittebat aſpectū,quia frequenter illa conſpicimus animo,de quibus nos vētura ſolet cōturbare formido.(Et cōtexerunt me tenebræ. Lyra. Id eſt aduerſitates duræ & acerbæ, aduerſitates enim in ſacra ſcriptura tenebræ nuncupantur. Gloſa. Sed in hac infirmitate quid ait? Sequitur,

vt alia li. vt volē requieſcam.

ET dixi, quis dabit michi pennas ſicut cōlumbæ? ✠ & volabo, & requieſcam.

(Quis dabit)inquam(michi pennas.)Caſſiodorus Niſi tu pater qui humanam naturā vſq; ad cœlorū regna perducens,ad tuam dexterā collocabis. Hiero. vel pēnas has ſumam a meipſo qui poteſtatem habeo ponendi animam meā,& iterū ſumendi eā, vt de tenebris ad cœleſtia reuertar. Pēnæ iſtæ ſūt duo præcepta charitatis,dilectionis ſcilicet dei & proximi.Caſſiodorus.Dicuntur autē pennæ,a pēdendo quæ corpus in auras æthereas ſublimitate ſuſpendunt.(Sicut columbæ). Caſſiodo. Non dicit aquilæ non accipitris,nō hyrūdinis quę celeri us volant ſibi dari poſtulat,ſed columbæ.Columba enim dicta eſt quaſi cellę alūna: quę vitam ſine alterius grauamine peragit,auis innocens,māſueta quæ in nullum animal conſurgit,nec eſcis ſordidis acquieſcit. Hieronymus, Simplex enim animal eſt abſq; felle.Auguſti.Gloſ. Quæ a moleſtijs ſemper quærit auolare, & quæ dilectionem nō amittit,& ſemper gemit.Caſſiodo.Merito ergo columbæ pēnas dominus Chriſtus expetijt, in cuiꝰ ſpecie ſupra eum baptizatum ſpiritusſanctꝰ apparuit.(& volabo,& requieſcam.)Caſſiodorus.i. celerrima me velocitate tranſponam vt a Iudæorū iniquitate quieſcam.Gloſ.Vel volabo a iudæis,& requieſcam in gentibus,ſicut columba a Noe emiſſa quæ inueniens lutoſa in arcam redijt. Sic Chriſtꝰ inueniens corda iudæorum lutoſa,ad gentes trāſuolauit.Loca enim lutoſa ſunt iudæi, arca vero eccleſia.

Joan.x. — Columba vnde. — Mat.3. — Gene.8

7 Aliter legit. ✠alia li. deſerto.

ECce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.✠

Lectio Hiero.talis eſt vt procul abeam & cōmoror deſerto ſemper. Hiero.(Ecce)inquit(elōgaui fugiens a iudæis). Lōge eſt enim a peccatoribus ſalus) (& manſi in ſolitudine) cum gentibus incredulis quas aduentu meo florere feci. Caſſiodorus. Solitudinem eīm gentes appellat prout propheta ait. Lætare deſertum ſitiens,& exultet deſertum,& floreat tanq̃ lilium,& floreant & exultent deſerta. iordanis.Hierony.Vel columba fugit a conuerſatiōe humana,& ſancti fugiunt a conuerſatione hominum,non corporaliter,ſed ſpiritualiter. Gregoriꝰ in mora.li.xxxiiij.& Hugo cardinalis. Se eīm fugiens elongat qui a turba terrenorum deſideriorū in alta dei contemplatione ſe ſubleuat, manet vero in ſolitudine qui perſeuerat in remota mētis intentiōe,in ſolitudine quippe manere, eſt a ſecreto cordis terrenorum deſideriorum tumultus expellere,& vna intētione æternæ patriæ,in amore intimæ quietis anhelare.Augu. Gloſa. vbi vera qes eſt,quia nullus ibi cum eo eſt,niſi deus. Sed qa extra tribulatio,ſequitur.

Eſa.35 — Qui ſe elongāt a ſolitudine: & q̃ manēt

Dyapſalma. 8 Secūda pars. Aliter legitur.

EXpectabam eum qui ſaluū me fecit.a puſillanimitate ſpiritus & tēpeſtate.

Sic legit Hierony.Feſtinabo vt ſaluer a ſpiritu tēpeſtatis & turbinis.Gloſa. Hugo cardina. Secunda pars vbi iam in ſolitudine ſaluus oſtēdit ſe ſperare auxilium dei,& imprecatur ciuibus,qui ſolitudinem non quærunt. (Expectabam)inquit(eum, qui ſaluum me fecit.Gloſ.Caſſiodo. Non enim ſecurum factum ſolitudine putat,ſed adhuc ſe patris expectare auxilium pronunciat exemplum nobis tribuens,vt non in alterius ſed in ipſius tantum liberatione preſumamus,& quia ſupra dixerat ſe cōturbatum,nunc ideo modici animi ſe fuiſſe teſtat, quæ omnia ad humanitatis ſunt referenda naturā Glo. Caſſio.(Expectabam(inquam)eum qui ſaluū me fecit a puſillanimitate ſpiritus)ne caderem: vel cæderem malis in paſſiōe(& tēpeſtate)ne iraſcerer contra procellas ſeu tempeſtates quas Iudæi commouebant. Glo.Deinde.q.d. me ſaluaſti illos autē qui ſe extulerunt o domine.

Gloſa.

ir ✠alia li. ſubmerge

PRæcipita✠ domine & diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate,

(Præcipita)inquit(domine).Hierony.Caſſio.vt demergātur ſicut in diluuio(Et diuide linguas eorū) ſicut factum eſt in ædificatione turris Babiloniæ. Gre.in mo.li.xxxiiij.Nam ſicut pernicioſum eſt, ſi vnitas deſit bonis,ita pnicioſius ſi non deſit malis eripiuntur enim iuſti dum diuiduntur iniuſti. quia dum malorum vnitas ſcinditur,bonę mentes ad hoc quod appetunt perducuntur.Caſſiodo. Vel hic Iudaico populo ſalutariter imprecatur,vt diuiſione linguarum non implerent voluntatem maliciæ ſuę ſicut in illa turri factum eſt,vbi primo linguarum facta eſt diuiſio Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate). Caſſiodorus. Et ideo illos diuidi poſtulabat quos iniquos eſſe i ſuis ſacrilegijs cōgregationibꝰ præſciebat,& ꝑpterea merito ſolitudinē petijt. qa iniqtatē i ciuitate eſſe cognouit. Hieronymus,(Vidi) inquit iniquitatem in ciuitate cum non crediderunt (& contradictionem)cum exprobrāt contradicentes: nōne hic eſt filius Ioſeph fabri & alia multa. Gloſa. Hug.cardi.Nec a deo fuit eorum iniqtas.Sed

Grego.

Mat.xiij

x ✠alia li. circūeūtes.

DIe ac nocte ✠ circūdabit eam ſuper muros eiꝰ, iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia.

Hierony.(Die)inquit(ac nocte)id eſt omni tempore: vel die ſcilicet cū doceret turbas. & illi non crederēt,Nocte vero cum pateretur & illi blaſphemarent.taliter itaque circumdata repleta eſt eorum ciuitas id eſt Hieroſolyma vt ſupra muros. redundaret eius iniquitas. Gloſ.id eſt ſuper principes qui ſunt munimēta ciuitatis. (Et labor in medio eiꝰ) id eſt in communi plebe.Et ideo labor in medio. Et,id eſt quia iuſtitia.Caſſiodo.Vel labor ad exercendas oppreſſiones reſpicit. Iuſtitia vero pertinet ad nephanda iudicia.Hos enim non lex,nō ratio,ſed labor & iniuſtitia poſſidebat.ſequitur.

xi Aliter legitur ✠alia li. dānum & fraudulētia.

ET non defecit de plateis eius vſura✠ & dolus.

Hieronymus ad veritatem hebraicā ſic legit. Inſidiæ in vitalibus eius, & non recedet damnum & fraudulentia.Glo.(Et nō defecit)quia ſemper durat(de plateis eius vſura & dolus.) Hieronymus. Quia omnia quæ in lege prohibita ſunt ad agendi peccati cumulum exercuerūt. In lege enim vſurę accipi prohibentur. Idē Auguſt.Glo. Vſura au

tem eſt quādo quis plus exigit in iniuria vel quali bet re quam acceperit, nec dimittit vt ſibi dimittatur. Hugo cardinalis. Tūc itaq; vſura fuit in eis cum Iudas retulit triginta argenteos, ipſi Chriſtū non reſtituerunt, ſed vtrūq; retinuerunt, & ſic fuit vſura & dolus tam in ipſis q̄ in Iuda. Gloſ. Hic cō ſequenter loquitur Chriſtus contra Iudam ſpecialiter, vel contra quēlibet virum iudaicum ſibi familiariter inimicantem. q.d. Ita fac in ciuitate, q̄ ibi habeo familiares inimicos, qui ſunt intollerabiles.

xii
Aliter legitur ✠ Alias exprobraſſet ‡ alia li. ſupportaſſem

QVoniam ſi inimicus meus maledixiſſet ✠ michi, ſuſtinuiſſem ‡ vtique.

Alia eſt tranſlatio Hierony. nempe hæc. Non eṁ inimicus exprobrauit mihi vt ſuſtineam, & pro ſequenti verſu, Neq; is qui oderat, ſuper me magnificatus eſt vt abſcondar ab eo. Quoniam ſi inimicus meus) inquit Gloſ. Aliquis ſcilicet manifeſtus Caſſiodorus. Qui ſi publicus fuiſſet, inimicus caueri potuiſſet, (Maledixiſſet mihi. Gloſa. Iurgijs (ſuſtinuiſſem vtiq;), quia nō inopinatum malum eſſet. Caſſio. In quo mirabile patientiæ monſtratur exemplum, vt inimicis magna & nobis cōtraria loquentibus non contendere vel verbis reſiſtere, ſed locum verbis inſanis dare ſtudeamus.

xiij
✠ alia li. abſcōderem me vtiq;.

ET ſi is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem ✠ me forſitan ab eo.

Caſſiodo. In iſto verſiculo & præcedenti ac ſequēti humano modo loquitur Chriſtus, qui ſi voluiſſet etiam occultum, nō ſibi, ſed alijs cauere potuiſſet. Gloſ. (Et ſi is qui oderat me) inquit manifeſte, vel qui nullam notitiam mei habuit (ſuper me magna locutus fuiſſet. Auguſtinus. Glo. Mihi ſuperbe inſultando magnificando ſe ſuper me, minando mihi, quicquid poſſet non vtiq; vindicaſſem, (ſed abſcondiſſem me forſitan ab eo.) Augu. Glo. Magna certe patiētia ita locū dare verbis, vt ſe abſconderet, ne videret aduerſarium, aut cum eo contenderet.

xiiii

TV vero homo vnanimis, dux meus & notus meus.

Gloſa. (Tu vero homo vnanimis) cui credita ſunt eloquia dei. Hiero. Caſſiodor⁹. Augu. Gloſ. (Vnanimis) enim dictus eſt Iudas, quia cum alijs cōiunctus erat apoſtolis. (Dux) quia ad vicos & caſtella ad prædicandū præmiſſus eſt vt prædicatione verbi rudes animos imbueret. (Notus) vero, quia per legis myſterium Chriſtum cognouerat eſſe venturum. Vel (notus) dicitur, quia eius proditio Chriſto nota fuit. Hieronym⁹. Vel vnanimis, quia videbatur ab alijs quaſi bon⁹. (Dux) quia dum Chriſtum tradidit, dux eius mortis fuit. (Notus) vero quādo miſit eos binos ante faciēm ſuam in prædicationem,

15
✠ alia li. habuim⁹ dulce ſecretum ‡ Alias ī terrorē

QVi ſimul ✠ mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus ‡ cum conſenſu.

Hiero. (Qui ſimul). Glo. Cum alijs (mecum dulces capiebas cibos) cū ſcilicet corpus & ſanguinē xp̄i accepit indignus, vel cū mādatis vitæ & voluntate patris plerūq; refect⁹ eſt. Cibus ei dulcis eſt, patris facere volūtatē. Glo. Vnde propheta. Guſtate inquit, & videte q̄m ſuauis eſt dominus. (In domo dei ambulauimus cū cōſenſu. Hiero. Caſſ. In templo ſcilicet Hieroſolymitano vbi ſępe cū ipſo dn̄o cū cōſenſu prædicationis abijt. Caſſi. Et vt iſti & ſuperiori verſui abſoluta verborū poſſit ſtare cōtexio, iungendū eſt cur me tradebas, ſequitur.

xvi

VEniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes.

Hiero. Vt eṁ maiorē ſui cordis dolorē ſecūdū hominē oſtēderet, ideo quaſi in maledictione quæ eis erāt vētura prædixit, dicēs. (Veniat mors ſuper illos, & deſcēdant in infernū viuentes.) Factum fuit hoc de Dathan, Chorę, & Abyrō, quos terra viuos abſorbuit, & mortui ſunt. Caſſ. Vel cū ſupius de Iuda ſingulariter ſit locut⁹, nunc per ſn̄iam cōmunis pœnę vertit ad iudęos. Vel more ſuo emēdationē magis q̄ conſumptionē poſtulat propheta venire inimicis. Mors eṁ dicit vitæ finis. Et qui in meliorē partē cōuertit, occaſum prioris cōuerſatiōis merito reperiſſe iudicatur. (In infernū aūt viuentes) deſcēdunt, q cogitatiōes peſſimas expaueſcūt. Et ad melioris inſtitutiōis tramitē diuina gratia transferunt. Sic enim quaſi in infernū viuētes deſcendimus qn̄ malorum noſtrorum recordatiōe terremur. Greg. in mora. li. xxiiij. (Vel viuētes in infernū deſcēdere) eſt ſciētes ſentiēteſq; peccare. Hu. car. Vel ad literā hoc verificatū fuit ī Iuda qui deſperās ſe ſuſpēdit, & viuēs ad infernū deſcendit.

xvii
✠ Alias cōgregatione. ‡ Alias in hoſpitijs.

QVoniam nequitiæ ✠ in habitaculis ‡ eorum, in medio eorum.

(Quoniam nequitiæ) inquit (in habitaculis eorū. Hierony. Qui tam ope q̄ cogitatione nequitia pleni ſunt. Caſ. Bene autē dicit in habitaculis eorū vt oſtenderet malitiam nō eſſe naturalē, ſed aduentitia quadam hoſpitalitate ſuſceptā. Aug. Nam homo habet a ſe voluntatē malā, a deo autē naturam bonam. Quod autē dicit (in medio eorū) deſignat præcordia eorū vt pernicioſiſſima cogitatio mōſtraretur quæ cor hoīs obtinebat. Hug. car. Vel ad literam nequitiæ in habitaculis eorum. i. in domibus vbi conuenticula & conſilia faciebant q̄rentes quomodo Ieſum tenerent & occiderent (in medio eorum.) Aug. i. in corde eorum.

xviii. Tertia pars.
✠ Alias clamabo. ‡ alia li. ſaluabit

EGo autem ✠ ad deum clamaui & dominus ſaluauit ‡ me.

Glo. Hugo car. Tertia pars in perſona Chriſti vel eccleſiæ affirmat quid ſibi & perſecutoribus fiat, & de vtroq; alternatim loquitur, & loquit hic chriſtus, quaſi diceret. Illi ita peribunt. (Ego autem ad deum clamaui. Caſſiodorus. Ex forma enim ſerui Chriſtus ad deum clamauit, & conſequens erat illum exaudiri qui a maieſtate ſua nō poterat ſegregari. Hugo cardinalis. Clamauit inquam cum factus in agonia prolixius orabat. Vel clamauit in cruce, dicens. Heli heli lamazabathani. (Et dominus ſaluauit me) id eſt ſaluabit me, reſuſcitando. Gloſa. Et ego non ingratus.

VEſpere & mane & meridie ✠ narrabo & annunciabo, & exaudiet

vocem meam.

xix. ✠alia li. loquar, & clamabo.

Hieronymus.(Veſpere)inquit cum ſcilicet paſſionem ſuſcepit.(Mane)cum reſurrexit.(Meridie)vero cum omni claritate virtutis ſuæ adimpleta: cœlos aſcendit ſedens ad dexteram patris. Caſſiodorus.Vel(veſpere)ſignificat tempus traditionis qñ eum Iudas cohorti tradidit iudęorum.(Mane)cũ ad Pilatum ductus eſt.(Meridie)vero quando hora ſexta in cruce,vt euangeliſta teſtatur, ſuſpenſus eſt. Meridies quippe dictus eſt quaſi medius dies his conſequentia verba redduntur. (Narrabo) enĩ pertinet ad veſperam,quãdo omnia prædixit quę Iudas peſſimus facere diſpoſuit. (Annunciabo) ad mane quando interrogatur a Pilato. Tu es rex iudæorum,annunciauit dicens. Ego in hoc natus ſum,ad meridiem pertinet,(exaudiet vocẽ meam) quando in cruce dicit. Conſummatum eſt, & emiſit ſpiritum.Auguſtinꝰ.Gloſa.Vel(veſpere)de præteritis(narrabo mane)de futuris (nunciabo meridie) quod vergit ad occaſum: hoc eſt in ſempiternis(exaudiet vocem meam), Ipſe,etiam exaudiuit vocem noſtram qui ſedens ad dexteram patris interpellat pro nobis,Gloſa. Vocem itaq; meam ita exaudiet. quia.

REdimet ✠ in pace animam meam ab his qui appropinquant michi, quoniam inter multos erant mecum. ‡

20 ✠alias liberauit. ‡alia li. aduerſũ me.

(Redimet)inquit(in pace animam meam).Hiero. Hoc eſt in ſemetipſo qui vt Paulꝰ dixit, eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum.(Redimet) dico (ab his qui appropinquant michi.(Hieronymus. Appropinquant quidem corpore non vita nec merito. Gloſa. Nomine non numine corpore,non mente,numero non merito.(Quoniam inter multos erant mecum. Hierony. Auguſtinus. Gloſa. Quia in multis mecum,id eſt in baptiſmo, in euangelij lectiõe, in feſtis & in omnibꝰ ſacramentis,ſed nõ in fide,ſpe,& charitate,ſine qua nihil ſunt omnia. Auguſtinꝰ. Vel in multis,id eſt in paleis quę multæ non in granis quæ pauca ſunt. Et bene ait. Mecum nãq; prope eſt palea tritico, de vno enĩ ſemine naſcuntur, in vno agro radicantur, de vna pluuia nutriuntur,ſub eodem meſſore colliguntur,eadem trituratione excutiuntur, eãdem ventilationem expectant,ſed nõ ſolum pro me exaudiet, ſed etiam pro illis.

EXaudiet dominus & humiliabit illos qui ✠ eſt ante ſæcula ‡.

21 ✠alia li. iudex eſt ante ſep

Hugo cardinalis. Tãquam diceret eccleſia in hoc, me(exaudiet)deus liberando,(& humiliabit illos), id eſt viuificabit,tollens locum & gentem.Caſſiodorus. Glo.Vel in bonum(humiliabit illos)ad credendum qui per ſuperbiam a fide declinauerunt chriſtiana (humiliauit)dico ille(qui eſt ante ſęcula.Hiero. Pater vtiq; quẽ in me manentem nõ cognouerunt. Lyra. Qui eſt deus æternus & potens omnia. Caſſi. Vel verbum patri coęternum. Gloſ. Quod erat in principio apud deũ, & deus erat verbum. Merito autem humiliabit illos.

NOn enim eſt illis commutatio, & non timuerunt deum, extẽdit manum ſuam ✠ in retribuendo.

Dyapſalma. 12 ✠alia li ad pacifica.

(Non enim)inquit(eſt illis cõmutatio. Hiero. De malo in bonum,quia nõ cõmutantur,nec tranſferuntur ſecundũ euãgelium de morte in vitã. Aug. Glo. Senſus enim perfidorum incõmutabilis eſt. Caſſiodorus. Et quia hic non cõmutantur, ibi nõ immutabuntur iuxta illud apl'i. Oẽs quidem reſurgemus,ſed non oẽs immutabimur. Sed quare non commutantur cauſa,ſequitur. (Et non timuerunt deum). Aug. Gloſ. Hoc enim remedio conuertitur homo. Caſſiodo. Nã qui timet deũ a ſua pfidia cõmutatur,dũ iudicij pauore & charitatis ſtudio elegit dominicis iuſſionibus obedire. Hugo cardinalis. Timor eñ domini,vt ſapiẽs ait,expellit peccatum. Hierony. Et ideo quia(non timuerũt deũ) nec declinauerũt de malo ad bonum ad vltionem deſcendit,vt ſequitur.(Extẽdit manum ſuam in retribuendo)Glo.(Extendit)inquã(manum ſuam) ad ſimilitudinẽ ferientis qui manus eleuat, vt grauius impingat. Hieronymus. Cum eñ manꝰ eiꝰ ad auxiliũ eleuata fuiſſet,non eã receperunt, Ideo extendit manum ſuã in retribuẽdo illis, hoc eſt in vindictam in die iudicij,vt qui noluerunt illã recipere in tribuendo,recipiant tunc illã in retribuendo. Caſſiodo. Manus autẽ hic virtutẽ operationẽq; ſignificat,quæ tunc extẽta erit cum illa diſcretio bonorũ malorũq; prouenerit. Glo. Nõ autẽ ſatis illis fuit nõ timere nec cõmutari,ſed etiam.

1.co.15.

eccle.j.

COntaminauerunt ✠ teſtamentum eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.

xxiii Aliter legitur. ✠alia li. polluerũt

Lectio beati Hieronymi non videtur conuenire, quæ talis eſt. Cõtaminabit pactum ſuum. Nitidius butyro os eius,pugnat autem cor illius. (Contaminauerunt(inquit(teſtamentũ euis)Caſſiodo. Quia mandata domini prauis actibus polluerũt. Ille enim teſtamentum dei quãtum in ſe eſt contaminat qui minime ipſius imperijs obtemperat. Hieronymus. Vel(contaminauerunt)quia non intellexerunt dominum Ieſum ſanctorum virorum pręconio repromiſſum. Et qđ intelligunt de ſcripturis in malum vertunt,quia trinitatem non credunt,& propterea(diuiſi ſunt ab ira vultus eius.) Hieronymus. id eſt a ſpirituali prouidentia diuiſa eſt contemplatio eorum. Vel(diuiſi)erũt in die iudicij quando accipient ſententiam damnationis. Ite maledicti in ignem æternũ. Caſſiodorus. Glo. Tunc enim diuidentur boni a malis,vt grana a paleis. Ira nanque pro vindicta iudicij ſumitur, ſequitur. (Et appropinquauit cor illius.) Idem. Id eſt voluntas dei per prophetas & apoſtolos nunciata appropinquauit, id eſt omnibus nota erit. Vel(cor), id eſt iuſti qui ſecreta domini ſui nouerunt,appropiabunt cum illi diuidentur. Auguſti. Glo. Vel(cor).i. volũtas ſecreta dei quæ in ſcripturis continetur appropinquauit credentibus vt dei voluntatem intelligant. Hieronymus. Vel hoc de Iuda intelligit qui appropinquauit cor eiꝰ vt impletum a diabolo traderet Chriſtum,ſequitur.

MOliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.

24 Aliter legitur.

Pro ſequenti verſu ſic legit. Molliores ſermones eius oleo cũ ſint lanceæ. Hieronymus. Dum enim dicit (Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum.) de pluribꝰ dicit cũ prius de vno locutus fuiſſet. Ergo ĩtellige diabolũ nuncupatũ & Iudã qui leuiores oleo fecit ſermones ſuos, cũ ait. Aue rabi, & oſculatus eſt eum. Caſſiodo. Gloſ. Vel mollierũt perfidi iudæi ſermones ſuos quando dicebant. Magiſter, ſcimus quia a deo veniſti, & viã dei in veritate doces. Sup oleũ aũt dicit ne tanto ſceleri par potuiſſet aliquid inuenire. In mũdo eñ quid leuiꝰ oleo? ipſi etiã fuerũt (iacula) cũ dixerũt, reus eſt mortis. Hoc enim ſermones illi probantur effeciſſe qđ iacula. O execranda diuerſitas potuiſſe hoĩes mollia loqui cũ eſſent tam dura facturi. Glo. Quia igiť tales ſunt, propterea non in eos, Sed.

25 IActa ſuper dominum ✠ curam tuam, ‡ & ipſe te enutriet, & non dabit inæternum fluctuationem iuſto.

[✠ Alias charitatem. ‡ Alias in deum cogitatũ tuum]

Caſſiodorus. Gloſa. Cura enim ſæculi vt vermis, nos conſumit & ſemper affligit quam ſi non abijciamus atterimur ſicut Salomon ait. Quemadmodum vermis ligno & tinea veſtimento, ita triſtitia viri nocet cordi. Sed quãdo iactatur in dominum, non ſolum nos non conſumit, ſed etiam nutrit. (Iacta) ergo (ſuper dominum curam tuam.) Gloſa. Tanquã in portum (& ipſe te enutriet.) Hierony. Vt ab ipſo æducatꝰ inimicis fortis reſiſtas. (Et nõ dabit inæternum fluctuationem iuſto). Hierony. Nam ſi iuſtus fueris non te patitur ab iniquis fluctibus fatigari. Qui enim fluctuat, in mari eſt. per mare nãq; mundus iſte intelligitur quo ſancti fluctuant. Caſſiodo. Glo. Qui & ſi fluctuent non tamẽ inæternum. Hic enim deus temporaliter probat vt ibi quos coronet inueniet. Glo, Hugo cardinã. Hæc inquam faciet dominus iuſto, ſed malis quid faciet, Sequitur,

26 TV vero deus deduces eos in puteum ✠ interitus.

[✠ alia li. corruptionis.]

Caſſiodorus. Quia enim ſupra dixit de iuſtis, nũc dicit de impijs, qui in gehennę profunditate mergendi ſunt. (Tu vero) inquit deus deduces eos in puteum interitus. Hieronymus. Vt qui noluerũt bibere de fonte aquæ viuæ, in puteum interitus demergantur, hoc eſt in infernum. Caſſiodorus. Puteus quidem dicitur hiatus patens in terrę finibus excauatus, aquas continens humanis vſibus attributas. Sed ne hunc putares addidit (interitꝰ), hoc eſt fouea mortalis vbi nec ſpatium vllum cõceditur, nec ipſa miſeris reſpiramenta præſtantur. Gloſ. Hugo cardinalis. Hæc autem deductio non differetur, ſed cito fiet, quia.

[Hieroni.]

27 VIri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, ego autẽ ſperabo ✠ in te domine.

[✠ Alias fiduciam habui.]

(Viri) inquit ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. (Caſſ. (Viri ſanguinũ proprie non dicuntur, qui innocenter humanũ fundũt cruorẽ quoniã & iuſti iudices iuſte fundũt. Et ille q violentiam repellit iuſte effundit, propter quod addidit (& doloſi) vt illi ſolum notẽtur qui per iniquiſſimum dolum alienum quęrunt exitium. De talibus igitur dicit ꝙ (non dimidiabunt dies ſuos.) Idem. Quoniam cum ſibi longam vitam promittunt exitum celerrime mortis inueniunt. Suos dicit quos ſcilicet ſe victuros ſperabant, non autem a domino conſtitutos qui præteriri non poterũt. Auguſt. Gloſa. Non inquit dimidient dies ſuos vt ſi quos egerint in malo, reliquos agãt in bono, redimentes tempus, ſed omnes continuãt in malo. Gregorius in mora. lib. v. Dies nãq; dimidiare eſt tempus vitæ male in voluptatibus ductum, ad pœnitentiæ lamenta diuidere, atq; hoc ad bonũ vſũ parciendo reparare, vnde iniqui dies ſuos nequaq̃ dimidiant, quia peruerſam mentem nec in extremo tẽpore mutant. (Ego autẽ ſperabo in te domine. Glo. Quod non illi, & ideo perueniam ad æternum diem. Hieronymus. Vt pleni inueniãtur dies mei. Caſſiodorus. Vel Chriſtus cuius verba ſũt hæc, quũ in forma ſerui in patrem ſperaſſe manifeſtum eſt. Paſſionis pſalmum ſolito more concludens ſe dicit ſperaſſe in domino, vt ſignificaret corda fidelium in ſpe domini ſemper eſſe defixa, loquendo caput pro membris.

[Auguſti.] [Dies dimidiare quid;] [Hieroni]

¶Pſalmus. lv.

¶Titulus.

In finem pro populo qui a ſanctis longe factꝰ eſt ipſi Dauid, in tituli inſcriptione cum tenuerunt eum Allophili ✠ in Geth.

[✠ alia li. alienigenę.]

Lyra. Ra. ſa. expõit hũc pſalmum de Dauid qñ fugiens a facie Saul, venit ad Achis regẽ geth: quem cũ cognouiſſent Philiſtei tenuerunt eũ & adduxerunt eum ad Achis vt interficeretur, ſed Achis credens eum furioſum, eiecit eum, & ſic ſaluatꝰ eſt. De hoc ergo fecit hunc pſalmum & ſimiliter pſalmũ trigeſimũ tertiũ. hiſtoriã huius tituli vide primi Regum. xxij.

Alium litera Hieronymi iuxta Hebræũ videť cõtendere ſenſum quæ talis eſt (Victori pro columba muta eo ꝙ ꝓcul abierit Dauid humilis & ſimplex quando tenuerunt eũ Allophyli in Geth. In hebræo ita habetur pro columba muta, longitudine Dauid humilis atq; perfectꝰ cum tenuiſſent eum Philiſtijm in Geth. Colũba muta & Dauid humilis atq; perfectus Chriſtus in paſſione monſtratur. Auguſtinus. Caſſiodorus' Gloſa. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte tendens (in finem, id eſt in Chriſtum qui finis legis eſt omni credẽti (pro populo qui a ſanctis longe factus eſt, Dauid in tituli inſcriptione) Tituli inſcriptionem dicimus in paſſione domini ideo non fuiſſe deletam, quia longe ante fuerat prophetatum. Ne corrũpas tituli inſcriptionem quãuis iudęi inſtarent erga Pilatum, vt huius tituli emendaretur inſcriptio. (Populus vero qui longe a ſanctis eſt), perſecutores ſunt qui eccleſiam ſicut vuas calcant. (Allophili) idem eſt ꝙ populꝰ qui a ſctis eſt. Philiſtijm enim qui nũc paleſtini dicũtur, alio nomine allophili dicebãtur. (In geth. id eſt in torculari. Dauid enim in illa ciuitate legitur peregrinus fuiſſe, ſed nõ retentus. Sed Chriſtus ex

[Senſus tituli.] [Mat. 28.]

eius ſemine natus nō ſolū olim in ſe,ſed adhuc in
corpore ſuo tenetur in pręſſuris quę vtiles ſunt.
Augēt eñ ſanctorū merita & vinum iuſtitię inde
emanat ,ſicut vua quę cum ante torcular integra
eſt nichil inde manat , ſed cū pręmitur ſterilis nō
eſt . Et ideo in tali ſupſcriptiōe loqui rōnabiliter
aptatur eccleſia quę allophilorum. i . alienigena=
rum perſecution ib⁹ ingrauata , tanquā nectareos
liquores merita ſanctorum copioſa vbertate profū
dit . Intentio autem huius pſalmi eſt confirmare
corda debilium contra tribulationes.Et diuiditur
Diuiſio in tres partes. In prima orans eccleſia in pſſura ſū
matim tāgit tribulationes quas patitur(in fine di
cens ſe nō timere). In ſecūda enumerat mala, quę
ſuſtinēdo fit inimicorum cōuerſio,ibi.(Tota die)
" In tertia(de malis) iſtis liberata laudem ſe cantare
promittit,ibi.(In me ſunt deus vota tua).Glo.Ec
" cleſia ergo tanquam vua præſſa in torculari,cla=
mat,dicens.

pſ.55. MIſerere mei de⁹ quoniam cō
1 culcauit me homo , tota die
✠ alia li. impugnans✠ tribulauit me.
michi. Caſſiodorus. In quibus verbis vir
‡ alia li. bellans. go mater eccleſia quę fideles popu
los parit,nec a ſua integritate diſcedit. Cœleſtē ſpō
ſum pijs lachrimis rogat ne ſe patiatur ab inimi=
Gloſa. cis opprimi,dicens.(Miſerere mei deus. Glo . Au=
guſtinus. Ne deficiā in cōculcatione.(Quoniā cō
culcauit me homo. Idem. Sicut vuā i torculari vt
Gloſa. vinum exeat. Gloſa. Et nō ſolū homo,ſed qui lon
ge fact⁹ eſt a ſāctis.ſed etiā diabol⁹ de quo in euā=
gelio legitur inimic⁹ homo hoc fecit.(Hō)inquā
" viſibiliter ſed diabol⁹ inuiſibiliter, vnde periculo
ſior eſt tribulatio. Hieronymus .(Homo)autē vn⁹
" pro multis dicitur. Lyra Eo modo loquēdi quo in
exodo dicitur. Venit muſca grauiſſima.i. multitu=
do muſcarum.(Conculcauit me)inquit(tota die).
" Hiero. Auguſti. Id eſt toto tempore. Nullus enim
Hieroni. viuit in Chriſto ſine tribulatiōe,(impugnans tri=
Caſſio. bulauit me) . Caſſio. In quo deſcribit quid in hoc
mundo ſancta patiatur eccleſia quę ſine aliqua in=
termiſſione diaboli cognoſcitur certa miſericor=
dia ſuſtinere. Bellū certe graue quia ocultū,pugna
difficilis quia cum fortiore dimicatur . Aduerſari⁹
quoq; noſter nec labore defecit nec vict⁹ aliquan-
do diſcedit,qua propter nullus queratur fidelium
frequentiſſima diaboli machinatione vexari,quia
ſi Chriſti eſſe volumus hic aduerſarium ſēper dia
bolum ſuſtinemus. Gloſa. Neceſſe eſt autem vt mi
ſerearis .Qnoniam.

2
✠ alia li. COnculcauerunt me✠ inimici mei
inſidiatores. tota die, quoniam multi bellantes
‡ alia li. habet altiſſime. aduerſum me.

Caſſiodo. Grauiſſimū certe iniurię genus eſt vſq;
ad pedū cōtumeliā peruenire (Coculcauerūt me)
inquit(inimici mei). Gloſa. Quaſi pedibus vuam
Caſſio. Vinū enim non profluit , niſi pedib⁹ vua
tundatur,ſic itaq; in membris ſuis eccleſiam con=
culcat inimicus vt ſanctorum inde glorioſa meri=
ta naſcātur,repetit autē(tota die)vt intelligas nul=
lū tempus in hoc ſeculo a talib⁹ tentationib⁹ alie
num Hieronym⁹. Vel de Chriſto intelligitur(Con
culcauerunt me inimici mei) Iudęi vtiq;(tota die)
a tempore ſcilicet carnis aſſumptę,(quoniā multi
bellantes aduerſum me) Glo. Hugo cardi. Ideo ne Gloſa.
ceſſe eſt vt miſerearis,quia multi ſunt , & ideo etiā
quia ſunt potentes, & hoc eſt quod ſequitur.

AB altitudine diei timebo, ego ve= 3 Aliter legitur
ro in te ſperabo.
Aliter traduxit beatus. Hierony . ſic ſed quacunq;
die territus fuero ego in te cōfidam . Caſſiodor⁹. Caſſio.
Altitudo diei mundum iſtum ſignificat vbi timet
altitudo ſuperbię,& ideo vt grauior appareat tri=
bulatio dicit ſe a ſuperbis conculcari. Gloſa . Alte
enim ſunt qui conculcant ſed die non diu. quia tñ
multi ſunt bellantes aduerſum me, ideo timebo ab
altitudine diei,vel interrogatiue legitur(Ab altitu
dine diei,timebo),hoc eſt a potentia eis ad horam "
data.q.d.non,ſed ſperabo in te domine. Auguſti. Auguſti.
Gloſa. Vel non dico non timebo ne de me pręſu=
mere videar,ſed ſperabo quod eſt cauſa non timē=
di,non enim timet interdum aliquis duricia cor=
dis,vel ſuperbia , & talis eſt ſtupido ſimilis . Stu=
por enim eſt qui non ſentit nō ſanitas. Stulta ve=
ro arrogantia ſimilis eſt ſtupori,quando quis ſci=
licet de ſe pręſumens nec timet nec cauet, iſte ergo
ne videtur per ſtultam arrogantiā ſimilis ſtupido
non ait non timebo,ſed ſperabo in te, Sequitur.

IN deo laudabo ſermones✠meos, 4 ✠ alia li.
in deo‡ſperaui non timebo quid fa his verbū eius.
ciat michi caro. ‡ alia li. homo.
Gloſa.(In deo) inquit (laudabo ſermones meos)
tribuēs ei q̄ bene loquor quod ab ipſo abeo . Caſſ.
In deo enim laudat ſermones ſuos , qui oē qđ be=
ne loquitur non ſibi,ſed diuinis cognoſcitur mu
nerib⁹ applicare. noſtra enim quę nobis data ſūt,
recte dicim⁹,ſi tñ eadē cōceſſa nobis domini mu=
nere ſentiamus,ſequitur(In deo ſperaui non time
bo quid faciat michi caro). Hugo car, Id eſt homi=
nes carnales. Caſſio . Prius autem dicit ſe timere
conculcantes & debellantes,nunc vero dicit ſe nō
timere hominem quod vtrunq; verum eſt,nā pri⁹
dum pſentes calamitates ſeculi hui⁹ aſpiceret for=
midauit, nunc vero timorē cum futura contuetur
abiecit,licet enim ſeuiat carnificum man⁹ , prepa=
rentur incēdia caminorum . oīa tormenta deſpicit
eccleſia in membris ſuis quę expectat domini mu Secūda pars.
nera ſaluatoris.

TOta die✠verba mea execraban 5 ✠ alias li. mecum
tur aduerſum me omnes cogita= bonis me aſ
tiones‡eorum in malum. fligebāt.
Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi enume ‡ alia li. omnia
rat mala quę patitur,& quaſi quęreretur ab eo,qđ conſilia.
tibi caro (hoc eſt homines carnales faciunt) reſpō
det(tota die verba mea execrabantur). Hugo cardi
nalis.(Tota die)id eſt aſſidue (verba mea)licet ſint
in deo laudabilia(execrabantur)id eſt cōtennebāt.
Caſſiodo. Hoc autem ad hereticos vel male loquē Caſſio.
tes chriſtianos pertinet qui dum verba domini au
diunt ſalutaria data cōtēnunt. Glo. Et ſi a deo ſint.
Hugo cardi. Execrabātur dico id execrabilia oſten
dere conabātur, & male interpretando & morſib⁹
detractorijs obfuſcādo(Aduerſum me omnes cogi=
tationes eorum in malū). Gloſa. Quia nihil boni

tractant in ſuis tractatib⁹ & conſilijs. Hierony. Vel de chriſto & Iudęis, verſus iſte intelligitur. Tota die inquit verba mea execrabantur cum dicerent, non eſt hic propheta, ſed ſeducit turbas, omnes cogitationes eorum in malum contra chriſtum ſcilicet & ſanctos eius.

vi ✠ alia li. incolent. Aliter legitur.

INhabitabunt ✠ & abſcondent ipſi calcaneum meum obſeruabunt.

Congregabuntur abſconditę, plãtas meas obſeruabunt, Hugo cardi. (Inhabitabunt) inquit (mecũ & abſcondent) malum quod cogitant vt efficatius poſſint cõſummare in quo notatur dolus eorum Caſſiodorus. Inhabitare enim videntur ſub doli chriſtiani eccleſiam & cõgregationem ſequi conuentuſq; populorum, ſed virus ſuę peruerſitatis abſcondunt, nec palam auſi ſunt prodere, quod ſciunt apoſtolicas regulas nõ habere. Augu. Glo. Et tales qui ficte ſubintrant peius nocẽt q̃ aperte mali, ſicut fecit Iudas qui dyabolus erat & electus eſt cum alijs vndecim, & ad tempus incoluit ſequitur (ipſi calcaneum meum obſeruabunt. Auguſtinus. Glo. Id eſt pedẽ ad lapſũ vt calumnientur. Hugo car. Perſpicientes an caderẽ, vel in aliquo deuiarẽ vt mihi inſultare poſſent. vel calcaneum id eſt finem vitę ſecundum quem iudicamur. Caſſiodorus. Mos enim diabolicus, & eorum qui miniſtri eius ſunt vt calcaneum id eſt vltima noſtra reſpici ãt, cupientes nos a fide euertere & ad reat⁹ crimen perducere Hugo cardi. Deinde enũmeratis malis que bonis inferunt mali, ſubiungit cauſam quare inferunt, ſcilicet inuidiam dicens,

7 aliter ſic lege. ✠ alia li. deduces ‡ alia li. cõfrigẽs

SIcut ſuſtinuerunt animam meam pro nichilo ſaluos facies illos ✠ in ira populos confringes, ‡

Expectantes animã meã, quia nullus ſaluus in eis, in furore populos detrahet deus. Hugo cardinalis Quaſi dicat eccleſia Sicut id eſt quia ſuſtinuerunt vt onus animam meam id eſt vitam meam inuidẽtes michi. Graue enim põdus videtur impio ſocietas iuſti, Vel ſuſtinuerunt. i. expectauerunt ad perdendum animam meam, quibus tamen bonum ꝓ malo reddit eccleſia, dicẽs. Tu vero o deus (pro nichilo). i. gratis & ſine merito eorum, (ſaluos facies illos). i. malos qui pœnituerũt. Caſſiodor⁹. Gloſa. Qui quãuis ſuſtineãt in malũ & ob hoc indignos ſe faciant ſaluatione, tu tamen miſericordia omnia peccata ſuperas (ꝓ nichilo. i. gratis nullis eorum pręcedentibus meritis. Vel quia nullus inde tibi labor, eos (ſaluos facies). Vel per hoc (ſaluabis), quia in ira populos confringes, dum per flagella dei reſipiſcunt vel dum iram dei pręuidẽt. Eſt enim ira co nſumptionis qua filij flagellantur ad correctionem, & ira conſumptionis qua mali puniuntur ad peremptionem. Deus enim interdum iraſcitur & deducit, ſequit & ſaluat, terret & vocat. Et hęc ira paterna eſt. Lyra. Hugo cardi. Vel aliter vt legatur interrogatiue ſic. (Pro nihilo ſaluos facies illos?) vt ſit ſenſus. Saluabis. aduerſarios meos pro nichilo id eſt qui nichil boni fecerunt, ſed tantũ mala, quaſi dicat non decet iuſtitiam tuam, ideo ſubditur. (In ira). i. in vindicta iuſtitię tuę (confringes eos Glo. Hugo cardina. Tu inquã in ira cõfringes populos, & ego ad eruditionem eorum & vtilitatem meam & gloriam tuam. O

Aliter. legitur 8 ✠ alia li poſuiſti.

DEus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti ✠ lachrimas meas in conſpectu tuo.

Secretiora mea numeraſti, pone lachrimás meas in conſpectu tuo. Hugo car (Deus) inquit (vitam meam annunciaui tibi) bonam ſcilicet & malam, bonam tibi aſcribendo & gratias agendo, malam vero in qua fui confitendo. Caſſiodo. Vitam enim ſuam deo annunciat qui peccata propria confitetur non deum docens, ſed ſe damnans vt ſaluetur ſicut fecit Paul⁹ quãdo dicebat qui prius fui blaſphemus & perſecutor, & contumelioſus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in icredulitate mea. Glo. Triplex autẽ eſt hominis vita, naturę ſcilicet qua viuimus, gratię qua in Chriſto viuim⁹, peccati quę in vitijs agitur, due ſunt a deo quia bonę, tertia ab homine quia mala. Has autem omnes deo annunciare debemus. Sequitur (Poſuiſti lachrimas meas in conſpectu tuo) Augu. Gloſa. Ego inquã (annunciaui, tu vero poſuiſti lachrimas meas in cõſpectu tuo), quia exaudiſti me deprecantem ſicut promiſeras te exauditurum flẽtem, & ita inueni te miſericordem promittendo veracẽ in reddendo. Caſſio. Lachrimę autem quæ in conſpectu dei ponuntur iocundę ſunt, quia nõ cruciant ſed a cruciatibus liberant. Hugo car. Poſuiſti dico lachrimas meas in conſpectu tuo.

Triplex vita

ix ✠ alia li liꝫ ſed nõ in narratione tua

SIcut ✠ & in promiſſione tua tunc conuertentur inimici mei retrorſum.

Hugo cardi. (Sicut & in promiſſione tua) inquit id eſt ſicut tu promiſiſti, dicens. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Caſſiodo. Pollicitatio quippe domini eſt vt pias lachrimas non refutet. Hiero. Nã promiſſiones dei erãt vt veteres lachrimas converſis poſt tergum inimicis, in gaudia nouella trãſferret. Hugo cardi. Tunc inquit quãdo ſcilicet cõfringes populos & pones lachrimas meas in conſpectu tuo acceptã tibi oſtẽdens pœnitẽtiã meam (cõuertentur inimici mei) humiliati propter flagellum tuum & exemplum meum (retrorſum) vt te ſequãtur ſeruiẽtes tibi qui pręire volebant. Hiero. Optãdo autem hoc dicit eccleſia vt ſcilicet qui currunt ad infernum, conuertãtur ad deum. Caſſiodorus. A malo enim qui retro redit, perfidię ſuę culpãda dereliquit. Hug. cardinalis. Quia igitur acceptaſti pœnitentiã meam, ita & inimicos conuerſos ad pœnitẽtiam recipies Et vere quia ſemper ad hoc paratus es. Et hoc eſt quod ſequitur.

x ✠ alia li. hoc.

IN quacunq; die inuocauero te, ✠ ecce cognoui quoniam deus meus es.

Hierony. In omni nãq; neceſſitate tu deus aſſiſtis miſericordiam pręſtãs tuis, vnde dicit. (In quacunq; die inuocauero te). Idem. Id eſt, aut in proſperis, aut in aduerſis. Caſſiodorus. Glo. Vel (in quacũq; die) ſiue in pueritia, ſiue in media ętate, ſiue in fine vitę. Mira certe clementia dei quę quodlibet

tempus noſtrę conuerſionis expectat. Et quando cunq; rogatur indulget, culpabiles ſuſtinet, & errã tes expectat. Lyra. Hugo cardi. (In quacunq; die) igitur (inuocauero te) intus in corde contrito & humiliato ſicere & deuote, (Ecce) ſtatim (cognoui) per experientiã exaudiẽdo me & ſaluãdo (quoniã deus meus es). Hiero. Aliqui enim cognoſcũt deũ per creaturã cœli & terrę vt Paulus ait. Per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, Et alij per inſpirationem diuinam. Alij per ſigna ſicút cu Thomę dicit. Infer digitũ tuum huc. Alij vero Per indulgẽtiam, clementiam, & auxilium, vt pœnitentes, Hugo car. Quia ergo dominus ita ſuſcipit quacunq; hora inuocantes, ideo.

11 ✠ alia li. pdicabo. ‡ alia li. ſperabo.

IN deo laudabo verbum, in domino laudabo ✠ ſermonem, í deo ſperaui ‡ nõ timebo quid faciat mihi homo.

Hiero. Laudat enim iterum propheta verbum illud ſiue ſermonem qui erat in principio apud patrem, quia ſperans in eum non metuit aduerſarij minas, dicẽs. (In deo laudabo verbum in domino laudabo ſermonẽ). Hugo cardi. Id eſt ad honorẽ dei, eius doctrinam commendabo. Aug. Gloſa. Et quicquid loquar ei attribuam. Et ſi quid vrget, in deo ſperaui, & ideo (non timebo quid faciat mihi hõ. Lyra. Timore deijciẽte me in deſperationẽ vel nimis perturbante rationem. Augu. Hiero. Gloſa. [Auguſti.] Vel í deo patre (laudabo verbũ). i. filium, quia quicquid de patre & filio dicitur ſecundum ſubſtantiã & de ſpiritu ſancto. hoc de potentia verbi dicitur quod eſt ęternum & conſubſtantiale patri Poſtea de humanitate eius ſubdit. (In domino. i. in Chriſto qui verbum caro factum eſt. (Laudabo ſermonem). i. prędicationem quibus regulam bene viuẽdi & ſalutem mundo dedit. Hęc duo prędicat iſte, ſcilicet potentiam verbi, & humanitatem Chriſti. Sequitur (in deo ſperaui). Glo. Mundana contemnendo, & ideo non timebo quid faciat michi homo, quaſi quę extra ſunt eripit, non quę intus.

12 tertia ps ✠ alia li gratiarũ actiones.

IN me ſũt de⁹ vota tua q̃ reddã ✠ laudationes tibi.

Gloſa. Hugo cardi. Tertia pars vbi eccleſia ſeu vir iuſtus iam quaſi de malis hui⁹ ſęculi liberat⁹, deũ ſe laudare promittit. Vnde dicit (In me) non extra ſunt o (deus vota tua). i. illa quę deſideras laudationes ſcilicet quę vota reddam tibi. Gloſa. Nõ enim extra me quęro quod offeram, quia de ara cordis, de cellario conſciẽtiæ, exit totum quod in charitate accendendum eſt. Hiero. Hęc ſunt itaq; vota ꝓphetę Vt ſcilicet laudem diuinã celebret ſicut alibi ait. Immola deo ſacrificium laudis. Cur autem hoc faciat, Sequitur.

13 ✠ alia li. hʒ hic oculos a lachrimis.

QVoniam eripuiſti animam meã de morte ✠ & pedes meos de lapſu vt placeam coram deo in lumine viuentium.

Gloſa. (Quoniam eripuiſti) inquit (animam meã de morte). Hierony. Secunda vtiq; r Glo. Auguſti. Per me enim erã mortuus. Per te vero eſt vita quã tibi nuncio, (& pedes meos de lapſu) Hierony. Pedes hoc eſt ſenſus meos, ne vltra laberentur in peccata. Non enim erit tunc ſuggeſtio mala vel tribulatio. Caſſiodo. Quod tamen non fit hic. ſed in futuro præſtabitur. Dũ enim ambulant iuſti in hoc mundo in lapſu ſunt, ſed diuina miſericordia continentur ſicut legitur. Septies in die cadit iuſtus & reſurgit. Vnde ſequitur. (Vt placeam coram deo in lumine viuentium). Hiero. Lumen viuentium Chriſtus eſt, in quo ſancti ab huius mundi tenebris eruti clarificantur. Ipſe enim eſt lux mundi. Lyra. Vel (in lumine viuentium). i. q̃diu ero in vita pñti in lumine grę qua viuunt in deo. Augu. Glo. In lumine em̃ viuentiũ eſt q gratis deũ amat quod nemo ſcit nec etiam diabolus niſi ſol⁹ de⁹.

Pſalmus.lvi.

Titulus
In finem ne diſperdas ✠ Dauid in tituli inſcriptione cũ fugeret a facie ſaul in ſpelunca. [✠ alia li. humilẽ & ſimplicẽ]

Lyra proſequitur expoſitionem huius pſalmi de fuga Dauid prout í titulo, cuius hiſtoria habet primi. Reg..xxiiij.

Hiero. Caſſio. Glo. Et eſt ſenſus pſalmus iſte dirigens nos (in finem). i in Chriſtum. Per finem ei vt ſepę dictũ eſt Chriſtus intelligitur. (Ne diſperdas Dauid) in quo Prohibetur Dauid a Saule diſperdi, qui ad regnũ fuerat voluntate domini pręparatus. Ne diſperdas inquam (in tituli inſcriptione). Hoc autem non Dauid ſed in paſſione Chriſti proueniſſe manifeſtum eſt, ne a Pontio Pilato ſcriptus titul⁹ mutaretur. Augu. Gloſ. Nullus enim titulus inſcriptus eſt Dauid, quẽ vellet Saul corrũpere, ſed Chriſto qui de Dauid natus eſt, quẽ popul⁹ iudęorum corrumpere voluit, ſed quia per ſpiritum ſanctum ſcriptum erat ne corrumpas ait. Pilatus, quod ſcripſi ſcripſi. [Auguſti.] Sequitur (cum fugeret a facie Saul in ſpeluncam). Caſſio. Hiero. Act⁹ iſte & Dauid & Chriſto cõuenit, nam ſicut Dauid Saulem fugiens in ſpelũca ſe abſcondit, ita & domini Saluatoris deitas intra tẽplũ corporis ſui iudęis perfidis fuiſſe probatur abſcondita. [Caſſio.] Auguſtinus. Glo. Vel ſpelunca ſepulchrum domini accipitur vbi latuit Chriſtus incognit⁹ iudęis. Pſalm⁹ enim iſte de paſſione & reſurrectione xp̃i breuiter ſcribitur. Et hoc agit ne ſcilicet tu Pilate vel tu quicunq; corrumpas Dauid. i. Chriſtum negando eum regẽ quia tectus carne fugit a cognitione iudęorum Caſſ. Et eſt iſte quintus pſalm⁹ illorum qui paſſionẽ & reſurrectionem domini ſub breuitate cõmemorant. [ps 5 de paſſ. & reſurrectio] Hugo car. Materia ergo huius pſalmi eſt Chriſti paſſio & reſurrectio, vel martyrũ perſecutio & liberatio. Intentio vero eſt monere vt nullus titulo crucis cõtradicat, ſed Chriſtũ regẽ ſuum eſſe quilibet confiteatur verbo & opere. Et diuiditur in tres partes. [Diuiſio] In prima propheta in perſona Chriſti & martyrũ exclamat inter tot tribulatiões & tormẽta ad deũ patrẽ & prędicit liberationẽ. In ſecũda oſtẽdit p qd ſit liberat⁹ & a quib⁹, ibi. (Miſit de⁹). In tertia poſt liberationem & reſurrectionem laudes promittit, ibi. (Paratum). Gloſa. Chriſtus ergo ſecundum q; homo orans ad patrẽ dicit.

1 ps. 56. [illegible] ſperauit

MIſerere mei deus miſerere mei, quoniam in te ✠ confidit anima mea.

Caſſiodorus. Gloſa. Chriſtus enim ſecũdum q; homo clamat ad patrẽ

ex eo ꝙ futurā metuit paſſionem vt quāuis voluntariā ſuſciperet mortē, animę ſuę tamen iudicaret formidinem. Et ita humiliter orat vt vnus de fidelibus eſſe putetur.(Miſerere)inquit(mei deus miſerere mei)Auguſtinꝰ. Gloſa. Hoc Chriſtus patri dicit qui cũ patre miſeret̄ ex hoc orare nos docens, Caſſiodo. Repetitio autē iſta periculũ futurę mortis oſtendit. Gloſa.(Et ideo miſererę,quoniam in te confidit anima mea). Hieronymus. Seminata ei poſtulatione miſericordię confidentiā ſuā quā in patre habet adiũgit vt facilius audiatur,quaſi vnꝰ hō hoc dicens pro multis. Caſſiodorus. Orauit autē vt regulā nobis ſanctę orationis oſtenderet, paſſus eſt propter nos vt nullus pro ipſo pati velle refugiat, reſurrexit vt ad reſurrectionē ſpem noſtrā extendat. Hęc enim oīa, cauſa noſtrę ſalutis excepit. Gloſa. Deinde loquens Chriſtus in perſona membrorum & ſua quomodo poſſit liberari dicit,

2 ET in vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſeat ✠ iniquitas.

✠ alias inſidie

Hironymꝰ.(Et in vmbra) inquit (alarum tuarum ſperabo.i.i protectione paterna. A calore enim ſolis vmbra quęritur. ſed per calorem perſecutio vel tribulatio intelligitur. Per vmbrā vero protectio diuinitatis vbi ſemper confugere debemus. Due autē alę,duo teſtamēta ſunt,vel duo pręcepta charitatis,(ſperabo dico(donec tranſeat iniquitas). Idem. Id eſt diabolus cum ſuis membris vel ſuis ſatellitibꝰ,docet enim hic ſpiritualium alarum ſperare protectionem(Gloſa. Sperabo autem nō ocioſus. Sed.

3 CLamabo ad deũ altiſſimũ, deũ ✠ qui benefecit michi.

✠ alias victorē ꝑ ...

Caſſio.(Clamabo)inquit(ad deum altiſſimum)ad quē non voce valida,ſed,puritate conſcientię peruenitur. Clamabat enim Chriſtus ab humanitate ſuſcepta a quo ſupnę creaturę non deſinũt opē poſtulare. Hiero. Clamauit autē & orauit pro falſſis fratribus prout nũc eccleſia pro inimicis orat. Auguſti. Gloſa. Si igitur impios quęſiuit qui eũ non quęrebant,& ꝓ impijs mori voluit, quomodo clamantes non audiet?(Clamabo) inquā)ad deũ qui benefecit mihi. Hieronym. Id eſt fecit me ex nichilo ad ſuam imaginem & dedit michi omnia bona pręſentis vitę & poſtea in futuro vitā ęternam ꝓmiſit. Caſſiodo. Vel per hoc deſignat incarnationis archanum quod humano generi gratia diuina collatum eſt. Vnde ſequitur Gloſa. In perſona eccleſiæ.

Dyapſalma.

4 MIſit ✠ de cœlo & liberauit me, dedit ✠ in opprobrium conculcantes me.

✠ alia li. mittet ſaluabit
✠ Alias exprobrabit cōculcātibus ſemper.

Hugo cardi.(Miſit)inquit ſed non dicit quid miſerit tanquā omnibꝰ notum ſit ꝙ filium ſuum miſit. Caſſiodo(Miſit)inquā(de cœlo non angelum nō aliquā creaturam. Illa enim per ſe ſeruire non liberare potuerũt, ſed miſit auxilium ſupernę potentię ſuę. Lyra. Omne enim beneficiũ a deo preſtitũ conueniēter, dicit̄ cœlitꝰ datũ. Hier. Miſit ſcilicet filium de cœlis vt hominem a peccato erueret, vel genus humanum de poteſtate diaboli vel de inferno. Gloſa. Hugo cardina. Et per hoc liberauit me ꝑ effectum determinans quid miſerit.(Et dedit in opprobriũ cōculcātes me). Hiero. Impios ſcilicet peccatores obnoxios,qui verbum propheticũ negligebant. Caſſio. Vel opprobrium Chriſtum perſequētibus fuit quando illi quē ſe credebant extinguere, viderunt fideles populos de ipſius reſurrectione gaudere.

MIſit ✠ deus ✠ miſericordiam ſuam & veritatem ſuam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonũ, dormiui conturbatus. 5

ſcōa pˢ.
✠ alia li. de celo. Aliter legitur.

Mittet deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuā anima mea in medio leonũ dormiuit ferotientiũ Glo. Hugo car. Secunda pars vbi oſtendit aperte quod miſerit,loquens in perſona membrorũ & dicens.(Miſit deꝰ miſericordiam ſuam & veritatem ſuam),Chriſtum ſcilicet verbum patris. Hierony. Miſericordia enim & veritas Chriſtus eſt, in vno vtraq; continentur nec eſt vna ſine altera, nam ſi ſola mīa fuiſſet licētia fuiſſet peccādi,& ſi ſola veritas non potuiſſet hō ſuſtinere. Glo.(Miſit(inquā deus miſericordiam ſuā)Chriſtum ſcilicet qui pro nobis patitur,(& veritatem ſuam),quia ſecundum merita vnicuiq; retribuet. Hugo car. Vel miſit deꝰ in primo aduentu miſericordiam ſuam vt liberaret a culpa,& veritatem ſuam mittet,in ſecundo vt liberet a pœna. Tũc em̄ abſterget deus omnē lachrimā ab oculis ſanctorũ,(& eripuit animā meam de medio catulorũ leonũ). Hiero. Et propterea ipſe dominus miſericordia & veritas intelligitur,quia miſſus a patre animas noſtras eripuit de poteſtate eorũ qui nos ſicut ſęculi leones deuorare nitebantur,qui & nunc loquitur,dicens.(Dormiui cōturbatꝰ). Hiero. Dormiuit enim in ſomno paſſionis cũ diceret. Nunc anima mea turbata eſt. Caſſiodo. Glo. Et cōturbatus eſt ſecundum carnē paſſionis timore & āguſtia,vnde dicebat. Triſtis eſt anima mea. Auguſti. Gloſa. Non tamen ꝙ fuerit in ratione turbatꝰ,ſed illis turbantibꝰ ſua opinione. ideo dicit(conturbatus)Hugo car. Quomodo autem & per quos fuerit conturbatus oſtendit,dicens.

FIlij hominum dentes eorum ✠ arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. vi

✠ Alias lancee.

Gloſa.(Filij hominũ)inquit.i. Iudęi. Hugo car. Quos prius vocauit catulos leonũ. Caſſiodo. Qui in nece domini impia voluntate craſſati ſunt qui quales fuerint exponit dum dicit(Dentes eorum arma & ſagittę.) Idē. Vbi ſingulis verbis diffinitur quę ſunt dentes hominũ furentium.(Dentes) enim irriſiones ſunt,arma)conſilia peſſima(ſagittę(verba volantia ad operationem mortis,&(lingua eorum gladius(acutus)Caſſio. Glo. Voces em̄ ille,crucifige crucifige & huiuſmodi citā fecerũt mortē vt(gladius acutus). Glo. Hu. car. Deinde ſeq̄utur verba prophetę in perſona Chriſti ad patrē quaſi dicat. Illi ita mihi faciunt,ſed tuo deꝰ pater.

EXaltare ſuper cœlos deus, & in ✠ omnem terram gloria tua.

✠ alia li. ſuper.

Gloſa. Propheta em̄ in pſona domini(quia dominus in ꝑpheta loquitur qui prohetę dictāt) Caſſ.

Viſis iniurijs,& ꝙ dominum cœli Iudęi videren tur habere,deriſui, exclamat a forma ſerui quā ꝓ nobis aſſumpſit,dicens. O Chriſte qui videris tan tum homo in cruce pēdens (Exaltare ſuper cœlos deus). Caſſio. Vt qui pendens in cruce cognoſcaris ſemper in tua maieſtate regnare. Non eñ deus ſupra ſe exaltari poterat,quoniam nō eſt vltra quo creſcat,ſed quātū ad homines exaltabatur quando gloria maieſtatis eius cōuerſis mentib⁹ apparebit (ſuper cœlos) autē dicit,quia deus & ſup nas virtutes noſcitur habere ſubiectas ſedens ad dexteram patris. Augu. Glo. Vel ſic. O pater fac in me ꝙ alt⁹ videaris ſuper angelos. i. fac me reſurgere, & aſcēdere,& per hoc in omnem terram dilatabitur gloria tua. i. oēs habitatores terrę te glorificabūt. Caſſ. Hoc autem vtrūq; completum eſt. Exaltatus eñ eſt ſuper cœlos quando ſedit ad dexteram patris. Glorificatus vero (ſuper omnem terram) quando totum mūdū replet eccleſia,in qua laudes deo igitur concinūtur. Glo. Nūc poſtquā interpoſuit de ſua exaltatione ceptā narratione exequitur,dicēs.

8 ✠ alia li. recte. ‡ alia li. ad incuruandum

LAqueū ✠ parauerūt pedibus meis, ‡ & incuruauerūt animā meā

Exequitur. (Laqueū) inquit (parauerunt. Glo. Filij hoīm. i. Iudęi (pedibus meis). Hierony. Cū mihi interrogationes inferebant doloſas. Caſſio. Vt cum ante eū ſtatuerunt mulierem adulterā dicentes. Hanc inuenimus in adulterio depręhenſam. Moyſes eñ pręcepit huiuſmodi, q lapidari tu autē quid dicis? & cętera huiuſmodi quę maligna inter rogatione cōmouebant,(& incuruauerūt animam meā). Hiero. In morte ſed non fuit perpetualiter ſubdita morti. Sic tamen voluerunt Iudęi eū incuruare vt nō nominaretur nomen eius. Augu. Gloſa. Vel voluerunt eum quaſi de cœlo ad inferiora deprimere. Caſſio, ſed non potuerunt. nam anima eius in ſuis actibus curuari nō poterat, quę peccati maculā nō habebat. Gloſa. Ipſi quidem laqueum parauerunt ſed non me neſciente, Quia.

9 ✠ Alias in medio ei⁹ ſemp

FOderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt ✠ in eam.

Glo. (Foderunt) inquit (foueā) ſententiam mortis inclamantes. Caſſi. Recte naq; dicitur fouea ſentētia mortis quę ducit ad foueam quā tunc foderūt cum in eius faciē dixerūt Reus eſt mortis. Et ideo dicti ſunt foueā fodere, quia viſi ſunt eū neci tradidiſſe. Hugo car. (Foderūt) inquā(foueā āte faciē meam) id eſt me nō ignorante. Glo. Ipſe enim totum ſciebat quod illi moliebantur. Augu. Gloſa. Hoc tamen agēdo, nō Chriſto, ſed ſibi nocuerūt. Vnde ſequitur. (Et inciderunt in eam). Hiero. Quādo poſt reſurrectionē inimicis traditi, capti, interfecti atq; diſperſi ſunt. Caſſiodo. Omnis enim iniuſta vox ſuos damnat auctores. Et antequā alteri noceat ſe prius ipſa condēnat prout ſapiens ait. Qui fodit foueam incidet in eam.

Tertia pars. Dyapſalma.

10 ✠ alia li. pſallam ‡ alia li. habz hic domino.

PAratum cor meum deus paratū cor meum, cantabo ✠ & pſalmū dicam. ‡

Gloſa. Hugo car. Tertia pars in qua poſt liberationem ſuā laudē promittit. q. d. Ille parat foueam ſed cor meū o deus eſt paratū ad tollerantiam. Hoc autē bis repetit, qa ad opprbria & flagella paratam voluntatē habuit. Caſſio. Sed in quo ſit paratum per verba ſequentia declaratur. (Cātabo & pſalmū dicam). Hiero. (Cātabo) i. prędicabo. (Pſalmum dicā). i. opere cōplebo. Caſſ. Cantare enim dicim⁹ vocib⁹ gratias referre. (Pſalmum) vero dicere, prędicabili dominū actione laudare. Augu. Glo. Quę duo prędictę geminationi reddidit, quia, ad vtrūq; parat⁹. Poſtea agratulādo carnē alloqtur, dicēs.

EXurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara, exurgam diluculo. ✠ 11 ✠ alia li. mane

Glo. Hugo car. Caſſi. (Exurge) inquit (gloria mea) id eſt caro mea in qua glorioſa geſſi opera, & quę es cauſa glorię meę (Exurge pſalterium & cithara Hugo car. id eſt caro, quę fuiſti pſalteriū ſonitum reddens a ſuperiori parte, diuina miracula operando & cithara) ſonū reddens ab inferiori humana tormenta patiendo. Auguſtin⁹. Gloſa. Vna enim caro chriſti ſurrexit, & cum ea duo organa ſurrexerunt pſalterium ſcilicet & cithara ī pſalterio de ſupiori corda ſonū accepūt ī cithara vero de inferiori, in carne enim chriſti duo genera ſunt factorū, ſcilicet miracula, quę per pſalterium, & paſſiones quę ꝑ citharā ſignātur, & hęc ſurrexerūt quia vtraq; prędicantur in gentib⁹. Caſſio. Vel pſalterium fuit quando caro operabatur diuina mandata vt ſanctaſe conuerſatione tractaret, cithara vero glorioſam ſignificat paſſionem, quę neruis tenſis, dinumeratiſq; oſſib⁹ virtutē patiētię ītellectuali quādo carmine perſonabat, addidit autē(exurgam diluculo). Hiero. Reſpondens patri qui ſupra dixerat (Exurge gloria mea, exurgam) inquit (Diluculo) Caſſiodorus. Hoc eſt inter tenebras noctis & diei claritatem, quo tempore eum reſurrexiſſe euangelij lectio teſtatur. Gloſa. Exurgam inquam diluculo, Et ſic.

In carne xpi opus duplex.

Mar. xvi

COnfitebor tibi in populis domine & pſalmum dicam tibi in gentibus. 12

Caſſiodo. Iſtud dicitur a parte membrorum quia ipſum cōſtat patri in populis confiteri qui cap ut & dux eccleſię ꝓbatur intelligi. Hiero. Cōfitebor inquit tibi in populis domine hoc eſt poſtquam reſurrexero in populis chriſtianis te laudabo (& pſalmum dicam tibi in gentibus), quas per ꝓphetas & apoſtolos vocaui. Idem prędicādo & opera predicata implendo, Caſſiodorus. Vel hoc ideo dicitur quia per omnes gentes linguis varijs pſalmodia domino, deuota mente perſoluitur. Gloſa. Confeſſionis autem cauſa oſtēditur cum dicitur.

QVoniā magnificata ē vſq; ad cœlos miſericordia tua, & vſq; ad nubes veritas tua. xiij Alter ſe cūdū b. Hie. cgeduim

Beatus. Augu. hunc verſiculum ſic inuertit. Quoniam magnificata eſt vſq; ad cœlos veritas tua & vſq; ad nubes miſericordia tua, cui⁹ lectionis rationem reddit, vbi nanq; eſt miſeria, illic ſolum debet eſſe miſericordia ſed in cœlis nulla eſt miſeria nam nichil inquinatum intrauit regnum cœlorū ergo in cœlis nulla miſeria, ſed ſolum apud homi

nes qui per nubes ſignificãtur & hi ſoli indigēt re
cōſiliatione, huic ſane lectioni facile aſſētirē, ſi nō
hebrea obſtitiſſet litera cui magis fidendum eſt,
verba autē.b.Augu.hęc ſunt. Quoniam magnifi=
cata eſt vſqȝ ad cœlos miſericordia tua, & veritas
vſqȝ ad nubes, Illud forte videatur fuiſſe dicendū
magnificata eſt vſqȝ ad cœlos veritas tua & vſqȝ ad
nubes miſericordia tua, Etenim in cœlo āgeli lau
dant deum, videntes ipſā ſpeciē veritatis ſine vl=
la caligine viſionis, ſine aliqua iterpolatione fal=
ſitatis, vident, diligunt laudant, nō fatigantur. Ibi
veritas, hic autē in noſtra miſeria vtiqȝ miſericor=
Nubes apoſtoli & prędicatores veritatis dia, miſero enim prębēda eſt miſericordia, non ei
opus eſt miſericordia ſurſum, vbi nullus eſt miſer
hoc propterea dixi quia videtur cōgruentius dici
potuiſſe magnificata eſt vſqȝ ad cœlos veritas tua,
& miſericordia tua vſqȝ ad nubes. Nubes enim in
telligim⁹ p̄dicatores veritatis, portātes quidē hāc
carnē caliginoſam quodāmodo, ſed vnde & deus
Eſaie.5. coruſcat miraculis, & tonat prçceptis. Eſa.v. mā
dabo, nubibus meis ne pluant ſuper vineam ſteri
lē, & ſpinoſam imbrē, id eſt mandabo apoſtolis vt
deſerant iudæos, ita ſteriles & ad gētes ſe cōuertāt
Act.xiii. &c. plura illic reperies. Hiero. (Quoniā) iquit (ma=
gnificata eſt vſqȝ ad cœlos miſericordia tua) quia
p reſurrectionē pacificata ſunt omnia patri, quę
in terra ſunt. Caſſiodo. Vel quia humanitas filij
vſqȝ ad cœlorū regna perducta ē (Et vſqȝ ad nubes
veritas tua). Idē. Nubes ſignificant ꝓphetas, quos
irrigua veritas ſpiritus ſancti velut copioſus im=
ber impleuit, qui merito nubes vocātur, ꝙ & cœ=
leſti fonte ſatiati ſunt, & ſuper ſteriles peccatores
ſpiritualis copię dona fuderunt. Hiero. (Vel vſqȝ
ad nubes veritas tua) cōplēs quę per ꝓphetas qui
nubes accipiuntur prędixeras, cœli enim ſunt ſā=
cti vt ſupra diximꝰ quando de ſupernis contēplan
tur. Nubes vero quando irrigant corda humana
prædicatione. Gloſa. Agentes ergo gratias dica=
mus cum propheta, qui ſupra idem dicit.

14 Exaltare ſuper cœlos deus, & ſup
omnem terram gloria tua.

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Hunc enim verſum iterat, fidē
noſtram tali ꝓmiſſione confirmans, ꝙ ſuper oēs
creaturas eius nominis ſit gloria regnatura. Hie=
ronymꝰ. Hęc enim ꝓpheta dicit de glorioſa chri=
ſti aſcenſione, cuius gloria tunc erit ſuper omnem
terram cum effuderit donum ſpiritus ſancti ſuper
omnem carnem. Auguſtinꝰ hoc enim dixit ꝓphe
ta ante tot annos hoc modo videmꝰ nos.

Pſalmus, lvij.

Titulus.

In finem ne diſper
✠ Alias humanē ac ſimplicē das Dauid ✠ in ti=
tuli inſcriptione.

Hierony. Pſalmus iſte
vocem cōtinet prophe
tæ de iudicijs atqȝ iuſti
tia commonētis. Caſſ.
Chriſtus enī hic expro=
brat nequitiam Iudæo=
rum, & eorum retribu=
tiones declarat, ac de læ

Lyra Dicit Ra. Sa. ꝙ Da
uid fecit hūc pſalmum
quando Saul ad denun
ciationem ziphęorum
exiut cum tribus mili=
bus ab querēdū Dauid
vt habetur primi Regū
xxvj quod cum cogno
uit Dauid, venit ad eos
cū abiſai, & inuenit eos
dormientes, & tulit ha=
ſtam & ciphum eius, &
ad hūc ſenſū ꝓſequitur
expoſitionē ad literam.

titia iuſtorum cum vltionem viderint peccatorū.
Gloſa, Hugo. cardi. Et eſt ſenſus tituli pſalmus hic Senſus tituli.
dirigens nos in finem, hoc agit ne tu Pylate vel
Iudæe diſperdas vel corrūpas Dauid in tituli in=
ſcriptione, id eſt nō neges Chriſtum regem quem J. hār9
titulus dicit. Intentio autē prophetæ eſt monere
ne quis chriſti regno contradicat, ſed ad eū redeat
Et diuiditur in tres partes. In prima, exprobrat Diuiſio
Iudęis ne nos eis ſimilia faciamꝰ. In ſecūda dicit
quę erit eis retributio, ibi Deus conteret. In ter=
tia, oſtendit correctionem iuſtorū quæ ſequitur de
vltione iniquorum, Ibi Lætabitur iuſtus. Gloſa.
Hug. car. Chriſtus ergo loquēs contra Iudęos ait.

Si vere vtiqȝ iuſtitiam loquimi j
ni, recte iudicate filij homi= ps.57. ✠ alia litera iu. a.
num.

(Si vere vtiqȝ) inquit Gloſa. nō fal
ſe vt aliud ſit in corde, aliud in ore
(iuſtitiam loquimini) Glo. Vt ſit iuſtitia veſtra nō
labiorum ſed factorū (recte iudicate) vt in factis co
gnoſcantur labia. Si enim aliter agis q̄ loqueris, bo
na loqueris, ſed male iudicas, recte īquam iudicate
vos O filij hominum Hugo cardina. Id eſt Iudęi
filij ꝓphetarū, & filij Abraham qui dicitis ſi fuiſ=
ſemꝰ in diebus patrū noſtrorum non fuiſſemꝰ ſo Mat.23
cij in ſanguine prophetarū, nolite implere menſu
ram patrum, nolite interficere me innocentē. Hie=
rony, Caſſio. In quibꝰ verbis nos edocet vt quiſqs
mortalium iudicio vſus fuerit publico, Si verum
loquitur verum & iudicet, nec ponat blanditijs
ſermonum muſcipulam deceptionis, p quam ocul
te interimat innocentes. Iudęi enim iuſta loque
bantur ad chriſtum quādo dicebant Magiſter ſci=
mꝰ quia verax es & in veritate dei viam doces, nō Ma.xxi.
tamē iudicabant iuſta quando petierunt barrabā Ioā.27.
filium mortis, & interfecerunt chriſtum filium vi
tę, vel aliter (iuſta iudicate) id eſt vos qui iudicatis
iuſtitiam bonam eſſe, recta iudicate, hoc eſt quod
tibi non vis fieri, alteri ne facias. Augu. Gloſa. Vt Ioā.7
ſit iuſtitia non labiorum, ſed & factorum, & vt ſit
idem in corde quod in ore, recte igitur iudicate, nu
ro fidē prępomite & homini, aliter enim eſtis ypo=
critę. Glo. Ideo autem ſic moneo vt recte ſcilicet iu
dicetis, quia vobis eſt iniquitas in corde, in ore, in
manu, Et hoc eſt quod ſequitur.

Etenim in corde iniquitates ope= 2 ✠ alia li. cōnectūt appēdūt
ramini in terra, iniuſtitias manus
veſtrę cōcinant✠.

Hu. car. (Etenī ꝓ qa in corde) Caſ. Vbi pfectū eſt cri
mē ātēq fiat (iniqtates) operamini, & hoc in terra.
Gloſa. Id eſt quia me terram, id eſt hominem cō
ſpicitis, vel quia terram id eſt terrena amatis. Hie=
rony. Caſſiodo. Terram inquā illam quam inhabi
tatis, vel in terra hoc eſt in templo, cui principes
& phariſęi prçeſſe videbātur. Hugo car. Timentes
ne amittatis locum & gentem, ita enim cogitatis
& cum poteſtis (iniuſtitias manus veſtrę conci=
nant.) Hiero. Quia manus id eſt opera veſtra ſecū
dum allegoriam iniquitate repleta ſunt. Caſſio.
(Concinant). autē, ad iniquitates bene poſitū eſt,
nam cōcinatio recte dicitur quando ex multis par
tibus ſibi cōuenit adunata peruerſitas. Auguſtinꝰ
Glo. Vnde alia litera habet cōnectunt aliud ſcilicet

Eſa.5.

alij adiungentes,de quibus propheta. Ve inquit illis qui trahunt peccata ſicut reſtem lõgam. Lyra. Vel(concinant)id eſt ornant & paliant in apparẽti iuſtitia etiam falſa. Gloſ. Sed quia quæri poſſet vnde hoc eis?reſpondet:Quia.

3 ✝alia li. a vẽtre ‡alia li. mẽdaciũ

ALienati ſunt peccatores a vulua. errauerunt ab vtero ✝ locuti ſunt falſa.

Hieronymus. Præſcius nãq; futurorum deus iniquitatẽ ipſam priuſq̃ naſcatur exterminat, & ideo peccatores falſa loqui dicit,eoſq; errare atq; alienatos eſſe prophetat dicens.(Alienati ſunt peccatores a vulua.)Gloſa. Id eſt ab ipſa origine, non qa ex tunc peccauerũt,ſed quia præcognouit deus illos futuros peccatores ab vtero. Hiero. Sicut quõdam de Eſau(qui priuſquã gigneretur ab hęreditate dei eſt repulſus)Rebeccę ait. Maior ſeruiet minori. Gloſa. Et iterum Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui. Hug.cardina.(Alienati ſunt inquam peccatores a vulua)id eſt pręſciti a deo peccatores antequam naſcerentur,& ideo.(Errauerũt ab vtero).i. preſciti ſunt erraturi cum adhuc eſſent in vtero. Gloſa. Et ſicut præuiſum eſt,ita accidit,quia locuti ſunt falſa. Caſſiodorus. Errauerunt inquam ab vtero,quia contraria matri dogmata ſunt ſecuti.(Locuti)vero(ſunt falſa)quia ab eius ſanctis traditionibus errauerunt. Gloſa. Non ſolum autem nõ faciunt mala, ſed nec audire volunt, vnde ſequitur.

Gen. 25. — Rom. ix.

4 ✝alia li. ſicut furor ſerpẽtis. ‡alias hꝫ reguli

FVror illis ✝ ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut‡aſpidis ſurdę & obturantis aures ſuas.

Hugo cardina.(Furor illis)inquit iudæis(ſecundũ ſimilitudinem ſerpentis). Idem. Quia ira obſtinatorũ irreuocabilis eſt,ſed cuius (ſerpẽtis)ſicut aſpidis ſurdæ. Et quare ſurde? Ecce(Et obturantis aures ſuas.)Glo. Terra & cauda. Caſſiodorus. in quo ira iudæorum per ſimilitudinem nimis aptiſſimã diffinitur. Obſtinatorum quippe hominũ ira irreuocabilis eſt,qui ne docentium prædicationẽ exaudiant procurant ſibi voluntariam ſurditatem ſicut aſpis quæ ne verba incantantis exaudiat, ſuaſq; latebras derelinquat,vnam aurẽ caudę inflectione dicitur obturare,alteram vero in terrã deprimere,cui merito iudæi comparati ſunt,qui cordis auribus obturatis ſanctæ ſcripturę audire noluerunt ſaluberrimam iuſſionem. Obturare autẽ a ſacerdotibus tractum eſt,qui aures ſuas thure replebãt,ne peregrinis verbis intercedentibus confuſa carminum memoria turbaretur. Hiero. Aſpis enim genus eſt ſerpentis,ille vero homo qui incantat marſus dicitur,qui per incantationem trahit, illas de tenebris ad lumen,ſequitur.

Natura ſerpẽtis. — obturare vnde

v ✝alia li. murmurantium ‡alia li. nec incãtatoris i cãtationes callidas.

QVæ non exaudiet vocem incantãtium, & venefici incantantis ſapienter.

Caſſiodorus Vbi in exponenda ſimilitudine perſeuerat. Dicit enĩ de aſpide q̃ non (exaudiet vocẽ incantantium)quia nec paſſa eſt audire vocẽ,quæ illam trahere potuiſſet ad lucem. Gloſa. Quę aſpis ſcilicet quia obturat aures ſuas, non exaudiet vocem incantantium,vt ad lucem educatur.(Et venefici incantantis ſapienter.)Gloſa. Sapienter dicit quantum ad artem ſuam. Caſſiodorus. Sapiens eñ & in malo ſumitur,vt eſt illud vbi ſapiens,vbi ſcriba,& his ſimilia. Auguſtinus. Gloſa. Non tamen ex hoc incantator ex ſcriptura laudatur,vnde ſimilitudo ſumitur,vt de iniquo iudice,qui rogantem viduam, vix audiuit,& ſimilibus.

Luce.3

6 ſcda ps. ✝Alias excute. ‡alia li. cõfringe

DEus conteret ✝ dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet ‡ dominus.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi dicit q̃ ſit retributio iudæorum.q.d. Illi ita contemnunt.(Sed deus conteret dentes eorum). Auguſtin⁹. Vt non audeant præ confuſione aliquid plus loqui. Caſſiodorus. Tunc autem cõtriuit Iudæos dominus quando doloſa verba ipſorum deducebantur ad nihilum,vt in interrogatione. Si liceret cẽſum dari Cęſari an non. Gloſa. Deinde quos comparauerat aſpidi,leonibus etiã comparat dicens. Molas leonum confringet dominus. Auguſti. Caſſio. Gloſ.(Aſpides)enim erant iudęi dum inſidioſe tẽtabant.(Leones)dum mortem eius inclamauerũt quorum molę confractę ſunt quando ſurrexit chriſtus. Caſſiodorus Vel quando dictis eius non poterant reſpondere veriſſimis. Hierony. In dentibus autem aperta perſecutio,in molaribus vero ſignificantur abſcondita,quorũ vtrũq;(confringet dominus)ne lacerare valeant iniquis morſib⁹ ſeruos eius. Glo, Quod apertius exponit ſubdẽs. Quod tales,& ſi modo ſint torrentes tamen.

Caſſio.

7 ✝alia li. diſſoluãt quaſi aq̃

AD nichilum deuenient tanquam aqua decurrens ✝ intendit arcum ſuum donec infirmentur,

(Ad nihilum)inquit(deuenient tanquam aqua decurrens. Caſſiodorus. O inaudita ſæuitia iudęorũ, comparantur illis tot mala ingentia a quibus nouim⁹ immania venire pericula. Dixerat nãq; aſpidem,dixerat & leonem,nunc venit ad torrentes. Hieronymus. Idem. Aqua enim decurrens eſt torrens,hoc eſt aqua quæ de mõtibus decurrit in cõuallibus & hyemalibus imbribus concitata ſubita inundatione deſcendit. Tales autem torrentes in hoc terribiles ſunt,quia improuiſi, in hoc vero periculoſi quia præcipites,cito tamen trãſeũt, quia aut abſorbentur a terra,aut in mari dilabuntur,ſic & iſti cito tranſeunt,& ſicut aqua decurrens deficiunt. Gloſa. Sed deus intendit per miſericordiam ad ſalutẽ eorũ,arcũ ſuũ.i.minas quibus terret donec infirment̃.i.donec cõuertant̃ vt Saulus. Hie. Per arcum enim iræ & comminationes dei intelliguntur,vnde propheta. Niſi conuerſi fueritis inquit,gladium ſuum vibrauit,arcum ſuum tetendit (Donec infirmentur)id eſt vſque dum euaneſcant inſidiæ eorum. Caſſiodor⁹. Arcus enim iſte tenditur ad ſalutem,nam tam diu deus terret donec infirmati cedant,& ad confeſſionis ſalutem meliorata ſe mente conuertant. Gloſa.(Vel intendit arcum ſuum)in vindictam(donec)intus & extra(infirmentur),& auferentur a conſpectu dei, miſſi in gehennam. Gloſa. Sed quid non infirmati patiẽtur.ſequitur.

torrens quid — Act.ix.

8 **S**Icut cęra qu e fluit auferentur, ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.

Aliter. legitur

Aliter ſentit.B.Hiero.iuxta Heb.ſicq; legit.Quaſi vermis tabefactus pertranſeāt quaſi abortiuū mulieirs q nō vidit ſolem.Hiero. Sicut em̄ cęra igne diſſoluitur,ita & iſti qui in ſua obſtinatione perdurant futuri iudicij igne perdentur.Caſſiodo.(Auferentur)inquam a conſpectu domini:quando in gehennæ tormenta mittendi ſunt)Supercecidit ignis). Hiero. Iudicium ſcilicet mortis. Caſſiod. Vel ignem dicit malę mētis ardorem,quem in hoc ſæculo cæcatis ſenſibus auferūt qui tenebrat poti⁹ Gregorius in mora.lib.ix. Ignis enim ſuper impios cadit:ſed ſol igne cadente non cernitur, quia illos gehennæ flamma deuorat a viſiōe veri luminis cæcat,Vnde ſequitur (& non viderunt ſolem. Hieronymus.i.non intellexerūt Chriſtum dominum,qui eſt ſol iuſtititiæ. Idem.Caſſio.de quo iudicio dicturi ſunt,ſol nō ortus eſt nobis,& iuſtitię lumen non luxit nobis.Hieronymus. Peccatores enim tunc Chriſtum ignem videbunt. Iuſti vero ſolem iuſtitiæ,vel aliter qui cōminationibus ſcripturarum territus agit pœnitentiā,hūc per ignē ſuppliciorum,ſol verus oſtenditur,Sequitur.

Sap.5.

9 **P**Riuſquam intelligerent ✠ ſpinæ veſtræ rhānum ſicut viuentes ſic in ira ‡ abſorbet eos.

✠ alia l: antq creſcāt ſpine i rhānū.
‡ alia li. in ira tē peſtas rapiet eos.

Hierony.Hæc ad populum peccantem propheta loquitur.Caſſio. Iudæis em̄ cōminatur q pri⁹ abſorbeantur q̄ lōga ætate eorū malitia conualeſcat. Augu.Glo.(Priuſq̄ ſpinæ)inquit.i.pctā intelligerent rhānum.i.acutam damnationem in extremo ignis vitiorꝫ abſorbet.i.deuorat eos. Hie.Caſ.Gl. Rhānus em̄ ſentinū ſeu ſpinarū genus eſt aſperrimū aculeis & flore gratiſſimū.Pri⁹ mollis herba, ſed poſt dū adoleuit,in ſpinas vertitur acutiſſimas, ſic & pctā modo delectant,ſed poſt pungunt,Vñ p flores retributio bonorum.Per aculeos vero pœna malorꝫ ſignificatur.(Sicut viuentes) ideo dicit Caſſ.Hiero.Quia viuere credūtur, & mortui ſunt. Auguſtinus.Glo.Non enim vera,ſed falſa eſt impiorum vita. Hierony.Nam & qui ſpinas habent delictorum viui nō merentur vocari (Sicut in ira abſorbet eos).Caſſiodorus.Hieronymus.Non dicit iratus,ſed quaſi iratus,non eſt enim ira in deo, ſed tanq̄ iratus peccatores videtur percellere non iratus,& hæc ira dicitur iuſta vindicta.Gloſ.Deus tranquillus iudicat,vel hoc dicit,quia non eſt ira ad cōparationē futuræ. Quod autē dictum eſt (abſorbet eos). Caſſiodo. Eorum ſubitum ſignificat interitum.Hierony.Velociter enim abſorbet pœna,quia qui non credit,iā iudicatus eſt.Hugo.cardinalis.Vel ſic de Antichriſto ad iudæos. Priuſq̄ id eſt donec intelligerent)in fine mundi.(Spinæ veſtræ)id eſt finales iudæi(rhānū)id eſt antichriſtum in peccatis enim ſuis manebunt Iudæi,donec intelligant fraudem & malitiam illius, & tūc qui reſidui erunt,conuertentur ad dominū,& propterea ſicut viuentes,id eſt ſicut alios chriſtianos, (abſorbet eos)id eſt affliget eos conuerſos ad chriſtum, ſicut id eſt quaſi in ira, quia finget ſe eſſe pium.

Rhānus quid.

Caſſio.

Gloſa.

10 **L**Aetabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas ✠ lauabit in ſanguine peccatorum.

Tertia pars.
✠ alia li. pedes ſuos.

Gloſa.Hugo car.Tertia pars in qua oſtenditur q ex eo quod mali puniuntur,ſequitur correctio bonorum.q.d.Malos abſorbet ignis,hoc autem non erit ſine fructu bonorum,quia(lętabitur iuſt⁹ cum viderit vindictam(.Lyra.(Lætabitur)dico non motus zelo vīdictæ propriæ:ſed zelo diuinæ iuſtitię. Hieronymus.Vel quia quando impij damnantur in pœnis,iuſtus lætificatur in præmijs. Gloſ.Nō tamen gaudet de pœna eorum,ſed quia nō in illa eſt.Caſſiodo.Gloſa. Vel quia correctio iuſtorū de vltione eſt iniquorū,vnde ſequitur q manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.Caſſiodorus.Nam cum ſanguis peccatorum effunditur(manus)id eſt actus iuſti hoīs corriguntur, ſicut Salomon dicit Stulto pereunte ſapiēs aſtutior fit. Hiero. Vel tūc lætabitur iuſtus cū poſt exitum peccatorum, eius opera glorioſa fulgebunt.

Caſſio.

11 **E**T dicet homo ſi vtique ✠ eſt fructus iuſto, vtique ‡ eſt deus iudicās eos in terra.

✠ alias vere.
‡ Alias vere.

(Et dicet.)Glo.id eſt tractabit apud ſe(homo).Lyra.id eſt quicūq; rationabiliter loquens.(Si vtiq; eſt fructus iuſto.)Idē.Et accipitur ſi pro quia.Hugo cardi.(Vtiq;)ſequitur q eſt deus iudicās eos, id eſt malos, in terra id eſt ī præſenti.q.d.ſicut iuſto dat deus pro ſuis meritis,vt hic proficiat,ita iuſto iudicio permittit malo,vt hic deficiat. Caſſiodo. Cum enim hæc fiunt quæ ſuperius dicta ſunt,tūc fidelis intelligit atq; dicit.(Si vtiq; eſt fructus iuſto,vtiq; eſt deus iudicās eos in terra) in quo vult intelligi,qa nec mali ī hoc ſæculo omnino a pœna ſunt liberi,q̄uis florere videantur, nec boni a beneficio ſequeſtrati licet mundanis oneribus opprimantur.Auguſti.Glo.Vel dicet homo,ſicut iuſto dei iudicio fit,vt iuſtus ampli⁹ iuſtificetur, ita & iuſte permittitur,vt ſordibus magis ſordeſcat. Hieronymus.Tunc autem erit fructus iuſto, cum ei dominus cœlorū regna donauerit.Illi vero ante iudicium in hac terra iudicantur, de quibus dictum eſt. Qui non credit,iam iudicatus eſt.

Caſſio.

¶Pſalmus.lviii.

¶Titulus.

In finem ne diſperdas Dauid ✠ in tituli inſcriptiōe,quādo miſit Saul, & cuſtodiuit domū eius,vt interficeret eum.

Lyra.Proſequitur expoſitionem literalem huius pſalmi, iuxta hiſtoriam tituli quę habetur primi Regum decimonono.

✠ Alias humilē & ſimplicē

Glo.Et eſt ſenſus Pſalmus iſte tendēs in finem id eſt chriſtum,hoc agit ne tu Pylate diſperdas Dauid Caſſ.Fruſtra enim tentat aliquis diſperdere, quod totiens diuina prohibet auctoritas: Auguſt. Cum enim Pylatus dixit quod ſcripſi, ſcripſi impletum eſt(ne diſperdas in tituli inſcriptione)Caſſio.Hoc quoque frequenter ponitur. vt paſſio domini per hæc iudicia declaretur (Quādo miſit Saul & cuſtodiuit domū eius).Caſ.Domus Dauid īdicat monumentum. vbi Chriſtus triduana morte requieuit.

Io.19

vt interficeret eum. Idem. Aug. Glo. Iudæi enim miſerunt cuſtodire ſepulchrum vt famam eius extinguerent, quibus fruſtratis hic liberatus oſtenditur, & famam habere in omnibus gentibus. Caſſio. In hoc autem pſalmo Chriſtus orat ne ei inimici nocere præualeant, dicitq; quemadmodum in fine ſæculi conuertendi ſunt iudæi pro quibus & oratio mirabili pietate depromitur, intentione autem monet ne quis Chriſto contradicat. Et diui

Diuiſioꝰ ditur in tres partes. In prima, petit Chriſtus quaſi in cruce poſitꝰ liberari ab inimicis iudæis, & orat pro ſalute gentium. In ſecũda, cõfirmat ſalutẽ gentium & orat pro ſalute iudæorum. In tertia affirmat ſalutem iudæorum, & pro vtraq; gratias agit, ibi, Cõuertentur. Gloſ. Totus itaq; Chriſtus quaſi ab inimicis obſeſſus clamat dicens.

1 ps. 58. ✠ alia li. reſiſtẽti bꝰ michi ‡ alia li. protege me.

ERipe me de inimicis meis, deus meus, & ab inſurgentibus ✠ in me‡ libera me.

Hugo cardina. (Eripe me.) O deꝰ pater dicit Chriſtus, adiuua filiũ tuum, non poſſum enim ſine tuo auxilio ab hoſtibus erui. (De inimicis meis) iudæis inuidentibus, & voto nocentibus, tu dico (deus) qui potes (meꝰ) qui vis & debes (& ab inſurgentibus) per maledicta & blaſphemias (in me) id eſt contra me (libera me)

Caſſio. Caſſiodo. Petit enim humanitas Chriſti diabolũ, vel miniſtros eius iudæos auerti a ſe. Auguſtinus. Glo. In quo dum qui ſine macula eſt hoc petit qđ neceſſario petamus oſtendit. Hieronymus. Inimici aũt fuerunt iudæi Ieſu Chriſto dño noſtro cũ ei inuidebant occulte qui tũc inſurrexerunt in eũ cum præceptis eius obuiauerunt, a quibus ſe liberari poſtulat dicens. (Et ab inſurgẽtibus in me libera me). Et iterum.

2 ✠ alia li. libera me.

ERipe me ✠ de operantibus iniquitatem, & de viris ſanguinum ſalua me‡

Hieronymꝰ. Operarij enim iniquitatis iudæi effecti ſunt, cum manus ad interfectionem armauerũt viri vero facti ſunt cruoris, cum ſanguinẽ iuſti ſup ſe ſuoſq; filios futurum eſſe dixerunt. Auguſtinꝰ. Gloſ. Vel (Eripe me de inimicis) qui me odio habent. (Et ab inſurgentibꝰ) qui verbis nocent (de operantibus iniquitatem) qui colaphiſant, & cætera huiuſmodi (& de viris ſanguinum) qui iuſtũ id eſt Chriſtũ occiderunt, & poſtea ſuos. Gloſ. Caſſi.

quatuor gñа aduerſariorum Quatuor enim ſunt genera aduerſariorum, inimici qui nocendi votum habent, non tamen hoc ardẽter appetunt, inſurgentes, qui iã cõmoti & animo parati ſunt. Operantes iniquitatem, qui iam dura mente ſcelus opere complent. Viri ſanguinũ, qui ne dum contumelias ingerũt, ſed & ſanguinẽ fundunt, quod fecerunt iudæi qui Chriſtum prius, & poſt etiam apoſtolos occiderunt. Caſſiodorꝰ. Qui propterea merito viri ſanguinum dicti ſunt, quoniã ſupra ſe iniuſte mortis onera ſuſceperunt. Idẽ Gloſ. Deinde tanquam quęreretur ab eo, quid eñ illi tibi faciunt? Vtiq; mala.

3 ✠ alia li. inſidiati venati ſunt. ‡ alia li. gregãt

QVia ecce cæperunt ✠ animam meam, irruerunt‡in me fortes.

(Quia ecce) inquit (cœperunt animam meam). Lyra. Id eſt meipſum a parte principali quæ eſt anima deſignans totum. Caſſiodorus. Vel anima hic dicitur vita corporalis, nam animam domini ſaluatoris nulla potuit aduerſitas occupare, quæ vnita deo immaculata ſe conuerſatione tractauit. Hugo car. Cum autem dicit cęperunt, notat inſidias iudæorum, qui animam eius quæſierunt vt morti traderent, & quaſi venati ſunt, & tandem cęperunt cum eum occiderunt, nec ſolum inſidioſe egerũt, ſed & impetuoſe (quia irruerunt in me fortes). nã cohors & tribunus & miniſtri iudæorũ, cum gladijs & fuſtibus irruerũt in eum. Caſſiodorus. Vbi per fortes diabolum ſignificat, cum miniſtris eiꝰ iudæis. Auguſtinꝰ. Gloſa. Vel (fortes) ſunt qui prę-ſumunt de iuſtitia ſua, qui inſultant Chriſto cõminanti cum peccatoribus, quibus non eſt opus medicus, Vel (fortes) in temporalibus abundantes, q non ponunt deum adiutorem ſuum, ſed ſperantes in diuitijs ſuis præualuerunt in vanitate ſua. Glo. Irruerunt quidem in me fortes, ſed in me peccatũ non inuenerunt. Vnde ſubdit. Mat. ix.

2 NEque iniquitas mea, neque peccatum meum domine, ſine iniquitate cucurri & direxi. ✠ 4 aliter legitur. ✠ Alias dirigebã ‡ alia dirigebar.

Litera Hiero. talis eſt. Nõ inique egi, & illi currũt, & pręparãtur. hoc autem fragmentum quæ prior pars huius verſiculi videtur, pendet a præcedenti verſu in hebręo, & eſt in ablatiuo ſic legitur. Qm̃ ecce inſidiati ſunt animæ meæ, congregantur aduerſum me fortiſſimi: abſq; iniquitate mea, & peccato meo domine. Gloſa. (Neq; iniquitas mea) inquit quã in eos fecerim cauſa fuit quare irruerũt, (Neq; peccatum meum) quod in me ſit aliquo modo. Caſſiodorus. Vel iniquitas hic pro maleuolentia accipienda eſt. Peccatum vero pertinet ad operationem ſceleris, quæ omnino a domino extranea fuiſſe probatur. Natura enim humana a domino aſſumpta eſſe probatur non culpa, vnde ſequitur. (Sine iniquitate cucurri & direxi.) Gloſa. Cucurri inquã viam huius mundi, vnde alibi dicitur. Exultauit vt gigas ad currendam viam (& direxi) diſtortos quantum in me eſt. Hugo cardina. Hugo Vel (cucurri) In via mandatorum & ſemita conſiliorum. (Et direxi) Id eſt ad rectum finem opera mea perduxi. Hieronymus. Vel certe cucurrit, quia de cœlo venit in vterũ, de vtero in pręſepe, de pręſepi in crucẽ, de cruce in ſepulchrum, de ſepulchro ad inferos, de inferis victor remeauit ad cœlos, & direxit nõ ſenſus ſuos ſed noſtros, quia praui erãt & tortuoſi. Hugo cardinalis. Et quia cucurri & direxi. Ergo domine.

EXurge in occurſum meum ✠ & vide, & tu domine deus virtutum deus Iſrael. 5 ✠ alia li. ex aduerſo p me.

Hieronymꝰ, Ad patrem enim hæc loquitur, a quo ſe in euangelijs clarificari precatur, qui & tanquam occurrens manumque porrigens reſpondit dicens, & clarificaui & iterum clarificabo. (Exurge) iquit (in occurſum meũ). Hug. car. Vt me ſuſcipias reſurgentẽ & aſcẽdentẽ (& vide), i. cum mihi occurreris, fac etiã vt gentes quæ nõdum vidẽt, videant per fidẽ. Hiero. Vt credant me æqualẽ tibi. Ioã. xiij.

Gloſa. Pro quibus conuertendis ſequitur oratio cum ait. (Et tu domine deus virtutum.) Idem.id eſt angelorum & hoim(deus iſrael)hoc eſt ſanctorum & animarum videntium deum.Gloſ. Vel de⁹ iſrael qui ſcilicet videris deus vnius gentis quæ te colit.

vi ✠ alia li. cui ſila ‡ alia li. ad de ſeq.

vi INtende✠ad viſitãdas omnes gẽ tes. non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem‡.

Hieronymus.Hæc Chriſtus ad patrem (Intende) inquit(ad viſitandas omnes gentes)non ſolum in Iudæa,ſed etiam & in gentibus.Caſſiodorus,Vt q non putaris niſi deus ſolus iſrael.i. vnius gentis, (intende)nunc(ad viſitandas omnes gentes)vt tibi ex gẽtibus copia creſcat,quia ſterilitatẽ fidei in iudaico populo cõperiſti,& fidẽ in gentili Centurione plenã,& Chananea cõperiſti & laudaſti , & reſpice ꝙ omnes gentes dicãt, quoniam de omnibus gentibus & de vniuerſis nationibus erant domino crediturí.Gloſa.Sic dico intende vt tamen non(miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem)Lyra.Ex certa malitia & obſtinata ,quia tales ſunt indigni miſericordia Caſſio. In hoc autẽ oſtẽdit illis eſſe miſerendum,qui puro ſtudio ſupplicabunt,licet enim omnes operentur iniquitatem illis tantum parcendum eſſe non dubium eſt,q præ deſtinati ſunt, & ad eum deuota mẽte confugiũt. Gloſa.Vel hoc dicit , quia nulla peccata relinquit deus impunita,quia vel homo pœnitẽs punit,vel deus iudex,vel quia eſt quædam iniquitas quam q facit eius non miſeretur de⁹ ad ſalutem, hæc eſt defenſio peccatorum,quando ſcilicet quis defendit quod deus odit. Tale enim peccatum eſt ad mortẽ de quo alibi dicitur.Non pro eo dico vt quis oret, & ſic cum dicit,nõ miſerearis omnibus qui operã tur iniquitatem,de illo peccato intelligi voluit qđ eſt ad mortem. Si igitur quibuſdã iudęis miſerearis inquit,non tamen omnibus,ſed perſequere puni conuerte.

Mat.8. c.15.

Dyapſalma. ✠ alia li. & latrent vt canes

7 COnuertentur ad veſperam ✠ & famẽ patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

Hugo cardinalis. Gloſa. Secũda pars in qua conuerſionem gẽtium & ſalutem earum quam ſupra petierat affirmat. Dicit ergo chriſtus vel eccleſia. (Cõuertentur)gentes ad fidem(ad veſperam)id eſt in vltima ætate ſęculi in qua nunc ſumus.Hiero. Caſſiodorus.Vel de his loquitur qui in fine ex iudæis credituri ſunt,cum enim ſubintroierit plenitudo gentium,tunc omnis iſrael ſaluus erit. Hugo cardinalis.Et quid conuerſi facient ſubiungit (& famẽ)id eſt deſiderium conuertendi alios patientur,vt canes,qui ſemp ſunt famelici. Caſſiodorus. Patientur dico nõ famem panis,neq; ſitim aquę, ſed famem audiendi verbum dei. Gloſa. Auguſti. Gentes enim dicebantur olim canes pro immunditia a iudęis,ſed & bonũ eſt illis iudæis vt canes ſe agnoſcant,id eſt peccatores vt Chananea,& tũc eſuriẽt,male vero qui ſaturati putatiua iuſtitia.dicunt ſicut ille publicanus, Ieiuno bis in ſabbato. Gloſa.(Circuibunt)inq̃(vt canes)latrando contra hoſtes.Caſſ.Canũ em̃ cõſuetudo eſt loca illa defendere in quibus ſe norunt alimenta reperire (& circuibunt ciuitatem. Aug. Glo.i.mundũ qui circũſtat iudæam vbi hæc dicebantur, & minuent eccleſias contra hæreticas impugnationes ꝑdicãdo,&

Gloſa.

Luce.18.

ECce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum , ✠ quoniam quis audiuit. 8

✠ alia li. quaſi nemo audiat

Glo.Ecce ſcilicet in manifeſto,(Loquentur in ore ſuo)ad infirmationem fidelium, & hęreticorũ depreſſionẽ.Caſſiodorus. (Loquẽtur) plane tunc in ore ſuo,qđ nũc habere nõ merent̃ in corde,alioſq; ad bona conuertẽt quę ipſi pri⁹ credere noluerũt. Auguſtinus.Gloſa.Tũc em̃ ſtomachabũtur aduerſus pigros ad fidem,& qui pauloante credere nolebant,tędiũ de non credentibus patientur. (Et gladius in labijs eorum.(Caſſiodorus.Erit vtiq; in labijs eorum gladius cœleſtis qui legitur bis acutus ex vtroq; teſtamento feriens, & ad ſanitatem fœlices animas ſua vulneratione perducẽs.de quo apoſtolus ait.Et gladium ſpiritus quod eſt verbũ dei, ſequitur(qm̃ quis audiuit). Hugo cardina . q.d.ꝙ pauci audient,ideo oportebit eos magis circuire, & ꝓpterea magis famelici erunt. Caſ. Iſtud em̃ qs debet pronunciari cũ põdere,quaſi pœne nullus, quaſi omnino rariſſimus auditurus eſt. Gloſa. Vel hoc dicit qa oẽs eos qui audiẽt, mirabunt̃ dicẽtes. qm̃ quis audiuit.Hiero.Nemo em̃ audit cum a domino irridetur,vnde ſequitur.

ET tu domine deridebis eos , & ad nichilum ✠ deduces omnes gentes ix

✠ Alias ſubſanabit oẽs gentes

Auguſtinus.Gloſa. Ipſi loquentur , & tu domine deus)inquit(deridebis eos). Eos ſcilicet qui dicũt (Quis audiuit)quaſi diceret omnes gentes crediture ſunt.& vos dicitis(quis audiuit).Glo. Et quare deridebis eos,quia (ad nichilũ deduces oẽs gẽtes.) Idem. Hoc eſt pro nichilo habebis cõuertere,oẽs gentes,quia facillimũ erit tibi facere vt credant in te & conuertant̃.Hiero. Oẽs em̃ gentes quæ ligna & lapides adorabant ,nullis meritis pręcedentib⁹ adducet dominus ad cognoſcendã veritatẽ.Caſſi. Vel irridendos illos proñũciat qui prędicationes rectas audire noluerunt,& obſtinatione crudeli in ſua nequitia permanſerunt,quos propterea pro nihilo habet dominus : quia creaturarum omnium non venerantur auctorem.Hug.cardina . Et propterea ad nihilum deducet omnes gentes quæ ſcilicet in gentilitate permanſerunt,Sequitur.

FOrtitudinem meam ad te cuſtodiam,quia deus✠ſuſceptor meus, es deus meus mia eius pręueniet‡me. x

✠ alia li. q; eleuator ‡ Alias ꝑuenit.

Hug.car.Et legit̃ in perſona chriſti ſic contra iudęos:dixi ſupra quod irruerũt in me fortes, & tamen licet poſſim eos perdere patienter ſuſtineo: & hoc eſt quod dicit(Fortitudinẽ meam)ad te o pater(cuſtodiam)id eſt ſecundũ diſpenſationem tuã differã vindictam Caſſ.Vel in hoc(fortitudinẽ) humanitatis ſuę patris dicit beneficijs applicandam, nam quod dicit (ad te mutata ſyllaba ſignificat per te. Hierony. (Fortitudinem enim id eſt omnes virtutes meas,non ad me ſed ad te cuſtodiam)quia ſemper in ipſis tibi refero laudes non meis viribus,

& hoc ideo(quia deus ſuſceptor meus). Gloſ. Hoc
eſt quia de imo meo in altum ſuum ſuſcepit me.
Caſſiodo.Merito ergo illi ſuam fortitudinẽ pro-
nunciat deputãdam,quem ſuſceptorem ſuum eſſe
noſcebat.Gloſ.Deinde mutans perſonam ſubdit.
(Deus meus mĩa eius præueniet me.)Caſſio.Quia
nihil dignum ei obtulit humana conditio, vt me-
reretur muneris eius largitate gaudere,ipſe em̃ do
nat vt bona velimus,ipſe perficit,vt ad eius p̃mia
peruenire poſſimus,nihilq; boni ex nobis habere
poſſumus,niſi hoc a domino ſumpſerimus. Hie-
Luc.23. ro.Vel præuenit Chriſtum mĩa patris, cũ prius eũ
centurio cõfeſſus eſt q̃ ab inferis reſurrexiſſet,ſed
& multi pœnitẽtes percutientes pectora ſua reuer
tebantur dicentes.Vere filius dei erat iſte. Gloſa.
Et mĩa eius præueniet me,cõſortibus meis.
11 ✠alia li. legitur ‡alia li. inſidiatores. DEus oſtẽdit mihi ſuper inimicos
meos, ✠ ne occidas eos nequan-
do obliuiſcantur populi‡mei.
Auguſtinus. Glo.(Deus)inquit(oſtendit mihi ſu-
per inimicos meos)id eſt per inimicos meos quã-
tã habuerit circa me mĩam,mihi demõſtrauit, cir-
ca quos talem mĩam non habuit,quia de eadẽ maſ
ſa aliud vas in honorem,aliud in contumeliam fe
cit,vnde apoſtolus.Suſtinuit inquit vaſa iræ apta
in interitum in multa patientia, vt notas faceret
diuitias ſuas,in vaſa miſericordiæ,rogat autẽ ſta-
tim pro ipſis inimicis dicens. O deus(ne occidas
eos.)Glo.Augu.Eos ſcilicet qui me occidunt, ſed
maneat genus eorũ cum ſigno circũciſionis ſab-
Gene.4. bati paſchæ,vt ſicut Chaim ſignum habuit,vt ne-
mo occideret eum, ita & gens illa habens ſignum
Iudei neceſſrij xpianis ſuũ vt non occidatur,quia neceſſaria eſt credenti-
bus,nam in præciſis oſtenditur quæ mĩa ſit inſer-
tis.Hugo cardinalis.Et ideo ne occidas eos neq̃
populi mei: id eſt Chriſtiani obliuiſcantur mei,id
eſt meæ paſſionis,qui Iudæi qui diſperſi viuunt,
ſunt quaſi ſignũ & memoriale paſſionis Chriſti,
quem ipſi interfecerunt.Caſſiodo.Glo. Vel preca
tur ne gens iudæorum funditus pereat,ſed magis
erraſſe glorioſa confeſſione cognoſcat.Gloſa.Ne
igitur occidas eos,ſed vt ad conuerſionem prouo-
centur.
12 ✠alia li. noſter. DIſperge illos in virtute tua, & de-
pone eos protector meus ✠ do-
mine.
Glo.(Diſperge)inquit per omnes gentes illos ſci
licet iudæos qui portant nobis codices,& hoc (in
virtute tua)quia tu fortis es,non ipſi.Hieronym⁹.
Diſperge inquam illos hoc eſt noli penit⁹ delere,
quia populus tuus ſemper appellatus eſt,ſed in to-
to eos orbe(diſperge)vt ſaltem ſic emendati,ſuper
bire deſiſtant,vt vel in hac diſperſione ſcelus ſuũ
pœnitendo deplorent.Caſſiodorus.Glo.Prout &
nunc pene per totũ mundum diuiſi ſunt & diſper
ſi,vt veteris legis paratum teſtimoniũ eccleſia ha-
beret,(& depone eos),Hugo cardina.De potentia,
& de terra ſancta in qua poſuiſti eos,(vel depone)
eos.i.ſeruari facias eos ſicut depoſitũ quod eſt ſub
cuſtodia cõmendatum.Gloſ. Idẽ. Vel depone eos
in eo q̃ mali ſunt,vt boni ſurgãt vt in Paulo actũ
eſt,quia nõ ſurgeret Paulus,niſi prius caderet ſau
lus,tu inquam(depone qui es protector meus do-
mine..Hugo cardina.Quia ipſi ſunt teſtimonium
Paſſionis meæ.Depone etiam.
DElictum✠ oris eorum ſermonẽ xiij ✠alia li. in peccato oris ſui in ſermone labiorum
labiorum ipſorum, & compræhẽ
dantur in ſuperbia ſua.
Aug.Gl.Depone inquã nõ eos,ſed(delictum oris
eorum)occide, vt reſuſcitatum quem perdere vo-
luerunt paueant.Glo.Et etiam(ſermonẽ labiorũ
ipſorũ(inexpletũ effice.Caſſ.(Delictum) autẽ oris
(eorũ)fuit quando cõſiliũ fecerunt vt neci trade-
rent dominum Saluatorem.(Sermo vero labiorum)
deteſtabilis qñ dicebant(Reus eſt mortis.Hu.car. Ioã.xix.
Vel delictum oris eorũ fuit quando clamauerunt,
Crucifige,& occide.Sermo vero labiorũ ipſorum
quando dixerunt tantũ labijs & non corde. Magi Mat.23
ſter,ſcimus quia verax es,& legẽ dei in veritate do-
ces.(Et cõpræhẽdantur in ſuperbia ſua.) Gloſ. In
qua viſi ſunt præualere.Hiero.Hoc eſt vt humiles
fiant.Hugo car.Et vt pondus ſuperbiæ ſuæ & in-
gens facinus eorum det eis intellectum,vt intelli-
gant ſe male egiſſe. Caſ.Vel Iudæi tunc capti ſũt
in ſuperbia ſua,quando viderunt eũ reſurgentem
quem reſpuerant miracula facientem. Hugo car.
Conuerſionis autem eorum miniſtri erũt apoſto-
li,vnde ſequitur.
ET de execratione & mendacio,an 14 aliter legitur.
nunciabuntur in conſummatione,
in ira conſummationis, & non erunt.

Maledictionem & mẽdaciũ narrantes, cõſume in
furore,cõſume vt nõ ſubſiſtant. Hieronymus.(Et
de execratione)inquit qua Chriſtum execrabant.
Hieronymus.Cũ em̃ filiũ Ioſeph fabri vocabant Ma.xiij. & mar.6.
(& mendacio. Hug.car. Quod cõtra eũ dicebant,
Hiero.Cũ eũ habere dæmoniũ falebant (annun-
ciabunt).Hug.car.i.annũciando arguẽt iudæi (in
cõſummatione).i.qñ cõſummabũtur, vel cõſumẽ
tur in bono.Caſſ. Tunc enim ab his liberabũtur,
qñ ab eis poſt cõuerſionẽ dedecus amouebitur,qđ
in cũctis gẽtib⁹ nũc habere noſcuntur. Et quando
ſcripturas dñicas veraci illuminatione cognoue-
rint,quas nũc ſub falſa interp̃tatione ſuſcipiũt.Au
gu.Glo.Vel ſcđm aliam literã annunciabunt con
ſummationes.i.p̃dicabitur ab ap̃lis,vbi abũdauit
delictũ execrationis & mendacij,vt vbi ſuperabũ-
dat delictum,ſuperabundet & gratia.Hug.car. Di Rom.5
co in cõſummatiõe,ſed quomodo fiet iſta cõſum-
matio?Rñdet. In ira.i.in dei vindicta,nõ quidem
cõſumptionis,quæ erit in futuro,ſed cõſũmmatio
nis ad correctionem quæ eſt in p̃ſenti.Aug.Gloſ.
Caſſ.Eſt em̃ ira.i. vindicta cõſummatiõis qñ ſcili-
cet vindicat de⁹ vt p̃ficiat.Eſt & ira cõſumptionis
cum ſcilicet dicet. Ite maledicti &c. Hæc itaq; ira Mat.25
erit cõſũmatiõis,nõ cõſumptionis.Hu.car.Et ſic
poſt hãc irã nõ erũt tales,quales añ fuerũt, ſcilicet
ſup̃bi & pc̃tõres.Caſ. Nõ ei p̃ſeuerabũt in malitia
ſua,ſed p̃ hũilitatẽ ad pñiam veniẽt.Gl. Et ampli⁹
nõ erũt in ſup̃bia,in qua cõp̃henſi ſunt. ſequitur.
ET ſciẽt quia deus dominabitur Ia 15 ✠alia li. in finib' terre: ſemper
cob✠& finium terræ.
Caſſio.Cum enim iudæi fuerint perfecta religio-
ne veraciter inſtituti, tunc cognoſcent Chriſtum
dominum eſſe deum Iacob patriarchæ ſui, quod

primitus non credebant. Hugo cardina. (Et ſciēt) ſcilicet ipſi, quia de⁹ Chriſt⁹ (dominabitur Iacob) id eſt iudæorum, & non ſolum eorum, ſed & finiũ terræ, id eſt catholicæ eccleſiæ quæ toto orbe diffuſa eſt, quod modo durato corde non ſapiũt. Aug. Gloſ. Antea enim iuſti ſibi videbantur iudæi, ſed tunc oſtendetur eis ꝙ non ſine Chriſto qui dominatur Iacob. Et ꝓpterea depoſita ſuperbia cognoſcent ſe pares eſſe gentibus.

xvi Dyapſalma. tertia ps. alia li. latrent.

COnuertantur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

Gloſa. Hugo cardi. Tertia pars vbi affirmatur ſal⁹ & conuerſio iudæorũ, ex vtroq₃ pariete collecto, aguntur gratiæ de conuerſione vtrorũq₃ gentium ſcilicet & iudæorum. Hugo cardi. Determinãs autem tempus conuerſionis eorum dicit, (Conuertẽtur) iudæi (ad veſperam, id eſt in fine ſæculi. Gloſ. & ſi ſero poſt interfectionẽ Chriſti ꝙ antea debuiſſent. (& famem) conuertendi alios (patiētur) reputantes ſe (vt canes), id eſt vt gentiles quos pri⁹ canes & immundos reputabant, ſed conuerſi ſcient ſe eis æquales. Caſſiodo. Primus autem verſus huic ſimilis, ad finem pertinet ſæculi, iſte vero ad domini paſſionem, Hic enim initium ſextæ ætatis oſtẽditur quod eſt veſpera quando dominus ſaluator mundi ſalutaris aduenit. Sic enĩ de ipſo dicit Moyſes Occidetis agnum ad veſperam: poſt cuius reſurrectionem multitudo credidit iudeorum, de quibus dicitur: (conuertentur ad veſperam). Glo. Hoc eſt in vltima ætate poſt interfectionem Chriſti, (& famem patientur vt canes). Auguſti. Glo. id eſt vt peccatores, non vt oues agnoſcentes ſe infirmos, vt fiant ſani. Caſſio. Vel canes hic ſignificant prædicatores ex iudæis conuerſos. vt Paulum & alios (Et circuibunt ciuitatem). Caſſiodorus. Ciuitatem ſcilicet terreſtrem, id eſt eccleſiam quam Paul⁹ circuiuit prædicãdo glorioſæ, & alij iudæi multi credentes. Hugo cardinalis. Quod amplius exponit, dicens.

Caſſio.

xvii alia li. vagabũtur cõedent.

IPſi diſpergentur ad manducandum, ſi vero nõ fuerint ſaturati, & murmurabunt.

Gloſa. (Ipſi) iudæi iam digni, quia conuerſi. Caſſ. Qui veram meruerunt habere doctrinam (diſpergentur). Hugo cardi. Per mundum (ad manducandum). Caſſiodorus. Cibum videlicet ſpiritualem, vt conuertantur gentes ad fidem catholicã veniẽtes, Hugo cardinalis. Et vt eos corpori eccleſiæ incorporent. Caſſiodorus. Idem. Sicut & Petro in viſione dictum eſt. Macta & manduca. (Si vero non fuerint ſaturati). Hugo cardinalis. Id eſt ſi non potuerint tot incorporare qđ vellent (& murmurabunt) dicẽtes. Domine quis credidit auditui noſtro. Caſſiodorus. Saturãtur enim doctores qñ prędicationes ſuas viderint populos deſideranter aſſumere Econtra vero ieiuni murmurant, ſi verba ſua fructificare non cognouerint in mentibus perfidorum. Augu. Gloſ. Vel (murmurabunt) contra pigros, & increpabunt alios nolentes credere. Hugo cardi. Deinde habita vtraq₃ cõuerſione iudæorũ ſcilicet & gentium, promittit Chriſtus vel eccleſia ſe laudaturum deum, dicens.

Actuũ. x.

EGo autem cantabo fortitudinẽ tuã, & exaltabo mane miſericordiam tuam. xviii. Alias impium alia li laudabo

Caſſiodo. Poſtquã enim de iudæorum conuerſione locutus eſt ad patrem, ſubito verba cõuertit, dicens. (Ego autem cãtabo.) Hu. car. i. cantando laudabo (fortitudinem tuam). Gloſa. Qua gentes erigis, & iudæos humilias. Hugo cardinalis. Hæc eſt enĩ magna fortitudo: quia maius eſt miraculum vt Gregorius ait, ſuſcitare animã in perpetuã victoriam, q̃ corpus iterũ moriturũ, & maius eſt inquit Aug. Impium iuſtificare, q̃ cœlum & terram creare. Hiero. Vel cantabo fortitudinẽ tuam, qua ſcilicet viciſti mortẽ, vel fortitudinem diuinitatis per quam viciſti diabolum. (Et exaltabo mane miſericordiam tuam). Auguſt. Glo. tranſactis, ſcilicet tẽporibus cum nox ſæculi tranſierit, & quando iam miſericordia domini in ſanctorum remuneratione eluceſcet. Gl. Vel hoc dicit, quia apoſtoli veſpere fleuerunt mortuum, mane vero ad reſurgentem exultauerunt, ſicut alibi ſcriptum eſt. Ad veſperã demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Hugo cardinalis. Cauſam autem ſuæ exultatiõis ſubiungit, dicens.

Gloſa.

QVia factus es ſuſceptor me⁹, & refugium meum in die tribulatiõis meæ. xix.

Gloſa. Exaltabo inquam (quia factus es ſuſceptor meus.) Hugo car. i. membrorum meorum ad te ſe conuertentium dixit Chriſtus vel eccleſia. Caſſio. Chriſtus enim ſuſcipitur, quando eccleſia cuncta ſaluatur. Adiecit, (& refugium meum in die tribulationis meæ). Idem. Nam tũc æternum refugiũ efficitur, quando ad iſtam vocem deſideratiſſimã. Venite benedicti patris mei, peruenitur, quod quidem refugium gratum dicitur, quia tempore tribulationis condonatur. Hugo card. Et quia etiam factus es.

ADiutor meus tibi pſallã, quia deus ſuſceptor meus es, deus me⁹ miſericordia mea. 20 alia li. ꝗ3 virtutẽ meã t. bi cantabo.

Gloſ. Hugo. car. (Adiutor meus) inquit cooperando mihi (tibi pſallã) per bona opera. Hieronym⁹. Domino enim pollicetur ſe iugiter pſallere, cuius ope adiutus atq₃ ſuſceptus eſt. Caſſio. Repetit autem frequenter beneficia vt nobis quẽadmodum gratias agere debeamus oſtendat, (quia) inquit (ſuſceptor meus es). Suſceptor enim humanitatis noſtræ verbum eſt, quod eam in Mariæ virginis vtero ſibi ſociare atq₃ vnire dignatum eſt. Adiecit aũt (deus meus miſericordia mea). Idẽ. Nam cũ ſupra multa dixerit, omnia nunc vno verbo compræhẽdit. Quid enim eſt deus me⁹? hoc eſt miſericordia mea, ibi omnia ſunt beneficia, ibi vniuerſa munera deſignata. Quid enim boni nõ ſentitur, vbi miſericordia donata cognoſcitur. Gregori⁹ i mora. li. xix. Penſemus igitur ex quãta dei benignitate toleramur. Cõſideremus quæ ſunt pietatis ei⁹ viſcera, vt non ſolum culpas indulgeat, ſed etiam cœleſte regnum pœnitentibus poſt culpas promittat, atq₃ ex omnib⁹ cordis medulis dicam⁹ ſinguli, dicamus omnes, deus meus miſericordia mea.

Luce. 1.

Grego

Pſalmus.lix.

Titulus.

Aliter legitur.

In finem pro his q̃ commutabuntur in tituli inſcriptione ipſi Dauid in doctrinam, cum ſuccendit meſopotamiam Syrię, & Siriam Sobal, & conuertit Ioab & percuſſit Idumeam ſeu Edom in valle ſalinarum duodecim milia.

Lyra proſequitur expoſitionem literalem huiꝰ pſalmi iuxta hiſtorias tituli quę habentur. ii. Reg.viij.&.x. & primi para.xviij.

Secundum.b.Hiero.vero ſic Victori pro lilijs teſtimonium humilis & ſĩplicis dauid ad docendũ quãdo pugnauit aduerſus Syriã Meſopotamię & aduerus Syriã Soba & reuerſꝰ eſt Ioab & percuſſit Edõ in valle Salinarũ duodecim milia. Caſſiodo. (In finem pro his qui cõmutabuntur). Cõmutantur in finem qui veteris hominis errore depoſito domino ſalu atori pura mẽtis intẽtione famulantur (in tituli inſcriptiõe ipſi Dauid in doctrinam) titu. inſcrip. Ieſum Chriſtum ſignificat regẽ Si ergo mutẽtur vt deſerẽtes diabolũ, regem chriſtũ eſſe cognoſcant Dauid enim xp̃m, vt ſępe dictũ eſt ſignificat, cõmutabuntur dico in doctrinã ſcilicet chriſtianã, (cum ſuccẽdit Meſopotamiã Syrię. &c. Auguſtinus. Glo. In hiſtorijs nõ legitur, ꝙ Dauid cõuerterit Ioab, vel ꝙ in huiuſmodi vaſtatiõibꝰ aliquid ſuccenderit, ſed per hęc ſuperficie hiſtorię relicta, ſicut ĩ pleriſq; alijs fit ad ſpitualẽ dirigimur intelligentiam, quę ex nominum interpretationibus ſumitur. Interpretatur enim (Meſopotamia) eleuata vocatio. (Syria) ſublimis. (Sobal) vana vetuſtas. (Ioab) inimicꝰ. (Edom ſeu Idumea) terrenꝰ His autẽ omnibus figurantur elati magnitudine terrenę vanitatis. Glo. Hugo car. Pſalmus iſte dirigens nos (in finẽ), i. in Chriſtum agit (pro his). i. de his (qui commutabuntur) de infidelitate ad fidem de veteri vita in nouam (in ſcriptione tituli) ſuſcepta per fidem facta (ipſi Dauid). i. Chriſto, vt iam nõ ſibi viuant, ſed Chriſto, & hoc in doctrinã eius euntes. Sed quomodo mutaret niſi ignẽ mitteret in terram, nullo modo. Ideo ſubdit, (Cum ſuccendit) dominus igne charitatis (Meſopotamiam Syrie). i. mundum eleuatũ per vocationem apoſtolorum, (& Syriam Sobal). i. ſuperbos & inueteratos in peccato, quos omnes Chriſtus igne charitatis quẽ in terra mittere dignatus eſt, accendit. (Et conuertit Ioab) hoc eſt inimicum vel diabolũ (in fugam) vel hominẽ ad fidem (& percuſſit Edõ) id eſt terrenos, vt viuant cœleſtes, quorũ vanã vetuſtatem conuerit in vitę nouitatem, ſublimitatẽ iu humilitatem. Oportet eñ oẽs iſtos ĩ eiꝰ doctrinã tranſire, qui vult titulum eiꝰ habere, Per.xii. vero milia qui perfectus ẽ numerus, totꝰ mũdus intelligitur, ſeu.xij. apoſtoli qui prędicabãt hanc pfectionem vt terreni homines cœleſtes fierẽt, (& hoc in valle ſalinarum) id eſt in humilitate diſcreta, Vallis enim humilitatẽ, Salinę vero ſaporẽ ſapientię ſignificant, quia multi vane humiliant̃ p terenis. ſcilicet ſapiẽs humiliatur pro domino. Docet ergo beatã eſſe contritionem per, quam probat commutandos ad ęterna. Hugo car. Materia ergo huius pſalmi eſt iſta commutatio. Intentio vero eſt oſtendere beatam eſſe tribulationẽ, & amplectẽdam, per quã fit commutatio de culpa ad gratiam de exilio ad patriã. Caſſio, Et orat hic populus cõuerſus ad Chriſtum vt poſt tribulatiões quas pertulit perducatur ad ipſum Et diuiditur in duas partes. In prima refert perſecutiones vel pcuſſiones quę fiunt pro iſta commutatione perficienda. In ſecunda agit de liberatione ab iſtis, quam & precatur & affirmat, ibi. vt liberentur. Hugo car. Dicit ergo iuſtus conuerſus ad dominum. Glo. Vel propheta in voce percuſſorum in meliꝰ mutatorũ, O

Diuiſio.

ps.59.

1 DEus ✝ repuliſti nos, & deſtruxiſti nos iratus es ‡ & miſertus es nobis.

✝ alia li. pieciſti & ſtruxiſti nos. ‡ Alias cõuertiſti nos.

Caſſiodorus. Glo. Primo itaq; referuntur percuſſiones factæ pro ęternis pœnis vitandis. (Deus) inquit (repuliſti nos). Augu. Gloſa. Qui mali eramꝰ. Caſſio. In quo oſtendit eos gratia dei fuiſſe reuocatos, ne in prauis dogmatibus vita finiretur, (& deſtruxiſti nos). Glo. male ędificatos, vt erigeres in bonũ ędificium. Caſſio. Hęc enim verba non ingratorum ſunt, ſed magis gaudentiũ Ad gratiarum nãq; actionem venit iſta deſtructio quę ſic euertit vt conſtruat, ſic deponit vt erigat ſic humiliat vt ad cœlorũ regna perducat Iratus es & miſertus es nobis merito. Non eñ miſereris, niſi, prius iraſcaris. Ira enim eſt vetuſtati, vt pereat Miſericordia vero, veterem innouat. Caſſio. (Iratus eſt) ergo quando ſuperſtitiones eorum ſubuertit. (Miſertus vero) quando eos ad cultũ verę religionis adduxit, ira profecto miſericors indignatio ſalutaris, captiuitas libera, aduerſitas fructuoſa. Hierony. Repellit enim nos deus, & deſtruit cũ peccamꝰ. Miſeretur vero & ędificat cum ad eum pœnitendo reuertimur. Gloſa, Sic itaq; miſertus es quia.

Caſſio.

2 COmmouiſti terram & ✝ conturbaſti eam, ſana contritiones eius quia commota eſt.

✝ alia li. diripuiſti.

Auguſtinus. Gloſa. (Commouiſti) inquit (terram) ab errore ad pœnitentiam, vibrato gladio ſpiritꝰ cum dixiſti. Pœnitemini & credite euangelio appropinquabit enim regnum cœlorum. Hie. (Cõmouiſti) inquã (terrã) corporis noſtri. Hugo cardina. Et corda noſtra terrena timore concuſſiſti Et nota, ꝙ non dicit mouiſti, ſed commouiſti quia homo per ſe non poteſt mouere, nec deus vult ſine homine, ſequitur. (Et cõturbaſti eam). Gloſa. ad pœnitẽtiã conſcia peccatorũ accuſãte. Hiero. Cum prius produceret tribulos & ſpinas. Glo. Sicut ergo cepiſti, ſic perfice. (& ſana contritiones eius). Hugo car. Id eſt vulnera peccatorum, de quibus cõteritur, & hoc quia cõmota eſt. Hiero. Mota eſt enim a malitijs, vt fructum exibeat ſanctitatis. Caſſiodorus. Et a priſtino errore trãſlata eſt, vt tibi domino pareat, quę ante ydolis ſeruiebat. Auguſtinus. Gloſa. Non enim eſt digna ſanari niſi prius commota ſit. Caſſiodorus. Cœleſti igitur medico produntur vulnera, vt contritis egris cõpetens medicina ſuccurrat. Iſta autem eſt contritio

Marci. 1

Caſſio.

quę nos efficit fortiores, iſta debilitatio quę reddit valentes Hugo cardinalis. Deinde oſtendit ꝑ quid commota ſit, dicens.

3 ✠alia li. plebi tue ‡alia li. cōſopien te.

Oſtendiſti populo tuo ✠ dura, potaſti nos vino compunctionis.‡

Gloſa. (Oſtendiſti dura) inquit. i. temporis miſerias quę nobis per charitatem ſunt delectabiles, & ſi per infirmitatem carnis graues populo iam tuo Hierony. (Oſtendiſti) inquã (populo tuo dura) vt te attentius quæreret. Nã caſtigas omnem filium
2 ad thi. 3 quẽ recipis. Vnde ſanctus Paulus dicit, ꝙ qui volũt pie viuere in Chriſto perſecutionem patiuntur. Caſſiodo. Ideo autem oſtendit deus in hoc tranſituro mundo iuſtis ſuis dura, vt reddat in illa ęternitate precioſa Sequitur. Potaſti nos vino compunctionis. Gloſa. (Non vino in quo eſt luxuria, non in quo peremptio perdens, ſed in quo medicins vtens (vino ſcilicet compunctionis). Caſſio. (Vino) inquã non in quo eſt vitiorũ copia ſed cõpũctionis vbertas, cui cõparata eſt virt⁹ quę in bonum propoſitum ſtudium noſtrę voluntatis immutat. Hiero. Vel p (vinũ) lex populi dei intelligitur, & ipſa compunctio gratia dei eſt. Glo. Et tanquã quęreretur quare hoc facit, Reſpondet. Quia per hoc.

4 ✠ Alias ſignum ✠ Adde ſemper

Dediſti metuentibus te ✠ ſignificationem, vt fugiant a facie arcus.

Augu. Glo. (Dediſti) inquit (metuentibus te ſignificationem) dum per tribulationes temporales ſignificaſti illis qui te metuunt fugere ab ira ignis ſempiterni. Vel (ſignificatio) iſta eſt ſignũ crucis quod nobis pro vexilo datur, vt ſequamur paſſionem chriſti, quia & ſi ſocij paſſionis ſum⁹ & reſurrectionis erimus. Vel (ſignificationem) dedit ſcripturas ſacras vt per eas fugiant (a facie arcus). Hugo cardi. Glo. Id eſt a vindicta iudicij futuri. Caſſ. Facies enim arcus diem iudicij euidenter oſtẽdit,
Grego. vbi noui & veteris teſtamenti quaſi duobus inflexis iugis omnis populus iudicabitur. Augu. Glo. & Grego. in mo. ſuper Iob lib. xix. Vel ideo per arcum, futurũ iudiciũ deſignatur, quia arcus qᵗo pl⁹ retro tenditur, tanto impetuoſius ſagitta in priorã fertur, ſic & iudicium quãto magis differtur, tanto durius venturum eſt. Arcus etiam extentus minatur, ſed nondum ferit, ſic iudicium nos iam terret, ſed nondum damnat.

Dyapſalma.

5 Tertia pars.

Vt liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua & exaudi me.

Gloſa, Hugo car. Secunda pars vbi agit de liberatione quã precatur, & affirmat pro qua gratę ſũt etiam percuſſiones quę hominem liberant. Vnde dicit. (vt liberẽtur dilecti tui) Hugo car. A ſeruitute ſcilicet diaboli in pręſenti & ab omni pœna in futuro, (ſaluum fac dextera tua. Lyra Quia non poteſt hoc fieri virtute humana. Hieronymus. Dextera
Auguſti. autẽ hęc Chriſt⁹ eſt, qui & ſalus noſtra eſt. Caſſiodorus. Bene itaqꝫ precatur vt ſalu⁹ fiat dextera, quia in ipſa parte ſtatuti ſunt, qui perpetua fœlicitate gaudebunt. Auguſtinus. Glo. (Saluum) igitur (fac dextera tua), vt ſcilicet ſtemus ad dexteram vbi eſt vera & ęterna ſal⁹ (& exaudi me). Glo. Quia iam peto quod dare vis. Hugo cardi. Nõ enim peto temporalia ſed ęterna. Gloſa. Et ideo neceſſe eſt vt me audias. Quia.

6 ✠alia li. ſctuario ‡ alia li. dimetiar vallẽ ſoccot.

Deus locutus eſt in ✠ ſancto ſuo lętabor & partibor ſichimam & cõuallem ‡ tabernaculorum metibor.

Hierony. Caſſio. (Deus) inquit (locutus eſt in ſancto ſuo), pater ſcilicet ĩ filio, deo & homine, de quo Gabriel ad Mariam ait. Quod naſcetur ex te ſãctũ vocabitur filius dei. (Locutus eſt) autem euangelicã veritatem, per quam venit redemptio fideliũ & beatitudo ſanctorũ Hugo car. In qua promiſit ꝙ ponet agnos a dextris. Et, propterea (lętabor) in his quę dicta ſunt mihi. Caſſio. Iuſte enim lętabatur populus, cui proſpere locutus fuerat domin⁹, (& partibor vel diuidam ſichimam). Auguſti. Idẽ.
Sichima qd ſ interpretatio nominis. Eſt enim ſichima locus vbi Iacob rediens a labã, fecit tabernacula propter oues & armenta, & vocauit Socchot. i. tabernacula, vbi & abſcondit ydola quę habebat de Syria, in qua diu peregrinatus fuerat infodiẽs ea ſub Therebintum. Sichima ergo ſignificat gentes quę diuiſę ſunt, quia non omniũ eſt fides. Alij enim credunt, alij non. Secũdum interpretationẽ vero Sichima ſunt humeri qui diuiduntur. i. onera quę ſic partiuntur, vt alios peccacata grauent alij leue iugum Chriſti ferant. Hiero. Vel diuidet deus ſichimã cum aliam partẽ ad beatitudinem trãſferet, aliam vero quã iniuſtã reperiet cum infidelibus ponet (& cõuallẽ tabernaculorũ metibor). Caſſio. Conuallis dicitur quaſi cauata vallis. Idem. Glo. Et ſignificat iudęos qui etiam diuidunt, quia alij credũt alij nõ. Metibor itaqꝫ cõuallem iſtam, quia de iudaica collectione habebo nõ modicã portionẽ, in quo conſtat eccleſiam de varijs nationibus quaſi diuerſis floribus in coronę ſpecie eſſe formatam. Hugo cardi. Poſt hęc & ex his ſequitur cõmunio omnium bonorũ quę fiũt in eccleſia. Vnde ſequitur.

7 ✠alia li. Effrem.

Meus eſt Galaad & me⁹ eſt Manaſſes, & Effraym fortitudo capitis mei.

Hiero Vniuerſa hęc de gentium vocatione dicuntur, quarũ diuerſę virtutes ſub ſingulorum nominum interpretatione referẽdę ſunt. Caſſ. Galaad
Galaad interpretatio. interpretatur aceru⁹ teſtimonij quod ad martires referendũ eſt Teſtes enim grece martyres dicũtur in quo deſignat magnam martyrum fore congregationem. Gloſa. Et hoc eſt quod ait. (Meus eſt Galaad (id eſt mei ſunt martyres veri. (Et meus eſt Manaſſes) id eſt omnis ille qui oblitus prioris vitę in anteriora cum apoſtolo ſe extendit, Vel (per Manaſſes (intelligitur eccleſia gentium, quę prius ſterilis maledictioni & opprobrio ſubiacebat. Sed modo cum parit, iam oblita eſt opprobriorũ & ignominię. (Manaſſes) enim interpretatur oblitus
Manaſſes interpretatio. per quod ſignificantur fideles qui ſũt prioris cõfuſionis obliti. Hiero. Vel in Galaad & Manaſſes totum ſibi ſubiectũ indicat mũdũ & (Effraym fortitudo capitis mei). Augũ. Caſſi. Glo. Effraym fructificatio interpretatur, & hæc fructificatio, eſt fortitudo capitis mei, id eſt chriſti dicit eccleſia. Caput enim eccleſiæ chriſtus eſt, ſed vnde fructifica-
Effraim interpreta. tio fortitudinis eius? quia granum in terram ceci

dit chriſtus ſcilicet in paſſione, & ſecuta eſt fructificatio eius in reſurrectione. Hierony. Vel in Effrē ſeu Effraym populi futuri id eſt eccleſię congregandę ſpeciē ſignat, propter benedictionem quā Iacob in eum effudit.

8 ✠ Alias legitur ‡ Alias lauacri

IVda rex ✠ meus, Moab olla ‡ ſpei meę.

Gē.49

Gloſ. (Iuda) inquit (rex meus) id eſt chriſtus. Hierony. Caſſiodo. Glo. Per Iudam enim chriſtus intelligitur qui ex tribu Iuda ortus eſt, de quo & prędictū fuerat, quia non deficiet princeps de ſtrirpe eius donec veniat dominus, cui & Iacob ei benedicens in figura chriſti ait. Iuda te laudabūt fratres tui. Man⁹ tuę i ceruicib⁹ inimicorū tuorum, Iſte ergo populus a tituli inſcriptione non diſcrepat qui regem ſibi Iudā id eſt ſaluatorem eſſe teſtatur Cum exultatione autē dicēdum eſt (Iuda rex me⁹) „ quoniam hęc fideliū glorioſa eſt confeſſio (Moab olla ſpei meę) Hierony. (Moab) In geneſi maledictionis ſuſcepit opprobrium, qui poſt decē generationes recipitur in eccleſia dei, ideoq; & olla ſpei, quaſi poſt conuerſionem vrēs crudelitatē pccati. Spes enim de peccatoribus hęc ęſtuat vt decoctis peccatis conuertantur & viuant. Auguſt. Glo. Vel „ (Moab) ideo dicitur (olla ſpei) quia filię Loth male vtentes patre genuerūt Moabitas, ſic & qui male vtitur lege, generat mala opera, et qui bene bona. A male vtentibus autem lege oritur tribulatio eccleſię, & hęc eſt olla feruens ab aquilone .i. diabolo, ſed chriſto duce olla iniquitatis ardens facta eſt ſpei, non conſumptionis, quia tribulatio patientiam operatur. Patientia probationem. Probatio vero ſpē facit cum charitas ardet contra ollam iniquitatis. Vel per (Moab) gentes intelliguntur. Per ollam refectio, de gentibus autem quidam fuerunt cōuerſi, & hi vſti ſūt tribulatione, quidā non ſunt cōuerſi, qui ſcilicet alios vrūt, vtriq; vero & vrētes & vſti ſunt olla .i. refectio chriſti & eccleſię, quia de vſtis conſolatur, de vrentibus proficit, & eſt ſenſus (Moab) id eſt gētes ſcilicet vel vrētes alios tribulatione vel vſti, ſunt olla .i. refectio ſpei meę, id eſt vnde ſpes michi vitę eſt.

Roma.5

ix Alia li. allophili. Aliter legitur. Ionnice interpretatio.

IN idumeam extendam calciamentum meum, michi alienigenę ſubditi ſunt.

Hiero. Super Idumeam incedā calciamento meo michi Paleſtina fœderata eſt. Hieronym⁹. Idumea interpretatur ſanguinea, ſiue terrena (in idumeā) itaq; id eſt in homines terrenos extēdā (calciamentum meū) .i. mea exēpla, vel per hoc vſq; in regionem Eſau, apoſtolorū pedes dirigendos eſſe pronunciat, quia in calciamentis pedes, in pedib⁹ vero greſſus apoſtolici intelligūtur, iuxta illud. Quā ſpecioſi pedes euangelizantium pacem euangelizantiū bona. Auguſtinus Gloſa. Euangelium nāq; eſt calciamentum quoddam quo munitur vita gradientium in mundo, vel p calciamētum quod fit de corio mortui animalis intelligitur humanitas chriſti, in qua latuit deitas. Gregorius. in expoſitione euāgelij. Ho. vij. Quid igitur per (idumeā „ niſi gentilitas. Et quid per (calciamentū) niſi aſſū„pta mortalitas deſignatur (in idumeā) ergo dominus (calciamentum) ſuum ſe extendere aſſerit quidum per carnem gentibus innotuit quaſi calciata ad nos diuinitas venit. Hugo car. (calciamentum) itaq; (meum) id eſt meam humanitatem. vel euangelium meum ait Chriſtus extēdam in idumeam, & per hoc (michi alienigenæ ſubditi ſunt). Hiero. (Alienigenæ) id eſt gentes (ſubditæ ſunt) eccleſiæ „ in allophilis enim ſecundū aliam literam alienarum gentiū prauitatem oſtendit, quę ante aduentum chriſti in ignorantię tenebris reſidebāt, nūc autem ſubditæ ſunt, vnde ꝓpheta. Vocabo inquit michi nō plebē meā plebē meam Augu. Caſſ. Vel per allophilos fictos vult⁹ intelligi chriſtianos, qui & ſi chriſtum adorant, non tamen ſunt regnaturi cum chriſto. Gloſa. Dico autem ꝙ extendam calciamentum meum in idumeam, Sed.

Roma.x

Auguſti.

Oſee.2

10 ✠ alia litera circūſtātie. ‡ alia li hab et hic ant.

QVis deducet me in ciuitatem munitam ✠? quis ‡ deducet me vſq; in Idumeam?

Caſſi. Deſiderio enim futuræ beatitudinis fidelis populus exclamat ad dominum dicens (Quis deducet me in ciuitatem munitam, quaſi dicat nullus niſi tu ſolus deus). Hierony. Chriſtus enim dominus qui auertit impietatem ab iacob, ipſe deducet nos in iſtā ciuitatē in qua ſācti diuinā circūſtāt maieſtatē. Caſſ. (Ciuitatē) autē (munitā) hieruſalē futuram dicit, quæ ſic munita atq; perfecta erit vt nulla vlterius perſecutione quatiatur Hieronym⁹ Vel (ciuitatem munitam) vocat eccleſiam quæ munitata eſt per fidē (Quis deducet) me (inquam) in „ ciuitatem munitam, aut (quis deducet me vſq; in „ Idumeā. Gloſa. Vt regnem in terrenis, qui de me non ſunt, nec de me proficere volunt. Caſſio. Idumea enim vt iam ſupra dictum eſt, terrena ſignificat, & iſtud ſub interrogatione legendum. Deſiderat enim & illos populos ſibi applicari, qui adhuc non meruerunt eſſe perfecti, vt completo numero prædeſtinatorum ſimul cum eis ad æterna gaudia perueniat. Glo. Quis inquā deducet me. Sequitur.

11 ✠ alias exercitibus.

NOnne tu deus qui repuliſti nos? & non egredieris deus in virtutibus ✠ noſtris.

Caſſio. Dicendo enim (nonne tu deus?) oſtendit de quo ſuperius. (Quis deducet me) dicebat. q. d. Tu reuera domine perduces ad regna tua, qui nos „ feciſti damnare ſimulachra. Ideo autem dicit (qui repuliſti nos). i. a malo prohibuiſti, ne ſcilicet in noſtra voluntate verſaremur erronei. Hiero. Vel repuliſti nos) ꝓpter tranſgreſſionem noſtrā, vel propter peccatū Adæ, vt probatos cognoſceres. Caſſiodo, Repellit enim dn̄s a religione peruerſa quos dignatur ꝑducere ad dogmata chriſtiana, ſicut in initio pſalmi iam dictum eſt, ſequitur. (Et „ nō egredieris deus in virtutibus noſtris). Auguſ. Glo. Id eſt nonne contra eos apparebis qui dicūt vbi eſt deus eorum? Et nonne oſtēdes potentiam tuam qualem oſtendiſti in patrib⁹ noſtris Dauid Moyſe Ieſu naue, quibus gentes ceſſerunt? Et ipſi magna ſtrage facta terram promiſſam obtinuerūt Quia ergo deduces nos, Ideo.

12 ✠ alias ab homine.

DA nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus ✠ hominis.

Glo. inde ſubueni vnde putaris deſerere hoc quæ

ro non ſalutem tēporalē quia vana. Caſſiodorus. Orat enim eccleſia vt de tribulatione iſtius mundi quā iugiter ſuſtinebat domini ſibi proueniret auxilium, ſciens tanto illic amplius vnumquemq; fore conſolandum, quāto hic ꝓ eius nomine fuerit vehementer afflictus. Glo. (Da) inquam (nobis auxilium de tribulatione).i. inde ſubueni vnde putaris deſerere. Hoc enim quęro, nō ſalutem tēporalem. (Et).i. quia vana ſalus hominis). Hugo car. Id eſt ſalus expectata ab homine, quia homo vanitati ſimilis factus eſt. [Hieroni.] Hiero. Audiant itaq; hęc qui ſpes ſuas in potētatibus hominum, vel in terrenarum diuitiarum ſplendoribus ponunt, quia vana inquit eſt ſalus hominis. Deus vero ſalus omniū opportunum tribulationibꝰ noſtris pręſtat auxilium. Caſſiodo. Salutem autem pręſtare non poteſt indignꝰ ſalutis. Ideoq; ſperare in homine nō debet qui proprijs viribus probatur eſſe infirmꝰ. Vnde propheta. Maledictus homo qui confidit in homine, & a domino recedit cor eius. Hugo cardi. Vana inquam eſt ſalus hominis, ſed nō ſalus dei. Quia.

13 IN deo faciemus virtutem, & ipſe ✠ ad nichilum deducet tribulantes ‡ nos.

[✠ alia li. cōculcabit.]

Au. (In deo iqt (faciemꝰ (virtutē Nō i gladio. Nō i eqs. Nō i loricis. Nō i ſcutis, Nō i potētatu exercitꝰ Sed vbi? In deo. Caſſ. Non enim cum diabolo quibꝰ armis deuincēdi ſūt hoſtes incendio, gladioq; certandū eſt, ſed illis virtutibꝰ quibus Chriſtus ipſe pugnauit, vt ſcilicet ſuperbiam humilitate vincamus, diuitias aut alijs aduerſarijs mundi paupertate ſuperemꝰ. Ipſe deniq; (i deo faciet virtutem) qui in mandatis eius iugiter perſeuerans, diabolicas tēptationes eodē miſerante calcauerit, ſequitur. (Et ipſe ad nichilum deducet tribulantes nos). Hugo car. Scilicet diabolum & malos homines. Caſſio. Delendo eos de libro viuentium, vbi ſibi ſcripti videbantur elati. Quid igitur opus ſūt arma, vbi talia probātur eſſe auxilia, ipſe enim pugnat cui nullus reſiſtit, ipſe inſequitur, quem nullus declinat.

¶Pſalmus.lx.

¶Titulus.

In ✠ finem in hymnis pſalmꝰ Dauid.

[✻ Alias victori]

Caſſiodorus. In finem quid ſignificet iam notum eſt. In hymnis grę cum vocabulum eſt. Id eſt in laudibus quia totus pſalmus Chriſti pręconia pſonabit. Dauid vero Chriſtum ſignificat, cuius laudem decantat populus chriſtianus qui toto orbe diffuſꝰ eſt

Lyra dicit ꝙ ſibi videtur Dauid feciſſe hunc pſalmum poſtquā euaſerat manꝰ Saulis ipſum in modum coronę cingētis, vt habetur primi Reg. xxiij. ꝓpter quod Dauid aſcendit inde, & habitauit in locis tutiſſimis Engad vt habetur primi Reg. xiiij, Et inde traſiuit ad terrā philiſtinorū vt habetur primi Rēgum. xxvij.

cuius vox hic eſt petentis vt ſub alarum tegmine protegatur. Hieronymus. Vel vocem cōtinet prophetę gratulantis de ęternitatis beatitudine. Glo. Hugo cardinalis. Intentione autem monet ad laudem. [Diuiſio.] Et diuiditur in duas partes. In prima inter tribulationes poſitus iuſtus vel eccleſia orat, & ſe perſeueraturū dicit. In ſecunda ſe auditum eſſe iudicat & laudes promittit, ibi, Quoniā tu deꝰ meꝰ. Dicit ergo i ultꝰ vel eccleſia toto orbe collecta quaſi homo vnus.

1 EXaudi deus ✠ depręcationem meam, intēde orationi meę. [ps.60.]

[✠ Alias laudationem.]

Aug. Gloſa. Eccleſia vndiq; preſſa orat & dicit. (Exaudi (inquam (deꝰ deprecationem meam). Caſſiodo. Deprecatio autē eſt aſſidua quidem communiſq; ſupplicatio, quam & hominibus a quibus aliquid petimꝰ frequenter offerimus, hanc a domino deprecatur audiri. Hugo cardina. Pro malis amouendis, (intende orationi meę). Itēde bonis adipiſcēdis. Caſſio. Orationi enim ſuę quā tantum ſanctę trinitati iure perſoluimꝰ, poſtulauit intēdi .i. proſpici atq; miſereri, quoniam eam puriſſimam diuinis conſpectibus offerebat, cuius talis virtus eſt vt cum fideliter depromitur, probabile deſiderium obtinere monſtretur. Glo. Et ideo intende. Quia.

2 A Finibus terræ ad te clamaui ✠, dum anxiaretur ‡ cor meum ✻ in petra exaltaſti me.

[✠ alia li. clamabo ‡ Alias cū fortis eleuabitur aduerſum me.]

Auguſtinus. Gloſa. Vox iſta, vox eſt eccleſię laborantis in terra quaſi vnius hominis. Sed tamē nō vnus quia a finibꝰ terrę clamat. Hiero. Caſſiodo. (A finibus) inquit (terrę).i. a quatuor mundi partibus, ab vniuerſo orbe terrarum in quo eſt omnipotentis dei eccleſia conſtituta. Gloſa. Et vſq; ad terminos terrę diffuſa, (ad te clamaui. Hiero. Ab intimi cordis dolore (cum anxiaretur cor meū). Glo. Augu. Id eſt clamaui in anxietate. Cum enim anxiaremur. i. in temptationibꝰ quę vtiq; ad prouectum ſunt, tunc clamamꝰ. Nemo enim ſibi innoteſcit niſi temptatꝰ, nec poteſt quis coronari niſi vicerit, nec vincere niſi certauerit, nec certare niſi inimicos & temptationes habuerit. Deinde ſequitur exauditio cū dicit (in petra exaltaſti me). Gloſa. Q.d. anxiatur cor ſed nō ideo vincor, quia (in petra exaltaſti).i. in Chriſto exaltaſti me). Hierony. Caſſiodorus. Petra enim iſta Chriſtus eſt de qua ait apoſtolus. Petra autē erat Chriſtus [i. cori. x.] In hac autem petra ſe exaltatū eſſe pronunciat in qua omnis edificatus eſt Chriſtianus, in qua & fūdata eſt eccleſia prout alibi dominꝰ Petro ait. Et ſuper hāc petram edificabo eccleſiam meā. [mat. xvi.] Et iterū, venerūt flumina & flauerunt vēti & irruerunt in domum iſtam & nō cecidit, Fundata enim erat ſupra firmam petram quę eſt Chriſtꝰ. Hug. car. In his autē verbis oſtēdit orationem ſuā eſſe communē, quia (a finibꝰ terrę. Rectam, quia (ad te). Deuotam (quia clamaui). Neceſſariam, quia (dum anxiaretur cor meum). Et fidelem, cū dicit (in petra exaltaſti me). Gloſa. Exaltaſti me dico. Et exaltatum.

5 DEduxiſti ✠ me quia factus es ſpes mea, turris fortitudinis a facie inimici.

[✠ alia li. deduces me.]

Hierony. Vox eccleſię ad Chriſtum. (Deduxiſti) inquit (me).i. in temetipſo duxiſti qui es deus meus & viator meus. Auguſti. Ipſe enim deducit tanquā dux, & in ſe ducit tanquā via, & ad ſe perduxit tan

quā patria. Hugo car. (Deduxiſti me) inquā vt in bonis proficerem de virtute in virtutem. Auguſtinus. Sed vnde: (Quia fact⁹ es ſpes mea). Idem. Nā ſi ſpes noſtra factus non eſſet, nō nos deduceret.

Hieroni. Hierony. Fact⁹ es dico ſpes mea. Quia quemadmodum tu reſurrexiſti immortalis, & nos ſic credim⁹ reſurgere. Aug. Gloſa. Et ſperam⁹ q̄ nos non perdet propter quos filium ſuum miſit temptari, crucifigi, mori, reſurgere, ꝓpter quos & filio ſuo nō pepercit, ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illū. Fact⁹ es tanq̄ ſpes mea, & turris fortitudinis a facie inimici).

Caſſio. Caſſiodorus. Vbi per turris ſimilitudinē dominum ſignificat Saluatorem. Nam ſicut turris ciuitatis muros vendicat, & irruentes hoſtes ex alto vulnerat. Sic turris domini populum ſuū defendit. Turris inquā virtutibus plena nō gladijs, quę verbo pugnat non prēlio iubens omnia, nō decertans. Aug. Gloſa. Hæc enim turris fortitudinis refugium eſt contra omnia ſcandala, dum ſcilicet cogitat homo q̄ prior Chriſtus paſſus eſt, & quo fine paſſus eſt. Gloſa. Ergo itaq; hac turre munitus.

4 ✠ alia li. inquilinus ero. ‡ alia li ſperabo; in protectione ⁎ alia li. ſemp additur.

4 INhabitabo ✠ in tabernaculo tuo in ſęcula, protegar ‡ in velamento alarum tuarum. ⁎

Glo. Q. d. quicquid agat inimicus, (inhabitabo in tabernaculo tuo in ſęcula). Hiero. In illo vtiq; tabernaculo vbi ſine fine māſueti deum iugiter cōtemplantur. Hugo car. Vel in tabernaculo tuo. i. in eccleſia militante ero & contra inimicū pugnabo Caſſiodo. Confidit enim in beneficijs dei vt contra huius mundi pericula in tabernaculo deſtutiſſime perſeueret. Gloſa. Et hoc in ſęcula). i. donec peragantur ſęcula. Augu. Nam non vincetur eccleſia, non eradicabitur, nec cedet quibuſlibet temptationibus donec veniat huius ſęculi finis. Hugo cardina. In habitabo dico in tabernaculo tuo in ſęcula, & hoc nō fortitudine mea, ſed quia (protegar in velamento alarum tuarū. Gloſa. Id eſt in munimine miſericordię & potentię tuę quę alis comparantur. Hiero. Vel alę due duo teſtamenta ſunt quibus protegitur eccleſia. Caſſio. Merito autem alis protectio domini noſcitur cōparata, quia alę nec ſubiectos onerant, & lęſionem totius cōtrarietatis emendant. Auguſtinus. Eſtus itaq; eſt ſęculi, ſed magna vmbra eſt ſub alis dei.

5 D p a pſalma. Secūda pars. ✠ alia li nō habet meus.

5 QVoniam tu deus meus exaudiſti orationem meam, dediſti hęreditatem timentibus nomen tuum.

Gloſa. Hugo car. Secunda pars vbi oſtendit ſe exauditum vnde promittit laudes. Caſſio. Cur itaq; in velamento alarum domini lętetur oſtendit dicens. (Quoniam tu deus meus exaudiſti orationē meam). Idem. Gloſa. De qua incipit in principio pſalmi. Augu. In quo admonemur nō ceſſare orādo, quādiu tempus eſt temptationū. Et vere (exaudiſti orationem meam, quoniam dediſti hęreditatem timentibus nomen tuum). Hiero. Id eſt in regno cœlorū prēſtitiſti eis vt vitam ęternam hęreditent.

Gloſa. Glo. Caſſio. Dediſti autem dicit de prēterito, quia iam in quibuſdam cœptum eſt, vel prēteritum pro futuro ponit, prę nimia certitudine. q. d. Non dicam dabis ſed dediſti, quia a deo certus ſū quaſi iam eſſem in ipſa hęreditate, Caſſio. Hęreditas autem hęc, non morte relinquitur, ſed cum largitore ſuo perpetuo munere poſſidetur, nec habet finem, quia cum ſemel ſuſcepta fuerit, nūquā a nobis aliqua permutatione diſcedit. Glo. Dabitur autem hęc hęreditas timentibus nomen tuum. Nō enim eſt (vt apoſtolus inquit) diſtinctio Iudæi & Græci, ſed in omni gente quę timet deum hic acceptus eſt illi. Deinde oſtendit qualis erit iſta hęreditas, dicens. Roma. 2

vi ✠ alia li. ſeculi & ſecula.

6 DIes ſuper dies regis, adijcies annos eius vſq; in diem generationis ✠ & generationis.

(Dies) inquit (ſuper dies regis adijcies. Glo. Id eſt ſuper iſtos dies, quibus in pręſenti regnat Chriſt⁹ rex noſter in eccleſia (adijcies dies ęternos, vt non ſolum his diebūs regnet in eccleſia, ſed & regnent cum illo ſancti in ęternum. Et eadē hęreditas quæ eſt in rege ſit in milite. Caſſiodor⁹. Chriſtus enim rex noſter dicitur, quoniā ab ipſo regimur, & ei⁹ virtute ſaluamur. Hiero. cui⁹ dies ęterni ſunt qui cotidie ſuper dies augentur, eo q̄ claritatem eius nulla diſcriminet nox. Caſſio. Dies vero iſti plurimi dicuntur, quoniam illis & noctes ſuccedere comprobantur. In illa autem æternitate vnus eſt dies, qui nullo termino finietur. Augu, Gloſa. Et propterea dicit (dies ſuper dies) vt ſit vnde cogites quid ſit de illa ęternitate de qua quicquid dixeris minus dicis. Gloſa. Deinde alijs verbis idē repetit dicens (annos eius). Hugo car. Suple adijcies, & facies durare vſq; in diem generationis & generationis. i. vſq; in diem qui tranſcendet ſęcula præſentis & futuræ generationis. Hiero. Tunc ei adijcientur inter iſtas generationes regis huius, & dies & anni, cum ſcilicet congregatis electis ſupplantatiſq; inimicis ſub pedibus, tradiderit regnū deo patri ſimul cōgregatis ſanctis. Glo. Iſti quidē dies & anni qui ſūt vſq; in diē generationis & generationis ſūt vnus dies. qui, continet & tranſcēdit ſæcula præſentis & future generatiōis. Et hæc dies eſt ęternitas q̄ qualis ſit, oſtēdit cū ſub iūgit. Caſſio. Augusti.

7 ✠ Alias ſedebit ſemper ante faciē dei. ‡ Alias mīa & veritas ſeruabit eum.

7 PErmanet ✠ in ęternum in conſpectu dei, miſericordiam & veritatem eius ‡ quis requiret.

Oſtēdit quis ſit ille dies ſup dies & ſup annos quē adijciet eſt inquit dies æterꝰ qui permanet ī æternum ante cōſpectum dei. Hiero. (Permanebit) enī (in ęternum) populus ſanctus in beatitudine nullo iam in eo mortis domino dominante, Et hoc (in conſpectu dei) vbi iam nulla erit mutabilitas Gloſa. Et quia hęreditatem talem habebit milles, propterea (mīam & veritatem eius quis requiret), in æterna ſcilicet vita. q. d. nullus. Hiero. Caſſio. Non enim requiritur mīa ac veritas ab his qui in plenitudine dei cōſiſtūt quib⁹ nec quicquā deęſt iuxta illud oraculū Saluatoris, i die illa nihil rogabitis patrē. Caſſ. Glo. Quare ergo tūc quæreretur mīa, vbi null⁹ erit miſer, quare veritas vbi cūcti deū videbūt. Et qa ita tūc erit, ideo qcqd alij faciēt, Ego Gloſa.

8 ✠ alias habet hic deus

8 SIc pſalmum dicam nomini tuo ✠ in ſęculum ſęculi, vt reddam vota mea de die in diem,

Gloſa.' Sic pſalmum dicam)inquit(nomini tuo) id eſt ſic operabor ad honorem tuum,vt quicunq; requirat ex meo ita faciat . Caſſiodorus .Non in breui tempore,ſed(in ſæculũ ſæculi, ex hoc ſignificans deuotionem ſuam immutabili perẽnitate manſuram. Hiero. Cum enim dicit.(Sic pſalmum dicam)hoc eſt,quod prędicabo,& opere cõplebo . Gloſa.(Sic)inquã(pſallam vt reddam vota mea de die in diem). Hierony. Hoc eſt ꝙ quicquid ſpopõdi deo cuſtodiã. Gloſa. Et ꝙ voui reddam aſſidue. Auguſtinus. Vis itaq; in ſęculũ ſęculi pſallere,vis in ęternũ pſallere,redde ei vota tua in iſto die , donec peruenias ad æternum diem. Caſſiodor⁹. Reddamus ergo ei vota noſtra in iſto tranſitorio die, vt in illa perennitate laudes domini eodẽ pręſtante decantare mereamur.

¶Pſalmus.lxi.

¶Titulus.

In finem ✠ pro Idithũ pſalm Dauid

✠ Alias victori vel inuitatoriũ.

Caſſiodorus. In finem .i. Chriſtum(ꝑ Idithũ Idithũ trãſiliens interpretatur vt ſupra dictũ eſt. Gloſa. Et iſte eſt Dauid prophetę qui hic loquitur in perſona tranſilientis . Pſalmus dico habitus(pro Idithun),i.agens de trãſiliente in finem.i.in Chriſtum' Caſſio. Vel tranſiliente amatores huius ſęculi quos miles Chriſti contẽpta voluptate tranſcendit. Vox ergo iſta, vox eſt cõuerſi dicentis animã ſuam deo eſſe ſubiectam,monentiſq; errantes vt magis in domino, quã in caduca hui⁹ mundi fœlicitate confidant . Et hęc eſt intentio pſalmi qui diuiditur in tres partes. In prima tranſiliens iſte reſpõdet inuidis volentibus decipere. In ſecũda ſeipſum hortatur ſubijci deo,& ad idem monet alios ,ibi Verũtamen deo ſubiecta eſto. In tertia errantes increpat monens in domino non in caducis & tranſitorijs confidere,ibi. Verũtamẽ vani filij hominum. Gloſa,Hugo car . Tranſiliẽs ergo iſte videns tot impedimẽta ſęculi ſibi occurrentia,deo ſe ſubdit qui eſt altior eo. & inferioribus ſe quaſi de alto reſpõdet increpando , & dicẽs.

Diuiſio.

Lyra ad literam proſequitur expoſitionẽ huius pſalmi de Dauid cũ eſſet i perſecutione ſaulis, & hoc poſtq̃ ad verbum Gad prophetę de terra Moab reddijt ad terram Iuda,vt habetur primi Reg.xxij. de quo & fecit pſalmũ decimũ vt ſupra dictum eſt.

ps.61.

1 NOnne deo ſubiecta erit anima mea ? ab ipſo enim ſalutare meum.

✠ Alia li. ſic habet Attamẽ apud deũ ſilebit aia mea

Gloſa . quaſi dicat & ſi multa tranſilio ſub deo tamen ero. Caſſiodo. Per totum enim hunc pſalmum vnus introducitur fidelium qui ſęculi vitia relinquens ſoli deo ſubditum eſſe commemorat dicens. (Nonne deo ſubiecta erit anima mea). Glo. Q.d. Immo erit ſubiecta,nil pręter eum cupiens. Hoc autem ideo dicit, ne tranſiliendo ſit elatus,quia qui ſe exaltat humiliabitur. Caſſiodo. Ille autem ſubditus eſt deo,qui ſemper humiliter, atq; attente illud agit quod ad eius mandata pertinere cognouerit. Aug. Securuſq; trãſcendit omnia,qui illi ſe ſubijcit,qui eſt ſuper omnia. Caſſio. Quare autem illic ſubiecta ſit, cauſa iuſtiſſima ſubiũgit̃ cum dicitur.(Ab ipſo enim ſalutare meum).

Caſſio.

Idem. Glo. Ab ipſo hoc eſt a patre . Salutare meũ, id eſt filius qui credentibus ſalutaris exiſtit.

2 NAm ✠ & ipſe deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor ‡ me⁹ nõ mouebor amplius.

✠ Attamen ipſe ſcutũ et ſalus.

‡ alia li. adiutor.

Caſſiodo . Quia ſupra dixit A patre genitum ſalutis auctorem,ne propterea crederes filium minorem eſſe patre,ſubiungit.(Nam & ipſe deus me⁹ & ſalutaris meus). Augu. Glo.(Meus)autem dicit,nã licet ſit deus omnium per potentiã (meus tamen eſt quadam ſpeciali proprietate per gratiam. Caſſ. Repetit etiam(ſalutaris meus)per incarnationem quia ſalus humani generis quę in Adam perierat per chriſtum reintegrata eſt. Et deinde addit.(Suſceptor meus non mouebor amplius). Glo. Vt pri⁹ motus ſui carnis infirmitate . Hierony . Firmiter enim ſe in eo ſtaturũ confidit cuius adiutor Chriſtus eſt in præſenti,& ſuſceptor in æternitate vbi nec timet cadere,nec habet quo currat amplius niſi vſq; ad deum. Caſſiodo. Quod autẽ dicit amplius ſignificat aliquando ſe motum. Fuit enim tempus quando iſte' Idithun,hoc eſt nunc tranſiliens pręgrauatus carnis imbecillitate titubauit. Sed poſtq̃ veri dogmatis illuminatione completus eſt,moueri non poterat qui iuuante domino fidei firmitate cõſtabat. Gloſa. Et quia non mouebor ampli⁹. Propterea.

3 QVouſq; ✠ irruitis in hominem interficitis vniuerſi vos, tanquã parieti inclinato, & marcerię ‡ depulſę.

✠ alia li. iſ. diamini.

‡ alia li. corruentes.

Caſſio . Loquitur enim populus dei ad perſecutores chriſtianorũ.(Quouſq;(inquit(irruitis in hominem). Hugo. cardi. Lyra. Id eſt in me ipſum, rationabiliter,& iuſte viuẽtem. Et loquitur de ſe tãquam de alio. Augu. Irruitis dico inſultando, opprobria iaciendo,inſidiãdo,perſequendo,opponẽdo ſuper hominem onera,& irruendo(interficitis vniuerſi vos). Hiero. Qui enim voluntatem habet occidendi, etiam ſi non percutiat occidit . Gloſa. Hugo. car(Irruitis)autem tanq̃ deiecturi me incũbentes michi(tanquã parieti inclinato',& minãti ruinam,(& maceriæ depulſæ) quæ debilis eſt ſine ligamine,putantes ꝙ ſine defenſore ſim . Caſſio. Aptiſſima certe comparatio. Paries enim inclinatus eſt,qui & ſi non impellatur occumbit,quia in caſum vergit quicquid a ſoliditate ſua fuerit inclinatum. Maceria vero eſt , ſaxorũ ſicca conſtructio quę ſine aliquo ligamine impenſa in altum ducta componitur,quę facile ad imum vergit cum aut ventorum flatibus, aut aliqua fuerit impulſione caſſata,ſic iſti putant chriſtianum populum defenſorem firmiſſimum non habere , quem ſic paſſim impia voluntate trucidant. Glo. Et quãuis nichil poſſiut contra me perſecutores.

Maceria quid

4 VEruntamen ✠ precium meum cogitauerũt repellere, ‡ curcuri inſiti, ore ſuo benedicebant & corde ſuo maledicebant. ✳

✠ alia li. pertem.

‡ Alias placuerunt ſibi in medacio.

✳ Adde ſemper

Gloſa. Nichil poſſunt inquit contra me(Veruntamen)ficti & occlti,& ſi non audent proferre. quia tamen latet venenum in corde (cogitauerunt re=

pellere precium meum) id eſt Chriſtum, ne homines colerent eum. (Vel cogitauerunt) mihi tollere æternam beatitudinem. Caſſiodorus. Superior eñ verſus reſpicit ad paganos, qui aperte perſequuntur, iſte autem ad iudæos & fictos pertinet chriſtianos, qui cogitabant repellere Chriſtum qui eſt caput & precium noſtrum, quando ne puro corde coleretur ſacrilegis dogmatibus obuiabant: tunc autem ſanctus vir curſum vitæ ſuæ in vitæ ſterilitate peragebat, quia inuenire non poterat quem potaret, vnde ſequitur (cucurri in ſiti.) Hugo cardinalis. id eſt cum magno deſiderio non conſiderans. tribulationem quam ingerūt, nec temporalia quæ promittunt. Auguſti. Cupiens eos in corpus meū traijcere. Caſſiodorus. Hoc enim ſitis agit, vt foris poſitum humorem deſideret in ſua membra traijcere. Cauſa autem tantæ ſitis ſubiungitur cum dicitur (ore ſuo benedicebant) & corde ſuo maledicebant. Lyra. quia per hoc tendebant me morti tradere. Idem. Benedicūt enim ore qui legem domini fallaci meditatione pertranſeūt, & nō hoc operibus demonſtrant, quod ore pronunciant, corde autem maledicūt, qui ſcripturas ſanctas vitio peruerſę nouitatis intelligunt. Gloſa. Hos itaqꝫ ſitiebat iſte, quia & ſi ſemper eos bibat, ſemper tamen vltra ſitit.

Caſſio.

Dyapſalma. ſecūda pars.

5 Veruntamen deo ✠ ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo ✠ patientia mea.

✠ alia li. reticet ✠ alia ſubiecta erit ✠ alias hȝ paſtientia

Glo. Hugo cardinalis, Secunda pars, & eſt hic dia pſalma, vbi iterum ſe id eſt animam ſuam ſubijci deo hortatur. q. d. illi ita me perſequuntur. Veruntamen quicquid illi faciant (deo ſubiecta eſt anima mea. Caſſiodo. Repetit enim propheta quod ſuperius dixit, animam ſuam deo eſſe ſubiectam vt ipſa repetio menti noſtræ robur credulitatis infigeret, & cauſam cur ſubijci debeat, ſubiungit cum dicit (Quoniam ab ipſo patientia mea). Caſſiodo. Patientia enim noſtra Chriſtus eſt, propter quem & aduerſa libenter patimur, & ſuſceptę regulę obſeruatione gaudemus. Sic enim in ſeptuageſimo pſalmo canitur. Quoniam tu es patientia mea domine, Auguſtin⁹. Gloſa. Quoniam. inquit patientia mea quā habeo inter tanta ſcandala eſt ab ipſo, homo enim per ſeipſum hæc non tolleraret, niſi deus patientiam præſtaret, nunc conſequenter apertius declarat quis eſt iſte a quo eſt patiētia ſua, dicens.

ps.70.

vi Quia ✠ ipſe deus me⁹, & ſaluator ✠ me⁹, adiutor me⁹ nō emigrabo.

✠ alia li. ſed ipſe fortitudo et ſalus ✠ alia li. timebo

(Quia ipſe inquit (deus meus.) Auguſti. Qui vocat me (& ſaluator meus) qui iuſtificat me, adiutor meus qui glorificat me. Caſſiodor⁹. Hæc autem dicit ne ſuis applicare videretur virtutib⁹ quod euaſit: & ideo non emigrabo. Idem. De hac ſcilicet credulitate quā teneo: vel ſuaſu malo veſtro, vel perſecutione. Auguſtinus. Vel ideo hoc dicit quia eſt hic vnde emigrem: ſed cum glorificabo veniam illuc vnde (non emigrabo). Gloſa. Ideo autem nō emigrabo ab hac fidei firmitate, quia.

7 In deo ſalutare meū & gloria mea, deus ✠ auxilij mei & ſpes mea in deo eſt.

✠ alia li. robur fortitudinis.

Caſſiodo. Congeminat enim (in deo ſalutare) ſuū eſſe, non vt in dijs gentiū qui præſtant perpetuā mortem. Auguſti. (In deo inquit ſalutare meum), vt ſaluus ſim (& gloria mea) vt honorat⁹ ſim. Caſ. Et vt illi credidiſſe nedū ſit ſalus, ſed & gloria (de⁹ auxilij mei). Idem. Gloſa. In certamine hoc autē dicit, ne ſibi aliquid humana deputaret īfirmitas, dixit & poſtremo quod cuncta concludit (& ſpes mea in deo eſt.) Aug. Gloſa. Donec veniam ad perfectam iuſtificationē, & ſalutem vbi fulgebunt iuſti ſicut ſol. Caſſiodorus. Hæc autem dicit, vt & illa præterita quæ perceperat domino deputaret, & futuram ſuam beatitudinem ſanctus vir ipſi modis omnibus applicaret. Hugo cardinalis. Poſta exemplo ſuo oēs hortatur vt ſperent in deo dicens.

Gloſa.

8 Sperate in eo ✠ omnis ✠ cōgregatio populi, effundite coram illo corda veſtra, quia deus adiutor noſter inæternum.

✠ alias omiſit interpres oī tēpoꝛe ✠ cōgregatio addi tum eſt

Gloſa. Caſſio. Sua enim fide vulgata monet oēs q̄ ſuperſtitionibus laborant ſperare in domino, ſperate inquit in eo. Caſſiodo. In illo ſcilicet quē ſibi & deū ꝓfeſſus fuit, & ſalutē (oīs cōgregatio populi.) Aug. q. d. imitamini Idithun, cuius ſpes in deo eſt. (Effundite coram illo corda veſtra). Glo. Aug. Deprecando, plorando, confitēdo, ſperando. Caſſ. Effundit eñ ante dominū cor ſuū, qui peccata ſua vberrimis lachrymis confitetur, quia cor aliter effundi non poteſt: niſi creberrimo imbre lachrimarum. Augu. Gloſ. Vel (effundite coram illo corda veſtra) id eſt prauas cogitationes, & oē virus peccati intus retinere nolite. Hæc autem effuſio in tūſione pectoris deſignatur, qua oſtēditur, q̄tum peccati conſcientia animā pungat (Deus adiutor noſter inæternum). Hierony. Ipſe enim eſt auxilium & ſpes in quo omnis cœtus eccl'iaſticus ſperare debet, ac depcari effundite corā illo corda veſtra. Si ei cū fletu ei occulta cordium referimus, vt omnes faciunt ſācti, adiutoria eius adipiſcemur: & quia hęc peccatores obmittunt, adiecit.

9 Verūtamē ✠ vani filij hominū ✠ mēdaces filij hominū in ſtateris ✳ vt decipiāt ipſi de vanitate inidipſum.

ix tij .pars ✠ alia li. vanitas. ✠ alia li. mēdaciū filij viri. ✳ alia li. fraudulenter agunt ſimul.

Glo. Hug: car. Tertia pars & eſt dyapſalma in qua errantes increpat, & monet, vt in deo confidāt, nō in tranſitorijs caducis. Hug. car. Sic ergo coniunge, de⁹ eſt adiutor noſter, ſed tñ hoies mūdi nō curāt de ipſo, ſed vanitates ſequūt, & hoc eſt q̄ dicit. (Verūtamē vani filij hominū ſequentes vanitatē tpaliū. Caſſ. (Vani) etenim dicunt (fili hoīm) ad cōparationē ſupnę veritatis, non q̄ vana ſint q̄ fecit deus nā valde bona, ſed quia vana dicūtur potioribus cōparata. Hu. car. Et quia vanitatē ſequuntur, ideo q̄ iuſte nō poſſunt, ꝑ fœlicitatem acqrere nituntur, & fiūt (mendaces filij hominū in ſtateris) Caſſ. In quib⁹ verbis illos tangit q pōderibus iniquis ementium decipiunt ſimplicitatem, ſiue homines qui ſibi placētes, qui iuſti atqꝫ immobiles videri volūt, cum ſint deceptores mutabilitate fallaces. Per hoc autem q̄ dicit (in ſtateris) illos ſignificat, qui quaſi in libra iuſtitię collocati nō credū

tur amare fallaciam. Hyerony. Et qui ſub iuſtitiæ ponderatione atq; eloquentiæ vanitate decipiũt innocẽtes. Hugo cardi. Sed ad quid ſunt tam hi q̃ illi mendaces in ſtateris: ſequitur. (Vt decipiãt ipſi de vanitate inidipſum) id eſt in eo q; mentiantur ſe habere æquam ſtaterem vt occultent vanitatem

Caſſio.

ſuam. Caſſiodorus. Poterant enim nõ decipere ſi eorum potuiſſet nequitia deprælendi, ſed cum iuſti eſſe credantur, facilius tacita peruerſitate decipiunt, & ideo dicit (in idipſum) id eſt in æquitate quam falſo habere perfidi homines æſtimantur. Hugo cardinalis. Tales ergo dehortatur dicens,

✠ Alias r ſtdere calũnia & rapina ‡ Alias ne fruſtremini

NOlite ſperare ✠ in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere ‡ diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Auguſti. quaſi diceret, vos qui non vultis accedere & tranſilire (nolite ſperare in iniquitate.) Hugo cardi. id eſt in diuitijs quæ dicũtur iniquitas, quia faciunt iniquos, aut quia male expenduntur. Caſſ. Vel (nolite ſperare in iniquitate) vbi fructus boni deſiderij non poſſunt inueniri, in qua qui ſperat ſeipſum decipit, quia nulla vtilitas inde naſcitur, ſed potius æterna pœna procuratur, ſicut alibi di

Ps. x.

ctum eſt. Qui diligit iniquitatem, odit animã ſuã. Hugo cardina. Non ſolum autem a rapina cohibet manum, ſed etiam animum dicens (& rapinas nolite concupiſcere.) Auguſtinus. Gloſa. Pręda enim quam vis rapere in muſcipula eſt. nam p eam tenes & teneris, tenes ſcilicet alienum, & teneris a diabolo. O lucra dãnoſa, inuenis enim pecuniam, & perdis iuſtitiam. Caſſiodo. Non autẽ poteſt crimen rapinæ indigentia tollere, nec qđ vin

Hugo:

dictę ſubiacet excuſare. Hugo cardinalis. Sed quia ſunt nonnulli qui rapinas non concupiſcunt, ſed ſi contingat eis habere aliquas diuitias nimis diligunt eas, propterea hoc etiã prohibet dicens. (Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.) Auguſtin⁹ Gloſa. Non autem dicit, nolite habere, ſed nolite cor apponere. non enim damnat diuitias vbi mereamur cœlum, ſed cor appoſitũ, quod ſcilicet nõ expendit, ſed recondit. Caſſiodorus. Diuitię enim neceſſariæ ſunt. nam inde ægentibus ſubuenitur, inde reficiuntur egroti, inde pauperũ nuditas operitur, inde plures ad regna cœlorum perueniunt, qui vero in diuitijs cor apponit, aurum non vult expendere, ſed celare, patrimonia cupit ſemper augere, & dũ ibi ſpes tota reponitur, fames earũ ſemper augetur. Hieronymus. Et propterea qui in his ſperauerit, regnum cœleſte capere non poterit, vñ

1. ad ti. 6.

apoſtolus. Præcipe (inquit) diuitibus huius ſæculi nõ ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo viuo, qui præſtat nobis omnia ſufficienter ad fruẽdum. Gloſa. Sic ſperate igitur in deo, & quare hoc? quia.

✠ Alias vnum. ‡ alia li. imperiũ

SEmel ✠ locutus eſt deus, hæc duo audiui, quia poteſtas ‡ dei eſt, & tibi dñe miſericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua.

Hieronymus. Quod autem dicit. (Semel) non ad numerum referendum eſt, ſed ad ſententiæ firmitatem. Auguſtinus. Gloſa. Tanquam diceret. (ſemel) id eſt æternaliter. Hug. cardinalis. Et immutabiliter (locutus eſt deus.) Gloſa. Id eſt diſpoſuit omnia. Hugo cardinalis. Vel locutus eſt per prophetas, per filiũ, per apoſtolos inter quæ (duo hæc audiui). Auguſtinus. Glo. Et quãuis plura alia audierit, quæ non opus eſt hic memorari, duo tamẽ audiuiſſe ſe refert, hæc autem duo ſunt, Poteſtas & miſericordia: vnde dicit (Quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia) Idem. De quibus omnes ſcripturæ propter quæ lex & prophetę, propter q̃ etiam ipſe Chriſtus miſſus eſt, & apoſtoli, vt ſcilicet poteſtas timeatur, & miſericordia ametur, & ne pro miſericordia poteſtas contẽnatur, nec p poteſtate de miſericordia deſperetur. Hieronymus. Hæc ſunt igitur illa duo quæ audiuit, & poſſe deũ omnia, & in ſui iudicij ſe veritate miſereri. Augu. Gloſa. Vel ſic pluries ſeu multis modis locutus eſt de⁹ inter homines, iuxta illud apoſtoli, Multipharié multiſq; modis olim deus locutus patribus in

Hebre. 1

prophetis, ſed apud ſe ſemel locut⁹ eſt, quia vnum verbum genuit per quod facta ſunt omnia. Sequitur (quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua.) Caſſiodorus. Gloſa. Pater enim non iudicat quẽquã: ſed omne iudicium dedit filio. Hieronymus. Qui omne iudicium accepit a patre, vt negligentibus dãnationem, pœnitentibus miſericordiam, iuſtis vero præmia præpararet, qui & redderet vnicuiq; iuxta opera ſua. Bona bonis, mala malis. peccatores dãnans, iuſtos remunerans.

Ioan. v.

Pſalmus. lxij.

Titulus.

Pſalmus Dauid cũ eſſet in deſerto Idumeæ. ✠

‡ alias iudee.

Lyra proſequitur expoſitionem literalem hui⁹ pſalmi de Dauid in principio perſecutionis ſuę a Saule cum fugit ad regem Moab, vt habetur primi Regum. xxij. Et cum inde redijt ad terrã Iuda ad dictũ Gaad prophetę. Et habitauit ĩ locis deſertis, quo tũc fecit hunc pſalmum.

Hieronymus. Dauid figurã tenet Chriſti. Dauid enim interpretatur manu fortis, ſiue deſiderabilis. Idumæa interpretatur ſanguinea ſiue terrena, deſertũ hoc eſt derelictum, id eſt ipſe populus iudaicus, vel gentilis, qui in ſanguine vel terrenis videntur cõmorari, & ad hunc ſenſum pſalmus iſte aduentus dominici declarat myſterium, de quo propheta quaſi illuminatus exultat. Caſſiodorus. Gloſa. Vel per

Caſſio.

Dauid intelligitur eccleſia, quæ ĩ deſerto Idumeæ habitat id eſt in huius ſęculi ariditate vbi ſitit, vbi deſiderat, vbi miſericordiam domini, pijs precibus expetit donec ad æternam gloriam peruenire mereatur, docens nos ſuo exemplo bene conuerſari in medio nationis prauę. Et hæc eſt intentio prophetę. Et diuiditur in duas partes. In prima

Diuiſio.

dicit quomodo ſe habeat in deſerto huius mundi, videlicet quia deum videre deſiderat, & cum laudat, & id amplius facere optat. In ſecunda contra difficultates, & tribulationes quas in mundo patitur oſtendit ſecuritatem ſuam ex deo eſſe, ibi. (Si memor fui tui). Gloſa. Eccleſia ergo neceſſitatib⁹ huius vitæ ęſtuans clamat, dicens.

1 pſ.lxij. ſ alias fortitu=do mea tues. ‡ Alias ſurgā

DEus deus me⁹ ‡ ad te de luce‡ vigilo.

Gloſa.O (deus) inquit cõmunis omnium per potentiam, qui es (deus meus) quodãmodo ſpecialiori per cultum ſcilicet & ſanctū deſiderium. Caſſiodorus. Ipſa enim repetitio venerandi nominis, affectum piæ deuotionis oſtendit (Ad te de luce vigilo). Caſſiodor⁹. Glo. Dum mundo dormio non amans quæ mundi ſunt, ad ipſum enim vigilatur, quotiens in mūdi ambitione dormitur. Auguſtinus. Glo. (De luce) autē ideo dicitur, quia non vigilares, niſi lux quæ te excitaret oriretur. Gloſa. Ad te itaq; vigilo & ſitio anima & corpore dū michi oritur lux gratiæ. Vnde ſequitur.

2 ‡ alia li. deſiderauit te. Error in ex; tam.

SItiuit in te anima mea, q̃ multipliciter‡ tibi caro mea.

Turpiter hic lapſi ſunt interp̄tes ignorãtes variã verbi Chamah ſignificationem, nam cum pũcto ſuppoſito ipſi he, quæ eſt vltima litera verbi Chamah, (quemquidem vocant hebræi mapic: non purū,) vt hic ponitur, ſignificat deſiderare, inquirere. Legerunt autem citra mapic aut putarunt non tam relatiuã fœmininorum vtrũq; tamen ex hebræorū ſcriptis falſum liquet, ſic igit̃ legit̃. Deſiderauit te caro mea, & non q̃ multipliciter tibi caro mea. Hierony. Anima quidem deſiderat deum, dū dicit (Sitiuit in te anima mea) Sed ad deſideratum finem carnis laboribus peruenitur Ideo multipliciter caro deum quærit, quia multis afficitur iniurijs, & quia plus ſuſtinet caro q̃ anima. Caſſiodo. Sitit autem anima fidelis deum quando mandata eius & virtutes eximias concupiſcit, & quando ipſum deſiderat videre a quo bonorum omniū fluēta conſtat emanare. Auguſt. In te autem ideo dicit quia multi ſunt qui ſitiūt, ſed non deū dum ali⁹ deſiderat aurum, alius argentum, alius vxorem, alius filios, alius honorem & huiuſmodi. Omnis enim qui ſibi vult aliquid præſtari, in ardore eſt deſiderij, & ipſum deſiderium ſitis eſt animę, dicit ergo (Sitiuit in te anima mea) Et ſequitur (Quam multipliciter tibi caro mea). Caſſiodo. Multipliciter autem dicendo, plus dicit in deo ſitiſſe carnē, vt quãto fragilior eſt, tanto ardentius pium medium apetiſſe videatur, vtraq; enim indiget ſaluari, ſed caro plus eget cibo ſcilicet potu, veſtitu, vehiculo, ſomno, temperie humorum ſalubritate a eris cęteriſq; quibus anima non indiget. Auguſti. Vel hoc dicit quia ſicut animę promittitur beatitudo, ſic & carni promititur reſurrectio. Qui ergo deo ſitiunt, vndiq; debēt ſitire & anima ſcilicet & carne, quia deus fecit vtrumq;, & vtriq; de neceſſarijs prouidet. Et ideo vbi ſitit anima noſtra, ibi & multipliciter caro noſtra, ſed vbi ſitiat, Sequitur.

Aliter legitur

3 ‡ alias li. inuia & cõſtiēte ac ſine aqua.

IN terra deſerta, ‡ & in via & in aquoſa, ſic in ſancto apparui tibi vt viderem virtutem‡ tuam & gloriam tuã.

Sic legitur ad veritatem hebraicã. In terra inuia, & conſitiente ac ſine aqua, ſic in ſancto vidi te, vt videam fortitudinem tuam & gloriam tuam. Caſ. (In terra) inquit (deſerta, hoc eſt in mūdi iſtius indigentia & ſterilitate ieiuna, de qua loquitur titulus. Auguſtinus. Gloſa. Hæc enim eſt Idum ea, terra illa deſerta, vbi nullus ſanctorū habitat. (Et inuia) quia non eſt in via qua inde exeas. Caſſiodor⁹ Mundus enim iſte in ſe non habet viam, niſi dominum ſaluatorem qui iter eſt cæcorum. (Et inaquoſa.) Idē. Id eſt ſceleri atq; infructuoſa, per hæc enim tria nomina, mundi huius ſterilitas indicatur. (Sic in ſancto). Glo. Hieronymus. Subaudi deſiderio, id eſt per ſanctum deſideriū (apparui tibi.) Auguſtinus. Niſi enim quis prius deficiat in malo in quo eſt, nunquam peruenit ad bonum quod deus eſt, & quia iſte primo ſitiuit, ideo nunc dicit, ſic in ſancto apparui tibi). Hieronym⁹. In quo ꝓpheta propter ſpem ſuam futurū pro facto, id eſt præterito poſuit. Gloſa. Sic inquit in ſancto apparui tibi, non vt tu videres me, qui vides omnia, ſed (vt viderem virtutem tuam). Hieronym⁹. Chriſtū vtique qui iuxta apoſtolum patris eſt virtus & claritas, qui diabolum vicit, & genus humanum liberauit (Et gloriam tuam). Idem. Gloriam ſcilicet reſurrectionis & aſcenſionis. Gloſa. Ideo autem hæc omnia ſic ago.

QVoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas labia mea laudabunt te. 4

(Quoniam) inquit (melior eſt miſericordia tua.) Gloſa. Auguſtinus. id eſt vita gratiæ quę per miſericordiam nõ per merita datur, ſuper vitas humanas ſcilicet & ſi longæ & proſperæ ſint. Caſſiodo. Miſericordiam enim dicit domini præmia q̃ ſanctis ſuis larga pietate promittit, quæ longe potior eſt vita præſenti. Hiero. Nã vita p̄ſens ſepæ mortem operatur. Miſericordia autem domini qua liberauit nos de poteſtate diaboli, vitã præſtat æternam. Auguſtin⁹. Gloſa. Ideo autem dicitur (ſuper vitas) quia diuerſæ ſūt vitæ quas ſibi homines eligunt, alius militandi, alius generandi, alius negociandi, & huiuſmodi. (Sed melior eſt miſericordia tua ſuper vitas). Quia melius eſt quod das correctis q̃ quod ſibi eligunt peruerſi. Gregorius. Hugo cardinalis. Vel melior eſt miſericordia tua q̃ vitæ, id eſt modi viuendi quantūcunq; ſancti, quia nullus ſua bonitate ſaluari poſſet, ſi miſericordia dei deeſſet. Idem. Gregori⁹ in morali. Iob libro. ix. Nec nos apud diſtrictum iudicem vita noſtra quãtū libet videatur innocens liberat, ſi ei reatus ſui debitū miſericordiæ benignitas non relaxaret. Glo. Et propterea quia melior eſt miſericordia tua ſuper vitas Labia mea laudabunt te). Hieronymus. Poſt miſericordiam nãque laus ſequitur hic orãdo: illic laudando. Qui autem in deo viuit, deum laudat: quia ſcit alibi dictum, non mortui laudabūt te. Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Gloſa. Poſt beneficia igitur laudē promittit, quod deo nouerat eſſe gratiſſimum. Non tamen laudarent labia, niſi præcederet miſericordia, nec poſſet laudari deus, niſi & ipſe daret laudari ſe poſſe: & quia ſicut labijs, ſic & vita laudatur propterea ſequitur.

SIc benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. 5

Auguſtinus, Gloſa. (Sic) inquit (benedicam te in vita mea) quam ſcilicet michi donaſti non in

ılla quam michi elegi(Sic(inq̄(benedicā te)vt mi=
ſericordię tuę tribuam vitam in qua laudo.Hugo
cardinalis Vel(Sic).i.ſicut ore laudabo te,ſic etiam
(benedicam te in vita mea) id eſt bene viuendo.
Caſſiodo.Benedicit enim vnuſquiſq; in vita ſua
perfecte deum quando bonis operibus in hac lu=
ce verſatur(.& in nomine tuo leuabo man⁹ meas)
Caſſiodor⁹.Auguſtin⁹.Gloſa. Ille nāq; in nomi=
ne domini leuat manus ſuas,qui operibus ſanctis
inſiſtendo tēſis manib⁹ orat ad dominum,vt ipa
oratio ſanctę crucis deſignet effigiem, iuxta illud
apoſtoli, Leuantes manus puras in oratione ſine
ira & diſceptatione. Hieronymus. Vbi per manus
opera intelliguntur.Gloſa.Dum itaq; man⁹ leua=
mus ad dominum,bene ſcilicet operando exēplo
Exo.17. Moyſi,Amalech,id eſt dæmonem turbam ſangui
nem noſtræ perditionis lingentem ſuperam⁹(dū
autem manus deponimus,id eſt pro terrenis opera
mur,ab Amalech ſuperamur. Gloſ. Leuatis autem
in oratione manib⁹.hoc eſt quod petit,vt ſcilicet.

vi Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea,& labijs exultationis laudabit os meum.

Caſſiodorus.Adipes ſunt viſcerum craſſa velami
na quæ in terna iecoris operiunt,atq; concludūt.
Pinguedo vero eſt ſaginati pecudis nutrita cibis
obeſitas.Gloſa.Auguſti.Hæc autem olim in ſacri
ficijs deo placebant,ſub quorum velamine quędā
ſpiritualia optat eccleſia,Per adipem enim intelli=
gitur ſapiētia,quæ eſt in abſcōdito pinguedo ani=
mę,ſine qua anima macreſcit & in bonis operibus
cito deficit. Per(pinguedinē)vero intelligitur for
titudo ſpirit⁹,vel pia alacritas. Caſſiodor⁹.Ad iſto=
rū itaq; ſimilitudinē petit eccleſia animā ſuā vir=
tutum iſtarum pinguedine ſaginari,vt digna do=
mino poſſit offerri. Hugo cardina.Et quia anima
repleta & īpinguata,non poteſt non laudare deū.
propterea ſequitur.(Et labijs exultationis lauda=
bit os meum.)Hierony. Non quidē adipe vel pin
guedine hircorum aut agnorum,ſicut priſcorum
holocauſtomatum mos erat,ſed de corde puro &
ore mundo concinam nomini tuo. Caſſiodorus.
Et quia ſicca labia ariditate peccati diuinis nō po
terant laudibus occupari:ideo cum pinguedinem
miſericordiæ domini anima deuota perceperit,no
men eius digna exultatione laudabit.

7 Secūda pars. ✠ Alias in vigilijs vel p singulas vigi.

Si memor fui tui ſuper ſtratū meum,in matutinis ✠ meditabor in te,quia fuiſti adiutor meus.

Gloſa.Hugo cardinalis.Secunda pars vbi oſten=
dit ſecuritatem ſuam ex deo eſſe,cuius habet me=
moriam,& tāquam diceret.Laudabit os meum do=
minum quem ſemper ī corde habeo,quod ſic pro=
bat a minori,dicens:(Si memor fui tui ſuper ſtra=
tum meum). Gloſa.Id eſt in quiete proſperitatis,
ne ipſa diſſolueret vel faceret obluiſci deū. Quā=
to magis(in matutinis).Id eſt in initio boni ope-
ris,per(Mane)enim actus accipiuntur,quia mane
incipit qſquis operari(Meditabor ī te). Caſſiodo
rus.Dum enim hęc dicit,oſtendit ſe recordationē
domini ſemper habuiſſe,nec in rebus proſperis
oblitus fuiſſe,quando ſolent humana corda col=
lata beneficia in memoria non habere.Per(ſtratū
enim ſignificat quietem,vbi ſolemus in ſomnos
corpora noſtra remmittere,& ad refectionis gau=
dia peruenire. Hugo cardinalis.(Merito itaque
meditabor in te,quia fuiſti adiutor meus)liberās
me de inimicis meis.Auguſtinus. Caſſiodor⁹.Glo
ſa.In periculis Idumeæ cum eſſem,in deſerto in
inuio,in inaquoſo,(Meditabor in te).Si quid autē
occurrerit,Sequitur.

Et in velamento alarum tuarū exultabo,adheſit anima mea poſt te, 8
me ſuſcepit dextera tua.

¶Hieronymus.(Et in velamento)inquit(alarum
tuarum exultabo)hoc eſt in cœleſtis auxilij pro=
tectione.Hugo cardinalis.Alæ autem domini ſunt Due ale dñi.
miſericordia & veritas ſiue potentia & clementia:
quarum altera defendit,altera fouet. Gloſa. Ideo
autem(exultabo)quia(adheſit anima mea poſt te).
Lyra,Feruenti dilectione.Gloſa.Et charitate. Caſ=
ſiodorus. Vt nunquam recedam a bono propoſito
ex quo ſemel adhæſi dño. Qui enī adhæret domi= 1. Co.6.
no vnus ſpiritus eſt cum eo.(Poſt te)autē ideo di
cit quia peccauit Petrus cum preire voluit,cui di
ctum eſt.Redi retro me ſathana,Gloſ. Iterum ideo
adhæſit anima mea poſt te,& ideo exultabo(Quia
(me ſuſcepit)alis tegendū a periculis(dextera tua)
id eſt propiciatio tua.Caſſiodorus. Dextera enim
patris, Chriſtus eſt dominus,qui ſuſcepit eccleſiā
alarum ſuarum velamine protegendam.Hugo car
dinalis: Et propter iſta dicit ſe eſſe ſecurum ab ini
micis,Subdens.

Ipſi vero in vanum ✠ quæſierunt animam meam,introibunt in infe riora terræ,‡ tradentur in manus gladij partes vulpium erunt. ir ✠ Alias int cruce re queſierunt. ‡ alia lr. cōgregētur.

Gloſa,In hoc autem verſu & ſequenti confert bo
na & mala diuerſarum partium.(Ipſi)inquit Hie
rony.Caſſiodo.Glo.Hoc eſt inimici notabiles in
malitia iudæi.Hugo cardina.Vel ipſi id eſt dæmo
nes,vel homines peccatores quos non nominat,
quia non ſunt digni in nomine,& vt oſtendat ꝙ
ſicut ſunt innumerabiles,ita & innominabiles,
(Ipſi)inquam quęſierunt animam meam).Gloſ.
Id eſt animam Chriſti: in qua omnes viuūt,quę=
rentes eam perdere.Caſſiodorus.Auguſtin⁹.Glo=
ſa.Quam tunc quęſierunt qn̄ falſis criminationi
bus Chriſti ſanguinem effundere decreuerūt,qui
poſt triduum reſurrecturus erat in gloriam ſempi=
ternam.Hugo cardinalis. Vero pro ſed inuanum
quia tu me adiuuas,protegis,trahis,& ſuſcipis.
Gloſa.Et ideo(introibunt in inferiora terræ.)Hie
ronymus.Hoc eſt in inferno damnabuntur. Caſ=
ſiodorus.Non enim ad cœlos ſurſum euecti ſunt,
ſed deorſum eos terrę viſcera ſorbuerunt.Auguſti
nus.Gloſa. Iudæi nanque quia timuerunt perde
re terram,occiderunt Chriſtum,& ideo ierunt ſub
terra,& eis accidit quod timuerūt,vnde ſequitur.
(Tradentur in manus gladij),Gloſa Caſſiodorus.
Titi ſcilicet & Veſpaſiani qui eos cęde,& incēdio
vaſtauerunt.Hieronymus. Vel tradentur in perpe
tuitate tormentorum quibus detruncandi ſunt.
(Partes vulpium erunt).Hieronymus. Sortem He
rodis,qui a dño vulpis dictus eſt ſuſcepturi. Caſſi.

Gloſa.Auguſti.Vel(partes vulpiũ eius) id eſt principum ſæculi qui tunc fuerunt,qui vulpibus comparabantur ſicut de Herode dominus dicit,dicite vulpi illi(Partes)itaq; horum fuerunt iudæi, quia Chriſtum regem noluerunt,& Cęſarem elegerunt agnum reiecerunt,& vulpem Herodẽ acceperunt ſiue(Partes vulpium fuerunt)Cum in hieruſalem vaſtatione cadauera eorũ eſcę fuerũt vulpium,ferarũq; reliquarum.Hugo cardinalis.Deinde enumeratis pœnis malorum,oſtendit præmia iuſtorũ dicens. (Lu.xiij.)

10 REx vero lætabitur in deo , laudabuntur✠ omnes qui iurant in eo, quia‡ obſtructum eſt os loquentium iniqua.

(✠ Alias omnes qui iurant in eo. ‡ alia li. obſtructum eſt os loquentium mendacium)

Caſſio.Regem hic dicit dominum ſaluatorẽ. Ipſe enim eſt rex in æternum.Hugo card.Vel rex dicitur quilibet iuſtus, qui ſe bene regit. Hierony.(Rex) inquit(lætabitur in deo)Chriſtus ſcilicet in patre poſt reſurrectionem.Hug.cardina. Et nos in chriſto,ſed vt notetur communitas capitis & mẽbrorum de ſolo capite loquitur.Gloſ.(Laudabuntur) id eſt laudabiles erunt,quia Chriſtum non vulpẽ elegerunt.(Omnes qui iurant in eo)Hieronymus qui ſciliet ſuſcepta ſacramenta eius , immobiliter ſeruauerunt.Caſſiodorus.Gloſ. Non autem dicit qui iurant per eum, ne iuſiurandum crederes imperatum,ſed(qui iurant in eo(qui ſcilicet ei mentis obſequium inuiolabile cõpromittunt). Augu. Gloſa. Iſti inq̃ laudabuntur qui ei pollicentur & vouent bonam vitam,deinde lætitiæ cauſam ſubdit dicens.(Quia obſtructum eſt os loquentiũ iniqua.(Hierony. Iudæorum ſcilicet & principũ ſacerdotum,quorum os reſurgente domino opilatum eſt,creſcente teſtimonio veritatis . Caſſiodo. Gloſa.Vel de futuro iudicio loquitur, quando victa omnis iniquitas obmuteſcet,& vlterius nõ loquetur,quod nullatenus ſibi prodeſſe cognoſcit. (Caſſio.)

¶Pſalmus.lxiii.

¶Titulus.

In finem Pſalmus Dauid.

Vbicũq; reperitur in finem pſalm⁹ Dauid iuxta interpretationem ſeptuaginta,ꝓ hoc verbo in finem,trãſtulit.b. Hiero.victori pro victoria aut huiuſmodi. Caſ. (Hierony.)

Lyra. Secũdum Ra. Sa. exponit hũc pſalmum de Daniele ad literã de quo Dauid pręuidẽs ꝗ de ſemine ſuo eſſet naſciturus,& per inuidiã in lacum leonum proijciendus,fecit hunc pſalmum:loquens in perſona Danielis.

Glo.Pſalmus iſte breuiter agit de paſſiõe & reſurrectione Chriſti vbi totus Chriſtus caput & corp⁹ loquitur,enumerans quæ tulerit,& quomodo cõtra hæc ſe habuerit,monens nos vt in paſſionibus ſperemus in domino,& eſt iſte ſextus pſalmus qui de Chriſti paſſione & reſurrectione loquitur. Hiero.Vel vocem cõtinet prophetæ deum iugiter deprę cantis,vt non ſolum ſua,ſed & alia malorũ venena,ipſo protegente poſſit euadere.Et diuiditur in duas ptes. In prima,enumerat Chriſt⁹ quæ paſſus eſt,& quomodo ſe habuit in paſſione. In ſecũda,prauitatem iudæorum irridet,ibi Sagittæ paruulorum.Gloſa. Totus itaq; Chriſtus in paſſione orat:dicens, (vj ps. de paſſione chriſti. — Diuiſio.)

1 EXaudi deus orationem meam✠cum deprecor, a timore inimici eripe animã meã (✠ alia li. loquẽtis; pſ.63.)

Caſſiodorus. Aperte enim humanitatis aſſũptæ in qua paſſ⁹ erat poſtulat dominus chriſtus vt in tribulatione poſiti eius exaudiatur oratio dicẽs(Exaudi deus.orationem meam cum deprecor). Gloſa.(Cum)id eſt quia deprecor id eſt totis viribus precor . Caſſio. Sed quid petat diligentibus audiamus, (a timore inquit inimici eripe animam meam).Gloſa.Vt ſcilicet eos non timeam,qui tantum corpus poſſunt occidere,ſed te qui corpus & animam potes perdere.Caſſiodorus.Non enim poſtulat vt minime ꝓ omniũ ſalute moriatur,ſed vt a timore populi perſequentis anima erepta,ſanctæ diſpenſationis ſuæ compleat paſſionem.Hugo cardina.Quod autem eum exaudire debeat,a cõſuetudine probat , vnde addit, (Luce.xii.)

2 PRotexiſti✠me a conuentu malignantium,a multitudine operantium iniquitatem. (✠ alia li. abſcõdiſti me.)

Caſſiodo.(Protectus eſt Plane Chriſtus a conuentu malignantium,quia dum illi eum crederent cõmuniter mori,reſurrectionis eius gloria probant eſſe confuſi.(Protectus eſt)itaq;, quia malignorũ inſidias potẽtiæ ſuæ virtute ſuperauit. Gloſ.(Protexiſti me(inquit a conuentu)id eſt a conſilio(malignantium)iudæorum(Et a multitudine operantium)actu iniquitatem.Auguſtinus.Gloſa.Quam tunc operabantur, dum eum occidebant, qui eis tot bona fecerat. Caſſiodo.Supra autẽ dicit.A cõuentu malignantiũ quod ad conſilia referri oportet. Nunc vero addit.(A multitudine operantium iniquitatem)vt actum exprimeret propriæ paſſionis. Gloſa.Deinde tanquam quæretur ab eo.Quid illi fecerunt tibi? Reſpondet vtique mala.

3 QVia exacuerunt vt gladium linguas ſuas,intenderũt arcũ✠ rem amaram,vt ſagittẽt ĩ occultis‡ immaculatum. (✠ alia li. verbum ‡ alias in abſcõdito.)

Caſſiodorus.Exacuerũt vtiq; vt gladium linguas ſuas)quando vna voce clamauerũt.Crucifige crucifige.Non enim intereſt quis occidat,ſi innocentem aliquis occidendum eſſe pronunciat. Auguſtinus . Non dicant iudæi , nos non occidimus Chriſtum,etenim propterea dederunt eum Iudęi Pylato vt quaſi ipſi ab eius morte viderentur immunes, Pylato dicenti occidite vos reſpondiſtis Nobis non licet interficere quẽquam: ſed nũquid iudicem deum fallebant? Abſit. Vtique occiderũt: & vnde occidiſtis o Iudei? Gladio liguæ quia exacuiſtis vt gladium linguas veſtras. Gloſ.(Exacuerunt)inquam(linguas ſuas vt gladium)aperte in clamando mortem.Gladius enim aperte ferit: arcus occulte. Vñ ſequitur. Intenderunt arcum rem amaram.Caſſio.id eſt occultas inſidias,quæ vt illi putabant minime ſentirentur.Perfidum ſiqdẽ Iudã datis triginta argenteis ſolicitauerũt , vt fieret (Auguſti. — Joan.xix.)

traditor: qui eius videbatur fuiſſe diſcipul⁹. O res amara,& omni felle deterior,conuiuam ad proditionem,diſcipulum ad necem,conſeruatorem pecuniæ,præmio ſubito fuiſſe corruptũ. Gloſa. Sed ad quid(intenderunt? vt ſagittẽt)inquit (in occultis(q̃tum ad ſuam opinionem per diſcipulũ & huiuſmodi omnia facientes vt nil feciſſe viderentur. Caſſiodorus. Quod enim dicit(in occultis)ſic accipiendum eſt vt iudæi putauerunt. Nam actus eorũ Chriſto occultus eſſe nõ potuit, qui frequẽter prædictus eſt antequã fieret. Vt ſagittent dico (immaculatum) quod de ſolo Chriſto itelligitur,qui nullã contraxit maculam,peccatorum, ſed cœleſti puritate mundiſſim⁹, ab omni delicto probatur alienus. Hoc autem dicit,vt ex hoc iudæis timor maior creſceret,qui innocentis ſanguinẽ fundere feſtinarunt. Sequitur.

4 ✠ alia li. coꝛtaue runt. ‡ Alias verbum malũ. ‡ alia ſermonem malignũ

SVbito ſagittabunt eum, & non timebunt, firmauerũt ✠ ſibi ſermonem‡nequam.

Hieronym⁹. (Subito)inquit quaſi ex improuiſo. Caſſiodorus. Gloſa. Inſidioſe & inopinatæ ſicut iudæi putauerunt,nam alias quomodo credẽdum eſt ſubitum, quod diſcipulis conſtat eſſe prędictum, quod autem dicit. (Sagittabunt eum & non timebunt) oſtendit malignæ cogitationis effectũ. Hieronymus. Eorum ſcilicet qui non timuerunt deum,nec iudicium eius. Auguſtin⁹. Gloſa. O cor durum,occidere velle hominẽ qui mortuos ſuſcitabat,& inde nõ timere,ideo autem non timuerũt quia(Firmauerunt ſibi ſermonem nequam) Caſſi. Verbũ nãque malum firmauerunt ſibi quando dixerunt,Reus eſt mortis,vel dũ dixerunt. Sanguis eius ſuper nos. (Firmauerunt vtiq; obſtinatione duriſſima non veritate ſolidata. Glo. Ita vt nec ad verbum iudicis eum dimittere voluerunt. Caſſio. Glo. (Firmauerunt autem ſibi,& ad malum ſuum non domino cui non nocuerũt,ſed ſibi. Glo. Deinde exponit qualiter intenderunt arcum.

Luc.8. et Joan.

5 ✠ alias muſcipulas

NArrauerunt vt abſconderent laqueos, ✠ dixerunt quis videbit eos.

Gl. Prius apud ſe,deinde cum diſcipulo. Narrauerunt vt abſcõderent laqueos, ita dicentes. Si diſcipulus tradit,ſi romani crucifigunt, quid ad nos? Caſſiodor⁹. In quo deſcribitur cõſuetudo peccantium. Omnis enim peccans qui dolum parat, hominem ſe putat fallere,vt poſſit ad ſuas nequitias peruenire,ſic iudæi ſcelerata mente confuſi Chriſtum tantũmodo hominem putantes malignitatẽ ſuam non credebant agnoſci ab illo cui cũcta patent,& ideo dixerunt. (Quis videbit eos? Idẽ. Glo. Laqueos ſcilicet. i. quis poterit eos cauere? Putabãt enim eũ latere, quẽ occidebant. Ideo putabãt eum non videre. quia.

vi ✠ Alias ſcrutationes ‡ ſcrutiniũ

SCrutati ſunt iniquitates defecerũt ſcrutantes ſcrutinia.

Caſſiodor⁹. (Scrutati ſunt)inquit iudęi ſcilicet iniquitates,quas vtiq; p̃termittere debuiſſent dũ nullum ibi fructum ſalutis ſuæ poterant inuenire dixerunt enim. Si dimittimus eum ſic, venient Romani & tollent nobis locum & gentem. (Vel tunc ſcrutati ſunt iniquitates)cum ei fecerunt interrogationes diuerſas,vt inuenirent qua ex cauſa eum accuſarent,& inde perderent,ne mũdus poſt eum iret. Auguſtinus. Glo. Vel tũc cũ dicerent. Nõ tradamus per nos,ſed per diſcipulum ſuum,non occidatur a nobis,ſed a iudice,vt ſic nos totũ faciam⁹, & nihil feciſſe videamur. Illi quidem(ſcrutati ſunt iniquitates. Sed defecerunt ſcrutantes ſcrutinia. Auguſtin⁹. Gloſa. Id eſt acerba & occulta conſilia. (Defecerunt)inquam. Quia quãto acutius cogitabant,tanto plus deficiebant a veritate, & æquitate,Et in tenebras mergebantur,cum enim non viderent deum,putabant ſe non videri a deo. Caſſi. Et ideo(defecerunt)quia ſemp in cogitatione deficiunt,qui ad res peſſimas peruenire contendũt. Sequitur.

Joã.19.

7 Aliter. legitur

ACcedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus.

Sic legit beatus Hiero. iuxta heb. Et cogitatione ſingulorum,& corde profundo. Aug. Glo. (Scrutati ſunt)inquam,ſed fruſtra, quia ſponte ad paſſionem(accedet homo). Aug. (Homo)aũt ideo dicit,quia non teneretur niſi eſſet homo,aut videretur niſi homo(aut crederetur niſi homo,aut crucifigeretur,aut moreretur niſi homo. (Acceſſit ergo homo)ad illas omnes paſſiones quæ in illo nihil valerent niſi eſſet homo(Acceſſit) inquam(ad cor altum),Glo. Erat ei ſcilicet ibi ſecretum cor, quia hoc faciebat ſcd̃m altum conſilium, abijciens illis hominem,id eſt formam humanam,in qua ſæuirent ſeruans intus deum. i. dei formam cuius potentia ſuſcitaretur. Vnde ſequitur, (Et exultabitur deus)in reſurrectiõe. Occiditur enim vt homo in paſſione. (Et ipe exaltaꝭ vt deus) in reſurrectione Caſſiodorus. Glo. (Exaltabitur dico: non in ſe,ſed quia in corde hominis grandeſcit conſiderata diuinitas. Hieronym⁹. Quamuis enim deus ſit altiſſimus: tamen quando de eo recte ſentimus ipſe ſublimatur in nobis.

alter legite.

8 Secũda pars. ✠ alia li. infantiũ

SAgittæ paruulorum ✠ factę ſũt plagę eorum, & infirmatę ſunt cõtra eos linguæ eorum.

Beatus Hieronymus alium videtur afferre ſenſum ex hebræa veritate ſic enim vertit. Sagitabit ergo eos deus iaculo repentino,inferentur plagę eorũ, & corruẽt in ſemetipſos linguis ſuis. Glo. Secunda pars in qua enumerata prauitate iudæorum illam irridet, dicens. (Sagittæ paruulorum factę ſũt plagæ eorum,id eſt nil nocuerunt vt cannæ puerorum. Caſſiodor⁹. paruulorum enim ſagittæ inania tela ſunt: qui ludendi ſtudio fragiles cannas in ſagittarum conſuetudinem iacere conſueuerũt Sic iudæorum vota inefficari malignitate ſæuiſſima,non intulerunt flendam mortẽ,ſed potius glorioſiſſimam paſſionem, taleſq; plagas dederunt, quibus mors ipſa moreretur,& promiſſa mũdi ſoſpitas velociter impleretur. (Et infirmatæ ſunt cõtra eos lingue eorum.) Auguſtinus. Gloſ. Quibus dixerunt cuſtodibus,dicite ꝙ vobis dormientib⁹ venerunt diſcipuli eius, & furati ſunt eum Tunc enim infirmatæ ſunt contra eos,id eſt ad verecundiam eorum, Si enim dormiebant, quomodo videre potuerunt,Si vero nihil viderunt,quomodo

Mat.28

teſtes fuerunt.Cõtra ſe ergo mentiendo locuti ſũt Caſſiodorus.Vel.tunc(infirmtat ę ſunt) quando dixerunt.Si filius dei eſt deſcendat nunc de cruce & deinde viderunt eum reſurgentem de ſepulchro quem de crucis deſcendere non credebãt poſſe pa tibulo.Glo.Dico itaq; ꝙ exaltabiť de⁹.Et ex hoc.

ix ✠ Alias fugient omnes. ‡ Alias timuerũt oẽs homines

COnturbati ✠ ſunt omnes qui videbant eos,‡ & timuit omnis homo.

Gloſa. Exaltato namquæ domino, viſiſq; miraculis. Conturbati ſunt omnes qui videbant eos. Caſſ. Iudęos ſcilicet reos atq; cõfuſos. De illorũ nãq; confuſione turbabuntur alij,& ipſi non potuerant ad pœnitentiam inclinari,vel(conturbati ſunt)quidam ex illis,quando venientes ad apoſtolos dixerunt.Viri fratres quid faciemus,& eorum monita ſequẽtes baptizati ſunt.(Et timuit omnis homo).Auguſtinus. Caſſio. Ex his videlicet qui credere voluerunt.qui & iudicium venturum contremuerunt.Hieronymus. Timuit inquã iudiciũ ſibi imminere diuinum Caſſiodo.Quod:vt intelligatur de fidelibus tantum dixi,Sequitur.

x ANnũciauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt.

Hieto.Ipſi enim compuncti corde,intelligunt annunciantq; mirabilia dei.Caſſio.Gloriam ſcilicet Lu.xxiiij Actuu.2 reſurrectionis,agnitionem in fractione panis,aſcẽſionem in cœlis,varijs linguis locutos fuiſſe diſcipulos.& alia miracula quę fecit annunciauerunt prędicando diuerſis. Et prothdolor,gentes audi tis crediderе mitaculis,quibus illi noluerunt animum prębere,nec viſis,(& facta eius intellexerũt) Caſſio. Caſſio,Vtiq; intellexerũt facta ei⁹ eſſe diuina quę tamen calũniabãtur & dicebant pręter mẽten ſuã eſſe in beelzebub facta quia talia implere non poterat fragilitas humana.Au.Glo(. vel ĩtellexerũt) cur paſſus,cur non deſcendit de cruce,quia moriẽdum erat,& reſurgendum, quod tunc non fuit intellectum.Glo.Deinde ex prędictis oſtenditur ꝓmiſſio iuſtorum.q.d.Surrexit Chriſtus,Et inde.

xi Lætabitur iuſtus in domino & ſperabit in eo & laudabũtur omnes recti corde.

Hierony.Sicut enim impius pro infidelitate ſua formidat,ita iuſtus per ſpem ęternitatis ſuę exul- ,, tat in domino. Caſſiodo.(Lętabuntur)inquam,& tunc quando ſedebunt in iudicio iudicantes duodecim tribus Iſrael Hic enim ad tempus cõtriſtati ſunt,tunc vero lętabuntur in ęternum.Sed ne hoc putaretur ſolis apoſtolis dici,ſequitur ſentẽtia ge- ,, neralis.(Et laudabuntur omnes recti corde.Idem. Illi ſcilicet qui per rectas domini ſemitas gradiuntur.Tales enim redduntur ſemper laudabiles,quia & dominum laudant,& ab ipſa veritate laudãtur. Quid enim laudabilius quã ab ipſo audire,Venite benedicti patris mei.

❡Pſalmus.lxiiij.

❡Titulus In ✠ finem Pſalmus Dauid canticum Hieremiæ & Aggęi & Eze- ✠ Alias victori. chielis,de populi trãſmigratione cum inciperent proficiſci.

Lyra exponit hunc pſalmum ad literam de reditu populi iudaici a captiuitate babilonica iuxta titulum.

Caſſiodorus.(In finem pſalmus Dauid)verba iam nota ſunt.(Canticum Hieremiæ&c.Idẽ.Aug.Glo. ,, Prophetauit enim. Hieremias poſt ſeptuaginta ,, annos populum de Babilonia in Hieruſalem redíturum,quod & factum eſt. Et tunc temporis inter captiuos erat Exechiel,& alijs ꝓphetę. In quo figura eſt noſtri.qui de Babilonia ad Hieruſalem ſuſpiramus,hoc eſt de hoc ſęculo & corpore peccati,ad cœlum.Hugo cardi.Sic ergo legendus eſt titulus.Pſalmus iſte dirigens nos in finem Chriſtum ſcilicet, vel in conſummationem eſt Dauid, & eſt canticũ Hieremię, & Aggęi Ezechielis id eſt exultatio ſanctorum exultantiu de populi tranſmigratione, cum incipiet proficiſci ex hac valle miſerię per pœnitentiam ad deum.Hiero. Iſte ergo pſalm⁹ cãtatur & de reuerſione Babiloniæ in Hieruſalem,& de noſtra ad cœleſtem Hieruſalẽ.Aug. Et ob ideo eccleſia.lxx.celebrat a dominica,circũdederunt,vſq; ad ſabbatum in albis.Hug.car. Intẽtio autem prophetæ eſt cõſolari nos in hoc exilio per ꝓmiſſionẽ reditus. Et diuiditur in duas ptes. Diuiſio Iſte pſalmus in prima affirmat reditum & pręcatur. In ſecunda laudes dei,& virtutes deſcribit,ibi Spes omnium finium terræ,Gloſa. In voce ergo reuertentium propheta lætus cantat,dicens.

TE ✠ dedet hymnus deus in ſyon, & tibi reddetur votum in Hieruſalem. 1 ꝑs.lxiiii. ✠ alia li. tibi ſilentiũ laus deus in ſion. In hieruſalẽ auditum eſt.

Hierony.Caſſiodo. (Te decet) inquit(hymnus deus)non theatralibus. neq; ſimulacrorum templis.Sed tibi omnipotens,laus & votum iugiter eſt reddendum. Ille enim ſolus debet laudari qui creator omnium probatur agnoſci.(Decet)dico in ſion.Hiero. Id eſt in eccleſia, tuam gloriam ſpeculante. Gloſa. Illos nãq; decet laudare,qui vel mente vel re ſunt in ſyon,quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.(Et tibi reddetnr votum in Hieruſalem).Hiero.Reddetur itaq; tibi laus quia es deus.(Et votum) quia redemptor es. Caſſiodorus. ,, Reddere enim oportet votum in In Hieruſalem id eſt in viſione pacis, in qua ſemper manet fixa fœlicitas,non,marti, non veneri ceteriſq; demonibus,prout illi gentiles facere ſolebãt. Sequitur

EXaudi orationem meam, ✠ ad te omnis caro veniet. 2 ✠ alia li. donec ad te.ꝛc.

Caſſio.(Populus nãq; qui prius dixerat(Te decet hymnus deus in ſion) nunc ad dominum proclamat dicens.(Exaudi orationem meam). Sciens ei ſe eſſe moriturum,illum rogat ad quẽ ſe poſt hanc vitam venturũ eſſe nocebat,vt hic ei parceret,nec ibi de ipſo iudicaret.(Ad te)inquit(omnis caro veniet)Aug.Glo. Id eſt omnis homo,hoc eſt ex omni genere.Pauperes ſcilicet diuites, viri, fœminæ docti i docti,pueri ſenes,Oẽs enim in iudicio ad eũ veniẽt prout in corpore geſſerunt recepturi. Hiero.Vel(ad te omnis caro veniet). i.ad te conuertetur omnis homo.Gloſa.(Exaudi) igitur,nam ne-

ceſſe eſt vt audias. Quia.

3 ✠alia li. iniquitatũ ✠ Alias ſup me.

Verba iniquorum ✠ præualuerũt ſuper nos, ‡ & impietatibus noſtris tu propiciaberis.

Caſſiodorus. (Pręualuerũt) quidem (verba iniquorum) parẽtum ſcilicet paganorũ, qui perſuaſerũt filijs vt antiquos ritus & ſacrilegia colerent. Hierony. Docentes eos dogmata philoſophorum & gentilium. Caſſiodorus. Sed hic erroribus pietas diuina ſubuenit, quando ſalutem mundo aduentu domini Saluatoris ĩdulſit, & eum in cruce hoſtiã fecit, per quam mundum ſibi reconciliauit, propter quod dicit. (Et impietatibus noſtris tu propitiaberis. Hieronym⁹. Nam vſq; in finẽ fuiſſem⁹ in errore, niſi tu deus propitius fuiſſes noſtri, qui nos ſanguine proprio mercatus es. Caſſiodorus. Dicit autem (propitiaberis) hoc eſt propitiam facies diuinitatem, vt ira quæ videbatur delictis, conuertatur in gratiam ſalutis. Glo. Propitiaberis dico. Et ideo.

4 ✠alia li. tabernaculis.

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, inhabitabit in atrijs ✠ tuis.

Gloſa. (Beatus) inquit omnis ille (quem tu elegiſti) per gratiam a maſſa perditorum, & aſſumpſiſti) in ſortem tuam, id eſt in æternam requiem. Caſſiodo. Aſſumi enim eſt in ęternam requiem collocari quam ſanctis ſuis dominus repromiſit. Hieronymus. Vocat nãq; deus omnes, nec vllum ſpernit, ſed pauci ſequũtur. Et ideo qui ſe dignũ ei⁹ electione prębuerit, cohabitat ei cum apoſtolis ſanctis in tabernaculis ſempiternis. Caſſiodorus. Sed vide quid ait. (Elegiſti) vt hanc electionem nemo ſuis meritis applicaret, ĩquit enim nõ vos me elegiſtis ſed ego elegi vos. &c. Hugo cardi. Non enĩ prodeſſet electio, niſi ſequeretur aſſumptio. Nã & Iudas fuit electus, ſed non aſſumptus. Vnde dominus. Nonne inquit vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Gl. Sed quare (beatus quem

Joh. vi.

elegiſti & aſſumpſiſti) quia inquit inhabitabit nõ moriendus in atrijs tuis, id eſt in cæleſti Hieruſalem. Caſſiodo. Ibi enim inhabitare iam pręmium eſt, quia nequeunt illuc introire, niſi quos cæleſtis miſericordia dignatur eligere. Hugo cardi. Sed quę vtilitas eſt inhabitare in atrijs tuis. Sequitur.

5 ✠alia li. ſanctificatione tẽpli tui ✠ Alias terribilis iuſtitia.

Replebimur in bonis domus tuę, ſanctum ✠ eſt templum tuum ‡ mirabile in ęquitate.

(Replebimur) inquit (in bonis domus tuę). Hug. cardi. Id eſt triumphãtis eccleſię, quę diuerſis munerum ſpritualium exuberat bonis. Caſſiodo. (Replebimur) inquã quaſi ad mẽſuram noſtram, quãtum ſcilicet poſſumus capere (in bonis dom⁹ tuę) Hugo cardinalis. (Domus dicit non tabernaculi, quod eſt militantium. Gloſa. Bona autem domus qualia ſunt ſequitur. (Sanctum eſt templum tuũ). Hierony. Templũ enim hoc, eſt homo ille in quo plenitudo diuinitatis inhabitat, de quo angel⁹ ad Mariam Et quod naſcetur ex te ſanctũ vocabitur filius dei. Glo. Caſſiodorus. Vel templum hoc eſt eccleſia, vel corpus Chriſti, de quo in euãgelio dominus ait. Deſtruite templum hoc & in triduo ędificabo illud, hoc dicẽs de tẽplo corporis ſui Sequitur (Mirabile in equitate. Caſſiodorus. Hoc ad di-

Caſſio. Luce. i.

Johã. 2.

ctum templum reſpicit, quod multis modis poteſt eſſe mirabile. Sed ideo addidit (in ęquitate), pter eius aduẽtum in quo bonos ſegregabit a malis, & vnicuiq; digna retribuet. Hugo cardina. Et ideo erit mirabile in ęquitate, id eſt in ad ęquatione gratię & glorię, meriti & pręmij, & in ęqualitate participationis gaudij. Glo. Vt igitur repleamur bonis iſtis.

Exaudi nos deus ſalutaris ✠ noſter, ſpes omnium finium terrę, & ĩ mari longe. ‡ 6 ✠alia li ſaluator ✠ Alias et maris lõginqui

Hugo cardi. (Exaudi) inquit, id eſt extra tẽplũ tuũ cœleſte exiſtentes audi, tu (deus) qui es (ſalutaris) id eſt Saluator noſter, vt introducas nos illuc, nõ noſtris meritis, ſed tua miſericordia quę te fecit noſtrum ſaluatorem. Caſſiodo. Salutaris enim noſter Chriſtus eſt qui mundo ſalutem contulit. Et humano generi ſua p̃ etate ſubuenit. (Spes omnium finium terrę, & in mari longe) Glo. Hugo cardinalis. & Caſſiodo. Secunda pars in qua laudes domini virtuteſq; deſcribit, quaſi dicat. Exaudi nos tu dico deus qui es (ſpes) non modo Iudeę vel Affricę, ſed omnium finium terrę (Caſſiodo. Spes enĩ domini non eſt localis, neq; vni⁹ gentis, ſed omnium finium terrę. Quoniam illi per vniuerſum orbem humilia vota fundũtur, qui merito omniũ ſpes eſt, quando fidelibus cunctis ęterna pręmia cõpromiſit. Sed ne hoc de terra ſola intelligeres, addidit. (Et in mari longe), in quo ad inſulas reſpicit, quas finibus prædictis videbam non incluſiſſe, ſiue, ad totius ſęculi habitationem, quę mare longum vel magnum dicitur, qm̃ innumeras continet nationes. Mundus enim iſte mare dicitur, quia amarus, eſt fluctibus diaboli quatitur, & peccatorum tempeſtatibus commouetur. Gloſa. Deinde ſubdit per quid ſit ſpes omnium quaſi dicat. Per hoc es tu ſpes omnium.

Scda ps.

Preparans mõtes in virtute ſua accinctus potentia, qui cõturbas pfundum maris, ſonum fluctuum eius. 7 ✠alia li. cõpeſcẽs ſonitum.

Caſſio. (Pręparans) inquit (montes in virtute ſua) id eſt apoſtolos qui ad verbum prędicationis electi ſunt, habentes fortitudinem fidęi, & altitudinem ſanctitatis, humiles conuerſatione, ſed merito celſiores, quos dominus pręparauit (in virtute ſua) quia per eos fecit magna miracula, vt incredulos conuerterent, & factorum admiratione duriſſima corda mollirent. Sed qualiter hoc fecerit conſequẽter exponit dicẽs. (Accinctus potẽtia.) Caſſ. Id eſt indutus maieſtate ſua. Humanitas enim domini verbi poteſtate pręcincta eſt, vt quod homo non habuit virt⁹ diuina pręſtaret. Gloſa. Quid autem per montes illos paratos fecerit? Ecce, (qui conturbas) inquit (profũdũ maris.) Hierony. Sęculi ſcilicet hui⁹ profundam iactantiam prędicatione apoſtolica commonens. Caſſiodo. Turbauit enim apoſtolis prædicantibus non ſolum ſuperficiem, ſed & profundum maris, id eſt gentilium corda demerſa profundius. Glo. Quos conturbauit ad pœnitentiam, vel corda principum tunc conturbata ſunt, cũ viderent deos ſuos, & ſpes ſuas ad nichilũ venire (Conturbas) etiam (ſonũ fluctuum eius. Caſſiodorus. Id eſt dicta crudelia perſecu

torum,quę fuerunt ſonus fluctuũ,hoc eſt perſecutionum maris, id eſt huius ſæculi. Auguſti. Glo. Perſecutores nãq; ſonantes erant contradictione fluctuãtes vero perſecutione. Hieronym⁹. Vel (cõturbat ſonũ) quẽ dabant ſimulachra in euerſione ipſorum, illicientes paganos, vt interimant ſanctos, quos dei potentia opilatur. Hugo cardinalis. Et licet multi perſequerentur, multi tamẽ etiam perſecutores conuertebantur. Vnde ſequitur.

8 ✝ Alias multitu=nẽ gẽtiũ. ‡ Alias laudantes facies.

Turbabuntur gentes ✝ et timebunt q habitant ‡ terminos a ſignis tuis, exitus matutini & veſpere delectabis‡.

Gloſa. (Turbabuntur) inquit non (montes) qui inconcuſſi manſerunt, ſed (gentes). Hiero. Quę tunc turbatę ſunt, cum aduerſus ſanctos pręualere non potuerunt, Caſſiodo. Et quando fideliſſimos cernebant, & viuas facere virtutes, & mortuos ſupplicantium vota complere, ſuaq; numina eorum potentiam paueſcere, & reſponſa negare, (Turbabuntur) inquam (& timebunt qui habitant terminos) Hugo cardinalis. Orbis terrę ſcilicet, id eſt vbiq; terrarum. Gloſa. Iam enim Chriſtiani timentur vbiq;. Sed vnde timebunt? (A ſignis tuis) inquit. " Hieronymus. Id eſt a virtute crucis quæ eis prius ſtultitia erat, vel ab his mirabilibus compunguntur. Hugo car. Id eſt a miraculis quę per apoſtolos fiebant. Caſſio. Quando ſcilicet talia ſigna videbant, quę nec lectio eorum prodiderat, nec viſio vlla monſtrauerat. Gloſa. Primo itaq; turbabuntur & timebunt, & poſt (exitus matutini & veſpere delectabis) id eſt fortes facies in proſperis & in aduerſis. (Mane) enim eſt proſperitas, quia lętũ " eſt mane poſt triſtitiam noctis. (Veſpere) vero eſt aduerſitas In his enim duobus tentatur homo, ſed datur ei exire inde, ne lucris capiatur cui diuitię ſunt deus, ne etiã aduerſis terreatur ꝓ quo paſſus eſt deus. Hiero. Per mane nãq; lętitia: per veſperum triſtitia deſignatur. Caſſiodorus. Delectat igitur, id eſt delectabiles facit mane & veſpere, dũ ex ꝓſperitate & aduerſitate ſanctos acquirit. Glo. Sed qualiter hoc factum ſit ſubdit dicens.

ix ✝ alia li. irriga eã ‡ alias vbertate dita ea.

Viſitaſti terrã, & inebriaſti ✝ eam multiplicaſti locupletare‡ eam.

Hierony. (Viſitaſti) vtiq; (terram) noſtri corporis. aſſumendo materiam carnis. Glo. Vel (viſitaſti terram) id eſt miſiſti nubes apoſtolos, ſcilicet, qui cõpluerent terram. Hugo cardi. Id eſt terrena corda gentium. Caſſio. Per terram enim hic genus humanum debemus accipere. Gloſa. Et eorum prędicatione & doctrina inebriaſti eam. Hieronym⁹. Non vino luxurię ſed infuſione ſpiritus ſancti. Caſſiodorus. Ebriętas profectio fœlix ſocietas ſalutaris, quę quãto copioſius ſumitur, tanto ſobrietatem mentibus donare dignatur. Nedum autem " inebriaſti ſed etiam multiplicaſti locupletare eã). Hierony. Diuerſarum opibus gratiarum Caſſio. Verba enim iſta in explicabilem modum donationis oſtendunt Nam qui multiplicat locupletare quãtum ſit non videtur exprimere, ſed in immenſum ducitur quod verbis talibus pollicetur. Dicitur enim locuplex quaſi loco plura tenens Hug. cardi. Dico itaq; ꝙ locupletaſti eã, quod ex hoc apparet. Quia.

Flumen ✝ dei repletum eſt aquis paraſti cibum illorum, quoniam ‡ ita eſt præparatio eius.

x ✝ alia li. riu⁹ dei replet⁹ eſt aqua. ‡ alia li. preparabis frumentum cor quia ſic fundaſti eam

Glo. (Flumẽ) inquit (dei) id eſt populus dei, prior fideles ſcilicet qui fuerũt in primitiua eccleſia profundi ad recipiendum. (Repletum eſt aquis) id eſt donis ſpiritus ſancti. Caſſio. Glo. Vel per (flumen) intelligitur miſericordia dei, quę bene fluuio cõparatur, quia nec aliqua ſiccitate poteſt imminui, nec crebis potationibus expendi. Gloſa, Vnde igitur multiplicaſti locupletare? Ecce. Flumen dei id eſt miſericordia dei quę pleno fluuio comparatur repletum eſt aquis, id eſt repleta eſt refectione ſingulorum, omnibus enim ſufficiens expendi non poteſt. Hieronym⁹. Vel flumẽ dei ſumus nos qui credimus, qui replemur aquis, cũ baptiſmo abluimur. Gloſa. Deinde poſt potum ſubdit de cibo ſpirituali, id eſt de corpore Chriſti, dicens. (Paraſti ci " bum illorum). Hierony. (Paraſti) inquam domine " cibum noſtrum in communione beati corporis & ſanguinis tui. Quod ſi digne hauriam⁹, iudiciũ Ioh. vi. mortis effugimus. Tu es enim panis vitæ deſcendens de cœlo & vitam tribuens mundo. Caſſiodo. Panis autem iſte non dentibus manditur, ſed animę auiditate ſumitur. Deinde ne aliquid cauſaliter factum putares. Addidit. (Quoniam ita eſt pręparatio eius.) Sic enim omnia contigerunt prout ab eo diſpoſita ſunt. Hugo cardi. Et quia prædicta bona præuidebat propheta per apoſtolos prouentura, ideo orat, vt ipſos inebriet deus gratia ſua dicens.

xi Aliter legitur. ✝ alias ſulcos. ‡ alia li. fruges.

Riuos ✝ eius inebria, multiplica ‡ genimina eius in ſtilicidijs eius lętabitur germinans.

Beatus. Hierony. iuxta hebręum ſic vertit Sulcos eius inebriat multiplica fruges eius pluuijs irriga eam & germini eius benedic. Caſſiodo. (Riuos) inquit (eius) id eſt apoſtolos vel alios fideles qui de illo repleto flumine miſericordię dei biberũt (inebria). Idem. Gloſa. Vt ſibi & alijs ſufficiant. Hierony. Riui enim iſti a flumine illo, id eſt a ſpiritu ſãcto emanent, qui nos diuerſis gratiarũ donis inebriãt, per quæ donationum genera generationes " multiplicantur eccleſiæ, vnde ſequitur (Multiplica " genimina eius). Id eſt generatiões illi⁹ riui qui de flumine ſancto profluxit vt per generationes ſuccedentes beata prædicatio non deficiat, ſed multiplicetur, vñ & catholica ſemper creſcat eccleſia, & cũ multiplicaueris in ſtilicidijs eius lætabitur germinans. Glo. in ſtilicidijs ĩquit. i. in guttis doctrinæ ei⁹ lętabiĩ, qa inde proficit & (germinãs). i. rudis qui inde incipit. Caſſio. Stillicidia enim ſunt guttæ quæ de tectis cadũt, nõ pondere ſed aſſiduitate penetrãtia, in primordijs ergo ſuis omnis fidelis (germinans lętabitur in ſtillicidijs). Hieronymus. Nam (Stilicidia) hęc in nobis primum defluũt, dehinc riui fiũt. Poſt hæc multiplicãtur in generationibus, vt afferant fructum. Hugo cardi. Merito. igitur lætabitur germinans, Quia tu.

12 Aliter legitur. ✝ alia li. coronam

Benedices coronę ✝ anni benignitatis tuę, & campi tui replebuntur vbertate.

Talis eſt lectio.b.Hiero.iuxta hebra.ve i. Voluetur annus in bonitate tua,& veſtigia tua rorabūt pinguedine.Hugo cardi.(Benedices)inquit remittendo peccata in pręſenti, & in futuro coronādo (Coronę)id eſt multitudini credentium circunſtāti ad modum coronæ(Coronæ)dico(anni) id eſt acquiſitę in anno(benignitatis tuę)id eſt in tēpore gratię quod fuit ex benignitate tua.Caſſiodo.Per coronam itaq; totus mundus accipitur per quem catholica eccleſia dilatatur,cui benedixit dominꝰ Hierony.(Anni)vero tempora coronam vocauit tanquam ad modum circuli ſemper decurrentia. Auguſtinus. Gloſa.Ideo autem dicit(Benignitatis tuę)ne quis glorietur de meritis ſuis, Sequitur (Et campi tui).Hugo car.Ideſt iuſti qui ſuſcipiunt ſemen,verbum dei,& pluuiam gratię, replebūtur vbertate bonorum operum.Hierony.Vel campi legis qui nullum iocunditatis fructum in litera ꝓtulerunt, ſpiritualiter intellecti euangelici dogmatis vbertate complentur.Caſſio. vel campos dicit fideles homines,qui pro ſua ęqualitate campi vocātur.quia campi ęquales ſunt.Tales enim replebuntur vbertate,quia fructum tricenariū & ſexageſimū vel cētenariū dn̄o largiēte pręſtabūt.Et ide.

Auguſti. Hieroni.

13 ✠alia li. paſcue.

PInguefcēt ſpecioſa ✠ deſerti:& exultatione colles accingentur.

Caſſio.

Caſſiodorus.(Pingueſcent)inquit(ſpecioſa deſerti)id eſt gentium populi,ad quos nullus propheta fuerat deſtinatus. qui pingues magno munere diuinitatis effecti ſunt,quando ad eos apoſtolorū prędicatio ſancta peruenit,(Et exultatione colles accingentur).Hierony.Caſſio.(Colles)id eſt martyres ſiue reliqui ſancti,qui,immenſis a deo præmijs honorati,perpetuis gaudijs accinguntur. Et ad æternum gaudium per tollerantiam paſſionū perueniunt.Gloſa.Qui ideo merito(colles)dicūtur id eſt humiles,quos deus erigit. Hugo cardi. Illi autem non tantum receperūt doctrinā ab apoſtolis,ſed & exemplum,Vnde ſequitur.

Hiero. Gloſa.

14 ✠alia li. agnis veſtient grecus ✠ alias coronabuntur.

INduti ſunt arietes ouium & valles abundabunt frumento clamabunt etenim hymnum dicent

Hugo cardi.(Induti ſunt)inquit ornamentis virtutū,& pulchra cōuerſatione,(Arietes) ouiū id eſt apoſtoli ductores & doctores populi.Hiero. Caſſ. Vel arietes ouium id eſt patriarchæ. Apoſtoli & reliqui ſancti, qui duces fuerunt ouium eccleſiaſtici gregis, tranſlati de morte in vitam induuntur veſte nuptiali hoc eſt immortalitate perpetua(Et valles).Caſſiodorus. Gloſa.Hugo cardinalis. Id eſt populi humiles(abundabunt frumento.)Aug, Quia multum fructum afferent. Hieronymus. Et fructibus alentur æterne vitæ(Clamabunt) Gloſa.Hugo cardinalis. Ad dominum non, blaſphemantes,ſed deum laudantes.Hieronymꝰ.Omnes. enim electi pro diuerſorum numerum donis, deo perpetuas cōcinnēt laudes (Et eni hymnū dicēt). Caſſ. Id eſt laudē,quę rationalibus creaturis cōuenit.Gloſa.Er propter hoc habūdabūt frumento,

Caſſio. Hieroni.

Pſalmus.lxv.

✠ alias victori

Titulus In ✠ finem Pſalmus Dauid canticum reſurrectionis.

Lyra exponit hunc pſalmum ad literam de liberatione populi Iſrael de egypto, de qua liberatione gratias agunt.&c.

Hierony. Caſſiodo. Pſalmus iſte ad reſurrectionē Chriſti pertinet.Hortando fideles vt de domini reſurrectione cōgaudeant,Gloſa.(Quia hic eſt exultatio de reſurrectione capitis,quæ iā præceſſit. Et corporis quę futura eſt, & hoc eſt canticū(pſalmi, quia pro reſurrectione monet bene operari.(Per canticum)nanq; intelligētia ſpiritualis.(Per pſalmum)vero opus reſurrectionis intelligitur.Et diuiditur in quattuor partes. In prima Monet nos omnes de Criſti reſurrectione gaudere, quæ omnibus dat vitam.In ſecūda,Inuitat inſipiētes vt opera dei conſiderent, vt quos vnum præmium expectat vna fides iungat ibi. Venite & videte opera dei). In tertia,(Monet gentes benedicere)deum qui licet tribulationibꝰ ꝓbet ſuos,ꝓbatos tamē ꝑducit ad regnum,ibi.Benedicite gentes.In quarta Perfectiores & magis deuotos, monet exēplo ſuæ liberationis magis confidere in domino,ibi. Venite audite.Gloſa.Eccleſia ergo de ſpe reſurrectionis lęta vniuerſos ad cāticum & ad pſalmum inuitans,ait.

Diuiſio Gloſa.

IVbilate deo oīs terra, pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. 1

Gloſa.(Iubilate deo(inquit ineffabili affectu ꝓ gaudio reſurrectionis (omnis terra)nō ſolum iuda.Caſſio. Sancta enim eccleſia omni terræ dicit eſſe gaudēdum, quæ erat Chriſto domino creditura.Eſt autem iubilus gaudium ineffabile,& exultatio cordis, quę immenſitate ſui verbis non poteſt explicari.Quod autē dicit(omnis terra).non humum,ſed fideles ac deuotos ſignificat, qui de reſurrectionis poterant(gaudere miraculo ponens hic continens pro contento, iudæos in hoc conuincens, qui ſpem reſurrectionis ſibi tantum ęſtimabant eſſe pollicitā. Hieronymꝰ.Vel ideo dicit omnis terra, vt per hoc humanum genus terrenum eſſe demonſtret.(Pſalmū dicite nomini eius).Hierony.Vt quod ore dicitis, opere compleatis,.Multi enim laudant, ſed opere non implent.(Date gloriam laudi eius).Hiero.Vt ſicut ei vocibus iubilatis,ita in eum ꝓ nobis actibus gloriemini,dicentes illud.Nō nobis, domine non nobis,ſed nomini tuo da gloriam.Caſſiodo. Dat enim gloriam laudi eius qui pręconia domini frequentata exultatione concelebrat,vt totum ipſi deputans,nichil humanis ęſtimat viribus applicandum.Augu.Glo.(Date igitur(gloriam laudi eius)non induſtrię veſtræ,ſicut iudæi qui meritis ſuis dant iuſtitiam, & inuident gentibus gratiam. Gloſa.Iubilate dico date gloriam laudi eiꝰ. Et laudando.

Hieroni. Caſſio.

DIcite deo q̄ terribilia ✠ ſunt opera tua domine in multitudine virtutis tuę mētiētur tibi inimici tui. 2 ✠alia li. mendi

Gloſa.

Gloſa.(Dicite)inquit(deo).O domine(quā terribilia ſunt opera tua).Quod ſcilicet deꝰ factus eſt homo,ꝙ paſſus,ꝙ mortuus,& huiuſmodi. Hierony. Terribilia etiam.i.timenda ſunt dei iudicia, quia occulta,dum ſcilicet quidam videntur quaſi ſancti

& reprobati ſunt. Quidam vero videntur quaſi re-probati & ſunt electi, ſicut de populo iudaico prius electo, & poſtea reprobato, & de gētibus prius cōdemnatis poſtea electis. Augu. Glo. Si igitur gaudes & time, ne quod datū eſt humili, auferatur ſuperbo ſicut factum eſt iudęis. Non ergo inſultes fractis ramis, ſed time ne forte nec tibi parcat. Nā terribilia. i. metuēda ſunt opa dei, q̄ licet facta ſint (in multitudine virtutis tuę) tamen (mētientur tibi inimici tui) iudęi ſcilicet. Hierony. Qui quando viderūt virtutes & ſigna ī AEgypto, & in mari rubro, dixerunt omnia quęcūq; pręceperis faciem⁹ & non fecerunt. (Vnde mentita eſt iniquitas ſibi,) & inimici domini mentiti ſunt ei. Caſſio. Vel tūc mentiti ſunt quando in virtute multa curabat infirmos, & ipſi dicebant, q̄ hoc faciebat in Beelzebub Vel cum ſurrexit ī multitudine virtutis, dicebant data pecunia cuſtodibus dicite, quia diſcipuli eum furati ſunt nocte. Augu. Gloſa. illis ergo relictis in ſuo mendacio, te cuius potentię mentiti ſunt adoret omnis terra. Vnde ſequitur.

» Exo.14.

Mat.23.

3 Adde ſē per ex hebreo.

Omnis terra adoret te & pſallat tibi, pſalmum dicat nomini tuo. ✠

Caſſio. Glo. Quia igitur mentiti ſunt tibi inimici tui (omnis terra) loco eorum ſubſtituta (adoret te) fide (& pſallat tibi) opere. Hiero. Te adoret, te veneretur, tibi concinat, nō creaturę quam eius vſib⁹ ſubiecisti. (Pſalmum dicat) Caſſiodo. Glo. Ad aliorum inſtructionem vel vt opera ſancta pſalmodię conſona oſtendat. (Nomini tuo). Hug. car. Id eſt ad honorem nominis tui.

»

Dyapſalma. 4 Secūda pars. ✝alia li. terribilia cōſilia

Venite & videte opa dei, terribilis ī cōſilijs ✠ ſup filios hominū.

Gloſa. Hugo car. Secunda pars, vbi inſipientes ad opera dei conſideranda inuitat. q. d. (inimici ſunt mentiti). Et ideo (o gentes) relinquite mēdaces iudęos & (venite (confitentes peccata. (& videte). i. cognoſcite (opera dei) in quib⁹ eſt (terribilis). Hiero. Vel (venite). i. credite (& videte). i. intelligite. Caſſio. Et lumine cordis cognoſcite opera dei, nō tantum iſta quę omnes pariter vident cœlum, terram, mare, & omnia quę in eis ſunt, ſed etiam illa inuitat ſpecialiter intueri, quę fideliſſimi ſpiritualiter agnouerūt. Quod autem dicit. (Venite) quaſi adhuc lōge poſitis loquitur Hugo car. (Venite) in quā (& videte opera dei) quia (terribilis) eſt (in conſilijs) habitis (ſuper filios hominū) quoſdā illuminando. quoſdā excęcando, quoſdam ſaluādo, quoſdam damnando. Hierony. Terribilis nāq; eſt, cū vnus reprobatur, & alter eligitur, ſicut ipſe in euāgelio dicit. Duo in agro vn⁹ aſſumetur alter relinquetur, duę molentes, duo in lecto, vnus aſſumitur alter relinquitur. Terribilis profecto, dum ex his qui de vna maſſa fuerunt creati, alij reprobantur, alij eliguntur. Caſſio. Vel filios hominum fecit terribiles atq; metuendos, cum, per eos miracula magna monſtrauit. Cardi. Vel poteſt ſic intelligi q; terribilis eſt deus ſup filios hominū. i. magis timēd⁹ eſt q̄ homines. Caſſ. Quę aūt ſint iſta opera in quibus eſt terribilis, ſequentia declarabūt.

»

Luc.xvii.

5 Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibūt pede, ibi lętabimur in, ipſo.

Caſſiodorus. (Qui cōuertit) inquit (mare in aridā), quando hebręum populum per medios fluctus iter fecit habere terrenum. Auguſtinus. Glo. Vel (mare). i. mūdum amarum, a ſalſitudine conuertit in (aridam) vt ſcilicet ſitiat aquam dulcem baptiſmatis. Hugo car. Vel mare. i. cor peccatoris in aridam vt iam ſitiat iuſtitiam. (In flumine pertranſibunt pede (. Caſſiodo. Cum Iordane dextra leuaq; diuiſo in terram promiſſionis iudaicum deduxit exercitum, Aug. Glo. Vel (flumē) eſt mortalitas ſæculi, vbi alij veniunt, alij ſuccedūt, ſed qui in Chriſtum credit trāſit pede. i. faciliter in ſe humilis, nō in equo ſuperb⁹. (Ibi lętabimur in ipſo). Auguſt. Glo. (Ibi) cum ſcilicet flumen tranſierimus (pede) iocundabimur, non in nobis, ſed in ipſo deo ſcilicet qui erit omnia in omnibus. Caſſiodo. Vbi eſt gaudij noſtri fons & origo, vel in ipſo qui dominatur in virtute ſua, Vnde ſequitur.

Exo.14.

» »

Ioſue.3.

6 Qui dominat ✝ ī virtute ſua ętern-um, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt, qui exaſperāt ‡ nō exaltentur in ſemetipſis*

✝alia li. dominabitur. ‡ alia li. increduli. * Adde ſē per.

Hugo cardi. (Ibi) inquam (lętabimur), ſcilicet in quo (in ſpoſo) ſcilicet (qui dominatur i virtute ſua) quod nullus alius facit, (dominatur) dico, non ad horam ſed in ęternum, quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna. Caſſio. Dominari enim poſſunt principes terrarum, ſed non in virtute ſua, neq; in ęternum. Quapropter hęc duo addita ſūt vt omnipotentis regis virtus poſſit oſtendi. Hugo cardi. Et quia poteſtatem comitari debent duo iſta, miſericordia ſcilicet & iuſtitia, propterea primo de miſericordia ait. Quod oculi (miſericordiæ eius ſup gentes. i. ſup gentiles quos ad fidem vocauit, vel (ſuper gentes) id eſt ſuper peccatores quoſlibet (reſpiciunt) ad miſericordiam. Secundo de iuſtitia innuit dicens. (Qui exaſperant) deum peccādo, ſicut fecerunt iudęi, (nō exaltentur in ſemetipſis) id eſt in cogitatione ſua. Hierony. Vel oculi eius ſuper gentes reſpiciunt). Contēplatione ſancta inſpicit dominus populos credituros. Caſſio. (Reſpiciūt) inquā vt quod gētes per ſe videre non poterant, afflato aſpectu veri luminis intuerētur. Quos enim dominus reſpicit, illuminat, & quos viſitare diſponit, & liberat. Quod autem dicit (qui exaſperāt nō exaltētur in ſemetipſis), Fideles ꝓhibet in ſeipſis exaltari, quos oportuit humiles inueniri, & nō in ſe, ſed in Chriſto (exaltari), vbi altitudo firmat eſt & nūquā ruiturus aſcenſus. Hiero. Vel ſic. Quia ſcilicet iudęi exaſperant deum in Abrahę natiuitate carnali dei gloriam collocant, ſed ex hoc (non exaltentur in ſemetipſis). Auguſtinus. Gloſa, Pro lege quam acceperunt, quaſi plus illis propterea debeatur. Omnes enim peccauerunt Caſſio. Et quia qui deum prouocat, ſolet exaltari in ſe volens peccata ſua defendere. Ideo hoc prohibet dicens, vt non exaltentur in ſemetipſis.

» » »

Dyapſalma. 7 Tertia pars. ✝alia li. populi.

Benedicite gentes ✝ deū noſtrū, & auditam facite vocem laudis eius,

Caſſiodo. Glo. Hugo cardina. Tertia pars in qua monet gentes benedicere deum, qui licet probet tribulationibus, tamen ducit ad regnum (Benedicite) inquit (gentes deū noſtrum) in quo benedici

Gen.26. mini.Vnde dominus ad Abraham. In ſemine tuo inquit)benedicentur omnes gentes.(Et auditã facite vocẽ laudis eius). Gloſa.Quaſi dicat. Nõ vos ipſos laudetis,ſed eum cuius gratia ſum⁹,quod ſumus. Caſſio. Vel(auditam facite vocem) quã pater de filio dicit. Hic eſt filius meus dilectus. Gloſa. Math.3. Eius laudis dico vocem,auditam facite.

8 + alia li. noſtram. ‡ Alias noſtros.

QVi poſuit animã meã + ad vitã &, non dedit in cõmotionem pedes. meos‡

Auguſti. Gloſa. Caſſio. Nunc. enumerat quibus de cauſis miſericordia domini prędicetur. Duo enim ſunt iſta ſacramenta liberationis. Primũ eſt,quod nos per munus baptiſmatis ducit ad vitam. Non enim illic noſtris meritis peruenimus, ſed beneficio miſerationis attrahimur, ideo dicit,(qui poſuit animam meam.)Gloſa. Quę in morte erat in ſe ad vitam. Hugo car. Id eſt applicuit deo, qui eſt vita. Hieronym⁹. Ne eam perpetua conſumeret mors. Mors enim Chriſti occidit mortem noſtrã Gloſa. Et quia opus eſt vt pręſeruet quis in finem propterea ſequitur.(Et non dedit in commotionem pedes meos. Caſſiodo. Hoc enim eſt ſecundũ ne ſcilicet nos exinde permittat expelli qui grauibus vitijs probamur onerati. Ipſe enim pedes & greſſus noſtros non ſinit commoueri, qui Petro manum ne mergeretur extendit. Sequitur. mat.xvi.

tx + alia li. cõflaſti ſicut conflatur.

QVoniam probaſti nos deus, igne nos examinaſti + ſicut examinatur argentum.

Hiero. Nunc ſuccedit vox martyrum. Caſſiodor⁹. Per hos enim tres verſus loquitur eccleſia ex mẽbris quãtis tribulationib⁹ fideles affligãtur.(Quoniam)inquit(ꝓbaſti nos deus). Caſſio. Probat nãq; nos deus,quando per diuerſa temptationum genera,ꝓ ſui nominis confeſſione tollerantiam beatæ paſſionis indulget. Augu. Gloſa. Probaſti quidem aduerſis,ſed nõ in præceps dediſti,(igne nos examinaſti), Gloſa. Id eſt non in cinerem vertiſti, ſed ſordes abſtuliſti. Caſſiodo. Igne ſcilicet charitatis,qui non ſinit ſentire tormenta, vel igne tribulationis. Caſſiodo. Iſte autem ignis nõ cõſumptorius eſt,ſed purgatorius ideo dicit.(Sicut examinatur argẽtum) Idem. Nam argentum ideo igne decoquitur,vt purius inde reddatur. Gloſa. Et ideo nõ dicit ſicut fœnum,quod omnino comburitur ſed ſicut argentum.

10 + alias obſidionem. ‡ Alias nři corpē

INduxiſti nos ĩ laqueũ + poſuiſti tribulatiões‡ in dorſo noſtro,im poſuiſti homines ſuper capita noſtra.

Caſſio.(Induxiſti nos inquit in laqueum). i. intrare nos feciſti cuſtodię cathenas, quas martyres ſuſtinere meruerunt, laqueum quidem qui nõ deciperet,ſed probaret. Qui corpus necteret, ſed animę vincula diſſolueret, qui non ad reatum perduceret,ſed abſolutionis dona pręſtaret (Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.)Caſſio. Verba ſcilicet quę & Paul⁹ pertulit,& reliqua fidelium turba ſuſtinuit. Per hoc enim deſignat corporeos dolores quos de illatis verberibus martyres ſuſtinebant.(Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra). Hiero. Homines. i. peccatores impoſuiſti ſup nos,vt nos ſuſtineamus per patientiam. Caſſio. Hi nãq; ſunt illi homines qui perſecutionib⁹ ſęuis ſanctos martyres diuerſis cruciatibus affligebant. Hos homines dico(impoſuiſti ſuper capita noſtra)vt ſcilicet dares eis poteſtatem capitalẽ in nos ferre ſentẽtiã.

TRanſiuimus per ignem & aquam et eduxiſti + nos in refrigerium, 11 + alia li. induxiſti.

(Tranſiuimus)inquit(per ignem & aquam). Hug. cardi. Id eſt per aduerſitatem quę vrit,& proſperitatẽ quę diſſoluit. Glo. Ignis nãq; vrit, aqua corrũpit, & attẽde cõgruum ordinem. Prius enim ignem poſtea aquã ponit. Vas enim igne ſolidatũ aquam non timet. Si vero ſolidatum igne non fuerit,tanquã lutũ aqua ſoluetur. Hierony. Caſſio. Glo. Vel ad literam per hęc elemẽta,martyrũ oſtendit victorias,quas in diuerſis paſſionibus meruerũt,per laqueos per cruces,per verbera, per ignes, ęſtuſq; & alia diuerſa ſupplicia dum alios ignis aſſumpſit, alios aqua deuorauit. Quorum ſequitur illius ſęculi beata promiſſio,cum dicitur.(Et eduxiſti nos in refrigerium). Gloſa.(Et eduxiſti) inquit ſpe nos, poſt ęſtus tribulationum,(in refrigerium)id eſt in requiem ęternam. Caſſiodo. Eſt enim refrigeriũ poſt vrentes curas delectabilis,& amœna ſęcuritas quam in illa retributione ſuſcipiunt, qui hic pati pro domini nomine meruerunt. Vnde ſequitur. Caſſio.

INtroibo in domum tuam in holocauſtis, reddam tibi vota mea quæ diſtinxerunt labia mea. 12

Gloſa. Caſſiodo. Ecce quę bona cõtra precedentia mala. Ecce refugium.(Introibo)inquit(in domũ tuam). Caſſio. In illã ſcilicet futuram Ieruſalem, vbi nõ holocauſta pecudum, ſed puritas quęritur animarũ,vnde dicit(in holocauſtis. Idem. Gloſa. Id eſt vt offeram me conſpectui tuo cum holocauſtis bonorum operum,quę pri⁹ exhibui,(& vt reddam tibi vota mea). Caſſio. Id eſt laudes tuas perpetuo cum angelis decantem. Glo. Vel (ita introibo in domum tuam) futuram ſcilicet, Et interim hic(reddam tibi vota mea). i.(vota laudis(quę diſtinxerũt labia mea). Hugo car. Id eſt diſtincte & diſcrete promiſerunt. Augu. Glo. Nõ enim reddit qui nõ diſtinguit. Ille autem diſtinguit, qui dicit ſe nichil eſſe,deum vero omnia,& ſe eo egere, non illum ſe. Caſſio. Vnde ſancti tunc diſtingunt vota quando dominum laudant,& ſemetipſos accuſãt, reputantes ſe meruiſſe afflictiones quas ſuſtinent. Et in eis gratias agentes, deum laudantes,& eius iuſtitiam & miſericordiam prędicantes. Hug. car. Gloſa. Reddam dico vota mea quæ diſtinxerunt labia mea. Caſſio.

ET locutũ eſt os meum, in tribulatione mea. 13

Hugo cardina. Et vota ſcilicet illa reddam quę (locutum eſt os meum in tribulatione mea) id eſt dũ erant in tribulatione quo tũc ſolẽt homines multa vouere. Caſſiodo. In hoc aute beatã tollerantiæ ſanctitatem oſtẽdit. Multi enim in tribulationib⁹ peccãt carnis imbecillitate: & laudes de cãtẽt'. Sed nouerunt ſancti in tribulationib⁹ poſiti pura mẽte deum laudare: ſicut ſanctus Iob fecit. Glo. Vel locutum eſt os meum,quod ſequitur. Caſſio.

14 ✠alia li. ociam inde ſemper
HOlocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum offeram✠ tibi boues cum hircis‡.

Hug.cardinalis.(Offeram) inquit(tibi holocauſta
medullata)id eſt ſacrificia deuotione & charitate
plena. Caſſiodorus. holocauſta enim (medullata
ſunt ſacrificia, quæ puro atque intimo corde deo
offerimus, quæ firmitatem habere debent medul-
læ & pinguedinem fidei ſalutaris. Auguſtinus.
„ Gloſa Vel per medullas charitas intelligitur: quæ
intus eſt, non in ſuperficie, vt eſt illis qui homini-
bus placent.(Offeram) inquam illa)tibi cum incen
ſo arietum) id eſt cum oratione apoſtolorum, qui
ſunt duces gregis. Caſſio. Incenſum nanque ſi-
gnificat orationes quæ inſtar thimiamatis di-
uinis aſpectibus offeruntur. Arietes vero apoſto-
los: qui duces Chriſtiani populi pijs prædicatio-
„ nibus extiterunt. Idem. Auguſtinus. Gloſa. Quo-
rum vtrumque coniunxit dicendo.(Cum incenſo
arietum). Quia incenſum ſuauiſſimum eſt domi
„ no quod apoſtolorum traditionibus probatur ad-
iunctum. Vel quia duces gregis maxime orãt pro
grege.(Offerã etiam tibi boues cum hircis). Caſſi-
odorus. Per boues intelliguntur prædicatores, qui
pectora humana fœliciter exorantes, eorum ſenſi-
bus cœleſtis verbi ſemina condebant. Hircus vero
dictus eſt, quaſi hirſutus: & ſignificat diabolo
ſeruientes, qui vitijs veſtiuntur hiſpidis. Quos cũ
bobus offert eccleſia: quando conuerſi peccatores
Chriſto domino confitentur. Auguſtinus. Gloſa.
Et per pœnitentiam ſanati offeruntur Non per ſe
ſed potius adiuncti bobus: quia ſcilicet fecerunt ſi
15 Dyapſalma. Quarta pars. bi amicos de mammona iniquitatis peccata elemo
ſinis redimentes.

VEnite, audite & narrabo omnes qui timetis deum quanta fecit animæ meæ.

Caſſiodorus. Gloſa. Quarta pars vbi iam expoſitis
omnibus monet. Non rudes: ſed iam deuotos, vt
exemplo ſuæ liberationis amplius confidant in do
mino. Benedicens eum de exauditione. Hugo car
dinalis. Et tanquam aliquis ab eo quæreret.(Qua-
Gloſa. re tot & tanta offers deo? Reſpondet. Venite)
Gloſa. Fide audite mente. Hugo cardinalis. Fi-
„ des enim aures obedientiæ aperit. Venite dico vos
omnes qui timetis deum. Auguſtinus. Gloſ. Quia
ſi deum non timetis non narrabo, nec vos audie-
tis.(Et narrabo) inquam quãta fecit animæ meæ),
quia ſi vultis, eadem faciet & animæ veſtræ. Caſſio
dorus. Audiamus igitur & nos quanta fecit ani-
xvi ✠alia li. inuocaui ‡ Alias exaltaui mæ ipſius, vt & nos diſcam⁹ petere quæ matri no
ſtræ nouimus dominum contuliſſe. Gloſa. Quan-
ta autem ſibi fecerit ſubdit dicens.

AD ipſum ore meo clamaui ✠, & exultaui ‡ ſub lingua mea.

(Ad ipſum) inquit (ore meo clamaui) Gloſa. Tan-
quam diceret: hoc fecit animæ meæ vt clamarem
ad ipſũ, cũ gentes ad ydola muta clament.(Ego) ve
ro non(ſed ad ipſum deum ore meo clamaui. Glo
ſa. Publice confitendo & prædicando. Caſſiodor⁹.
Ore enim ſuo clamat qui corde puro ſupplicat: re-
cta conſcientia non voluntate peruerſa. Et exulta-
ui ſub lingua mea) Idem. Id eſt in cõſcientia, quia
cor noſtrum ſub lingua noſtra eſt, vbi tacita cogi-
tatione laudamus Gloſa. Ipſum nanque publice
prædicaui, & in ſecreto confeſſus ſum; quia hoc xvii
in corde habeo quod in ore. Hoc autem feci,
Quia

INiquitatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet dominus.

Caſſiodor⁹. In hoc enim exponit quod ſupra di
xerat: Exultaui ſub lingua. Nam qui deum laudat
in corde ſuo non debet ſenſum varia imaginatio-
ne confundere, nec aliquam iniquitatẽ cõſpicere
Sed totam illi mentem vigilantiſſime deputare, vt
locum in eo diabolus nequeat inuenire. Sic enim
puritas orantis accipitur, ſi nullis cogitationum
ſordibus polluatur. Dicit ergo: ſi hoc feci, non ex-
audiet dominus, oſtendens quoniam qui talia fa- xviii.
ciunt ſuauibus illuſionibus illuduntur. Gloſa. Et
quia iniquitatem non aſpexi.

PRopterea exaudiuit deus, & attendit voci deprecationis meæ.

(Propterea) inquit (exaudiuit deus). Caſſiodorus.
ille enim clamor aſcendit ad dominum, qui pollu
tionem rerum non habet humanarum: Intenden
tes enim ad ipſum talem recipimus viciſſitudinẽ „
vt & ille nos miſeratus intendat: denique hoc ſe- „
quitur. Et attendit voci deprecationis meæ. Hu- „
go cardinalis.(Exaudiuit) inquam in bonis obti-
nendis.(Et attendit) voci deprecationis meæ, in
malis a mouẽdis. Caſſiodorus. Supplicemus ergo
vt det nobis orationem puriſſimam quatenus fi
deliter exoratus: & ille nos pleniſſime de ſacrario
ſuæ pietatis exaudiat. Hieronymus. Piæ enim au-
res eius iuſtorum precibus ſemper patent. Glo-
ſa. Et quia hæc bona fecit animæ meæ, ꝓpterea. 19

BEnedict⁹ de⁹, ✠ q nõ amouit orationẽ meam & miſericordiã ſuã a me.

Hugo cardinalis. Pro his igitur omnibus gratias „
agens concludit dicens.(Benedictus deus, qui nõ
amouit orationem meam). Lyra. Repellendo eam
propter peccati maliciam, & miſericordiam ſuam
a me, ſupple non abſtulit. Sed magis beneficia ſuę
miſericordię contulit. Caſſiodorus. Gloſa. Iſta enĩ
duo connexa ſunt. Nam quando deus deprecatio
nem non amouit, miſericordiam ſuã ſine dubita-
tione concedit. Quando vero oratio noſtra ſuſpen
ditur, & illius miſericordia protelatur. Gloſ. Si igi
tur tua non eſt amota oratio, ſecur⁹ eſto, ꝙ nec mi-
ſericordia quæ ſi differtur, non tamen aufertur qđ
dandum eſt.

¶Pſalmus.lxvi.

¶Titulus.

In finem✠in hymnis Pſalmus cantici Dauid. ✠alia li. victori in pſalmis cãticum carmis

Hieronymus. Iſte pſalmus licet paruus ſit: ta-
men apoſtolorum prophetarumq; continet vocẽ,
qui aut veniſſe dominũ, aut venturũ gentib⁹ præ-

Lyra. Dicunt aliqui ꝙ pſalmus iſte eſt gratiarum actio pro fertilitate cuiuſdam anni, Pro quo gratias agunt. Et ſecundum hũc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam.

dicauerunt. Caſſiodorus. Poſt canticum itaq; reſurrectionis depræcationem propheta ſubdit, vt benedicti a dei benedictione ducantur. Per aduentum enim Chriſti omnium benedictionem ꝓphetat. Auguſtin⁹. Vel quia in precedēti pſalmo monuerat nos benedicere deum, quod non poſſum⁹, niſi ipſe prior benedicat nos. Ideo hic precatur benedixi. Intentione autem monet nos ad laudem.

Diuiſio.

Et diuiditur in tres partes. In prima petit benedictionem, vt habeat notitiam dei. In ſecunda hortatur confiteri, pro directione & iudicio, ibi (Confiteantur). In tertia monet iſtud idem, ſed tamē ꝑ alia cauſa, videlicet pro fructu terræ dato, ibi (Confiteantur), dicit ergo.

Alia lectio ex hebræo. ps. 66. ✠ alia li. non hebrea q3 q̄ō legē.

1 DEus miſereatur noſtri & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos ✠, & miſereatur noſtri.

Hieronymus. Prima itaq; deprecatio eius eſt, vt miſericordiam ſuā tribuat de⁹, deinde benedictionem. (Deus) inquit miſereatur noſtri, & benedicat nobis. Caſſiodorus. vbi bene prius miſereri petijt, qui de meritorum ſuorū opere nō præſumpſit. Prius enim fuit, vt miſereretur errantibus. Et poſtea benedictionis ſuæ dona preſtaret. Ait ergo (Deus miſereatur noſtri.) Lyra. Peccata dimittendo (& benedicat nobis.) Pari. cantor. Gratiam infundendo. Auguſtin⁹. Gloſ. Sed quia multi volunt benedici copia rerum pulchritudie, potentia, ambitione, prole, & alijs huiuſmodi. quę quidem a deo ſūt. Sed cōmunia ſunt bonis & malis, addit quod proprium eſt iuſtis (Illuminet vultum ſuum ſuper nos.) Idem. Hæc enim eſt benedictio dextræ, nam benedictio ſiniſtræ in temporalibus eſt, quæ ſunt cōmunia bonis, & malis. Si enī ſolis bonis darentur, putaret malus propter hæc colendum eſſe deum. Quod ſi ſolis malis: timeret infirmus ad deum conuerti, ne hæc ſibi deeſſent. Iſte ergo benedictionem dextræ deſiderans ait. (Illuminet) id eſt oſtendat deus pater (vultum ſuū) claritatem ſcilicet filij ſui, qui eſt vultus patris. (Super nos) vt ab eo lucem capiamus (Gloſa. Non autem ideo dicit. (Illuminet vultum ſuum ſuper nos), quaſi vultus eius ſit ſine lumine, qui eſt lumen de lumine, ſed ideo vt quod eſt, reueletur ſuper nos. Caſſiodorus. Illum enim humanus videre non poteſt ſenſus, niſi qui ſpendoris fuerit claritate perfuſus. Hieronymus. Vel illuminet vultū ſuum ſuper nos, vt nō illum triſtem videamus in peccatis noſtris, ſed gaudētem in virtutibus, nec eum ſentiamus iudicem, ſed patrem. Sequitur. (Et miſereatur noſtri.) Caſſiodorus. Neceſſaria certe repetitio, quoniam & a miſericordia domini proficere incipimus, & in bona ſpe ipſo largiente ſeruamur. Gloſa. Ad hoc autem illuminet nos.

cur non ea iterū hu tm̄ in ſua aut multis tātum.

2 VT cognoſcamus ✠ in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.

✠ alia li. vt naſcatur.

Caſſiodorus. Gloſa. Ad hoc enim petijt vt (benedicat nos, & vt illuminet vultum ſuum ſuper nos) vt ſcilicet (cognoſcamus in terra.) Gloſa. Id eſt in præſenti vita (viam tuam). Caſſiodorus. Viam illam videlict veritatis id eſt dominum ſaluatorē qui nos ducit ad viam in qua nemo errare poterit niſi qui ab eius regulis deuiare preſumit. Que autem ſit illa via, conſequenter exponit cum dicit. (In omnibus gentibus ſalutare tuum). Hugo cardinalis. Gloſ. Id eſt Chriſtum ſaluatorem, de quo ſcriptum eſt. Videbunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri. Et quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Hieronymus. Vbi enim nos habemus in latino ſalutare, in Hebræo Ieſus dicitur. Quem notum fieri petit, non in vno populo tantum, ſed in omnibus gentibus. Licet enim prius notus eſſet in Iudæa deus, non tamen via ſeu ſalutare eius, id eſt Chriſtus.

Luce. 2.

3 COnfiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes.

Secūda pars.

Hugo, cardinalis. Gloſa. Secunda pars vbi poſt notitiam vitæ petitam, hortatur confiteri deo, pro directione & iudicio futuro, vn̄ dicit. O deus. (Cōfiteantur tibi populi. Hieronymus. Caſſiodorus. Quid confiteantur? vtiq; peccata ſua, vel certe confiteantur gloriam tuam, vt in filio te videant, in illo te adorant, & ideo verbum hoc (Confiteantur) geminatur. Auguſtinus. Gloſa. Vt ſcilicet confeſſione ſe accuſent, & inde confeſſione te laudent, et non ſolum populi vnius terræ. Sed etiam confiteantur tibi populi omnes.) Ne dicat ecclesia non vtique diffuſa. Caſſiodorus. Vt donatiſtę putant. Hugo cardinalis. Nec tantum confiteantur, ſed etiam.

4 LAetētur & exultent ✠ gētes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes ‡ in terra dirigis.

✠ alia li. laudent. ‡ alia li. & gentiū que in terra ſūt ductor eris ſempiternus.

Auguſtinus. Gloſa. Et quia confeſſio iſta nō ducit ad pœnam, cum iam confeſſit non timeant futura iudicia tanq̄ ibi dānandi, quibus Chriſtus eſt aduocatus, nō vindex, propterea lætentur & exultent. Hugo. cardi. Non ſolum iudæi, ſed etiam gētes, quia bonus eſt cui confitentur, qui confeſſos liberat, & ſuperbos damnat. Hieronymus. (Lætentur) igitur quoniam per confeſſionem de captiuitate diaboli liberatę ſunt, & quæ ante incuruabantur ad adoranda idola, ligna, & lapides, nunc erecto vultu cœlos reſpiciunt. Caſſiodorus. Nec quēq̄ moueat quare gentes letari iubeat, & exultare, cū iudicium dominum dicat eſſe facturum in quo potius timere debuiſſent, quia de illis hoc dicit, qui iam confeſſi peccata formidare nequeunt ventura iudicia, Gloſa. Vnde conſequenter ſubdit cōuertens ſermonem ad ipſum. (Quoniam) inquit iudicas, id eſt iudicabis in futuro iudicio populos in æquitate. Hieronymus. Non enim accipis perſonam vnius gentis, ſed omnibus deus eſt. Et nō ſolum iudæi tibi placent, ſed omnis mūdus tuus eſt. Gloſa. Et ideo æquitas illa non eſt timenda bonis quos modo dirigis, vnde ſequitur (& gentes in terra dirigis.) Caſſiodorus. vtiq; in hoc mundo, vbi eas facis delicta propria confiteri, vt diabolico nequeant errore ſubuerti. Hiero. Et dirigis vt ambulent viam rectam, quæ ante non recto pede gradiebantur.

v Tertia pars. ✠alia li. germen Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum ✠.

Gloſ. Hugo cardinalis. Tertia pars in qua verſum hũc repetit, & eadem in vtroq; fit admonitio, ſed iſta ad aliud tendens, vnde aliam cõfeſſionis cauſam adiecit, dum dicit. Terra noſtra dedit fructum ſuum. Hiero. Golſa. Maria genuit Chriſtum. Hęc enim terra noſtra eſt de noſtro limo, de noſtro luto, de noſtro ſemine, de Adam cui dictum eſt, Terra es, & in terram ibis, quę fructum quem ille perdidit in paradiſo, terra iſta dedit in filio. Iſte enĩ fructus factus eſt, vt illum ederemus, vt carnẽ eius manducaremus. Iſte fructus eſt virgo de virgine, dominus de ancilla, deus ex homine, filius ex matre, fructu s ex terra, iſte granum frumẽti, quod in terra cecidit, & mortuum eſt, & fructum multũ attulit. Nam Chriſtus homo dedit fructum ſuum, reparationem ſcilicet, & benedictionem. vnde ſequitur.

Gẽñ.3.

Joan.12

a.x1 Benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

3. perſonarum & vnitas eſſentie oſtendit.

Hieronymus. Gloſa. Quod dicit ter deus trinitatẽ ſignificat, dum vero dicit eum non eos vnitatem. Gregorius in mora. Iob. lib. xviij. Qui enim non eos ſed eum ſubdidit, vnum tria quæ dixerat intimauit. Caſſiodorus. Gloſa. (Benedicat) inquit nos deus pater, deus fili⁹. Hugo cardinalis. Qui per cõformitatem naturæ & beneficio redemptionis eſt deus noſter. Gloſa. Non gentium, licet enim ipſe ſit deus omnium per naturam, noſter tamen fact⁹ eſt proprie per gratiam (benedicat nos deus) ſpiritus ſanctus. Caſſiodorus. Ideo autem geminat benedicat nos, quia hoc ſæpe repetendum, & ſine fine conſtat optandum, quod ſemper neceſſarium, ſemper conſtat eſſe proficuum. Glo. Deinde tanq̃ quęreretur ad quid valeat huiuſmodi benedictio. Sequitur. (Et metuant eum.) Hugo cardinalis. Timore filiali. (Omnes fines terræ.) Id eſt omnes illi, in quibus amor terrenorum finitus, & conſumptus eſt. Caſſiodous. Gloſa. Timor enim dei inter beneficia poſtulatur, ſed timor iſte non ex humana trepidatione contingit, ſed diuina inſpiratiõe præſtatur. Eſt enim timor inter prima dei munera, quoniam qui illũ timere norunt, & amare non deſinunt. Hunc ergo timorem terræ finibus propheta miſeratus optauit, vt & credere inciperent. Et credita, cauta ſolicitudine cuſtodirent. Hieronymus. Vel hoc dicit, quia inſipientibus loquitur. Timere enim inſipientium eſt, Diligere perfectorum.

Hierom.

Pſalmus. lxvij.

✠alia li. victori' ad victoriã. Titulus In finem ✠ Pſalmus cantici Dauid.

Lyra. Poſt apoſtolũ ad Ephe. ij. exponit ſcripturam huius pſalmi de emiſſione ſpirit⁹ ſancti poſt aſcenſionem Chriſti. Eſt enim prophetia de futuris beneficijs per Chriſtum exhibendis, quod prę uidẽs Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmũ, & exponit illum Lyra de Chriſti reſurrectione & aſcenſione.

Gloſa. Hugo cardinalis. Et eſt ſenſus. Iſte pſalm⁹ cantici dirigens nos in finem, id eſt in Chriſtum eſt Dauid prophetæ, qui hic agit de exaltatione Chriſti, & ſuorum hic & in futuro, & aduerſariorũ ruina, vt omnes deo cantent. Et eſt iſte pſalm⁹ ſpiritualiter intellectus plenus legis, & euãgeliorum ſacramentis. Et diuiditur in ſex partes. In prima agens de reſurrectione Chriſti oſtendit, quod bonis & quod malis futurum ſit, & hic, & in futuro, vt bonos lætificet, & malos terreat. In ſecunda agit de verbo euãgelij ibi, (Deus cum egredereris). In tertia de donationibus Chriſti aſcendentis, ibi (dum diſcernit.) In quarta operationes dei exponit, ibi (Deus noſter, de⁹ ſal. fa.) In quinta affirmãs precatur vt eccleſia dilatetur, & confirmetur, ibi (in eccleſijs). In ſexta dicit q̃ Chriſtus qui aſcendit, veniet ad iudicandum, ibi (pſallite.) Propheta ergo prædicans Chriſtum per reſurrectionem exaltari ait. Diuiſio

Exurgat deus & diſſipetur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius. ps.lxvi.

Caſſiodorus. Confidenter enim propheta videtur optare quod nouit eſſe venturum. Vnde petit Chriſti reſurrectionem in qua diſſiparentur aduerſi, id eſt iudæi dicens (Exurgat deus). Gloſa. id eſt reſurgat Chriſtus a morte. (Et diſſipentur inimici eius). Hugo cardinalis. id eſt iudæi qui anthonomatice dicuntur inimici Chriſti. Auguſtinus. Gloſa. Primum iam factum eſſe cognoſcim⁹. Surrexit enim Chriſtus & inde diſperſi ſunt inimici ei⁹ iudæi, ſcilicet per omnes gentes. (Et fugiant qui oderunt eum a facie eius.) Gloſa. Non loco, quia vbique pręſens eſt, ſed metu animi, timendo ſcilicet non latendo. Hieronymus. Non autem dicit pereant (ſed fugiant). Quia peccatores in conſpectu dei non poſſũt ſtare. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Et eſt grauis maledictio & horrenda increpatio, vt ab eius facie fugiant, cuius vbiq; conſtat eſſe pręſentiam, & vt velint & conentur quod nullatenus fieri poteſt. Non autem ſolum fugiant, ſed etiam.

Joan.20

Gloſa.

Sicut deficit fumus deficiant, ſicut ✠ fluit cęra a facie eius, ſic pereãt peccatores a facie dei. ✠ alias tabeſcit.

(Sicut deficit fumus) inquit (deficiant). Auguſtinus. Gloſa. Extulerunt enim ſe Iudæi ignibus odiorum ſuorum in ſuperbiæ typum inſultantes crucifixo, & clamantes crucifige, & inde mox ſicut fumus euanuerunt. Caſſiodorus. Fumus enim eſt ex flamma iſta corruptibili, ſurgens tenebroſa cõglobatio, quæ quanto plus extollitur, tãto magis per inania tenuatur. Cui peccatores merito comparantur quorum actiones dum in alto conſurgunt, neceſſe eſt vt ſua magis velut fumus elatione deficiant. Hierony. Nõ tamen hoc optat, vt in nichilum reducantur, Sed vt quieſcant a peccatis ſuis. Vnde ſequitur. (Sicut fluit cęra a facie ignis). Hiero. Sicut enim cęra ſoluit & nõ perdit naturã Hieroni

ſuam,ſed moleſcit;ſic & iſti non pereant,ſed depo nant malitiam ſuam,& ſic conuertantur ad pœni tentiam,& ſaluentur.Auguſtin⁹.Gloſa.De pœnitentibus enim hoc intelligi poteſt.Poteſt etiam intelligi vt per hæc futurum iudicium comminetur:in quo tollētur peccatores a facie dei, qui erit ignis ad pœnam impiorum,& adlumen iuſtorum vnde ſubditur(Sic pereant peccatores a facie dei). Hieronym⁹.Quia non ſunt digni videre deū. Gloſa.Econtra vero de iuſtis ait,

3 ✠ alia li. letētur.

ET iuſti epulentur✠, & exultent in conſpectu dei, & delectentur in lætitia.

Hieronymus.(Et iuſti) inquit qui permanent in ſua iuſtitia:& vitia non habent(epulentur & exultent),Auguſtinus. Gloſa, In delitijs quæ ſunt in conſpectu dei,Hierony.Grandis certe fiducia hęc eſt,exultare ſcilicet in conſpectu domini. Caſſio. Vbi ſemper eſt deſiderabilis & vera lætitia.Quale enim eſt exultare ſub conſpectu tanti iudicis,vt illum quem hic iuſte metuimus,ipſius munere liberati ſub eius pręſentia gaudeamus?Adiecit autem Et delectentur in lætitia,)Idem. Quia dum lætitiā ſuam nullo norūt fine claudendam,ſuauius in ea delectantur,quam ſe amiſſuros eſſe non ſentiunt. Gloſa.Deinde conuertit ſe ad eos quibus ſpem dedit.Et hortatur eos,quaſi dicat.Reſurrexit dominus Et ideo.

4 ✠ alia li. p deſerta. ‡ alia li. d ño nom ẽ eius.

CAntate deo pſalmum dicite nomini eius,iter facite ei qui aſcendit ſuper✠occaſum, dominus‡nomen illi.

Hugo cardinalis,(Cantate)inquit deo ad literam: id eſt laudate eum in eccleſia cantando. Gloſ. Vel mente viuēdo deo.(Pſalmum dicite nomini ei⁹), Hugo cardinalis, Idem.Recte operando ad honorem nominis eius,Caſſiodo.Cantat enim deo qui contemplationem eius puro ac fideli ſemper animo contuetur.(Pſalmum)vero dicit nomini eius qui opera efficit quæ illæ præcepit,Sequitur (iter facite)id eſt corda veſtra purificata præparate quę dignetur ſanctus dominus introire. Hugo cardi. Vel(iter facite pręedicando,)Gregorius in morali. Iob.lib.xix.Iter enim ei faciemus, cum eius gloriam fidelibus mentibus predicamus. Hinc Ioanni dicitur. Pręibis ante faciem domini parare vias eius. Caſſiodo. Vnde cui fiat iſtud iter oſtendit, cum dicit(Et qui aſcendit ſuper occaſum.) Hieronymus.Mortis ſcilicet dum victor remeat ab inferis.Lyra.(Qui aſcendit ſuper occaſum). In hebręo habetur in Araboth:& vt dicunt hebręi,nomē eſt proprium vnius de ſeptem cœlis qualiter autem diſtingunt ſeptem cœlos non eſt præſentis ſpeculationis,ſed ſecūdum eos hæc eſt vera litera, Qui aſcendit in cœlum ꝙ competit Chriſto,quia Chriſtus aſcendit in cœlum empireum.Eadem vero eſt ſententia,Qui aſcendit ſuper occaſum,nam iudæi adorabant ad occidētem vt declaraui inquit Lyra in Exodo.&.iij.Regum de conſtructione templi Salomonis.Gregori⁹ in moralibus,libro.xix. Super occaſum nāq; tunc dominus aſcendit,quia vn̄ in paſſiōe occubuit,inde maiorem ſuam gloriam reſurgendo manifeſtauit.Et mortem quam pertulit,reſurgendo calcauit, Caſſiodor⁹. Aſcēdit itaq; dominus Chriſtus ſuper occaſum a mortuis reſurgēdo,vt captiuam duceret captiuitatem noſtram, & mors linqueret liberos,quos peccatis alligantibus tenebat obnoxios. Idem. Hieronymus. Aug. Gloſa Vel ideo dicit.(Qui aſcēdit ſuper occaſum.) Quia ſi in nobis non occidat ſol iniquitatis, non poteſt oriri ſol iuſtitiæ. Caſſiodor⁹. Et ne quis ambigeret qualis iſte ſit qui aſcendit ſuper occaſum, addidit(dominus nomen illi) vt nemo dubitaret deum eſſe dominum ſaluatorem quem nefandi iudæi vt cōmunem hominem occidendum putauerunt. Gloſ.Qui eſſentialiter dominus eſt. Vn̄ duobus diſcipulis quos miſit in caſtellum ait. Et ſi qs vobis aliquid dixerit,dicite quia domin⁹ his op⁹ habet, Hugo cardinalis. Et quia eos qui deo parāt iter perſequitur diabolus,& mūdus, propterea ne in tribulationibus contriſtari deficiant, hortatur eos dicens.

Luce.j. — Alia lectio ex hebreo. — Grego. — Luce.22

5 ✠ turbabunt ao d.tū eſt ‡ Alias deſenſo ris.

EXultate in cōſpectu eius,turbabūtur✠a facie ei⁹ patris orphanorū, & iudicis‡viduarum.

Caſſiodorus,(Exultate)inquit non in huius ſæculi caduca lætitia.Non in præſenti hominū cōſpectu,ſed in conſpectu eius. Gloſa. Etiam(dum in faciendo) iter occurrunt(triſtia.Caſſiodor⁹. Quaſlibet enim pœnas quis hic patiatur conſideratione futuri præmij ſemper erigatur. Hieronymus. Eius ergo nos conſpectib⁹ gaudere oportet, & nō in huius ſæculi illecebris delectari.Gloſa. Ideo autem(exultate)quia q vos turbant in conſpectu hominum,(turbabuntur a facie eius.)Hugo cardinalis.Chriſti ſcilicet,Caſſiodo Poſtq̄ enim ſupra dixit in conſpectu domini beatis eſſe gaudendum. Nunc a facie ipſius pręedones atq; impios aſſerit eſſe pellendos,qui orphanos ac viduas ſeua cupiditate dilacerant. Turbati enim & nimium formidantes a facie dei tales expellentur,quando audierint. Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Sed quis ſit iſte, a cuius facie expellentur exponit cum dicitur.(Patris orphanorum,& iudicis viduarum).de quo & alibi legitur,Pupillo & viduæ tu eris adiutor.Lyra. Chriſtus nāq; verus de⁹ proprie dicitur pater orphanorum eos nutriendo,& iudex viduarum eas de iniurijs ſibi illatis eo ꝙ non poſſint ſe defendere vindicando.Auguſtinus. Gloſa.(Orphani)autem ſūt quibus mortuus eſt mundus & diabolus pater, & cōcupiſcentia mater.(Viduæ vero)quib⁹ error maritus moritur,& in quibus habitat deus.Hieronymus. Vel ſecundum aliam literam.tunc(turbabuntur a facie eius patres orphanorum,& iudices viduarum). Illi ſcilicet qui ſe nunc tutores & iudices dicunt,& hac occaſione decipiunt res inopū. Taleſenim tunc cōfundentur, cum reſpicere cœperit altiſſimus.Hugo cardinalis.Nec in hoc ſolo erit conſolatio eorum,ꝙ turbabuntur a facie ei⁹. Sed in hoc etiam ꝙ in præſenti habitat deus in ipſis,vnde ſequitur.

Mat.25.

vi Aliter legitur. ✠ Alias ſolitarios vnanimes.

DEus in loco ſancto ſuo, deus q̄ inhabitare facis vnius ✠moris in domo.

Hieronymus.(Deus)inquit(in loco ſancto ſuo),id eſt in anima fideli. Vbicuq; enim ſanctitas eſt,ibi habitaculum dei eſt. Caſſiodorus. Vel ideo dicitur, (Deus in loco ſancto ſuo)quia non mutat, ſed firmam & immutabilem ſeruat ſententiam,qui licet mutet tempora,non tamen conſilia(Deus) inquã (qui inhabitare facit vnius moris.)Gl. Id eſt vnanimes vnum ſentientes.(in domo). Hieronymus Id eſt in eccleſia in qua fideliter conſiſtentib⁹ ſpiritum charitatis infundit,qui vnius moris ſunt & non mutantur. Siquidem iuſtus non mutatur, qa ſemel iudicauit i ſua iuſtitia permanere. Peccator vero inſipiens ſicut luna mutatur, in hebræo autẽ habetur(Deus qui inhabitare facit monachos in domo)id eſt in quibus nõ habitat peccatum. Glo. Hunc autem locum de⁹ gratia ſua ædificat nõ meritis,vnde ſequitur.

Alia lectio Hie.

7

✠ alias concet. ‡ Alias icreduli. ⁎ alia li. in ſiccitatibus.

Qvi eduxit✠victos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperãt‡ qui habitant in ſepulcris⁎.

Caſſiodorus.(Qui eduxit)inquit(vinctos in fortitudine. Quia alligato diabolo eduxit victos quos tenebat ille captiuos,eos ab inferno liberãs, & ad gaudia regni cœleſtis eleuauit. Auguſtin⁹. Gloſa. Vel quia ſoluit grauia vincula peccatorum, quib⁹ impediebantur homines ne ambularẽt in via præceptorum.(Eduxit autem eos in fortitudine) quã ante eius gratiam non habebant. (Similiter eduxit eos qui exaſperant.)Gloſa. blaſphemos ſcilicet in deum. Vel qui exaſperant perſequendo bonos reſiſtẽdo iuſtitiæ,cum ſint omnino mortui, id eſt occupati in operib⁹ mortuis. Vnde ſequitur.(Qui habitãt in ſepulchris)Caſſiodorus. Tales enĩ ſunt blaſphemi,& peſſima ſe cõuerſatione tractantes,q viui habitant in ſepulchris,id eſt qui fœtida & carnali actione ſepulti ſunt. Augu. Glo. Vt nec velint nec poſſint ambulare vincti cũ & volũt ambulare, nec poſſunt deũq; precãtur vt poſſint. Iſti vero habitant in ſepulchris: de quibus alibi dicitur qđ a mortuo perit confeſſio. Tales enim venerunt in profundum malorum, & ideo cõtẽnunt mala ſua defendentes. Vtroſq; tamen gratia Chriſti eduxit, ſed in fortitudine.

Auguſti.

8

Dyapſalma. Secũda pars. ✠ alia li. p deſertũ ſemp.

Deus cum egredereris in cõſpectu populi tui, cũ pertrãſires in deſerto.✠

¶Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi agit de verbo euangelij exhibito per egreſſum Chriſti a patre,id eſt per icarnationem, Sed primo poteſt exponi ad literam de egreſſiõe domini ante filios Iſrael,& de beneficijs quæ fecit eis deus. Vnde dicit.(Deus cũ egredereris in conſpectu populi tui) Iſrael ſcilicet. Hieronymus. Caſſiodorus. Deus enĩ ſecundum hiſtoriam antecedebat populum ſuum egredientem de ęgypto,dum in colũna nubis apparuit. Et dum in deſerto eos mãnæ largitate ſatiauit. Sed hoc meli⁹ ad populum pertinet Chriſtianum. Hugo cardinalis. Ad hunc ergo ſenſum ſic ait.(Deus)fili(Cum egredereris) de ſinu patris in cõſpectu populi tui vt te viſibilem in carne oſtenderes hominib⁹. Auguſtinus. Vel egreſſus eius intelligitur cum apparet in operibus ſuis. Apparet autem non omnibus,ſed eis qui nouerũt eius intueri opera. Opera ſcilicet quibus eduxit vinctos in fortitudine & amaricantes. Qui habitant in ſepulchris, & facit eos habitare vnius moris in domo(cum pertranſires in deſerto.) Hug. cardinalis. Id eſt ad gentes conuertendas per prędicationem apoſtolorum. Auguſtinus. Caſſio. Gloſa. Deſertũ enim erant gentes,quæ ignorabant deum,vbi lex nulla ab ipſo deo data erat. Vbi nulli ꝓphetæ habitauerant. Tranſijt ergo deſertum, cum ad gẽtes venit. Et tunc terra mota eſt,vnde ſequitur.

9

✠ alia li deus hoc eſt in ſinay.

Terra mota eſt etenim cœli diſtilauerũt a facie dei✠ Sinaia facie dei Iſrael.

Caſſiodorus.(Terra)inquit(mota eſt) id eſt terreni homines,videntes tanta miracula crediderunt, & ad fidem excitati ſunt. Lyra. Vel ad literam. Terra mota eſt. quia mons ſynay tunc videbatur tremere (Etenim cœli diſtillauerunt). Gloſa. Dum ſcilicet manna in modum ſtilicidij deſcendit a facie dei,cuius præſentia per columnam noſcebatur. Lyra. Et dũ nubes denſiſſima operuit mõtem ſynay,ex qua ſtillabant pluuiæ. Gloſa. Hugo cardinalis. Vel ſic. Terra dico mota eſt ad pœnitẽtiam: Etenim pro quia. Cœli id eſt apoſtoli diſtillauerunt pluuiam doctrinæ: de qua ſequitur poſt ea. Et hoc non a ſe:ſed a deo qui in illis eſt, vñ ſequitur,(A facie). Hugo cardinalis. Id eſt a præſentia dei qui ait, Non enim vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis(Dei)dico qui dedit legem in monte ſinay (A facie dei iſrael) Id eſt videntis deum per fidem quod ad nouum teſtamentum pertinet. Hieronymus. In hoc enim vnum veteris nouique teſtamenti deſignat auctorẽ, Nam qui coram Iſraelitico populo in deſerto præceſſit, Ipſe in euangelijs deſerta gentium viſitauit. Et per quem tunc in ſyna: huic generationi manna defluxit. Ipſe chriſtianæ genti corporis ſanguiniſq; ſui manna in eccleſia ſubminiſtrat. Gloſa. Sed quid diſtillauerunt: Sequitur.

Mat. x.

10

✠ alia li eleuaſti. ‡ alia li. q laborãtẽ tu confortaſti.

Pluuiã volũtariã ſegregabis✠ de⁹ hereditati tuę, & infirmata eſt,‡tu vero perfeciſti eam.

Caſſiodorus. Hic enim exponit illud quod ſupra dicit: Cœli diſtillauerunt(Pluuiam)inquit. Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt doctrinam & gratiam ſpiritus ſancti, Voluntariam)id eſt gratis a te datam: & ſine meritis,ſed ſola dei voluntate(Segregabis) id eſt a Iudæis qui te recipere noluerunt ſegregatam dabis (hæreditati tuæ)id eſt fidelibus gentibus faciẽtibus fructum. Lyra. Eccleſia enim eſt hęreditas tua tuo ſanguine empta, Gloſa. vel ad litteram pluuia hæc manna fuit, quę ideo voluntaria dicitur: quia data fuit vt ſatiſfaceret voluntati illius gentis auidę comedendi. Caſſiodorus. Gloſa. Quam dedit deus non alijs gentibus, ſed hæreditati ſuæ,id eſt populorũ Iudæorum qui infirmatus eſt faſtidio illius cibi deſiderans carne ęgypti,vnde ſequitur.(Et infirmata eſt). Auguſtinus. Ipſa ſcilicet hæreditas quando murmurantes, mãna reſpuerunt deſiderantes eſcas carnium, & alia quibus in ęgypto veſci conſueuerãt. Hugo. cardi.

Gloſa.

Dicentes anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi manna. Caſſiodorus. (Vel infirmata eſt) hæreditas eius ad tempus domino ſaluatori minime credendo. Hieronymus. Vel cum Paulus iudicium mortis in ſe habuit. Vel cum Petrus dominū ter negauit, ſiue cum diſcipuli in paſſione relicto domino fugerunt (vel infirmata eſt). Hugo cardinalis. Gloſa. Id eſt per doctrinam prædicationis cognouit infirmitatē ſuam, & ſe nihil eſſe ex ſe. (Tu vero perfeciſti eam). Hieronymus. Gloſ. (Infirmata eſt) dico & tu perfeciſti eam, quia virtus in infirmitate perficitur. Lyra. Dedit enim deus tantam virtutem credentibus, quod ex eccleſiæ perſecutionibus magis creuit, & confirmata fuit fides catholica. Gloſa. Hoc autem ad literam ſtare non poteſt de Iudæis quia populus ille percuſſus eſt a deo non perfectus. Omnes enim in heremo proſtrati ſunt, nec introierunt terrā promiſſionis præter duos. Per hoc ergo mittit nos ad miſterium, quod primo executi ſumus. Caſſiodorus. Tunc itaq; perficit hæreditatem ſuam deus quando gentes reliquas in ſupplementum credulitatis admittit, vnde ſequitur.

Joan.8. Joē eod.

11 **Animalia tua habitabūt in ea, paraſti in dulcedine ✠ tua pauperi deus.**

✠ alia li. bonitate

Caſſiodorus. In hoc enim oſtendit vnde infirmatam hæreditatē perfecerit. (Animalia inquit tua) Glo. Id eſt gentes quæ tuæ ſunt, dum credūt. Caſ. Animalia enim fuerunt gentes vera religione vacuatæ, quæ cum ad dominum venerunt factæ ſunt eius. Hęc autem animalia habitabunt in ea hæreditate ſcilicet, id eſt in eccleſia, cum veræ religiōis cultum ipſo miſerante perceperint. Vnde cōſequēter quæ ſint iſta animalia, & quomodo habitent, exponit, dum dicit. (Paraſti in dulcedine tua pauperi deus.) Gloſa. (Paraſti) inquit tu o deus (pauperi) qui in ſe infirm⁹ eſt, id eſt ad hoc prædeſtinaſti pauperē vt ſit in hæreditate tua, per hoc enim notat prædeſtinatos qui ab origine mundi, ipſo miſerante præparati ſunt. Et hoc non in illorum facultate, (ſed in dulcedine tua). Caſſiodo. Non ſæculi huius, vbi amara patiuntur, ſed in illa ſuauitate in qua pauperes dei reges ditiſſimos antecellunt. Hiero. Pauperes autem iſti ſunt ſancti dei, in quibus hæc dulcedo defluxit, que mellis ac faui ſaporem vincit. Gloſa. Dulcedo vero dei eſt, qua fit bonum non timore pœnę, ſed amore & dilectione iuſtitię. Sed per quos hoc fiet? Per euangeliſtas. quibus.

xii **Dominus dabit verbum euangelizantibus ✠ virtute multa.**

✠ alia li annūciatricibus.

Caſſiodor⁹. (Dominus) inquit (dabit verbū euangelizantibus) id eſt apoſtolis qui verbum eius veneranda confeſſione prædicabant virtute multa. Gloſa. Conſtantia ſcilicet fidei vel miraculorum. Hugo cardinalis. Vt ſint in fide fortes, & in miraculis potentes. Caſſiodorus. Ipſum nāq; euangelium multarum conſtat eſſe virtutum. Quid enim fortius q̄ animas ſaluare, quæ errorum ſuorum vitijs poterant interire? Auguſtinus, Gloſa. Ecce ergo quid operantur animalia, euangelizant. Et dominus animalibus cibaria ſubminiſtrat, verbum dei ſcilicet, Sed quis eſt qui dabit verbum euangelizantibus? Sequitur.

Caſſio.

Rex virtutum dilecti dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia. xiij

Aliter legitur.

Hiero. ſic legit ad hebrai. Reges exercituum fœderabunt fœderabūt, & pulchritudo domus diuidet ſpolia. Gloſa. Virtutes dilecti dei, id eſt Chriſti apoſtoli ſunt. Dominus ergo pater ſcilicet qui eſt Rex virtutum dilecti filij dabit euangelizantibus virtutem multam, in prædicando. Ideo autem repetit (dilecti) quia ſi quis aliquē diligit, ſemper eū in ore habet. Ergo ſpiritus ſanctus propter amorē quem habet in filium, frequenter eius meminit. Hugo cardinalis. Rex dico virtutum. (Et ſpeciei domus) id eſt eccleſiæ quam decorauit Chriſtus ſeipſo, apoſtolis, & alijs ſanctis. Auguſtinus. Caſſiodorus. Domus enim iſta eſt eccleſia, cuius pulchritudo ſeu ſpecies eſt diuidere ſpolia, quæ tunc diuidit quando ſcilicet credentes ab idolis diuidūtur. Et alij homines ſcelerati diabolo auferuntur, & eccleſiæ iungūtur. Auguſtinus. Spolia enim dicuntur quæ victis hoſtibus detrahūtur. Hugo cardinalis. Vel tūc ſpolia diuiſit, quando vt apoſtol⁹ ait, quoſdam dedit apoſtolos, quoſdam prophetas quoſdam autem euangeliſtas & huiuſmodi. Dabit autem dominus verbum non ſolum apoſtolis, ſed etiam vobis prædicatoribus.

j.co.xii.

Si dormiatis īter medios cleros ✠ pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora ‡ dorſi eius in palore auri. 14

✠ Inter terminos ‡ alia li. viriditate.

(Si dormiatis) inquit. Caſſiodorus. In præceptis domini quieſcentes, & in idipſum requiem habētes. Gregori⁹ ſuper Ezechielem omel. xj. Dormire enim noſtrum, eſt a praua actione quieſcere, inter medios cleros. Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt inter duo teſtamenta, per quę datur hęreditas. Caſſiodor⁹. (Per cleros) enim authoritate patrum duo teſtamenta debemus accipere. Hugo cardinalis. Quod ſi ſecundum illa vixerimus, hęreditatem illam in poſſeſſionem recipiemus. Lyra. Vel (Si dormiatis inter medios cleros) id eſt inter ſtatus eccleſię militātis ſcilicet, & triumphantis, quod fit q̄n ſic vtuntur homines bonis pręſentis vitę, vt non amittant, ſed magis acquirant bona ęterna. Nam vt ait Ambroſius ſuper Lucam. Sicut diuitię impedimenta ſunt reprobis. Ita probis ſunt adiumenta virtutis. Gregorius ſuper Ezechie. homelia. xj. Vnde electi qui a peruerſorum operum ſe inquietudine compeſcunt, terrena deſerunt, cœleſtia concupiſcunt. Nimirum inter cleros dormiuit, quoniam temporalia fugiendo, & ęterna præmia deſiderando a peruerſis actibus quieſcunt. Lyra. Qui autem ſic viuunt (pennæ columbę deargentatæ ſunt) quia preſentem vitam in conſcientię puritate ducunt. Caſſiodorus. Vel (Pennę) ſignificant celeritatem qua nos in illam patriam ducūt, ſi hic in lege domini quieſcere mereamur. Auguſtinus. Gloſa. Vel præcepta duo charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetę (Columbę vero deargentatę) ſignificant eccleſiam, quę merito columba deargentata dicitur, quia innocētiam habet columbę. Et diuinis eloquijs argenteo candore reſplendet. Auguſti. Gloſa. Per argentum enim

Caſſio.

Grego.

diuinū eloquiū figuratur. Vnde alibi. Eloquium
domini argētum igne examinatum. Hieronym⁹.
vel hoc ideo dicit quia exterior teſtamentorū ſen=
ſus ſeu ornatus, in argenti nomine demonſtra
tur. Occultiora vero miſteria in recōditis auri mu
neribus continentur. Vnde ſequitur (Et poſteriora
dorſi eius in pallore auri). Caſſio. Hui⁹ nanq; co=
” lumbę, poſteriora, id eſt vltima in ſpecie auri clari
ficata reſplendent, quia poſtquā de hoc mundo diſ
ceſſerit, ſupra aurū eius gratia relucebit. Gregori⁹.
vbi ſupra Nunc enim hęc columba, in pennis qui
dem deargētata, id eſt ſancta eccleſia, hic modo per
prędicātium linguas clara eſt. In illa vero remune
ratione quę ſequitur, nō iam argenti, ſed auri fulgo
re decoratur Ad illa nāq; inuiſibilia bona perueni
ens quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, iam
prædicationis eloquio non indigebit ſed in ſo=
la auri ſpecie, id eſt in eo quod poſt accipiet clari=
Dyapſalma. tatis ſplendore fulgebit.

15 Tertia pars. 2. DVm diſcernit cœleſtis ✠ reges ſu
per eam niuę dealbabuntur in ſel
mon, mons dei‡mons pinguis.

✠ alia li. robuſtiſſimus. ‡ Alias excelſus

Glo. Hugo cardi. Tertia pars vbi agit de donatio=
nibus Chriſti aſcendentis. Et eſt ſenſus. Prędicta
habebitis non a vobis, ſed per diſpenſationem do
mini. (Dū) ſcilicet (cœleſtis). i. Chriſtus qui aſcēdit
ſuper omnes cœlos (diſcernit) id eſt diuidit ſingu
lis prout vult ſua dona (reges) id eſt rectores (ſuper
eam) hęreditatē ſcilicet; ſeu columbā, id eſt eccleſiā
Hiero. Caſſio. Reges autem dicit ſanctos. qui repu
gnant ſuis paſſionibus, & regere corpora ſua diui
no munere meruerunt. quos cœleſtis dominus ſe=
paratos ab idolatrijs cōſtituit in illius domus pul
chritudine reges, qui diuiſi ſunt in eccleſijs, ſicut
” Paulus in gentibus, Petrus in circunciſione. Iſti
autem (reges qui ſuper eam) hoc eſt ſuper columbā
iſtam quę eſt eccleſia diſtribuentur. (Niue dealba=
buntur. Caſſio. Hoc eſt ſuper candorem niuis elu=
ceſcent, qui eccleſiam regere fideliter atq; ordinate
noſcunt. Hugo car. Et hoc non meritis ſuis (ſcili=
Selmō interpretatur. cet in ſelmon). i. in vmbra gratię Chriſti. Idē. Hie
rony. Caſſio. (Selmon enim vmbra interpretatur
quę nos ab ęſtu vitiorū defendit & reficit, & cœ=
leſtia dona concedit, ſicut angelus ad Mariam di=
Luce. 2 xit. Spiritus inquit ſanct⁹ ſuperueniet in te, & vir
tus altiſſimi obumbrabit tibi. Aug. Glo. Hug. car.
Vmbra autem fit ex lumine, & corpore. In Chriſto
vero fuit lumen diuinitatis, & corpus humilitatis
cum verbum caro factū eſt vnde prouenit nobis
vmbra gratię, in qua dealbamur, id eſt a peccato
” mundamur, & virtutibus decoramur. Hiero, Vel in
(vmbra) ideo dicit, quia non habebūt iuſti in prę=
ſenti plenam lucem ſed partem aliquam ſcientię,
iuxta illud ex parte enim videmus, & ex parte pro=
phetam⁹, Hugo car. Selmon ergo ſignificat Chri=
” ſtum, vel eius gratiam, cuius cōmendationem ſub
iungit, dicens: (Mōs dei, mons pinguis. Hug. car.
Mons enim ſelmon, eſt mōs dei. Ad literam nāq;
ſelmom mons eſt. Caſſiodo. Per quem Chriſtus in
telligitur, ex quo perpetua & ſuauia fluenta deſcē
Eſaie. 2 dunt. De quo. Eſaias ait. Erit in nouiſſimis dieb⁹
mons domus domini in vertice mōtium, & eleua=
bitur ſuper colles, & ibunt ad eum omnes gentes
(Mons dico (pinguis), Caſſ. Habēs aquas irriguas
& cœleſti ſuauitate conditas, ex quo perpetua &
ſuauia fluenta deſcendūt. Glo. Eſt etiam mōs iſte.

MOns coagulatus ✠, mons pin= 16
guis, vt quid ſuſpicamini ‡ mōtes
coagulatos.

✠ alias excelſus Aliter. legitur ‡ alia li. hę vt qd ſuſcepiſtis nos montes vberes

Beatus. Hiero. ſic traduxit ꝓ hoc & ſęquēti verſu
Quare cōtenditis montes exelſi aduerſus montē,
quē dilexit deus vt habitaret in eo, ſiquidem domi
nus habitabit ſemper. Auguſtinus. Caſſio. Gloſa.
(Mons) eñ iſte qui Chriſtus eſt (coagulatus) dici=
tur propter paruulos enutriēdos, qui non eſca cor
pulenta, ſed coagulato lacte potādi ſunt. Vnde lac
ex quo fit caſeus gratiam ſignificat, quę manat ex
abundantia viſcerum maternorum. Addit etiam
(Mōs pinguis) fertilitate ſua ꝓpter maturos, quos
pane ſolidioris doctrinę cibat. Hugo car. Et quia mat. xvi.
quidam dicebant Iohannem eſſe hunc montem,
alij Heliam, alij vero Iheremiam aut vnū ex pro=
phetis. Propterea ait, (vt quid ſuſpicamini mon=
tes (id eſt illos ſanctos eſſe hunc montem qui quā=
uis coagulati ſint virtutibus & operibus ſolidis, &
lacte ſimplicis doctrinę parulos nutriant. Non ta
men ad illius montis celſitudinem attingunt, qui
eſt in vertice montiū, & eleuatur ſuper colles. Hie
rony. Senſus ergo eſt iſte. Non debetis ęſtimare
plures eſſe eccleſias, quę habeant vbera doctrina=
rum, & poſſit ſcientiæ credentes lacte nutrire. Nā
vna eſt eccleſia & vnus Chriſtus ſponſus eius. Hu 7
go cardinalis. Vnde ſubiungit de ipſo. Quod eſt.

MOns ī quo beneplacitum eſt deo
habitare in eo, etenim dominus
habitabit in ✠ finem.

Aliam lectionem habes in precedenti

Caſſiodo. (Mons) inquam iſte eſt (in quo benepla
citum eſt deo habitare). Chriſtus eſt enim ſolus
mons, qui patri complacuit, vt in eo habitaret ſi=
cut ipſe teſtatur. Hic eſt filius meus dilectus in quo ”
mihi complacui. Glo. Nullus autem eſt vt iſte. (Ete
nim) pro quia (dominus habitabit in finē). Hiero.
In corpore ſcilicet quod accepit de beata Maria
quia cum eo eſt euectus in cœlū. Caſſi. Glo. Aug.
Vel (mons) iſte dominus Ieſus Chriſtus habi=
tabit illos alios montes apoſtolos ſcilicet, qui
nichil ſine eo ſunt vſq; quo ducat eos (in finem)
id eſt in ſe deum contemplandum qui eſt finis ſi
ne fine. Gloſa. Vnde quia ipſe dominus inhabi=
tat alios montes Propterea ipſi ſunt.

CVrrus dei decem milibus multi= 18
plex, milia lętantium ✠ dominus
in eis‡in Synai⁎ in ſancto.

✠ Alias innumerabilis ‡ alia li. ſyna. ⁎ Alias abūdantium.

Glo. Hugo cardinalis Ipſi inquā ſunt (curr⁹ dei)
portantes deum verbo prędicationis. Caſſiodo.
Sanctorum enim vnanimitas currus domini eſt
quem ille velut auriga inſidet, & ſalutari lege ad
ſuę voluntatis miniſteriū moderatur. Sed vt iſtū
currum oſtenderet non equis deditum, ſed huma
nis cogitationibus attributum, ait. (Decem mili
bus multiplex) quod bene ad innumeros populos
non ad equos noſcitur pertinere. Hugo cardina.
Ad homines ſcilicet perfectos virtutibus & operi
bus. In millenario enim perfectio virtutū. In de=
cēnario vero decalogi impletio intelligitur. Et hi
ſunt (milia lætantium) id eſt ſpe gaudentium. Au=

guſti. Caſſ. Gloſa. Magnam enim in hoc, multitu=
dinem ſignificat ſanctorum, qui ſunt milia lętan=
tium quia ſpe gaudent, quod vtiq; de fidelib⁹ de=
bet intelligi. Et vt oſtenderetur lętitię plenitudo
ait. (Dominus in eis). Caſſiodo. Qui magnę exul=
tationis eſt cumulus, &. bonorum omniū dulcedo
mirabilis. Hugo car. Dominus dico in eis per gra
tiam, Et quare in eis? Quia implent mandata. Et
ideo dicit (in Sina y). Caſſiodo. Gloſa. Sina enim
mons eſt in quo data eſt lex, in qua requieſcit do=
minus, quia in ſanctis mandatis eius pręſentia ſo
let contueri. Hiero. Addidit etiam (in ſancto) quia
in ſanctis eſt deus, quando tentantur, & poſt ten=
tationem ſequitur ſanctitas, Impoſſibile eſt enim
aliquem licet ſāctus ſit, ſine tentatione trāſire in
hoc ſęculo, Hugo cardi. Quomodo autem iſta fa=
cta fuerint, conſequenter oſtendit, conuertens ſer=
monem ad ipſum auctorem &, dicens.

xix. Alia li. vero hʒ aſcendit in altum captiuã duxit captiuitatē dedit dona hominibus. A

AScendiſti in altum cepiſti captiui
tatem, accepiſti dona in homini=
bus.

Caſſiodorus. Augu. Glo. Hugo car. (Aſcendiſti) in
quit o Chriſte (in altum) loco, quia in cœlum, & di=
gnitate, quia ſedes ad dexteram patris. Qui enim
propter nos erudiendos deſcenderat, aſcendit in
altum ſuper omnes cœlos. Hugo. cardina. (Aſcen=
diſti) inquā propria virtute, quia non portatus ab
alijs. Auguſtinus. Quod autem aſcendiſti, quid eſt
niſi quia & deſcendiſti in inferiores partes terrę.
Vnde ſequitur, (cœpiſti). Gloſa. Priuſquā aſcēderes
(captiuitatē). Idem. Hugo car. Id eſt eos qui apud
inferos captiui tenebātur in limbo. Hieronym⁹.
Cœlorum enim excelſa conſcēdens, eos qui in ca
ptiuitate diaboli tenebantur abſoluit, ac poſt ſe tā
quā captiuos deductos ęterne vitæ reſtituit. Glo.
Vel (cœpiſti captiuitatem) id eſt homines illos qui
erant ſub lege captiui, vel ſub diabolo per peccatū
Auguſtinus. Gloſa. Et hęc ſunt ſpolia de quibus
ſupra dictum eſt, quę diuidit rex virtutum. (Cępi=
ſti) inquam (captiuitatem) & (accepiſti dona in ho=
minib⁹). Hugo cardi. Intranſitiue, id eſt homines
dona, vel (accepiſti) dona) diſtribuenda (in homini
bus) inter homines. Gloſa. Vnde Paulus apoſtoli=
ca auctoritate dicit, (dedit dona) hominibus. Secū=
dum enim illud ꝙ fili⁹ eſt idē cum patre de⁹ dicit
dedit, mittens ſpiritum, qui eſt patris & filij. Secū
dum vero id quod idem eſt caput in eccleſia. (Ac=
cepit dona) in membris ſuis, dum ipſa membra ac
cipiunt cum quibus vnum eſt. Hierony. A patre
enim accepit vt homo, dat vero vt deus, & quod ac
cepit, hominibus accipit, vt det. Ipſe enim plenus
eſt & nullo indiget. (dedit) itaq; (dona) ſpiritualiū
gratiarum (hominibus) qui per fidem ad eum de=
inceps acceſſerunt. Glo. Cœpiſti dico, accepiſti de
diſti. Et neceſſe erat.

10 ✠ alia li: in ſup et nō credētes

ETenim non ✠ credentes, in habita
re dominum deum.

Hugo cardina. (Etenim (ſubaudi (accepiſti) homi=
nes) non credentes) qui ſcilicet non credebant do=
mini verbum inhabitare dominum Chriſtum ho
minem, quaſi dicat, illos qui non credebāt te Chri
ſtum eſſe verum deum dedit tibi deus, vt facti fide
les illud crederent & alia credenda. Caſſiodo. Vel
cum dicit. (Etenim non credentes) ſubaudiendū
eſt, eos conuertit, vt nobis poſſit verbis integris
conſtare ſententia. Nam qui non credunt (inha=
tare) id eſt qui ad domini negligunt penetralia
peruenire, vt in domo eius cum fidelibus habita
re præualeant, dominus deus eos conuertit, qui fi
dem ſuam humano generi miſeratus indulget. Ip
ſa eſt enim gratia quę gratis datur, quia non ipſi⁹
bona pręueniunt, dum & ipſum quoq; bonū vel
le conceditur. Hierony. His itaq; dona largitus eſt
qui non credebant deum (inhabitare) poſſe mor=
talibus, hoc eſt Chriſtum accipere carnem. Glo.
Ex his igitur propheta plenus lætitia hymnū lau=
dis eructuat, dicens.

Hierom.

Diuiſio 21 ✠ Alias portabit, ‡ alia li. ſalutis noſtre ſẽper —

BEnedictus dominus die quotidie,
proſperum iter faciet nobis ✠ deus
ſalutarium ‡ noſtrorū.

(Benedictus) inquit dominus die, quotidie). Caſ=
ſiodorus. Id eſt cunctis diebus omniq; tempore
(benedicendus eſt) qui aſcendit in altū, qui captiuā
duxit captiuitatē, qui dedit dona hoībus. Hug. car.
Et ideo ſit ipſe (benedictus) quia ex quo caput præ=
ceſſit, & nobis dona dedit. (Proſperum iter) aſcen
dendi poſt eum (faciet nobis) quia ipſe eſt (deus ſa
lutarium noſtrorum). Glo. Id eſt ſaluationum no=
ſtrarū, quia de pluribus periculis liberat, qui etiam
non credentes vocat. Hierony. Securus igitur eſto
peccator, noli dubitare. Ecce enim dicit. (Proſpe=
rum iter faciet nobis deus). Ergo deus adiuuat, &
cooperatur nobis (Deus) in quam (ſalutarium no=
ſtrorū) Bene autem dixit (ſalutariū pluraliter. Quo
niam quot peccata commiſimus, tot & ſalutes ha=
bemus Caſſiodorus. Per iter quippe curſum vitę
ſignificat, qui iam proſper effect⁹ eſt, quoniam re=
demptorem ſuum mundus cognouit.

Dyapſalma. 22 Quarta pars. ✠ Aliter ſalutis & dñi de: ‡ Alias mortis egreſſus

DE⁹ noſter deus ſaluos faciēdi, ✠
& domini domini exitus mor=
tis,

Gloſa. Quarta pars vbi exponit operationes quę
ex prędictis donis eueniunt, quę ſunt caſſatio ini=
micorum, conuerſiones peccantium, martyria ab
vtroq; ſexu. Hugo. cardina. Oſtēdit itaq; quod de⁹
quātū in ſe eſt omnes homines vult ſaluos fieri.
Sed tamē quia iuſtus, eſt malos qui ſaluari renuūt
damnabit. Vnde dicit. (Deus) omnium per creatio
nem. (Noſter) vero per ſpecialem cultū. Hierony.
Pręter quē alium neſcimus. Caſſiodorus. (Deus)
inquam (noſter) qui habet poteſtatem ſaluos faciē
di nos. Auguſtinus Gloſa. Quod nullus alius po=
teſt pręter eum Hugo cardinalis. Qui ad hoc ſpe=
cialiter venit in mundum. Caſſiodo. Gloſa, Et ne
quis forte dicat, Cur ergo morimur cur deficimus
ſi per eius gratiam ſalui facti ſumus? Cōtinuo ſub
iecit. (Et domini domini exitus mortis). Tanquā
diceret. Quid īdignaris? Patiēter fert mortē. Nęc
indigneris ſi morieris, quia etiam domini qui ſi=
ne peccato fuit (exitus) nō alius quā (mortis) fuit
Qui tamen voluntate ſua mortuus eſt, ne homo ti
meret mortem. Hugo cardi. Vel (exitus mortis) di
citur ei⁹ reſurrectio. Nā (exit⁹ mortis) id eſt mors
mortis eſt exitus domini, qui mortem noſtrā mo=
riendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit.
Quod autem bis dicit (domini domini) excellen=

Caſſio.

tiam notat. Caſſiodo. Et reuera ſingularis fuit ille exitus ac mirabilis, quia & ipſe ab inferis egreſſus eſt, & inde nos ſuo munere preſtitit exire. Glo. Ne autem ex hoc mala pertinaciũ credas impunita. Subdit.

23 ✠ alia li. conquaſſabit.
VEruntamen deꝰ cõfriget ✠ capita inimicorum ſuorum, verticem, capilli perambulãtiũ in delictis ſuis.

Gloſ. Hugo cardinalis. (Veruntamen) inquit (deꝰ) licet ipſe Saluator ſit, & mortem moriendo deſtruxerit, quia tamen iuſtus & omnipotens eſt (cõfringet). Gloſa. Vel hic, vt humilientur, vel in futuro, vt in tartara retrudãtur: (Capita, id eſt ſuperbiam (inimicorum ſuorum). Eadem. Caſſiodorus. Qui ſcilicet ſunt auctores iudaicę ſeditionis, vel hęreticorum doctores. Illi enim Chriſtũ in carne perſecuti ſunt, iſti autem crudeliores, in ipſa etiam (ſi dici fas eſt) diuinitate deſeuiunt. Hierony. Vel (inimicorum ſuorum) id eſt dęmonum, qui tot habẽt capita, quod ſunt peccata. Gloſa. Hugo cardi. (Et cõfringet verticem capilli) id eſt ſuperbiam, extollentiam ſeu ceruicoſitatem hominum nimis ſe extollentium. (Perambulantiũ) id eſt perſeuerantiũ & de vitio in vitium ruẽtiũ (in delictis ſuis) in quibus potius deberẽt humiliari, dicentes. Deus propitius eſto michi peccatori. Caſſiodo. Vel per verticem intelligit verſutias hęreticorum, qui tales inimicitias calumniarũ quęrũt, vt capillos videãtur perſcrutari. Hugo cardina. Et licet dominus confringat capita inimicorum Nõ tamen omnes damnabit, qui modo ſunt inimici, ſed aliquos cõuertet ad pœnitentiam. Quia.

24 ✠ alia li. cõuertar ✠ alia li. de profundis.
DIxit dominus ex baſam cõuertã ✠ conuertam in profundũ ✠ maris

Hugo cardi. (Dixit) inquit (dominus) id eſt ab ęterno diſpoſuit, vel verbo ſuo fecit. (Ex Baſam cõuertam). Idem. Gloſa. Id eſt ex confuſione & turpitudine peccatorum. (Baſam) enim interpretatur confuſio ſeu turpitudo. Hierony. Caſſiodorus. Vel (Baſam interpretatur ſiccitas, quę humanum genus poſſederat ariditate peccati. Sed eam dominus conuertit ad viriditatẽ ſuam, dum illi fluuios ſalutis infudit, & germinare fecit vitę fructũ, qui priꝰ inſerebat exitũ. Adiecit autem. (Cõuertam in profundum maris). Hierony. Id eſt de profundis vitijs & peccatis ſæculi iſtius. Caſſiodorꝰ. Mare enĩ mundum iſtum ſignificat, qui & guſtu amarus eſt & vitiorum fluctibus inquietus. Hugo cardinalis. (Conuertam) dico non in gaudium mundi huius, ſed (in profũdum maris) id eſt in perfectam pœnitentię amaritudinem. Gloſa. Auguſtinus. Vel (cõuertam) me ſcilicet & meam miſericordiam (in profundum maris) id eſt ſæculi vel peccatorum, vt liberem exinde homines qui erant deſperatiſſimi. Et ita conuertam vel conuertar ad eos.

(Margin: Baſã interpretatio.)

25 ✠ alia li. calcet ✠ Alias rubet ipſe.
VT intingatur ✠ pes tuus in ſãguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo ✠

Caſſiodo. (Vt intinguatur (inquit (pes tuus in ſãguinem) id eſt vt actio boni propoſiti vſq; ad ſanguinem glorioſi martyrij perueniat. Auguſtinus. Gloſa. Vel (vt) qui prius erant inimici, fiant (pes tuus) prędicãdo te, vſq; ad (ſanguinẽ) id eſt, vſq; ad mortem, Cardinalis. Vel (vt intingatur pes tuus in ſãguine) id eſt in memoria paſſionis Chriſti. Hieronymus In qua pes eius proprio ſanguine perfuſus eſt, clamãtibus iudęis. Crucifige. Tũc enim tinctus eſt pes eius in ſanguinem, cũ caro aſſumpta in qua diuintas latebat lãcea perforata eſt. (Et lingua canum tuorum). Glo. Supple fiet vel erit (ex inimicis). Quia per conuerſionem ex nimicis fient canes pro domino latrantes contra hoſtes. Caſſiodorus Iſti enim canes pro domino latrare non deſinunt, domũq; eius cautiſſima ſagacitate cuſtodiunt. Et qui prius inimici fuerant, poſt ca lingua ſua clamoroſis latratibꝰ eccleſiam domini vendicarunt. Grego. in mo. Iob libro ſecũdo. Qui dum domino ſuo diurnis nocturniſq; vigilijs intenti clamauerunt, magnos vt ita dicam latratus prędicationis dederũt, quorum lingua ex inimicis prodijt, quia conuerſos gentiles dominus etiam prędicatores fecit. Auguſti. Glo. Iſti itaq; ſunt illi canes qui edũt de micis quę cadunt de mẽſa dñorũ ſuorũ. Vnde non tantũ dicit canũ, ſed canum tuorum. nec eorum dentes, ſed lingua laudata eſt. Hugo cardi. Quia in dentibus mordax prædicatio, in lingua vero blanda & cõſolatoria intelligitur. Caſſiodorus. Gloſa. Deinde quaſi ſi quęratur vnde tantum bonum eſt: vt canes eius ſint, cuius erans inimici? Ait (Ab ipſo) id eſt eius gratia, non a ſeipſis. Hugo cardinalis. Iſti enim canes & pedes domini animati ſunt ad intingendum ſe in ſangnine martirij, & ad prędicandum. Quia.

(Margin: Grego.)

26 ✠ alia li. viſi ſunt ingreſſꝰ tui deus
VIderũt ✠ ingreſſus tuos deus, ingreſſus dei mei, regis mei q̃ eſt in ſancto.

(Viderunt) inquit. Hugo cardinalis. Per fidem (ingreſſus tuos deus). Ingreſſum ſcilicet in mundũ, qui fuit ĩ maxima paupertate, & ingreſſum in cœlum ſiue in gloriam, qui fuit per maximum dolorem, quia ſic oportuit pati Chriſtum & ſic intrare in gloriam ſuam. Caſſiodorus. Viderunt itaq; ingreſſus eius, ſiue per aſſumpti corporis formam, ſiue per veſtigia prędicationis, quibus in hoc mũdo ſanctis greſſibus ambulauit. Vnde vt dominũ Saluatorem euidenter oſtenderet adiecit. (Ingreſſus dei mei), Gloſa. Creatione (, & regis mei) gubernatione. Caſſiodorus. Ipſe eĩ eſt qui in titulo crucis inſcriptus eſt Rex Iudęorũ. (qui eſt in ſancto) Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. corpore ſcilicet ipſius in quo paſſus eſt, in quo erat plenitudo diuinitatis, licet hoc per fidi non viderent. Gloſa. Vt autem iſti greſſus viderentur.

(Margin: Luce.24. Iob.19.)

27 ✠ alia li. adoleſcẽtularum Aliter legitur
PRęuenerũt principes coniuncti pſallẽtibꝰ in medio iuuẽcularũ ✠ tympaniſtriarum.

Hierony. lectio iuxta hebręũ hęc eſt pręceſſerũt cãtores eos, qui poſt tergũ pſalebant in medio puellarum tympaniſtriarũ. Auguſtinus. Caſſiodo. (Pręuenerũt) inquit (principes) id eſt apoſtoli qui pręuenerunt vt populi ſequerentur. Ipſi enim ſunt principes ſequentium populorum, qui pręuenerunt omnes in ſãctitate doctinę. Caſſiodorꝰ. Et ne crederes paucos eſſe, coniunctam multitudi

nem pſallentium adiunxit, qui iam laudes domini non voce tantū.ſed & bonis actib⁹ perſonarēt dicens.(Coniuncti pſallentibus).Glo.Qui laudes dei ſonant bene operando ad gloriam dei.Hiero. Vel(prȩuenerunt principes angelorum ſanctorū animas, qui laudes domini mortificato corpore concinebant, dicentes. Tollite portas principes veſtras quia iam rediȷt triumphator inferni.Hug. cardina.Vel(Prȩuenerūt.(ſcilicet ad martyrium (Principes)id eſt apoſtoli(coniuncti pſallētibus) id eſt deum operando laudantibus(In medio iu uencularum)id eſt eccleſiarū nouarū(Tympaniſtriarum(id eſt pœnitentiam agentium in mortificatione carnis.Caſſiodorus.Vel ne ſexum fœmineū crederes eſſe cōtemptum,ait. In medio iuuenculārum tympaniſtriarum id eſt virginum pura ętate florentium,que tympana ſua,hoc eſt corporis tenſionem ad domini laudes,gloriāq; verterunt Macerantes ſe ieiunijs,carniſq; afflictione gaudentes Tenſionem etiam corporis in martyrio ad laudē domini vertētes.Hugo.car. Tympanum enim fit de corio mortui animalis extēto in ligno, in quo ſtatus pœnitentiam agentium in mortificatione carnis deſignatur.

Dyapſalma. 28 ſcda ps. + alia li. dām deū

IN eccleſijs benedicite deo + domino de fontibus Iſrael.

Gloſa.Hugo cardina. Quinta pars in qua precatur vt eccleſia ſic incœpta dilatetur & confirmetur,Per quam & hȩretici deſtruantur quaſi dicat Et quia ita dominus cōuertit,propterea.O vos cōuerſi ex Baſan.(In eccleſijs benedicite deo).Caſſiodorus.Non alibi,non enim per diuerſa cōuenticula paganorum,non per hȩreticorum ſpelūcas,ſed in eccleſia catholica dominus benedici debet, vbi recta fides eſt & vera confeſſio.Glo.(Benedicite)dico(deo)cui debetur latria, domino cui exhibenda eſt dulia(In eccleſijs).Auguſtinus.Gloſa.Eccleſię quippe ſunt Illę adoleſcentulę noua gratia decoratę,hę ſūt tympaniſtrię.Et ideo dicit In eccleſijs(Ne quis putaret carnaliter hoc dixi de choris luxurię(benedicite)vos dico potati(de fontibus Iſrael).Caſſiodorus. De doctrina ſcilicet chriſtiana quam gentibus apoſtoli infūderūt. Fons enim religionis,inde per ceteras nationes emanauit.Fōs quippe a fouendo dictus eſt,eo ꝙ corpora noſtra labore feſſa refoueat.

xxix. + Alias paruul⁹ cōtinens eos.

IBi Beniamin adoleſcentulus + in mentis exceſſu.

Caſſiodorus.(Ibi)id eſt inter fontes,vel in eccleſijs ſeu in templo Hieruſalem,vbi verba domini Paulus audiuit(Ibi)inquā(Beniamin)Hierony. Caſſi. Augu.Paulus ſcilicet apoſtolus qui ex tribu Beniamin deſcendit, ſicut ipſe teſtatur. Nā & ego inquit Iſraelita ſum ex ſemine Abrahā de tribu Beniamin(adoleſcentulus).Hierony. Id eſt nouiſſimus omnium apoſtolorum.Hugo cardinalis. Vel (adoleſcentulus)ad literam.Caſſiodor⁹. Iſte enim eſt adoleſcentulus) ille ad cuius pedes in paſſione beati Stephani veſtimenta lapidantium depoſita ſunt Et dicitur adoleſcens ab adolendo, id eſt a creſcendo qui tunc fuit in mentis egreſſu quando ad vocem domini corruit, qui ei miſeratus intonuit dicens.Saule Saule quid me perſequeris.Glo.Qui recte ideo dictus eſt Beniamin, nam Beniamin interpretatur lupus rapax qui mane comedit pdam & veſpe diuidit ſpolia. Sic & Paul⁹ mane ſuę ętatis ſāctos pſecut⁹ eſt,Sed ī veſpa,ſuę ad deū cōuerſiōis ſpolia diabolo direpta diuiſit p diuerſa officia,ibi etiam ſunt.Hugo car.Non ſolū Beniamin Sed &.

Act. vii

Act. ix.

Beniami interpta

30 + alia li. in purpura ſua.

PRincipes Iuda duces + eorū, principes zabulon & principes neptalim.

Gloſa.Per hęc autem nomina tribuum,chriſtum & apoſtolos indicat.Forſitan enim ex his tribubus fuerunt apoſtoli,qui ſunt duces eorum qui in eccleſijs benedicunt deum.Caſſiodo.Et hi omnes principes bene appellati ſunt, quia eos honore ac primatu digniſſimos fidelium turba ſequebatur. Quod autem dicit(Principes Iuda)dominū ſignificat ſaluatorem qui de tribu Iuda deſcendit & per cōſequens Iacobus Iohānes Simō & Iudas & aliter Iacobus eius cognati & iſti cū alijs apoſtolis fuerūt duces chriſtianorū in purpura ſua.i. in ſanguine ſuo.Hiero. Cui⁹ principes ſunt apoſtoli,de quib⁹ prędixit Iacob,Iuda te laudabūt fratres tui Caſſ. Dicuntur enim principes, & qui reges non ſunt ſicut in Exodo frequenter legitur.Idem.Gloſa.Vel Iuda interpretatur confeſſio,zabulon habitaculū fortitudinis.Neptalim vero dilatatio mea, quæ omnia principibus eccleſię bene cōueniunt In quibus debet eſſe confeſſio in fide.Fortitudo in ſpe.Et latitudo in charitate.Caſſiodo.Nunc ad patrem propheta conuertitur dicens.

Interpretatio iſtorū nominum.

Roma.i.

xxxi Aliter legitur

MAnda deus virtuti + tuę confirma hoc deus quod operatus es in nobis.

Sic legitur iuxta hebrę̄u.Precepit deus tuus de fortitudine tua,cōforta de⁹ hoc qd operat⁹ es ī nobis (Manda)inquit(deus virtuti tuę),Hugo cardi. Id eſt pręcipe filio,vt incarnetur & patiatur. Caſſio. Idem.Virtus enim patris chriſtus eſt, Manda igitur O de⁹ virtuti tuæ id eſt notifica filiū. Et quod e nuncio,perfice.Vel manda virtuti tuę,.i. fortib⁹ tuis iniunge,vt te annuncient. Gloſa. Et per eos (confirma hoc deus)in gentibus quod operatus es in nobis iudæis ſcilicet, id eſt fidē quam(operatus es in nobis confirma)in eis,Hiero. Vel hoc ſalutare quod donaſti nobis per tuam paſſionem confirma,(& da auxilium) quoniam homines ſumus,& non poſſum⁹ incedere in virtutibus,ſi nō adepti fuerim⁹ auxilium tuum. Caſſi.Magna quippe petitio, vt confirmet in nobis fidem ſuam quā donare dignat⁹ eſt.Opus enim domini fuit,vt cęca gentilitas lumine veritatis afflata,verum deum Saluatorem agnoſcere potuiſſet Gloſa.Confirma igitur quod feceris.

Caſſio.

Gloſa.

xx ii

A Tēplo tuo in Hieruſalē,tibi offerent reges munera.

(A tēplo tuo in Hieruſalē)inquit(offerēt reges munera.).Hugo car. Id eſt apoſtoli multos ad fidem conuertent,quos(tibi offerēt),& tibi pro eis gloriam tribuent,& hoc a templo tuo in Hieruſalem, quia de Sion exibit lex & verbum domini de Hieruſalem. Caſſiodorus.Vel(reges)iſti ſunt, qui in

eccleſia dei recta conuerſatione viuẽtes ſui cordis offerunt puritatem. Hiero. Quos ideo reges di=cit, quia qui regnant ſibi metipſis ipſi offerũt mu nera, quorum virtutes munera ſunt dei. Tẽplũ ve ro corpus eſt cuiuſlibet ſancti, quod bene viuẽdo ſanctum fit. Ab illo itaq; templo offerunt reges, in quibus ſcilicet vltra peccatum non regnãt ſancta opera. Augu. Glo. Quę ſunt ſacrificia laudis. Sed quia huic laudi obſtrepunt hęretici, ideo ſubdit.

Aliter legitur. I Ncrepa feras arundinis ✠ cõgrega
33 tio taurorum ‡ ĩ vaccis populorum
vt excludant eos qui probati ſunt argẽto.

✠ alia li. beſtiam calami ‡ alia li. fortium

Lectio. Hiero. ad hebreã hæc eſt Increpa beſtiã ca lami cõgregatio fortiũ, in vitulis populorum cal=citrantium cõtra rotas argenteas. Caſſiodor⁹. (Increpa) inquit (feras arundinis) Id eſt argue ſuper=bos homines, & feroces. Augu. Gloſa. Qui velut arundo mouentur omni vento doctrinę. Hiero. Vel (increpa feras arundinis) ſeu calami, hoc eſt in dęorum ſuperbiam, vel hęreticos. qui ferę dicun=tur, eo ꝙ capiunt, & interficiunt animas. Glo. Scri pturas peruertunt quę calamo fiunt, & velut arun dines inſtabiles ſunt. Hugo cardina. Sed vbi mo=rantur tales ferę? Ecce (Congregatio taurarũ in vaccis populorum. Hieronymus. Tauri enim iſti ſunt hęretici, qui vaccas hoc eſt paruos & ſimpli=ciores inſequuntur. vt decipiant. Caſſiodo. Vel (vaccę) ſunt mulieres ductili voluntate leuiſſimę quę perfidię doctores tanquã tauros ſequuntur. Qui (vt apoſtolus ait). Penetrant domos & capti=uas ducunt mulierculas onerantes peccatis. Hug. cardi. Non enim inter homines rationales, vel in ter boues fortes dicũtur habitare, ſed inter vaccas Sed ad quid congregantur ibi? (Vt excludant eos qui probati ſunt argento.). Au guſt. Glo. Id eſt vt hi qui probati ſunt, vt apoſtolus ait. Manifeſti fi=ant, & a vaccis excludãtur. Tales enim ſtabiles ſci=licet fortes & graues non habent ſeducere (quia ꝓ bati ſunt argẽto) id eſt diuino eloquio. Hugo car. Nec tantum feras iſtas increpa, ſed etiam.

1.cori.xi

34 D Iſſipa gentes ✠ quæ bella volũt
veniẽt ‡ legati ex AEgypto AE=
thopia pręueniet ⁎ manus eius deo,

✠ alia li. diſperge populos ‡ alia li. offerent velociter ex egypto ⁎ alia li. ethiopia feſtinet manus dare deo.

Caſſiodorus. (Diſſipa) inquit (gentes (hoc eſt hęre ticos qui volunt bella, id eſt contentiones contra eccleſiam. August Gloſa. Quos gentes vocat pro=pter genera diuerſarum ſecretarũ, vel quia nõ cor=rectioni ſed contentioni ſtudent. Hugo cardi. Et hoc facies per tuos predicatores, de quibus ſequi=tur. (Veniẽt legati ex AEgypto). Glo. Id eſt pręco nes reconciliationis venient ad Chriſtum (ex AE gypto) id eſt ex tenebris gentium. Auguſti. Gloſa. AEgypti enim vel AEthyopiæ nominib⁹ fidem omnium gentium ſignat. Aperte totum in quo non ex ſolis iudęis, ſed ex gentibus præcones fu=turos prophetat, ſequitur, (AEthyopia præueniet manus ei⁹ deo). Hiero. Gloſa. Caſſio. Id eſt genti=litas nigra peccatis feſtinabit manus dare deo, id eſt ſubdere ſe deo. offerendo ei munera hoc eſt ani mas ſuas mundana ſorde purgatas. Per ſimilitudi nem a victis bellantibus, qui manus dant victori bus, vt armis depoſitis periculum mortis euadãt. Auguſtinus. Gloſa. Vel præueniet manus eius, id eſt vindictam eius per confeſſionem, ne manentes in peccatis pereant. Vel (credet AEthyopia deo), & ſic præueniet opera eius credendo. Gloſa. Deinde decurſis omnibus quæ iam impleta nouim⁹, hor tatur ad laudem Chriſti, dicens,

R Egna terrę cantate deo, pſallite ✠ 35
domino.

✠ Adde ſemper

Caſſiodorus. Cum dicit (regna terrę) omne gen⁹ humanum ſignificare voluit, quia licet ſint gẽtes quæ non habeant reges, tamen hoc verbo conclu ditur quicquid gentium eſſe ſentitur. Hiero. (Regna) inquit (terræ) vos ſcilicet qui prius terrenum regnum diligentes ignorabatis deum. Nunc vero euicto carnali liuore cœleſtia regna penetratis. (Cantate deo). Lyra. Ipſum deuote laudando. Glo ſa. Cum puritate mentis (pſallite domino). Hugo cardina. Ad honorem eius bene operando. Caſſio dorus. Quod enim dicit cantate, ad animæ reſpicit puritatem. Pſallite vero ad opera ſanctiſſima, quę deo probantur accepta.

P Sallite deo qui aſcẽdit ſuper cœ=
lum cœli ad orientem. ✠

Diapſalma. xxvi Sexta pars. Pſallite deo additum eſt ✠ alias a principio ante

Glo. Hugo cardinalis. Sexta pars vbi dicit ꝙ Chri ſtus qui aſcendit veniet ad iudicium vbi ſanctos conſumabit. Caſſio. Admonet itaq; propheta fi=deles, vt deo pſallant qui reſurrexit a mortuis, di=cens. (Pſallite deo. Gloſa. Id eſt Chriſto (qui aſcen dit ſuper cœlum cœli. Hieronymus. Illi vtiq; pſal lite qui quondam mortis occaſum aſcenderat in cruce inuectus eſt nunc ſuper ſidera victorq; mor tis reſidet glorioſus. (Ad orientem) ideo dicit, ſi=ue quia ipſe oriens ſit dict⁹, ſiue quia per eum om nes oriuntur ad vitam. Caſſiodo. Vel in hoc Hie=roſolimam oſtendit, quæ eſt in orientis partibus collocata. Vnde dominus videntibus apoſtolis aſ cendit ad cœlum. Gloſa. In quo expreſſit locum vnde Chriſtus ſurrexit. & vnde aſcendit. Auguſti. Glo. Vel ad orientem dicit noſtræ ſcilicet illumi=nationis, id eſt vt lumen gratiæ nobis oriri face=ret. Et quia inde venturus eſt ad iudicandum, vn=de aſcendit, Ideo ſubdit.

E Cce dabit voci ſuę vocẽ virtutis
date gloriam deo ſuper Iſrael, ma
magnificentia eius & virtus eius in nubi=
bus.

✠ alias in celis

(Ecce) inquit (dabit). Gloſa. In iudicio ſcilicet (voci ſuæ vocem virtutis) id eſt efficatiam reſuſcitãdi omnes mortuos, qui prius vt agnus ſine voce co=ram tondente ſe obmutuit. Hiero. Caſſio. Tunc di co dabit (vocem virtutis) quãdo in nouiſſimo die vt reſugat humanum genus edixerit. Quid enim fortius quam reuocare fauillas ad corpus mobile. Auguſti. Gloſa. (Dabit inquã voci ſuæ) quę fuit humilis in paſſione (dabit vocem virtutis) in com muni reſurrectione. Cardinalis. Et vt tũc bene ſit vobis (date gloriam deo ſuper Iſrael) Hieronymus. Hoc eſt magis deum quã carnalem Iſrael honora te, vel nõ labijs ſicut. Iſrael ſed corde honorate deũ Caſſiodo. Vel (ſuper Iſrael) cum dicitur, eccleſia ca tholica ſignificatur, in qua deus vere conſpicitur. dum recta fide ſentitur. Iſrael enim vir videns deũ

interpretatur.Hugo car. Date igitur nunc gloriã deo.Et ita facere debetis, quia magnificentia, id eſt largitas eius tunc apparebit ſuper bonos quos remunerabit ſupra condignum & virtus eius appa rebit, ſcilicet in nubibus materialibus in quibus deſcendet ad iudicium.Caſſiodo. Magnificentia enim ei⁹ pertinet ad illud quia ſemper magna facit.Virtus vero,quia imperio eius famulatur effectus.Omnia enim quæ vult facit in cœlo & in terra.Quod autem iſta(magnificentia & virtus in nubibus)eſſe dicitur, non in iſtis viſibilibus, quæ aut aquas depluunt.aut corpulenta qualitate denſantur.(Sed in nubibus.)Idem. Hierony. Hugo. cardi. In apoſtolis & prophetis,de quibus dictum eſt,Mandaui nubibus meis ne pluant ſuper Iſrael imbrem.Auguſti.Gloſa. Non enim ſolus veniet ad iudicium.ſed cum ſenioribus populi, qui ſunt nubes quas ne aliter acciperes ſubdit.

Eſa.v.

38 ✠ Alias terribil deus de ſctũario ſuo. ſic addi tum eſt

Mirabilis ✠ Deus in ſanctis ſuis, deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinẽ plebi ſuæ ✠ benedictus deus.

Caſſiodo.(Mirabilis)inquit deus in ſanctis ſuis, ſiue in angelis,ſiue in hoĩbus qui ei⁹ iuſſionib⁹ ob fœcundant. Hieronymus. In hoc etiam mirabilis,quoniam ita dilexit humanum genus, vt ſigna faciat in ſanctos ſuos,& in iſtis magis(mirabilis)quã in ceteris ꝙ eos poſt multas tribulationes euexit ad ſublimitatem cœlorum.(Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ). Hierony.Ad tollerandas paſſiones mũdanas,vel ſpirituales nequitias. Caſſio.Dabit enim deus fidelibus(virtutem)patientię,(& fidei fortitudinem)vt poſſint ad ęterna premia peruenire. Hugo cardi. Vel dabit(ſanctis ſuis virtutem) impaſſibilitatis, (& fortitudinem)immortalitatis. Non enim omnibus(ſed plebi ſuæ).Caſſiodorus. Magna ſiquidem promiſit, ne quis pro humana infirmitate deſperet,ſed ad tãta premia peruenire veraci promiſſione firmetur.(Benedictus deus).Caſſiodor⁹. Qui omnium ore ſemper debet pro beneficijs benedici,vt ſicut nunquã a beneficijs ceſſat, ita & benedictiones ſemper accipiat.(Deum)autem(benedicit),& qui ſcripturas meditatur,& qui ei⁹ iuſſa cõpleuerit,& qui ei fideliter confitetur. Hieronymus. (Benedictus)ergo(deus) qui nos a morte in vitã a corruptione in incorruptionẽ demutare dignetur.

Pſalmus.lxviij.

Titulus.

In finem ✠ pro his qui commutabuntur ipſi Dauid.

✠ alias victori ꝓ liliis dauid

Lyra totum hunc pſalmum ad literam exponit de paſſione Chriſti & recita opiniones quorundam hebræorum de intellectu huius pſalmi quas reprobat.

Gloſa.Pro quo ſciendũ ꝙ duæ ſunt commutationes,vna eſt de bono in malum:qua commutatus eſt, Adã ex forma dei in deterius in quo omnes moriuntur,altera de malo in bonum, qua commutantur fideles de malo in bonũ & de bono in melius per gratiam Chriſti in quo omnes viuificamur. Cui⁹ commutationis cauſa eſt paſſio Chriſti.Et eſt ſenſus tituli, Pſalm⁹ iſte dirigens nos in finem.i.in Chriſtum,attribuitur ipſi Dauid in Chriſto, qui hic loquitur ſecundum caput & corpus,agẽs pro his, id eſt de his ſeu de cauſa commutationis eorum,qui commutabũtur per paſſionem Chriſti de malo in bonum, de timore ad ſecuritatem de mundo ad cœlum. Et eſt iſte quartus pſalm⁹ eorum qui latius de paſſione & reſurrectione Chriſti agunt, intentione monẽs nos ad laudem pro facta commutatione.Et diuiditur in quinq; partes.In prima precatur ſaluus fieri,quia multa patitur iniuſte quantum ad ſe gratis ſed quæ alius rapuit ipſe ſoluit. In ſecunda, quæ ſoluerit exponit ibi.Deus tu ſcis. In tertia, malis prædictis ſcutum orationis opponit,ibi,Ego vero.In quarta,contra aduerſarios ꝓphetat ibi,Fiat menſa. In quinta, diſpenſationem incarnationis,& ſanctitatem propoſiti exponit ibi.Ego ſum pauper. Chriſtus ergo in paſſione conſtitutus clamans orat ad patrem,dicens.

✠.ps de paſſio.et reſurre. Diuiſio

Saluum me fac deus, quoniã intrauerunt aquę vſq; ad animam meam. 1

ps.lxviij.

Hiero.Caſſio. In hoc enim poſtulat humanitas Chriſti ſecundum infirmitatis conditionem ſe ſaluam fieri per auxiliũ reſurrectionis dicens.(Saluum me fac deus),& cauſam quare hoc poſtulat ſubdit,(quoniam intrauerũt aquæ).Gloſa. Id eſt ſeditio & motus populi,Caſſ.Aquę enim iſtę ſunt ſeditiones,& motus populorũ. Sicut eſt illud.Forſitã aquæ abſorbuiſſet nos.Et ille forſitã pertanſiſſet anima noſtra aquam intollerabilem. (Intrauerunt dico vſq; ad animam meam). Gloſa. Tollendam ſcilicet.Hugo cardinalis,Crucifigendo me.Lyra.Et perſequendo vſq; ad ſeparationem animæ a corpore. Caſſio.Tunc enim populus iudaic⁹ vſq; ad animam domini ſaluatoris intrauit quando eum crucifigere ſcelerata mente pręſumpſit.Sequitur.

Caſſio.

Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. 2

✠alia li. ãnõ poſſum conſiſtere.

Hug.cardina(Infixus ſum)inquit(in limo profũdi)id eſt tentus & capt⁹ ĩ iniquitate malicia iudęorum qui tenaces ſunt,vt limus per auaritiam & ꝓfundi corde per maliciam Caſſio.Gloſa. De limo quidem terrę,hominem deus creauit, ſed non de profundo.Facti ſunt autem homines limus profũdi,quando & originali & cotidianis peccatis tenẽtur obnoxij.Per hunc itaq; limum profundi infixus eſt dominus,quando dementiũ turba iudæorum clamabat. Crucifige crucifige. Limus enim dicitur quaſi ligans humum. Lyra.Hoc etiam intelligi poteſt de chriſto ratione ſuę ſepulturę quia fuit poſitus inter terram,(& nõ eſt ſubſtantia)Hierony.Caſſiodo.Hoc eſt non eſt carnis virtus per quam exinde euadam niſi tu ſalues. Auguſtinus. Gloſa.Vel ideo hoc dicit,quia fecit deus hominẽ ſecundum ſubſtantiã naturaliter bonum.ſed quia in eo non remãſit ſed lapſus eſt per iniquitatem quæ non eſt ſubſtantia ſed peruerſitas hominis, Ideo dicit.(Et non eſt ſubſtantia)id eſt non inueni in eis quod feci,Hugo cardi. Lyra Vel non eſt ſubſtantia temporalis ſcilicet,ſeu diuitiæ,quia nudus in cruce fuit poſitus,proprijs etiam veſtibus ſpoliatus.

Gloſa.

3 ✠ alias aquarū ꝛ flumē operuit me.

VEni i altitudinē maris ✠ et tempeſtas demerſit me.

Auguſtinus. Gloſa.(Veni)inquit ſponte. Hugo cardinalis. De tranquilo ſinu patris(in altitudinē maris). Hieronymus. Caſſiodorus. Lyra. Id eſt in profundum perſecutionum ſæculi iſti⁹. Altitudo enim maris copioſam populi ſignificat inſaniā. Auguſtinus. Venit itaq; Chriſtus in altitudinem iſtius maris in qua nos depreſſi eramus:& naufragium paſſi:& tempeſtas demerſit illum. Vnde dicit(& tempeſtas demerſit me. Hieronymus. procella ſcilicet iudæorum. Glo. Eius mortem inclamātium quæ eum peruenire fecit ad crucē. Hugo cardinalis. Hæc autem perſecutio iniuſta fuit, quia nichil mali, ſed multa bona fecerat eis. Vnde ſequitur.

4 ✠ alias exaſperatū eſt guttur meū ǂ alias expectantes.

LAboraui clamans, raucę factæ ſunt fauces meę ✠ defecerunt oculi mei dum ſpero ǂ in deum meum.

Caſſiodorus. Gloſa.(Laboraui)inquit(clamans)ad monendo eos, diu enim clamauit. Ve vobis ſcribę & phariſęi, & ve mundo ab ſcādalis, & ſimilia. Et in hoc laborabat, quia non audiebatur a perfidis. Labor enim ſignificat inauditum clamorem, nam non laborat cuius votum impletur. Hugo cardi. Vel(laboraui clamans)prædicādo, & eos ad pœnitentiam vocando, & intantum clamaui, ꝙ(raucæ factæ ſunt fauces meę). Gloſa. Hoc ad literam in euangelio non legitur, ſed raucus factus eſt q̄tum ad illos, quia non eſt ab eis intellectus. Idem. Merito igitur hoc dicit, quia dicta eius, nequaq̄ populus ſacrilegus audiebat. Quādo enim nos raucedo poſſidet, verba noſtra ad alienas aures cōfuſa perueniunt. Lyra. Vel hoc ideo dicit, quia Chriſtus in

Luc. 22

paſſione multos humores emiſit de corpore, vt pote in ſudore ſanguineo, in flagellatiōe, in coronæ impoſitione, & in manuum & pedum tranſfixione. Ex quibus cauſatur raucedo propter ſiccitatem humorum in faucibus & arterijs, ſequitur.(Defecerūt oculi mei dū ſpero in deū meū). Hu. car. Lyra. (Defecerūt)inqt(oculi mei)i. caligauerūt oculi ſcilicet corporales ad literam in paſſione domini in morte fuerunt extincti. Caſſiodorus. Et morte conclusi ſunt. Auguſtinus. Gloſa. Vel(defecerunt oculi)diſcipuli qui omnes relicto eo fugerunt: vel(defecerunt oculi)duorum diſcipulorū qui dicebant. Nos ſperabamus ꝙ redemptor⁹ eſſet Iſrael: quorum oculi tenebantur ne eum agnoſcerent.(Defecerūt)dico(dum ſpero in deum meum). Lyra. Certitudinaliter expectando gloriam corporis ſui in

Lu. 24

reſurrectione, quę facta eſt diuina virtute. Hugo cardinalis. Vel(Defecerunt oculi mei) id eſt apoſtoli (dum ſpero in deum meum) hoc eſt in illo triduo in quo expectabam a patre meo reſuſcitari.

quare ponūtur ꝛ quarē extinguūtur cerei i tenebrarū officijs.

Tunc enim defecerunt iſti oculi mei, quia non viderunt amiſſo lumine fidei, in cuius rei ſignū extinguuntur candelæ in laudibus tribus diebus añ paſcha. Nec tantum hoc malum habui ꝙ illi me reliquerunt, ſed & aliud ꝙ plures me inuaſerunt. Vnde ſequitur.

5

MVltiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis,

Caſſi. Capilli capitis ſunt apoſtoli, & alij credētes, quia adhærent capiti Chriſto, & ornant caput ſicut ceſaries. Vt ergo oſtenderet numerum infidelium excedere numerū deuotorū dicit de iudæis. (Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei). Idē. Gloſa. Vel hoc dictum eſt, vt turbam iudaicæ multitudinis iudicaret. Capillis enim capitis comparat inimicos, quia merito raſi ſunt de Chriſto, dū in caluaria crucifixus eſt.(Qui oderūt me gratis). Hugo cardinalis. Id eſt ſine cauſa, quia non merui: & quia odium illud nichil eis profuit, ſed magis nocuit. Caſſiodorus. Gratis enim odiſſe eſt quando quempiam ſine aliquibus offenſionibus execramur, ſicut iudæi Chriſto fecerūt, quando illum perſecuti ſunt, quem propitium optare debuerunt. Hugo cardinalis. Sed quia poſſent eſſe multi, & debiles, vel poſſēt odio habere, & nihil facto nocere, ideo hæc duo remouens ait.

Caſſio.

COnfortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte, quę non rapui, tunc exſoluebam. vi

Caſſiodorus.(Confortati ſunt)inquit(qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte)tunc ſcilicet quando quod conabantur efficere, probātur impleſſe. Hugo cardinalis. Vel(confortati ſunt)ad literam iudęi per Herodem, & Pilatum. Lyra. Qui pręſtiterunt eis fauorem, alter illudendo, alter cōtra Chriſtum ſententiam ferendo. Caſſiodorus. Iniuſte tamen perſecuti ſunt eum, qui ad eos ſaluandos venerat. Nam iniuſtū reuera fuit, vt qui venerat ad populos iudaicos ſaluandos, eos potius inueniret inimicos, Sequitur,(Quæ non rapui, tunc exſoluebam.)Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Adam enim & Eua raptores fuerunt, volētes ſuggerente diabolo rapere diuinitatem, & perdiderūt fœlicitatem. Chriſtus autem peccata non rapuit, delicta neſciuit, & tamē crucem quaſi aliquod delictum perpetraſſet excepit, & ſoluit pro nobis, quod pro ſe iuſte non pertulit, non peccauit, & pœnas dedit, & vt noſtræ mortis cyrographum vacuaret ipſe totius culpæ perſoluit debitā quātitatem.

DEus tu ſcis inſipientiam ✠ meam et delicta mea a te non ſunt abſcōdita. 7 ſecūda ps. ✠ alia lr. ſtultitiā.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi oſtendit quę exſoluerit, ſcilicet inſipientiam, & delicta ſuorum. Et quaſi dicat. Non rapui, quia (o deus tu ſcis inſipientiam meam)id eſt meorum. Hugo cardinalis. A me luendam. Caſſiodor⁹. Hoc enim dicens ex parte membrorum loquitur. Nam inſipiens eſſe non poteſt Chriſtus qui eſt ſapiētia patris, ſed inſipientiam habere pro illis dicitur, qui ſicut ait titulus commutati eſſe noſcuntur, & de inſipientibus ſapiētes effecti.(Et delicta mea a te nō ſunt abſcondita.) Caſſiodo. Iſtud pariter ex parte membrorum loquitur. Lyra. Quorum inſipientiam & delicta ſua eſſe dicit propter connectionem capitis ad membra, & quia ipſe pro illis pœnā portauit & ſatiſfecit. Hierony. Scit itaq; pater ꝙ non

ea de cœlis attulit,ſed de nobis aſſumpſit vt ait ꝓpheta. Ipſe iniquitates noſtras accepit,& ęgritudines noſtras portauit.Gloſa. Inſipientia igitur & delicta mea quæ ſcilicet ſuſcepi ad delendum,non quæ admiſi.(A te non ſunt abſcōdita).Hugo cardinalis.Hęc enim non erant abſcondita patri;qui propter ea delenda filium miſit.Idem.Et quia talia ſuſtinui ſpeto,vt.

8 ✠ hebrea nō ꝯfundāt ‡ alia li. exercituum

NOn erubeſcant✠in me qui expectant te domine, domine virtutum‡.

(Non erubeſcant in me)inquit.Gloſa.Hugo cardina.id eſt non fruſtrentur in me moriente,& nō reſurgente. Auguſtin⁹.Gloſa.Ne dicatur eis, vbi eſt deus veſter,vel vt non premátur eccleſia,vt filij erubeſcant(qui expectant te)cū deſiderio. Caſ. Precatur enim Ieſus Chriſt⁹,ne de ipſo erubeſcāt qui reſurrectionem ei⁹ glorioſo deſiderio ſuſtinebant, quam carnalibus oculis non poterāt intueri,ſicut ipſe dominus dixit. Multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ vos videtis,& non viderunt,& audire quæ auditis,& non audierūt. Petit ergo infirmitas carnis ne aliter eueniat q̄ ſpiritus ſanctus per prophetas prædixerat.Cum autem dicit(Domine virtutum)oſtendit nihil impoſſibile eſſe omnipotentiæ ipſius.Nam qui virtutibus imperat,non eſt quod non pro ſua voluntate perficiat.Gloſa.Hugo cardi .Deinde orat pro modernis quærentibus,dicens.

Luce.x.

ix NOn confundantur ſuper me qui quęrunt te, de⁹ Iſrael.

Hieronymus.Hoc eſt non euacuetur ſpes credentium de paſſione mea,ſed cognoſcāt quia volūtatem tuam facere veni.Hugo cardinalis.Non confundantur inquit ſuper me moriente, quod quidē eſſet ſi non reſurgere.Caſſiodorus. Vel (non confundantur),id eſt nō diutius humanas inſultationes de mea dormitione ſuſtineant,qui te requirere comprobātur.(Qui ſcilicet(quærunt te deus iſrael.)Gloſa. Id eſt videntium deum. Hugo cardinalis.Bonis operibus & fide.Caſſiodorus.Vel qui diuinitatem eius poterant intueri,non ſeducerentur ei⁹ infirmitate carnali.Hugo cardinalis.Quod autem debeat exaudiri oſtendit,dicens.

x ✠ alia li. improperium ‡ alia li. irreuerēt.

QVoniam propter te ſuſtinui opprobrium, ✠ operuit confuſio‡ faciem meam.

Caſſiodo.Enumerat etiam hic per hos ſex verſus diuerſa contraria,quæ pertulit a iudæis. (Quoniā propter te)inquit(ſuſtinui opprobriū). Idē.Gloſa Cum ei dicebāt in belzebub eijcis demonia.Et alibi.Ecce homo vorax & potator vini publicanorum & peccatorum amicus.Et alibi.Nonne hic filius fabri eſt?Hugo cardinalis .Et nonne bene dicimus nos quia ſamaritanus es tu,& dæmoniū habes?& ſimila. Gloſa. (Propter te)ideo dicit quia non pro culpa,vel pro alia re,ſed(propter te). Hugo car.id eſt propter teſtimoniū tui. Hieronym⁹. Vel quia propter voluntatem patris malorum improperia ſupportauit,& verecūdia tectus eſt, cum in aſſumpta carne colliditur,vnde ſequitur.(Operuit confuſio faciem meam.) Idem.Quando negauerunt apoſtoli,Caſſiodor⁹. Gloſ.Vel quia hoc ſolet euenire in bono negocio laceratis, quos tanto amplius conſtat ad tempus triſtes effici : quanto in ſe cognouerunt iniquā cōfingi.Hug.cardina. Et quia poſſet aliquis dicere. Quare parentes eius & amici non defendebant eum?ad hoc reſpondet dicens.

Mat.xij
Ioā.xi.
Caſſio.

EXtraneus factus ſum fratrib⁹ meis, &peregrin⁹✠filijs matris meæ. xi ✠ alia li. hoſpes.

Hugo cardina.(Extraneus)inquit(factus ſum fratrib⁹ meis)id eſt cognatis & cōſanguineis, de quibus ſcriptum eſt,ꝙ neq; fratres eius credebant in eū.Caſſiodo. Vel Iudæos hic appellat fratres, qui erant ei ſanguinis vicinitate coniuncti, quibus tunc extraneus factus eſt,quando credere ei noluerunt fratris enim vocabulo vicinos cognatos,& ꝓximum quemq; ſignificari,nec non & omnes ſanguine iunctos ex varia ſcripturarum lectione ſatis liquet vt geneſis.xiiij. & Audiuit Abraham ꝙ captus eſſet Loth frater ei⁹ id eſt fratris fili⁹ plura teſtimonia adducit magiſter ſentētiarū cōtra quoſdā hæreticos qui dicebant beatam Virginem plures habuiſſe filios.Et peregrin⁹ filijs matris meę. Gloſa. Id eſt ſynagogę.Caſſiodorus.Glo.Peregrinus enim ſeu hoſpes eſt, qui in domo ad tempus recipitur. Idem.Hieronymus. Mater autem eſt ſynagoga,de qua Chriſtus naſci dignatus eſt : filios ergo matris ipſos dicit quos ſuperius dixit & fratres.Hieronymus Chriſtus autem peregrinus fuit, ſicut Cleophas teſtatus eſt,dicens. Tu ſol⁹ peregrinus es in Hieruſalem.Hugo cardina. Cauſam aūt quare talia ſuſtinebat,oſtendit:dicens.

Ioan.7.
Luc.24.

QVoniam zelus domus tuę comedit me,& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. 12

(Quoniam)inquit(zelus domus tuæ).Gloſa.id eſt indignatio qua indignabar eis pro domo tua. vel (zelus) id eſt amor domus tuæ comedit me , id eſt fuit mihi cauſa mortis.Caſſiodorus.Hieronymus. Vel tunc comedit eum zelus,quando funiculo facto cathedras vendentium columbas, & nummulariorum menſas euertit, & eos de templo eiecit, quia domum ſuam fecerāt ſpelūcam latronum,docens aliud eſſe templum ſanctū,aliud negociationis officium,Sed quid iſtum zelū ſecutum fuerit patenter adiungit,(Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.)Caſſiodo. Gloſ. Exprobratum enim eſt patri,cum dicebant.Nūquid poterit deus parare menſam in deſerto? vel quando de formato vitulo dicebant.Hi ſunt dij tui iſrael. Filio autem exprobrauerunt cum dixerunt,Nonne hic eſt filius Mariæ & Ioſeph Et in alio loco. Hunc autem neſcim⁹ vnde ſit,& his ſimilia. Hieronymus.Vel cum eum ſamaritanum & dęmonium habentem vocarent.Hugo cardinalis . Vel cū ei in cruce pendenti dicebant. Si filius dei es,deſcende de cruce. Et illud . Confidit in deo liberet eum nunc ſi vult, dixit enim quia filius dei ſum. Hieronymus. Hęc inquam omnia ceciderunt ſup me,Nā qui exprobrat patri,exprobrat & filio, Et

Ioan.2
Pſ.77.
Ex.o.32
Io.6.&7

qui non credit filio nec patrem habet. Caſſiodor⁹ Vel per hoc effectum mortis oſtendit quæ crucis dignatione ſuſcepit. Tunc enim cadunt ſuper nos mala, quando ea vitare non poſſumus, Sequitur.

xiij ✠ alia li. ticui. ET operui ✠ in ieiunio animā meam, et factum eſt in opprobriū michi.

Gloſa. (Et operui) inquit quaſi quodam pallio triſtitiæ in ieiunio ſalutis eorum. Hugo cardinalis. Chriſtus enim in cruce ſalutem humani generis eſuriens & ſitiens, ideo ieiunauit, quia non ibi niſi vnū latronē comedit, & in iſto ieiunio operuit animam ſuam, quia neqſe deum eſſe oſtendit, nec ſe vindicando potentiam ſuam exercuit. Caſſiodorus. Auguſtinus. Vel tunc (operuit) Chriſtus in ieiunio animam ſuam quando hominū fidem quā valde eſuriebat minime poterat inuenire, ſicut in xxxiiij. pſalmo dictum eſt. Ego autem cum michi moleſti eſſent induebam me cilicio. (Et humiliabam in ieiunio animam meam.) Gloſ. (Et hoc ſcilicet q̄ ab eis ieiunaui, id eſt non conſenſi eis, (Factum eſt in opprobrium michi.) Caſſiodorus. Sēper enim boni malis opprobrio ſūt, quia minime eorum ſceleribus acquieſcunt, dū illis ſtudioſe detrahunt quibus nulla ſocietate iunguntur. Gloſa. Sed cur factum eſt in opprobrium. Sequitur.

14 ✠ al ac ſaccum ET poſui veſtimentum meum ciliciū, ✠ et factus ſum illis in parabolam,

Auguſtinus. Gloſa. (Et) pro quia (poſui veſtimentum meum cilicium) id eſt oppoſui illis carnē meam mortalem in quam ſæuirent. Et occultaui deitatem ſacco, Cilicium enim eſt mortalis caro quā Chriſtus induit, vt de peccato damnaret peccatū. Vel cilicium eſt lugubris caro in qua fleuit ſuper Hieruſalem & pro Lazaro (& factus ſum illis in parabolam) Auguſtinus. Hieronymus. Gloſa. Irriſoriam id eſt in ſimilitudinem maledicti, vt cuilibet maledicendo dicerent. Sic tibi contingat, vt Chriſto crucifixo. Caſſiodorus. (Vel factus ſum illis in parabolam) quia in parabolis eos docebam, vt qui cœleſtia capere non poterant, per terrenas ſimilitudines intelligerent. Gloſ. Vnde vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: cæteris autem in parabolis. Et tunc cum eſſem illis in parabolam.

Mat.13.

15 ADuerſum me loquebantur qui ſedebāt in porta, et in me pſallebant qui bibebant vinum.

Hieronymus. Gloſa. (Aduerſum me) inquit (loquebātur qui ſedebāt in porta). Scribæ ſcilicet & phariſæi habentes clauem ſcientiæ, ſed nec intrantes nec alios intrare ſinentes qui diſcernebant cauſas cum ſederent in publico iudicio. In porta enim ciuitatis ſolebant iudices ſedere iuxta præceptum Moyſi. Hugo cardinalis. Sicut ſcriptum eſt. Iudices conſtitues in omnibus portis tuis. Caſſiodorus. Vel in porta ſedent qui conuentibus hominū ſedula curioſitate miſcentur. Porta enim dicta eſt, quia inde portantur omnia. In quo oſtendit paſſionem ſuam iudæorum fuiſſe fabulam, vt nullus exciperetur, qui a tali collocutione redderetur alienus, vnde ſubditur. (Et in me pſallebant, qui bibebant vinum). Hiero. Repleti enim vino iniquitatis qualiter me interficerent concinabant. Gloſ. Vel in publicis eorum conuiuijs & conuentibus de me pſallebant. Et irriſio mea erat eorum pſalterium. Lyra. De crucifixione enim Chriſti tanq̄ de re inſolita & notabili fuerunt factæ cantilenæ deriſoriæ in fauorem ſacerdotum, quę decantabantur per tabernas. Vel hoc dicit quia crucifixores bibebant forte vinum ſolitum dari mœrentibus damnatis ad mortem. Et loco illius ponebant acetū in deriſionem Chriſti.

Mat.23.

in aduentu xpi facte cantilene.

EGo vero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti ✠ deus. xvi Tertia pars. ✠ alia li reconciliationis

Gloſa. Hugo cardinalis. Tertia pars in qua prædictis malis oppoſita eſt oratio pro parte Chriſti, vt diſcamus non rixas, ſed orationes iurgijs opponere, quaſi dicat iudæi ſic vt præmittitur contra me inſultabant. (Ego vero orationem meam ad te domine.) Hieronymus. Illis enim michi maledicentibus, & dicentibus, Crucifige crucifige. Ego pro eis orans loquebar. Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. (Non enim vincor ijs paſſionibus, quia tecum ſum in oratione.) Gloſa. Et quia ad te oro, ideo exaudi me: & ideo audi, quia nunc eſt. O deus (tempus beneplaciti) id eſt gratię reconciliatiōis per incarnationem, per ſanguinem, per mortem, vnde apoſtolus. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Caſſiodorus. (Tempus) enim fuit (beneplaciti) quia incarnationis ſuæ beneficio periclitantem mundum ab imminente exitio liberauit. Hieronymus: Quamuis omnia opera dei beneplacita ſunt Preſertim tamē hoc tempus: quo mea paſſione genus humanum redimis beneplacitum eſt tibi. Idem. Caſſiodorus Gloſa. Sed hoc tempus quomodo prouenerit decenter exponit dicens.

IN multitudine miſericordię tuę exaudi me in veritate ſalutis tuę. xvii

Auguſtinus. (In multitudine) inquit (miſericordię tuę). Nam ſi nō eſſet multitudo miſericordię quid nos facerem⁹ de multitudine iniquitatis noſtræ. Caſſiodorus. Non enim parua miſericordia fuit, quę tam ingentia peccata ſuperauit. Auguſtinus. Gloſa. Et quia vniuerſæ vię domini ſunt miſericordia & veritas, poſtq̄ præmiſit de miſericordia ſubiungit de veritate dicēs. (Exaudi me in veritate ſalutis tuę.) Caſſiodorus. In quo precatur patrem infirmitas aſſumpti hominis qua minor eſt patre, vt ex quo paſſione ſua ſalutem mundo pręſtiterat: reſurrectionem etiam ſuam quam per prophetas pollicit⁹ fuerat largiretur. Hieronym⁹. Vel poſt veram mortem veritas reſurrectionis approbaretur. Gloſa. Deinde loquitur Chriſtus ex infirmitate membrorum. Quaſi dicat. In hoc audi.

Caſſio.

ERipe me de luto vt non infigar, ✠ libera ‡ me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum. xviii. ✠ alias in herrā. ‡ Alias eruar ex his q̄ oderunt me.

(Eripe me) inquit (de luto vt non infigar). Caſſiodorus. In quo expoſcit Chriſtus ex parte carnis

aſſumptæ in perſona membrorum vt anima eius a deſiderijs luteis,id eſt huius mundi cupiditatibꝰ
Auguſti. reddatur aliena. Auguſtinus.Gloſa. Et cum ſupra infixum ſe limo corpore dixerit , nunc orat ne infigatur mente,hoc eſt vt ſi detineatur corpus,non detineatur anima: Sequitur,(Libera me ab his qui oderunt me.Et de profundis aquarum).Hieronymus.Caſſiodorus.Aperte hoc de Iudæis qui eum nunquam dilexerunt dicit,qui aquarum profunditati merito comparantur quia malignitate conſilij profundi ſunt,& ſeditionibus turbulenti:vnde ſubdit.

19 ✝alia li. ne operiat me fluuiꝰ aque

NOn me demergat tempeſtas ✝ aquę,neq; abſorbeat me profũdum, neque vrgeat ✝ ſuper me puteus os ſuum

Gloſa. Supra enim dixit quod tempeſtas demerſit eum:Et hoc ſecundum carnem: hic vero rogat ne etiam ſpiritu demergatur dicens).Non me demergat tempeſtas aquæ.Caſſiodorus. Id eſt iſtius ſæculi tempeſtas ſæuiſſima,quæ in modum maris animas obruit(Neque obſorbeat me profundum) Idem . Vtique peccatorum,quod voracitate quadam deglutit animas impiorum vt ad pœnitudinem redire nequeant: qui de actuum ſuorum iniquitate deſperant: Sicut legitur . Peccator cum venerit in profundum malorum,ſpernit:hæc enim omnia loquitur ex parte membrorum.Deinde iterum eandem ſententiam licet ſub alijs verbis repeti dicens. (Neque vrgeat ſuper me puteus os ſu-
Grego. um).Gregorꝰ in moralibus. Iob libro viceſimo ſexto.Omnis nanq; qui iam vitæ deſerens in peccatorũ ſe tenebras deijcit,ſemetipſum quaſi in puteum vel in foueam mergit.Si vero diuturna perpetratione:etiam cõſuetudine iniquitatis opprimitur ne ad ſuperiora iam poſſit exurgere , quaſi anguſto ore putei coarctatur. Caſſiodorus. Puteꝰ enim eſt excauata terræ profunditas in quem peccatores incidunt,quando ſe a vitioſa volũtate nõ abſtrahunt vrgetq; ſuper eos os ſuum).id eſt concludit eum vſq; ad mortis ſuæ tempus in peſſima voluntate perſiſtunt.Auguſtinus. Gloſa Quãuis aliquis in puteum iſtum ceciderit, non tamẽ claudit ſuper eum puteus os ſuum,niſi ipſe prius clauſerit os ſuum.Claudit autem qui illud in profundo contemnit a quo velut a mortuo perit confeſſio, Confitere igitur & dic.De profundis clamaui ad te domine:& euades. Hieronimus. Vel in hoc petit vt aditus infernalis ſiue diabolus nõ concludant ſuper eum os ſuum. Caſſiodorus.Gloſ.Periculis itaq; hominum expoſitis,iterum voce membrorum precatur dicens:

20 ✝alia li. ſuauis.

EXaudi me domine quoniam benigna ✝ eſt miſericordia tua,ſecundum multitudinem miſerationum tuarũ reſpice in me.

HieronymusHæc enim ſecundum infirmitatem humanam poſtulat quaſi dicens . Tu domine qui alios mea paſſione redimis.me quoq; pręcurrente miſericordia contẽplare , exaudi me inquit domine.Caſſiodorus.Non quia hoc meretur humanitas,ſed(qm̃ benigna eſt miſericordia tua).Gloſ. Quę ſuauis eſt tribulationem patienti,ſicut panis eſurienti.Caſſiodorus.Semper ad benefaciendum parata.Cũ tamẽ pię petitur & puriſſime ſupplicatur(Secundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me).Gloſa.Reſpice inquit in me: non in peccata mea ſecundum multitudinẽ miſerationum tuarum:non peccatorum meorum. Caſ- Caſſio.
ſio.vbi enim pietas poſtulatur ſemper homo reſpici dicitur . Nã ſi peccata reſpiciat nos ſine dubitatione condemnat,ſicut ſcriptum eſt.ſi iniquitates repexeris domine domine quis ſuſtinebit.Gloſa.Deinde loquitur totus chriſtus dicens.

ET ne auertas faciem tuam a puero tuo , quoniã tribulor velociter exaudi me. 21

(Et ne auertas)inquit(faciem tuam a puero tuo). Caſſiodorus. Hieronymus.Vox enim iſta,eſt vox chriſti ad patrem ex forma ſerui.Puer autẽ frequẽter legitur dominus . Ieſus chriſtus ac innocentię puritate,vnde propheta. Magnum eſt tibi vocari puerum meum:& alibi.Ecce puer meus quem elegi:& iterum.Puer natus eſt nobis.Iuſte ergo remedium petit qui ſe in tribulatione poſitum eſſe cognoſcit totiſq; viribus ſalus paſcitur cum tempore neceſſitatis optatur.Vnde ſequitur(Quoniã tribulor velociter exaudi me).Hieronymus.Vt ſcilicet reſumam ſpiritum quem tuis in manibus cõmendaui.Auguſtinus.Gloſa.Et quia iam pręceſſit afflictio mea,Sequitur mĩa tua.Gloſa.Hugo cardinalis.deinde tanq̃ dominus quereret.Quid petis? Subditur ex voce capitis.

INtende ✝ animæ meæ et libera eã propter inimicos meos eripe me. 22 ✝alia li. accede ad aĩam meam.

Gloſa.(Intẽde)inquit(animæ meæ).Hugo cardi. Suſcipiens eam qui corpus videris dereliquiſſe in manus inimicoꝝ:& libera eam de inferno cũ p̃da magna.Caſſiodorus.Vt reuera compos fiat liberationis cũ eã diuinitas propiciata reſpexerit.Cauſã autem quare ſibi debeat intẽdi ſubdit dicens(Propter inimicos meos eripe me).Hieronymus Auguſtinus. Gloſ.Vt ſcilicet confundantur reſurrectiõe & liberatione mea. Et inde cõuertãtur. Caſſiodorus.Et qui contempſerant crucifixum tertio die reſurgenti crederent, quatenus tali beneficio liberati a perpetua dãnatione redderẽtur excepti. Gregorius.in morali.Iob.libro. xxv.Propter me quidem eripi de tribulatione tẽporali non appeto.Sed tamẽ eripi propter aduerſarios concupiſco. vt dum mea vita ſaluari mirabiliter cernitur,ipſo miraculorum viſu inimicorum duricia conuertatur.Gloſa.Et ideo eripe me,Quia.

TV ſcis improperium meum & cõfuſionem meam,et reuerentiam meam 23

Caſſiodorus.Hec autem omnia ſic ſuſcepit ſaluator libens vt mortem.Non autem iſta pro ſuo reatu ſuſtinuit:ſed vt nos in talibus rebus poſitos exemplo ſuę patiencię miſeratus inſtrueret improperium quippe pertulit quando dicebant Iudæi: blaſphemauit.Quid adhuc egenus teſtibus?(Confuſionem) cum plebs inſana Iudæorum clamaret.Alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluum

facere(reuerentiam)vero vel ſecundum aliam lite
ram(verecundiam)quando alapis flagellisque cæ=
debatur. Et quando Pilato imaculatus agnus tan=
quam reus traditus eſt. Hugo cardi. Vt fur fuſti=
gatus flagellatus. Et tandem in cruce ſuſpenſus
. Lyra. Et accipitur hic(reuerentia pro verecundia
ſicut irreuerens dicitur inuerecundus. Gloſa. Qua
re autem fecerint mihi iſta tu noſti Quia.

24 ✠ alia li. opprobrio contritũ eſt cor meũ: & deſperatus ſũ.

IN conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulãt me, improperiũ ✠ expectauit cor meum & miſeriam.

Hieronymus Tu inquam vides quales mihi tribulationes inferant. Et quales illuſiones oſtendant. Quia(in conſpectu tuo). Hugo cardinalis. Quem nihil latet ſunt(omnes qui tribulant me). Caſſiodorus. Qui ante conſpectũ diuinæ maieſtatis erãt iam poſiti quamuis ad tempus iudicij adhuc non viderentur adducti(improperium) expectauit cor meum & miſeriam). Hieronymus. Improperium) ſcilicet paſſionis & miſeriam: id eſt contumeliam crucis. Hugo cardinalis. Vel(improperium)dicit, quantum ad verba, miſeriam quantum ad paſſionem & verbera. Caſſio. Caſſiodorus. Quæ omnia pro ſua Voluntate ſuſtinuit,& conſideratione humani periculi benignus excepit. Gloſa. Ideo autem dicit, expectauit cor meum, quia hæc futura præuidit & prædixit,& ad hoc venit: & vt implerentur deſiderauit iuxta illud deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Hugo cardinalis. Et quia facilius poſſet paſſio tollerari ſi aliquem haberet ſocium vel conſolatorem. Ideo ad maiorem pœne exagerationem: vtrumque excludit, dicens.

25 ✠ Alias expectaui.

ET ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur & nõ fuit, & qui cõſolarentur ✠ & non inueni.

Hieronymus. Nullus enim de tanta multitudine iniquorum aut compaſſus eſt doloribus meis: aut extitit conſolator. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Contriſtati autem ſunt diſcipuli & mulieres, quę ſuper eum flebant: ſed ex affectione carnali: & ideo non ſimul carnaliter eum contriſtabantur de vita mortali quæ erat mutanda morte cum deberent cum eo triſtari de cæcis & ægris qui medicum occidebant, quod nemo tũc fecit. Lyra. Vel hoc dicit ſecundum communem vſum loquendi quo dicit nullos adeſſe, vbi pauci ſunt reſpectiue. Contriſtati ſunt enim in morte eius apoſtoli pro
Joan.16. ut prædixerat eis. Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, qui tamen pauci erant reſpectu tantæ multitudinis, ſequitur. (Et qui cõſolaretur & non inueni). Idem. Quia etiam Petr⁹ eius principalis diſcipulus eum in ſua præſentia ter negauit. Auguſtin⁹. Vel conſolantes ſunt proficientes quos tunc non inuenit. Caſſiodorus. Quia iudeorum pertinacia tunc reſiſtebat domino ſaluatori, ideo iuſte dicit ſe nõ inueniſſe qui eius animum conſolaretur, ſequitur.

xxvi

ET dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.

Gloſa. Ad literam legitur in euangelio. Et oblatũ
Jo.xix. fel: ſed in potum non in eſcam. Lyra. Sed quia fel de ſua natura erat magis eſibile quẽ potabile: ideo nominat ipſum eſcam. (Et dederunt) inquit(in eſcam meam fel. Et in ſiti mea potauerũt me aceto) Hieronymus. Caſſiodorus. Hoc autem iam cõpletum eſſe in euangelijs legimus, cum ſitiente domino in cruce acetum cum felle mixtum bibere porrexerunt, vt facta iudæorum ipſius potionis amaritudo comprobaret. Ipſe enim dixit, Sitio, quia fidem in ipſis deſiderauit inuenire. Illi vero obtulerunt ei amariſſimos mores ſuos, qui nulla cõpunctione conuerſi ſunt.

27 Quarta pars. ✠ alias muſcipulam.

FIat menſa eorum coram ipſis in laqueum ✠ & in retributiones, & in ſcandalum,

Auguſti. nõ hæc ſequentia ſunt præcantis ſed prophetantis, ſicut nec aliæ multæ im precationes in ſacris. nam in hebræo hęc ſũt futura, id eſt erit menſa eorũ obſcurabuntur oculi eorũ &c. & ſi per imperatiuum poſſint explicari. Caſſiodor⁹. Quarta pars in qua iudęis digna factis pronunciat eſſe ventura. Gloſa. Hugo cardina. Et eſt prophetia cõtra aduerſarios, quaſi dicat. Ipſi mihi eſurienti & ſitienti talem menſam poſuerunt quia(Dederunt in eſcam meam fel, ſed fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum mortis), Hugo cardi. Vel(In laqueum peccati). Et in retributionem pœnę æternę, & in ſcãdalum quod ibi erit in pœna, quia de bonis aliorum offendentur. Hieronymus. Auguſtin⁹. Caſſiodorus. Gloſ. Vel(menſa eorum)ſunt dicta legis & prophetarum ad quam ſępe conuiuentes reficiebantur, quam habuerunt iudæi quando mandata domini ſub integritate coluerunt. Poſtq̃ vero a fide ieiunare cœperunt, menſa eorum corã eis gẽtibus tradita eſt, vt grauius inde dolerent.) Et hæc menſa facta eſt coram ipſis in laqueum.) Caſſiodorus. Gloſa. Vt de litera in qua iudęi alios aſtringere conabantur. Ipſi in eam potius caderent obligati. Et in retributionem, quia illis ablata fuit, & gentibus data. Malorum enim retributio fuit dũ nolentes in ea epulari ſpiritualiter intelligendo, ab ea merito ſunt excluſi, Et in ſcãdalum, quia deſerentes pacis auctorem. Ipſi ſibi & rixas & praua ſtudia concitauerunt, Sequitur.

28

OBſcurentur oculi eorum ne videãt & dorſum eorum ſemper incurua.

Hieronymus. Hoc enim erat quod ſupra precabatur menſam eorum fieri in laqueum, ne ſcilicet legis ſacramentum cognoſcerent, nec diuinitatem ſub fragilitate latentem intelligerent. (Obſcurentur) inquit(oculi eorum). Hugo cardinalis. Spirituales(ne videant)veritatem. Auguſtinus. Gloſa. Vel(Oculi)id eſt doctores eorum qui præeunt, lumen ſcientiæ perdant, ne verum ſolem agnoſcant Gregorius in moralibus Iob. lib. xxv. Et in codice regiſtri paſtoralis, titu. I. Oculi quippe ſunt qui in ipſa honoris ſummi facie poſiti prouidẽdi itineris officium ſuſceperunt, quibus hi nimirũ qui ſubſequuntur dorſa nominãtur. Obſcuratis ergo oculis dorſum flectitur, quia cum lumen ſcientiæ perdunt qui præeunt profecto ad portandũ peccatorũ curuantur onera qui ſequũtur. Gloſa. Hugo cardina. Vel(Dorſum eorum)id eſt mentẽ rationẽ Gloſa.

vel affectionem eorum quæ debent hominem di-
rigere ſicut ſpina dorſi (Sēper incurua) ad terrena
Gloſa. Hoc em̄ cōſequens eſt de obſcuratis oculis
quod quia ſuperna non vident de inferioribus co
gitant. Caſſiodo. Vnde dorſum dicitur quaſi deſcē
Act. xv dens deorſum. Hieronymus. Vel Dorſum eorum
ſēper incurua) vt romanis ſeruiant ſemper. Vel in-
curua eos ſub legis onere quod ſecundum literam
ferre potuit nemo. Gloſa. Et quia ipſi exterius pu-
niendi ſunt: hic & in futuro, Propterea.

29 Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tueæ compræhendat eos.

Caſſio. Caſſiodorus. Cum dicitur (Effunde) magnitudo ire
ſignificatur: que in morem fluminis copioſa de-
ſcendit. Hoc etiam deſignat ſuper eos, vt non tan
tum eos poſſit contingere, ſed etiam probetur ob
ruere. (Effunde itaq; ſuper eos iram tuam.) Gloſa.
Id eſt iuſtam vindictam vt in morem fluminis ſit
copioſa. (Et furor iræ tuæ compræhendat eos).
Caſſiodorus. Hoc eſt quaſi damnatos & territos
quibuſdam manibus apprehendat, vt nō liceat ef
fugere quod datur pro ſceleribus ſuſtinere. Augu-
ſtinus. Hoc enim quaſi de fugientibus dicit. Glo-
ſa. Non tamen poſſunt effugere, quia quos quaſi
fugientes deus hic perſequitur, ibi compręhēdit
quando illud eis quod timetur euenit. Hugo car-
dinalis. Poſt hęc prędicit eis pœnam illam quam
ipſi maxime timebant. Et pro qua vitanda chri-
ſtum occiderunt, ſcilicet amiſſionem loci & gen-
tis, & ruinam & ipſius templi deſertionem dicēs.

30 Fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.

Hieronymus. Caſſiodorus. Quę omnia in euerſio
ne Hieroſolymę ſub Tito & Veſpaſiano comple-
Mat.23 ta ſunt. Vel hoc eſt quod ait. Dimittetur vobis do-
mus veſtra deſerta, Recedente nāq; de Iudęa chri-
ſto, omnes pariter cū eo receſſerūt virtutes. (Fiat)
inquit (habitatio eorum deſerta). Gloſa. Id eſt do
mus eorum priuatę. Hugo cardinalis. Vel Hieru-
ſalem & terra quam ipſi inhabitant (Et in taberna
Caſſio. culis eorum non ſit qui inhabitet). Caſſiodorus.
Vbi per tabernacula dei tēplum, vel regis palatiū
voluit intelligi qui ſine cultore remanſerunt. Et
nota q; in domib⁹ priuatis habitationem poſuit.
In templo vero dei inhabitationem, ibi enim ha-
bitamus manſione corporea, hic autem inhabita-
mus vbi frequentamus deuotę mētis affectu. Glo-
ſa. Sed quare hoc eis contigit, ſubiungit dicens.

31 ✠ hec ſecūda ps Aliter legitur

Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt. ✠ & ſuper dolorē vulnerum meorum addiderunt.

Hanc poſteriorem pertem ſic vertit beatus. Hiero
Quoniam quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt & vt
affligerēt vulneratos tuos narrabant. (Quoniam
inquit (quem tu). Hugo cardinalis. Pater. Gloſa.
Non culpa ſua percuſſiſti in paſſione pro redem-
ptione humani generis & ſalute gentium. Hiero-
nymus. Sicut in alio propheta ex perſona patris
Eſa.53. legimus dictum propter peccata populi percuſſi
eum. Et iterum. Percutiam paſtorem, & diſpergē- Zacha.13
tur oues gregis. Percuſſus eſt enim Chriſt⁹ vt nos
refugeremus: vulneratus vt nos ſanaremur. Caſſio
dorus. Percuſſum itaq; perſecuti ſunt ſibiq; tradi
tum deteſtabili feritate necauerunt. Gloſa. Et quē
tu percuſſiſti ad bonum pro illorum redēptione
crudeli voto illi excercent ad malum. (Et ſuper do
lorem vulnerum meorum). Gloſa. Que erant mi
chi pro perditione & peccatis illorum: addiderūt
michi inferre mortem. Hugo cardinalis. addētes
ad vulnera cordis vulnera corporis. Hieronymus
Vel (tunc dolorem ſuper dolorem addiderunt) cum
vel eccleſiam vel apoſtolos perſecuti ſunt. Lyra.
Stephanum lapidando. Iacobum occidēdo. Et ali actuū.7.&.12.
os incarcerando & flagellanbo. Gloſa. Hugo cardi
nalis. Vel cum nec mortuo pepercerunt: ſed ei vul
nus lateris addiderūt. Et cuſtodes ad ſepulchrum
poſuerunt: Et ideo quia hec fecerunt.

Appone ✠ iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & nō intrent in iuſtitiam tuam. 32 ✠ Aliás da.

(Appone iniquitatem) inquit. Lyra. Id eſt appo-
nens permittendo: quia deus non eſt cauſa iniqui
tatis effectiue: ſed tantum permiſſiue. Hugo cardi-
nalis. (Appone) itaq; id eſt permitte vt ruant de
iniquitate in iniquitatem. Caſſiodor⁹. Iniquitas Caſſio.
enim prima fuit iudaicæ natiōis vt prophetas ad Mat.23.
ſe miſſos extinguerēt, vn̄ xp̄s Hieruſalē hieruſalē
quæ occidis prophetas, & eos qui miſſi ſunt ad te.
&c. Appoſita eſt autem iniquitas ſuper iniquitatē
eorum, quando ipſum dominū crucifigere malue-
runt. Auguſtinus. Gloſ. Vel iniquitas ipſorū fuit
vt hominem occiderēt, & ſuper hoc appoſuit de⁹,
aut filium ſuum occiderent, vt ſicut ſeruos ſuos
præmiſſos, ita & ipſum hæredem. (Et propter
ea non intrēt in iuſtitiam tuā). Hieronymus. Hoc
eſt vt cum iuſtis non capiant regna. Caſſiodorus.
Hæc eſt enim pœna peccati, ne intrent in iuſtitiā
domini, id eſt ne participes Chriſti fiant in illo re
gno iuſtitiæ, vnde ſequitur.

Deleantur de libro viuētium, & cū iuſtis non ſcribantur. 33 duo libri viuētiū: & iuſtorū & q̄ viuētiū liber.

Hiero. In quo duos libros indicat ſcriptos viuen-
tiū ſcilicet & iuſtorum. Liber viuentiū eſt in quo
ante aduētum dei patriarchę & prophetæ ſcripti-
ſunt, de quo Moyſes peccante populo ait. Si non Exo.32
dimittis eis noxam, dele me de libro quem ſcripſi-
ſti: iuſtorum vero dicit illum de quo dominus ad
eos qui per fidē ſecuti ſunt. Gaudete (inquit) & ex-
ultate quia nomina veſtra ſcripta ſunt ī cœlo. Per- Iuſtorū liber
ſecutores ergo iſti & a primo libro deleti ſunt. Et
in ſecundo non ſunt ſcripti. Gloſa. Liber autem
iſte eſt notitia dei qua prædeſtinauit ad vitā quos Rom.8.
præſciuit fieri conformes imaginis filij ſui. Non
ergo ſic accipiendum eſt tanquam in hoc libro ali
quem ſcribat deus, quem poſtea deleat. Sed ita acci
piendum eſt ſecundum ſpem illorum qui ſcriptos
ſe putabant. Caſſio. Augu. Gloſa. De quibus vt de- Caſſio.
leātur dicit, non quia ſcripti erāt, ſed quia ibidē
ſe ſcriptos eſſe iudicabant. Ibi enim quod ſcribit
deleri non poteſt. Sic etiā intelligi debet quod ſe-
quitur. Et cum iuſtis non ſcribantur, hoc enim

eis accidere negat.qui nõ ſunt vt ait Titulus piis ſatiſfactionibus immitati Hug.cardina. Sed cum ſcriptum ſit ĩ libro tuo omnes ſcribẽtur. Et quod ſaluabitur populus tuus.omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Ergo ſi nulli de hoc libro delentur,omnes ſaluabuntur.Ad quod dicẽdum ꝙ duplex eſt liber ſcilicet preſentis iuſticię & predeſtinationis.de primo multi delentur. Iuxta illud Qui peccauerit michi,delebo eum de libro meo. De ſecundo nulli

Liber adhuc duplex

34 Quinta pars

Ego sũ pauper & dolẽs ſalus tua de⁹ ſuſcepit me.

Gloſa.Quĩta pars in qua diſpenſationenem ĩcarnationis & ſanctitatem propoſiti exponit, dicens quis ſit finis paſſionis vt conſiderato fructu illi⁹ libentius enm imitetur ĩ paſſione.Dicit ergo tot⁹ chriſtus(ego ſum pauper)Caſſi,Hierony. Nam ſicut apoſtolus ait. Chriſtus pro nobis pauper factus eſt cum eſſet diues,vt, illius inopia nos diuites eſſemus(Et dolens).Gloſa.Hugo cardi. In paſſione Augu.Gloſa.Caſſiodo.Glo. Quia ſicut Eſaias dicit,dolores noſtros ipſe portauit.Et quia ipſe ſolus pro omnib⁹ dolet,quod nullus alius. Ideo merito dicit(Ego)Quis fruct⁹ inde ſequitur ecce (Salus tua deus ſuſcepit me). Hiero.Fui enim (Pauper & dolens)In paſſione.Sed me ſalus tua ſuſcepit in reſurrectione. Caſſio. Vel ſuſcepit humanitatem ſalus,id eſt perſona filij quando mundum reconſiliare dignatus eſt patri. Ipſe enim ſalus recte dicitur. per quam fidelibus medicina confertur.Hugo cardinalis. In hac igitur ſpe ſuſceptionis.

Caſſio.

35 ✠ alia li. confeſſione.

Laudabo nomẽ dei cum cãtico, & magnificabo eum in laude ✠

Caſſiodo. Hoc enim a parte membrorum,eorum ſcilicet qui commutati ſunt dicitur. Hierony. Qui laudant nomen domini, ꝙ vel de diabolo triumphauerint,vel vicerint mundum.Caſſio.vel (Laudat nomen dei cum cantico)caput noſtrum, quando in eccleſia hymnidica exultatione fidelium fit adunatio. Ipſe enim in nobis & laudat & magnificat,quod nos veraciter laudare cognoſcit. Glo. Laudabo inquã in me & in membris meis nomẽ dei cum cantico.id eſt cum delectatione, quia & ſi omnia deſunt, deus tamen mecum eſt,(Et magnificabo eum in laude). Idẽ. Pariſienſis cantor. Quantum ad proximum vt proficia per exemplum. Lyra. Non enim eſt hoc intelligendum ꝙ laude humana aliquid deo accreſcat,ſed ipſis laudantibus magnificatur deus in eis.Gloſa. Hugo cardinalis. Et hoc ꝙ laudabo eũ placebit deo, Vnde ſequitur.

xx.vi

Et placebit deo ſuper vitulum nouellum,cornua producẽtem & vngulas.

(Et placebit)inquit(deo). Hugo cardinalis. Laus iſta ſuper(vitulum nouellum).Gloſa. Qui offerebatur in lege, id eſt placebit plus omnibus legalibus.Caſſiodor⁹.(Laus)enim puro corde fuſa multo acceptior eſt deo quã põt pecudum placere mactatio.Iem.Auguſtinus. Gloſa. Mos nam ꝙ fuit antiquorum:vt pro peccato offeretur nouell⁹ vitulus,in quo ſignificabatur nouitas vitę ſecutura quę deffenſionem haberet in cornib⁹. Pedum vero munimen in vngulis per quas ſæculi iſtius aſpera conuerſationeſ ſanctiſſima calcaremus.Hugo cardina.Vnde ad hoc exprimẽdum addit(Cornua producentem & vngulas)Gloſa. Vt ſicut vitulus aduerſarium cornibus ventilat & vngulis terram excitat,ita & noua vita cornua defenſiõis & munimenta pedum.i. affectuũ tanquã vngulas habeat. Caſſiodorus.Gloſa.(Producentẽ)autem ideo dicit quia,chriſtianorum populus dñi per dies ſingulos virtute domini augetur,quaſi (Cornua & vngulas)producit.Caſſiodorus. Et quia plus placent deo ſacrificia laudis,quã pecudum immolatio, cõuertitur ad pauperes ſuos dicens.

Videant pauperes & lætẽtur, quęrite ✠ deũ & viuet anima veſtra,

37 ✠ alia li. qui queritis.

Caſſiodo. Gloſa. In quo pauperes commonet vt lętentur.quãdo iam nõ in ſolis facultatibus oblatio poſita eſt,ſed in mentis affectu, vbi & pauper poteſt eſſe ditiſſimus,(videãt) inquit id eſt credãt pauperes.)Hugo cardinalis.(Qui non poſſunt habere vitulos Et lętẽtur)quia ſacrificio laudis poſſunt deum placare,ſi ex puro corde procedat. Gloſa.Lętentur dico,id eſt ſpe gaudeant. Et vt videatis o vos inopes(Quęrite deum.)Hugo cardina. Toto corde.Caſſiodo. In hoc enim monet pauperes,vt eſcam mentis quęrant non corporis. Et illum panem deſiderent angelorũ,vnde potius aĩa ſaginet(& viuet aĩa vr̃a.)Hie. Quę nũc mortua eſt peccatis.Hug.car.Vel(viuet) id eſt non morietur. Et ſi forte mortua fuerit reſurget.Caſſiodo. Illud nãq; proprie viuere dicim⁹ quod in beatitudinis iocunditate conſiſtit.Hugo cardinalis. Securi igitur quęrite,inuenietis enim.

Quoniã exaudiuit pauperes dominus, & vinctos ✠ ſuos non deſpexit.

38 ✠ alia li. compeditos.

(Quoniam)Inquit(Exaudiuit domin⁹). Glo. Omnibus tẽporib⁹(pauperes)aliter non audiret. Caſſiodorus(pauperes)autem chriſti ſunt qui mundi iſtius diuitias voluptateſq; deſpiciũt.Et eligũt humanarũ rerũ indigentiam, vt ſpiritualibus epulis impleantur,hoc exaudit dominus.Hugo cardina. Hęc tamen deſperetis propterea, quia in peccatis eſtis,quoniam & vinctos ſuos non deſpexit.)Caſſiodor⁹.Vinctos ſcilicet lege peccati,omnes enim communiter vincti ſumus lege peccati.Et quibuſdam compedibus irretiti, quia deſideria humana perquirimus,ſed dominus vinctos ſuos non ſpreuit id eſt qui ſuis legibus vincuntur. Lyra. Vel(vinctos ſuos)patres ſcilicet qui erant in limbo nõ deſpexit ſed eos inde reſurgẽdo eduxit deinde quos prius ſimul nunc ſigilatim monet dicens.

Laudent illũ ✠ cœli & terra,mare et omnia ✠ reptilia in eis

xxix ✠ alia li: terra illũ: ✠ alia eũ alia hz oĩa que mouentur.

Gloſa.Hugo cardi. (Laudent inquit illũ cœli)idẽ apoſtoli & terra,id eſt eccleſia iudęorum(Mare).i. gentes(Et omnia reptilia in eis) id eſt omnes peccatores terrenis adhęrentes. Caſſiodorus. Vel per hęc ad dei laudes inuitatur quicquid creaturarum eſſe cognoſcitur,vt in cœli commemorationem: omnia eum laudare debeant cœleſtia, terrę,terre

ſtria,maris,vniuerſa natantia. Idem .Hieronym⁹.
Philip 2 Vt in nomine ieſu omne genu flectatur cœleſtium terreſtrium & infernorum. Cumenim hęc creata cōſiderātur,in eis de⁹ laudatur Sed eſt & aliud cur eū laudare debeamus.

40 QVoniam deus ſaluā faciet Syon, & ędificabūtur ciuitates Iudę.

Quoniam) inquit deus ſaluam faciet ſion. Gloſa. Id eſt eccleſiam. Hugo cardinalis. Extra quam nō eſt loc⁹ ſaluationis, quod figuratum eſt in diluuio vbi tantū ſalui facti ſunt qui in archa fuerūt. Gen.7 Caſſiodorus. Syon enim templo Iheroſolimitano cohęret paruus omnino colliculus, ſed nominis qualitate grandeſcens Et ſignificat eccleſiam ſeu ſpeculationem qua ſola recipitur deus, & in qua diriguntur corda fidelium. Hiero. Hanc itaq; ſaluam faciet dominus, cum electos ſuos pro meritis adiuuabit in vno corpore illi⁹ matris cœleſtis (& ædificabuntur ciuitates iudę) Hierony. Animę ſcilicet ſanctorum, quę per confeſſionem in templum tanquā viui lapides deferūtur. Gloſa. Hugo cardinalis. Vel (ędificabuntur ciuitates iudę) id eſt per orbem particulares eccleſię confitētium chriſtum qui de iuda eſt. Auguſtinus. Iuda enim confeſſio interpretatur, de confeſſione autem humilitatis ędificantur ciuitates iudæ. Gloſa. Ita vt foris remaneant, qui confiteri erubeſcunt Vnde ſequitur.

xli ET inhabitabūt ibi ✠ & hęreditate acquirent eam.

✠ alias & poſſidebunt eā in hęreditat? aditum eſt.

(Et inhabitabunt ibi) ſcilicet in eccleſia. Gloſa. Hugo cardina. Fideles pauperes ſpiritu de quibus prædixerat, qui conſtanti mente inhabitabūt ibi in ſyon ſcilicet, id eſt in eccleſia. Caſſiodorus. Proprie enim fidelium eſt inhabitare, vbi conſtanter mentis puritate verſantur (Et hęreditate acquirent eam) quādo ad hieruſalem illam ęternam domini miſeratione peruenerunt, hęreditas enim ipſa eſt quę non morte, ſed teſtatore inęternum viuente prę̄ſtabitur Glo. Et ne forte putares hoc de iudęis tantū dici cum etiam de gentibus dictum ſit. Propterea ſubdit,

42 ET ſemen ſeruorum eius poſſidebit ✠ eā, et qui diligūt nomē eius habitabunt in ea.

✠ alia li. obtinebunt

Gloſa. Et ſemen inquit ſeruorum eius id eſt immitatores fidęi vel boni actus non ſolum acquirent ſed & poſſidebunt eam quando ad cœleſtem hieruſalem peruenient. Caſſiodorus. Semen enim hic opera ſancta non carnis progeniem debemus accipere. Quicunq; itaq; imitatores eorū ſunt qui deo factorum probitate placuerunt ipſi poſſidebunt terrā futurā regnū ſcilicet dñi quod ſanctis ſuis fideliter pollicetur, vnde addidit (Et qui diligunt nomen eius,) Lyra. Exiſtentes ſcilicet in charitate. Hugo cardina. Vel habens fidem operantem p dilectionem, habitabunt in ea. Caſſiodorus. id eſt perpetua fœlicitate potientur. Lyra. Habitabunt dico in ea numero, & merito, quia ſola charitas diuidit inter filios preditionis, & regni.

Caſſio.

Pſalmus.lxix,

Titulus.

In finem ✠ pſalmus Dauid in rememoratione q; ſaluum fecit eum dominus

✠ Alias victori ad recto;

Lyra ad literam eponit hunc pſalmum factum fuiſſe a Dauid, cum eſſet in perſecutione abſalon filij ſui, cuius hiſtoria habetur in libro regum.

Caſſiodorus. Glo, Vox tribulatorum eſt iſta, id eſt martirum inter paſſiones periclitantium, ſed de capite prę̄ſumentium. Vox etiam cōfeſſorum deprecantium, vt a periculis liberentur. Pro quo ſciendum q; memoria duobus modis ſumitur, vel cum memores peccatorū iudiciū timem⁹, vnde ſupra ī pſalmo. xxxvij. Vel dū ſumitur bona ꝓmiſſa corde retinem⁹, & ſecuri ſum⁹, vt hic quod oſtenditur cū ſubditur q; ſaluū fecit eum domin⁹, vt non de metu, hęc memoria ſed de accepto beneficio probaretur eſſe concepta Gloſa. Et eſt ſenſus tituli pſalmus iſte dirigēs nos ī finē. i. ī xp̄m attribuit dauid. i. omni iuſto q hic loqt, habit⁹ ī rememoratione nō vtiq; peccatorū ſed q; ſaluū fecit eū domin⁹ ſpe & certitudine. Et diuiditur in duas partes. In prima petit generaliter iuſt⁹ ſe adiuuari, & malos erubeſcere. In ſecūda monet bonos lętari ibi (Exultent & lętētur.) Glo. Monet itaq; nos vt in deo non in nobis gloriemur Dicens in perſona omnium iuſtorum.

Memoria duobus modis ſumitur.

Diuiſio

1 DEus ✠ in adiutoriū meū intende, domine ad adiuuandum me feſtina.

Ps. lxix ✠ alia li deus vt beres me.

Gloſa. Deus inquit qui ſoles iuuare. Hugo cardina. Et potes (intende.) Gloſa. Id eſt reſpice (In adiutorium meū) Cōtra pericula. Caſſiodorus. Tunc enim adiutorium poſcimus quando periculis ſubiacemus, vt tali remedio ſubleuati calamitates diuerſarū poſſumus vincere paſſionum (Intende) autē ideo dicit quia omnia deus et iam cum nō rogatur agnoſcit. Hieronym⁹. Criſtus vero adiutorium noſtrum eſt, qui nunc ad confutandos eos qui ſibi aduerſantur patris auxilium poſtulat. Caſſiodorus. Sed ne forte diutius diferretur beneficiū quod ſciebat eſſe venturū, adiecit (Domine ad adiuuandū me feſtina). Idem, Feſtina inquit (quaſi diuina miſericordia) tardaret, & per memoriam aduētus eius fierēt tormenta grauiora. Tardum enim ei videtur auxiliū qui de huius ſęculi clade liberari feſtinat. Gloſa. Notandum autē q; hic verſiculus ante omnes horas prędicitur, quia cū orare ſolemus, maxime tentare nititur dyabol⁹ vt muſcæ morientes perdant ſuauitatem vnguenti. Feſtina igitur ad adiuuandum me vt.

Quare hic verſiculus omnib⁹ horis preponatur

2 COnfundantur et reuereantur, qui quęrunt animam meam.

Alia li. hs inimici.

Caſſiodorus. In quo imitator capitis ſui populus martyrum emendationem inimicorum ſuorū expoſtulat dicens (Confundantur & reuereantur) Confundi enim eſt quando voluntates ſuas iniqua conſcientia ſtudio veritatis agnoſcens de factorū ſuorū peruerſitate turbatur. Reuereri vero quādo iuſtitiam læſam noſtra operatione cognoſcimus & pro his reb⁹ pœnas nos incurrere formi

Confūdi & reuereri differūt

damus(Cõfundãtur) dico(& reuereantur qui quę runt animam meam.)Gloſa.Ad opprimẽdum ſcilicet trucidantes.Caſſiodor⁹.Vt a corpore ſegregarent.Bene autem in ſingulari animam ſuam. poſuit turba fidelium quibus eſt cor vnum & anima vna.Hieronymus.Vel de iudęis hic loquitur,qui in hoc confunduntur cum chriſtum cuius animã auferre voluerunt,reſurrexiſſe cognoſcunt.Sequitur.

3 ✠alia li. cogitant

AVertãtur retrorſum et erubeſcãt, qui volunt✠michi mala

Gloſa(Auertantur Inquit retrorſum) Vt non pręcedant,ſed ſequantur,nec ſuo conſilio viuant,ſed ſanctorum.Caſſiodorus. Auertantur enim retrorſum qui a praua cogitatione deſcendens domini iuſſa ſubſequitur Senſus ergo talis eſt qui volunt mihi mala hanc retributionem ſuſcipiẽt,nc in ſua iniquitate perſiſtant. O pia ſanctorum etiam ipſa quę putatur aduerſitas, qui melius optabant inimicis,quã ſibi ipſis petere videbant in proſperis conſtituti.Auguſtinus.Gloſa. Ex quo notatur diuerſa in eccleſia fuiſſe tempora.Primo fuit impetus peſequẽtium, vnde Primo dicit(Qui quærũt) Modo remanſit maliuolẽtia cogitantium,vnde ſequitur(Qui volũt michi mala.)Hierony. Vel de iudęis loquitur.Qui non immutantur in reſurrectione cum ſanctis,ſed retrorſum conuerſi erubeſcentes.Quia quem vt hominem iudicare vt deum cernunt Item.

Gloſa.

4 Aliter legitur.

AVertantur ſtatim erubeſcẽtes, q dicunt michi euge euge.

Sic legitur iuxta hebræũ Reuertantur ad veſtigiũ confuſionis ſuę,qui dicunt michi vah,vah. Caſſ. In quo prioris ſenſus eſt repetitio vt ſcilicet a ſuo propoſito erubeſcentes velociter compellãtur abſcedere,qui falſis laudationibus cognoſcunt fideliſſimis increpare(Auertantur inquit ſtatim erubeſcentes)qui dicunt mihi(euge euge.)Gloſa. Irriſorie vel adulatorie Sermo enim iſte laudantis eſt,ſed ſub yronia. id eſt ſub irriſione dictus, quoniam ab inimicis videtur eſſe prolatus. Auguſtinus.Gloſa.Duo enim ſunt genera perſequentium vituperantium videlicet, & adulantiũ. Plus tamẽ nocet lingua adulatoris, quã manus perſecutoris. Vtrunq; autem ignis eſt, quo vritur qui temtatur vituperio,vel laude. Exit tamen integer qui neutro capitur.Hierony.Vel verba hęc Euge euge de chriſto intelliguntur in quibus irridentium vox eſt,quæ ad eos refertur qui dicebant Si filius dei es deſcende nunc de cruce. Et iterum Confidit in deum,liberet eum nunc ſi vult. Nunc poſt impiorum pœnam ,ad gloriam conuertit beatorum. Dicens.

Duo pſequẽtium genera

5 Secũda pars.

EXultent et lętentur in te omnesq quęrunt te,et dicant ſemper magnificetur dominus qui diligunt ſalutare tuum.

Gloſa.Hugo.cardi.Secunda.pars vbi monet lætari bonos quos egenos de⁹ adiuuat,& liberat.Quaſi dicat his omnibus aduerſis & confuſis(Exultẽt & lętentur in te omnes qui quęrunt te.)Hierony.

Qui ſcilicet per lachrymas pœnitẽtię te qui miſericors es requirunt,Hugo cardinalis. Exultent inquit corpore(Et lætentur mente in te) non in dijs falſis,vel ĩ cerimonijs legis(Omnes) tã de iudæis quã de gẽtibus(qui quærunt te) in fide chriſtiana vbi inuenitur ſemper deus Caſſiodo.Vnde cum dicit in te,caducam fatetur eſſe lætitiam,quæ humana præſumptione gloriatur. Quod autem iſte adiunctum eſt(omnes qui quærunt te)intelligendũ eſt,non ſuis viribus,ſed quia tu prius eos tua pietate requiſiſti.Quid autem iſti dicere debeãt admonentur cum dicitur(Et dicant ſemper id eſt continue.)Caſſiodorus,Semper enim continuum tempus ſignificat,quia nunquã debet a laude domini ceſſari(Magnificetur domin⁹). Glo.Non in ſe ſed in nobis.Caſſiodo. Gloſa. Hoc enim ab humana conſuetudine mutuatũ eſt.Nam magnificatur ille qui laudib⁹ creſcit,qui bona opinione grandeſcit quod non eſt in deo qui creaturis omnibus incrementa pręſtat in quo nos eum laudãdo & magnificando proficimus.Gloſa.Hoc igitur ſemper dicant(qui diligunt ſalutare tuum).Auguſti. Non ſalutare ſuũ,quaſi ipſi ſe ſaluent,ſed tuum quod eſt dominus ieſus chriſtus.Si igitur peccator es(Magnificetur)vt docet confiteris(Magnificetur) Vt ignoſcat,iam iuſte viuis(Magnificetur) vt regat Perſeueras vſq; in finem(Magnificetur) vt glorificet Semper ergo(Magnificetur)dominns. Gloſa. Omnes itaq; de deo ita ſentiant. De ſe vero dicãt.

EGo vero egenus et pauper ſum, deus adiuua me.✠ vi ✠alia li. feſtina ꝑ me

Auguſtinus. Ille enim qui magnificandus eſt diues eſt,ille abundans, ille nullius indigeus.(Ego egenus & panper ſum.)Hugo cardi. Duo dicit,ſũt enim quidã egeni id eſt mendici & quęrentes,qui non ſunt pauperes,vt ſunt trutani. Alij vero ſũt pauperes,ſed tamen non ſunt egeni, quia mẽdicare erubeſcunt. Primi peccant per cupiditatem & auariciam Secundi vero per ſuperbiã Sed vir iſte iuſtus ſe ſimul eſſe dicit egenum & pauperem.Caſſiodorus.Egeni nãq; ſum⁹ quando iugiter indigemus. Pauperes vero dum ſemper ad beneficia dei auida mente properamus.Augu.Vel ideo egenus & pauper ego ſum,quia quãuis donata ſũt mihi peccata Et iam ceperim ſequi dei pręcepta Adhuc tamen egenus & pauper ſum,adhuc eſurio,adhuc ſitio,quia adhuc aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis meę video. Et ideo(De⁹ adiuua me.)Caſſiodo. In tribulatione ſcilicet mũdana vbi cum vitiorũ aduerſitate pugnam⁹, & im mũdos ſpirit⁹ hoſtes patimur,a quib⁹ dei auxiliũ liberamur.Hierony. Vel hęc de chriſto dicuntur qui ſe crebro egenum & pauperem vocat cui⁹ cura in paternæ pietatis in amore conſiſtit. Gloſa. Ideo inquit adiuua me.Quia.

ADiutor meus et liberator meus es tu, domine ne mo reris.✠ vii. ✠ Alias tardaueris

Hugo cardinalis,Lyra(Adiutor me⁹,) inquit cõtra hoſtes eos inuadẽs vel vt poſſim ſuſtinere(Et liberator meus)a periculis imminentibus vt poſſim euadere(es tu domine.)Hugo cardinalis. Non homo non mũdus,non diuitię Et ideo(ne moreris) id eſt ne differas auxiliũ & liberationẽ. Caſſiodo.

Auguſti. Gloſa. More enim periclitãtium hoc dicitur: quibus tardum videtur quãuis celerrimum pręſtetur auxilium, quod magno deſiderio quæritur.

Hic pſ. vnus eſt cũ pcedẽti

Pſalmus. lxx.

¶ Titulus.

Pſalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum.

Caſſiodo. Auguſt. Glo. Hieremias propheta refert Ionadab fuiſſe dei ſacerdotẽ, qui filijs ſuis

Lyra dicit ꝙ credit iſtũ pſalmum vnum eſſe cũ prȩcedente de perſecutione abſalon Et ad literam proſequitur illius expoſitionem nã in hebrȩo nullus ponitur titulꝰ & ſi prȩponatur illi numerꝰ puta. lxxj. iuxta numerum hebrȩorũ.

prȩcepit ne vinum biberent. Neq; in domibꝰ, ſed in tabernaculis habitarent, cui illi obedierũt quaſi deus hoc præciperet, vnde deus benedixit eis, ꝓpter obedientiã. Eoſq; obijcit idem ꝓpheta populo iſrael, qui nolunt obedire deo ſicut illi fecerunt

ionadab interptatio

patri. Ionadab itaq; interpretatur domini ſpõtaneus id eſt qui ex volũtate ſeruit, ſequitur (Et priorum captiuorum.) Idem. Hanc hiſtoriam regũ textus enarrat. Nam cum populus iſraeliticus dei mandata contemneret Primæ & ſecundæ & tertiæ captiuitati decretus eſt ſubiacere. Quia frequenter admoniti ſe emendare noluerunt, ſed contumaces effecti ſunt, iſti ergo nunc in loco contumacium ponũntur Filij vero Ionadab pro fidelibus & deuotis In quo commonemur. Vt deuotionem habeamus filiorum Ionadab, non contumaciam iudæorũ qui captiui eſſe meruerũt. Caſſiodorus. Et eſt vox deuotorum qui ab humanis iniquitatibꝰ ſe petunt liberari vt domino gratias liberius referre poſſint. Hierony. Vel vocem continet prophetæ de illa redemptoris humilitate corporea cõquerentis: ac de eius reſurrectione glorioſa canentis.

Sẽſus tituli

Hugo cardinalis. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte qui eſt Dauid prophetȩ agit de filijs Ionadab. idẽ de ſignificatis per eos ſcilicet de illis qui obediũt ſpontaneȩ dei voluntati. Et de primis captiuis id eſt de illis qui prius erant captiui quã deo ſeruirẽt

Diuiſio.

cui ſeruire regnare eſt. Et diuiditur pſalmus iſte in tres partes. In prima propter ſpem ſuam petit hic vir obediens ab omnibꝰ malis liberari, & laude impleri. In ſecunda agit de gratia tempore ſenectutis & ſenij, (ibi ne proijcias me) In tertia cui perſonæ fit gratia, & quȩ ſit illa gratia dicit ibi (deus quis ſimilis tibi.) Gloſa. Generalis itaq; iuſtus de captiuitate qua natus eſt ex adam, clamat ad dominum dicens,

1 Hic pſ nõ habet titulum

INte domine ſperaui non confundar in ȩternum, in iuſtitia tua libera me et eripe me,

In te inquit domine ſperaui. Vox eſt pœnitentis & recogitantis priſtinos dies cum vehementi doloris contritione, ſpreta enim mortalium omniũ ope ad deſperationẽ potius quã ad cõſolationẽ inducentium ad deum altiſſimum traſuolauit & ante eius conſpectũ cor effũdit prius tamẽ eũ laudat a miſericordia deinde a iuſtitia & potẽtia Dicit ergo (in te domine ſperaui) Auguſtinus. Gloſa. Nõ in me. Hugo cardinalis. Non in homine, non in diuitijs. Gloſa. Si enim in me vel in rebus mundanis quæ caducæ ſunt ſperauerim, cõfundor in te vero (Non confundar in æternũ id eſt in futuro.) Caſſiodorus. In illa ſcilicet iudicij retributione, vbi confundi omnino pœnale eſt. Hugo car. Nullus enim in eo ſperauit & cõfuſus eſt Sequitur (in iuſticia tua libera me) Caſſio. Quod cũ dicit libera miſericordiam petit diuinam cuius iuſtitia eſt parere ſupplicanti. Hierony. Et qui fecerit voluntatẽ eius tranſeat de morte ad vitam. Caſſio. Sic enim æquitati ipſius placitũ homini remittere, qui ſua noſcitur facta damnare. Gloſa. Auguſt. (In tua autem iuſtitia) dicit non in mea. Nam ſi meã ſtatuo, iuſtitiæ dei non ſum ſubiectꝰ. Vnde nõ de me glorior, gratiam tuam non reſpuo, ſed tuam iuſtitiã requiro, tuam ſcilicet id eſt quæ michi eſt a te (Libera me). Igitur. Caſſiodo. Ab imminentibus periculis Et eripe me a poteſtate dyaboli, ne cum eo ſub ȩternitate damnemur. Sequitur.

INclina ad me aurem tuã, et ſalua ✠ me. 2

Lyra. In quo de deo ad modũ hominis loquitur: qui inclinat aurem quando vult exaudire deprecantem. Hie. Aures aũtem domini dicuntur audire quando exaudire dignatur. Caſſiodo. Glo. Cũ vero dicit (Inclina) humilem ſe facere profitetur quia niſi diuina gratia ad ſe liberandum inclinauerit, ad illam miſericordiam ſuis meritis nõ poteſt peruenire quam cupit (Inclina) ergo o domine etiã ſi indignus ſum (Ad me) iacentem ægrũ (aurem) id eſt miſericordiam tuam (& ſalua me) ab ægritudine quæ intus latet, Et.

ESto michi in deum protectorẽ ✠ et locum munitum, vt ſaluum me facias 3

✠ Alias robuſtũ habitaculum. Aliter. legitur

Iuxta hebrȩum ſic traduxit. b. Hierony. Eſto michi robuſtũ habitaculũ vt ingrediar iugiter, prȩcepiſti vt ſaluares me. Hierony. (Eſto mihi) inquit (in deũ protectorem) Quia abſq; te neq; refugium neq; munitio, neq; protectio a quoq̃ præſtari poteſt (Et in locũ munitũ). Idem. Non hoc dicit tãquã ſit localis deus, qui vbiq; eſt Sed quia localis dicitur ad ſe venientibus. Caſſiodo. Locꝰ autẽ iſte diuina protectio eſt (Vt ſaluum me facias) Gloſa. Quia in alio ſaluus eſſe non potero.

QVoniam firmamentum ✠ meum, et refugium meum es tu. 4

✠ Alias petra mea.

Hugo cardina. (Quoniam) inquit (firmamentum meum es tu) dum pugno (Et refugiũ meũ) dũ fugio. Hȩc autem duo referuntur duobꝰ quæ in prȩcedenti verſu præmiſſa ſunt. Caſſiodorꝰ. Nã (Firmamentũ) pertinet ad protectionem (Refugiũ) vero ad locũ munitũ. quȩ duo merito ſibi a domino prouenire, credidit, quia nichil ſuis viribꝰ vendicauit. Vel (Firmamentũ) in hoc ſȩculo dominus dicitur, vbi & patientia quȩritur (Refugiũ) vero in illa beatitudine æterna, vbi iã aliquod periculũ nõ timetur. Gloſa. Deinde repetit quod ſupra dixerat determinando a quibꝰ poſtulet erui, quaſi dicat, Quia in te ſperaui, Ideo.

5 De manu cõtra legẽ agẽtis additum eſt. ✠ alia li. ꝑtereuntis ⁊ nocentis.

DEus meus eripe me de manu pec catoris et de manu contra legem agentis et iniqui ✠

(Deus meꝰ(inquit(Eripe me de manu peccatoris) Gloſa, Hoc eſt de poteſtate eius, ne vi, vel inſidijs me ducat ad peccatũ. Caſſiodo. Et quia peccator dixit. nunc qualis ſit iſte peccator oſtendit. Gloſa. Etenim per partes ſubdiuidit dicens. (Et de manu contra legem agentis & iniqui). Auguſtinus. Glo ſa. Duo enim ſunt genera peccatorũ, quorũ alij le gem accẽperũt vt Iudęi, & chriſtiani, alij vero nõ vt pagani. Caſſiodo. Hierony. Contra legem ergo agit qui accepta lege facit contra regulas mãdato rum, vt Iudęi & mali chriſtiani, qui vetꝰ & nouũ teſtamentum tranſgrediuntur. Iniqui vero ſunt pagani qui nulla lege domini refrenantur, ſed mo re ferarum faciunt quodcũq; libuerit, qui quia ſi ne lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Omnẽ ita q; peccatorẽ duabus his partibus cõplectitur. Glo ſa. Ideo dico, Eripe me.

Duo g'ña peccatorum.

vi ✠ alia li. expectatio ‡ Alias fiducia.

QVoniam tu es patientia ✠ mea domine, domine ſpes mea ‡ a iu uentute,

Caſſio. Dicit enim quare de manu peccatoris eri pi debeat. (Quoniam) inquit (tu es patientia mea domine). Hugo cardi. Quaſi dicat, Ideo eripe me, quia iam diu patienter iuſtinui. Non tamen a me ſed a te patientiam habui. Caſſiodo. Priꝰ nãq; eſt vt cum gratia per patientiam probemur, Et tũc il lam fructuoſam ſpem ipſo donante habere merebi mur, de qua ait Apoſtolus. Tribulatio patientiam operatur Patientia probationem: probatio ſpem. Spes autem non confundit. Vnde ſequitur(Do mine ſpes mea). Auguſtinus. Glo. Et ideo(Patien tia mea quia ſpes mea) Vel ideo(ſpes mea) qa(patiẽ tia mea a iuuentute mea). Caſſ. Gloſa. i. a cõuerſio ne mea, vel ex quo contra diabolum cœpi pugna re. Qu ocunq; enim tempore ad ipſum veniatur. Iuuentus dicitur, quia in ipſa pleniſſimo robore ſolidamur. Auguſti. Glo. (A iuuentute ergo mea) Id eſt ex quo cœpi pugnare contra diabolum, ex quo me armaſti. Fide, Spe, & Charitate) tu es ſpes mea) Iuuenis enim pugnat ſed cadit niſi dominꝰ ſpes eius ſit. Gloſa. Non ſolum autem a iuuentute ſed etiam ab infantia profuiſti michi, Quia.

Roma.5.

7 ✠ Alias ſuſtentatus ſum.

IN te confirmatus ſum ex vtero de ventre matris meę tu es protector meus.

(In te) inquit(cõfirmatus ſum), Gloſa. Nõ infir matus ex vtero eccleſiæ ſcilicet. Hierony. Caſſio. Hic enim vterum ſanctę matris eccleſiæ debemꝰ accipere, vbi primũ fidei rudimento concipimur, deinde ex aqua & ſpũſancto regeneramur, tunc nã q; confirmatio noſtra poteſt eſſe dominus, quan do ad eũ fidei munere venerimꝰ(de ventre matris meę). Hierony. Sinagogę, ſcilicet de qua proceſſi. Lyra. Vel ab hora natiuitatis, meę vſq; nunc(tu es protector meus). Caſſiodo. Vtiq; quoniam aduerſꝰ diaboli nequitias ipſe nos protegit ac defendit. Et in hoc mũdo pręſtat euadere, ne peccatis poſſi mus onerantibus interire. Gloſa. Propter quę.

INte cantatio ✠ mea ſemper, tanq̃ prodigium factus ſum multis, et tu adiutor ‡ fortis. 8

✠ alia li. laus. ‡ Alias ſpes. mea.

(In te) inquit. Hugo cardina. Id eſt de te. & ad te, & iuxta te, hoc eſt eccleſia. Gloſa. Non in falſis dijs eſt(cantatio mea) id eſt laus mea Et hoc(ſemper) id eſt in pręſenti dum per fidem ambulo & in futu ro dum per ſpeciem videbo. Caſſiodorus. In hoc enim quod dicit ſemper, pręſens ſignifi cat ſæculum & futurũ. Hic nanq; pro liberatione cantamꝰ. Ibi autem gratias pro æterna remunera tione peragimus, ita vt dominus ſemper laudari debeat quia continuum eſt omne quod pręſtat. Hu go cardinalis. Vel(ſemper) id eſt tam in aduerſis q̃ in proſperis. Qui autem ita laudant deum derridẽ tur a mundanis: ſicut Dauid contemptus eſt a Mi chot, vnde ſequitur. (Tãquam prodigiũ factus ſũ multis.) Gloſſa. Qui michi inſultant quia credo q; non video et mores eorum reſpuo. Caſſidorus. Prodigium nanq; in hoc ſęculo fit fidelis quan do alia ſectatur quã poteſt amare peccantium mul titudo quærunt enim illi diuitias, iſte pauperiem illi epulationes, iſte ieiunia, illi gaudia, iſte triſti tiam. Sed quia caducum eſt omne contrarium vbi adiutor probatur eſſe fortiſſimus ideo ſubdit. (Et tu adiutor fortis) vt dei gratia ſuffragãte nos quo q; ad bonum niti & contendere debeamus, ne di uinis beneficijs inueniamur aduerſi. Glo. Tu in quam es nedum protector, ſed etiã adiutor fortis vt vicam: Et ideo hęc reputatio illorum eſt negli genda. vbi virtus dei fauet cõtra quam nihil ſtat. Hugo cardinalis. Pro his itaq; omnibus petit vt dignas gratias reddere poſſit dicens.

ſt ✠ alia li. hebrea habet hic tua ‡ alia li. vt cantẽ gloriã tuã additum eſt.

REpleatur os meum laude ✠ vt cã tem ‡ gloriam tuam, tota die ma gnitudinem tuam.

Caſſiodorus. Glo. Supra nãq; dixit quę humano generi beneficia dominus contulit. Nunc vero petit vt poſſit pro his gratias agere competenter, dicẽs. Repleatur os meum laude Nam ſi ille os nõ repleat, nec lingua mouetur nec deſideria honeſta inflammantur. Sed cur os ſuum laude repleri deſi derauit, cauſam ſubdit cum dicit. (Vt cantem glo riam tuam). Idem. Glo. Gloriam inquam quę eſt multorũ ore celebrata laudatio. (Tota die magni tudinem tuam). Auguſtinꝰ. Glo. Id eſt ſine inter miſſione, in proſperis ſcilicet quia conſolaris, in aduerſis quia corrigis, anteq̃ eſſem, quia feciſti, cũ eſſem. quia ſalutẽ dediſti, cũ peccaſſem, quia igno uiſti, cũ conuerſus eſſem, quia admiſiſti, cũ perſeue raſſem quia coronaſti. Sic vno magnitudinis no mine prędictorũ beneficiorum laus concluditur.

10 Secũda pars. ✠ alia li. fecerit

NE proijcias me ĩ tempore ſenectu tis, cum deficiet ✠ virtus mea ne derelinquas me.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi agit de gratia tempore ſenectutis & ſenij danda. q.d. Tu es ſpes mea a iuuẽtute mea. (Ne ergo proijcias me in tempore ſenectutis). Caſſiodo. Quando ſcilicet feſſa virtus corporis plus indiget admirari. Glo. Sed quę eſt ſenectꝰ: Ecce. (cũ deficiet virtus mea). Idem. Caſſiodorus. Quando ſcilicet patientię fir

maitas caſſata molleſcit, ſub onere tribulatiōis. Ergo tunc (ne derelinquas me) quia tūc plus indigebo iuuari. Vel cum deficiet virtus mea, id eſt mei hominis, vt de me iam non pręſumam. Deꝰ ne derelinquas me, quia tecum cuncta potero ſuſtinere, ſine te vero nichil. Sed quare hoc dico? Sequitur.

11 ✠ Alias par.ter

Q Via dixerunt inimici mei michi, et qui cuſtodiebant animam meam conſilium fecerunt in vnum. ✠

Caſſiodo. In quo redditur cauſa, cur ad ſubueniendum pietas domini debeat prouocari Quoniam debilitate captat inſidiantium feruor accenſus, eſt dum credunt facile decipi a quo non poteſt defectis viribus adiuuari. (Quia dixerūt) inquit (inimici mei michi. Hugo cardina. Non dicit quid dixerint vt intelligas omne malum, quod poſſunt dicere inimici. Diabolꝰ enim dicit. Boni ſunt honores. Mundus. Bonæ ſunt diuitię. Caro. Bonę ſunt delitię. Omnes vero dicunt. Non eſt bonum quod facis. (Dixerunt) dico exprobrantes, & me deſolare volentes. Caſſiodo. Et ne forte crederentur leues inimici addidit (Et qui cuſtodiebant animā meam). Hugo cardinalis. Id eſt obſeruabant, ſicut habet alia litera dæmones ſcilicet vel peccatores Caſſiodo. Ad decipiendi ſtudium, non ad ſalutis votum (conſilium fecerunt in vnum,) Hugo cardinalis. Contra me & ſalutem meam. Caſſio. Truculētior autem ſemper eſt inimicorum adunata collectio, & quod non diuiditur, grauius vno faſce portatur. Cuiuſmodi autem ſit iſtud conſiliū, ſubſequenter exponit.

12

D Icentes deus dereliquit eum, Perſequimini & compręhendit eum, quia non eſt qui eripiat.

Glo. (Dicentes in corde apud ſe. Deus ille ſcilicet, quem ſibi deum facit dereliquit eum), Caſſiodo. hoſtes enim carnales mundana potius contuentes cum viderint hominem crebra calamitate fatigatum, crediderunt a deo deſertum qui diuinam putant gratiam in ſolis corporeis viribus conſtitutam & propterea dicunt (Perſequimini) Gloſa. Vt tardum quia fugere non poterit, & compręhēdite eum vt inualidum, quia reluctari non valebit, & quare hoc, quia non eſt qui eripiat cōpręhēſum. Caſſio. Arbitrantur enim ꝙ deus deferat prę mijs quos exponit iniurijs & non magis coronare velit, quos probare debere promittit. Hierony. Auguſti. Glo. Vel hęc poſſunt ītelligi de chriſto qui inter manus inimicorum infirmus factus eſt, & quaſi nihil poſſet compręhenſus, de quo quaſi adeo derelicto in paſſione dicebant, ſine veniat helias & liberet eum & ſimilia. Gloſa. Hugo cardinalis. Sed quicquid ipſe arbitrentur ſeu dicant, tu tamen. O.

Auguſti.

Ioh. xix.

13 ✠ alia li. feſtina

D Eus ne elongeris a me, deus meꝰ in auxilium meum reſpice, ✠

(Deus) inquit, Hug. car. Si exponas me luctę & tribulationi, tamē ne elongeris a me. Lyra. ſub ſtrahens auxilium defenſionis tuę. Caſſiodo. Humana enim putat infirmitas elongare deum, quando ei venire tardat auxiliū, qui tamen nec metu progreditur nec de loco ad locū trāſfertur, ſed omnia ineffabiliter replens, vniuerſa voluntatis ſuę virtutibus adminiſtrat, petit ergo ne gratia eius ab ipſo diſcedat & grauioribus iniquorum exponatur inſidijs vnde etiam addidit. Deus meus in auxilium meum reſpice) Idem. Quia enim (ſe nouerat affligendum) Ideo orat vt per adiutoriū domini ei digna patiētia tribuatur. Nā quem ille adiuuat malorum contritione non deficit ſed tunc ſpe potius erigitur quando tribulationum faſce pręgrauatur. Lyra Et loquitur de deo ad modū hominis qui habet oculos attentos ad eum, quem vult adiuuare. Hugo cardi. Et per hoc ꝙ non elongaberis a me ſed in auxilium meum reſpicies,

14 ✠ alias confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ. [margin note partly illegible: "alias co... aduer-ſariū aīe meæ."]

C Onfundantur & deficient ✠ detrahentes animæ meæ, operiātur confuſione & pudore qui quærunt mala michi.

Caſſiodorus. Confundantur inquit cum tua viderunt diſpoſita non mutari. Gloſa. Et ideo cognoſcunt peccata ſua contra hoc quod præſumunt de iuſtitia ſua, & de viribus ſuis (Et deficiant detrahētes animæ meæ). Caſſiodo. Id eſt in aniter obloquentes. Hugo cardi. Deficiant inquam non habētes amplius qui contra me dicant. Caſſiodo. Et ſaltem ceſſent ſua nimietate fatigati, ſi nequeant deſinere ratione conuicti (Operiantur confuſione & pudore.) Idem. (Operiantur) dicit quaſi quodam velo roſeo verecūdiæ eorum facies obtegātur qđ ſolet accidere his qui actiones priſtinas vita meliore condemnant. Hugo car. (Operiantur) dico (confuſione) exterius (Et pudore) interius qui quęrunt mala michi) id eſt qui deſiderant & laborant vt mihi noceant. Caſſiodo. Auguſti. Vt fecit vxor Iob, quæ viro periclitanti dicebat, dic verū in deū id eſt benedic deo & morere, vt etiam ait vxor thobiæ vbi ſunt inquit iuſticiæ tuę quod dicebat vt diſpliceret illi deus qui illum fecerat cæcum. Glo. Illi inquā quærunt mala michi.

Caſſio.

Iob. 2

Thob. 2

15 ✠ alia li. ſpe expectabo.

E Go autē ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam.

(Ego autē) inquit. Hugo cardinalis. Quicquid illi dicāt quicquid faciant michi mali ſemper ſperabo ſciens ꝙ totū ſit deo diſpenſante, qui omnia facit cooperari in bonum ex quo etiam ſi occiderit me in ipſo nichilominus ſperabo Et adijciam ſuper omnē laudē tuā. Idē. Auguſti. Glo. id eſt ſuper perfectam laudē quæ tibi debetur ꝓpter iuſtitiā tuam qua potes iuſte damnare peccatores adijciā ſuper erogādo laudē tuam, ꝓpter miām qua peccatores non damnas, ſed ad pœnitētiam adducens ſaluas. Caſſio. vel iſta laudis adiectio ad incarnationē omnipotentis verbi abſolute pertinet. Augu, Gloſa. Vel laus adiecta eſt pro reſurrectione chriſti. Hierony. (Vel adijciā ſuper omnē laudē tuā) vt quę tibi lex offerri præcepit in ſacrificijs ſuis viſibilibꝰ, redemptus populus deportet in moribus. Hug. car. Nec tantum laudabo te vel tibi loquēdo, ſicut fit in officio eccleſiaſtico, ſed etiam alijs prędicabo, & hoc eſt quod ſequitur.

Gloſa.

Auguſti.

16 ✠ alia li. annunciabit. ✠ alia li. ſalutem.

O S meum annunciabit ✠ iuſticiam tuam, tota die ſalutare ✠ tuum

Auguſtinus. Glo. Innocentius. Inde inquit adijciam ſuper omnem laudem tuam, quia & quod iuſtus ſum ſi iniuſtus ſum (iuſtitia tua eſt in me, non mea, tu enim iuſtificas impium, & ideo (os meum annunciabit iuſtitiam tuam) nõ meam. Caſſiodo. Iuſtitia autem patris ſaluator eſt dominus, quem ſe pronunciaturũ populis policetur, vnde ne forte aliam crederes eſſe iuſtitiam, addidit (tota die ſalutare tuum) inde autem ſalus per glorioſam incarnationem prouenit, quod aũt dicit (tota die) continuum tempus ſignificat. Gloſa. Vt nec proſpera nec aduerſa retrahant. Hieronimꝰ. Vel ex perſona Chriſti, reſurgens inquit congregabo eccleſiam, in qua tuas concinam laudes. Hugo cardinalis. Et hoc ſalutare noui teſtamenti, ideo annunciabo.

17 ✠ alia li negociationes.

Voniam nõ cognoui literaturã ✠ introibo in potentias domini, domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

(Quoniam) inquit non cognoui literaturam. Hugo cardinalis. id eſt literalem legis obſeruantiam, de qua ait Apoſtolus. Litera occidit. Auguſtinus. Gloſa. Iudæi enim qui legem acceperant quod nõ gentes gloriabãtur non de gratia ſed de litera quæ conuincit, nõ adiuuat, morbum detegit, ſed nõ curat, infirmos prodit, ſed non ſanat. Glo. (Non igitur cognoui literaturam) ſed reprobã de litera præſumens & a gratia reſilientes, & per hoc (introibo in potentias domini). Idem. Non meas, vt qui de ſe gloriantur: ſed potentias domini, id eſt virtutẽ Chriſtianam. Caſſi. (Introibo) autem dixit vt oſtẽderet Hieruſalem ſupernam clauſam perfidis: apertam eſſe fidelibus, ſed quid ibi facturus ſit, ſubſequenter enarrat dicens (domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius). Gloſ. Non legis mundanæ. Hugo cardinalis Non iuſtitiæ legis quæ neminẽ ad perfectam iuſtificationem adducit ſed (iuſtitiæ tuæ ſolius). Gloſa. Quia nihil prorſus ex me, ideo autem memorabor: quia o tu.

Gloſa.

18 Eus docuiſti me a iuuentute mea & vſque nunc, pronũciabo mirabilia tua.

(Deus) inquit docuiſti me. Gloſ. Per libros, vel inſpirando quid eram, & quid dederas. Hugo cardi. Vel flagellando vt puerum. Gloſa. vt iuſtitiæ tuæ ſolius memorarer. Caſſiodorus. Hoc enim vel ad libros pertinet diuinos ſiue ad infuſam cœlitus fidem: docuiſti inquam me (a iuuentute mea) Hugo cardinalis. ad literam. Caſſiodorus. Vel ex quo cœpit homo ad diuinam gratiam peruenire. Auguſt. Gloſa. Ab initio ſcilicet fidei innouat deus hominem, quem fecerat. Caſſiodorꝰ. Tunc enim animę viribus incipit eſſe robuſtus. Hugo cardinal. Nec poſtquam cœpiſti me docere, non defuiſti ſed (docuiſti me & vſque nunc). Auguſtinꝰ. Gloſa. Id eſt etiam poſt fidem. Quia ſicut ab initio fidei: ſic & poſt ea es neceſſarius, quia tunc quicquam per me poſſum, & ego vt non ingratus pronunciabo mirabilia tua). Gloſa. Quod ſcilicet me regis, ꝙ in via poſuiſti, quod me viuere facis, quod in animas ſuſcitaſti. Caſſiodorus. Vtique mirabilia fuerunt, vt doceretur indoctus: vt ex profido fieret deuotus: & ex peccatore iuſtiſſimus. Auguſtinus.

Caſſio.

Gloſa. Quid enim mirabilius quam mortuos in anima, mortuos ſcilicet per culpam, per gratiam ſuſcitare. Gloſa. Igitur o domine ſicut cœpiſti, ita & perfice,

T vſq; in ſenectã & ſenium ✠ deꝰ ne derelinquas me. 19 ✠ alia li canos

(Et vſq; in ſenectam inquit & ſenium). Gloſa. Id eſt vſq; ad vltima mea, Hugo cardinalis. Vel vſque ad mortem ne derelinquas me) Glo. Quia niſi vſq; ad vltimum meum gratia mecum ſit, nihil ero. Caſſiodorus. Apud Græcos autẽ duo nomina iſta diuerſa ſunt. Senectam enim grauitatem vocant. Senium vero ętatem finitimam latinę vero quaſi ſimili nomine nuncupantur. Petit itaq; populus fidelis vt neq; in matura, neq; in ſenili ætate deſeratur a domino, quarum eius fortitudine roboratus vſq; ad finem ſuũ laudes poſſit debitas explicare. Idem. Auguſtinus. Gloſa. In his itaq; duobꝰ verſibus notantur quatuor tempora eccleſiæ, iuuẽtus enim eccleſię fuit, quando virtus martyrum dimicauit. Nũc cum fides per eccleſias proficit præſens tempus ſignificatur. (Senecta) id eſt grauitas erit, quando incipiet frigeſcere charitas multorum cum mundi tempora decreſcent (Senium) occidunt tempus cum antichriſtus veniet, & martyrum vita optatio fine claudetur. Hugo cardinalis, Non ergo derelinquas me.

Senecta & ſeniũ differũt.

quatuor tẽpora eccleſia

Onec annunciem brachium tuum generationi omni, quę vẽtura eſt. 20 Aliter. legitur poſteritati pars.

Sic lege ex hebraica veritate. Donec annũciet brachium tuum generationi cunctiſque qui venturi ſunt fortitudines tuas. Caſſiodorus. Homo enim fidelis introductus loquitur. Petens a domino vt vſq; ad ſenectam & ſenium in eccleſiæ congregatione permaneat. (Donec inquit annunciem brachium tuum) Id eſt dominum ſaluatorem, qui eſt brachium patris, iuxta illud, Et brachium domini cui reuelabitur. Hugo cardinalis. Vel donec annũciem amorem, quo nos amplexaris multis beneficijs nos fouendo (Generationi) omni quę ventura eſt). Idem Gloſa. Vſq; in finẽ ſeculi, vt religio chriſtiina totius mundi dilataretur deuotione. Et vt in fine ſeculi prædeſtinatorum numerus compleatur. Hugo. car. Ne igitur derelinquas me donec annunciem nedum brachium. Sed et

Otẽtiam tuam & iuſtitiam tuam vſq; in altiſſima quę ✠ feciſti magnalia, deus quis ſimilis tibi. 21 ✠ alia li. quãta feciſti.

Caſſiodorꝰ. Hic enim ſubaudiedus eſt: donec annunciem (potentiam tuam) ſcilicet. Hugo cardinalis. Qua omnia regis, ordinas, & iuſto moderamine coerces. (Et iuſtitiam tuam) qua punis malos, & remuneras bonos. Caſſiodorus. Vel potentia ad gratiam incarnatiõis reſpicit, per quam hominem liberare dignatus eſt. Iuſtitia vero ad iudiciũ in quo Adam propter inobedientiã iudicatus eſt, & morte punitus cum poſteritate ſua. Hugo cardinalis Nec tamen in horum annũciatione ſiſtam. ſed annunciabo (vſq; in altiſſima ꝗ feciſti magnalia). Idem. Glo. id eſt vſq; ad hominem exaltatum ſuper altiſſima: vbi homo deus ſedet ad dexteram

v

patris,regnans cũ eo per infinita ſæcula. Magnalia autem dicit,quia vtrũq; mirabile , per gratiam ſcilicet redimi hominem,qui per iuſtitiam dãnatus erat. Sequitur.(Deus qui s ſimilis tibi). Gloſa.

Tertia pars. Hugo cardinalis. Hęc eſt tertia pars , vbi oſtendit cui perſonæ quæ gratia ſit, ſcilicet captiuæ & peccatori,cui eſt reſurrectio mentis & corpis . Et pri[9] dei magnitudinem,per quam fit gratia admirans & commendans ait.(Deus quis ſimilis tibi.)Caſſ. Quod cum admiratione pronũciandum eſt,quaſi dicat ꝙ nullus hoc compręhẽdere poteſt. Ex operibus enim ſuis cognoſcitur ſingularis ; & magnitudo facti potentiam teſtatur auctoris. Lyra. A cuius virtute in infinitum diſtat omnis virtus creaturæ. Hugo cardinalis. Sed quia poſſet aliquis dicere. Quomodo annũciabis quæ non vidiſti? Immo dicit,quia deus oſtendit ea mihi per tribulationes,& alia quæ ſequuntur.

22 ✠ in heb. relatiuũ eſt q̃ oſtẽdiſti.

QVantas ✠ oſtẽdiſti michi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.

Caſſiodor[9]. Iſtud etiam ſub admiratione legendũ eſt: Gloſa.(Quantas inquit oſtendiſti) id eſt iuſte immiſiſti mihi tribulationes,id eſt paſſiões. Multas quidem quantitate,malas vero qualitate. Quãuis tamẽ iſtæ tribulationes multæ & malę ſint. In bonum tamen recidunt,quia prodeſſe contendũt, Vnde ſequitur.(Et conuerſus viuificaſti me) Glo. Hæc enim diſciplina admonitio fuit nõ deſertio, quia(conuerſus)inquit,id eſt dum me conuertiſti, viuificaſti me.)Caſſiodorus . Nõ enim cõuertitur deus qui ſemper inconuertibilis,ſemper probatur immobilis. Sed ideo(conuerſus)quia conuerti me feciſti,qui diſtortus fueram lege peccati. (Et de abyſſis)iterum . Hugo cardina. Id eſt multoties q[a] frequẽter corrui.(reduxiſti me)per pœnitentiam. Caſſiodor[9]. Abyſſus enim hic ſignificat multitudinem peccatorũ. Et ideo additum eſt(terrę iterum)autem dicitur cũ multipliciter aliquid iteratur,vt ex hoc medicina eius frequẽtior iudicetur. Gloſa. Vel iterum reduxiſti me. Primo enim cum natura noſtra verbo dei vnita propter nos ſurrexit,reducti ſumus de abyſſis terræ. Iterum cum credimus in eum fit prima reſurrectio animę quę ſpe iam ſurrexit cum eo ; Secundo vero iterum reducemur quando corpore reſurgemus. Vnde poſtea dicit,

23 ✠ alia li. multiplicabis.

MVltiplicaſti ✠ magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me.

(Multiplicaſti)ĩquit(magnificentiam tuam). Hugo car. Id eſt virtutes in me multiplicaſti, quas q habent magna operantur,Caſſiodorus . Vel (magnificentiam)ſeu iuſtitiam ſuam multiplicat de[9] quando nobis per diuerſas cauſas afflictionũ ſubuenire dignatur. Auguſtinus. Gloſ. Qui nec filijs parcit a flagellis.(Et conuerſus.)Hugo cardinalis. Ad me pœnitentem , qui prius eras auerſus a me peccatore.(Conſolatus es me.)Gloſa. Per ſcripturas & promiſſa. Caſſiodorus , Hoc autem verbũ q̃ paternum ſit debemus aduertere,vt famulos ſuos q̃uis præmiſſa diſtrictione caſtiget , tamen triſtes permanere non patitur dum ſcripturarum diuinarum eos ſancto alloquio conſolatur. Gloſa. Vnde generalis iuſtus veritatem ſe pſallere profitetur, dicens.

NAm & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuã deus, pſallam tibi in cythara ſanctus iſrael. 24

(Nam & ego inquit confitebor)Caſſiodo. Gloſa. Id eſt in decantatione pſalmorum qui ſunt vaſa veritatis,quaſi ſpiritualia dolia vinũ domini incorrupto ſapore ſeruantia. Hieronymus. Vel vaſa pſalmi ſunt qui de illo vino nouo euãgelico repleti in pſalmis chriſtum intelligũt nũciatum. Glo. Vel in vaſis pſalmi,id eſt in viuificatione ſpiritus, vel contemplatiua vita confitebor veritatem tuã deus. Gloſa. ꝙ ſcilicet verus deus ſis(pſallam tibi in cithara ſanctus iſrael, Caſſio. Gloſa. Id eſt operatione digna(pſalmus)enim ſeu pſalterium de ſuperioribus ſonat(cithara)vero de inferioribus,vt iam ſępe dictum eſt , per pſalmũ itaq; recta fides, per citharã vero recta operatio deſignatur. Gloſa. Vel pſallã tibi in cithara,id eſt in mortificatione carnis,vel in exhibitione temporaliũ. Sed cui pſallat aut citharizet,declarat cũ dicit(ſanctus iſrael.) Caſſiodo . Non illi quẽ gentilitas adorat,ſed quẽ patribus noſtris vera fides oſtẽdit . Gloſa. Et hoc faciam exultãdo,vnde ſubdit.

25 ✠ alia li. laudabunt.

EXultabunt ✠ labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemiſti.

Gloſa. Interiora ſcilicet id eſt labia animę quę iã reducta eſt. Caſſiodo. Per labia enim os interioris hominis intelligit; nam habet & mens vocem ſuã qua tacite clamat ad dominũ,vnde vt hoc ſpiritualiter intelligeres adiecit. Et anima mea quam redemiſti ipſa enim gaudet in labijs ſuis interius dum ſe redemptam eſſe cognoſcit. Hugo cardina. Magno & precioſo precio,ſcilicet ſanguine ſuo. Gloſa. Vnde nõ ſolum gaudebit anima redempta.

xxvj ✠ alias q̃ cõfuſi ſũt & de honeſtati.

SEd & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam, cum confuſi & reueriti fuerint ✠ q q̃rũt mala mihi.

(Sed & lingua inquit mea). Caſſiodorus. Lingua ſcilicet corporis quę tũc pleniſſime laudes domini meditatur quando regnum eius in illa reſurrectione perceperit(tota die). Gloſa. Id eſt ſinefine in in illa ſcilicet ęternitate,quãdo hęc exultatio erit (meditabitur iuſtitiã tuam). Lyra. Id eſt ex meditatione cordis confitebitur iuſtitiam tuã(cum confuſi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi). Caſſ. Quod tunc fiet qñ a dextris iuſti,& a ſiniſtris impij fuerint collocati. Duobus eñ modis cõfundunt & reuerẽtur inimici , qñ aut hic pœnitẽtiam agũt & ſe erraſſe cognoſcũt. Aut certe in aduentu ſaluatoris cũ illa quæ fieri non credebãt ſuis oculis manifeſta cõſpexerint,tũcq; locus ſecurę exultationis erit ſanctis,qñ iam locum dominationis ĩpij nõ habebũt. Et lętabũt iuſti cum malorum oim termin[9] aduenerit,& bona dñs ſine fine cõceſſerit

Duobus modis cõfundent & reuerentur hic peccatores.

¶Pſalmus.lxxj,

¶Titulus. In Salomonem. Lyra exponit hūc pſalmum ad literā de Chriſto.

Hieronym⁹. Iſte pſalmus quem propheta cecinit, filium dei in mundum venturum oſtendit,eūq; poſt aſſumptę carnis iniurias liberatoſq; pauperes de manu potētis.i.diaboli, cœlis redditū a patre omne ſumpſiſſe iudiciū. Idem. Caſſ. Salomō enim interpretatur pacificus,& pacificus fuit chriſtus. Auguſtinus. Gloſ. Qui fecit vtraq; vnū,qui medium parietem macerię inimicitiæ ſoluēs, nos recōciliauit deo. Caſſiodo.Glo. Et eſt iſte quartus pſalmus de duabus naturis Chriſti, in quo monet nos,vt Chriſtum verum deum,& verum hominē regem credam⁹.Et eſt prophetia de Chriſto.Et diuiditur in ſeptem partes. In prima optat iudiciū dari filio dei. In ſecūda affirmat quod optauerat ibi, Iudicabit pauperes populi. In tertia dicit de primo aduētu illius,qui ſecundo aduentu veniēs iudicabit,ibi.Deſcendet ſicut pluuia. In quarta agit de operibus eius,ibi,Quia liberabit. In quinta agit de honorificētia regis,ibi,Et viuet. In ſexta monet ad laudem dei,ibi. Sit nomen eius. In ſeptima quod alios facere monuerat facit, ipſe laudat ſcilicet deum,ibi.Benedictus.Gloſa.Propheta ergo ad patrem loquens de Chriſto dicit, O tu.

ſalomon interptatio. — 4.ps de duab⁹ naturis xp̄ — Diuiſio

1 ps.lxxi. Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis,

Hieronymus.Et loquitur propheta ad patrem,vt iudicium filio donet, nō quod eum in vna deitate ſubſiſtens non habeat,ſed vt in corpore venturum oſtendat.(Deus inquit iudicium tuū regi da.)Hugo car.Lyra. Id eſt tu deus pater da regi Chriſto poteſtatem iudiciariam (& iuſtitiā tuā) id eſt poteſtatis prædictæ executionē(filio regis) id eſt Chriſto,qui ſecundum deitatem filius eſt regis æterni,ſcilicet patris,ſecundum vero humanitatem eſt filius Dauid regis. Cui propterea ſecundum vtraq; naturam data eſt poteſtas iudiciaria,iuxta illud. Pater omne iudicium dedit filio. (Ioā.vi.) Caſſiodorus. Iudicium autem dicitur quaſi iuris ditium, eo ꝙ in eo ius dicatur.Hug.car. Sed ad quid petit ei poteſtatem:& executionem iudiciariā dari oſtēdit,cum dicit.

2 Iudicare ✠ populum tuum in iuſtitia, & pauperes tuos in iudicio. (✠ alias iudicabit.)

Lyra. Id eſt ad iudicandum actu populū tuū chriſtianum,ſcilicet qui eſt popul⁹ patris,ſicut & filij. Hieronymus,Quē populū ſuū dicit,quia per paſſionem ac reſurrectionē illius eū acquiſiuit,(in iuſtitia).Lyra.Reddēdo ei ſecundum merita. Hugo car.Non eñ ſecundum viſionem oculorū iudicabit,neq; ſecundū auditū aurium arguet, ſed iudicabit in iuſtitia pauperes,& arguet in æquitate pro manſuetis terræ.vnde ſequitur.(Et pauperes tuos in iudicio.Hieronym⁹.Vt poſt præſentes erūnas conſolationem capient ſempiternā. Caſſiodorus Pauperes autem dei ſunt,qui mundana ſuperbia derelicta humilitati ſe per omnia tradiderunt,nam & ſi paup ſuperbiat, nō eſt dei pauper. Et ſi locuplex humilitatem diligat,non eſt ſeculi diues,voluntates enim talium inſpiciendę ſūt nō nomina Hugo cardinalis. Poſtea petit ei ordinē iudiciariū dari.Et primo vt citātur per prędicatores pacem annunciantes,vnde dicit.

Suſcipiant mōtes pacem populo, & colles iuſtitiam. 3

Caſſiodorus. Auguſtinus.Gloſa. Vbi per montes ſignificātur apoſtoli & ꝓphetę qui pacem,id eſt Chriſtum ſuſcipiunt fideli populo prędicandum Qui etiam cœlo per altitudinem ꝓximant (colles) vero dicit cęteros beatos,qui recte vidētur domini prędicare mandata,cum autem dicit(& colles) ſubaudi,ſuſcipiāt iuſtitiam,hoc eſt Chriſtum: qui & pax & iuſtitia dicitur,ſicut alibi legitur, iuſtitia & pax oſculatæ ſūt.Caſſiodorus.Pax enim vere dicitur,quia per ipſum homo reconciliatus eſt deo. Iuſtitia vero quando orbem terrarum ſub æquitate iudicabit,qui etiam diabolum per iuſtitiam magis quam potentiæ virtute ſuperauit. Auguſtin⁹. (Auguſti.) Vel ſuſcipiant mōtes, id eſt maiores pacem verbū ſcilicet reconſiliationis,verbum euangelij vt populo annuncient(& colles)id eſt minores iuſtitiā, id eſt obedientiam vt ſcilicet obediāt doctrinæ veritatis.

Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperū, & humiliabit ✠ calūniatorem. 4 (✠ alia lr̄ ſtringet. Secūda pars.)

Gloſ.Hugo cardina. Secūda pars vbi iterum agit de eodem iudicio,affirmando futurū dicens. Iudicabit inquit rex prędictus ſcilicet chriſtus pauperes populi.Gloſa. Id eſt patres prophetas apoſtolos.Caſſio.Qui mundi iſtius opulētiam electa domini paupertate contēpſerunt. Hieronymus. Et cęteros qui pro eo pauperes facti ſunt, vt in cœleſtibus regnis locupletentur. Auguſti. Gloſa.Qui ideo pauperes populi dicti ſunt, quia in populo ſunt in quo boni maliq; cōmixti ſunt.Caſſiodor⁹. Vel pauperes populi ſunt humiles ſpiritu. Hugo car.Quos ipſe iudicabit,id eſt iudicio dabit eis regnum quod ſuum eſt,Caſſiodo. Cum aūt dicit populi, ſubaudiēdū eſt fidelis,non enim quoſcunq; pauperes dñs elegit,ſed quales ipſe dicit.Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorū eſt regnum cœloꝝ. (Mat.5.) (Et ſaluos faciet filios pauperum.)Hierony. Caſſi, Filij pauperum.i.apoſtolorum & prophetarum ſunt populi chriſtiani,qui per eos conuerſi ſūt,& per eorum prædicationem in chriſto regenerati. Glo.Hos itaq; iudicabit & ſaluos faciet ab iniquis diſcernēdo.Caſ. Quos filios apſoꝝ eſſe cognouerit Et hūiliabit calūniatorē.Hiero. Diabolū ſcilicet q nūc eis calūniator exiſtit.Caſ. (Calūniator quis.) Calūniator ei eſt,q innocētiā alienā in reatū nitiť exquiſita machinatione perducere.qđ diabolū ab initio ſeculi vſq; in finē cōſtat facere,hūc itaq; humiliabit dñs qñ illo cū pfidis dānato, fideles viderit regnare cū xp̄o.Lyra.Vel p calūniatorē pōt intelligi antichriſt⁹ qui aduerſabit eccl'iæ. Et extollet ſup oīe qđ dicit de⁹, aut qđ collitur quē dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui,& deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Glo.Deinde oſtēdit eū eſſe dignū qui iudicet. Hug.car. Cōmendans eū ab æternitate,dicēs:

v ✠ alia li. & timebunt te quãdiu erit ſol.

ET permanebit ✠ cum ſole & ante lunã, in generatione & generationem.

Gloſ. (Et permanebit inquit cum ſole) id eſt q̃diu tempora voluuntur quæ per ſolem ideo accipiuntur, quia iuxta curſum ſolis tẽpora mutantur: & diſtinguũtur. Et hic ꝓphetia ꝙ chriſtiani nominis religio ſemper ſit duratura contra illos qui dicunt eccleſiam aliquando deſituram. Caſſiodorus. Vel hic honor ſanctę incarnationis exponitur. Sol quippe legitur verbum patris, qui deus homo vnꝰ ex duabus, & in duabus naturis diſtinctis atq; perfectis permanet Chriſtus, cuius humanitas cũ ſole, id eſt diuinitate ſemper vnita eſt, de quo impij dicturi ſunt. Sol non ortus eſt nobis & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Hierony. Permanebit ergo Chriſtus cum ſole. i. cum claritate paterna. Nã huic ſoli qui cum hoc mundo diſſoluetur aptari iſta non poſſunt (& ante lunam). Caſſiodo. Subaudiẽdum eſt quod ſupra dixit permanebit. Permanet enim Chriſtus ante lunam. i. ante conſpectum eccleſiæ quem cordis ſemper luminibus contuetur, luna nãq; eccleſiæ merito comparatur. nam ſicut luna natiuum non habet ſplendorem, ſed illum a ſole recipit, ſic eccleſia a Chriſto. Gloſ. Auguſtinꝰ, Vel per lunam quæ creſcit & decreſcit, affigurare maluit incrementa & defectus mortaliũ, & eſt ſenſus. Et ipſe permanebit ante lunam, id eſt omnia mortalia immortalitate præcedet (in generatione & generationem. Hugo cardinalis. id eſt ſine fine. Caſſ. In hoc enim tẽpus indicat omnino perpetuũ, ſicut legitur. Et regni eius non erit finis.

Hieroni.

Eſa.xj.

vi alia guttæ ſtillantes irrigantes. Tertia pars.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus & ſicut ſtillicidia ✠ ſtillantia ſuper terram,

Hugo cardinalis. Tertia pars in qua de iſto iudice oſtendit, quomodo prius venit in mundũ. Gloſa. Et, tanq̃ ab eo quęreretur, quomodo incipiet hoc regnum. (Deſcendet inquit ſicut pluuia in vellꝰ) Caſſiodorꝰ. In quo myſterium glorioſæ natiuitatis exponitur, Chriſtus nãq; quem nil poſſet ſuſtinere ſi vellet manifeſta poteſtate cognoſci, voluit leniter ĩ vtero virginali ſine aliquo ſtrepitu tãq̃ pluuia in vellus aquę deſcendere, vt virtutem ſuã huic magis oſtenderet ſi illam ineffabilem potentiam temperaſſet. Glo. Deſcendit itaq; deus in vterum virginis (ſicut pluuia in vellus). Caſſiodorus Nam ſicut vellera quæ lanæ ſunt ouium aquã recipiunt, vt nulla diuiſione rumpantur. Et iterum ſic eam reddunt, vt in ſuis integritatibus perſeuerẽt. Hieronymus. Ita & Chriſtus illapſus eſt in vtero virginali per infuſionem ſpiritus ſancti. Auguſtinus. Gloſa. Alludit aũt hic facto Gedeonis, quod in libro Iudicũ legitur. qui petijt victoriæ ſignũ in rore & vellere, & area, in quo ſignificatũ eſt ꝙ populus iudæorum prius irrigaretur gratia chriſti ſicca area gentilitatis. Et poſtea complueretur gentilitas ſicco vellere iudæorũ iudæa nãq; auctoritate doctrinæ expolianda, erat vt ouis vellere qa doctrinę pluuiam detinebat quam nolebat gentibus prędicaret (Et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terram.) Caſ. Glo. Ecce alia ſimilitudo partum virginis cõprobat. Stillicidia enim ſunt quæ in modũ roris ſumma lenitate deſcendunt. Quis ergo poſt tam apertas ſimilitudines de partu virginis dubitet. Hiero. Vel hoc dicitur quia arida erat tunc terra humani corporis cum Chriſtus aduenit. Nec vllum fructum offerre poterat ſanctitatis, ſed ipſe eã prędicatiõis ſuę ſtillicidijs fœcundatã fructibꝰ repleuit ęternis. Glo. Deinde exequitur quę ipſe oriens attulit. Et quę germina de ſtillicidijs pullularunt, dicens.

Iudic.6.

Hierom.

ORietur ✠ in diebus eius iuſticia & abundantia pacis. donec auferatur luna. 7 ✠ alia li. germinabit.

(Orietur inquit in diebus eius iuſticia) Lyra. id eſt fides catholica quę continet perfectam iuſtitiam. Caſſiodorus. Vel iuſtitia verbũ patris eſt, de quo ſcriptum eſt veritas de terra orta eſt & iuſtitia de cœlo proſpexit. Hieronimꝰ. Cuius dies ſunt, cum concipitur, cum naſcitur, cum nutritur, cum opera patris operatur, cum patitur, cum ad inferna deſcendit, cũ reſurgit, cum ſe diſcipulis prębet cũ cœlos aſcendit. Caſſio. Orietur ergo iuſtitia dicit ex tẽpore incarnationis quando erat ex partu virginis naſcitura quaſi ante non fuerit quę ſemper adorãda maieſtate regnauit (Et abundantia pacis) Caſſiodorus. Et hoc quoq; ſubaudiendum eſt orietur. Hierony. Quod in diebus illis tempore ſcilicet auguſti cęſaris eſt impletum, cum dominus de thalamo virginali proceſſit, nam ita his diebꝰ omnia bella quieuerũt, vt etiã illud impleretur, quod alius propheta cecinit dicẽs. Cõuerterũt gladios ſuos in vomeres, & lãceas ſuas in falces. Caſſiodorus. Vel abundantia pacis eſt dum religio chriſtianorum toto orbe dilatatur. Lyra. Vel hoc de pace illa exponitur quam angeli clamauerũt in chriſti natiuitate dicẽtes. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hominibꝰ bonęvoluntatis, quę conſiſtit in tranquilitate cõſcientię, quę permanet in iuſtis omni tempore. (Donec auferatur luna). Hieronymus. Id eſt eleuetur eccleſia. Glo. Per gloriã reſurrectionis. Caſſiodorus. Vel quoaduſq; prędeſtinatorum numerus compleatur. Hugo cardinalis. Vel vſq; ad finem ſęculi ad tempus ſcilicet iudicij, cũ ſol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuum. Lyra. Vel hoc dicit de pace cœleſti q̃ exuperat omnem ſenſum. Et ſic manet ęternaliter a parte finis ſicut & luna quæ eſt incorruptibilis. Hugo cardinalis. Nõ ſolum autem pacatum ſed & latum erit regnũ eius, vnde ſequitur.

Pſ.89.

Eſa.2.

ET dominabitur a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum. 8

Hieronymus. In hoc enim totum hunc mundum ſua paſſione acquiſitum atq; ſubiectũ Chriſto domino propheta teſtatur, dicẽs. (Et dominabitur a mari vſq; ad mare). Hugo cardinalis. Lyra. Id eſt per totam terram quę mari ambitu dominabitur, quia de omni gẽte per prędicationem apoſtolorum aliqui credent in eum, vnde ſupra dictum eſt. In omnem terram exiuit ſonus eorum. (Et a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum). Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. A flumine ſcilicet iordane, vbi ſupra dominum cum baptizaretur vox intonuit dicens. Hic eſt filius meꝰ dilectus, vnde do:

Mat.3.

ctrina eius incipiens per totum orbem dilatatur, vnde & ſaluberrima regula baptiſmatis emanauit vſq; ad terminos terræ. Hugo cardina. Quod quaſi per inductionem conſequenter oſtendit, dicens.

ix +alias puluerē. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram + lingent.

Gloſa. Coram illo inquit procidẽt, id eſt illũ adorabunt, Aethiopes qui ſunt in finibꝰ terrę. Lyra. Fidem eius humiliter ſuſcipiendo. Caſſiodo. Vel æthiopes peccatores populos debemꝰ aduertere. Hieronymus. Qui ſunt peccatis tenebroſi. Caſſi. Qui ante illum procidunt, quando ſe pœnitentie humilitate proſternũt. Lyra. Vel ad litteram intelligi poteſt de æthiopibus, qui celeriter conuerſi ſunt ad prędicationem mathęi, de quibꝰ ſupra dictum eſt Aethiopia præueniet manus eius deo (& inimici eius). Caſſio. Glo. Iudęi ſcilicet eius pertinaces inimici inuidentes gloriæ ſuæ qui in ſua obſtinatione manſuri ſunt, terram lingũt, id eſt amabunt terrena, quę ſunt eorum eſca ad modum ſerpẽtis cui dictum eſt terram comedes. (Gene.3) Lyra. Vel inimici eius terram lingent, id eſt hi qui prius erant inimici ſe ad eum conuertent, & ad adorandum deuote procident, ac ſi præ deuotione & humilitate terram vellent lingere (iuxta illud, Venient ad te q detrahebãt tibi. Et adorabũt veſtigia pedum tuorum. Hieronymus. Et illud vultu in terra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingẽt. Sequitur.

10 +alia li. tributũ cõferãt. Reges tharſis & inſulę munera offerent, reges arabum & ſabba dona + adducent.

Caſſiodorus. Tharſis referente patre Hieronymo interpretatur contemplatio, quod ad fideles referendum eſſe nõ dubium eſt, qui in diuina contemplatione defixi ſunt. (Tharſis interpretatio.) Reges ergo tharſis. i. dominatores vitiorũ dona offerunt domino, quã do ei probantur animo ſeruire deuoto. Inſulę vero ſunt qui circũfluentia mũdi vitia a ſuis corporibus excluſerunt, nec dominatur eis mare mũdanum. Reges itaq; iſti munera offerunt. Gloſa. i. ſeipſos dum deuote ſeruiunt. (Reges arabum & ſaba dona adducent(. Caſſiodorus. Gloſa. Arabia ponitur pro hominibus ſuaui & terrena ſe delectatione tractãtibus ſaba, vñ Sabęi qui ſuauiſſimis odoribus ſunt referti (reges ergo arabum) qui blandimenta corporum rigidæ ſubiiciunt diſciplinæ, & ſaba qui ſuauiora dona virtutum deo offerunt (dona adducent) Auguſtinꝰ. Gloſa Se ſcilicet & alios homines, quos ad ſocietatem Chriſti, regum adducet auctoritas, vel poteſt hoc accipi de malis regibus qui dona adduxerunt, ſanctos martyres immolando, neſcientes quid facerent. Gloſ. Lyra. Hugo cardina. Vel ad literam hoc impletum eſt die epyphanię, quia de his regionibus fuerunt tres magi, qui domino munera obtulerunt. Hugo cardina. Deinde enumeratis quibuſdam ſingularibus regibus. q. d. ſic eſſe de ſingulis alijs addidit.

xi +alia li. natiões. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes + ſeruient ei.

Hug. cardina. Et adorabunt inquit eũ, non ſolum prædicti, ſed etiã oẽs reges terrę. Gloſa. Qui videntur adorandi. Hierony. Omne eñ hic mundiale imperium, honores, & ordines: ad Chriſtũ dominũ accedere, eiq; colla ſubmittere, bonorũq; morũ dona deferre propheta p̃nunciat, quod ex magorũ muneribus intelligimus inchoatum. Ipſi eñ gentium, regũq; typum tenuiſſe monſtrant. Caſſiodorus. Per oẽs itaq; reges cũctas nos voluit intelligere nationes, quia nulla gens eſt quę in parte pplĩ ſui ꝓprium non adoret auctorem. Et ne tantũ de regibus aduerteres dictũ, ideo addidit. (Oẽs gẽtes ſeruient ei(. Idẽ. Quę ſcilicet per vniuerſum mundum & linguis diuiduntur & patris, & quæ terræ nos dominos habere noſcũtur. Lyra. Vel ad literã hoc impletum eſt tẽpore Cõſtãtini, qui pręcepit vbiq; terrarũ ad honorẽ Chriſti eccleſias ædificari. Auguſtinus. Sed cur ei tãtus honor deferetur a regibus & gẽtibus, ſequitur.

Quia liberauit pauperem a potente, & pauperem cui non erat adiutor. 12 Quarta pars.

Gloſa. Hugo cardina. Quarta pars vbi agit de operibus eius. q. d. tantus ei honor erit. Hierony. Caſ. Quia liberauit pauperem a potente populum ſcilicet fidelem a poteſtate ſcilicet diaboli. Gloſa. Quẽ non ſua virtus ſed peccata hominem potentem fecerunt, deinde repetit vt determinet quem pauperem liberet, dicens. Et pauperẽ cui non erat adiutor. (Gloſa.) Auguſtinus. Glo. Hugo cardinalis. Quia homo iuſtus vel angelus, vel lex, vel liberum arbitrium, non poterat liberare eũ niſi tñ leo de tribu iuda. Cum ergo nullus eſſet adiutor, Chriſtus adueniens ſaluum fecit eum, ſed ne pro eo ꝙ eruit egenum a potente peccata ſibi placere viderentur adiunxit.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet. 13

Caſſiodorꝰ. Cum dicit parcet generaliter omnes homines peccatores oſtendit. Illis enim parcitur qui in aliquo reatu detinẽt. Augu. Parcet inq̃ pauperi. i. humili: & non de ſuis meritis confidẽti: & non de ſua virtute ſalutẽ ſperanti: ſed inopi. Hoc eſt indigenti gratia ſaluatoris ſui. Caſſiodo. (Caſſio.) Hugo cardinalis. Inopem nãq; plus dicimus tanq̃ pauperem. Pauper enim eſt qui non habet ex ſe neceſſaria, inops vero qui nec ab alio qui ſilicet opem nõ habet: nec ſua preualet aut aliena facultate ſubſiſtere Parcet ergo dimittendo peccata electis ſuis/ qui licet ſancta conuerſatione reſplẽdeant aliqua tamen ſibi egent dimitti Glo. Omnes eñ peccãt, & egẽt gratia dei. Caſſ. Sed ne putaret vſq; ad hoc tantũ dominum parcere vt a tormẽtis debitis pauperes liberaret addidit. Et animas pauperum ſaluas faciet, vt quibus peccata dimittit, etiam p̃mia futura concedat. Hiero. Pauperi ergo & inopi qui ſcilicet abiectis mundi diuitijs pœnitẽtiã egerunt parcetur, & ſaluabuntur.

Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum + coram illo. 14 + Alias p̃cioſus erit ſanguis eorum.

Caſſiodo. Vſuræ ab vſu appellatę ſunt quę creditę pecunię procurant ſemp augmentũ, ſic i pecca

tis viuentibus vſura creſcit malorū, quando quod in temporali conuerſatione delinquūt in æterna calamitate recipiunt. Hieronymus. Vſuræ etenim peccata ſunt, cum malitia ſathanæ accepta multiplicantur. Auguſt. Gloſa. Quæ ideo peccata dicūtur, quia plus mali inuenitur in ſupplicijs q̄ commiſſum eſt in peccatis, vt verbi gratia cum homicida tantū hominis corpus perimat, animæ vero nihil noceat, ipſius anima & corp⁹ perditur in gehēna (ex vſuris) ergo redimet precio ſanguinis ſui peccata dimittendo quæ debebant ampliora ſupplicia (ex iniquitate) vero iuuando per gratiam ad iuſtitiam faciendam. Hugo cardina. Vel ex vſuris pœnę & iniquitate culpę redimet animas eorum, primo ſanguinem fundendo, ſecundo gratiam infundendo. Et quia poſſet aliquis ſuſpicari ꝙ poſt redemptionē haberet eos viles dominus tanq̄ ſeruos emptitios, propterea cōuenienter addidit. Et honorabile nomen eorū nomen ſcilicet Chriſtianum (coram illo). Et ſi coram mūdo ſit deſpicabile. Caſſiodorus. Reuera præclarum nomen eſt vt chriſtiani dicantur, & a ſuo rege reſplendeāt, & accepta vocabuli dignitate glorientur Addidit autē coram illo quoniam ante ipſum & in ipſi⁹ regno victuri ſunt. Hieronym⁹. Coram illo id eſt coram deo patre. Gloſa. Vel ſecundum aliam literam honorabile nomen eius coram ipſis, quia reddūt gratias de beneficijs dantes virtutem nomini eius.

xv Alia li. Saba. Quinta pars — ET viuet & dabitur ei de auro arabię ✠ et adorabunt de ipſo ſemp, tota die benedicent ei.

Gloſa. Hugo car. Quinta pars vbi agit de honorificentia regis quæ in multis oſtēditur. Primo quia & ſi morte ſua pauperem redemerit, tamē viuet in æternum qui contēptus eſt moriens. Caſſiodor⁹, vnde cum dicit, & viuet æternitatem eius maieſtatis oſtendit, non enim creaturę cuiuſq̄ vita viuit, qua vel angeli potiūtur: ſed beatitudine ſingulari qua ſola trinitas ſancta perfruitur. Hieronymus. Vel viuet dicit in ſanctis ſuis ſicut & paulus dicebat: iam non inquit viuo ego viuit autem in me
Gloſa. chriſtus. Et dabitur ei de auro arabię. Gloſa. Hugo cardinalis, id eſt de ſapientia gentium, quia ſapientes de gentibus credent in eum. Per arabiam enim gentes, per aurum vero ſapientia ſignificat.
Hieroni Hierony. Caſſiodo. Aurum autem arabicū prę cæteris terris fertur eſſe puriſſimum. Et ſummo ſplēdore rutilans, quod ad ſapiētiam propterea bene refertur, quoniam legimus, accipite prudētiam ſicut argentum, & ſapientiam ſicut aurum probatū De iſta ergo ſapiētia quæ per aurum arabiæ ſignificatur, dabit dominus munus cum ad eum deuoti purgatiſſimo corde peruenerint. (Et adorabunt de ipſo ſemper). Hierony. Eo ꝙ ab iniquitatib⁹ liberati ſunt. Gloſa. Adorabunt inq̄ de ipſo conſequendo ſcilicet, vel de ipſo id eſt de eius inſtitutio
Mat.6 ne qua nos orare docuit. Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Quando ore proprio quemadmodum oraretur inſtituit dominicæ orationis beneficio quo vtitur eccleſia (tota die). Gloſa. Id eſt toto tempore (benedicent ei.) Caſſio. Dum enim dicit (tota die) totius vitę noſtræ tempus oſtendit, quæ merito dies dicitur, quia fidelium vitæ nullis tenebris obcecantur. Hugo car. Vel de die epiphanię poteſt legi in qua ad literam dederunt & magi munera, aurū arabiæ cum thure & mirra, & procidētes adorauerūt. Gloſa. Benedicet autem & fideles, bene viuēdo, & merito, quia.

ERit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ. — xvi Aliter. legitur

Erit memorabile triticum in terra, in capite montium eleuabitur ſicut libani fructus eius: & florebunt &c. & ideo tranſlatio communis videtur corrupta per ſcriptores ex ſimilitudine dictionum habens firmamentum pro frumentū, ꝙ exponunt hebræi dicentes ꝙ in aduentu meſſiæ quem falſo expectam, frumenta creſcēt in tanta multitudine ſicut cedri libani, & faciūt ſpicas latas & magnas, ex quibus vento flante decidet ſimila de qua poterūt iudęi ſatiari. Hęc Lyra. Hieronymus. Erit inquit firmamentum in terra in ſummis mōtium. Caſſiodorus. Vbi per ſummam montium, excellētiam ſignificat ꝓphetarum quos frequenter diximus accipi debere pro montibus, quorum firmamentum eſt dominus chriſtus, quoniam quod per illos prędictum eſt, eodem veniente cōſtat impletum. Hieronymus. Cuius aduentus paſſio & reſurrectio magnū terrę labenti attulit firmamentum. Gloſa. In terra autem ideo dicit: quia propter eos qui in terra ſunt omnia ſcripta ſunt: vnde & ipſe in terram venit, vt eam impleret, ſequitur. (Super extolletur ſuper libanum fructus eius. Hieronymus. Iſte fructus eſt gratia baptiſmi per quam peccata tolluntur: quę ſuper omnes altitudines ſęculi eleuata eſt. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodorus. Vel hoc dicit, quia in libano cedri naſcuntur eximij quib⁹ ſancti merito comparantur, quos Chriſtus ad cœlos vſq; perducit, quia omnia ſecularia contempſerunt, vel fructus iſte charitas eſt quæ eſt ſuper oia dona. Et florebunt de ciuitate ſicut fœnum terræ. Hieronymus. Fœnum duplam habet rationem, & enim fœnum quod areſcens decidit, (& fœnum) floridum & viridicomū perdurans, de quo ornantur coronę ſanctorum. ſancti ergo per baptiſmum renati (florebūt) de cœleſti Hieruſalem bonorum operum ornamēto ſplendidi, ſicut fœnum terrę.) Nō illius terrę maledictioni ſubditę, ſed illi⁹ melle ac lacte manantis. Caſ. Glo. Vel per fœnum frumentū intelligitur prout in Geneſi legitur, ꝙ iuſſit deus producere terram omne lignū & oē fœnū nec adiunxit omne frumentū noie fœni illud cōplectens. Caſ. Notandū vero quod dicit (de ciuitate) nō in ciuitate, quia de iſta ciuitate huius ſæculi, in illa florebūt beatitudine ſempiterna hic ei tribulatiōib⁹ afficiuntur: vt ibi ꝑpetua gratulatione lætentur. Lyra. In hebręo aūt dicitur. (Erit habūdātia frumēti) & in tranſlatione Hieronymi. Erit memorabile triticū qđ exponit̄ de ſacramēto euchariſtię, in quo xp̄s contineť q ſe cōparat grano frumēti, erit ergo firmamentū .i. euchariſtię ſacramētū i terra i ſūmis mōtiū .i. ſup capita ſacerdotū.

Margin notes beside this column: Caſſio. — Hierom. — Gloſa. — Feni duplex rō. — Geneſ. — Alia lectio.

SIt nomen eius benedictum In ſęcula, ante ſolem permanet nomē eius. — xvii Aliter legitur. Sexta pars.

Sic vertit.b.Hiero. Erit nomen eius in æternum vltra ſolem pſeuerabit nomen eius. Gloſa. Hugo cardi. Sexta pars vbi monet omnes ad laudãdum tantum regem, qui prędicta operatur.q.d. Et quia fructus eius extolletur, & flos ſęculi decidet ergo. Sit nomen eius benedictũ in ſæcula. Caſſi. Hoc eſt in ęternum glorificetur deus qui ęternã gloriam pręſtaturus agnoſcitur. Hugo car. Sit inq̃ nomẽ eius: id eſt poteſtas & bonitas: qua ipſe nominabi » lis eſt (benedictum) non ad horam, ſed in ſęcula, id » eſt in ęternum (ante ſolẽ) id eſt anteq̃ fieret ſol, permanet firmum & ſtabile nomen eius. Glo. Id eſt filius regis, hoc dicens ne putes temporalem dei filium. Auguſti. Per ſolem itaq; ſignificata ſunt tẽpora, ergo in æternum permanet nomẽ eius. A eternum enim antecedit tempora, nec clauditur tempore. Caſſiodo. Vel hic ſolem pro omnibus creaturis poſuit partem pro toto ponẽdo. Ante ergo omnem creaturam permanet nomen eius ꝑ quem facta ſunt omnia. Hugo cardi. Merito ergo debemus eum benedicere, quia ipſe eſt etiam munificus rex vnde ſequitur.

18 ET benedicentur in ipſo omnes tribus terrę, omnes gentes magnificabunt eum.

Caſſiodo. Glo. Et benedicentur inquit in ipſo omnes tribus terræ, ſicut & abrahæ promiſſum eſt, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & ne hoc ſolum de tribubus duodecim dictum putares, addidit omnes gentes. Caſſiodo. Auguſti. Hoc enim tanquã exponendo repetitum eſt, omnes inquam gentes magnificabũt, id eſt laudabũt eum, aliter enim magnificari nõ poteſt qui per ſe ipſum magnus eſt, & cui omnes virtutes & ſummitates deſeruiunt. *Caſſio.*

19 BEnedictus dominus de⁹ iſrael, qui facit mirabilia ſolus. *Septima ps*

Glo. Hugo. car. Septima pars vbi agit quod alios hortabatur facere. Gloſa. Auguſti. Omnibus itaq; dictis hymnum eructuat dicens. Benedictus dominus deus iſrael. Hugo cardi. Id eſt videntiũ deum nõ cæcorum. Lyra. Populi ſcilicet chriſtiani. Caſſiodo. Benedicere autem deum dicimus, nõ ꝙ per nos aut ſanctificetur, aut creſcat, ſed cum nos ipſe ſua benedictione ſanctificat. Benedictus inquam deus iſrael. Id eſt deus vniuerſæ terræ, ſicut alius ꝓpheta dicit. Qui eruit te deus iſrael, ipſe deus vniuerſæ terræ vocabitur. Qui facit mirabilia ſolus. Gloſa. Quia quicunq; mirabilia facit ipſe in illo facit. Caſſiodorus. Ipſe vero nullo indiget adiutore, & licet angeli & multi iuſti miracula faciant, non ſoli, ſed domino adiuuante perficiunt, ſequitur. *Gloſa.*

20 ET benedictũ nomen maieſtatis ✠ eius in ęternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat fiat, ‡ *✠ alia li. glorie. ‡ alia li. amen amen*

Caſſiodorus. Supra deum dixit eſſe benedictum, hic vero nomẽ maieſtatis eius, nomẽ ſcilicet chriſtianum, quia de chriſto dicti ſũt chriſtiani, quod vocabulum totum orbem ſacra veneratione compleuit. Hiero. Iuxta illud, & erit credẽtibus in me nomen nouum, quod benedicetur in terris, id eſt chriſtianum & benedictum inquit nomen. Gloſa Id eſt gloria maieſtatis eius. Hugo cardi. In qua iudicabit veniẽs in nubibus cœli cum virtute multa & maieſtate, in quo commendat eum a iuditiaria poteſtate, quã ſupra ſibi dari petierat. (Et replebitur maieſtate eius omnis terra.) Hierony. Cum ſcilicet effuderit ſpiritũ ſuum ſanctum ſuper omnem carnem quod in actib⁹ apoſtolorum legim⁹ fuiſſe copletum. Caſſio. Terram autem hic ſanctos ſeu omnes fideles debemus accipere, quos reuera dominus replere dignatur (fiat fiat) Caſſio. Gloſa. Optantis eſt dicere fiat, ſed nimiũ deſiderantis ipſum repetere (fiat fiat) Hiero. Hoc eſt amen amen. Et hic eſt finis ſecũdi libri, qui terminatur per fiat fiat. & in hoc pſalmo habet, Defecerunt.i. completę ſunt oratiões Dauid filij Ieſſe qđ a qũibuſdam ſolet addi titulo ſequẽtis pſalmi ſed falſo, cum ad præcedentẽ pſalmũ teſte eodẽ pertineat litera.b. Hiero, & deliraad veritatem hebra. habet *Actuũ. ii*

¶ Pſalmus.lxxij

¶ Titulus.

Defecerunt ✠ laudes Dauid filij Ieſſe pſalmus Aſaph. *✠ alia li. habet*

Hiero. Hoc diligẽti⁹ obſeruãdũ eſt, ꝙ illud (defecerunt hymni Dauid filij ieſſe) ad finẽ ſeptuageſimi primi pſalmi ꝑtineat. Id vero quod ſequitur, (pſalm⁹ Aſaph) initiũ ſit ſequentis. Caſſiodorus. Defecerunt in quam laudes Dauid filij ieſſe laudes ſcilicet temporales quę ꝓ collatis a deo beneficijs per ſacrificia pecudũ & inſtrumentorum muſicorum conſonationem antequã veniret plenitudo temporis reddebantur. Ille inquã per aduentum chriſti defecerunt, quia nunc eccleſia catholica immolatione corporis & ſanguinis chriſti ſanctam peragit pſalmodiam, ſequitur (Pſalmus Aſaph). Idem Aſaph ſignificat ſinagogã quę dominum quidem colebat, ſed videndo florere malos, in peſſimas cogitationes inciderat, ex cuius perſona ipſe Aſaph in hoc pſalmo loquitur. Eſt ergo vox prophetæ admirantis cur inimicis dei & paganis proſperitas tanta eueniat. Auguſti. Iſte autem pſalmus intitulatur ab Aſaph non tanquã ab auctore, ſed tanquã ab eo decãtandũ cum eſſet ipſe Aſaph vn⁹ de principalioribus cantoribus. Lyra. Secũdum vero hieronymum, & alios hebræos ipſe Aſaph fuit auctor huius pſalmi, quoniam & ipſe habuit ſpiritum ꝓphetiæ. Et diuiditur in quatuor partes. In prima deſcribit malorum nequitiam dicẽs ſe zelaſſe proſperitatẽ eorum & inde fuiſſe correctũ. Et ideo etiã alios corrigit. In ſecunda ſuum & aliorum errorẽ ex ponens dicit ſe inde reuerſum ad melius conſilium ibi ideo cõuertetur. In tertia aperit quid didiſcit in ſanctuario dei, ibi veruntamen propter dolos. In quarta comparat premiũ celeſte terrene voluntati ſuę & ſe arguit, ibi. Quid enim mihi *Caſſio. Auguſti. Diuiſio.*

Lyra. Aſaph fecit hunc pſalmum ad oſtendendũ bonitatẽ diuinæ ꝓuidentię quæ attingit a fine vſq; ad finẽ, & diſponit omnia ſuauiter, licet frequẽter hominib⁹ ignorantibus & infirmis videatur contrariũ eo ꝙ videtur frequẽter malos tẽporaliter proſperari. Et bonos multipliciter tribulari & ad hunc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam litteralem,

eſt in cœlo. Gloſa. Aſaph ergo erroris ſui recordãs & inde pœnitens & ſe caſtigans cum admiratione dicit.

j Pſ. lxxij. ✠ alias li. habetat tamen

QVam ✠ bonus Iſrael deus, his qui recto ſunt corde.

Caſſiodorus. Recordat⁹ itaq; Aſaph quoniã iſtius ſęculi fœlicibus inuidiſſet, & vſq; ad nimiam triſticiam inde perueniſſet quia domin⁹ in hoc ſeculo peccatores florere pateretur ſe ipſum condemnans eructuat veram ſuauemq; ſententiam dicens. (Q̃ bonus iſrael deus) Glo. Hugo cardi. Id eſt valde bonus & iocundus quod nõ mihi ſemper fuit viſum. Hierony. Bonus inq̃ eſt hic qui eũ viſuri ſunt ſicut ipſe ait. Beati mũdo corde quoniam ipſi deum didebunt. Caſſiodo. Bon⁹ eſt inq̃ deus, ſed quibus. His qui recto ſunt corde. Idem. Qui ſcilicet opera eius ſtudio pietatis intelligunt. Lyra. Vel qui recte tendunt in deum ſicut ĩ ſummum bonũ. Aug. Glo. Qui bon⁹ eſt rectis peruerſus vero peruerſis. Modo itaq; fateor deum bonum, ſed prius cum non rectum cor eſſet, non michi videbatur bonus. Et hoc eſt quod ſequitur.

Auguſti.

2 ✠ alia li. vacillauerunt

MEi autem moti ✠ ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei,

(Mei autem inquit moti ſunt pedes.) Lyra. id eſt fere cecidi a rectitudine ſentiendi de bonitate diuinæ ꝓuidentiæ. Hugo cardinalis. Mei inquam pedes interiores intellectus ſcilicet & affectus pœne moti ſunt de loco ſuo, id eũ de deo in quo ſtare debuiſſent. Caſſiodorus. Pœnę autem cum dicit cito ſe ad veritatis rediſſe viam cõmemorat, vt dãnare terrorem qui ſurripere feſtinabat. Pes itaq; ſignificat mentis arbitrium quem dicit pœnę fuiſſe commotum quando a vero intellectu eius animus diſcrepabat. Sequitur. Pœnę effuſi ſunt greſſus mei. Idem. Vbi per greſſus intelliguntur actus humani, quibus per vitę noſtrę ſemitas ambulamus qui pœnę in aliam partẽ fuerũt dilapſi quando ſub ingratitudine animæ videbantur impijs tãta concedi. Augu. Glo. Pœnę inq̃ ſunt effuſi, quia iam cęperam errare, ſed nondum erraueram: iam cadebam ſed nondum cecideram. Sed quare hoc.

Caſſio.

3 ✠ alias in peccatoribus

QVia zelaui ſuper iniquos pacẽ peccatorum videns.

Caſſiodorus. Hęc eſt cauſa cur greſſus eius viderẽtur effuſi. (Quia inquit zelaui ſuper iniquos) Hugo cardinalis. Gloſa. Id eſt inuidi eis & grauiter tuli. Lyra. Et motus fui per quandam concupiſcentiam ad ſequendum eos. Caſſiodo. O incongruũ zelũ inuidere perituris, & eos putare fœlices quos ęterna certum eſt dãnatione percelli. Lyra. Motium autem dicte concupiſcentię tangit dicens (pacem peccatorum videns) id eſt eorum temporalem fœlicitatem, Viſa enim magis mouent animam quam audita. Augu. Glo. Sed quam pacem, temporalem ſcilicet fluxam, caducam, atq; terrenam. Pacem quę oculos clauditq; videtur & non intelligitur. Caſſiodo. Quæ cum conſcientia ſemper litigat, rixatur intrinſecus, & cum hoſtem nõ habeat ſecum ipſa decertat. Lyra. Deinde in particulari magis explicat eorum fœlicitatem dicens,

Caſſio.

QVia ✠ non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum ‡ in plaga eorum. 4

✠ Alias quia non recogitauerũt de morte ua. ‡ Alias & firma ſit veſtibula eorum

(Quia non eſt inquit reſpectus) morti eorum. Glo A ſimili incurabilis cui nichil prohibetur Ita & deus videns incurabiles non retrahit eos a malis. Caſſiodo. Vel nõ eſt reſpect⁹ morti eorum, quia in mortem citius non declinant, nec die protinus vrgentur extremo, ſed cum eis ad pœnitendum detur ſpatium vitę, illi magis ſcelera probantur augere. Lyra. Et diutius vidẽtur viuere quã iuſti, nã vt ſapiens ait, iuſtus perit in iuſtitia ſua, & impi⁹ multo viuit tempore in malicia ſua. Aug. Glo. Vel ſecundum aliam literam. Non eſt declinatio morti eorum, quia certa mors & ęterna eis manet, nec ipſi declinare ab ea poſſunt, ſequitur Et firmamentum in plaga eorum. Caſſiodo. Subaudiẽdum nõ eſt. Lyra. Non eſt enim in plaga eorum longa duratio, quia cito curantur habentes in promptu remedia curationum propter abundantiam diuitiarum ſuarum. Idem. Hierony. Vnde ab infirmitate plagis eorum velociter conualeſcũt: nec ſicut homines iuſti tribulationum quaciũtur flagellis. Auguſtinus. Vel ideo hoc dicit, quia non eſt temporale flagellum eorum ſed firmum in ſempiternũ, & ideo modo.

Caſſio.

IN labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. 5

(In labore inquit hominum non ſunt) Lyra. Sed in delicijs & ſolatijs viuunt. Glo. Nec ſunt in labore hominum ſanctorum. Caſſiodo. Qui labores in hoc ſæculo ſuſtinent & diuerſarum afflictionum flagella patiuntur, vt correcti ad dominum redire mereantur. Iſtud autem peccatorib⁹ obſtinatis nõ prouenit quod ad ſalutem datur deuotis. Ipſi enim in hoc mundo ſceleribus ſuis congruas non recipiunt vltiones. Hugo car. Vel in labore hominũ non ſunt, nam labor homini hic debet eſſe vt poſtea ad cœlum veniens perpetuo quieſcat, iſti vero in hoc labore non ſunt. Et ꝓpterea cum hominibus ſanctis ſcilicet non flagellabuntur in præſenti ad correctionem, ſed cum demonibus in futuro ad dãnationem. Gloſa. Et quia ſic eis modo proſpere cedit.

Hugo.

vi ✠ alia li ideo nutriti ſunt ad ſuperbiam. ‡ Alias circumdederunt.

IDeo tenuit ✠ eos ſuperbia, operti ‡ ſunt iniquitate & impietate ſua.

(Ideo inquit tenuit eos ſuperbia) Lyra. Temporalis enim proſperitas frequenter eſt occaſio ſuperbiendi. Hierony. Vnde tales per arrogantiam fœlicitatis multiplicata iniquitate premuntur. Caſſi. Tenuit autem dicit, id eſt quaſi quibuſdam manibus apprehendit vt elabi nequeant cum iam tenẽtur aſtricti. Lyra Non eſt enim talis ſuperbus ad horam per modum paſſionis tranſeuntis, ſed per modum habitus permanentis. Caſſio. Superbia vero eorum dicit quæ reuera diaboli eſt, nã ipſo auctore hoc facinus extitit, quod eum ęterna cruciatio

ne dānauit, ſequitur. Operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Caſſi. Si dixiſſet amicti ſunt, eſſet illis forſitan vel liberū caput, ſed cum dicit opertos totos eos intelligimus eſſe demerſos. Operti ſunt igitur iniquitate. Gloſa. Lyra. Peccando contra ꝓximum, & impietate ſua peccando contra deum.
Auguſti. Auguſtinus. Merito ergo miſeri ſūt qui vndique nec vident, quia contentum nutrit reſoluta ſecuritas, nec videntur quia ibi miſeri ſunt licet fœlices putentur. Hugo cardi. Deinde quaſi quis quęreret, vnde ortum habuit iſta iniquitas, ſubiungit.

7 ✠ Alias preſſerūt a pinguedine oculi eorum ‡ Alias tranſierunt cogitationes cordis

PRodijt ✠ quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt ‡ in affectum cordis.

(Prodijt inqt quaſi ex adipe. Lyra. i. ex diuitiarū pinguedine: q̄ præſtāt fomētū oib⁹ vitijs, qa pecunię obediunt omnia. Aug. Glo. Sunt enim quidē mali ex macie, id eſt ex neceſſitate, quidam vero ex abundantia. Pauperes nanq; ex neceſſitate furantur. Diuites vero ex abundantia & cupiditate, de quibus hic dicitur. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. Glo. Hugo car. Id eſt ex abundātia nō ex macie neceſſitatis.
Caſſio. Caſſio. Ex adipe enim tunc procedit iniquitas quando hi qui affluentia pręſentis ſęculi pręſtante domino repleti ſunt, quicquam in diuinam detractionem delinqunt, vnde pingue eſt validum q; peccatum quod magis arbitrio quam neceſſitate committiur, ſequitur. Tran
Caſſio. ſierūt in affectum cordis. Caſſiodo. Quaſi a rectis ſemitis errauerunt. Hiero. Vt ſcilicet ſuam & non dei facerent voluntatem. Hugo cardi. Et iuxta dictum ſapientis irent poſt cōcupiſcētias ſuas. Glo. Et vt eos pecaſſe grauius oſtendat quaſi ex improuiſo hoc egiſſent, ſubdit.

8 ✠ alia li. triſerūt ‡ alia li. in malicia.

COgitauerunt ✠ & locuti ſunt nequitiam‡iniquitatem in excelſo locuti ſunt.

(Cogitauerunt inquit) Hug. cardi. (In corde) ecce deliberatio (& locuti ſunt) in ore nequitiam, ecce conſilium malum. Caſſiodo. Duplex itaq; hic malum eſt nequitiam ſcilicet cogitate, & inde eam tā quā bonum aliquod palam proferre. Gloſa. Non enim ſatis fuit eis ꝙ intus habebant niſi illud extra effunderēt & alios iniuſte docerent. Caſſiodo. Vnde qui debuerāt ꝑpter cogitationem ſceleris pœnitere culpam geminant, dum facinora cogitata diuulgant. Sequitur (Iniquitatem in excelſo
" locuti ſunt.) Auguſti. Glo. Id eſt palam in manife
" ſto audientibus omnib⁹, & ſuperbe (Vel locuti ſūt in excelſo, id eſt contra excelſū. Lyra. Blaſphemias dicendo de deo. Caſſio. Et hoc eſt quod mens perfida parturiebat, vt contra ſuum auctorem blaphemia verba loqueretur, & vt illum quem laudare nemo ſufficit ad iram prouocaret iniurioſa loquacitas. Hugo cardinalis Quomodo autem contra deū locuti ſunt declarat dicens.

ix ✠ alia li. ſup terram.

POſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra, ✠

(Poſuerunt inquit in cœlum os ſuum.) Hugo cardina. Contra deū & cœleſtia blaſphemiando. Gloſa. Loquentes de eis ac ſi dij eſſent & ita cōminentes vel diſponentes, ac ſi eorum dignitas eſſet immortalis. Caſſio. Vel ponunt in cœlum os ſuum, qui iouem mercurium cęteraſq; portanta deo putant eſſe ſimilia, vel qui malorum ſuorū nullū putant eſſe vltorem credentes deum non cognoſcere quod differt in tempore vindicare. (Et lingua "
eorum tranſiuit in terra). Augu. Caſſio. Glo. Id eſt tranſit tęrrena omnia, quia non cogitant ſe cito poſſe mori, & cum loquuntur quaſi ſemper victuri minantur. Tranſcenditq; iniquitas cogitationis illorum terrenam fragilitatem & cum ſint imbecilitate fragiles tenere ſe immortales ęſtimant dignitates. Lyra. Intātumq; tranſcendit lingua eorum metas rationis, ac ſi non eſſent homines terreni, ſed magis dij cœleſtes.

IDeo conuertetur populus meus hic ✠ & dies ‡ pleni inuenientur in eis. 10 ſcdm ꝓs. ✠ alia li. reuertetur huc ‡ alia li. h; equis plenus

Gloſa. Hugo cārdi. Secunda pars in qua exponēs Aſaph ſuum & aliorum errorem prouenietem de proſperitate impiorum dicit ſe inde reuerſum ad melius conſilium (Ideo inquit) quia ſcilicet prędicta in eis cognouit conuertetur. Hugo cardi. Vt conueniat mecum (populus meus) Glo. Quia veritate deuiauit, hic id eſt in hanc ſnīam in qua modo ſum. Hugo cardi. In comtemptu ſcilicet ſæculi Hiero. Videntes enim hæc iuſti qui prius in peccatoribus zelati fuerant cernentes pacem eorum reuertuntur ad deum vt plenitudinem dierum capiant ęternorum ſcientes quia iniqui nec ad dimidium accedunt. Hugo cardi. Non ſolum autem cōuertetur propter malum vitandum. ſcilicet & ꝓpter bonum æternę vitæ adipiſcendum. Vnde ad- "
dit (Et dies pleni inuenientur in eis) Hugo cardi. Id eſt dies ęternitatis pleni omni gaudio & ſuaui- "
tate. Caſſiodo. Glo. (Vel dies pleni ſunt) quando chriſtus dominus in plenitudine temporis aduenire dignatus eſt, qui ſunt in eis qui crediderunt ſeu qui chriſtum nouerunt. Hugo cardinalis. Gloſa. Et quia poſſet quæri vnde conuertetur popul⁹ iſte, ideo conſequenter exponit qualiter errare ceperit dicens.

ET dixerunt quomodo ſcit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo. 11

Glo. Et dixerunt priuſquā conuerterentur de hac tali cogitatione, de qua modo reuerſi ſunt ad vera eligenda (Quomodo ſcit deus) an ita, vt non curet "
hæc. Hierony. Ignorant enim peccatores, deū omnia poſſe cognoſcere ne ſcientes miſeri, quia nihil ab oculis eius abſconditur. Lyra. Et ideo poſt talē conſiderationē mirantur quomodo deus permittit talia ſi ad hæc ſe extēdat ſua prouidētia (Et ſi eſt ſciētia in excelſo. Glo. Id eſt in deo. Caſſiodo. Blaſphemus profecto iſte ſenſus eſt, & in inſipiēti voluntate conceptus dubitaſſe ſciētiam eſſe in eo qui ſapiētiam humano donat ingenio. Gloſa. Et arbitrari ꝙ vel deus neſcit vel non curet humana. Auguſti. Sed vnde hoc ſibi videatur, iſta neſcire deū reſpondēt. Hugo cardinalis, Cauſam ſui erroris aſſignantes, & dicentes.

ECce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt ✠ diuitias. 12 ✠ Alias multiplicauerūt.

Hugo car. (Ecce) inquit (Ipſi peccatores obtinue-

runt)per violentiam(in ſeculo)Hugo cardina.Nō in cœlo non in deo(diuitias). Glo. Non paruas, ſedabūdantes. Hugo cardi.Vel obtinuerunt diuitias quibus nō indigēt quiaabūdātes ſunt. q.d. Si deus iſta inferiora ſciret aut curaret, non ſuſtineret ꝙ ipſi peccatores per violentiam obtinerēt diuitias qui non ſunt digni pane quo veſcuntur. Caſſ.Auguſti. In hoc itaq; proditum eſt quod inſipientium corda fatigabat. Putabant enim deum. ideoneſci iſſe quod agitur, quia peccatores diuitias poſſidebāt, & nō iuſti quaſi iuſtis & fidelib⁹ talia ſit pollicitus deus, & non magis pauperes in mundo eſſe voluerit quibus cœlorum regna promiſit. Hiero.abundantes enim diuitijs ſeculi perdiderunt dona paradyſi. Gloſa. Iterū ex perſona dubitantis populi hęc ſequentia dicuntur.

13 Aliter. legitur

ET dixi ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas.

Lectio. Hie.iuxta hebręū hęc eſt,Ergo fruſtra mūdaui cor meum,& laui in innocentia manus meas Caſſiodo. Vox enim iſta vox eſt animæ fluctuātis & anxie de proſperitate peccatorum & affluentia eorum(Et dixi inquit). Hugo car.antequā conuerterer cum ſolum terrena quęrebā(ergo)ex quo ſcilicet peccatores habent talem proſperitatem & nō ego.(Sine cauſa iuſtificaui cor meum.) Augu.Gloſa.quando ſeruio deo & iſta non habeo. Et illi qui non ſeruiunt his abundant. Caſſiodorus. Putat enim ſe inani ſpe illuſum, ſi in hoc mundo fructū iuſticię ſibi non ſentiat eſſe collatum(Et ſubaudi ſine cauſa laui,inter innocētes manus meas). Idē. Adhuc enim ipſum quod cępit exequitur,acſi diceret. Quid mihi profuit probabili me conuerſatione tractaſſe ſi diuitias poſſident qui vitia non relinquunt. Auguſti.Bene enim viuo,& egeo,& ille iniquus eſt & abundat. Caſſiodo. Lauat autem inter innocentes manus ſuas qui pia opera laudabili peragit inſtituto. Hugo cardinalis. Sed quomodo lauerit manus ſuas ſubiungit dicens.

14 ✠ alia li. interpretatio

ET fui flagellatus tota die, & caſtigatio ✠ mea in matutinis.

Hugo cardi.Et fui inquit flagellatus flagello pœnitentię(tota die)nō ad horam. Caſſiodo.Vel pœnas ſuas adhuc commemorat quas vt ſibi videbatur irrite ſuſtinebat, vt ſcilicet ipſe flagellatus pauper eſſet cum impius ſecurus ſuas diuitias poſſideret. Auguſti.Gloſa.Bene ſeruio inquit & flagellor & hoc(tota die)quia a me non recedunt dei flagella,ille vero nō ſeruit & ornatur.(Et caſtigatio mea in matutinis) Auguſti.Glo. Sed quid eſt(In matutinis)hoc eſt nō differtur caſtigatio mea differtur impiorum illa ſera vel nulla eſt.Mea vero (in matutinis).Lyra. Et hoc magni beneficij eſt;iudiciū multo tempore non ſinere peccatorib⁹ ex ſententia agere,ſed ſtatim vltionē adhibere.Hug.car. Vel de matutinis laudib⁹ loqtur, vbi de nocte ſurgētes & vigilātes viri ſācti caſtigāt corp⁹ ſuū. Idē.Glo. Deide ſe ab hoc errore reuerſū reprimit. Et autē ſāctorum ſe ſolutionem inueniſſe oſtendit dicens.

15 ✠ alia li ſi dixi ‡ Alias cui diſpoſui.

SI dicebā ✠ narrabo ſic ecce nationem filiorum tuorū reprobaui. ‡

Caſſio. Iam enim vicina commonitus ſecum ipſe deliberat,& ad tantam rem perductus cogitatione multiplici fluctuat. Hugo car.(Si dicebam) inquit in corde(narrabo)ore(ſic)alijs ſicut hęſito in corde meo(Ecce nationem filiorum tuorū) id eſt ſanctorum omniū(reprobaui)id eſt reprobos oſtēdi. Lyra. Ipſi enim contempſerunt terrena, & patienter ſuſtinuerunt aduerſa propter præmium in futura vita,ſicut patet de Abrahā Iſaac, & cęteris ſanctis patribus & prophetis. Vnde & Iſayas fuit ſecatus,& Hieremias lapidat⁹ & Daniel in lacum leonum proiectus. Hierony. Ordo itaq; lectionis & ſenſus iſte eſt. Dum ipſe me accuſo in orationib⁹ matutinis hoc reperi vt dicerem ego,ſi ſic fuero locutus,ego ſi voluero dei occulta rimari incipio a filijs tuis alienus fieri. Augu. Vel reprobaui nationem filiorum tuorum, id eſt omnium patriarcharum prophetarū & ſanctorum qui dixerunt & ſcripſerūt te humana curare,& in pręmijs iuſtū eſſe,quibus credere debui. Et non omnibus velle videri prudentior. Lyra. Hic conſequenter oſtendit ꝙ veritas huius quęſtionis nō habetur per humanam inueſtigationem ſed per diuinam reuelationem,dicens.

Hieroni

Auguſti.

16 ✠ alia li. cogitaui ‡ Alias in oculis meis

EXiſtimabā ✠ vt cognoſcerē hoc labor eſt ante me ‡

Lyra.(Exiſtimabam inquit vt cognoſcerem) per inueſtigationem rationis, ſed hoc cognoſcere labor eſt ante me,quia q̄tumcūq; ad hoc laborarē nō poſſem ad hanc attingere veritatem. Caſſiodorus. Primus itaq; gradus,eſt ſcientię,quando cęperim⁹ intelligere nos neſcire quod āte nos ſcire putabamus. Auguſti.Glo. Hoc inquit labor eſt ante me vere magnus labor cognoſcere quomodo deus curet res humanas & bene fit malis,& male bonis, vel(ante me)id eſt quātum ad pręſentiam quæ ſi attendendo ab huius quæſtionis labore non me expedio,vel ante me,id eſt maior me ſuperans niſi deus aperiat,hoc inquam labor eſt āte me. Sed non ante deum,Si enim fuero ante deum non mihi labor eſt hoc cognoſcere, vnde addit.

17

DOnec intrem in ſanctuarium dei & intelligam in nouiſſimis eorum.

Lyra.(Donec intrem inquit in ſanctuarium) dei, id eſt ad itellectum ſacrę ſcripturę diuinitus reuelatę,quam vocat ſanctuarium, eo ꝙ deus in illa loquebatur,ſicut in ſanctuario diuinitus reſponſa dabantur. Hugo cardina. Vel donec intrem per veram fidem & charitatem in ſāctuarium dei, id eſt in chriſtū in quo ſunt omnes theſauri ſapiētię & ſcientię abſconditi. Augu. Glo. Sanctuariū enī dei chriſtus eſt in quo ſunt omnia conſilia ſuper filios hominū,qui hic proſpera non habuit Nūc vero cum patre regnat in æternū. Caſſiodo. Vel ſāctuarium eſt lex dei quam contuens videt & intelligit nouiſſima peccatorum. Et ꝙ in iudicio fœlicitas humana damnabitur quę hic ad tempus florere monſtratur. Ideo ſubdit.(Et intelligā in nouiſſimis eorum). Lyra. Id eſt intelligam punitiones & præmia vitæ futurę, quādo ſcilicet alij ībūt in ſupplicium æternum. Alij in vitam æternam. Caſſiodorus. Ex iſtis enim nouiſſimis quæſtio ſo

luta eſt, cur ſcilicet malos hic florere deus permittat. Et iuſtos vexari. Hierony. Nã & ſi iuſti in prima vita in paucis vexentur, in nouiſſima tamen in multis bene diſponentur. Nũc vero ad eos qui in diuitiarum dolo confidebant verba vertuntur, cum ſequitur.

18 Dyapſalma. iij. pars * Alias in lubrico ‡ alia li. ad interitum.

Veruntamen propter dolos ✠ poſuiſti eis, deieciſti eos dum alleuarentur. ‡

Glo. Hugo car. Tertia pars vbi oſtendit quid in ſãctuario didiſcerit. q. d. labor fuit ãte me vt cognoſcerem (verũtamen) tantum laboraui q̃ hæc didiſci, ſcilicet q̃ propter dolos quos faciũt alijs, poſuiſti eis, id eſt iſta temporalia ad tempus eis conceſſiſti, vt ſcilicet ſuis exigentibus dolis & peccatis bona habeant præſentia & futuris priuentur. Auguſtinus. Gloſa. Et vt quia dolum faciunt & dolũ patiuntur vt decepti terrena eligant, & æterna relinquant cum aliquid alijs dolo tollunt animam ſuam perdunt. (Deieciſti eos dum alleuarẽtur.) Lyra. Id eſt dum adhuc eſſent in augmento ſuæ ꝓſperitatis temporalis, ſicut patet de Antiocho illuſtri. Et de multis alijs tyrannis. Caſſiodorus. Quorum eleuatio deiectio eſt. Nam quando ruinoſa conſcẽdunt tanto periculoſius ruunt. Et ſic eorum efferri iam cadere eſt. Grego. in mora. Iob. lib. vj. Quia eo atrocius in tormentis obruuntur quo altius in peccatis eleuantur. Nã tranſit quod extollitur, permanet quod punitur. Et quaſi per amœna peccata ad carcerem perueniunt qui per vitæ præſentis ꝓſpera ad interitum tendunt. Gloſa. videns itaque propheta nouiſſima eorum admiratur, dicens.

19 Aliter legitur.

Quomodo facti ſunt in deſolationem ✠ ſubito defecerunt perierũt propter iniquitatem ſuam

(Quomodo inquit facti ſunt in deſolationẽ). Bea. Hierony. ad verita. ſic tranſtulit. Quomodo vaſtati ſunt ſubito³ defecerunt: cõſumpti ſunt quaſi nõ ſint. Hugo cardi. In morte ſcilicet vbi nullus eos iuuat. Lyra. Qui etiam non ſolum moriuntur, ſed etiam poſſeſſiones eorum & domicilia diſtrahuntur. Hierony. Et eſt vox iſta interrogãtis, quam ſequitur reſpondentis & dicentis ſubito defecerunt Idem. Iuxta illud quod dicit apoſtolus. Cum dixerint pax & ſecuritas, repentinus illis apparebit interitus. Caſſiodo. Augu. Vel admirantis vox eſt Admiratur nãq; q̃ ſubito deſolatus appareat qui tanta fœlicitate pollebat & modum tante deſolationis exponit, dicens (Subito defecerunt). Lyra. De præſenti vita. Auguſtinus. Vere ſubito quia ſicut fumus qui dum extollitur deficit. Caſſiodo. In quo ſignificat repentinæ mortis aduentum & ne illos crederes communiter mori addidit perierunt) Hugo cardi. Eternaliter non iniuſte (Sed ꝓpter iniquitatem ſuam) Lyra. Quia mortui ſunt cũ finali impœnitẽtia. Caſſio. Mali enim ſic in hoc ſæculo deficiũt vt iterum perpetua clade moriantur. Gloſa. Ita igitur defecerunt.

20 Alia li. exurgentis euigilantis.

Velut ſomnium ſurgentiũ ✠, domine in ciuitate tua ymaginem ipſorũ ad nichilum rediges.

Hierony. Augu. Caſſiodo. Hugo car. Gloſa. Lyra. Pulchra comparatio, talem eis dicit eſſe fœlicitatem malorum quale ſomnium euigilantium. Nã ſicut quis dormiens videt in viſu theſauros magnos auri & argenti, & ſurgens omnia perdit, & ſicut pauper dormiens diues in ſomnis factus fuerat & ſi non euigilaſſet diues eſſet ſed dum euigilat nihil iuenit. Sic & hi diuitias ſuas poſt huius ſæculi vitam perdunt in qua velut in ſomno verſati ſunt. Lyra Et ideo cõparatur fœlicitas iſta ſõnio, quia ſtatim euaneſcit per mortem quæ oculos quos culpa clauſerat aperit. Hugo car. Et hoc apertius dicit cum ſubiungit (Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nichilum rediges) Hiero. In ciuitate inquit tua hoc eſt in illa cœleſti hieruſalem, imaginem ipſorum ad nihilum rediges, cũ pulſantibus his cœleſtem regiam dices. Diſcedite a me operarij iniquitatis, quia non noui vos. Caſſ. Impij nãq; in illa cœleſti hieruſalem diuinis non pñt appere conſpectibus, ſed ſicut in hoc ſæculo imaginem in ſe domini polluerunt, ita in illa futura patria eorũ effigies non videbitur, qui in gehennæ incendijs mittendi ſunt Nec ſimilitudinẽ retinere pñt, de cuius beatitudine nil habebũt. Sequitur.

Caſſio.

21 ✠ alia li. accẽſũ eſt ‡ alia li. lũbi mei velut ignis fumigans * Alias ego inſipiens.

Quia inflãmatum eſt ✠ cor meum et renes mei cõmutati * ſũt, & ego ad nichilum ‡ redactus ſum et neſciui.

Caſſiodo. Gloſa. Et loquitur idem zelator qui doluit ſuper temporalia abũdantia malorum ponẽs cauſam cur imago ipſorum ad nichilũ redigatur (Quia inflammatum eſt inquit cor meum) noxia inuidentia dum ſcilicet inuidi fœlicibus (Et renes mei) quibus ſtatur (commutati ſunt) id eſt rerũ conſtãtia. Seu mẽtis ſtabilitas reſoluta eſt vt proſpera amarem. Vnde apparet grauis culpa præbere alijs occaſionem peccandi (Et ego ad nihilum redact⁹ ſum) van is hærens & iniurius deo factus, & neſciui me peccare. Magna ſiquidem & profunda ignorantia neſcire q̃ pecces. Auguſti. Remi. Gloſa. Vel in hoc deſcribitur conuerſio huius Aſaph facta ſuperius inquiſitione. Qomodo ſcit deus &c. q. d. illos rediges ad nichilum, ſed ego ſemper ero tecũ Quare. (Quia cor meum inflammatum eſt) vel delectatum amore dei & tunc renes mei, id eſt carnales delectationes cõmutatæ ſunt in ſpirituales, vel commutati ſunt quia prius ad nichilum redactus ſum, id eſt ad ea quæ nihil ſunt deſcẽdi (Et neſciui) ea nihil eſſe poſtea (Cõmutat⁹ ſum & fact⁹ vt iumẽtum apud te) Lyra. Inflammatũ eſt enim cor meũ per puram dilectionem (Et renes mei commutati ſunt) per carnis concupiſcentiæ repreſſionem quæ viget in renibus. Et ego ad nichilum redactus ſũ mea in reputatione, Hugo cardina. Per humilitatem quæ neceſſaria eſt poſt renum mutationem ne de ſanctitate eleuetur cor (Et neſciui). Lyra. Id eſt me ignorantem reputaui cognoſcendo per humilitatem meam ignorantiam. Hieronymus. Vel loquitur hic Chriſtus dominus (Quia inflammatum eſt cor eius) vt faceret voluntatem patris (renes commutati ſunt) ne erga eum præualeret vlla inquinatio cogitationis humanæ (humiliatum) vero ſe dicit vt verum monſtraret hominem (& neſciui) non quod vlla ignorãtia fallatur, ſed quia

peccatores neſcit. Gloſa. Et quia inflammatum eſt cor meum. Ideo.

xxii ✠al a li. quaſi pecus. VT iumetum ✠ factus ſum apud te & ego ſemper tecum

Caſſiodo Ille enim tunc loquitur cuius pene ¦mo ti ſunt pedes. Qui iure ſe iumentum dicit, quē car nalis emulatio quaſi irrationale animal inſidebat propter proſperitatem malorū apud deum enim in vitę pecudum ſunt qui eius pręceptis reſiſtunt & aliud ſentire volūt quā ſanctis regulis continetur. Lyra. Vt iumentum inquit factus ſum apud te ,, (in ſcientię tuę comparatione quę magis excedit cogitationem humanam ,q̄ humana brutalē (Et ego ſemper tecum. Caſſiodorus. in quo dño ſe crediſſe ſemper oſtendit ab ydolis¦alienus, ſed ¦in hoc errabat, quia de peccatorum fœlicitate domini iudicia diſcernere neſciebat, Hugo car. Vel vt iumentum factus ſum apud te) portans ſine murmuratione onus domini leue. Sed quia ſunt quidam qui obedientię iugo ſe ſubiciunt, ſed cum eis dura pręcipiuntur reſiliunt, ideo addidit (& ego ſemper tecum) quod non illi qui ad tempus credunt & in tempore tentationes recedunt. Hiero. Vel verba ſunt Chriſti dicentis, vt iumentū factus ſum apud te portans in carne peccata populi, & ego ſemper tecum, vt eſt illud ego in te, & tu in me. Ideo autē ſemper tecum. Quia.

xxiii ✠ alia li. dexteram mee. ✠ Alias conſilio tuum. ✳ alia li. & poſtea TEnuiſti manum dexteram meam ✠ & in volūtate tua ✠ deduxiſti me, & ✳ cum gloria ſuſcepiſti me.

Caſſiodo. Auguſti. Glo. Tenuiſti inquit manum dexterā meā, ideo reſpexiſti me ꝙ ſemper tecū fui Cuius enim dextera a domino tenetur ſemper ſoluitur atq; liberatur. Non autem dixit ſiniſtrā (Sed dexteram) quam tenet de⁹, dum ad bona opera dirigit, & ne mergatur liberat vt petrū. Lyra. Tenuiſti) inq̄ me dulciter in tua protectione recipiendo (Et in voluntate tua) Caſſiodo. Glo. Non meritis meis deduxiſti me a ad verum intellectum (Et ſuſcepiſti me) Idem. Id eſt humanam naturam verbo vniſti cum gloria. Quę enim maior gloria eſt homini, q̄ hominem verbo dei vniri. Et ad dexteram dei locari. Lyra. Vel in voluntate tua deduxiſti me a deuiis vitę preſētis mihi p̄cauēdo, & cum gloria ſuſcepiſti me de preſenti miſeria ad vitam ęternā transferendo, vel totum de Chriſto ſic. (Tenuiſti inquit manum dexteram meam. Hierony. Deſcendente me in infernum, quia ſiniſtra dyaboli aduerſabatur michi, & in voluntate tua deduxiſti me reſurgentem, & cum gloria ſuſcepiſti me ad cœlos redeuntem.

xxiiii. Quarta pars. ✠ Alias volui tecum in terra. QVid enim michi eſt in cœlo & ad te quid vouli ✠ ſuper terram.

Glo. Hugo cardi. Quarta pars in qua viſo malo impiorum bonoq; ſuo argui ſe de prioribus, ſcilicet ꝙ terrena a deo queſiuit, & mutat in contrarium comparans voluntati ſue terrene præmium cœleſte. quaſi. d. bene dixi in gloria me ſuſceptum. Hierony. Quid enim michi eſt in cœlo? Caſſiodorus. Quid amplius petam quā quod mundo datus es beneficiū ſcilicet ſanctę incarnationis tuę. Hierony. vel cum tam grandia michi in cœlis prepara ueris Quid ego infœlix in terris a te parua querebam, (Et ad te quid volui ſuper terram.) Caſſiodo. Increpatiue hoc dicit contra ſe, q. d. ego veritatis ignarus quid ſuper terram ſperabam vt peccatorum bona cuperem habere communia. Cum tu beneficia parares in æternitate manſura. Lyra. Non enim eſt in cœlo, nec in terra aliqua creatura quę mihi ſufficiat pro beatitudine mea quæ conſiſti obiectiue in ſolo deo qui eſt infinitę bonitatis. Gloſa. Et quia tale præmium mihi eſt in cœlo. Ideo.

25 ✠ alia li. rotur. DEfecit ✠ caro mea & cor meum deus ✠ cordis mei, & pars mea deus in ęternum.

(defecit inquit caro mea & cor meum.) Lyra In cōſideratione bonitatis tuæ, quæ non poteſt cōpræhendi a finita virtute. Hiero. Iſta autem defectio quam ſe dicit habere non pro diminuitione, ſed pro deſiderio accipienda eſt. Caſſio. Quæ tamen defectus ideo dicitur, quia deeſt illi effectus. Gloſa Vel defecit caro mea) Hoc eſt carnalis delectatio in opere. Hugo cardina. Ex pręguſtatione cœleſtis dulcedinis, & cor meum in mala cogitatione quæ ,, de corde procedit, & his deficientibus, cor deū eligit & diligit. Vnde ſequitur (De⁹ cordis mei) Glo. Qui tam caſtum cor michi fecit ꝙ gratis iam deū ,, amo. Caſſiodo. Cor enim hic & in malo & in bono ſumitur, in malo cum dicit (defecit cor meum) id eſt cogitatio mala (in bono vero cum dicitur (deus cordis mei) vbi bonum intellectum ſignificat cum ſe iam ſalubriter erraſſe ſentiebat (& pars mea deus in eternum) Idem. Illius nāq; pars deus eſt qui ſe maieſtati ipſius & credulitati conſociat & probabili actione commendat. Quod autem in æternum addidit ſemper ſe ipſi adhęrere promiſit. Quod reuera perfectorum eſt nūquā ab illo velle diſcedere, ſine quo contingit ſemper errare, Gloſa. Ideo. autem eſt pars mea deus.

26 ✠ alia l. omnes qui fornicantur. QVia ecce qui elongant ſe a te peribunt, perdidiſti ✠ omnes qui fornicantur abs te.

(Quia ecce inquit qui elongant ſe a te). Lyra. Per peccatum mortale. Hugo cardi. Nihil enim aliud elongat hominem a deo niſi mortale peccatum ideo autem dicit (Qui elongāt ſe a te) Nō te a ſe cū ,, ſemper ipſe prope ſit per gratiam vel per iuſtitiam ipſi inquam (peribunt). Lyra. Perditione gehennę. Hugo cardinalis. Et merito quia ſe a vita elongant. Caſſiodo. Idolis ſeruientes deo vero nullam reuerentiam exibentes. Auguſtinus. Gloſa. Vel illi ſe elongant qui hic temporalia non a deo ſed a demonibus petierunt (Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Lyra. Per peccatum ydolatrie quod Hugo. in ſcriptura fornicatio nominatur. Hugo cardinalis. Vel infidelitatis aut cuiuſcūq; peccati mortalis. Hierony. Omnes enim qui fornicantur ſine deo peccāt, qui autē peccat longe eſt a deo, & ideo perditioni eſt proximus. Caſſiodorus. Vel fornicari a deo eſt quando adulterinis cogitationibus ab eius amore caſto deuiamus. Et luxuriam ſæculi p̄ponentes pręceptorum cœleſtium diſciplinam non recipimus, & poſtremo quicquid cōtra catholicam fidem creditur pollutis ſenſibus fornicatur.

Gloſa.Hugo cardinalis.Illi itaqꝫ qui elongant ſe a te peribunt.Tu autem quid facis.Ecce.

27 MIchi autem adhęrere deo bonum eſt, & ponere in domino deo ſpē meam.

Hiero.(Mihi inquit adhęrere bonum eſt, cuiꝰſanguine ſum redemptus.Caſ.Is aūt diuinitati adhęret,qui ſe illi,vera fide,atqꝫ operum probitate cōiungit.(Ponere in domino deo ſpem meā). Hiero.Quia vanū eſt cōfidere in ſæculi bonis.Caſſi. Nihil vero eſt beatius q̄ illi omnia cōmittere qui nouit ſuis cultoribus congrue profutura p̄ſtare. Lyra.Bonum eſt ergo in præſenti adhęrere deo,p̱ fidem & charitatē,(Et ponere in eo ſpem ſuam per certam futuræ beatitudinis expectationem. Spes enim eſt certa expectatio futurę beatitudīs, ex gratia & meritis proueniens.Gloſa. Sed ad q̄d bonum eſt,ſequitur.

28 VT annunciem omnes prędicationes tuas,in portis filiæ ſion✝.

✝in portis filie ſion additū eſt

Gloſa.Auguſtinus.Id enim negocij interim habet iſte,ſcilicet laudare deum & coamatores facere.(Vt annūciem inquit oēs prędicationes tuas) Lyra.i.illa quæ debēt annūciari fidelibus ad gloriā tuam & eorum vtilitatem.Gloſ.Sed vbi in portis filię,ſion.i.in publico eccleſiæ quę eſt filia ſion.i. ſpeculationis.Caſſiodorus.Sion em̄ ſpeculatio interpretatur.Iſtius ergo ſpeculationis ſeu cōtemplationis filiam catholicam cōſtat eſſe eccleſiam, vbi reuera laudes domini reddit,qui pura mēte crediderit.Quod aūt dicit portis,ipſum ingreſſum Chriſtianitatis vult intelligi qn̄ ad fidē verā populus nouæ regenerationis adducitur.Gloſa. Vel in portis filiæ ſion.i.in concordia apoſtolorū qui ſunt portæ eccleſiæ,quia prædicatio quę eſt præter vnitatem eccleſiæ inanis eſt.

Caſſio. — Gloſa.

Pſalmus.lxxiij.

Titulus.

Intellectꝰ✝Aſaph

✝hebrea: eruditio

Caſſiodorꝰ.Gloſ.Et eſt iſte primus pſalmus lamentationis quē de eadem re ſequunt̄ alij duo lxxviij.&.cxxxvj,Et eſt ſenſus tituli.Hic eſt intellectꝰ Aſaph.i.in hoc pſalmo agitur quid fidelis Aſaph intelligat, ſcilicet ꝙ venit veritas

Lyra. Exponit pſalmū iſtum ad literā de captiuitate Babylonica quā p̄uidit Aſaph futuram orās p̱ eius liberatiōe. Quidā tn̄ iudęi intelligunt illum de captiuitate facta per Titum & Veſpaſianum de qua expectant liberari per regem Meſſiam,& pro ea orat hic Aſaph.

figuris ablatis,& ꝙ æterna non temporalia quærenda ſunt.Et eſt hoc genꝰdictionis charitate plenum,docet enim flere cum flētibus.Ampliore aūt mīa plorat,iſte in proſperis Hieruſalem nondum euerſa,nec dum viſa captiuitate,quam poſt fleuit Hieremias captiuitate peracta,Ideo aūt ſubuerſio ciuitatis deplorata prę̄ſcribitur,vt duritia iudęoꝝ vel calamitatibus terreretur.Hiero. Et ideo intellectus in titulo p̄mittitur ,quia duplex captiuitas ſequit̄ carnalis vcꝫ & ſp̄ualis.Caſ.Intellectus autē ſignificat ſpeculationē diuinā quā pſalmꝰ iſte p̱nūciat.Aſaph vero interp̄tatur cōgregatio q̄ nūc vocatur eccleſia,Monet itaqꝫ pſalmꝰ iſte relictis figuris tranſire ad veritatē.Et diuiditur in tres partes.In prima deſcribit euerſionem Hieruſalem.& quærit cauſam illius,& orat pro populo repulſo vt obliuioni nō tradat eum deus,& pro vltione inimicorum.In ſecunda.oſtendit ſalutem factam in medio terræ per aduentum.Chriſti.ibi.Deus autē rex noſter) In tertia precatur vt quod alijs fit,fiat etiam.Iudęis.ibi.(Memor eſto.Hugo car.Deplorans ergo prophęta euerſionem.Hieruſalem & Iudęorum dicit.

Hieroni. — Diuiſio.

1 VT quid deus repuliſti in finē, iratus✝eſt furor tuꝰ ſup̱ oues‡ paſcuæ tuę.

✝alia li. h̄ꝫ ſumebit furor tuus. ‡alia li in gregē

Caſſiodo.Gloſ.Deſcribens itaqꝫ euerſionem irreparabilē quærit cauſam quare,dicens.Vt quid deꝰ quærentis enim vox iſta eſt ,non imputantis ſeu repræhendentis.Glo.(Vt quid inquit deus qui es creator noſter repuliſti.)Caſſiodorꝰ. Id eſt abiecisti,& quaſi alienos a tua defenſiōe feciſti.Lyra. Populum tibi familiarem & electum(in finem.)Glo. Sæculi ſcilicet,vel in finem , id eſt in Chriſtum q̄ eſt finis.Caſſiodorus.Vel per hoc interitum ſignificat.& captiuitatem quam ciuitas Hieruſalem tēporibus Titi & Veſpaſiani noſcitur pertuliſſe.Ex quo territus iudæorum populꝰ quęrebat,cur ſanctuarium domini paſſurum eſſet nephandiſſimā vaſtitatem timens ne quia permiſſa eſt templi vaſtatio iudaicus quoqꝫ populus funditus interiret, Sequitur.(Iratus eſt furor tuus.)Gloſ. Non dicit ſimpliciter iratꝰ eſt, vel furibūdus es,ſed iratus eſt furor tuus vt ex hac geminatione grauiſſima oſtēdatur ira.Li. Per hoc tamen non eſt intelligendꝰ in deo aliquis motus paſſionis,ſed rigor ſuæ vltionis.(ſuper oues paſcuæ tuæ).Caſſ.Oues dicit populum Iudæorum vt pij paſtoris miſericordiam commoneret.Addidit etiam tuæ,quia ſēper in eis temperantius vīdicamus,quos aliquādo noſtros fuiſſe nouimus.Sequitur.

Caſſio.

2 MEmor eſto cōgregatiōis tuę,quā poſſediſti✝ab initio.

✝alia li creaſti.

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Præſtita enim beneficia enumerat vt ad conſueta boni iudicis animus inuitetur. Et plus ſua beneficia in eis q̄ eorum conſiderare velit errata,orans pro eis,ait. (Memor eſto cōgregationis tuę). Hugo cardinalis. Id eſt populi Iſrael.Gloſ.Gręce enim ſynagoga latinæ congregatio dicitur.(Quam poſſediſti ab initio). Gloſa. Id eſt a patriarchis qui fuerunt initiū eius,Caſſiodorus.Gloſa. Vel ſecundum aliam literam quam creaſti.Nam & ſi omnes deus creet & diſponat iudęos tamē ſpecialiter,quibus legem dedit & p̱phetas.Ab initio fidei ſcilicet,culturę qꝫ prolatæ quā per.Moyſem accepit populus hebręus.Hieronymus.Vel memor eſto congregationis tuæ eccleſiaſticę vtiqꝫ quam patriarcharum ſiue p̱phetarum, vel vocationibus vel ſacrificijs figuraſti. Gloſa. Memor ergo eſto eius,& eſſe debes.Quia.

Hieroni.

3 REdemiſti virgam hæreditatis tuę mons Sion in quo habitaſti in eo.

Gloſa.Memor inquit eſſe debes congregationis tuæ,quia redemiſti de ægypto virgam hęreditatis

tuæ,id eſt populum iudęorum qui primo fuit virga recte incedens in cultu vnius dei, & poſt fact⁹ eſt ſerpens,vile quid eſt tortuoſum per peccatum, iterum fiet virga, quia reliquię iſrael ſalュę fient.

Caſſio. Caſſiodo. Hæreditas enim domini fuit popul⁹ iudæorum quãdiu ei puro animo ſeruiebat hãc aũt hęreditatem appellauit & virgã propter Moyſem famulum ei⁹ cui iuſſum eſt per virgam magnalia facere. Hieronymus. Vel virga hęreditatis Chriſt⁹ eſt,ſicut Hieremię videnti vigilantem virgam dicitur.bene vides quia vigilo ego ſuper populum meũ.& iterum.Egredietur virga de radice ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et ipſum gẽtes deprecabuntur,hæc ergo eſt virga liberata a perſequentibus inimicis.Hugo cardina.Vel vt de populo iudęorum totum intelligatur. Quę ſit illa virga ſeu hęreditas apertius declarat,dicens.(Mons ſion in quo habitaſti in eo).Caſſiodorus.Vbi per mõtem ſion hieroſolymã vtiq; ſignificat ciuitatẽ, in qua iſraeliticus populus habitabat.Auguſtinus.

Gloſa. Gloſ. Vbi erat inſtitutum templum,vbi inſtituta ſacrificia,vbi omnia illo tempore neceſſaria Chriſtum promittentia,& ideo non debebat tunc deſeri,ſupplicat propterea ne det eam vaſtitati.Hugo cardina. Mons inq̃ ſion in quo habitaſti corporaliter factus homo,vel quia ibi fuit templum, in quo dicebatur deus ſpeciali modo habitare. Idem.Quod aũt addidit in eo,id eſt in mõte,inculcatio eſt. vñ dicit.Auguſtinus.Quod in eo ſuperfluit.Hieronymus.Vel per montem,ſiue aſſumptum corpus,ſiue eccleſia ſignificatur,vtraq; enim ad montẽ pertinent ſanctum.Hug.car.Deinde poſtq̃ rogauit ꝑ ſuis vt ſit eis deus propitius,conſequenter orat ꝑ inimicis eorum dicens.

4 Aliter. legitur
LEua manus tuas in ſuperbias eorum in finem, quãta malignatus
eſt inimicus in ſancto.

Hiero.ad veri.heb.ſic legit.Sublimitas pedũ tuorũ diſſipata eſt vſq; ad finem,omnia mala egit inimicus in ſanctuario.Caſſiodo.Gloſ.(Leua inquit manus tuas,id eſt potentiam tuam.Lyra.Non eni habent in deo locum lineamenta corporis.(In ſuperbias eorum.Auguſtinus Gloſ. Quibus eſt euerſa hieruſalem,id eſt a regibus gẽtium, vt ſuperbiã eorum vertas ad humilitatem,ducẽs eos (in finẽ), id eſt in Chriſtum.

Caſſio. Caſſiodor⁹. Quod eſt impletũ in Roma vbi tot erant nephandiſſima idolorum templa quorum loco nunc floret religio chriſtiana,& quæ multum erat ſuperſtitioſa facta eſt ſanctiſſima,vnde bene dicit.(Leua)ſequitur. Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto.)Gloſa. In quo euerſionis hiſtoriam breuiter commemorat.tanq̃ diceret. Ideo leua,quia inimicus idolatra malignatus eſt,id eſt maligne operatus eſt in ſancto, id eſt ĩ his quæ ſancta tua erant.Auguſti.Caſſiodo.Gloſ. Sacerdotes enim & miniſteria tẽpli pręda fuerũt. Tota gens vel occiſa vel captiuata, quod permiſit deus,quia iam iſta eorum ſacrificia nil pręſignabant,cum ipſe qui ꝑmiſerat teneretur. Vnde iſta cum admiratione legenda ſunt.Deinde quaſi dicat.Non ſolum hęc fecerunt.Sed.

5 aliter legite.
ET gloriati ſunt qui oderunt te, in
medio ſolemnitatis tuę.

Sic legit.Fremuerũt hoſtes tui in medio pacti tui. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa.Et gloriati ſunt inquit.Subaudiendum de victoria ſua.Hugo car. Non tibi ſed potentię ſuę victoriam aſcribentes. Lyra. Tanquã feciſſent propria virtute, cum tamẽ a te factum fuerit propter populi correctionem. Caſ.Glo.In quo apparet ꝙ nõ bono zelo fecerũt (gloriati enim ſunt)quia ſcelus ſequi ſoleat pœnitudo,hi ad gloriam vertunt,hi ſcilicet(qui oderũt te).Caſſ.Hoc dicens,vt patienter non debeat ſuſtineri quod ab inimicis cognoſcitur perpetratum (qui inquit oderunt te)Gloſ. Serui ſcilicet dęmonum,& hoc(In medio ſolẽnitatis tuæ).Aug.Glo. Nam tunc euerſa eſt Hieruſalem cum ipſa ſolẽnitas ageretur paſchalis in qua ſolẽnitate ipſi dominum crucifixerunt.Congregati enim ſęuierũt,& congregati perierunt. Hug.cardi.Sed quomodo gloriati ſunt,Ecce.

POſuerunt ſigna ſua ſigna, et non 6 Aliter legitur. ✠ alias ſicut in egreſſu de ſuper & alia ſicut ĩ via ſup ſummum.
cognouerunt ſicut in exitu ſuper
ſummum ✠.

Sic lege,Poſuerunt ſigna ſua in trophæum manifeſta in introitu deſuper.Auguſtin⁹.Caſſiodorus. Gloſ.(Poſuerũt inquit ſigna ſua ſigna)aquilas ſcilicet drachones,& alia vexilla,& ſigna romana q̃bus in præ ijs vtebantur,vel ſtatuas ſuas & monumenta quas & quæ in ſignum victoriæ poſuerũt in templo quæ ſolebant prius ponere ſuper portas in ſignum triumphi,& in ſui laudem & memoriam.Caſſiodorus.Hæc autem repetitio cum dicit,(Signa ſua ſigna)fit vt ad uindictam celerem iuſtum iudicem commoueret.(Et nõ cognouerũt). Gloſa. Quod ſcilicet dei diſpoſitione hoc fieret. Caſſiodorus.(Vel non cognouerũt)quia ſi cognouiſſent tibi vtiq; reddidiſſent ſacrificia, nõ autem elegiſſent ad dæmonum redire culturas. Gloſa. Quod autẽ ſequitur.(Sicut in exitu ſuper ſummũ) refertur ad id quod ſupra dixit.(Poſuerunt ſigna ſua ſigna) Sicut in exitu ſuper ſummũ, id eſt poſuerunt illa in portis vel in templo,ſicut ſolẽt poni ſtatuę pricipum in exitu,id eſt in portis,vel in via & in plateis.(Et hoc ſuper ſummum) id eſt in excelſo loco.Caſſio. In quo reuera cœleſtis ꝓphetię magna virt⁹ apparuit vt ante tẽpli euerſio prędiceretur q̃ conſtrueretur.Tunc enim quando iſta dicebantur,templum nondum erat conſtitutum, quippe quod a. Salomone legitur fabricatũ. Cardinalis.Cõſequenter autem malitiam eorum plenius exequitur dicens.

QVaſi in ſilua lignorum ſecuribus
exciderũt ianuas eius in idipſum 7 Alia; eſt ita heb.
in ſecuri et Aſcia deiecerunt eam,

(Quaſi ĩquit in ſilua lignorũ).Sic vertit ad hebra. verita.b.Hiero. In ſaltu lignorum ſecures.Et nũc ſculpturas eius pariter,bipenne & dolatorijs deraſerunt.Glo.Sine aliquo reſpectu & reuerẽtia.Hugo cardi.Sicut excidi ſolent ligna in ſilua(exciderunt).Glo.id eſt cõminuerũt ianuas eius templi, ſcilicet in quibus ornandis olim cura fuit.(In idipſum.)Aug.Glo.i.cõſpirati in vnum conſtater. Caſ.Vel in idipm hoc eſt in templo,vt facti qualitas de loci reuerẽtia plus doleret.In ſecuri & aſcia deiecerunt eam.Auguſt.Gloſ. Securis cædit tra:

bes'aſcia minutius perſequitur. Caſſiodor⁹. Aſcia enim eſt ferrum in obnuſci naſi more curuatum, per quam manus artificis diligẽtius perſequitur ꝙ conſtat minutius abſcidendũ,vt ergo ciuitatem illam oſtenderet funditus fuiſſe vaſtatam per hęc inſtrumenta fabrilia,& magnas res ſimul ,& paruiſſimas dicit eſſe deiectas, Gloſa. Ea autem quæ prius fuerunt inciſa,igne poſtea ſunt cõbuſta, vñ ſequitur.

8 ✠alia li. miſerũt ignẽ in ſanctuarium.

INcenderunt igni ✠ ſãctuarium tuum,in terra polluerũt tabernaculum nominis tui.

Hieronymus. Facta ſunt quidem hæc ſecundũ hiſtoriam,vel cum Nabuchodonoſor eos adduxit i Babyloniam. Vel cũ Titus & Veſpaſianus ſuccenſa ciuitate cũ templo(multitudine gladio proſtrata, reliquum vulgus captiuum adduxerunt. Glo. Caſ. Creſcit aũt dolor vbi calamitas euerſiõis augetur. Potuit enim ſecuris & aſcia ſola ligna conſcidere, ſed ad poſtremum ignẽ contigit ſimul omnia deuorare. Gloſa.(Incenderunt inquit igni) non modo domos priuatas,ſed & ſãctuarium tuum. Lyra. Id eſt templum tuo cultui deputatum & dedicatũ (in terra). Caſſi. Vſque ad terram enim deduxerũt culmina,quæ ad laudem dei probabantur eſſe conſtructa. Glo. Auget autem deinde ſcelus ,vt atroci⁹ vindicetur,dicens(Polluerunt tabernaculum nominis tui Hugo cardina. Id eſt tẽplum in quo inuocabatur nomen domini. Caſſiodo. Tabernaculum enim nominis eius templum fuit quod Salomon mirabili ædificatione conſtruxit. Illud ergo tabernaculum quod viſitabat virtus cœleſtis, manus polluit vaſtatoris. Hugo cardina. Quando immundi ingreſſi ſunt illud. Nam ſecundum legem pollutum dicebatur quod a polluto tangebatur. in hoc etiam polluerunt quia in eo idolum abhominationis poſuerũt,ſicut adrianus,iouem, olimpium,& Põpeius dicitur feciſſe in tẽplo ſtabulum equorum,Sequitur.

DIxerunt in corde ſuo cognatio eorum ✠ ſimul , quieſcere faciamus omnes dies feſtos dei a terra.

ix Aliter legitur. ✠ alias poſteri. alia venite cõprimamus oẽs ſolẽnitates dñi a terra.

Lectio beati Hiero.hęc eſt. Dixerũt in cordibus ſuis poſteri eorum ſimul,incenderunt omnes ſolẽnitates dei in terra. Caſſio. Gloſ. Hic referuntur verba iraſcentium iudæorũ,qui dũ viderunt euerſam ciuitatem ſuam & dei ſanctuaria ꝓphanata inſipienter & furioſe dixerunt in corde ſuo. Abijciamus legem domini qui nos vindicare cõtempſit. Non eſtimantes multo eos grauiora potuiſſe mereri,qui dominum Chriſtum crucifixerunt. Et ne pauci viderentur eſſe addidit cognatio eorum ſimul Mala ſiquidẽ ſuperius enumerata potuiſſent domini miſericordiam commouere, niſi adhuciu dęis fuiſſet obſtinata ſuperbia. Hugo cardinalis. Lyra. Vel ſic.(Dixerunt in corde ſuo) exercitus ſcilicet caldæorum vel romanorũ qui ſuper hoc habuerunt inter ſe commune conſiliũ(cognatio eorum ſimul.) Gloſa. Id eſt omnes ſimul non pauci quid dixerũt? iſtud(quieſcere faciamus oẽs dies feſtos dei a terra.)Gloſa.i.abijciamus legem dei quę nos non liberat. Lyra. Erat enim eorũ intentio,vt deus hebræoꝝ amplius ibi non coleretur propter quod templum funditus deſtruxerunt. Glo. Hug. car. Quod aũt hic dicitur,dies feſtos dei illud dei ꝑ prophetã interpoſitũ eſt. Nõ ei idolis ſeruientes deum appellabant,cuius tẽplũ euertebant. Sequit.

SIgna nr̃a nõ vidim⁹ ✠ iam nõ eſt propheta ‡ et nos non ⁎ cognoſcet amplius.

x ✠alia li ad huc. ‡ alia li. nõ eſt vltra propheta. ⁎alia li et nõ eſt nobiſcũ qui ſciat vſquequo.

Caſſ. Adhuc ipſa ſunt verba deſperantium iudæorum. Lyra. Plures enim ex ipſis apoſtatauerant,& tranſierant ad caldæos qui dicebant(Signa noſtra non vidimus). Caſſ. Quæ patribus ſuis tũc deuotis nouerant eſſe collata dum gentes ꝓſtrabant. Et regna ſibi momentanea concertatione ſubdebãt, quæ tamẽ iſtis in his calamitatibus non viderũt. (iam nõ eſt propheta.)Lyra. Qui annũciet nobis dei volũtatem. Et ſic debemus eũ derelinquere,ſicut ipſe reliquit nos. Caſſi. Solebant eñ prioribus tẽporibus prophetas cõſulere per quos inſtruebãtur quid facere debuiſſent. Sed cum eos completo aduentu domini non haberent,dicebant ſe a dño fuiſſe derelictos.(Et nos non cognoſcet ampli⁹). Gloſa. Deus ſcilicet qui non reducet nos a malis iſtis. Lyra. Nec facta noſtra approbabit. Hugo cardinalis. Nec recognoſcet nos defendendo ab inimicis.

VSquequo deus improperabit ✠ inimicus,irritat ‡ aduerſarius nomen tuum in finem.

xi ✠alia li ex probrabit.

Caſſiodo. Clamat ꝓpheta tãq̃ qui adiutorem petit gemit ſicut vulneratus qui medicum quærit dicens domino. vſquequo deus improperabit inimicus.i. q̃diu iſta improperia ſuſtinebis quæ iudęus tibi mouet incredulus,nõ autem hoc dicit vt eos perderet quos flendos eſſe iudicabat,ſed vt confeſſionis beneficio mutaret in melius,Sequitur.(Irritat aduerſarius nomen tuum in finem.) Idem. In quo exponit quod ſuperius dixit ,tãdiu namque dominus murmurationes patitur perfidorum donec aduerſarios ſuos ad confeſſionem ſui nominis miſeratus adducat,(irritat)autem a canibus tractum eſt,quorum latratibus. R. litera plurimum ſonat. Quod autem dicit in finem ſignificat mundi veſperam,quando gens iudæorum ꝓ maxima parte creditura eſt. Hugo cardina. Lyra. Vel contra Chaldæos & gentiles hoc dictum fuiſſe intelligitur,qui tanta improperia fecerũt ciuitati, & loco ſuo nomini deputato. Improperabant enim iudęis ꝙ deus eoꝝ non eſſet verus deus, quia eos non ſaluauerat. Et irritabant nomẽ eius in finem, id eſt nimis diu. Gloſa. Ait ergo vſqꝫquo deus improperabit inimicus id eſt gentilis populus. Et quaſi ſubito cognouerit vſquequo ,tãdiu inquit improperabit q̃diu,aduerſarius id eſt iudęus irritat nomen tuum,quaſi dicat. Quod tu iratus corripis iudęos per gentes q̃diu te iudæ⁹ irritat. Quod ideo facis,vt ſic cognoſcas eos ducendo in finem id eſt in Chriſtum. Hugo cardinalis. Vel in finem mundi quãdo reliquię ſaluę fient,vnde iterũ ſubdit,quaſi dicat. O domine.

VT quid aduertis manum tuã ,& dexteram tuã de medio ſinu tuo 12

defendo contra illos. Caſſiodorus. Gloſa. Dicunt enim inimici, vbi eſt deus tuus, iudęi ſcilicet qui eum contempſerunt ambulantem in terra. Et falſi pariter Chriſtiani qui eum contemnunt ſedentem ī cœlo. Ait ergo iudica cauſam tuā, id eſt fac vt non fallatur ſpes mea qui credidi quod non vidi. Et vt illi manifeſta veritate prędicent quod prius ſtulte abijciebāt. (Memor eſto improperiorum tuorum. Hieronymus. Eorum ſcilicet, quę vel tu ſuſtinuiſti pro nobis, vel quæ nunc eccleſia ſu-
Caſſio. ſtinet. Caſſiodorus. Vel illorum improperiorum quæ ſuperius dicta ſunt. Iam non eſt propheta & nos non cognoſcet amplius, adiecit autem. (Eorum quę ab inſipiente ſunt tota die). Quoniā iſta opprobria ab inſipientibus dicta venerunt, tota die vero dicit, vt ipſa continuatio manſuetudinē, patientiſſimi iudicis incitaret. Gloſ. Nō enim deerunt inſultantes vſq; in finem ſæculi, dicētes vana prędicāt Chriſtiani, inanis eſt reſurrectio mor-
Hierom. tuorum. Hierony. Memor eſto itaq; vt in iudicio confundantur qui tibi ſemper improperant. Glo. vel memor eſto tuis dans coronam hoſtibus pœnam. Contra quos iterum precatur, dicens.

24 ✠ Illas quærentium.
NE obliuiſcaris voces inimicorum tuorum, ſuperbia eorū qui te oderunt ✠ aſcendit ſemper.

Gloſa. Ne obliuiſcaris inquit voces inimicorum tuorum, quin blaſphemias eorū deprimas, vel voces quærentiū te ſecundum aliam literam. Hiero. Caſſiodo. Auguſtinus. Gloſa. Qui ſcilicet in præſentibus preſſuris humiliter & deuote te inuocāt, vt conſolentur a te, & vt inueniant quem quęrūt, & mereantur certe quod expetunt. Sequitur. (Su-
Auguſti. perbia eorum qui te oderūt aſcendit ſemper.) Auguſtinus. Quaſi dicat. Noli et eorū ſuperbiā obliuiſci, nec obliuiſcitur omniū, quia aut punit aut corrigit. Caſſiodo. Superbiam enim dominus ſpecialiter odit per quam & angel⁹ corruit. Et primi hominis beatitudo diſceſſit. Et propterea hoc execrabile malum in fine poſuit, vt poſt omnia diceret quod memorię finibus conderetur, & vt cōtra hoſtes iudicem vehementiſſime cōmoueret.

¶ Pſalmus.lxxiiij.

¶ Titulus.

✠ alia li. vt non diſperdas.
In finem, ✠ ne corrūpas, pſalmus cantici Aſaph.

Hieronymus. Caſſiodo. Aſaph ſynagoga interpretatur, id eſt cōgregatio quæ credidit, non quæ obſtinata permanſit.

Lyra. Iſte pſalm⁹ eſt deſcriptio populi iſrael reuerſi in terram natiuitatis ſuæ, ſub Ciro rege poſt captiuitatē Babylonicam, ne ſcilicet diſperdat ſicut fecit in dicta captiuitate.

Poſt reſurrectionem enim multa milia crediderūt
Auguſti. iudæorum quos admonet ne fidem ſuam corrumpant in finem, id eſt in Chriſtum. Auguſtin⁹. Gl. Pſalmus iſte contra tumorem ſuperbiæ medicinā humilitatis apportat, humiles autem cōſolatur in ſpe, vt ne quiſq; ſuperbe de ſe pręſumat, nec humilis de domino deſperet. Eſt enim promiſſio dei rata & fidelis, & omni dubitatione carēs, ne ergo corrūpas.i. ne violes ſpem quę habetur in ꝓmiſſione dei, ſed ſit tibi certa. Et vt hoc facias vide finē, vbi tu beatus, miſeri qui i hic rident. Omnia ergo quæcūq; hic occurrunt proſpera vel aduerſa deſpice, & in ſola dei promiſſione gaude. Et diuiditur in du- Diuiſio.
as partes. In prima proponitur humilis ſperans, qui & alios inuitat. In ſecūda ſuperbus præſumēs terretur iudicio, quod nullus effugere poteſt, ibi. Cum accepero tempus Aſaph ergo certus de promiſſis incipit ſic.

COnfitebimur tibi deus cōfitebimur, & inuocabimus nomen tuum. 1 ps.74.

Caſſiodorus. Gloſ. (Cōfitebimur inquit peccata) iā humiles facti, non alij deo, ſed tibi deus. Non creduli vltori, ſed pio indultori, hęc enim confeſſio eſt a malis euacuatio. Hieronymus. Vel hic confitebimur non pœnitentiam ſignificat ſed gloriam. Caſſio. Illa autē vera eſt deuotio quę ſolum veneratur auctorē. Gloſa. Idem. Deinde iterum repetit, cōfitebimur, ſoliditatem enim ꝓmiſſionis repetitio ipſa teſtatur, nam ad ſignificationē veritatis vnū ſufficeret Ad ſignificationē vero firmitatis acceſſit alterum Confiteri autem peccata vel ſemel terreno iudici mortem inducit, ſed deo frequens confeſſio vitā ſequitur. Et inuocabimus nomē tuum. Hierony. Hierom.
Patrem ſcilicet. Omnis enim filius nomen eſt patris. Auguſti. Prius tamen confitere, & ſic inuoca. Caſſio. Gloſa. Poſt confeſſionē nāq; poteſt inuo- Gloſa.
cari deus in hominem ſic mūdatum. Prius igitur corda noſtra confeſſione purgemus, & ſic ad auxilium ſuſcipiendum nomen domini inuocemus. Per cōfeſſionē enim quis euacuatur a malis, per inuocationem vero impletur bonis, quod ſi eum inuocet indeuotus iudicium ſibi videtur poſtulare non veniam, ſequitur.

NArrabimus mirabilia tua ✠, cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. 2 ✠ alia li. narrabo omnia.

Hieronymus. Hoc dicit eccleſia, hoc dicit multitudo credentium. Narrabimus inquit mirabilia tua. Gloſa. Caſſio. Hęc eſt enim regula ſanctę deuotio- Caſſio.
nis prius confiteri peccata poſt inuocare deum in auxilium, tandem narrare mirabilia, nam non merentur dei magnalia reuoluere niſi ſe cognoſcant deo pura mente ſeruire, peccatori enim dicitur. Quare tu enarras iuſticias meas? Gloſa. Narrabimus inq̄ mirabilia tua, vt ſcilicet alij veniant, & qui audit dicat veni. Hugo car. Tua autem dicit, non alterius, quia nullus facit mirabilia niſi deus iuxta illud. Qui facit mirabilia magna ſolus, ſequitur. Cū accepero tēpus ego iuſtitias iudicabo. Gloſa. Hugo car Secunda pars vbi terretur ſuper- Gloſa.
bus preſumens iudicio quod effugi non poteſt & inducit Chriſtum loquentē & dicentem, cum accepero tempus. Auguſt. Glo. Secundum hominem enim accipitur ꝙ ipſe de⁹ dat poteſtatem ſcilicet iudiciū faciendi. Caſſ. Dicit autem, cum accepero tēpus, per id quod factus eſt hō. nā dedit de⁹ ſibi poteſtatem iudiciū facere, quia filius hoīs eſt (Cū inq̄ accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.) Hugo car. Terribile verbū, ꝙ non tm̄ pctā iudicabit, ſed & iuſtitias, ſcilicet bona opa examinabit. Hiero. Nūc aūt nō eſt iudex, ſed tūc erit, nā ſi nunc tu

dex eſſet peccatores non erigerentur. Gloſa. Modo nãq; tempus eſt miſerẽdi, tunc tempus erit iudicandi. Caſſiodo. hæc itaq; dicit vt cõpũcta corda mortalium ante tempus iudicij in hoc mundo ſe precarentur abſolui, ne venientes in illa futura diſceptatione inopinatam iudicis ſentẽtiam ſuſtinerẽt. Glo, Itaq; erit in futuro, ſed modo qd, ſequitur.

3 ✠ alia li. appẽdi ✠ [illegible] ſemper

Liquefacta eſt terra, et omnes qui habitant in ea ego confirmaui ✠ columnas eius ✠

Hugo cardinalis. Liquefacta eſt inquit terra, id eſt terreni homines diſſoluti ſunt in peccatis (Et omnes qui habitant in ea) id eſt qui terrena diligunt, nec ad cœleſtia tendunt, Caſſiodo. Glo. vel in hoc oſtẽdit omnes inexcuſabiles in iudicio per hoc ꝙ prӕmiſit apoſtolos & prophetas, per quos liquefacta eſt terra, & omnes qui habitãt in ea. Auguſti. Glo. Terra enim prius firma a ſtabilitate virtutis & iuſtitiӕ in diuerſas defluxi cõcupiſcentias Flante vero ſancto ſpiritu liquefacta eſt vt germina virtutum emitteret. Caſſi. Sed quem ad modũ liquefacta fuerit, ſequitur. (Ego confirmaui colũnas eius.) Caſſio. Glo. Columnӕ ſunt apoſtoli qui prius in Chriſti paſſione mutauerunt ſed in eius reſurrectione firmati ſunt, qui propterea colũnis merito comparantur, quia te trena vitia in imo deprimunt, & virtutes ad gratiam regni cœleſtis extollunt. Hugo cardinalis. Sed quomodo liquefa eſt terra frequenter aperit dicens adhuc in perſona. Chriſti.

4 Dixi iniquis nolite inique agere, et delinquentibus nolite exaltare cornu,

Gl. Per columnas itaq; cõfirmatas (dixi iniquis) omnibus malis generaliter hoc ſcilicet nolite inique agere, iam enim ceciderant, iam rei erant, iam defluxerat terra, & tamen dicit nolite inique agere, id eſt & ſi iam feciſtis iniquitatem per cupiditatem non perſeueretis in malo, ſed ſurgite ad medicum. Auguſti. Gloſa. Malum enim eſt peccare, ſed peius eſt perſeuerare. Perniciоſius vero ſe defendendo in deum culpam refundere, ideo ſequitur Et delinquentibus, id eſt peccata ſua deffendentibus dixi. Nolite exaltare cornu, id eſt nolite inde ſuperbire apud vos exaltãtes cornua ad excuſationem. Caſſiodo. Glo. Quaſi enim cornu erigit qui peccata ſua per alios nititur excuſare, vt per diabolum pſuaſores, vel p neceſſitatẽ ſtellatũ. Gre. in regiſtro. lxxiiij. Vel tunc cornu delinquentes exaltant ſi nequaq̃ ſed ad pœnitentiam ex cognitione ſuӕ iniquitatis humiliant. Quiſquis enim peccata plangit, nec tamen deſerit cor quidem conuertit ſed humiliare contẽnit. Quiſquis vero peccata iã deſerit, nec tamen plangit iam quidem humiliat, ſed tamen conterere cor recuſat. Sequitur.

Auguſti. · Caſſio.

5 ✠ alia li loquentes i ceruice de teri.

Nolite, extollere in altum cornu veſtrũ. nolite ✠ loqui aduerſus deum iniquitatem

(Nolite inquit in altum.) Glo. Hugo cardinalis. Id eſt contra deum extollere cornu veſtrum per ſuperbiam, Caſſiodo. Gloſa. Vt facit ille qui contra deum concepta iniquitate remurmurat. Hugo cardina. Et quia ſunt nõ nulli qui nedum hoc faciũt ſed etiam ſibi impunitatem promittunt propterea ait (nolite loqui.) Gloſa. Etiam corde & ſi non lingua loquaris aduerſus deũ iniquitatem quaſi deus neſciat hoc vel non curet, vt faciunt illi qui dicũt ſe iniuſte pati cũ nequiores ſint proſperi. Et quod eſt iniuſtum hoc facere deum. Hugo cardi. Ille autem iniuſtum eſſe deum dicit qui ſibi impunitatẽ promittit. Caſſiodo. Vel qui ſic ӕſtimat conſtitutũ vt peccata minime declinare potuiſſet magis imputans conditori quod propria voluntate peccauit. Gloſa. Nolite igitur ita loqui, quia iudex talis eſt qui vitari non poteſt, vnde ſequitur.

vi ✠ alias ſolitudine montium

Quia neq; ab oriente neq; ab occidente, neq; a deſertis montibꝰ quoniam deus iudex eſt

(Quia neq; iqt ab ori. neq; ab oc. neq; a deſertis mõtibus.) Caſſio. Subaudiendum deus deeſt vt te nõ poſſit cognoſcere. Auguſt. Vbiq; enim eſt. Quomodo ergo te auferes ab oculis dei vt in patre aliqua loquaris, quod ille non audiat. (Quoniam deꝰ iudex eſt.) Gloſa. Iudex ergo talis eſt qui vitari non poteſt quia deus eſt. Auguſti. Glo. Et de nullo loco, diuiſum iudicat, quia vbiq; preſens eſt. Qui ſi i aliquo loco eſſet tunc deus nõ eſſet. Et ipſe qui talis eſt ſuperbos humiliat, & humiles exaltat vnde ſequitur.

Vnc humiliat & hunc exaltat, quia calix i manu domini vini meri plenus ✠ mixto 7 ✠ alia li. p enum mixto.

Auguſtinꝰ. Deus inq̃ iudex eſt, & quid facit (hunc humiliat. Gloſ. Augu. Superbum ſcilicet iudӕum vt phariſeum de iuſtitia legis tumidum. Et hunc exaltat. Idem. Humilem ſcilicet gentilem, vt publicanum dicentem. Propicius eſto michi peccatori. Caſſiodorus. humiliat vtiq; ſuperbum exaltat humilem, quia ille in ſe. Iſte vero confidit in domino, Hugo cardinalis. Qui poteſt exaltare & humiliare. (Quia calix i manu domini vini meri plenus mixto.) Caſſiodorus. Calix vtiq; menſura eſt a calida potionӕ dictus. Idem. Auguſtinus. Gloſa. Per calicem autem lex & omnis ſcriptura veteris teſtamenti intelligitur, vbi nouum teſtamentum abſcõditum eſt quaſi in fece corporalium figurarum quӕ dicitur calix quia inde inebriat deꝰ mentes credentium. Caſſiodorus. Gloſa. Per vinũ vero cœleſte intelligitur miſterium ꝙ autẽ dicit meri. Sinceritatem deſignat moralium prӕceptorum, & ſpiritualis ſenſus qui ſemper eſt purus ſẽp eſt limpidus licet plenus mixto. Auguſtinus. Gloſa. Id eſt fece corporalium ſacramẽtorum quӕ reſident & remanent apud iudӕos, & inde funditur omnis ſpiritualis intellectus. Caſſiodorꝰ. Qui ſemper plenus eſt, quia & ſi ſemper bibitur nunq̃ tamen expenditur. Plenus inquam mixto quia vetus & nouum ſimul ſunt. Iudӕi autem non mixtũ bibunt, quia vetus ſine nouo nec manichӕi quia nouum ſine veteri recipiunt. Hieronymus. Vel calix retributio eſt vini meri plenus, id eſt veritate quoniã die iudicij vnicuiq; propinatur, quod meretur, mixtus eſt autem miſericordia ſcilicet &

Gloſa. · Caſſio.

iudicio,ſequitur.

8 ✠alia li. i propinabit ex eo. ‡alia li. ſed feces eius exitabūt bibentes

ET inclinauit✠ex hoc in hoc, verū tamen fex‡eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terrę

Glo.(Et inclinauit) inquit dominus ſcilicet calicem iſtum id eſt legem ex hoc id eſt a iudęo in hoc id eſt in hunc gentilem in quem ſpiritualis ſenſus eliquatus eſt. Caſſio. Hic enim duos populos ſignificat iudęorum ſcilicet & gentium quoniam ex ore tulit non credentium iudęorum quod potandum conuerſis populis gētiū inclinauit. Glo. In quo conſtat ꝙ hunc humiliat, & hunc exaltat & licet hoc faciat.(Veruntamen) fex eius non eſt exinanita. Gloſa. Quia carnalia ſacramenta apud iudęos remanſerunt. Caſſiodo. Vel feces hic non ſordes ſed ima illa atq; vltima vini debem⁹ accipere. Non eſt ergo fex exinanita, nam de ea bibent iudęi qui in fine ſęculi credituri ſunt. Vnde ſequitur.(Bibent omnes peccatores terrę). Caſſ. Omnes ſcilicet illi qui de peccatoribus credere meruerint Multi enim peccatores in ſua obſtinatione manſuri ſunt qui non bibent ex eo. Sequitur.

Gloſa. Caſſio.

ix EGo autem annunciabo in ſęculū cantabo deo Iacob

Auguſti. Caſſiodo. Gloſa. Hęc vox eſt vox chriſti in perſona membrorū & eccleſię quaſi dicat. Omnes quidem bibent ſed ſeorſum, ego autem chriſtus ſcilicet cum corpore meo (annunciabo in ſęculum) Lyra. Annūciabo inq̄ laudem & dei virtutem in ſęculum. Glo. Id eſt quādiu ſæculum erit, cantabo deo Iacob. Licet enim ſit deus omniū per creationem, dicitur tamen ſpecialiter de⁹ Iacob, quia populus ab eo deſcēdens legē ſuſcepit, quod nō alius.

x ET omnia cornua peccatorum confringā, & exaltabūtur cornua iuſti

Caſſio Caſſiodo. Ecce vox iudicis Vox omnipotentis. Et omnia inquit cornua peccatorū confrīgam. Auguſtin⁹. Caſſiodo. Id eſt dignitates & regna ſuperborum. Per cornua enim ſublimitates intelligūtur de quib⁹ ſupra dixit, nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu veſtrum Quod quia non audierunt (Omnia cornua peccatorum confringam). Caſſiodorus. In futuro ſcilicet iudicio vbi poteſtas humiliabitur impiorum. Et exaltabūtur cornua iuſti. Idem, Auguſtinus. Cornua iuſti munera ſunt iuſti, quæ non hic, ſed ibi in iudicio præſtabuntur. (Et exaltabuntur) Ibi enī ſuperb⁹ humiliabiť et humilis exaltabitur. Et hoc eſt quod ſupra dixit, hunc humiliat &c.

Pſalmus.lxxv.

Titulus.

✠alia li. victori In finem✠in carminibus. Pſalmus. Aſaph canticū ad aſſirios.

Caſſiodor⁹. Omnia verba tituli huius ex pręcedentibus nota ſunt eo excepto, quod dicit ad

Lyra. Dicit Ra. ſa. ꝙ Aſaph pręuidens in ſpiritu afflictionem regni iudæorum per Senacherib tēpore Ezechiæ, & ei⁹ percuſſionem a deo ſecundum quod habetur. iiij. re xix. Fecit hūc pſalmum Et ad hūc ſenſum proſequitur illius expoſitionem

aſſirios aſſirij dirigentes interpretantur qui iā fidei regulis docti rectis ſemitis ambulare cōtēdunt Hos alloquitur Aſaph laudes domini mirabili varietate decantans. Gloſa. Remi. Vel hic confutantur iudęi quibus per antiphraſim hoc conuenit quia non ſunt dirigentes, ſed errantes dum erigūt ſe contra chriſtum eo ꝙ ſine gratia quęrunt per legales obſeruantias ſalutem. Et perſequuntur eccleſiam vt olim aſſirij iudæos. agit itaq; hic propheta de bonis chriſti, ſcilicet ꝙ notus, ꝙ habitat, ꝙ illuminat, ꝙ ſaluat. Caſſiodo. Et hortatur animam fidelem vt deo potenti munera offerat. Et diuiditur in tres partes. In prima frangit gloriam iudæorū In ſecūda oſtendit chriſti virtutem & operationē quia ſcilicet illuminat ſaluat iudicat ibi, illumināns In tertia admonet iam deuotos reddere vota. ibi. Quoniam cogitatio, fidelis ergo propheta confutans iudæos ait.

NOtus in iudęa deus, in Iſrael magnum nomen eius. ps.75. 1

Hieronymus. Antequam illuminaret crux mundum, & antequā chriſtus videretur in terra, not⁹ erat in iudæa deus (In Iſrael autem magnum nomen eius), quando vero venit ſaluator. In omnem terram exiuit ſonus ei⁹, & in fines orbis terrę verba eius. Caſſiodorus. Auguſt. Glo. In hoc autē gloriatur iudęus, ꝙ ſibi not⁹ eſt deus quod verum eſt. Sed iudęo int⁹ qui in occulto eſt iudęus, non iudæo in carne qui in manifeſto ſolo nomine eſt iudęus, iudęa enim confitens interpretatur. Iſrael vero videns deum ad illos ergo loquitur qui vero lumine radiati a perfidorum iniquitate diſcreti ſunt, & nomen domini puro corde confitentur. Non ad eos qui in perfidia manent ſolo nomine iudæos & iſraelitas, iudęā ergo veram chriſti conſtat eſſe eccleſiam credens in illum qui venit ex tribu iuda in qua vere not⁹ eſt deus, ſequitur.

ET factus eſt in pace locus✠eius & habitatio eius in ſion. 2 ✠alia li. ſalē ſed heb. eſt par. tabern..culum.

Hiero. Et factus eſt in pace locus eius, locus dei nō eſt niſi in anima quæ pacem habet, quæ ergo anima non habet pacem ſciat ſe non eſſe locum dei. Caſſiodorus. Ille vero pacem probatur habere cū dño qui aduerſum mandata eius contraria voluntate non litigat, qui ſequitur iuſſa dominantis Et ad omne præceptum diuinū ſuum flectit arbitriū Pax nāq; vera eſt concordiam habere, cum moribus probis, & litigare cum vitijs. (Et habitatio ei⁹ in ſiō.) Idē Siō ſpeculatio interpretatur ꝑ ſpecula quam deus fidelium corde proſpicitur. Ille itaq; fit mons ſion, qui eum meruerit ſincera mente cōſpicere. Hieronymus. Vel ſecundum literam poſſumus intelligere ſion, quoniam ibi fuit templū. Sion interpretatio

IBi confregit potentias✠arcū ſcutum gladium & bellum‡. 3 ✠ alias volatilia ꝛ ſode ſemper

Caſſiodorus. Ibi in illa ſcilicet pace, & in contemplatione deitatis quam ſupra dixit (confregit potentias arcum. Hugo cardi. Gloſa. Potentias ſcilicet per quas in hominem diabolus poteſtatem accepit, id eſt peccata. Potentias inquam arcuū, id eſt doloſitatis & deceptionis, Scutū excuſationis, &

defenſionis,& omne illud, vnde ſe ſuperbe protegunt. Gladium deffenſioni s vel aperte impugnationis,et omne illud vnde pugnant contra deum Et bellum omnimode contradictionis,vel rebellionis. Caſſ. Hæc nãq; omnia fracta erunt aduenientè auctor e pacis

4 Secũda pars. Aliter. legitur

ILluminas tu mirabiliter a montibus ęternis, turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Hebraica veritas hęc eſt iuxta ſententiam. Hiero. Lumen tu es magnifice a montibus captiuitatis, Spoliati ſunt ſuperbi corde. Gloſa. Hugo.cardina. Secunda pars vbi oſtendit ꝙ deus illuminat fideles, ſed iudęus infidelis dormit, nec illuminatur, iudicat & ſaluat fideles, ſed ĩfidelis iude⁹ perit. Dixit ergo ſupra ꝙ confregit potẽtias aduerſas. Nec hoc ſolum feciſti dñe, ſed tu nõ alius es (illuminãs) corda fidelium mirabiliter, id eſt per miracula mõtibus æternis, id eſt per montes æternos prophetas ſcilicet, & apoſtolos. Hiero. Montes enim iſti ęterni ſunt in veteri teſtamento prophetę, in nouo vero apoſtoli, nos autem omnes ſedebamus in tenebris & vmbra mortis. Et illuxit nobis dominus de montibus ęternis, hoc eſt de prophetis & apoſtolis. Glo. Qui prius lucem acceperũt ꝑ quos ſedẽtes in tenebris illuminati ſunt. Caſſ. Qui ideo dicuntur montes ęterni, quia perpetua & incõmutabili ſublimitate conſiſtunt, per quorum prędicationem dedit dominus populum Chriſtianũ illuminari. Glo. Vel ideo dicũtur ęterni quia per eos vitam ęternam promiſit deus credentibus. Greg. in mora. lib. xxvij. Ex ęternis ergo mõtibus nos deus illuminat, quia per admiratam vitam pręcedentium patrum radio nos ſuę claritatis illuſtrat. Hugo cardi. Vnde vero bonorum oculi illuminati ſunt, oculi malorum turbati fuerũt. Vnde ſequitur. (Turbati ſunt omnes inſipientes corde. Glo. Id eſt deſideria mundi ſequentes. Caſſi. Quod turbatos dicit & inſipientes, quoniam recedentes a vero lumine tenebroſa mũdi deſideria ſecuti ſunt & vnde iuſti illuminati, inde iſti ſunt turbati. Hugo cardi. Vel nato domino qui eſt lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Turbati ſunt omnes inſipientes corde, herodes ſcilicet & omnis hieroſolima cum illo, equitur.

Caſſio.

b ✠alia li. excitati ſus manus.

DOrmierunt ſomnum ſuũ & nihil inuenerũt, omnes viri diuitiarũ ✠ in manibus ſuis,

Glo. Turbati ſunt inq̃, & turbati dormierunt ſomnum ſuum. Aguſtinus. Amauerunt nãq; pręſentia & dormierunt in ipſis. Caſſiodo. Glo. A bonis ęternis refrigeſcentes, & carni acquieuerunt ꝓ futura non videntes. Ideo autem addidit ſuũ vt eos a beatorum quiete diſcerneret. Et nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. Hieronymus. Auguſti. Caſſiodo. Glo. Vere enim hęc vita ſomnus eſt, nam ſicut qui videt per ſomnum inueniſſe ſe theſauros tã diu diues eſt q̃diu non euigilet, ita ſunt diuitię in hoc mundo quas dum tenemus amittimus, notanter autem non dicit habentes diuitias. Multi enim habẽt qui nõ amant eas, ſed viri diuitiarum qui ſcilicet totam ſpem ponũt in incerto earum, quos ſomnus diuites facit euigilatio vero pauperes. Gregori. in mora. li. xviij. Qui teſte ſapientia dãnationis ſuę tempore dictu ri referuntur, quid nobis profuit ſuperbia? Et diuitiarum iactantia quid contulit nobis? tranſierunt enim hęc omnia tanq̃ vmbra. Et tãq̃ nunti⁹ percurrens.

Auguſti.

6 ✠alia li. ſoporati eſt curr⁹ & equus

AB increpatione tua deus Iacob, dormitauerunt ✠ qui aſcenderunt ęquos.

Caſſiodorus. Cum ſoleat increpatio ſtrenuos viros cautos atq; vigilantes facere, hic tamen ab increpatione domini dormitaſſe dicit ĩcredulos qui ſancta monita domini qui eſt de⁹ Iacob audire cõtempſerunt. Hij itaq; dormitauerunt qui aſcenderũt ęquos. Idem. Qui ſcilicet in ſuperbiam creſcẽtes quaſi ęquis currentibus inſidentes mũdi iſtius illecebras peruagantur. Hierony. Glo. Vnde præceptum erat in lege ne filij Iſrael multiplicarent ſibi ęquos. Salomon quoq; de iudęa nõ habebat ęquos, ſed emebat de ægypto. Glo. ꝙ autem dormientes modo non ſentiunt, in fine ſentiẽt, quia.

Hieroni.

7 ✠alia li. ab ira tua.

TV terribilis es & quis reſiſtet tibi ex tunc ira tua ✠

Hugo cardina. Tu inquit terribilis es id eſt potẽs & timendus & magnę maieſtatis. Caſſiodo. Qui tunc terribilis erit quando in ſede maieſtatis ſuæ apparebit, vbi nemo reproborum poterit reſiſtere cum cognoſcent dominum omnia ſcelerata dãnare. Auguſtinus. Modo enim diuites dormiunt, & iratum dominum non ſentiunt, qui tamen vt dormirent iratus eſt ſed quod nunc dormientens non ſentiunt in fine ſentient. Modo loquuntur quod volunt, & diſputant cõtra deum, (ſed quis reſiſtet tibi). Caſſiodo. Hoc negatiue legendum eſt. Hugo cardina. q. d. Nullus quia tu es potẽtiſſim⁹, & quia ex tunc ira tua. Caſſiodo. Id eſt a tempore iudicij qui dies irę dicitur & furoris, quia nichil tunc vlterius per patientiam diſſimulabitur, quando iam in ipſos vindicabitur cuius virtus exponitur cũ dicitur.

Caſſio.

8 annũciabis iudicium. ✠alia li. times tacebit.

DE cœlo auditum feciſti ✠ iuditiũ, terra tremuit ✠ & quieuit.

Glo. De cœlo inquit veniẽs auditum feciſti id eſt facies præteritum ponens pro futuro quaſi iam factum ſit iudicium. Hugo cardi. Quando ſonante tuba angelica dicetur. Surgite mortui venite ad iudicium. Caſſiodo. Et tunc terra id eſt peccatores qui diuinę ſententię auctoritate dãnandi ſunt (tremuit). Hug. cardi. Id eſt tremet nichil habens meritis (& quieuit). Glo. A malis ſuis. Hugo cardina. nalis. Et ab omni opere meritorio. Caſſio. hij eñi tunc tremeſcent cum audierint Ite in ignem ęternum. Quieſcent vero cum in perpetua dãnatione recipient, vbi quies erit ſine requie, quieſcũt enim tunc mali a malis operibus, ſed in ſupplicio non quieſcunt, quia ęterna flamma cruciandi ſunt, tũc ſcilicet.

ix ✠alia li. quietos mites corde. Iode ſemper.

CVm exurgeret in iudicium deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terrę.

Caſſio. Hugo cardi. Cum exurgere tinquit, ideſt cū exurgeti i iudicio deus qui in primo aduentu ſurrexit homo, In ſecu ndo vero exurget de⁹. Et cognoſcetur dominus iu dicia faciens qui non eſt cognit⁹ iniurias patien s. Caſſiodo. Qui propterea benedicitur exurgere in iudicio qm̄ hic quietus omnia pertulit. Et ne iudicium illud ad ſolam dānationē malorum crederes. Addidit(vt ſaluos faceret omnes manſuetos terrę). Idem Illos ſcilicet qui nullis v itijs mundi huius inflammata voluntate rapiuntur, ſed ęquabili ſe moderamine tractantes pacem mentis probantur habere tranquilā, hi nāq; tunc ſalui fiēt cum dono domini pręmia promiſſa recipient.

10 Dyapſalma. Tertia pars. ✠ alia li. ira. ‡ alia li. reliquias ire accingeris

QVoniam cogitatio ✠ hominis confitebitur tibi, & reliquię cogitationis ‡ diem feſtum agent tibi.

Gloſa. Hugo cardinalis. Tertia pars vbi oſtendit quare ſaluabūtur manſueti, & iam deuotos admonet offerre vota. q. d. Ideo ſaluos facies dn̄e manſuetos quoniam cogitatio hominis manſueti confitebitur tibi. Hiero. Multi enim ſunt qui opera mala non fecerunt. Alij ſunt qui nec locuti ſunt, ſed qui in cogitationibus non peccauerit nullus hominum reperitur propterea nūc dicit. Quoniā cogitatio hominis confitebitur tibi. Auguſtinus. Caſſio. Caſſiodorus. Cogitatio hominis cōfitebitur tibi Auguſti. Caſſi. Cogitatio vero noſtra tunc primū confitetur domino quando peccata pręterita humili ſatiſfactione damnauerit. Vnde prima cogitatio eſt confiteri domino & hæc cogitatio facit alias cogitationes quę feſtum agunt, nam prius eſt damnare & diſplicere quod eramus, quod poſt ea in memoria tenētes, ſcilicet quid eram⁹, & quid accepimus. Gratias liberatori agim⁹ quod eſt(diē feſtum agere) Glo. Diem inq̄ feſtum agēt tibi, quia ceſſabunt a ſeruili opere, non intenti mundo, ſed quieti, & bonis operibus intendent. Gloſa. Et quoniā ſolus domin⁹ eſt cui feſtiuitas debetur. Ideo.

11 ✠ alia li. dona terribili

VOuete & reddite domino deo veſtro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. ✠

Caſſiodo. Gloſa. Quedam enim ſunt quę ētiā nō promittentes exſoluere debemus vt illud. Non occides, non męcaberis, non furtum facies & huiuſmodi, & de his præcipitur omnib⁹(Vouete) & reddite, alia vero ſunt quę niſi voueam⁹ implere nulla lege conſtringimur, vt virginitatem ſeruare heremum petere, quotidie ieiunare. Ad hęc ergo vouenda nos inuitat, non precipit vt voueamus, ſed vt vota reddamus. Vouere enim voluntati conſulitur, ſed poſt voti promiſſionem neceſſario redditio exigitur, ideo nō ait ſimpliciter vouete, vel nolite vouere.(Sed. vouete & reddite) ideſt ſi voueritis(reddite) alioquin dānationem habent qui primam fidem irritam fecerūt. Gloſa.(Vouete) ergo mente(& reddite) opere neceſſario poſt votum(domino deo veſtro) Non tantum homini quoniam non eſt tantum homo ſed etiam deus(reddite) inq̄ vos omnes humiles ſcilicet qui confitētur & adorant eum(Qui in circuitu eius) vt famuli(affertis munera) vos ipſos, ſcilicet. Auguſti. Glo. Vel munera, quę ſacris altaribus offeruntur. Caſſiodo.(In circuitu) quippe res agitur, cum munera fidelium altaribus offeruntur. Glo. Ecce dixit cui debeant offerre ſcilicet domino. Et qui ſcilicet q̄ſūt i circuitu. Deinde ſubdit quare dicens.

TErribili ✠ & ei qui aufert ſpiritū principum ‡ terribili apud reges terrę. 12 ✠ alia li. terribili ſed ſupra in fine alteri⁹ verſ' ‡ alia li. ducum

Caſſiodorus Dicit enim cui vouendū ſit, deo ſcilicet terribili qui terribilis dicitur nō reprobis nā ſi deum metuerent vtiq; honeſta ſe conuerſatione tractarent, ſed deuotis, quibus ſuauis eſt, dominus, quib⁹ & dicitur, ſeruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Lyra. Et vnde dicatur terribilis ſequitur(&) pro id eſt(ei) qui aufert ſpiritū principum. Gloſa. Vitam ſcilicet eorum. Caſſiodo. Vel ſpiritum ſuperbię & timoris dando illis humilem ſpiritum vt deinceps contremiſcant ad ſermones dei(terribili) inq̄(apud reges terrę). Hierony. Caſſ. Glo. Reges terrę ſancti ſunt qui carni imperant & ſe regunt ſubijciendo ſe deo, de quibus dicitur cor regis in manu dei eſt, Vel ad literam, de terrę regibus reprobis loquitur quibus deus in iudicio terribilis erit qui terribiles ſunt alijs.

¶ Pſalmus. lxxvj.

¶ Titulus.

In finem ✠ pro idithun. Pſalmus Aſaph. ✠ alia li. victori

Lyra. Aſaph præuidens captiuitatem babilonycam propter peccata iudęorum vt patet. quarti Reg. in fine, Et eam terminandam per orationes bonorum virorū ſicut Danielis. vt patz Dan̄. ix. Et Ezechiem & aliorum ſanctorum fecit hunc pſalmū & hāc expoſitionem ſequitur ad literam.

Caſſiodorus. In finem dominū ſignificat ſaluatorem(idithun), tranſiliens(Aſaph) congregatio iterpretatur. Glo. Hugo cardi. Vnde is eſt ſenſus tituli, pſalm⁹ iſte eſt Aſaph id eſt fideliū congregationi, hoc eſt eccleſię agens pro idithun id eſt de tranſiliente in finem Chriſtum vltra quē nichil eſt intentione autem monet deſideria & illecebras mundi calcare. Nihil ſibi præponere niſi deum ex quo ſunt omnia, & diuiditur in quattuor partes In prima oſtendit quomodo ipſe tanſiliēs omnia, deum quęrit & inuenit. In ſecunda deliberat an ſit eum reducturus, id eſt redemptur⁹ ibi, anticipauerunt. In tertia dicit, quid deliberando inuenerit ibi, & dixi. In quarta oſtēdit quę in mūdo operatur Chriſtus ibi viderunt te aquę. Aſaph ergo omnia tranſiliens, & ſolum deum quęrēs ait. Diuiſio.

VOce ✠ mea ad dominū clamaui voce mea ad deū & intendit michi. 1 ✠ alias vox mea ad deū

(Voce mea inquit, Gloſa. Id eſt intentione deuotionis ad dominum clamaui) Caſſio. Ille clamat ad dominum qui ab eo talia petit qualia ſe daturū fidelibus pollicetur. Nam qui eum pro rebus tranſitorijs rogat non ad dominum clamare dignoſcitur q̄uis ipſum petere videatur repetit voce mea ad deum vel vox mea ad deum ſecundum aliam literam. Subaudiendum eſt peruenit. Quid tamen peteret non deſignat. Et merito quia non eſt illi

necessarium dicere quod pręstet, qui solus nouit largiri quod expedit, qua propter, viri sapientes sūt qui se ei⁹ potestati & ordinationi committūt, ipsum solum expetunt, & omnia prospera consequūtur. Vnde sequuntur. Et intēdit michi. Cassiodorus. Glo. Sēper enim ad est quęrentibus, cuius intēdere est dare totum quod petitur, & etiā plusq̄ petatur, & tam magna conferre, qualia non valet auidus peccator expetere. Sequitur.

2 ✠alia li. extenditur & nō quiescit

IN die tribulationis meæ deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum, ✠ & non sum deceptus

Hieronymns. Difficilem rem dicit in die inquit tribulationis meę deū exquisiui. Nos enim quando tribulamur, in terram deijcimur, nichil aliud nisi de tribulatione cogitamus, iste vero necessitatū oblitus in tribulatione, solum deum non quod perdidit, quærit. q. d. Si istum inuenero. Cassiodorus. Glosa. Augusti. Huc vsq; autem dixit, quis clamauerit, & ad quem & propter quid, & qua necessitate, deinde subdit, quomodo quęsierit, & quando, & vbi, & quo fructu. q. d. Quomodo queris, ecce (manibus meis) id est non inani desiderio, sed operib⁹ bonis, quę diuinis noscuntur conuenire mandatis, quando (nocte) id est in huius mundi vita quæ q̄uis lucem habere videatur, peccatorum tamē obscuritate fuscata est, sed vbi queris (Contra eum). i. non ad faciem hominum, vt videatur ab eis, sed in absconso contra eum, vel coram eo. Illo enim pręsente fit, quando humanis non affectatur aspectus vt vanis laudibus intumescat, cum se aliquis boni quicq̄ fecisse disseminat, & quo fructu, sequtur (Et non sum deceptus) Glosa. Quia inueni quod quærebam. Cassiodo. Ille nāq; non decipitur cui promissa complentur. Hiero. (Vel non sum decept⁹) ab insidijs dyaboli. Augusti. Glo. Habes ergo, quādo quęsierit quia (in die tribulationis) quomodo (manibus meis) Quando nocte vbi (Corā eo) quo fructu (Quia non sum deceptus) Deinde exponit tribulationem quę pungit, & quodam modo impingit necessitatem transiliendi. q. d. (In die tribulationis deum exquisiui quæ tribulatio tanta fuit, q.

Glosa. Cassio.

3 ✠alia lit. cōturbabar loquebar i memetipso. ✠Idde semper

REnuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sū ✠ & exercitatus sum, & defecit spiritus meus

Hugo cardina. Et licet in tribulatione positus liberari a deo petam consolationem tamen humanā recuso. Et ideo (Renuit inquit cōsolari anima mea) Glosa. In alijs scilicet rebus (q̄ in deo), Cassiodor⁹. Sanctus enim vir iure negat illis rebus consolari animam suam quę humanis desiderijs appetūtur. Grego. in mora. Iob lib. xviij. Nā qui hoc luget q̄ ab ęternis gaudij cecidit consolationem de tēporalibus non admitit, cui tanq̄ si nos audientes ita diceremus, quid igitur queris, qui cōsolari in his quę mundi sunt renuis, illico adiecit (Memor fui dei & delectatus sum) ac si aperte dicat terrenarum rex me, nec abundantia resonet. Auctoris tamen mei quem adhuc videre nō valeo vel sola memoria delectat. Cassiodo. Nam cum dei memores sumus totius munere suauitatis explemur nec potest aliquid par esse quando nos ceperit gratia diuina satiare. Hieronymus. (Memor itaq; fui dei) id est cogitaui de deo, & in misericordia ipsius delectatus sum, considerans pietatem & mansuetudinem eius (Et exercitatus sum, Cassiodo. Diuina cōtemplando, & considerando qua sapientia cuncta disponat quali potentia vniuersa contineat omnia simul faciens & tam multa mirabili ordinatione dispensās. (Et defecit spiritus meus.) Idem In ipsa tali consideratione, tam innumerabilia, tam ingentia opera dei comprehendere non valens. Lyra. Aliquando enim homines deuoti ex feruenti deuotione rapiuntur a sensib⁹, & sic deficit spiritus eorum q̄tum ad vsum actualem exteriorum sensuum. Grego. in mora. Iob. lib. xx. Tūc quoq; in deo plene proficimus cum a nobis ipsis funditus defecerimus.

ANticipauerūt vigilias oculi ✠ mei turbatus sum & non sum locutus. 4 Aliter legitur. Secūda pars. ✠alia li. oēs inimici mei.

Beatus. Hiero. sic traduxit Prohibebam suspectū oculorum meorum stupebam & nō loquebar, Glosa. Hugo cardi. Secunda pars in qua inuento deo deliberat an sit eum redūctur? Et exponit quomodo exercitatus fuerit ita, scilicet (quod anticipauerunt vigilias) id est sedulitatē aliorum (oculi mei) id est affectiones meę. Hiero. Ita q̄ anteq̄ aliquis vigilaret ego vigilabam, monachus ergo qui non vigilat hunc versum non potest dicere. Cassio. Et loquitur de vigilijs illis quas nocturnas appellamus, & quas in dei laudibus solenniter exhibem⁹ Lyra. Homines nāq; deuotione feruentes surgūt ante alios ad orandum. Glosa. Et vigilando (turbatus sum) Hieronymus. Quasi homo, Glo. Cass. Quia consequi non potui quod quero. Cassiodo. Vel turbatus sum, recordatione peccatorū pro quibus pio dolore crucior. Lyra. Videns irā dei per eos excitatam. (Et non sum locutus.) Glosa. Id est non murmuraui contra deum. Lyra. Vel nō habui audaciam aliquid petendi a deo prę confusione. Cassiodorus. Glosa. Vel tacet, quia nocte nō habet solatium humani colloquij, quo tempore cautius cogitat, & ideo subdit.

COgitaui dies ātiquos, & annos ęternos ✠ in mente habui. 5 ✠alia li. annos ęternos memor fui.

Glo. Cassiodo. Ideo inq̄ (turbatus sum, quia (cogitaui dies antiquos) Hierony. Cassiodo. Id est dies Adę quibus humanum genus peccatis tenebatur obnoxium. Augustinus. Glo. Cogitaui inq̄ quid ipsi Adę cōtigerit pro inobedientia sua, & ex hoc cognoui hunc defectum hominis esse, & ecōtrario (Annos ęternos in mente habui) Glo Et ideo turbatus sum quia vidi bona quę perdidi, & mala quę inueni, antiquos dies desiderando, & ęternos negligendo. Cassiodo. Isti ei temporales atq; caduci sunt & fugitiui, contra quos annos ponit ęternos qui perenni longeuitate consistunt, in istis mors dn̄atur, i illis regnat vita p̄petua in istis deniq; fugit omne quod venerit, in illis stabit quicquid accesserit, cogitabat ergo iste transiliens, cur labentes dies & quos tenere nemo possit tantopere desideret & quęrat humanitas, & illos ęternos qui soli sunt appetendi negligat & cōtemnat, nec credat esse dum eos in pręsenti non valeat aspice-

re, ſequitur.

ET meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum. ✠

(Et meditatus ſum inquit nocte cum corde meo). Sic bone lector ex lectione .b. Hiero. ad verita. hebrai. lege Recordabor pſalmorũ meorũ, in nocte cũ corde loquebar, & ſcopebam (ſpiritum meum. Gloſa. Id eſt cum ratione ſi quomodo poſſem redire ad annos ęternos. Caſſiodo. Ille enim meditatur cum corde ſuo, qui animam ſuam facit aliquid cum ratione tractare. Auguſti. Glo. Et cum ea tacitus loquitur qui in ea quietus exercetur. Hierony. Non inq̃ cogitabam de iracundia non de inimico ſed tota cogitatio mea erat de deo (Et exercitabar) Gloſa. In ipſa ſcilicet meditatione. Caſſiodo. Tũc enim exercemur quando per cogitationes innumeras ęſtuamꝰ, (& ſcopebam ſpiritum meum). Hierony. Hoc eſt fodiebam ſpiritum meum quaſi agrum vt ibi mitterem ſemen doctrinarum domini. Glo. Vel ſcopebam id eſt purgabam mentem meam vt videre poſſē. Lyra. Ne ibi lateret aliqua grauis offēſa. Hugo cardinalis. Et quia ſupra dixerat, meditatus ſum nocte cũ corde meo, conſequēter aperit quid meditatus ſit quaſi dicat hęc inq̃ meditatus ſum.

7 NVnquid ✠ in ęternũ proijciet deus aut nõ apponet ‡ vt cõplacitior ſit adhuc?

Hieronymus. Hæc inquam errat tota cogitatio mea. Deus hominem fecit de terra & repromiſit ei vitam ęternam quomodo ergo de paradyſo eſt eiectus, & de regno dei, & non adijciet vt ei placeat adhuc (Nunquid in ęternum proijciet deus. Caſſ. Gloſa. Genus ſcilicet humanum vt non ei aduentus ſui miſeratione proſpiciat. Gloſa. Quaſi dicat abſit. Hugo cardi. Nam & ſi proijciat ad tempus vt corrigat, non tamen in ęternum proijcit, ſed reuertentibus ad ſe veniam dat, vnde addidit. (Aut nõ apponet, id eſt addet vt cõplacitior ſit adhuc. Caſſ. Iſtud non nequaquam negantis, ſed potius affirmantis eſt, apponet enim. i. pręſtabit vt ei beneplacitum ſit genus humanum quando dignabitur incarnationis ſuę declarare myſteria, ꝙ autē ait adhuc expectantis eſt non dolentis.

8 AVt in finem miſericordiam ſuam abſcidet, ✠ a generatione ĩ generationem.

(Aut in finem inquit.) Glo. Id eſt omnino a bonis ſcilicet ſicut a malis mĩam ĩcarnatiõis mĩam dico ſuã qa ipſe natura miſericors eſt, abſcidet a genere humano. Caſſio. Vel cum dicit (in finem) ſignificat plenitudinem tēporis, quando venire dignatus eſt (miſericordia) vero dei eſt, ꝙ de maria virgine ſecundum carnem pro noſtra infirmitate natꝰ eſt. (Abſcidet dico a generatione ĩ generationem) Hieronymus. Id eſt nunquid vtramq; generationem proijciet, & prioris, ſcilicet populi & ſequentis. Et ſi proiecerit iudæorum populum, nunquid & gentium proijciet. Gloſa. Quod alijs verbis iterum repetit, dicens.

9 AVt obliuiſcetᷓ ✠ miſereri deus aut cõtinebit in ira ſua miſericordias ſuas.

Auguſti. Glo. q. d. In alio non eſt miſericordia niſi deus eam donet, & ipſe erit ſine ea, riuus curritꝰ & fons ipſe ſiccatꝰ eſt, abſit, ipſe enim eſt fons miſericordię. vnde cum dicit, aut obliuiſcetur miſereri deus, ſignificat ꝙ incepit & conſueuit miſereri & ideo repetit (Aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas) Aug. Glo. Id eſt ira vincet miſericordiã, vel ſic iraſcetur vt non miſereatur. q. d. nõ, ſed potius miſericordia vincet iram, iuxta illud Eſaye. Non in ęternũ vindex in vobis ero, neq; per omne tempus iraſcar vobis. Hugo cardina. Dominꝰ enim tantę miſericordię eſt ꝙ etiam dum percutit malos non poteſt totam miſericordiam continere, quia etiã iratus ſic miſeretur, ꝙ vel corrigit vel minus punit. Caſſiodo. Non ergo in ira continet miſericordiã ſed potius iram in miſericordia. Hierony. Nec potuit pulchrius dicere, q̃diu ſe teneat vt non miſereatur. Hugo cardina. Hęc ergo omnia ſub interrogatione non dubitando ſed deliberando dixit. Vnde ſubiungit quid deliberãdo inuenerit, dicens.

10 ET dixi, nunc cœpi ✠, hęc mutatio dexterę excelſi.

Gloſa. Hugo car. Tertia pars vbi ſicut dictum eſt oſtendit quid deliberando inuenerit vnde dicitur (& dixi nũc cœpi) Caſſ. Glo. Dixi inq̃, id eſt hinc cogitationi meę reſpõdi. Nunc cœpi primo ſapere ſcilicet & intelligere, & ad lumen ſplēdidiſſimũ peruenire quod ſemper fuerat occultũ ab ęternis temporibus, ꝙ ſcilicet homo reducetur ad annos ęternos. (Et hęc eſt mutatio dextere excelſi.) Idem Ab ira ſcilicet ad miſericordiam, & ꝙ de ſeruis efficimur filij, vel ꝙ homo reducitur ad annos ęternos. Auguſti. Vbi ego ſecurus ero, vbi nullus timebitur inimicus. Caſſio. (Dextera autem excelſi) ꝑ quã hęc fit mutatio chriſtus eſt. Hiero. Vel nũc cœpi ꝙ illud quod patior nõ eſt de crudelitate dei ſed de peccatis meis, & hęc eſt mutatio dexterę excelſi, vt ſcilicet dominus miſereatur vt det gratiam ſuam vniuerſo mundo, vt non retineat in ira ſua miſericordias ſuas. Hęc inq̃ eſt mutatio dexterę excelſi. Niſi enim dextera eius, hoc eſt filius eius mutatus fuerit, & hominis corpus acceperit, nos miſericordiam accipere non poſſumus. Hugo cardinalis. Et ne de tanto dei beneficio ingratus putetur. Subiungit.

11 MEmor fui operũ ✠ domini, quia memor ero ab initio ‡ mirabilium tuorum.

Hugo cardi. Glo. (Memor inquit fui operum domini id eſt non ſum oblitus huiusꝰ mutationis in me factę. Nec vnquam obliuiſcar, vt meliora merear. Caſſiodo. Meliora nãq; meretur accipere qui collata bona de corde ſuo non probatur auferre, ſed ne de ſe tantũ lętari videretur addit. (Quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.) Caſſiodo. Gl. Quod ſcilicet humano generi pius miſerator indulſit. Quod adam ad imaginem ſuam fecit, ꝙ oblationem Abel iuſti ſuſcepit de Noe de Abrahã

[Left margin notes:]
vi Aliter li giſur. ✠ alia li ventilabam in me ſpiritus meus alia garriebam
Gloſa.
7 ✠ alia li. nũ ꝑpetuum abiiciet vltra ‡ alia li. hʒ ſtet et dixi.
8 ✠ alia li. cõpiebit vſq; in ęternum. ‡ alia li. cõſũmabit verbum de genera. et gene.

[Right margin notes:]
ix ✠ alia li. nunquid oblitus eſt obliuiſcetur. ✠ Aode temp er
Hugo.
x Dyapſalma. Tertia pars. 11 ‡ alia li. imbecillitas mea eſt.
11 ✠ Alias cogitatio num ‡ Alias ant qua mirabilia tua

& huiuſmodi,& poſtremo. Memor ero. ꝙ ipſe ad liberandum hominem venire dignatus eſt, hæc itaqꝫ erant quæ ſanctum virum, ſua recordatione mulcebant. Glo. Memor igitur fui,& memor ero. Et non ſolum. memor ero,ſed.

12 ✠ Heb. adinuentiões tuas loquar.

12 ET meditabor in omnibꝰ operibus tuis,& in adinuẽtionibus ✠ tuis exercebor.

Hierony. Tota nãqꝫ cogitatio mea eſt de virtutibus tuis, & dum cõſidero quomodo illis miſertus es,de me non deſpero. Hugo cardi. Et meditabor inquit in omnibus operibus tuis)cum diligentia recolens & memoriæ commendans ea. Caſſiodo. In hac enim cogitatione nullum eſt tædium. Nulla ſatietas,ſed quanto qui plus hauſerit,tanto plus dulcia ſenſu perquirit. Hugo car. Nec tantum illa meditabor,ſed & operabor,hoc eſt(Et in adinuentionibus tuis exercebor.)Caſſio. Augu. Glo. Id eſt in prȩceptis tuis ſalutaribꝰ humili deuotione verſabor. Hugo car. Lyra. Prȩcepta enim adinuentiones dei ſunt. Nam ipſe illa adinuenit ad vtilitatẽ hominum,& ea populo de ægypto exeunti dedit. vt per ea homines deum inuenirent. Glo. Deinde incipit oſtendere opera miſericordię dei circa nos per quæ fit reditus ad annos æternos,dicens.

xiii ✠ alias, habet hic ſolus.

xiii DEus in ſancto via tua, quis deus magnus ſicut deus noſter, tu es deus ✠ qui facis mirabilia.

Hierony. Deus inquit in ſancto via tua. Quicunqꝫ ergo ſanctus non eſt via dei in eo non eſt. Via autem dei Chriſtus eſt,qui ait. Ego ſum via veritas & vita,& hæc via non eſt niſi in ſancto. Si ergo volumus ꝙ deus habitet in nobis,ſimus ſancti. Sequitur (Quis deus magnꝰ ſicut deus noſter)Hugo. Lyra. quaſi dicat nullus,quia nullus alius poteſt facere opera virtutem totius creaturæ excedentia. Hiero. Sunt enim dij multi & domini multi ſancti namqꝫ dij dicuntur per gratiam,ipſe tamen ſolus deus eſt per naturam. Vnde ſequitur. (Tu es deus qui facis mirabilia) Hiero. Non dixit qui feciſti. ſed qui facis mirabilia, quotidie enim mirabilia operat̃ & facit,facit enim vt heri latro. hodie Chriſtianus,heri fornicator. hodie continens,heri rapiens aliena,nunc porrigens propria. Augu. Fecit autẽ mirabilia Moyſes,ſed non ſolus,Helyas non ſolus Helyſeus. non ſoli apoſtoli,quia deus ſecum. (Deus autem facit mirabilia ſolus.) Gloſa. Idem. In corpore,ſcilicet dum ſanãtur ſurdi,cæci,languidi,paralytici,ſuſcitant̃ mortui. In anima vero dum quidam ſobrij, nunc ſunt qui paulo ante ebrioſi. Fideles qui adoratores ſimulachrorũ res ſuas donantes pauperibus qui alienas antea rapiebant. Vel hæc ſunt mirabilia quæ feciſti,quia ſcilicet.

xiiii ✠ Alias Iſrael. adde: ſemper.

xiiii NOtam feciſti in populis virtutem tuam,redemiſti in brachio tuo populum tuum,filios Iacob & Ioſeph. ✠

Caſſiodo. Notam inquit feciſti in populis virtutem tuam, cum ſcilicet in hunc mundum miſiſti dominum ſaluatorem qui ſicut dicit apoſtolꝰ, dei virtus eſt,& dei ſapientia. Hiero. Tunc enim myſterium quod a ſȩculis fuerat abſcõditum notum fecit. Gloſa. Caſſiod. Hanc autem virtutem notam fecit in populis,tam fidelibus,ꝙ̃ infidelibꝰ,ſed infidelibus vt cognoſcant Chriſtum ſolũmodo corpore. fidelibus autem,vt cognoſcant eum & diuinitate. Quid autem ex hoc prȩſtiterit ſubdit(Redemiſti in brachio tuo populum tuum)Hieronymꝰ. Caſſiodorus. Id eſt in Chriſto. Ipſe enim eſt brachium domini iuxta illud. Et brachium domini cui reuelatum eſt. Et ne eſſet ambiguum quem populũ liberauerit. Sequitur(filios Iacob & Ioſeph) Hieronymus. Auguſtinꝰ. Caſſiodorus. Gloſa. Vbi per Iacob populus Iudæorum. Per Ioſeph vero gentilis populus intelligitur. Ioſeph enim interpretatur augmentum ſeu creſcens. Et ideo bene ſignificat gentes de quibus augmentatus eſt populus dei Iudȩi itaqꝫ præceſſerunt.& nos adiuncti ſumus. Auguſtinꝰ. Cum enim Ioſeph ad literam ſit filius Iacob. ſi de ſolis Iudæis intelligere voluiſſet,cum dicit filios Iacob non fuiſſet opus addere,& Ioſeph,niſi per Ioſeph aliud intelligere voluiſſet.

xv VIderunt te aquȩ deus, viderunt te aquæ & timuerunt. ✠ & turbatæ ſunt abyſſi. xv Diapſalma. Quarta pars. ✠ Heb. parturierunt.

Gloſa. Hugo cardinalis. Quarta pars vbi exponit, quæ in mundo Chriſtus operatur. Et quaſi dicat. Quomodo fecit notam virtutem,ecce (Viderunt) te fide(aquæ)id eſt populi. Auguſtinus. Caſſiodorus. Per aquas nãqꝫ populos ſignificat. vnde cum ſupra dixerit. notam feciſti in populis virtutem tuam. Nunc dicit(Viderunt te aquæ deus,viderũt te aquȩ & timuerunt) Ipſi enim ſunt aquȩ qui ſenſu rationabili dominum cognoſcere,vel metuere potuerunt. Hugo cardinalis. Qui ideo aquæ dicti ſunt,quia ſicut aqua tranſeunt. Gloſa. Per hoc autem ꝙ bis idem repetitur vterqꝫ populus iudȩorũ & gentium ſignificatur,ſed quem viderunt(Te)o deus Chriſte (Et timuerunt)de peccatis ſcilicet.(Et turbatȩ ſunt abiſſi). Caſſiodorus. Hoc eſt humana corda tenebroſa quȩ iſta ſalubri turbatione cõuerſa ſunt. Gloſa. Pungente cõſcientia. Hieronymus Vel ad literam, quando populus trãſiuit per mare rubrum & per Iordanem creatorem ſuum intellexerunt aquæ,& populus non intellexit. Gloſa. Hij autem qui conuerſi ſunt non ſunt pauci,ſed velut.

xvi MVltitudo ✠ ſonitus aquarum. vocem dederunt nubes. xvi ✠ Heb. excuſſerunt aquas nubila.

Caſſio. Aug. Glo.(Multitudo inquit ſonitus aquarum)id eſt populorum ſonantium in confeſſione peccatorũ. In gemitu culparũ. In laudibus dei in actione gratiarũ quaſi enim mare cõfragoſum ita in ſanctis eccleſijs reſonãt diuerſa vota populorũ. Idem. Aug. Glo. Sed vnde iſti ſonitus aquarũ. Et turbatio abyſſorum.(Quia vocem dederũt nubes) Idem. Id eſt prædicatores verbi dei. De quibꝰ ſcriptum eſt. Mandabo nubibꝰ meis ne pluant ſuper eos imbrem. Iſti enim tunc magnam vocem dederunt,cum præcepta domini in toto orbe vulgauerunt Chriſtum prædicãtes.& vere dederunt vocẽ.

xvii ET enim ſagittæ tuæ tranſeunt ✠ vox tonitrui tui in rota. xvii ✠ Heb. diſcurrebant.

Gloſa.(Et enim)pro quia (Sagittæ tuæ)o deus, id eſt voces nubium tranſeunt,vſqꝫ ad cor. nõ enim,

in auribus remanſerunt;ſed corda tranſfixerunt. Caſſiodorus. Per ſagittas enim hic euā geliſtę intelliguntur qui prædicationibus ſuis deuotos populos, vſq; ad cordis intima medicinaliter trāſfoderunt non inflicto vulnere,ſed ſalute. Aug. Verbūm autē dei, & pluuia eſt & ſagitta. Sagitta quidem, quia percutit, pluuia quia rigat. Glo. Hęc autem vox nubium nō in occulto facta eſt,ſed fuit. (Vox tonitrui tui in rota.) Caſſi. Lyra. Id eſt ad ſimilitudinem rotarum. Quando enim auditur ſonitus curruū, videtur aliquando ꝙ ſit tonitruum. Hierony. Vnde bene vox prædicationis vox tonitrui dicitur, quia non ſolum auditur in Iudęa,ſed etiam in rota, id eſt in toto orbe terrarum per circuitum. Caſſi. Aug. Per rotam nanq; orbis terrarū intelligitur, qui in ſpecie rotæ abſoluta rotundita te concluditur, vbi vox prædicationis conſpergitur,ſed illæ nubes. Illa tonitrua. Quid fecerunt. Subditur.

13 Illuxerunt ✠ coruſcationes tuę orbi terræ, commota ‡ eſt & contremuit terra. — ✠ Al. apparuerunt ‡ alia cō tremebūda. facta eſt terra.

Hugo card. Illuxerūt inquit corruſcationes tuæ, id eſt miracula per quæ te faciente corruſcabant apoſtoli. Hiero. Vel per corruſcationes apoſtolorum intelliguntur prædicationes quæ illuxerunt orbi terræ. Augu. Hæc itaq; eſt illa rota quæ & orbis dicitur, quam nubes illæ circuierunt tonando & corruſcando quæ abyſſum commouerunt præceptis tonuerunt, miraculis corruſcauerūt. Vnde ſequitur. (Commota eſt & cōtremuit terra.) Caſſi. Commoti nāq; ſunt & tremefacti, qui verbum dei fideliter audientes ad emēdationis ſtudium Chriſti munere peruenerūt. Hiero. Niſi enim terra noſtra commota eſſet & conturbata, nos Chriſtiani non eſſemus, quia non requieſcit ſpiritus domini niſi ſuper humilem & quietem & trementem verba eius. Sequitur.

xix In mari via tua, & ſemitę tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur.

Augu. Iam dudum erat in ſancto. Modo vero eſt (in mari via tua) id eſt in gētibus prædicatur Chriſtus. Idem Glo. Per vniuerſam terram. ipſa nanq; terra dicitur & mare per ſimilitudinem, quia amara eſt vita humana tempeſtatibus ſubdita, vbi maior piſcis minorem deuorat. Caſſi. Vel in mari via tua, id eſt in cogitationibus hominum, quæ velut mare perfidum fluctuant, vbi tamen ille vias habet. Quando eos ſibi larga pietate ſubdiderit. (Et ſemitæ tuæ in aquis multis.) Idem. Glo. Id eſt in populis multis in conuerſorū, ſcilicet turba gentilium, vbi ſunt ſemitę domini, id eſt viæ ipſi⁹ dum ad eos venire dignatur. Hugo car. Vel ſemitę ſunt præcepta & inſtitutiones euangelicæ, quæ ad portum ſalutis dirigunt. (Et veſtigia tua non cognoſcentur.) Caſſio. Hoc cum imputatione legendum eſt, vt cum palam venerit tantiſq; ſe demonſtrauerit miraculis, nō ſit tamē cognitus ab infidelibus Iudęis, veſtigia ſiquidē ſignificāt præſentiā corporalem. Nam veſtigium eſt plantę ſignum quod facimus ambulantes. Gloſa. Non eſt ergo cognitus a Iudæis, quos tamen ipſe deduxit. In manu Moyſi & Aaron. Vnde ſequitur.

Deduxiſti ſicut oues populū tuum, ✠ in manu Moyſi & Aaron. 20 — ✠ Alias plebem tuam.

Gloſa. In quo declarat quibus ſignis, & miraculis ſe demonſtrauerit Iudęis. (Deduxiſti inquit ſicut oues populum tuum.) Caſſ. Augu. Glo. Quod pariter cum imputatione ſeu cum increpatione & exprobratione legi debet. De Iudęis qui quanuis ab eo in manu Moyſi, & Aaron deducti fuerint nō tamen eum cognouerunt. Caſſi. Vnde bene dixit, ſicut oues, & non abſolute oues, quia non credendo facti ſunt hedi. Hic enim. Sicut. veritatem non ſignificat, ſed imaginationem (In manu Moyſi & Aaron) Senſus ad literam, ſatis patet. Caſſio. Glo. Per nomina autem iſtorum duorum, ſcilicet Moyſi & Aaron ſignificantur etiam ipſa facta eorum quæ ipſi egerunt. Et miſtica, quę in eccleſia ſpiritualiter fiunt. Moyſes enim interpretatur aſſumptus, quia de flumine ſumpt⁹ eſt, Aarō vero mons fortitudinis. Moyſes autem inter cætera. In mari viam fecit ſignificās per baptiſmum populum liberandum Aaron eccleſiæ tenebat ymaginē, quæ monti fortiſſimo comparatur.

¶Pſalmus.lxxvij.

¶Titulus.

Intellect⁹ ✠ Aſaph — ✠ Heb. eruditio

Lyra. Aſaph fecit hūc pſalmum volēs oſtendere ex ſcripturis & hyſtorijs antiquis ꝙ regnum Iſrael pertinebat ad Dauid & ad poſteritatem eius ex diuina electione. Et ſecundum hūc ſenſum proſequitur expoſitionē huius pſalmi.

Augu. Glo. Caſſiodo. In hoc pſalmo narrantur ea quæ in veteri teſtamento diuinit⁹ acta ſunt, ſcilicet quæ beneficia contulit deus populo ei⁹. Et quas pœnas ingratis incuſſerit. Dum autem in hoc pſalmo hyſtoria refertur, noui teſtamēti gratia declaratur. Sic enim Iudęos pro ſuis delictis dicit expulſos, & Chriſtianos aſſerit intromiſſos, vt vtriuſq; legis intentionem in vnum faciat pendere. Per acta enim in veteri populo, intendit nouum monere populū, ne ſint ingrati de beneficijs dei. Et iram eius in ſe prouocent. Caſſiodorus. Vox eſt ergo prophetę ad Iudęos enumerans quanta eis beneficia & munera deus tribuerit & mirabilia oſtenderit. Qualiſq; in eis vindicta prouenerit. Aſaph autē vt dictum eſt hebræa lingua ſynagogam. latine congregationē ſignificat, ſed quia intellectum præmiſit, fidelem hic ſynagogam loqui poſſe declarauit. Et diuiditur in nouem partes. In prima parte inuitat nos ad ſpiritualem intelligentiā attentos nos faciens, quia quæ videntur aperta, parabolæ ſunt & enigmata. In ſecunda nos reuocat ſpiritualiter ab ingratitudine oſtendēs ingratitudinem Iudæorum, ibi. Quanta audiuimus. In tertia oſtendit, quæ & qualia fecerit dn̄s Iudęis in ęgypto, & in ei⁹ exitu, ibi. Corā patribus. In quarta dicit ꝙ deus differēs vindictā prius dedit eis quæ petebāt, ne nō poſſe dare videretur, ibi. Ideo audiuit. In quinta agit de pœna eorū, & de eorū ſimulata pœnitētia, ibi. Adhuc eſcę. In ſexta enumerat plagas ęgipti propter — Diuiſio.

populum Iſrael factas, ibi. Quotiens exarcerbauerunt. In ſeptima oſtendit quomodo Iudęos introduxerit in terram promiſſionis. Et ipſi ingrati iterum offenderunt deum, ibi. Et abſtulit. In octaua agit de vltione facta in Iudęos in terra promiſſionis, ibi. Audiuit deus. In nona agit de rege Dauid, & loco regni, & oſtendit prærogatiuam Iudę, ibi. Et repulit tabernaculum Ioſeph. Caſſiodorus Per hunc itaq; pſalmum ab initio electionis gentis hæbraicę vſq; ad aduentum domini ſaluatoris facta deſcriptio eſt. Hugo Cardinalis. Dicit ergo caput eccleſiæ. Chriſtus ad membra ſua. Vel deus pater.

i ✠ Heb. auſculta populus meus.

Attendite ✠ popule meus legem meam, inclinate aurem veſtram in verba oris mei.

Hugo cardinalis. (Attendite inquit, id eſt diligenter audite (popule meus) chriſtiane (legem meam) Gloſa. Id eſt veritatem rei quæ in figuris tegitur. Auguſtinus. Caſſiodorus. In hoc enim principio loquitur deus qui per Moyſem legem dedit. Caſſiodorus. Et dum dicit (attendite) non tantum vult quod dicitur (auribus percipi) ꝙ veritatem dicti, cordis oculis intueri. Dum etiam dicit (popule meus) illos ſignificat qui eius mandatis obediētes fuerunt (inclinate.) Gloſa. Per humilitatem. ſ. Et ſic bene attendetis. Caſſiodorus. In hoc enim affectus precipitur audiendi, quoniam qui toto corde vult audita percipere, aurem ſuam cognoſcitur inclinare, vt humilis ac paratus accipiat quod de ſancta poteſtate emanat. (Inclinate igitur aurem veſtram) Gloſa. Cordis ſcilicet. Hugo cardinalis. Et corporis (in verba oris mei) Hugo cardinalis. Id eſt filij mei per quem locutus ſum in nouo teſtamento. Gloſa. Vel os dei eſt aſaph qui inferius locuturus eſt. Et ideo attendite. Quia.

ii ✠ Heb. enigmata antiqua.

Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio.

Gloſa. (Aperiā inquit os meum in parabolis) quę apertæ ſunt. Caſſiodorus. Parabola enim græco vocabulo dicitur ſimilitudo. quando ſcilicet illud quod intelligi volumus per cōparationes aliquas iudicamus. Lyra. Vel parabolæ vocantur facta & dicta veteris teſtamenti, quia fuerunt figuræ noui. Caſſiodorus. Os autem ſuum dicit aſaph, qui inferius eſt locuturus. Sequitur (loquar) Gloſa. Per aſaph (propoſitiones ab initio) Caſſiodorus. Id eſt obſcuras & abditas quæſtiones, quæ adhibita diſputatione ſoluendæ ſunt. Lyra. Vnde alia litera habet enigmata antiqua quæ ſolent tractari inter ſapientes ab antiquo. Gloſa Propoſitiones enim græcæ dicuntur probleumata. Quod autem dicit (ab initio) intellige veteris teſtamenti. Auguſtinꝰ. Vel ab initio ex quo ſcilicet populi congregatio educta eſt ex ægypto vt ſenſus pertineat ad aſaph, qui interpretatur congregatio.

3 Secūda pars. heb. quę.

Quanta ✠ audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerunt nobis.

Gloſa. Hugo card. Secunda pars vbi ſummatim dicit quæ Iudæis deus fecit oſtendens ingratitudinem eorū, ne ſimus ingrati ſicut patres eorum. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Et notandum ꝙ prius in homine locutus eſt deus. Nunc repente homo loquitur, introducitur enim aſaph loquēs. Hieronymꝰ. Vel hucvſq; locutꝰ eſt Chriſtus, iſtud vero quod ſequitur pertinet ad apoſtolos, qui narrant quæ audierunt a patriarchis & prophetis. Hugo cardinalis. (Quanta inquit audiuimꝰ) quaſi dicat multa & magna (Et cognouimꝰ) ea vera eſſe. Caſſiodorus. Cum enim dicit (quanta) multitudinem rerum demōſtrat (audiuimus vero ad prophetas (Et cognouimus) ad nouum pertinet teſtamentum. hæc nanq; audita ſunt cum prophetarentur. Cognita vero dum per Chriſtū implerentur. Gloſa. Sed a quibus audiuimus. Ecce (Patres noſtri, narrauerunt nobis) Caſſiodorus. Partes ſuos dicens Moyſem, & alios ꝓphetas veteris teſtamenti qui de aduentu domini multa locuti ſunt & illuminati prædicauerunt. Hieronymus. Ideo autem illi locuti ſunt vt nos filij eorum ſciremus. vnde ſequitur.

Non ſunt occultata a filijs eorum, in generatione altera. ✠ 4 ✠ Heb. ſequēti.

Caſſi. Nō ſunt inquit occultata a filijs eorū, filijs ſcilicet ſpiritualibus qui eorū imitatores fuerunt. (In generatione altera.) Idem. Altera generatio, iam nō hebræorū, ſed gentiū cōgregationē ſignificat quæ ex aqua & ſpiritu ſancto generat̄, vñ & illi verę intelligentiæ lumine ſunt repleti. Caſſi. Hæc inquā annunciauerūt nobis patres noſtri.

Narrātes laudes domini & virtutes ✠ eius, & mirabilia eiꝰ quę fecit. 5 ✠ Heb. potētias

(narrātes inquit laudes domini. (Hugo car. Id eſt opera eius laudabilia. Caſ. Facta quippe dñi narrare laudare eſt cuiꝰ dum opera referūtur gloria ſemper auget̄ (Et virtutes eius) Idem. Virtutes) liberationes dicit. quas fecit in populo Iudæorū cū eos de Pharaonis impia poteſtate liberauit (& mirabilia eius) Idē. Quod ſcilicet in deſerto eos māna pauit. Et modica ac leniſſima cōcertatione gētes eis potētiſſimas ſubiugauit. Addidit. quæ fecit vt nō tantū promiſſa, ſed etiā completa eſſe viderentur.

Et ſuſcitauit ✠ teſtimoniū in Iacob, & legem poſuit in Iſrael. vi ✠ Heb. ſtatuit cōtentionē.

Glo. (Et ſuſcitauit) inquit (in Iacob) in populo ſcilicet Iudaico (teſtimoniū id eſt legē ſuſcitauit dico, quia per illud teſtimoniū peccatū quod latebat apparuit & reuixit (Et legē) hoc eſt teſtimoniū poſuit in Iſrael, id eſt in Iacob. Aug. Glo. Hoc itaq; teſtimoniū eſt initiū de quo ſupra dictum eſt loquar propoſitiones ab initio. Initiū enim eſt vetus teſtamentū, quia ibi timor eſt qui eſt initiū ſapientiæ, finis vero eſt nouū teſtamentū, quia in eo eſt Chriſtus, qui eſt finis legis ad iuſtitiā omni credenti. Huius autē noui teſtamēti reſtimoniū dicitur lex vetus, quia nouū teſtamnetū habet teſtimoniū a lege & ꝓphetis vnde (Tabernaculū) teſtimonij dicebat̄, illud qđ tot myſtica figurabat. idē ergo ſignificat̄, p (teſtimoniū) & p (legē) Sed alia & alia ratione, quia teſtimoniū dicitur vetus teſtamentū

pricipiū et finis.

inquantum probat, lex vero inquantum iubet. Caſſiodor⁹. Gloſa. Vel ſuſcitatum eſt teſtimoniū in Iacob, quando cum angelo colluctans in præfiguratione futurorum, tactus vno femore claudicauit ſignificās Iſraeliticum populum partem fidei firmitate conſtare poteſtate a ſua potius ſalute diſcedere. Et legem poſuit in Iſrahel. Idem quaſi peccatoribus iugum ne vaga volūtate permiſſi in deuios laberentur errores. Lyra. Lex enim dicitur a ligando: quia filij Iſrahel eam ſuſceperant pro ſe & ſuis poſteris: quibus propterea tenebantur eam notificare. vnde ſequitur.

7 QVanta ✠ mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis vt cognoſcat generatio altera.‡

✠ alia li. que.
‡ alia li. generatio ſubſequens.

Caſſi. Verſus iſte ſignificat per generationes fuiſſe mandata dei tranſmiſſa: ne quis putaret vni datum quod omnibus eſt cōceſſum. (Quanta inquit mandauit patribus noſtris.) Gloſa. Antiquo: ſcilicet illi populo qui accepit mandata a deo. Mandata quippe patres acceperunt quę tamen ipſi non nouerunt nec fecerunt; ad quid ergo mādauit ea: ecce (Nota facere ea filijs ſuis) id eſt nouo populo noui teſtamenti qui mandata nouit & fecit quod quaſi exponendo ſubdit. Ad hoc inquā acceperūt vt cognoſcat generatio altera, quod ſcilicet illa nō cognonit. Caſſiodorus. Non vtiq; generatio iudaica: ſed ea quæ de gentibus fuit electa. Altera enim hic extraneos ſignificat non propinquos.

8 FIlij qui naſcentur & exurgent, narrabunt filijs ſuis.

Gloſa. Hugo Card. (Filij) inquit: id eſt chriſtiani. (Qui naſcenť in baptiſmo ex aqua & ſpirituſāċto.) Caſſiodorus. (Filij) enim chriſtiani ſuut qui prędicationes ſanctas ad animarum ſalutem conferendam ſuis poſteris tradiderunt. (Et exurgent) Hugo card. Ad amorem cęleſtium: & in profectum virtutum: & altitudinem vitæ. Aug. Gloſa. Surſum habentes cor. Nam illi qui nati ſunt & non exurrexerunt, nō ſurſum cor ſed in terra potius habuerūt, hij inquā (enarrabunt filijs ſuis) Gloſa. Id eſt poſteris ſuis. Hugo cardinalis. Inſtruentes eos in fide & moribus hoc, ſcilicet fine.

9 VT ponant in deo ſpem ſuam, et non obliuiſcantur operum ✠ dei et mandata eius exquirant.‡

✠ alia li. cogitationū dei
‡ Alias cuſtodiēt

Gloſa. Caſſiodorus. Hæc inquā eſt vtilitas paternæ prædicationis vt poſteri ſui ponāt in deo ſpē ſuam. Non in lege quę punit: ſed in gratia conceſſa quæ redimit. Auguſtinus. Et vt non cōſtituant iuſtitiam ſuam ſed reuelent ad deum viam ſuam & ſperent in eum vt ipſe faciat. (Et non obliuiſcātur operum dei) Gloſa. Iactando opera ſua quæ nulla ſunt niſi a deo ſint. Caſſiodorus. (Vel non obliuiſcantur operum dei) ſicut fecerunt perfidi iudæi qui oblito auctore ſuo ad culturas ſe demonum tranſtulerūt. (Et mandata eius exquirant) Caſſiodorus. Gloſa. Operando: hæc eſt enim dei vera recordatio, ſi mandata eius deuotis mētibus impleamus. Ideo autem dico, exquirant.

10 NE fiant ſicut patres eorum, generatio praua ✠ et exaſperans.

✠ alia li. amaricans: et alia habet gen⁹ prauum et per amarum. ‡ Alias declinās et prouocans.

Hieronymus. Ne fiant inquit ſicut patres eorum: ne ſcilicet murmurent, ſicut murmurauerunt quidam in deſerto & perierūt (Generatio praua & exaſperans.) Idem. Non ego hoc loquor: propheta tuus hoc loquitur. Quare autē dixit (praua) Quia facti ſunt in arcum prauum, arcus enim nunquam extenditur in eum qui ſe mittit: ſed contra aduerſarium. Iſti vero econtra fecerunt, mittentes ſagittas blaſphemiæ in creatotem ſuum: & ideo dicuntur (Generatio praua & exaſperās.) Gloſa. Et quia praua, ideo eſt.

11 GEneratio quę non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cū deo ſpiritus eius.

✠ Alias et nō credidit deo ſpiritus eius.

(Generatio inquit quæ non direxit cor ſuum. Gloſa. Ad diuina ſcilicet vt ſe corrigeret. Lyra. Et vt deum diligeret, & in præceptis eius ambularet. Caſſiodorus. Gloſa. Diſtortum enim cor habet qui praue intellecta non corrigit, & quę natura docet non perficit. Ille vero mentē dirigit qui ad diuinas ſe corrigit iuſſiones. Sed cur talis eſt hęc ſequitur (Et non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Aug. Gloſ. Ideſt quia non habebant fidem quę impetret quod lex imperat, ſed quaſi ex operibus iuſticiam quęrebant. Illa enim generatio et ſi credidit deo non tamen in deum, quia non fide adhæſit deo. In deum enim credere eſt ei bene operando adhęrere, ſequitur.

12 FIlij Ephrem, intendentes & mittētes arcum, conuerſi ✠ ſunt in die belli.

Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Gloſa. Filij Ephrem inquit intendentes & mittentes arcum, id eſt, promittentes ſeruare legem: & aperte dicētes, Omnia quæcunq; dixerit nobis dominus faciemus & audiemus (conuerſi ſunt in die belli) quando dixerunt Aaron; fac nobis deos quos, adoremus. Defecerunt inquam in die belli: id eſt in die tentationis: vnde Oſee propheta ait. Ephraim factus eſt quaſi columba incipiens non habens cor. Quia promiſſionem obedientiæ, non auditio: ſed tentatio probat. Nihil enim aliud eſt tendere arcum & mittere, & cōuerti in die belli, niſi attendere & promittere in die auditionis, & deſerere in die tēptationis. Auguſtinus. Gloſa. Per filios vero Ephrem totam gentem iudæorum intelligi voluit, totum a parte ſignificans: quod ideo eſt, quia ab his potiſſimum aliquid boni expectandum fuit. Sunt enim de illo filio Ioſeph cui Iacob benedicens dexterā impoſuit, & maiori præpoſuit. Cum autem hæc tribus, hic culpetur patet Iacob tunc figuraſſe ꝙ nouiſſimi eſſent primi. Et primi, nouiſſimi per aduentū ſaluatoris. ſic & Abel maiori fratri ſuo prælatus eſt, Iſaac, Iſmaeli, Iacob, Eſau, cū gemino ſuo prius nato: Phares, Iaram: qui prius manum emiſerat. Dauid fratribus ſuis maioribus: ſic populo iudæorum prælatus eſt populus chriſtianus: ſequitur.

✠ Alias terga verterunt.

Filij Ephrem.

xiij ✠alia li. pactum dei ſui

NOn cuſtodierunt teſtamentū ✠ dei, et in lege eius noluerunt ambulare.

Auguſti. Ecce quid eſt cōuerſi ſunt in die belli, q̄a non cuſtodierunt inquit teſtamentum dei. Gloſ. Nō quia nō potuerūt, ſed q̄a noluerūt, & ideo ſubdit. Et in lege eius noluerunt ambulare, & ſi quandoq; ambulent, tamen nolunt, quia non ex corde hoc faciunt. Faciunt enim q̄d malent non pręcipi ſibi. Ex corde autem nullo modo fit q̄ fit ex formidine pœnę nō dilectiōe iuſtitię. Pares itaq; ſunt manu, ſed non corde qui non furantur timore pœnę, & qui iuſtitię ſequitur.

14 ✠alia li. cōmutationum

ET obliti ſunt benefactorum ✠ ei9, & mirabilium eius quę oſtēdit eis.

Hug. cardi. Lyra. In quo manifeſtat ingratitudinem iudæorum, & obliti ſunt inquit, ſcilicet filij Iſrael generaliter benefactorum eius, quia flagellando ægytios & pecora eorum ſaluauit hebręos, & ſubſtantiam eorū. Deduxit eos per mare rubrū, per deſertum, per medium iordanis. Et mirabiliū eius, quæ oſtendit eis. Lyra. Qui ægyptijs exiſtentibus in tenebris tribus diebus, lux magna erat vbicūq; habitabant filij Iſrael. Et in alijs plagis ægypti quæ fuerunt valde mirabiles, a quibus filij Iſrael fuerunt immunes.

15

COram patribus eorum, fecit mirabilia in terra AEgypti, in cāpo Thaneos.

Tertia pars.

Caſſiodo. Glo. Tertia pars in qua incipit narrare, quæ ab eductione de terra ægypti fecit eis deus. Nec tamen deſtiterunt a murmure, & a tentatione quaſi dicat. Obliti ſunt mirabilium ei9, & tanquā quæreretur, quorum mirabilium, & vbi factorum. ecce. Coram patribus eorum, fecit mirabilia. Caſſ. Auguſt. Glo. Hoc eſt coram Moyſe. Aaron & alijs ſenioribus quibus credere debuiſſent cum patrum dulcis ac firma ſoleat eſſe relatio, & vt omnem dubitationem adimat etiam prouinciā dicit & locū vbi hæc facta ſunt. In terra ſcilicet ægypti in campo Thaneos. Lyra. Thanis ciuitas eſt ægypti regia, in qua tenebantur conſilia regis propter quod de ea fit ſpecialis mentio, cum ibi facta fuerint maiora ſigna, quia rex ibi habitabat. Caſſiodo. Et interpretatur humile mandatum, quod in terra poſitus Chriſtus docuit dicens. Diſcite a me quia mitis ſum. (Sequitur.

Thanis

xvi ✠alia li nūquid diuiſit mare et traiecit eos. ‡ Alias in aceruum.

INterrupit ✠ mare & perduxit eos & ſtatuit aquas quaſi in vtre. ‡

Caſſiodorus. Interrupit inquit mare, quod quis, ſit liquidum elementum, ruptum tamen maluit dicere quam diuiſum, quia reuera ruptum eſt quādo in vtrunq; latus permanſit, vt non tam pelagus quam exciſę rupes putaretur. (Et perduxit eos). Caſſiodorus. Ad promiſſam ſcilicet terrę ſecuritatem vbi iam cōmuni ſorte ſine metu pelagi viderētur incedere, quid autem ſequitur. Et ſtatuit aquas quaſi in vtre ad illud pertinet quod dixit interrupit mare, vt ſic ſtaret vnda immobilis tanquā fuiſſet incluſa in valis.

ET deduxit eos in nube diei ✠ & tota nocte in illuminatione ignis. xvii ✠alia li per diē

Lyra. Ad literam enim colūna nubis protegebat eos ab ardore ſolis. Et columna ignis oſtendebat eis viam in tenebris noctis. Hieronymus. Per nubem autem myſtice, virginē ſignificat glorioſam quæ non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce ſuper quam venit dominus in ægyptum ſæculi huius. Dominus vero Chriſtus ignis cōſumens eſt, nam ſicut ignis lucet, & vrit, ſic & dominus. Si peccatores ſumus incendit, ſi vero iuſti lucet nobis. Caſſi. Gloſa. Vel dies Chriſtus eſt qui perfidis carnis ſuę nube celatus eſt, & ſicut illis nubes contra ęſtū ſolis. Sic nobis Chriſtus per incarnationem, dat refrigerium contra ęſtum vitiorū, tota nocte, id eſt toto tempore vitæ noſtræ.

nubis nomine.

INterrupit petram in heremo, & adaquauit eos velut in abiſſo multa. 18

Lyra. Hæc ad literam quādo eductę ſunt aquæ de petra Oreb: vbi abundāter potauit eos Caſſ. Glo. Prius autem aqua maris ſtetit quaſi petra. Modo vero petra fit fons (Interrupit inquit petram in heremo.) Caſſiodo. Vt oſtenderet ibi factum miraculum, vbi nō erat aliud in neceſſitate remedium. ideo autem dicit. Et adaquauit eos vt iumenta potius viderentur ſignificare, q̄ homines qui de tantis beneficijs gratias non egerunt, dum vero dicit velut in abyſſo multa abūdantiam declarauit quæ velut de abyſſo pelagi ita multa profluxit. Sequitur.

ET eduxit aquam ✠ de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. xix ✠alia li riuos.

Lyra. Iſta eductio aquæ, fuit alia a pręcedente. Illa enim fuit ante legem, iſta vero poſt. Gloſ. Eduxit inquit aquam de petra, quod mirum eſt. Hugo cardinalis. Et non tantum eduxit vt ſemel biberent, ſed etiam eam deduxit poſt eos quocunque ibant. Caſſiodorus. Et ne putares parum aquæ manaſſe addidit (tanquā flumina aquas). Glo. Id eſt copioſe. Idem. Hieronymus. Myſtice autem petra hic, ſignificat Chriſtum in ligno crucis lancea percuſſum, de cuius latere baptiſmi ſacramentum effluxit, de latere enim eius cum percuſſus eſt, ſanguis & aqua proceſſit, quod martyrium & baptiſmum figurauit. Hugo cardinalis. Conſequenter oſtendit eos de tantis beneficijs fuiſſe ingratos, dicens.

20 ✠alia li. exacerbauerūt altiſſimum ‡alia li. in inuio i ſiccitate

ET appoſuerunt adhuc peccare ei, in iram excitauerunt ✠ excelſum in inaquoſo ‡.

Caſſiodorus. Gloſa. Hæc inquam fecit illis deus. Et tamen illi ſcilicet praua generatio, adpoſuerūt adhuc peccare ei, id eſt adiecerunt vt inter tot miracula non crederent, cum etiam ipſorum elementorum conuerſa natura proclamaret. Peccare autē dicit, non credere, quod nimis improbum cōſtat eſſe delictum, a deo ſcilicet beneficia petere, eiſq; perceptis debitas gratias non referre. Sequitur. (In iram excitauerunt excelſum in inaquoſo.)

credē tes deum ſibi difficilia poſſe facere,quem videbāt tam ingentia poſſe complere,quod grauiſſimum eſt apd deum,vnde dum dicit (in inaquoſo) non tam locum q̄ mentem eorum ſignificat. Tot nanq; miraculis compluti totum carnalibus deſiderijs applicantes ventre tantum non ſenſibus explebantur. Lyra. Vel ad literam intelligitur, quod propter defectum aquę frequenter, murmurabant contra deum &.Moyſem. Gloſa. Quomodo autē excitauerunt excelſum in ira.Ecce.

21 ET tentauerunt deum in cordibus ſuis , vt peterent eſcas animabus ſuis.

duplex tētatio. Auguſtinus. Caſſiodo. Aliud eſt petere credendo, a liud tentando. Caſſiodorus. Iſti vtiq; tentando petierunt,qui poſt ea quam acceperunt indigna locuti ſunt. Tentare enim dicimus aliquid doloſe poſtulare,vt videatur in verbis ſimplicitas cum ſit
tentare quid. in corde malitia. Lyra. Vel tentare eſt accipere experimentum de aliquo prout iſti. Voluerūt enim experiri in ſenſibili ſigno,an deus haberet curam de eis,prouidēdo eis de victualibus,ideo ſubditur (Vt peterent eſcas animabus ſuis.)Caſſiodo. Non quidem ſpirituales eſcas,ſed carnales ſubdole po poſcerunt.

22 ET male locuti ſūt de deo, dixerūt nunquid poterit deus parare menſam in deſerto?

Caſſiodo. Et male inquit locuti ſunt de deo ,vtiq; male,quia falſa locuti ſunt, quid autem dixerunt? Sequitur.(Nūquid poterit de⁹ parare menſam in
„ deſerto?) Idem. Iſtud,nunquid,imputatiue legendum eſt pro non . Non enim credebant eum hoc poſſe facere,qui dat eſcam omni carni. Gloſa. Hęc autem diffidētia deo magna eſt iniuria. Lyra. Mēſa vero hæc,ponitur pro refectione ſplendida carnium quam petebant,quia erant attediati eſu mānę. Sequitur.

23 QVoniam percuſſit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt.

Caſſiodorus. Gloſ. Nimis fatua cogitatio. Exemplum enim potentię dei dant , & de ſimili deſperant. Dubitant enim eum,qui de petra iuſſit aquas effluere non poſſe eſcas eſuriēti populo miniſtra-
Aque qd re. Hieronymus. Vel myſtice aquæ ſignificant donum ſpiritus ſancti,& fluenta diuinæ prædicationis a petra hoc eſt a Chriſto ,plata . Vel per aquas
Torres. apoſtolos,per torrentes vero reliquos eccleſiæ doctores,ex quorum prædicatiōe ſitim verbi reſtringim⁹,vel a Chriſto qui eſt petra,percūſſo propter peccata noſtra fluxerunt aquę baptiſmi,& torrentes martyrum inundauerunt. Sequitur.

24 NVnquid & panem poterit dare, aut parare mēſam populo ſuo?

Iudæos pparare carnem. Gloſa. Id eſt copioſam refectionem tot hominib⁹ quaſi dicat. Nō poterit. Hieronymus. Difficile ei putant,virtutem dei,vt qui eduxerit aquam de ſaxo,quaſi non poſſit māna dare de cœlo. Lyra. Per petitionem autem panis , hic intelligitur petitio cibi delicati carnium,ideo ſubdit. Aut parare mēſam populo ſuo,id eſt refectionem ſplendidam & delicatam. Vnde in hebræo & in trāſlatione Hieronymi habetur,aut parare carnem populo ſuo.

IDeo audiuit domin⁹ & diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob , & ira aſcendit in Iſrael, 25 Quarta pars.

Gloſa. Hugo cardinalis. Quarta pars vbi dicit q; dilata vindicta deus dedit prius quæ petebāt, quaſi dicat. Petierunt hæc. Caſſiodorus. Gloſ. Et ideo ne ſcilicet videretur non poſſe(audiuit dominus) Glo. Dando eis rogata. Caſſiodorus . Vel audiuit dominus,qui cogitationes murmurationum etiā lingua tacente,cognoſcit(& diſtulit.)Caſſiodorus. „
Vindictam ſcilicet ne ſi vindicaret ad præſens crederetur murmurātes minime ſatiare potuiſſe,hoc etiam fecit vt differendo vindictam ſuam oſtenderet patientiam. Hugo cardinalis . Sed quia quod differtur non aufertur,propterea ſubdit,(Et ignis accēſus eſt in Iacob. Idem. id eſt in populo iudæorum. Lyra. Ad literam enim poteſt intelligi de il- Nūe.xi.
lo igne,qui deuorauit extremam partem caſtrorū. Sed melius accipitur hic ignis pro furore domini Caſſiodorus. Vel Iacob qui interpretatur ſupplātator ſignificat gentes quæ venientes ad Chriſtū ſupplantabant iudæos , quia illis introeuntibus iſtos conſtat expulſos. Et quāto plus iſti murmurabant,tanto plus illi igne charitatis accenſi confeſſionis ardore profecerunt. (Et ira aſcēdit in Iſ- „
rael). Idem. Quia dum illi aſcēdebantur ad gratiā, iſti perducebātur ad culpam. Hierony. Vel Iacob, & Iſrael, hic non accipiuntur in bonam partem ſecundum quam Iacob ſupplantator Iſrael vidēs interpretantur. Sed hic ita intelligendum eſt,accēſus eſt in Iacob terreno ignis concupiſcentiæ. Et ira in vltione diuina ſuper Iſrael carnalem aſcendit. Glo. ſed quare hoc ſequitur.

QVia non crediderunt in deo , nec ſperauerunt in ſalutari eius. xxvi

Caſſiodorus. Ideo dixit ira aſcendit in Iſrael , vt eos oſtenderet pertinaces,nunc cauſa ipſius obſtinationis exponitur. (Quia ſcilicet non crediderūt „
in deo.) Lyra. Ex miraculis enim precedētibus,debebant credere firmiter et ſperare quod deus non deficeret eis in neceſſarijs. Ipſi tamen nec ſperauerunt in ſalutari eius. Caſſiodo. Id eſt in Chriſto Caſſio.
qui dicitur ſalutare dei. Hieronymus. Non enim crediderunt in patrem,nec in filium,qui ſalus eſt mundi. Gloſ. Illud autē quod ſupra breuiter poſitum eſt ſcilicet,& quod audiuit,& quod ira aſcēdit, aperte hic incipit narrare. Et prius quomodo audiuit,exequitur poſtea in ſequēti parte quomodo vindicauit quaſi dicat. Ita audiuit.

ET mandauit nubibus deſuper , & ianuas cœli aperuit. 27

Lyra . Et mandauit inquit nubibus deſuper, quia manna data eis, pro pane generabatur ſurſum in aere,vbi eſt locus nubium.(Et ianuas cœli) ſcili- „
cet aerei(aperuit)eis inquantum manna inde deſcendere fecit. Hieronymus. Præſtita itaque ſunt hæc hebræis . Sed & modo in eccleſia prophetis apoſtolis & prædicatoribus p̄cipitur,vt nobis verbum prędicationis quo anima ſpiritualiter pa

ſcatur annuntient. Caſſiodo. Mandatum eſt nim nubibus. hoc eſt prędicatoribus, per ianuas cœli, hoc eſt ſcripturas ſanctas aduentum domini ſaluatoris nunciare qui vere manna ſumitur, quando adorabili communicatione guſtatur.

28 ✠alia li. triticum ET pluit illis manna ad manducandum, & panem ✠ cœli dedit eis.

Lyra.) Et pluit inquit illis manna.) Deſcendebat eī manna in modum pluuię cum rore. Caſſiodor⁹. Pluit autem dicit, vt oſtenderet eſſe magnam largitatem, & ne dubitares quę eſſet illa pluuiat, ſubdit. (Manna ad manducandum.) Idem. Manna autem interpretatur quid eſt hoc quod ſanctę communioni corporis chriſti decenter aptamus, quia dum admirando cibus aſſumitur corporis dominici munera declarantur, ſequitur. Et panem cœli dedit eis. Lyra. Id eſt. formatum in cœlo aereo. Caſſiodorus. Miſtice autem panis iſte Chriſt⁹ eſt, vnde cęleſtia ſpiritualem eſcam capiunt & delectatione ineſtimabili perfruuntur.

29 ✠alia li. frumentatione Alia.li. fortium ✠alia li. ſaturitatem. PAnem angelorum ✠manducauit homo, cibaria✠miſit eis in abūdātia.

Hugo cardi. Panem inquit angelorum manducauit homo, qui ideo decitur panis angelorum quia angelorum miniſterio parat⁹, vel quia ſignificet Chriſtum. Caſſiodorus. Gloſa. Panis enim angelorum Chriſtus eſt, quē vt manducaret homo, verbum caro faſtum eſt. Iſte autem panis in cœlo angelos ſui contemplatione replet, & nos in terris paſcit & reficit. Hiero. Iſte eſt panis viuus qui de cœlo deſcendit, quo ſancti reficiuntur & angeli ſe quitur. (Cibaria miſit eis in abundantia). Idē. Vt iā non litterę ordeo, ſed ſpiritualis tritici dogmate ſacientur. Caſſiodorus. Illud autem dicitur abūdare, quod non poteſt aliqua auiditate conſumit Gloſa. Sed quomodo miſit, ecce.

30 TRanſtulit auſtrum de cœlo, & induxit in virtute ſua Africum.

Lyra. Fecit enin tunc ceſſare auſtrum meridionalem ventum, & flare africum qui eſt ventus occidentalis qui arreptas vltra mare coturnices deduxit & diuiſit in caſtris. Glo. Sūt enim ibi abundātes coturnices. Caſſiodo. Vel per auſtrum & africum, Ventos meridianos quibus pigrum frig⁹ expellitur, & aeris temperamenta preſtantur, verba domini intelliguntur, quę charitatis igne flagrātia mundo ſalutarem preſtiterunt temperantiam. Hieroni. Hiero. In ventis enim iſtis, flatum ſpiritus ſancti demōſtrat. Gloſa. Ideo autem dicit, in virtute ſua ne ſibi det africus quę ex deo habet.

31 ET pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata.

puluis & arena Hiero. Gloſa. Per puluerem & arenam multitudo ſignificatur ſeu abundantia. Lyra. Tāta enim fuit ex eis abundantia φ ſatis habuerunt de illis vſq; ad menſem. Gloſa. Et in hoc fuit mirabile, φ q̄uis eſſent volatilia pennata, ea tamen pro voluntate capiebant. Caſſiodo. Glo. vel miſtice, puluis ſignificat intelligentię ſubtilitatem quæ ad ſuperna cōſcendit. Per arenamvero innumeram prudentiæ copiam ſalis ſapore conditam. Et per volatilia pēnata, deſideria quibus anima paſta pingueſcit voluit intelligi, quę omnia inter cepta eccleſię poſſumus accipere. volatilia

ET ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum. 32

(Et ceciderunt inquit in medio caſtrorum.) Lyra. Ita φ poterant ea capere ſine difficultate. Gloſa. Hugo cardi. Vno enim vel duobus dum taxat cubitis, volabant ſuper terram. (Circa tabernacula eorum) itinere vnius diei. Caſſiodo. Gloſa. Auguſti. Per hoc autem miſtice ſignificatur φ venti id eſt prędicatores ſponte veniunt ad homines, Et portant eis verba diuinitus miſſa, vt in ſuis ſedibus & circa tabernacula ſua capiāt volatilia, id eſt, audiāt dei verba quæ per volatilia figurātur, nam in omnem terram exiuit ſonus eorum, ſequitur.

ET māducauerūt & ſaturati ſunt nimis & deſiderium eorum attulit eis. non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. 33 Alia pri: uati.

Caſſiodo. Ecce conuicti ſunt qui deo aliquid difficile putauerunt. Expleuerunt enim deſideriū carnis ratione ieiunij, ventre pleni, ſed mente vacuati. Et manducauerūt inquit, & ſaturati ſunt nimis Lyra Quia multi tantum comederunt φ eis vertebatur in nauſeam. (Et deſideriū eorum attulit eis). Gloſa. Licet eis non profuerit, concedūtur enim interdum quæ non proſunt, non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Caſſiodo. Ne impotentiam dei quā ſacrilega mente conceperant, per difficultatē deſiderij ſui forſitan cōprobarent., ſatiati ſunt ergo ad ſuam ruinam, non vt inde viuerent, ſed potius interirent, nam vide quod ſequitur.

ADhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos. 34 Quinta pars

Gloſa. Hugo cardi. Quinta pārs vbi agit de vindictis & ſimulatis reuerſionibus eorum factis timore pęnarum. Et notandum quia ſupra dixit qualiter eos audiuit hic autem dicit quomodo iram quā diſtulerat aſcendit dicens. (Adhuc eſcæ eorum erāt in ore ipſorum. Caſſiodo. Dum ſcilicet manna & coturnicum carnibus veſcerentur. Eſca enim ab edendo dicta eſt. Hugo cardi. Non itaq; diu diſtulit vindictam pro peccato cōtra murmurātes, quia adhuc eſcæ eorū erant in ore ipſorum. Lyra. Quia non totum adhuc comederant. & probabile eſt, φ ipſi, vel plures eorum, actu comedebant quando dei punitio venit ſuper eos, ideo ſubditur. (Et ira dei aſcendit ſuper eos). Idem. Aſcendit inq̄ ſuper eos poteſtatiue ad puniendum eos. Hugo cardinalis. Dum autem dicit, aſcendit, oſtendit φ non ſolum pauperes, ſed etiam potentes, & magnates, puniti ſunt, vt infra patet. Hiero. Sic miſtice hodie ī eccleſia, qui corpus chriſti indigne recipiunt, iuditium inquit apoſtolus ſibi manducant & bibūt, Sequitur.

ET occidit pingues✠eorum & electos Iſrael impediuit. 35 ✠ alias plurimos et alias plurimos eorum

Glo Et occidit inquit pingues eorū ſuperbos ſci

licet de quibus prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum Hugo car. Lyra Vel per pigues diuites intelliguntur,& potentes. Et electos Iſrael impediuit. Lyra. Fortes ſcilicet & nobiles, quos omnes puniuit, ſine perſonarum acceptione. Caſſio. Vel hoc dicit quia propter peccatum vituli quã fecit Aaron, occiſi legũtur in vna die .xxiij. milia. Et Aarõ qui electus erat domini propter eos cecidit in reatum quorum murmuratio & ipſi quoq; Moyſi impediuit quando dixit. Nũquid de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? ſicq; factũ eſt, vt ex hoc etiam electi Iſrael ex prauitate peccãtium impediti ſunt ne venirent ad terram promiſſionis.

36 IN õnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt, in mirabilibus eius.

Gloſa. In omnibus ijs inquit, correcti ſcilicet peccauerunt adhuc. Lyra. Ex nimia ingratitudine nõ obſtantibus beneficijs & punitionibus prędictis Caſſiodo. Illa nãq; peccata deum potius exagerãt quę augmentis grauibus ſemper accreſcunt. (Et non crediderunt in mirabilibus eius.) Glo. Hugo cardina. Dei ſcilicet. Auguſti. Cum poſſent ſi crederent, dies in veritate ſine deffectu habere apud eũ cui dictum eſt, anni tui deficient. Et propterea ſequitur.

37 ✠ alia li. cõſũpſit

ET defecerunt ✠ in vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione.

Caſſiodor⁹. Et quoniam nec mirabilibus eius credere voluerunt, defecerunt in vanitate dies eorum Dies enim eorum defeciſſe dicit, quaſi languida tabe conſumptos. Dies enim peccatorum cum feſtinatione tanſeunt, iuxta illud. (Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Lyra. Hug. car Propter illud nanq; peccatum, omnes qui exierũt de AEgypto a viginti annis & ſupra ex diuina ſententia mortui ſunt in deſerto pręter Caleph & Ioſue & leuitas, qui non fuerunt numerati a viginti annis & ſupra, ſed ab vno menſe & ſupra. Et anni eorum cum feſtinatione. Lyra. Quia mors multorum accelerata fuit in ſeditione Choræ. Et per ſerpẽtes ignitos, & ĩ peccato Beelphegor pro quo occiſi ſunt viginti quattuor milia hominum. Hugo cardi. Poſt hęc agit de eorum ſimulata pœnitentia dicens.

38 ✠ alia littera hic ver ſitamẽ alia con uertebãt ante lu cem & ve niebant ad eum

CVm occideret eos quęrebant eũ ✠ & reuertebantur & diluculo veniebant ad eum.

Auguſtinus. Gloſa. Cum inquit deus ſcilicet occideret eos quęrebant eum, non propter ęternam vitam, ſed timentes occidi exemplo iam occiſorum. Hugo cardi. Lyra. Non enim illi qui occidebãtur quęrebant eum. Sed alij qui videbant eorum occiſionem. Gloſa. Sic autem loquitur quaſi de vno corpore, quia vnus populus ſunt. Et reuertebãtur & diluculo veniebant ad eum. Auguſti. Glo. Sed hoc totum propter acquirenda temporalia bona, & vitanda mala etiam temporalia faciebant. Qui ergo propter beneficia terrena deum quęrebant non vtiq; deum, ſed illa quęrebant, ſic tamen deus non colitur, ſed hoc colitur quod diligitur, ſequit.

Colitur pecunia

ET rememorati ſunt quia deus adiutor ✠ eſt eorum, et deus excelſus redemptor eorum eſt. 39 ✠ alias fortitudo

Hierony. Nullum nãq; intellexerunt poſſe adiutorium ferre, niſi illũ qui eos de ſeruitute AEgypti liberauit. (Et rememorati ſunt inquit quia de⁹ adiutor eſt eorum.) Glo. Hugo cardi. In bonis Lyra. Pugnans pro eis contra exercitum Pharonis. Et ſimiliter contra Amalech. Et deus excelſus redẽptor eorum eſt. Gloſa. Hugo cardi. A malis. Lyra Hęc autem reuerſio ad deum ſaltem quantum ad multos nõ erat ex amore iuſticię, ſed timore pœnę, vnde ſubditur.

ET dilexerunt ✠ eum in ore ſuo, et lingua ſua mentiti ſunt ei. 40 ✠ alias ladauerunt.

Hieronymus. (Et dilexerunt eum in ore ſuo) cum dicerent. Moyſi omnia quecunq; pręceperit nobis dominus, faciem⁹. Aug. Aliud tamen in ore, & aliud in corde eorum inueniebat, cum omnia ſecreta nuda ſunt & aperta, vnde ſequit. (Et lingua ſua mentiti ſunt ei.) Caſſiodorus. Sic cõtingit eis qui ſe putant per ſolum credere timorem. Nam ſi deus mixto amore non metuatur toto corde non quæritur, hoc enim grauiſſimum peccatum eſt, vt ſe dicant illi cõfiteri lingua cum cordis ima diſſentiãt quaſi ille omnia non cognoſcat q ſcrutator eſt cordis & renum, vnde & ſequitur.

COr autem eorum non erat rectum ✠ cum eo, nec fideles ‡ habiti ſunt in teſtamento eius. 41 ✠ alias firmum. ‡ alia li fides habitat illis in teſtamẽto eius.

Hieronymus. Caſſiodo, Sic etenim de ipſis dominus per prophetam teſtatur, populus inquit hic labijs me honorat. cor autem eorum lõge eſt a me (Cor autem eorum inquit nõ erat rectum cum eo) Glo. Quia nõ deũ propter deũ quęrebãt, quaſi de⁹ nõ cognoſceret corda humana Nec fideles habiti ſun in teſtamento eius. Caſſiodo. Glo. Quia non obſeruabant pręcepta eius ſicut promiſerant, & terrena volebant, non ęterna, vnde fideles non erãt nam qui fideliter credit, & opera facit. Fides enim dicitur ab eo q fiant dicta. Lyra. Teſtamentum autem pro legis pręceptis accipitur, quia in ipſo lex continetur. Lyra. Hugo cardina. Vt igitur magis appareat eorum malicia, econtrario conſequenter oſtendit dei miſericordiam dicens. Gloſa.

IPſe autem eſt miſericors & propitius fiet peccatis eorum, & nõ diſperdet eos. 42

Lyra. Ipſe autem eſt miſericos, quia eius propriũ eſt miſereri & parcere. (Et propiti⁹ fiet peccatis eorum) puniens eos citra condignum, & non diſperdet eos, totaliter delendo ſicut meruerant. Auguſtinus. Gloſa. Ex his verbis mali impunitatẽ ſibi promittunt, ſed ſciendum q miſericordia eſt etiam in malis, ſed ante iudiciũ, quia facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos. Et hęc eſt miſericordia ſiniſtrę non dexterę, temporalis non ſpũalis quę cõmunis eſt bonis & malis. Hieronymus. Quibus in hoc miſericors eſt, q non ſtatim punit deliquentẽ ſed expectat ad pœnitentiam, quia non vult mortem peccatorũ, ſed vt magis conuertatur & viuat. Alia dei in bonos & malos.

43 Heb. Et multum auertit irã ſuam

ET abundauit ✠ vt auerteret iram ſuam, et non aſcendit omnem iram ſuam.

Gloſa. Et abũdauit inquit miſericordia dei, vt irã ſuam, id eſt pœnam quam ĩceperat auerteret Caſ. Gloſa. Tunc ſcilicet cum orante Moyſe et dicẽte Obſecro domine dimitte peccata populi huius, aut dele me de libro quem ſcripſit manus tua, actum eſt, vt domini in eis ira placaretur, Vel tunc abundauit dum Chriſtus pro eis in cruce pendẽs orauit. (Et non accendit omnem iram ſuam). Glo. Vt eos pœnitus deleret & extirparet, & non puniuit eos q̃tum digni erant, cuius cauſa ſubditur.

44

ET recordatus eſt quia caro ſũt, ſpiritus vadens et non rediens.

Et recordat⁹ eſt inqt. Lyra. i. ad modũ recordãtis ſe habuit qa obliuio in deũ nõ cadit (qa caro ſũt) Gl. Id eſt fragiles. Caſſiodor⁹. Mouit enim pium iudicem fragilitas conſiderata peccantium. Hierony. Scit nãq; quia caro ſemper reſiſtit legi dei. Caſſiodor⁹. Caro autẽ dicta eſt quo cara ſit animæ ſuæ. Lyra. Et propterea hominis peccatũ remediabile eſt, quia pronus ad peccandum ex fomite peccati qui a carne procedit. Non autem peccatũ angeli qui carnem & oſſa non habet. (Spiritus vadẽs & non rediens.) Caſſiodorus. Subaudiendum eſt in hoc mundo quoniam ad ſuum corpus conſtat eum ĩ reſurrectione rediturum, vnde mirabili breuitate, hic hominis mors deſcribitur (quia eſt ſpiritus vadens & non rediens). Gloſa. Hugo cardinalis. Vel ſpiritus vadẽs per ſe in peccatum ſed nõ per ſe rediens a peccato. Hiero. Gloſa. Spiritus enim ſanctus recedit a peccatorib⁹ q̃diu in peccato ſunt, nec reuertitur ad eos per ſe, ſed per gratiam reuocatur.

cur hõ dicatur caro

cur hoĩs ꝗ nõ ãgeli remiſſibi. pctũz

45

QVotiens exacerbauerunt eum in deſerto, in ira concitauerunt eum in inaquoſo.

Sexta pars.

Gloſa. Hugo car. Sexta pars in qua enumerat plagas AEgypti propter populum Iſrael factas, comparando mala eorum, beneficijs dei. Et oſtendens magnitudinem peccati ex multitudine, quotiens inquit, id eſt multotiens non ſolum prędictis modis, exarcerbauerunt eum, peccata ſua reiterantes. Hierony. Ex ariditate, cordis ſui (in deſerto). Hug. cardi. Vbi maxime timendus erat, cum ibi nullum niſi ab ipſo auxilium expectarẽt. Lyra. Vnde de eis dicit dominus in ſecundo anno egreſſionis. Tentauerunt me inquit iam decies & in reſiduo temporis. xxxviij. annorum pluries eum offenderunt q̃uis omnia non ſint ſcripta Sequitur. In ira concitauerunt eum. Glo. Exacerbauerunt inq̃ vt bona tolleret (concitauerunt) vero vt mala faceret, & hoc in inaquoſo vbi potius timere debuiſſent. Hugo cardina. Cum nec ibi etiam aquã poſſent habere ſine miraculo. Gloſa. Deinde exponit quomodo eum exacerbauerunt dicens.

46

ET conuerſi ſunt & tentauerunt deum & ſãctum Iſrael exacerbauerunt.

Lyra. Et conuerſi ſunt inquit ad mala præterita. Gloſa. Quãuis prius dixiſſent quęcunq; præceperit nobis dominus faciemus, &. Lyra. Pro id eſt tẽtauerunt deum. Hugo cardi. Quia ab illo petebant quod ab illo ſe poſſe accipere dubitabant. (Et ſanctum Iſrael exacerbauerunt.) Hiero. Moyſem ſcilicet qui tunc erat ſanctus Iſrael qui deum, & mente videbat & oculis. Gloſa. Hugo cardi. Vel ſanctũ Iſrael, id eſt eum qui ſanctificat Iſrael exacerbauerunt, & ſic.

NOn ſunt recordati manus eius die qua redemit eos de manu tribulantis. 47

Lyra. Hugo cardi. Non ſunt inquit recordati manus eius, id eſt poteſtatis diuinæ. Caſſiodorus. Dictum eſt autẽ, recordare quaſi ad cor reducere. Gloſa. Non ſunt inq̃ recordati manus eius, id eſt potẽtiæ dei quam oſtendit in die qua redemit eos de manu tribulantis. Lyra. Pharaonis ſcilicet quem ſubmerſit in mare cum ſuo exercitu (pro liberatione populi ſui. Caſſiodorus. Gloſa. Quanuis enim tribulatio fixam ſoleat habere memoriam, infidelibus tamen nec ipſa tribulatio recordationem efficere potuit. Hieronymus. Vel per Pharaonem diabolus figuratur a cuius poſſe redẽpti ſumus. Glo. Deinde oſtẽdit quid nõ ſunt recordati, hec ſcilicet.

SIcut poſuit ✠ ĩ AEgypto ſigna ſua, & prodigia ſua ĩ campo Thaneos.

48 heb. Qui poſuit in egipto ſigna ſua.

Lyra Sicut poſuit inquit in AEgypto ſigna ſua, id eſt decem plagas quibus percuſſit AEgyptum. (Et prodigia ſua ĩ campo Thaneos. Thãneis vt ſupra dictum eſt, ciuitas eſt AEgypti vbi ſunt facta prodigia quæ hic leguntur. Prodigia vero dicta ſunt quaſi porro dicentia, id eſt quæ præfigurabant aliqua eſſe ventura. Omnes enim plagę illę aliquid ſignificabant. Gloſa. Plagas autem iſtas in AEgypto factas propter liberationem iudęorum incipit exponere. Caſſiodor⁹. Quas ad literã in AEgypto contigiſſe diuinę hiſtorię textus oſtendit dicens.

prodigiũ vnde

ET conuertit in ſanguinem flumina eorum, & ymbres ✠ eorum ne biberent.

xlix hebra. riuos. alia aquas pluuiales eorum.

(Et conuertit in ſanguinem flumina eorum).

Gloſa. Ad literam vel miſtice aqua in ſanguinem verſa ſignificat illos de rerũ cauſis carnaliter ſentire. Caſſiodo. Sicut enim alibi aqua quæ in vinũ conuerſa legitur per mutationem in melius ſignificat populorum ita hic in ſanguinem conuerſa iudęorum ſignificat populum in deterius permutatum, quia ſpiritualia carnaliter ſentiunt. Flumina ergo cõuerſa ſunt in ſanguinem, ne ſcilicet prędicationem ſpiritualiter intelligerent qui erant carnalibus ſenſibus occupati. (Et imbres eorum ne biberẽt. (Hugo cardi. Id eſt ciſternas quę de imbribus replẽtur. Glo. Auguſtinus. Alij vbi nos habemus imbres habent manationes aquarum, id eſt ſcaturigines ab imo aquas ebulientes, quas foderunt AEgyptij, & ſanguinem pro aquis inuenerunt.

MIſit in eos cynomiam ✠ & comedit eos, & ranam & diſperdidit ✠ eos.

50 ✠ Alias muſcam caninam ✠ alia li. exterminauit. Aliter legitur.

Sic legitur a beato .Hiero.Qui immiſit in eis omne genus muſcarũ vt crederunt eos.&c.Lyra.Miſit in eos inquit cynomiam,id eſt muſcam caninã quę eſt alijs grauior.Et fuit iſta quarta plaga AEgypti.Gloſa.Miſtice vero ꝑ muſcam iſtam canini mores intelliguntur,canes enim quando naſcuntur nec parentes videre dicuntur ſic nec iſti parentes vel prelatos honorant . Et ranam diſperdidit eos.Lyra.Hęc fuit ſecũda plaga,& ponitur hic ſingulare pro plurali.Caſſiodo.Miſtice autem rana eſt loquaciſſima vanitas hęreticorũ quæ cenoſis ſenſibus commorata garrire non deſinit. Hierony.Vel in ranarum vocibus pœtarũ carmina deſignantur.

52 ✠ alia li. fructum.

Et dedit erugini ✠ fructus eorũ, & labores eorum locuſtę.

Lyra.Et dedit inquit erugini fructus eorum,id eſt vento vrẽti qui corrumpit ſegetes. De iſta erugine non fit mentio in exodo nec pariter de pruina de qua infra,quia ibi dumtaxat ponũtur plagæ notabiliores,licet plures aliæ fuerint. Caſſiodorꝰ.

Erugo

Miſtice autem,erugo eſt amor turpis honeſtatem in minutione conſumens.Glo. Erugo enim quã alij rubiginem interpretãtur, nocet occulte quæ cõparatur vitio quod difficile apparet vt eſt multum fidere de ſe.Aura enim noxia hoc in fructibꝰ operatur latenter.Sic in moribꝰ occulta ſuperbia cum putat ſe aliquid eſſe qui nichil eſt. Sequitur (Et labores eorũ locuſtę).Lyra.Et labores inquit eorum,id eſt fructus per labores eorum productos locuſtę,id eſt locuſtis,Et fuit hęc octaua plaga. Caſſiodorus..Gloſa.Miſtice autem locuſta eſt maliuola atq; aſſidua detractio.Actus alienos inuida detractione corrodens,vel malitia ore ledens in fideli=ſcilicet teſtimonio.

52 ✠ alia li. ſycomoros. ‡ Alias frigore.

Et occidit in grandine vineas eorum, & moros ✠ eorum in pruina.

grando

Lyra. Iſta fuit ſeptima plaga.Gloſa. Et occidit inquit in grandine vineas eorum, id eſt bona eorũ. Caſſiodorus.Miſtice vero grando eſt comminatio domini,qua verberat contumaces. Gboſa. Vel eſt iniquitas res alienas auferẽs,vnde furta rapinę predeq; naſcuntur.Plus tamen vitio ſuo vaſtatur ipſe vaſtator,ſequitur,(Et moros eorum in pruina.Auguſtinꝰ. Gloſa.

Morus pruina.

Quę multum diſtat a grãdine,ſed & hoc in exodo non legitur,miſtice ergo exponitur.Morus autem calidæ eſt naturæ per quam charitas intelligitur quæ in pruina occiditur. Eſt enĩ pruina vicium quo charitas ꝓximi ſtulticiæ tenebris quaſi nocturno frigore congelaſcit.Caſſiodorus.Vel pruina eſt precurens anticipanſq; malitia quę alienos labores peruenire non permittit ad fructus.

53 ✠ alia li. paſcua ‡ alia li. ſ iumẽta eorum volucribus. caſſ. ſtultorum.

Et tradidit grandini iumenta ✠ eorum &, poſſeſſionem ‡ eorum igni.

Lyra.Et tradidit inquit grãdini inmenta eorum, quia animalia eorum tunc in campis exiſtẽtia,prę magnitudine grandinis fuerunt interfecta.Caſſiodorus.Gloſa.Morte autem pecudum, ſtultorum ſignificatur occaſus (qui velut beſtialiter viuentes motus illicitos continentię freno non cohibent. Hierony. In grandine vero caſtigatio diuina mõſtratur. Ab hac autem grandine hæc iumenta occiduntur,vt eorum inſipiẽtia arguatur.Et poſſeſſionem eorum igni.Gloſa.Hugo cardina.Hoc in exodo non legitur niſi ꝙ ignis & grando mixta pariter ferebatur, propter quod illud miſtice intelligere cogimur Ignis itaq; ſignificat immanitatẽ iracundiæ, qua & homicidium fit, qui in exodo non niſi cum grandine in fulgoribus vt fructus lederet accipitur . Hieronymus . Vel ignis immittitur vt illuminentur corda credẽtium,& vitia depaſcantur,ſicut & dominus ait. Ignem veni mittere in terrã,&quid volo niſi vt ardeat.Caſſ.Notãdum eſt autem ꝙ hę tres plagę,id eſt erugo pruina,& ignis quas hic dicit,in exodo penitus nõ leguntur pro quibus tamen aliæ tres ibi ſunt poſitę,ſcinifes ſcilicet vlcera & tenebrę,ſequitur

Miſit in eos iram indignationis ſuę indignationem & iram & tribulationem immiſſiones per angelos malos. 54 Alia li. immiſſiones.

Gloſa.Nouem plagas enumerauit,ante vero ꝙ decimam exponat ad exagerationem ipſius decimę plagę dicit,miſit in eos irã non vtiq; ad correctionem,ſed iram indignationis ſuę . Hugo cardina. Id eſt permiſit eis amiſſionem gratię quod eſt ira dei.Caſſiodo.Glo. Hic itaq; pulcre deſcribitur ordo diuinę vindictæ.Prius nãq; peccatis deus iraſcitur quando non compunguntur. Inde malitiã hominis in ſua indignatione ira & tribulatione derelinquit, vt ſuis aduerſitatibus affligãtur qui deo non obediunt & poſtremo nudati defenſione diuina in predam cadũt diaboli,vnde ſequitur,Indignationem & iram tribulationem immiſſiones per angelos malos. Idem.Indignatio enim pertinet ad tumidam hominis ſuperbiam Ira ad nephandam audatiam.Tribulatio vero ad confuſam deſperationem quę omnia immittuntur per angelos malos creatoris permiſſione aut imperio, non quidem imperciendo malitiam,ſed gratię ſubtractionem in hoc cadere permittendo.Hiero.Vt qui diuinis plagis non arguebãtur,diabolicis inſidijs tunderẽtur. Sunt enim angeli mali diaboli,de quibus in euangelio. Ite in ignem ęternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius.Lyra. Ipſi nãq; fuerunt in iſtis plagis executores diuinæ iuſtitiæ,ſequitur.

Viam fecit ſemitę irę ſuę,non pepercit a morte animarum eorum & iumenta eorum in morte concluſit, 56 Alia li. muniuit ſemitam furori ſuo.

Hiero. habet enim viam diuina ira cum in vltionem quis traditus non liberat animam ſuam a ſupplicio gehennę,vel cum inſipientia quæ iumentis eſt ſimilis in morte ſempiterna concluditur.Lyra.Viam fecit inquit ſemitæ iræ ſuæ, quia puniendo AEgyptios declinabat ab hebræis.Caſſiodorꝰ. Vel cum dicit viam fecit oſtendit aliter non licere diabolo in eos exercere vindictã,niſi prius fuerint domini defenſione priuati. Auguſtinus.Gloſa . Erat autem via iſta ſemita iræ dei quæ occulta ęquitate puniret ægyptios,quæ ideo dicitur ſemi=

ta itę,eo ꝙ ſemita recta eſt & occulta. Seqtur: (Nõ pepercit a morte animarum eorum .Lyra. Indifferenter percutiens magnos ſicut & paruos. Caſſ. Per mortem autem animarum hominũ intelligi voluit interitum,qui in illa clade occiſi ſunt a pte totum ſignificans per ſynodochęz. Et iumenta eorum in morte concluſit, Lyra. Iſta fuit quinta plaga,qua percuſſit animalia in campis peſtilentia. Gloſa. Hugo cardi. Homines autem cum iumentis enumerat,quia ſimiles erant illis homines beſtiales,quod melius aperit cum ſubdit.

56 ✝ alia li. ꝑmitiuũ ‡ alia li. ꝑcipiũ partus

ET percuſſit omne primogenitum ✝ in terra. AEgypti primitias ‡ oĩs labori s eorum in tabernaculis. Cham.

Lyra. Caſſiodorus. Iſta fuit decima plaga primogenitorum quam immiſit dominus per angelos malos(Et percuſſit omne primogenitum in terra AEgypti. Gloſa. Tam de hominibus q̃ de animalibus,Myſtice autem mors primitiuorum eſt amiſſio ipſius iuſtitię qua quiſq; humano generi ſocialis eſt. Caſſio. Glo. Primogenita autem ſunt ſumma mandata,vt illud. Diliges dominum deum tuũ & ꝓximũ, quibus non ſeruatis orbamur prole rationis. Hiero. (Vel percuſſit omne primogenitũ) nam ſicut hęc geſta in ægypto referũtur,ita & dominus principatus & poteſtates ſiue demoniorum ſiue viciorum in hoc mundo ſacro ſancto aduẽtu ſuo deleuit,& triumphauit in ligno crucis ſuę & ab eorũ corde depulit qui calliditati dyabolicę dediti fuerant,quia Cham calliditas interpretatur, Hugo cardina. Percuſſit etiam non ſolum primogenita hominum & pecorum,ſed etiam ſegetum. Vnde ſequitur. (Primitias omnis laboris eorũ in tabernaculis Cham.)Caſſio Primitiæ enim laborum ad totum illud pertinet,quod humana poſſibilitas habere potuerat. Lyra . Cham autẽ eſt ægyptus nam. Meſraim fuit filius Cham a quo denominatus eſt ægyptus.

primo genita ſunt

57 ſeptima pars.

ET abſtulit ſicut oues populum ſuũ & perd uxit eos tanq̃ gregem in deſerto.

Gloſa. Hugo cardi. Septima pars, in qua oſtendit quomodo iudęos de ægypto eductos introduxit in terram promiſſionis,& ipſi iterum ingrati offenderunt deum(Et abſtulit inquit). Hugo cardi. Cum quadam violẽtia de manu Pharaonis populum ſuum Iſrael, diligenter cuſtodiendo ſicut paſtor cuſtodit oues,Hieronymus. His enim plagis verberata AEgypto ,dominus eduxit populũ ſuũ quem ſanguine ſuo redemerat de ſeruitute , & collocauit eum in eccleſia quæ prius ſterilis fuerat & deſerta,de qua ait, multi filij deſertę magis q̃ eius quę habet virũ. Caſſiodo . Cũ enim dicit(oues & gregem ſignificat populũ chriſtianũ , qui in hoc ſęculo tanquam in deſerto paſcitur,ſi mundanarũ rerum deſideria nõ ſequatur.(Et perduxit eos tanq̃ gregem in deſerto . Glo. Quod erat inter mare & ægyptum. Lyra. Vbi pauit eos pane cæleſti vt prędictum eſt, Gloſa. Myſtice vero & nos eruit de poteſtate tenebrarũ. Et ꝑduxit ĩ deſerto huius ſęculi ambulãtes,ſicut oues in ſpiritualibus paſcuis.

ET eduxit eos in ſpe & non timuerunt , & inimicos eorum operuit mare. 58

Lyra. Hugo car. Et eduxit inquit eos in ſpe id eſt in multa fiducia perueniendi ſcilicet in terram ꝓmiſſam,& non timuerunt,id eſt timere non debuerunt,cum dominus eſſet protector eorum. Et licet videntes exercitum ægyptiorum appropinquantem eis timuerint,tamen inde per Moyſem aſſecurati ſecuti ſunt per mare nec fuit ille timor tantus ꝙ eos impediuerit a ſequella Moyſi. (Et inimicos eorum operuit mare.)Hugo cardina . Et pro quia hęc eſt enim cauſa quare deduxit eos in ſpe , quia inimicos eorum operuit mare . Caſſio. Sic & nos miſtice educti ſumus in ſpe a terra ægypti,id eſt a tenebris peccatorum qui fidei lumen accepimus (Et inimicos noſtros)Hoc eſt dyabolum cum miniſtris ſuis operuit mare,cum nos ſanctę regenerationis lauachra diluerunt. Hierony. Cum enim chriſtiani abluũtur baptiſmo , dyabolus mergitur in abyſſo cum exercitib⁹ ſuis. Caſſiodo. Sic igitur omnia illis in figura facta ſunt,ſicut dicit apoſtolus,quę noſtrę ſalutis iudicia nuntiabant . Sequi.

ET induxit eos ĩ mõtẽ ✝ ſãctificatiõis ſuę, montẽ quẽ acquiſiuit dextera ei⁹. 59 ✝ alia li ad terminum. ‡ alias poſſedit

Lyra. Et induxit eos inquit in montem ſanctificationis ſuę. In Hieruſalem ſcilicet quę eſt metropolis iudeę,in qua ędificatum fuit tẽplum in mõte Moria(Montem quem acquiſiuit dextera eius. Gloſa. Expellendo inde gentes Lyra . Magis virtute diuina q̃ humana. Auguſtinus. Gloſa. Nõ autem eoſdem perſonaliter induxit quos de ægypto abſtulit. ſed eos nomine ſcilicet & gente. Hieronymus. Caſſiodor⁹. Vel mons ſanctificationis,eſt ipſa eccleſia quam chriſtus qui eſt dextera patris virtute ſuę glorioſæ reſurrectionis acquiſiuit quæ bene mons ſanctificationis dicitur in fidei latitudine ſublimata(ſiue illa ſuperna cœleſtis Hieruſalem in quam populum dei ſua gratia dominus introduxit. Hugo car. Quomodo autem hunc montem acquiſiuit oſtendit dicens.

ET eiecit a facie eorũ gentes, & ſorte diuiſit eis ✝ terram in funiculo diſtributionis ‡. 60 ✝ alia li. et poſſedere eos fecit. ‡ He b. hereditatem.

Gloſa. (Et eiecit inquit a facie) Id eſt a præſentia (eorum)id eſt iudęorum gentes). Lyra . Id eſt chananeos,& alios ibi habitantes (Et ſorte diuiſit eis terram per manum Ioſue iuxta numerum tribuũ. Caſſiodorus. Gloſa . Vel miſtice gentes ſunt vicia & errores. Augu . Vel maligni ſpiritus quę omnia chriſtus eiecit a facie fidelium (Et ſorte diuiſit eis terram)cum pro ſua gratia vnicuiq; beatam dederit portionem regni dei.(In funiculo diſtributionis). Gloſa Quod in nobis operatur vnus atq; idẽ ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Caſſiodo. Funiculus enim diſtributionis tractus eſt ab illis qui tenſo fune terram diuidebant,ſequitur, Donati tertio

ET habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael. 61

Lyra. In domibus ſcilicet & villis a gentilibus ędificatis. Hierony . Vel miſtice eiectis gẽtibus id eſt

peccatis a cordib⁹ humanis,datur eis poſſeſſio ter-
rę viuentium.Caſſiodor⁹. Tribubus enim Iſrael
id eſt videntibus deum dabit deus in habitare ta-
bernacula,quę ante ruynam ſuperbiæ adhuc inno
centes angeli poſſidebant.Hugo cardi. Enumera
tis itaq; beneficiȷs dei,oſtendit illorum ingratitu
dinem,quia ſicut in deſerto ita & in terra promiſ-
ſionis ingrati fuerũt & peccauerũt. Vnde ſequit.

lxvi ET tentauerunt & exacerbauerunt
deum excelſum & teſtimonia eius
non cuſtodierunt.

Hierony. Ad iudæos enim nunc ſermo conuerti-
tur,quos nec virtus nec beneficia mollierunt Et tẽ
tauerunt inquit deum excelſum diffidentes de di-
uina virtute. Gloſa. Praua enim generatio benefi
ciȷs male vtens tentauit adhuc. Lyra. Et exacerba-
uerunt prouocantes ad iram deum mitiſſimum,&
teſtimonia eius,id eſt legis præcepta non cuſtodie
runt. Hugo cardinalis. Quæ teſtimonium dant de
pręmiȷs,& de pęnis.

xliiii ✠ alia li. incurua ti ſunt
ET auerterunt ſe & non ſeruaue-
runt pactũ, quemadmodum pa-
tres eorum conuerſi ✠ ſunt in arcum pra
uum.

Glo. Et auerterũt ſe inquit a deo ſcilicet. Lyra. ſciẽ-
ter recedentes a diuina ſeruitute. (Et non ſeruaue
runt pactum. Gloſa. Lyra. Id eſt legem quam pepi
gerant obſeruare dicentes. Omnia quęcunq; pręce
perit dominus faciemus, & erimus obedientes.
Quemadmodum patres eorum. Lyra. Qui adoraue
runt vitulum, & multipliciter offenderunt deum
in deſerto conuerſi ſunt in arcum prauum. Lyra.
Per prõptitudinem ad male agendum ſicut arcus
qui cum impetu mittit ſagittas, Hierony. Caſſio.
Arcus enim prauus eſt malicia peccatorum, & di-
citur prauus quia iacula in tendẽtem ſe mittit. Et
dum contra inimicos ſagittam putat iacere ſau-
ciat tenentem.

l iiii. ✠ Illas fũt eum emulati ‡ alia li. prouocaue runt eũ in excel- ſis ſuis.
IN iram ✠ concitauerunt eum in
collibus ſuis ‡ & in ſculptilibus ſuis
ad ęmulationem eum prouocauerunt.

(In iram inquit concitauerunt eũ in collibu ſuis),
Lyra. Immolabant enim in excelſis ſacrificantes
demonibus & ydolis. Caſſiodorus. Vel per colles
ſuperbas & tumidas hominum mentes ſignificat,
a quib⁹ ſemper dominus inuenitur auerſus (Et)
id eſt. quia (In ſculptilibus ſuis). Hug. cardi. Lyra.
Id eſt in ydolis ſculptis arte hominum (ad æmula-
tionem, id eſt ad vindictam) eum prouocauerunt.
Caſſi. Dum ſuum honorem ydolis impendebant.
Hiero. Relicto enim deo ſeruierunt ydolis ac ſimu
lachris adorantes etiam in montibus.

lxv Octaua pars. ✠ alia li. et nõ di- ſtulit. ‡ alia li. piecit de genere Iſrael
AVdiuit deus & ſpreuit ✠ & ad ni-
chilum ✠ redegit valde Iſrael.

Glo. Hug. car. Octaua pars in qua agit de vltione
facta in iudęos in terra promiſſionis, & de vltione
poſtmodum facta in eos per quas iudęos percuſ-
ſerat. Dicit ergo (Audiuit deus) Hugo cardi. Lyra.
id eſt audire ſe oſtẽdit pdictã ppl̃i neqtiã & ſpreuit
Propter ſuam maliciam. Gloſa. Quo ſpernen-
te nichil ſunt qui per eum totum fuerunt, & hoc
eſt quod ſequitur. (Et ad nichilum redegit valde
Iſrael. Idem. Tradens eum poſt mortem Ioſue du
rę ſeruituti aliorum populorum eo ꝙ declinaue-
rat, ad ydolatriam. Hiero. Illos autem ſpreuit qui
tantum nomine & non viſione erant Iſrael.

ET repulit tabernaculum Sylo taber lxvi ✠ alia li. tẽtoriũ qđ collo- cauit in homines
naculum ſuum ✠ vbi habitauit in ho
minibus.

(Et repulit inqt), Gl. Pro ydolatria eorum (taber-
naculũ Sylo) Lyra. Quia capta archa domini quæ
fuerat in Sylo ciuitas Sylo fuit deſtructa. Caſſiodo
rus. Gloſa. Erat enim Sylo ciuitas vbi archa domi
ni fuiſſe legitur conſtituta ante quam templum,
eſſet. Hieroſolimis fabricatum. Hugo cardinalis.
Quę ꝑpter peccata ſacerdotum Ophni & Phinees
filiorũ. Hely capta eſt ab allophilis. Glo. Et ipſi
magna ſtrage vaſtati ſunt, ſed cur repulit, ecce, (Re
pulit inquit tabernaculum ſuũ, vbi habitauit in
hominibus) id eſt inter homines qui non erant
digni vt inter eos habitaret. Hieronymus. Hiȷs
itaq; repulſis elegit potius deus templum virgi
nis incoruptę ſiue eccleſiæ ſanctę ex gẽtibus euo-
catę. Sequitur.

ET tradidit in captiuitatem virtutem lxvii gloriam ſuam.
eorum ✠ & pulchritudinem eorum
in manus inimici.

Lyra. Et tradidit inquit in captiuitatem virtutem
eorum, quia philiſtei fortes populi eos occiderũt
& captiuauerunt. Caſſio. Philiſteis enim capta ar
cha victi ſunt, & in captiuitatem traditi, & ſubau-
di. (Tradidit pulchritudinem eorum.) Glo. Id eſt
arcam domini) in manibus inimici. Caſſio. Glo.
Virtutem nãq; & pulchritudinem eorum dicit, ar
cham teſtamenti per quam inter gentes videbant
iuicti, & ſumma decoris laude precipui. Lyra. Pro
pter quod vxor Phinees moriens dixit. Tranſlata
eſt gloria de Iſrael quia capta eſt archa dei. Grego
rius in paſto. ti. lxiȷ. Vel moraliter in captiuitate
virtus & pulchritudo in manus inimici traditur,
cum deceptę menti antiquus hoſtis ex boni ope-
ris elatione dominatur. quę tamen virtutis elatio
quamuis non plene ſuperat vt cunq; tamẽ electo-
rum ſemper animum tentat.

ET cõcluſit in gladio populum ſuũ lxviii ✠ alia li. diſtulit
& hęreditatem ſuam ſpreuit.

(Et concluſit inquit in gladio populũ ſuum.) Hu
go cardi. Id eſt iudæos quos inter alios populũ
ſibi peculiarem elegerat. Caſſio. Cõſequẽs enim
fuit vt populus gladio caderet turpiter in ruynam
cui archæ dignitas probatur ablata. (Et hęredita-
tem ſuam ſpreuit. Caſſio. Quos enim deus ſpernit
annichilat, nec quiſq̃ poteſt ſubuenire cui proban
tur ſe diuina ſolatia ſubtrahere ſpreuit autem de⁹
hęreditatem ſuam quãdo ꝑ ſcelerum ſuorũ imma
nitate ꝓiecit populũ quẽ elegerat. Lyra. In tãtum
nãq; ſub ſeruitute philiſtinorum ſpreti erant ꝙ fa
ber ferrarius non inueniretur in Iſrael, ne ſibi fa-
bricarent gladium aut lanceam.

IVuenes eorum comedit ignis, & nemb lu
virgines eorum non ſunt lamenta- iit.
tæ. ✠

Lyra. Iuuenes eorum inquit comedit ignis accenſus, ſcilicet per Philiſteos. Caſſiodo. Vel per ignē hic, iram bellantium debemus aduertere, quæ traditos ſibi tanquā cōſumptrix flamma deuorauit. Gloſa. Legitur enim in libro Regum, ꝙ tunc occiderunt de populo triginta millia peditū. (Et virgines eorum non ſunt lamentatæ.) Gloſa. Lyra. Quia hoc nō vacabat in hoſtili metu, in quo quilibet quærebat locum fugiendi, dimittendo mortuos ſuos inſepultos, & inlamentatos. Caſſiodorus. Lamentari enim vacātis eſt, vnde cum omnes imminentia pericula formidarent nulli licuit alterius funeri iuxta perſoluere lamenta enim dicta ſunt, quaſi intra lares monumenta ſicut antiquis mos erat ſepelire.

70 SAcerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.

Auguſtin⁹. Caſſiodor⁹. Gloſa. In ipſa namq; captiuitate filij Hely ſacerdotis Ophni & Phinees ab allophilis legūtur extincti, quorū vnius vxor, id eſt Phinees vidua facta poſt ſubitū partum morte pręuenta eſt, & ita contigit vt eius vidua minime ploraretur, dum vniuerſos communis interit⁹ occupaſſet, licet & id alijs multis accidiſſe credendum ſit. Gloſa. Hic conſequenter oſtendit vltionem in ipſos aduerſarios detortā, & mores hominum domino hic attribuit, vt meli⁹ explanet quæ dicturus eſt. Ait ergo.

71 ✠ Heb. quaſi fortis poſt crapulā vini.

ET exitatus eſt tanquam dormiens dominus, ✠ tanquam potens crapulatus a vino.

Lyra. Et exitatus eſt inquit tanquā dormiens dominus. Nam quādiu dimiſit populum, ſic affligi videbatur quaſi dormiens. Auguſtinus. Gloſa. Viſus eſt enim dormire, quādo populum ſuum dedit in manus eorum, quos odit vbi eis dicitur, vbi eſt deus tuus. Exitat⁹ eſt inquā. (Tanquā potens crapulatus a vino.) Caſſiodo. Gloſa. Aug. Dicitur hoc a perſona dementium, qui ita putāt quādo periclitantibus non ſubuenit, quaſi vino eum eſſe crapulatum. Caſſiodo. Excitatur autem dominus ad vindictam malis actibus prouocatus, qui per patientiam dormiſſe credebatur, quem tunc exitauerūt allophili, quando archam teſtamenti eius inter ſimulachra poſuerant. Ideo autem dicit tanquā potens, quia tunc ſunt homines ad iram faciles, & ad virtutem potentes, quando poſt crapulam de ſomno ſurgunt.

72 ET percuſſit inimicos ſuos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis.

Lyra. Gloſa. (Et percuſſit inquit inimicos ſuos) Philiſteos ſcilicet in poſteriora, id eſt in ſecretiore parte natium, vbi mures de terra ebulientes corrodebant prominentes extales eorum. Caſſiodorus. A deo enim percuſſi ſunt vt etiam viui a ſoricibus execrabili ſorte roderentur, quod opprobrium eis permanet in ſempiternū. Lyra. Nam coacti fuerūt remittere archam ad terram Iſrael, vt eorum plaga turpis & vituperabilis ab omnib⁹ cognoſceretur, quia cum archa remiſerunt anos aureos, recognoſcentes p lagā ſuam vilem, quod vſq; hodie in ſcriptura ſacra vbiq; diuulgatur. Hugo card. Dicunt etiam quidam, ꝙ hoc opprobriū ſuſtinent Iudæi, quia in vindictam diuinæ paſſionis patiūtur fluxum ſanguinis. & ideo ſunt ita palidi.

ET repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim ✠ non elegit. 73 ✠ alia li. Ephrē. nona ps.

Glo. Hugo. Pars vbi agit de rege Dauid & loco regni, & oſtēdit prærogatiuā Iudæ, in hoc ꝙ noluit vt in alia tribu eſſet tabernaculū eius. Hiero. Non tamē ad hoc repulit de⁹ tribū Ioſeph vel Ephrem, vt in ęternum ſperneret, ſed noluit de ea ſuſcipere carnē eligēs potius tribū Iuda, de qua beata Maria procederet ex qua naſcereť ipſe, vt dilectionis ſuæ montē, id eſt eccleſiā eleuaret. (Et repulit inquit tabernaculū Ioſeph.) Lyra. Id eſt ciuitatē Sylo quæ erat in ſorte Ephraim filij Ioſeph, vbi repoſita fuerat archa. Hugo. Prius enim fuit tabernaculū in ſorte Ephraim qui fuit fili⁹ Ioſeph, ſed ibi nō fuit factum templū. Vnde addit. (Et tribū Ephraim nō elegit (vt ſcilicet ibi fieret dom⁹ eius. Lyra. Vel nō elegit Ephraim ad regiam dignitatē. Nam quāuis Hieroboam, qui fuit de tribu Ephraim regnauerit ſuper decē tribus, hoc non fuit per diuinā electionem, ſed per vſurpationē ex populi rebellione cōtra filiū Salomonis. Caſſ. Repulit ergo domin⁹ tabernaculū Ioſeph, & tribum Ephraim nō elegit, quia licet Ioſeph iuſtus fuerit, eius tamen filij in augmento rerum mundanarū & fruge ſæculi huius nimium præſumebāt tribum autem Iuda elegit, quæ in confeſſione fuit humilis, & conuerſatione laudabilis, vt ex ea nobis ſecundum carnem dominus ſaluator naſceretur. Vnde ſequitur.

SEd elegit tribum Iuda, montem Syon quem dilexit. lxxiiij

Sed elegit inquit tribum Iuda.) Lyra. Pro dignitate regia. Montem Syon quem dilexit. Hug. Vbi factum eſt templū, & quāuis mons Syon non fuerit de tribu Iuda, ſed Beniamin, dicitur tamen de ſorte Iudæ propter Dauid qui fuit de tribu Iuda, & fuit dominus illius & alij reges qui ſucceſſerūt ei. Gloſa. Vel myſtice, elegit domin⁹ tribum Iuda, id eſt Chriſtianū populum. (Montem Syon quem dilexit, id eſt eccleſiam. Hieronym⁹. Caſſiodorus. Mons enim Syon eccleſiam catholicā ſignificat. Augu. Quæ futura & æterna, non terrena ſpeculatur. Nam & Syon ſpeculatio interpretatur.

ET ædificauit ſicut vnicorniū ✠ ſanctificium ſuum. in terra quam fundauit in ſæcula. lxxv ✠ alia li. vnicorniorum & alia vnicornis.

Lyra. (Et ædificauit) inquit, id eſt ædificari fecit. (Sicut vnicornium ſanctificium ſuum) id eſt ſanctum ædificium ſuo nomini deputatū. Hugo. In quo ſanctificabat homines. Lyra. Ideo autem dicit vnicorniū, quia ſicut vnicornis non permittit aliud animal ad ſuum latibulum accedere, ſic deus prohibuit omnem alienigenā a ſacerdotibus ſibi conſecratis infra templum miniſtrare, ſed vbi ædificauit. (Ecce in terra inqt quā fūdauit in ſęcula.) Lyra. Id eſt in Iudęa quā elegit pro cultu ſuo, & regali ſolio ſtabiliter quantum fuit ex parte ſua. Et ita fuiſſet niſi peccata populi Iſrael impediuiſſet.

Gloſa. (Vel ſanctificium)eſt plebs ſancta,& regale ſacerdotium, id eſt eccleſia præſens, vel cæleſtis. Auguſtinus.Nam & ſi eccleſia præſens motaliter tranſeat,tamen in ęternum eſt fundata. Hieronymus.Hanc enim dominus ſingulari virtute firmauit,vt immobilis in ſæcula ſempiterna perſiſteret.

76 ✠ alia li. ſequẽtẽ fetas.

ET elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes ✠ accepit eum.

Auguſtinꝰ. Gloſa. Et elegit inquit Dauid qui de Iuda fuit ſeruum ſuum,non dicit filium,quia forma ſerui ex Dauid eſt,non patri coeterna vnigeniti ſubſtãtia.(Et ſuſtulit eum de gregibus ouium.) Lyra. Paſcebat enim actualiter gregem quãdo fuit vocatus,vt Samuel vngeret eum in regem. Auguſtinꝰ. Gloſa. Vnde ad literam ex paſtorali officio pecorum,ad regnum hominum tranſlatꝰ eſt.(De poſt fœtantes accepit eum.) Lyra. Id eſt de poſt oues fœtas, vnde tranſlatio Hieronymi habet ſequentem fœtas,id eſt oues habentes fœtus.Hieronymꝰ. Hæc autem omnia ad Chriſtum dominum referenda ſunt,quia paterno conſilio ad redẽptionem noſtram electus eſt de grege mortaliũ carnem aſſumẽs,paſcens Chriſtianum populum,ſiue ſupplantatorem vitiorũ,ſiue mente videntem deum. Caſſiodorꝰ. Nam ſicut Dauid, ſublatis ab ouibus peruenit ad regnum,ita & Chriſtus dominus noſter functus officio paſtoris ſedet ad dexteram patris,qui eſt rex regum,& dominus dominantium. Gloſa. Sed ad quid elegit eum. Sequitur.

77 ✠ Alias vt paſceret Iacob populũ eiꝰ.

PAſcere ✠ Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.

hereditas dñi Iſrael & cur.

Lyra. Paſcere inquit Iacob ſeruum ſuum,id eſt populum Iſrael deſcendentem de Iacob,& ſic de paſtore ouium factus eſt paſtor fidelium(& Iſrael hęreditatem ſuam) Iſrael namq; ideo dicitur hæreditas domini,eo ꝙ fuit a deo ſpecialiter electus. Hieronymꝰ. Gloſa. Vel paſcere cæleſti pane Iacob ſeruum ſuum,id eſt populum Chriſtianum ſupplantatorem vitiorũ & mente videntem deum. (Et Iſrael hæreditatem ſuam.)Caſſiodorꝰ. Id eſt congregationem futuram,quæ domini contemplatione paſcenda eſt.

78 ✠ alia li. ſine malitia. ‡ Heb. et in prudentia.

ET pauit eos in innocentia cordis ſui, ✠ & in intellectibꝰ ‡ manuum ſuarum deduxit eos.

Lyra. (Et pauit eos) inquit, id eſt gubernauit. (In innocentia cordis ſui) id eſt in puritate conſcientiæ. (Et in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos) id eſt prudenter ſe habuit in operibus ſuis. Caſſi. Vel hoc totum ad dominũ pertinet ſaluatorem,ſolus enim ipſe fuit qui peccatũ non habuit. Glo. Et hoc docuit eos quod ipſe egit,& ideo de eo dicit. (Et pauit eos in innocentia cordis ſui.) Aug. Quid enim innocentius illo,qui vllum peccatum non ſolũ a quo vinceretur,ſed & quod vinceret non habeat? (Et in intellectibus manuũ ſuarum deduxit eos.) Augu. Glo. Videtur forte alicui congruentius potuiſſe dixi, in innocẽtia manuũ, & in intellectibꝰ cordis, ſed ille qui magis ꝙ̃ alius quid loqueretur ſciebat,cordi maluit adiũgere innocentiã,& manibus intelligẽtiã, quia multi ſibi videntur innocentes qui non faciunt mala,cum timent ne patiantur ſi fecerint,vellent autem facere ſi impune poſſent. Tales videntur innocentes manibus,ſed non corde. & ideo dicit,pauit eos in innocẽtia cordis ſui,id eſt faciens eos innocentes etiam in cogitationibus cordis,& deduxit eos ad vitam in intellectibus manuum ſuarum,Chriſti ſcilicet id eſt in intellectu quem ipſe fecit in credentibus quaſi manibus quod non potuit ille Dauid qui eſt figura huius.

¶Pſalmus.lxxviij.

¶Titulus.

Pſalmus Aſaph.

Lyra. Exponit & intelligit hunc pſalmũ de deſtructione ciuitatis & tẽpli facta per Nabuchodonoſor regem Babylonis, vt habetur iiij. Reg. vltimo. Et de reparatione per Cyrũ regem Perſarum, qui dedit licentiam reędificandi templũ. j. Eſdre. j.

Hieronymꝰ. Pſalmus iſte vocem continet prophetæ captiuitatem terrenæ Hieruſalem deplorantis que captiuitas non tantum ad illam ciuitatem, quãtum ad animam,quæ ſępe ciuitas ſcribitur referenda eſt. Caſſio. Aſaph ſignificat ſynagogã,eſt ergo totus iſte pſalmus in lamẽtatione poſitus,qui futura tempora velut præterita deplorat,deplorat vero Anthiochi perſecutionem tempore Machabeorum factam:tunc futurã,ſed in ſpiritu prophetico quaſi præteritam propter certitudinem euentus,& eſt iſte ſecundus pſalmus,de lamentatione vbi precatur Aſaph ſtudio pietatis Chriſtum ſubuenire ſuæ genti pro duritia ſua grauiter affligendæ. Gloſa. Et agitur hic de captiuitate facta per Babylonios,vel potius de vaſtatione quam tempore Machabeorum Anthiochus epyphanes fecit,qui in templo ydola poſuit,& legem polluit,populumq; vaſtauit,ſed ciuitatem vel templũ non euertit,per quæ figuratur perſecutio eccleſiæ inter manus gentium laborantis. ſed non deficientis quæ in quibuſdam deficientibus polluta eſt. Et eſt ſenſus,pſalmus iſte attribuitur Aſaph,id eſt fideli ſynagogæ quæ hic loquitur,in quo monemur bonis proximorum lætari, & calamitatibus affligi. Et diuiditur in tres partes. In prima conqueritur Diuiſio.
& narrat quanta Hieruſalem pertulit temporibus Anthiochi, per quem tamen omnia non fuerunt deſtructa,in quo figuratur perſecutio eccleſiæ. In ſecũda deprecaẽ pro parte ſua cõtra inimicos,ibi. Vſquequo domine. In tertia in exaltatione cõcludit lamentationẽ,ibi. Nos autem Aſaph ergo condolens ſuę genti ipſius mala deo exponit,dicens,

1 ✠ alia li. coinquinauerũt ‡ alia li. cuſtodiarum. Hebrai. in aceruis lapidum.

DEus, venerunt gentes in hęreditatẽ tuam, polluerũt ✠ templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalẽ in pomorum ‡ cuſtodiam.

Caſſiodorus. Propheta enim ventura præuidens in ſpiritu, clamabat dicens. (Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuam)tanquã iam muros irrumperent & formidata captiuitas introiret. Gens enim dicta eſt ꝙ vno ſit genere procreata. Gloſa.

Non autem hoc dicit deo quaſi neſcienti a quo ip ſe ſcit quicquid ſcit, ſed loquitur cum eo pietatis affectu. Auguſtinus. Venerunt inquā præteritum ponēs pro futuro. Nondum enim erat templum. Et narrat quaſi præterita quæ in ſpiritu videt futura, & quæ ante euidenter ſunt impleta. (In hæreditatem tuam. Caſſiodorus. Gloſa. In Hieruſalem ſcilicet vbi erat dei hæreditas in ſanctis hominibus conſtituta (tuam) autem dicit, vt excitaret animū iudicis, cuius res agitur contra aduerſarios truculētos. (Polluerūt templum ſanctum tuum.) Idem. In quo gentes ſimulachra nephanda præſumptione poluerunt. vbi colebatur verus deus immundus adoraretur ſpiritus. (Poſuerunt Hieruſalem in pomorū cuſtodiam.) Lyra. Id eſt in aceruum lapidum, cuſtodes enim pomorum faciunt magnum aceruum lapidum, vt deſuper aſcendentes videant per totum pomerium. Caſſiodorus. Gloſa. Vel cuſtodiaria pomorum dicuntur tuguria quæ fiunt in ortis de frondibus & folijs ad depellendam ſolis iniuriam, & ad depellādas furum improbas manus, quæ collectis pomis tanquā inutilia deſeruntur, & deferūtur vnde Yſayas. Relinquetur inquit filia Syon vmbraculum in vinea, & ſicut tugurīū in cucumerario. Gloſa. Deinde poſt ſacrilegium homicida, addit dicens.

2 Alia lr̄a mortalia.

Poſuerunt morticina ſeruorū tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ.

(Poſuerunt inquit morticina.) Caſſiodor⁹. Gloſa. Id eſt cadauera ſeruorum tuorum, qui noluerunt immundis vti. (Eſcas volatilib⁹ cœli.) Idem. Quaſi dicat. Non modo in viuentes ſęuiunt, ſed etiam cadauera inſepulta relinquunt. Sicut enim ſepelire pietatis eſt officium, ita volatilibus cœli relinquere magnæ crudelitatis eſt exemplum. dicendo autem (ſeruorum tuorum) martyres ſignificat, qui in illa captiuitate copioſa perſecutione floruerūt. (Poſuerunt etiam carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ.) Caſſiodorus. Quaſi non ſufficeret mortuos volatilibus tradere, niſi & feras permitteret eorum corpora laniare.

3 Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret.

Caſſiodor⁹. Gloſa. Exaggerat vt iudicem moneat. (Effuderunt inquit ſanguinem eorum tanquam aquam. Idem. Gloſa. Id eſt abundanter & viliter, quaſi ita liceret ſanguinē effundere ſicut aquam. & hoc fecerūt non tantum intra muros, ſed etiam (in circuitu Hieruſalem) cum extra inuenirentur occidendi. (Et non erat qui ſepeliret.) Caſſiodor⁹. In quo nephandiſſimam copiam ſcelerate cędis oſtendit, vt non ſolum intra vrbem, verumetiam circa muros ciuitatis tantum proueniſſet exitium, quantum officium ſepulturæ nullus implere voluiſſet, dum par conditio cunctos inuolueret, tam circa muros, q̄ in corde ciuitatis. Hieronym⁹. Hæc quidem ante Chriſti aduentum in Hieruſalem acta ſunt, ſed paſſionem infantium figurarūt, vbi & carnes eorū, beſtijs & volucribus expoſitę ſunt, id eſt perſecutorib⁹, & tanta ſanguinis multitudo effuſa eſt, vt vix omniū poſſet corpuſcula ſepeliri.

Facti ſumus opprobrium ✠ vicinis noſtris, ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. 4 Falia li. de riſu & cōtēptu

(Facti ſumus inquit opprobriū vicinis noſtris.) Caſſiodor⁹. Gloſa. Gloria namq; Hieruſalem toto orbe mirabilis, verſa eſt in opprobrium, vicinis quod grauius eſt q̄ ſi remotis, quia hi ſunt aſſidui, tunc vero contemptui ſunt habiti, quando eos captiuitati traditos videbant, quibus pridem tot regna cęſſiſſe cognouerant, vel martyres hoc dicunt. Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, hijs ſcilicet qui vicini & propinqui erant affectione volentes cōuerti. Hieronym⁹. Opprobrium etiam ſunt ſancti, his qui prius fratres fuerant qui meliores factos odij ſtimulo perſequuntur. (Subſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Lyra. Subſannatio eſt modus deriſionis dictus a rugatione naſi. Hugo cardinal. Nota autem differentiam, quia opprobrium, eſt conuicium quod infert ur abſenti, non audienti neq; videnti, ſubſannatio autem fit præſenti non videnti ſed audienti: & fit proprie, cum ruga naſi: illuſio vero infertur præſenti, videnti, & audienti. Caſſiodor⁹. Gloſa. Ante repetita diuerſitate congeminat, vt illud quod dixerat opprobrium clarius monſtraretur. Subſannatio q̄d differūt opprobrium & ſubſānatio.

Uſquequo domine iraſceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus. 5 ſcḋa ps. Alia lr̄a exardeſcet.

Gloſa. Hugo car. Secunda pars, in qua deprecatur pro parte ſua contra inimicos & inſultantes vicinos, quaſi dicat illi ita ſęuiunt in nos, ſed o domine. (Uſquequo iraſceris) nobis in finem (tanquā diceret, noli iraſci (vſq; in finem.) Lyra. Tenendo ſcilicet populum tuum in afflictione & captiuitate, tam continue, & prolixe. Gloſa. Iam ergo precatur qui ſupra deplorabat & orat quod futurum ſcit, ne ſcilicet illa vaſtatio perſeueret, ſed temperet correctionem. ſequitur. (Et zelus tuus) vſquequo ſcilicet) accendetur velut ignis.) Lyra. Ita q; non extinguatur, vel non mitigetur. Augu. Gloſa. Ira autem & zelus non ſunt perturbationes eius qui cum tranquillitate iudicat. Sed nomine iræ vindicta iniquitatis accipitur, quādo pro commiſſo noſtro punit. Nomine vero zeli exactio caſtitatis intelligitur, ne ſcilicet anima legem dei ſui contemnat, & a deo ſuo fornicando diſpereat. zelus quippe dei vere ardet velut ignis, tandiu enim ardet donec aurum, id eſt virtutum perfectio purgetur, & ligna, id eſt vitia incinerentur. quid per zelum et iram.

Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. 6

Caſſio. Gloſa. (Effunde inquit iram tuam) id eſt, ſuper aduerſarios Iudæorū indignationem tuam abundanter emitte, vt ſicut illi nos comprimunt, ita tuis virtutibus obruantur. Lyra. Iram autem dicit, id eſt effectum iuſtitiæ per vindictam. (In gentes quæ te non nouerūt.) Glo. Nec ſcire voluerūt, nec timere, & quæ nō fidem ſequūtur, ſed ydola colūt. Hug. Hoc tamē dicit nō libidine vidictæ, ſed amore iuſtitiæ, vel hoc dicit preuidendo quæ futura erant. Caſſ. Vel cū dicit quę te non nouerūt Ira q̄d.

culpas mitigat Iudæorum, quoniã & ſi multi deliquerãt, erant tamen inter eos qui dominicis iuſſionibus ſeruiebãt. Sequitur. (Et in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.) Caſſiodor⁹. Prius dicit gentes, poſt ea regna, prius enim populis imprecatus eſt, deinde ipſis regnis quæ talia fieri crudeliter imperabãt (quæ nomen tuum inquit non inuocauerunt) Gloſa. Sed dæmonia vel quamlibet aliam creaturam non creatorem. Dico, non inuocauerunt, ſed inſuper oppugnauerunt.

7 ✠ Heb. et decorẽ

QVia comederunt Iacob, & locum ✠ eius deſolauerunt.

Caſſiodor⁹. Quia comederunt inquit, id eſt comedi fecerunt (ſæuitiam in hoc impiæ gentis oſtendens) dum cadauera mortuorũ ferarum comeſtionibus exponebant (Comederunt inquã Iacob.) Idem. Hugo cardinalis. Id eſt populum Iudæorum qui fuit ex Iacob. Lyra. Quem dicũtur comediſſe, eo ꝙ bona eius diripuerunt, & populum in magna parte occiderunt, & captiuauerunt ſicut tyrannus dicitur comedere ſubditos ſuos. Caſſiodorus. Pro gente autem quæ peccauerat patriarchæ nomen obiectum eſt, vt recordatio ſanctiſſimi viri populi delicta mitigaret. (Et locum eius deſolauerunt.) Caſſiodorus. Gloſa. Cum pulcherrimam ciuitatem ciuium ſuorum habitatione nudauerunt. Hugo cardinalis. Conſequenter petita vindicta de inimicis orat pro ſe & pro populo ſuo, dicens.

8 ✠ alia li. iniquitates nr̃as ãtiquas cito anticipet miſericordia tua.

NE memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, ✠ quia pauperes facti ſumus nimis.

Gloſa. quaſi dicat. Ita vt dictum eſt fac in gentes quæ te non nouerunt. (Sed ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.) Lyra. Id eſt ab antiquo a patribus noſtris inceptarũ. P. cantor. Vel a iuuentute commiſſarũ, vel a primo parente contractarum. Caſſiodorus. Confeſſione itaq; delictorum propitium ſibi reddit iudicem, vt qui ſe per iuſtitiam vindicare non poterat, per ſupplicationes neceſſarias expiaret. Auguſtinus. Vnde non ſolum ait iniquitatum præteritarum quæ poſſent eſſe etiam recẽtiores (ſed antiquarum) hoc eſt a parentibus venientium. Hugo cardinalis. Vel antiquæ dicũtur propter conſuetudinem, vel propter antiquorum exempla & imitationem. Auguſtin⁹. Talibus namq; iniquitatibus damnatio non correctio debetur, & propterea. (Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ.) Auguſtin⁹. Caſſiodor⁹. Gloſa. Ante. ſcilicet iudicium. qui enim iudicium formidat recte ſe anticipari eius miſericordia deſiderat, quia niſi indulgentia præuenerit peccatorem in iudicio non abſoluet errantem. Lyra. Vnde huius anticipationis cauſam ſubdit, dicens. (Quia pauperes facti ſumus nimis.) Caſſiodorus. Paupertas eſt enim in nobis bonorum, & non habemus quid offerre iuſtitiæ ſi nos incipiat vigor æquitatis inquirere, & propterea addidit: nimis, ne quis ſe putaret de probitate actuum ſuorum debere præſumere, cum ſe bonis meritis nimis pauperem eſſe cognoſceret. Gloſa. Dico igitur ne memineris iniquitatum, ſed.

9 ✠ alia li. honore.

ADiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriã ✠ nominis tui domine libera nos.

Auguſtin⁹. Gloſa. Per hoc quod dicit adiuua nos deus, nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur, etiam per ſeipſum aliquid agit. (Adiuua nos) dico tu (Deus ſalutaris noſter.) Gloſa. Nos vero infirmi ſumus, tu vero ſalutaris qui neceſſarius es infirmitati noſtræ. Caſſiodor⁹. Vnde bene infirmitatem ſuam intellexit, qui ſaluatorem medicum totis viribus inuocauit, vtiliter autem ſubdit. (Et propter gloriã nominis tui domine libera nos.) Idem. Gloſa. Non quidem propter meritum noſtrum, ſed vt erepti, tuo nomini honorem reddamus, Chriſtus enim ideo ſaluator dicitur, quia in ſe ſperantes ſaluat, & imminentes pœnas peccatorum commutat in premia. Auguſtin⁹. Qui ergo gloriatur, non in ſeipſo, ſed in domino glorietur, ſequitur.

ET propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus vbi eſt deus eorum. 10

Caſſiodor⁹. Qui enim de proprijs virib⁹ deſperat, neceſſarie ad auxilium omnipotentis iudicis currit, & quod actibus proprijs confiteri non poteſt pietate ſancti nominis tribuatur. Auguſtinus. Et propitius inquit eſto peccatis noſtris, ſine quibus in hac vita non ſumus, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, peccatum autem iniquitas eſt, & ſi iniquitates obſeruaueris quis ſuſtinebit? (Propitius inquã eſto propter nomen tuum.) Hugo cardinalis. Lyra. Id eſt propter tuam bonitatem, non propter nos, aut noſtram iuſtitiam. Caſſiodorus. Cauſam autem cur hoc petat reddit, dicens. Ne forte dicant in gentibus. Auguſtin⁹. Caſſiodor⁹. Gloſa. Ne ſcilicet illud vſitatum dicatur a perfidis, vbi eſt deus eorũ. Putatur enim ab eis aut præſens non eſſe aut non poſſe deffendere, nec eis eſſe propitium quę eſt inſultatio non ferenda. Sequitur.

ET innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris, vltio ✠ ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt. 11 ✠ alia vindicta ꝫ alia v. dicta ſanguinem ſeruorũ tuorum.

Caſſiodor⁹. (Et innoteſcat inquit in nationibus) hic ſubaudiendum eſt vindicta, quam ſolet dominus de perfidis facere, quando eos cogit deſideria praua damnare. Gloſa. Vt ſcilicet videamus conuerſos qui modo perſequũtur, vel ſumere vindictam de malis qui fuderunt ſanguinẽ. Auguſtin⁹. Glo. Non tamen hoc dicit optando, ſed prophetando, iuſtus enim non delectatur de pœna inimici quia eum non odit, ſed de diuina iuſtitia quia deum diligit, econtra vero iniuſtus facit. Caſſiodo. Quod autem dicit coram oculis noſtris. celeritatem poſtulat vltionis, vt ſcilicet videat fieri quod aliquãdo nouerat poſſe concedi innoteſcat dico. (Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt.) Hieronymus. In quo iudicium inuocat quo ſanguis martyrum exquiratur a domino, qui in apocalipſi ait. Quieſcite modicum donec impleatur numerus conſeruorum veſtrorum.

xii

IN troeat in conſpectu tuo, gemitus compeditorum.

Hieronymus. Qui te per longas lachrymas requirentes abſolui, & tecũ eſſe deſiderant. Auguſtinus. Gloſa. Tales nanq; compeditati dicuntur corruptibilitate carnis, quę aggrauat animam per quam

cõpedes prǫualet aliquando perſecutor. Hos autem compedes non ſentiunt, niſi illi qui ingemiſcunt grauati, a quibus cupiebat diſſolui apoſtolus & eſſe cũ Chriſto, vel cõpedes ſunt precepta dei quibus colligantur ſancti quę patienter ſuſtẽtata in ornamenta vertuntur, vnde dicitur iniſce pedem tuum in compedes eius. Caſſiodorus. Vel ad literam de his hoc dicit quos gentiles vinxerunt qui cum gemitu orant, vt eccleſia in fratribus non deficiat, & ſi eos pœna conſumat. Gloſa. Deinde quid gemitus compeditorum petat oſtendit, dicens.

xiii. alia morte punitorum. ✠ Heb. interitꝰ.

SEcundum magnitudinẽ brachij tui, poſſide filios mortificatorũ ✠

(Secundum magnitudinem brachij tui. Gloſa. Id eſt potentiæ tuæ (poſſide filios mortificatorum) Hieronymus. Eos ſcilicet qui per martyrum exempla currentes crucifixerunt ſe vicijs & concupiſcentijs. Caſſiodorus. Vel eos qui pro eius religione morte puniti ſunt. Auguſtinꝰ. Gloſa. Hij enim ſunt filij qui accenſi ſunt exemplo non territi, ſequitur.

xiiii ✠ Alias ſeptuplũ tantũ in ſinꝰ eorum. alia opprobriũ eorum.

ET redde vicinis noſtris ſeptuplum ✠ in ſinu eorum improperium ipſorũ quod exprobrauerũt tibi domine.

Gloſa. Hæc dicens non mala optat, ſed iuſta prænuntiat, & futura prophetat. Caſſiodorus. Non enim contra illos ſed pro illis rogat eccleſia, nam afflictio corporum ſalutem tribuit animarum. Et redde inquit vicinis noſtris. (Caſſiodorus. Id eſt finitimis, de quibus ſupra ait, facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, redde inquã illis ſeptuplũ. Hieronymus. Vt non ſcilicet iudicij pœna damnentur, ſed in hoc ſæculo ſeptuplam compoſitionem pœnitendo diſſoluant. Caſſiodorus. Vel ſeptuplum hic perfectionem ſignificat muneris cæleſtis, quod accipimus quando ſpiritus ſancti illuminatione complemur. ꝙ autem ad cõuerſionem eorum, non eſt dubium pertinere, redde dico in ſinu eorum. Caſſiodorꝰ. Gloſa. Id eſt in ſecreto animorum, vbi fit glorioſa conuerſio. Hieronymus. Per ſinum namq; pectus hominis intelligitur, in quo anima ſæpe requieſcit, hoc inquã redde. (Improperium ſcilicet ipſorum quod exprobrauerũt tibi domine.) Caſſiodorꝰ. Vt qui fecerunt iniurias dicant laudes. Qui fuerunt increduli, ſint deuoti. qui ſuperbi, fiant humiles. Tunc enim dominus glorioſe vindicatus agnoſcitur, quando maledicorum ore laudatur.

xv ✠ Alias grex. Tertia pars.

NOs autem populꝰ tuus & oues ✠ paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſeculum.

Gloſa. Hugo cardinalis. Tertia pars vbi eſt exultatiua concluſio, non victorum ſed patientium quaſi dicat. Illi ita nos autem quos illi putabãt ſe perdere qui ſumus populus tuus fide. Hugo cardinal'. Quem tibi peculiarem elegiſti, & proprio ſanguine redemiſti (& oues paſcuæ tuæ) Gloſa. Id eſt doctrina tua paſti. Hugo cardinalis. Vel quia eos corpore tuo paſcis. Hieronymꝰ. Vel propter innocentiam oues vocantur, vel quia Chriſtum paſtorem habent. Caſſiodorus. Et reuera oues ſunt, qui eius oues dei gloriam confitentes in fidei firmitate manſerũt. (Confitebimur tibi in ſeculum.) Auguſtinꝰ. Gloſa. Id eſt vſq; in finem ſæculi, quia vſq; tunc durabit, nec delebitur eccleſia vt ipſi putabant. Hugo cardinalis. Confitebimur inquam tibi confeſſione laudis in ſæculũ, id eſt ſemper. vnde ſubditur.

IN generationẽ & generationẽ ✠, annunciabimus laudem tuam. xvi ✠ Alias & in ſeculũ ſeculi narrabimus laudem tuã

(In generationem inquit & generationem). Lyra. Id eſt in generationibus ſibi ſuccedentibus. Hieronymus. Hoc eſt a prophetis vſq; in euangelia. Hugo cardinalis. Et tam illis qui ſunt pręſentes, q̃ illis qui ſunt futuri. Caſſiodorꝰ. Vel in generatione iſta, hoc eſt in eccleſia (& generatione) id eſt in cæleſti patria cum omnibus beatis æternaliter annunciabimus laudem tuam. Caſſiodorus. Gloſa. Non pro aliorum inſtructione, quia ibi nullꝰ erit indoctus, ſed vt honorem debitum reddentes pręconiorum ſuauitate paſcamur.

Pſalmus.lxxix.

Lyra. Exponit totum iſtum pſalmũ de Chriſto poſt Caſſiodorum & alios doctores catholicos, & ĩprobat quandam expoſitionem. Ra. ſa.

Titulus.

In finem ✠ pro his qui immutabuntur pſalmꝰ pro Aſſirijs. teſtimoniũ Aſaph. ✠ Alias habet hic & pro Aſſirus hebrai. victori & lilijs.

Hieronymꝰ. Vocem continet prophetę deprecantis narrantiſq; magnalia dei. Caſſiodorus. Gloſa. Et agit de primo aduentu Chriſti, & de vnicæ, id eſt eccleſiæ dilatatione, finis enim legis Chriſtus eſt. Aſaph autem interpretatur colligens. Et ſignificat Chriſtum & eccleſiam, a quo omnes in fide collecti immutantur, id eſt de peioribus ad meliora, & de vetuſtate ad nouitatem vitæ. Auguſtinus. Gloſa. Vt iam non fuit generatio quæ non direxit cor ſuum, ſed dirigens ſe ad Chriſtum pro Aſſirijs qui interpretantur dirigentes, id eſt pro ſuperbis conuertendis, quibus eſt teſtimonium rectæ fidei. Caſſiodorus. Cantatur ergo iſte pſalmus, de aduẽtu viri agricultoris & vinea domini, vt iam non obſcuris, ſed manifeſtis precibus eius poſtuletur aduentus, qui pſalmus eiuſdem rei, ſecundus eſſe dignoſcitur. Hugo cardinalis. Eſt ergo intentio prophetæ monere nos vt in melius cõmutemur, & ad Chriſtum dirigamur. Et diuiditur in duas partes. In prima parte deprecatur & petit primum aduentum, per quem fit reparatio humani generis. In ſecũda parte agit de eccleſia ſub typo vineę, oſtendens quomodo incepta & perfecta ſit ibi. (Vineam de ægypto.) Gloſa. Aſaph ergo qui ſupra in pręcedentibus pſalmis pro peccatis ſynagogæ trepidus orabat, iam de illius conuerſione pręſumit, & commutatis in melius teſtimonium dat de aduentu Chriſti quem precatur, dicens, O tu deus.

Aſſirij qd ſignãt

Diuiſio.

1 QVi regis Iſrael intende qui deducis velut ouem Ioſeph.

✠ alia li. paſtor: Iſrael auſcult:

(Qui regis inquã Iſrael.) Glo. Id eſt videntes te. Caſſi. Iſrael enim vt ſæpe dictum eſt interpretatur vir mente vidẽs deum. Hiero. Ille autem a deo regitur qui mente videt eum. Caſſi. Nam deus illos propitius regit, qui eum puro corde reſpiciũt, intende inquit, hoc eſt ſupra nos lumen tuæ pietatis infunde, vt a te ſimus clari, qui per nos ſumus tenebroſi (Qui deducis Ioſeph) Lyra. Id eſt populũ Iſrael denominatũ a Ioſeph, eo ꝙ ipſum ſaluauit tempore famis in ægypto (velut ouem) diligenter cuſtodiens eum, ſicut paſtor gregem ſuum. Caſſi. Vel Ioſeph fidelem populum dicit, qui ſic in caulas domini deducitur ſicut oues ad paſcua congregantur, regitur itaq; qui Iſrael eſt tanq̃ maior. Deducitur vero qui Ioſeph eſt, id eſt deuotus populꝰ. Hiero. Vel illum Ioſeph dicit, qui triginta argenteis a diſcipulo venditus paterna virtute ex inferno eductus eſt cum grege iuſtorum, non illum cuius typum in alio pſalmo ſupra repulit. Sequitur.

QVi ſedes ſuper Cherubim manifeſtare, ✠ coram Ephraim, Beniamin & Manaſſe.

✠ alia li. appare: alia E: phrem.

Glosa. Qui ſedes inquit ſuper Cherubim, id eſt ſuper illas ſublimes poteſtates cælorũ. Hieronymꝰ. Caſſiodorꝰ. Auguſtinꝰ. Cherubim enim plenitudo ſcientiæ interpretatur, in qua dominum inſidere manifeſtum eſt, ſed quoniam adhuc in ſecreto ſuę maieſtatis erat rogat, vt beneficio ſanctę incarnationis appareat, dicẽs. (Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare. Hieronymꝰ. Id eſt huic mundo te videndum prebe. Caſſiodorus. Orabat autem vt in hijs virtutibus veniret, quas eum facturum eſſe nullatenus ambigeret propter quod ait. (Coram Ephraim, Beniamin & Manaſſe. Auguſtinus. Caſſiodorꝰ. Ephraim enim interpretatur fructificatio (Beniamin) filius dextræ (Manaſſes) vero oblitus ſeu obliuio, has autem virtutes ineſſe conſtat domino ſaluatori. Qui fructificauit, quãdo ad tempus corpore trucidato ad perpetua cælorum regna ſurrexit. Filius vero dextræ eſt, id eſt filiꝰ omnipotentis patris, qui & oblitus dicitur, quando iniuriarum ſuarum in cruce poſitus oblitꝰ eſt pro perſequentibus orans. Hugo cardinalis. Vel per iſtas tres tribus omnes Iudæos voluit intelligi, fors enim Beniamin erat in meditullio, & alię duę erant in terminis. Lyra. Vel hoc dicitur, quia iſtæ tres tribus figebant tentoria ad occidentalem plagam tabernaculi. In parte vero occidentali tabernaculi erat ſanctum ſanctorum, vbi erat propiciatorium in quo dabantur diuina reſponſa. Glosa. Deinde apertius repetit quod orauerat, dicens.

Cheru: bim.

Ephrai. Benia: min. Manaſ: ſes.

3 EXcita potentiam tuam & veni, vt ſaluos facias nos.

Caſſiodorus. Quanto enim nobis vtilem incarnationem nouerat, tanto ſtudioſius deprecatur, dicens. Excita potentiam tuam. Lyra. Cui nullus poteſt reſiſtere (& veni) Caſſiodorus. Ad peccata ſcilicet humani generis abluenda. Hieronymus. Excita inquit potentiam tuam, quam ægyptijs ac filijs Iſrael oſtendiſti, & veni vt ſaluos facias nos vt ſicut illos eruiſti de ægypto; ita nos ſalues a poteſtate dęmonum. Auguſtinus. Glosa. Vel veni tu ipſe in carnem. Et excita potentiam tuam in reſurrectione, vt crucifixus ex infirmitate reſurgas in virtutem. Hugo cardinalis. Et cum venerit.

4 DEus conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus.

Alia habet hic virtutũ: alia illumina.

Auguſtinus. Deus inquit cõuerte nos, auerſi enim ſumus a te, & niſi tu conuertas non conuertemur. Hieronymꝰ. Conuerte ergo nos, ad te cognoſcendum. Lyra. Vel, de culpa ad gratiam, de luctu ad lætitiam. Caſſiodorus. Quod facere non conuenit, niſi virtutum domino, qui ſolus potens eſt quæ vult vniuerſa complere. (Et oſtẽde faciem tuam.) Hieronymus. Id eſt filium tuum vt ſaluemur. Lyra. Et loquitur de deo ad modum hominis, qui quandiu tenet iram contra aliquem, auertit ab eo faciem, ſed quando placatus eſt, oſtendit ſibi faciem ilarem. Caſſiodorus. Oſtendit itaque faciem ſuam pater manifeſtatione filij, in quo ſaluati ſumus, vnde ait. Et ſalui erimus, in quo euidenter ſignificat dominũ ſaluatorem, cuius reuera ſumus incarnatione ſaluati. Notandum tamen ꝙ prius dicit conuerte, poſtea, oſtende, quia nulli oſtendit faciem ſuam niſi conuerſo. Hugo cardinal. Optat autem aduentum Chriſti, non tantum vt veniat, ſed etiam vt cito veniat, vnde ait.

facies dei.

Tunc oſtẽdit faciem.

5 DOmine deus virtutum, quouſq; iraſceris ✠ ſuper orationem ſerui tui.

✠ Heb. exercituum. Hebrai. fumabis.

Caſſiodorus. Illo enim tempore propheta hoc dicebat, quo Chriſtum venire poſtulabat, quod adhuc differebatur conſilio dei, & ideo dicit. Domine deus virtutum, iuſte enim deum virtutum vocans, qui ſolus præualet de morte incredulitatis liberare. Hugo cardinalis. Glosa. Virtutum inquit humanarum ſcilicet & cæleſtium, quibus nos ſocij futuri ſumus (quouſq;) Lyra. Id eſt quãdiu iraſceris ſuper orationem ſerui tui. Caſſiodorus. Iratum enim eum propheta credebat, quoniã humano generi ſubuenire tardabat. Lyra. Vnde putabat dilationem eſſe ſignum iræ ſuæ. Hieronymus. Non tamen iraſcitur deus ſi iuſtitiam petamus, ſed conſcientia delicti putat etiam ob orationem iraſci. Sequitur.

6 CIbabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. ✠

✠ Heb. in lachrymis tripliciter.

Caſſiodorꝰ. Poſtquam enim ſe differri poſſe pręſenſerat enumerat quę interim mala populꝰ paſſurus erat. Lyra. Reſumatur itaq; li. quouſq;. vt ſit ſenſus quandiu. Cibabis nos pane lachrymarum, id eſt permittes nos in captiuitate & afflictione viuere. Caſſiodorus. Panis enim lachrymarum eſt, vita doloribus plena, in qua tamen domini miſeratione cibamur, quando cladibus erumniſq; non extinguimur, ſed potius erudimur. Glosa. Non enim ſunt lachrymæ illæ ad peremptionem, ſed ad correctionem & perfectionem, Sequitur. (Et potum dabis nobis in lachrymis in menſura.) Caſſiodo. Prius dixit panem, nunc dicit & potum,

Panis lachrymarum

Iſta enim duo ſunt quib⁹ viuit humanitas, in quo oſtēdit nullum tempus a lacrimis poſſe eſſe vacuū, quibus & ipſa refectio videbatur eſſe ploratio. In menſura vero dicit, id eſt in diſtributo modulo. Oſtendere volēs illud apoſtoli, ꝙ deus vltra vires noſtras tentari nos & vexari non permittit, ſed facit cum tentatione etiam prouentum, vt poſſim⁹ ſubſtinere. Hierony. vel cum dicit in menſura, hoc īdicat, vt in oratione in qua a peccatis abſolui cupimus vel deum videre deſideramus, victus tenuis accipiatur. Grego. in pa.ti.liij. Vel vt vnius cuiuſqꝫ mens, tantūm pœnitendo compunctionis ſuę bibat lachrimas, quantum ſe a deo meminit corruiſſe ꝑ culpas. Glo. Deinde exponit lachrimarum cauſas dicens.

7 ✠ alia li deriſeet. POſuiſti nos in contradictionē vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſanauerunt. ✠ nos.

(Poſuiſti nos inquit in contradictionē vicinis noſtris) Hugo. car. Iudęis ſcilicet & his qui contradicebant apoſtolis, & eorum prædicationi dicētes de Paulo. Nouorū dæmoniorū videt eſſe annūciator. Aug. Glo. Eū enim ꝑdicabant apoſtoli, cui cōtra dicebatur a Iudæis quia illi eum reſurrexiſſe dicebant, quem iſti mortuum & viderant & audiuerant. (Et inimici noſtri) Hiero. Iudæi ſcilicet & hæretici qui in circuitu eccleſiæ oſtrepunt illamqꝫ ipugnant. Glo. Qui non ſolū contradixerunt, ſed & ſubſanauerūt nos, quaſi colentes mortuum. Aug. Diu enim dictum eſt ab eis. qui ſunt iſti colentes mortuum, adorantes Crucifixum. Gloſa. Sed licet tanta ſumus Paſſuri. Non tamen ideo minus optamus eum, ſed iterum oramus dicentes.

8 ✠ Alias exercituum. DEus virtutum ✠ conuerte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

Caſſiodorus. hunc autem verſum repetit, quem iā ſuperius poſuerat, quia deſiderātis mos eſt frequēter repetere, quæ magis precibus poſtulat aduenire. Ipſa eſt ergo facies, id eſt præſentia Chriſti, per quā ſalui facti ſumus. Ipſa per quā mortis laqueos euaſimus. Ipſa deniqꝫ quę & indignis & confitētibus cœlorum regna largitur. Hierony. Oſtende igitur faciem tuam illum ſcilicet qui dixit. Qui videt me videt & patrem meum.

ix Secūda pars. VIneam de AEgipto tranſtuliſti, eieciſti gentes & plantaſti eam.

Gloſa. Hugo cardina. Secunda pars in qua agit de eccleſia ſub typo vineę, oſtendens quomodo incępta & perfecta ſit, vineam autem dicit eccleſiam quæ incępit a iudęis & perficitur in gētibus. Vna tamen & eadem vinea eſt, & ſi altera gens det principium, altera perfectionē, de huiuſmodi ergo vineę inceptione agens dicit (vineam). Caſſiodor⁹. Id eſt hebręorum gentem quam poſitam in typo conſtat eccleſiæ, vnde fidelium nata eſt congregatio populorū, vinea quippe a vitibus dicta eſt. Vineam inquam de ægypto tranſtuliſti. Idem Hanc enim ex ægypto deduxit domin⁹, magnis notiſqꝫ miraculis, & expulſis gentibus, id eſt Amoreis, Cetheis, Hiebuſeiſqꝫ finitimis eorū, tāq̄ mirabilis plātauit agricola Vnde ſubditur. (Eieciſti gētes & plātaſti eam. Hierony. Et licet hęc ſynagogam figurauerit ad eccleſiam, tamen referenda ſunt, quæ a tenebris ſęculi ad cœleſtem dignitatē eiectis vitiorum gentibus fide fauente tranſlata eſt. Caſſiodo. Vinea nāqꝫ eccleſię pulcherrimę cōparatur. Quoniam ſicut illa inter folia caduca neceſſarios infert fructus, ſic & iſta inter vmbras turbatiles peccantium ornatur fruge ſanctorum, qui ſęculi huius afflictione tāq̄ torcularibus preſſi ſaporem norunt emanare dulciſſimum, ſiue quia foſſa plus proficit & potata multiplicatur. Sed qualiter hęc vinea creuerit, ſequitur.

DVx itineris fuiſti in cōſpectu ei⁹, & plantaſti radices eius. Et impleuit terram. 10 Alia li. viam feciſti in cōſpectu eius.

Lyra. Hugo cardina. Dux inquit itineris fuiſti in conſpectu eius Ad literam in columna nubis per diem, Et in columna ignis per noctem, vt dux eſſes itineris vtroqꝫ tempore, Caſſiodorus. Gloſa. Vel dux itineris Chriſtus eſt, qui viam eccleſiæ fecit dum eius conſpectibus apparere dignatus eſt Hieronymus. Cui & mandata, per quę graderetur largitus eſt. Et plantaſti radices eius. Hugo cardina. Lyra. Caſſiodorus. Id eſt Moyſem Aaron Ioſue & prophetas, qui in cultu & fide dei erant radicati, & cęleſtis regis operatione plantati. Hieronymus, Vel radices ſunt eccleſię doctores ꝑ quos in omnē terram euangeliorū ſonus exiuit. Eccleſie radices. (Et impleuit terram.) Hugo cardinalis. Lyra. Promiſſionis ſcilicet per multiplicationem prolis, vel vniuerſam terrā per verbum prędicationis, ſequitur.

OPeruit montes vmbra eius, & arbuſta ✠ eius cedros dei. 11 ✠ Heb. ramis eius cedri dei

Auguſtin⁹. Caſſiodo. Gloſa. In quo altitudo, & latitudo huius vineę ſufficienter exponitur cum dicitur. Operuit montes vmbra eius. Montes enim iſti ſunt prophetę, quos operuit vmbra eius, quia obſcure locuti ſunt in figuris dum futura nunciauerūt. Montes (Et arbuſta eius cedros dei). Caſſiodo. Quia cedros dixit, bene arbuſta poſuit Vites enim quando in arbores aſcendunt arbuſta nominantur Cū autem dicit cedros dei non ſuperbos, ſed martires voluit intelligi, qui in eccleſia Chriſti inter altiſſima ſunt cacumina conſtituti, quos eccleſia protegit quoniam in eius eſſe gremio comprobatur Auguſtinus. Vel cedri etiam ſunt ſuperbi & altitudines mundi, qui ſignificantur euertendi per eccleſiam ſcilicet & prædicationes.

EXtendit palmites ✠ ſuos vſqꝫ ad mare, & vſqꝫ ad flumen propagines eius. 12 ✠ alia li. extēdiſti palmites eius.

Gloſa. Hugo cardi. hoc ad literam de iudęis intelligitur quorum poſſeſſio protēdebatur vſqꝫ ad mare mediterraneum quod eſt ibi vicinum. & vſqꝫ ad flumen Iordanis. Lyra. Hugo cardinalis. Vel vſqꝫ ad flumen Euphratem, quia iudæi ſubiugauerūt ſibi Moabitas & Amonnitas. Caſſio Vel palmites ſunt diſcipuli quib⁹ in euāgelio dictū eſt ego ſum vitis vera, & vos palmites. palmitis ſignifice Per mare vero cunctarū gentium vult intelligi ſanctiſſimam credulitatem Propagines autem ei⁹ filios regenerationis dicit quia a flumine Iordanis manarūt, vbi dominus

in exemplum noſtræ ſalutis baptiſari dignatus eſt Et ideo dicit,extēdiſti quoniam ab Hieroſolimis hęc vinea per apoſtolorum prędicationem in cūctas mundi regiones extenſa eſt. Caſſiodo. Iſtius autem vineę quę a iudaico populo duxit originem miratur cur fuerit euerſa munitio hoceſt domini,ſubtracta defenſio dicens.

xiii ✠ alia: qui tranſeunt viā

VT quid deſtruxiſti maceriam ei & vindemiant eā omnes qui prętergrediuntur ✠ viam.

(Vt quid inquit deſtruxiſti maceriam ei⁹. Lyra. Id eſt angelorum cuſtodiam. Gloſa. Vel munitionē. Caſſiodo. Eſt enim maceria de ſolis lapidibus conſtructa cuſtodia quę ſolet vineas defenſabiliter circuire. Hiero. Tunc autem munitio ſynagogæ depoſita eſt cum ei cęcitas contigit donec plenitudo gentium ſubintrauit. Auguſtinus. Gloſa. Deſtructa eſt etiam hęc maceria quia ſuperba fuit aduerſus plantatorem & ſeruos occidit ad ſe miſſos & tandem filium hæredem Et ideo inuenerūt eā gentes deſtructam & deleuerunt. Et vindemiāt eā. Caſſiodo. Id eſt diripiunt atq; conculcāt, vidēmia enim dicitur quādo vua viti demitur. Omnes qui prętergrediuntur viam: gentes ſcilicet quæ viā id eſt Chriſtum dominum tranſeuntes in idolorum ſacrificijs, iugiter permanebāt. Quod etiam Eſaias prædixerat dicens. Deſtruam maceriam eius, & erit in direptionem.

maceria

14 ✠ alia li. deuaſtauit.

EXterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus ✠ eſt eā.

Caſſio. Glo. Exterminauit eam inquit, hoc eſt extra terminos atq; patriā ſuam vbiq; diſperſit (aper veniēs de ſylua). Lyra. Id eſt Nabuchodonoſor, qui ſic nominatur eo quod diu habitauit īter feras. Caſſiodorus. vel veſpaſian⁹ qui illis extitit fortis & ſęuus. Per hoc autem nomen ſignificatur eū iudęis fuiſſe contrarium, qui hoc animal inter cætera habere videbantur immundum. Et ſingularis fer⁹ depaſtus eſt eam. Lyra. Id eſt Anthiocus, qui fuit valde ſingularis in ſuperbia, quaſi haberet terram ad nauigandum (& mare ad ambulandum. Caſſio. vel titus veſpaſiani filius (qui reliquias bælli tanta populatione contriuit vt gentem & ciuitatē quaſi herbarum pabula conſumeret. Hiero. Idē. vel ſpiritualiter in apro & ſingulari fero, diabolum intelligit qui de ſylua gentilium egreſſus, plębem iudaicam exterminauit propter incredulitatem ſuam. Gloſa. *Sic itaq; vaſtata eſt vinea, ſed vt reliquię ſaluę fiant, O.*

15 ✠ Alias conuerte te obſecro.

DEus virtutum conuertere ✠ reſpice de cœlo & vide, & viſita vineā iſtam.

Caſſiodor⁹. Petit enim propheta vt omnipotens agricola viſitet vineam diſſipatam quam plantare dignatus eſt, & vt ſupplices ſuos ſerenus aſpiciat & periclitantibus ſubueniat. (Deus inquit virtutum conuertere. Gloſa. Ab ira ſcilicet ad miſericordiam. Lyra. Per condeſcentionem bonitatis tuæ. Reſpice de cœlo miſericordię intuitu (& vide.) Lyra Oculo tuę clementię. Caſſiodor⁹. Gloſa. Quibus ſcilicet fluctibus laboret humanitas quib⁹ peccatis ad inferna rapiatur (& viſita) Lyra In propria perſona vineam iſtam. Caſſiodo. Per aduentū ſanctæ incarnationis tuæ, & præſente cultore ſuo vinea plantata proficiat ſine quo nec fructus habere poterat, nec proficuam habere culturam.

xvi ✠ alia li. ✠ radicē quā plātauit.

ET perfice ✠ eam quam plantauit dextera tua, & ſuper filium quem confirmaſti tibi.

Auguſtinus. Gloſa. Et perfice eam non aliam inſtitue ſed hanc perfice. In hac enim eſt ipſum ſemē Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes, ibi eſt radix quæ portat oleaſtrum. (Quā plantauit dextera tua. Hieronymus. Id eſt quam filius tuus ſua reſurrectione fūdauit (&) Lyra. Subaudi reſpice ſuper filium. Caſſiodorus. Virginis ſcilicet quem cōfirmaſti tibi. Hieronymus. Quando deuicta morte, eum ad tuam dexteram collocaſti. Caſſi. Vel cū dixiſti, hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hugo car. Vt autem eam ita perficias.

xvii ✠ alia li: incenſa ✠ deramata.

INcenſa igni & ſuffoſſa ✠ ab increpatione vultus tui peribunt.

Hugo cardi. Incēſa inquit igni, id eſt peccata peruenientia ex cupiditate male accendente. Et ſuffoſa id eſt peccata prouenietia ex timore male humiliante. Augu ſti. Gloſa. Per hęc enim duo, intelliguntur omnia peccata quę fiunt, vel propter amorem ſeu cupiditatem vel propter timorem. Incenſa nāq; dicuntur quę facit amens, cupiditas (ſuffoſſa) vero quę timor male iacens, amas enim vt bene tibi ſit. Times vero ne male tibi ſit. Caſſ. Gloſa. Vel incenſa dicuntur mala, quę igne cupiditatis ſiue calore ſuperbiæ fiunt. ſuffoſſa vero ſunt occulta mala quæ alijs inſidioſe parantur, hæc autē omnia. (Ab increpatione vult⁹ tui peribunt.) Caſſiodo. Dum dicetur illis. Ite maledicti in ignē ęternum. Gloſa. Vel peribunt ab increpatione vultus tui, id eſt filij tui qui peccata delet. Glo. Vt autem hęc omnia iam impleantur.

✠ xviii

FIat manus tua ſuper virū dexterę tuę & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Caſſiodo. Glo. Grande certe ſacramentum hic notatur. Et magnum munus dei oſtenditur, quia tam diu ſal⁹ Iſrael dubitari potuit donec Chriſt⁹ venit ſed tūc cōpleta eſt promiſſio nec vltra diſcedit ab eo eccleſia ſpōſo coniuncta, dicit ergo. Fiat manus tua ſuper virū dexterę tuę, in quo operationē ſanctę incarnationis expoſcit. vt operatio ſancta ad effectum promiſſa perducat. Hugo car. Fiat inquit o domine pater (manus tua, id eſt manifeſtetur potentia) ſuper virū dexterę tuę. Caſſiodorus. Id eſt ſuper filiū qui dextera patris eſt ſibi ſimilis & coequalis, pro cuius pleniori expreſſione ſubdit Et ſuper filium hominis. Lyra: Et pro id eſt tāquam expoſitiuum precedentis. Hugo cardi. Filius enim hominis filius eſt virginis (quem cōfirmaſti tibi Caſſio. Dū dicit, hic eſt filius meus dilect⁹, vt iā ſupra expoſitū eſt. Glo. Sicut igitur oraui ita fac.

dextera patris

xix ✠ alia li. in nomine tuo vocabimur

ET non diſcedimus a te viuificabis nos & nomen ✠ tuum inuocabimus.

Hug.car.Et cũ hoc feceris(nõ diſcedim⁹ a te).i.nõ diſcedem⁹ a te eũtes poſt ydola vel cerimonialia. Caſ. Quẽ ei ſemel mẽte cõcepim⁹,cordis oculis iugiter intuemur.Quę autem ſit vtilitas ab ipſo nõ diſcedere conſequenter exponitur, cum dicitur(viuificabis nos).Caſſiodo.Quãdo peccatorum morte depoſita,ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcimur. Aug.Vel viuificabis nos,vt tecum nõ terrena amemus in quibus prius mortui eramus. Hierony⁹ Si enim tibi fide adhęremus,tunc pane illo vitę quẽ de cœlo miſiſti reficiemur.(Et nomẽ tuum inuocabimus. Idem. Ipſum ſcilicet cui dediſti nomen ſuper omne nomen.Caſſio.Vel inuocabimus nomen tuum in oratione dominica dicentes . Pater noſter qui es in cœlis ſanctificetur nomen tuum. Hugo.cardi.Et quia a nobis non eſt vt tibi adhæreamus propterea.

ff ✠ Heb. exercituum.

DOmine deus virtutum ✠ conuerte nos, & oſtende faciem tuam & ſalui erimus.

Caſſi.Gl.Magna ꝑfecto ſuauitas hui⁹ verſiculi, q tertio repetiti quo & ſub tãta breuitate regula toti⁹ religionis exponitur . Primũ eſt ei, vt nos de⁹ conuertat,Deinde vt oſtendat faciem ſuam,tertio vt ſaluos efficiat.Non enim anteq̃ conuertat oſtẽdit faciem ſuam,nec ſaluat niſi nos prius lumine ſuæ pietatis inſpexerit qua propter verſus,iſte mẽte condendus eſt, quia per ipſum ſub breuitate petimus quicquid nobis expedire monſtratur.

¶Pſalmus.lxxx.

¶Titulus.

✠ Heb. victori.

In finem ✠ pro torcularibus , quinta ſabbati . Pſalmus ipſi Aſaph.

Lyra. Pſalmus iſte cantabatur in feſto tubarũ quod incipiebat prima die Septẽbris, quo tempore in terra ꝓmiſſionis quæ eſt calida cõpletę ſunt vindemię agebant ergo gratias pro collectione fructuũ & offerebant libamina de vino expreſſo de torcularibus cantãtes hũc pſalmum.

baptiſmi figura.

Caſſiodorus. In finem dominũ Chriſtum ſignificat (Pro torculario⁹ eccleſiam.(Aſaph) congregationem (Quinta ſabbati baptiſatos nam quinta die ex aquis de⁹ animantia fecit in quo baptiſmus figuratur. Auguſti.Gloſa . Illa naq; die creauit animalia piſces & aues.Loquitur ergo pſalmus baptizatis ex quibus alij oleum vinum aues ,id eſt ſpirituales,alij amurga,aciuũ,piſces id eſt terreni & carnales. Caſſiodo. Hic ergo admonet propheta fideles,vt poſt baptiſmum multimodis vocibus deum magnificent.Et ne quiſq̃ ydola,ſed ſolum deum adoret.Et vt contemptis infimis ad cęleſtia eleuentur. Et diuiditur i duas partes.In prima monet bonos, qui ſignificantur per aues vinum & oleum,vt exultantes ſub temporali preſſura tendant in finem Chriſtum.In ſecunda parte ipſe dominus malos qui ſignificantur per piſces.aciuum & amurcam ,reuocat ab idolorum cultura.Et pariter contemptũ eorum & præſentem pœnam cõmemorat,ibi Audi populus meus.Hug.car. Loquẽtis ergo ad oleũ & vinũ & aues id eſt ad bonos Chriſtianos dicit.

Diuiſio.

i ✠ Heb. laudate eũ fortitudinem noſtram.

EXultate ✠ deo adiutori noſtro,iubilate deo Iacob.

Caſſiodo.Aſaph enim iſte quẽ ſępe diximus ſignificare ſynagogã populos commonet fideles vt nõ deſinant cum ſumma lætitia laudes deo dicere,qui eos a ſęuis periculis dignatus eſt eripere.Gloſa.Et quaſi dicat.Alij exultant deceptori ſuo mũdo, vel fictitio deo q deluſor eſt & deſerto,vos vero(Exultate deo adiutori noſtro.)Hieronymus .Qui ſcilicet vos de tenebris ægipti liberauit . Iubilate deo Iacob)Caſſiodo.Iubilate dictum eſt a iuuando id eſt delectando.Augu.Et enim ex abundantia gaudiorum quia verba non ſufficiunt in iubilatione ſolent homines erumpere.Quod ergo non poteſtis explicare verbis,non tamẽ propterea ab exultatione ceſſate(ſed iubilate)..Hugo car.Id eſt confuſa voce mentis iocunditatẽ ſignificate deo Iacob.Auguſti.Gloſa.Vos enim eſtis Iacob minor ſcilicet populus cui ſeruit maior.Caſſiodo.Per Iacob nãq; Chriſtianos ſignificat,qui quinta ſabbati de ſacra regeneratione naſcuntur,quibus anterior ſynagoga cõſentit,dum ad iſtos per gratiam tranſlatum eſt,quod illi conſtat ablatum.

2 ✠ alia li. Accipite.

SVmite ✠ pſalmum & date tympanum, pſalterium iocundum cum cithara.

Augu.Glo.Tympanũm quod de corio fit ad carnem pertinet. Per pſalmũ vero intelligitur donũ celeſte quod a deo per gratiam largitur,dicit ergo Sumite pſalmum & date tympanum id eſt accipite ſpiritualia & date carnalia . Caſſiodorus . Commonet enim vt accipientes diuina verba domino debeamus offerre terrena,quia tunc deo bene tympanum damus,dum elemoſinas facimus,cum ieiunijs corpus affligimus cum vitia ſæculi cum ſuo auctore nichilominus deſpicimus. Gloſa.Et ideo pſalmo iungite tympanum,quia pſalterium quod ponitur hic pro pſalmo (iocundum eſt cum cithara)quę ponitur pro tympano. Caſſiodo. Pſalteriũ enim idem quod pſalm⁹ & cithara,idẽ quod tympanum ſignificat, vel per pſalterium prædicatio. Per cytharam vero carnis mortificatio deſignatur Auguſti. Gloſa. Pſalterium itaq; iocũdum eſt, ſed cum cithara in quo admonemur vt verba dei & humani actus in vnam conueniant ſocietatẽ. Et vnũ alteri correſpondeat,hæc eſt enim pax Hieruſalẽ, hæc eſt ratio dati & accepti.Deinde ſubdit.

tympanum. cythara

3 ✠ alia li. in medio menſe ✠ alia li. noſtre.

BVccinate ✠ in neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ. ✠

Lyra.Buccinate inquit in neomenia tuba id eſt in nouilunio.Dicitur enĩ neomenia a neos grece qđ eſt nouum latine . In omnib⁹ nãq; nouilunijs faciebant iudęi feſtum propter beneficium diuinæ gubernationis.Et in nouilunio mẽſis ſeptimi occurrebat feſtum tubarum quod apud eos erat valde ſolenne.Gloſa.Et celebratur in memoriam ei⁹ ꝙ dominus oſtẽdit Abrahę arietem inter vepres hęrentem quẽ pro Iſaac immolauit,& ideo dicit. (In neomenia tuba iiſigni die ſolẽnitatis veſtrę) Hierony.Hugo cardina. Iudæi itaq; canebant tuba in paſca,penthecoſte.Et ſcenophęgia,quę erãt

apud eos precipuę ſolennitates. Nos vero modo in eccleſia, licet omni tempore canere debeamus precipue tamen, in reſurrectione, in remiſſione, & in domus inuocatione, hoc eſt cum reſurgimus in Chriſto. Cum remiſſionem accipimus. Cū domus peccatoris noſtri innouata fuerit poſt ruinā. Glo. Ideo autem tuba canendum eſt.

4 ✠ Heb. regiminis.

QVia pręceptum ✠ in Iſrael eſt, & iuditium deo Iacob,

(Quia præceptum in Iſrael eſt). Caſſiodo. In quo dicit cauſam quare debeāt tuba canere, Rex enim ita pręcipiebat, Iſrael autem populus electus dicitur fide videns deum. Idem. Et Iacob pariter dicitur propter vtrāq; plebem ex circunciſione veniētem & preputio Chriſtus autem vtrūq; fecit, nam & legem dedit. Et iuditium futurum ſuę poteſtatis innotuit. Auguſtinus. Gloſa. Et ideo hoc agite & id eſt quia iuditium eſt deo Iacob, id eſt quia iudex futurus eſt qui hoc pręcipit. Et vnde præceptum inde & iuditium, quia qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hierony. vel ipſius præceptum eſt atq; iuditium, vt gratia ſaluemur, & non ex nobis.

5 ✠ Heb. eum. ‡ Heb. labiū qd neſciebā audiui.

TEſtimonium in Ioſeph poſuit illud ✠ cum exiret de terra AEgypti, linguam ‡ quam non nouerat audiuit.

Gloſa. Teſtimonium inquit futuræ rei in Ioſeph id eſt in populo iudęorum poſuit illud pręceptū ſcilicet. Caſſio. Vel Ioſeph interpretatur augmentatio cuius nominis interpretatio teſtimoniū eſt hebręi populi qui de terra ægypti multiplicat⁹ exiuit, quod & ad noſtram generationem competenter aptatur, Nā ſicut ille per maris rubri vndas exiuit ægyptum, Sic nos a vicijs carnalibus abſoluti regenerante ſancta vnda renaſcimur. Et ſicut illud mare fuit rubrum, ita aqua baptiſmi quæ cum ſanguine de latere Chriſti profluxit rubra poteſt nuncupari. Gloſa. Sed quando poſuit hoc teſtimoniū Cum exiret per baptiſmum de terra ægypti. id eſt de tenebris ignorantiæ, tunc enim, Linguam quā non nouerat audiuit. Caſſiodo. Hiero. Gloſa. Pręcepta ſcilicet euangelica quæ prius non nouerat, vel illud tempus ſignificat cum apoſtoli ſpiritu ſācto repleti linguis ignotis & varijs ſunt locuti. Gloſa. Sed quid ex hoc auditu fuit ſibi. Ecce.

vi ✠ alia li. amoui ab onere humerū eius. ‡ alia li. cophino receſſerunt.

DIuertit ✠ ab oneribus dorſum eius, manus ‡ eius in cophino ſeruierunt.

(Diuertit inquit ab oneribus dorſum eius. Gloſa. Quibus exercebat eos Pharao in luto & latere Caſſiodorus. Licet tamē hoc ad literam dixi videatur de iudæis, quando in ægypto diuerſis neceſſitatibus ſeruiebāt modo vt lateres facerent, modo vt terram cophinis exhiberent Tamen, de gentibus ad Chriſtum conuerſis conuenientius applicauimus a quorum dorſo auertit deus onera peccatorū quando ſe fœlici humilitate proſternunt ſicut ipſe dixit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. (Manus eius inquit). Gloſa. Id eſt populi iudaici in cophino ſeruierūt Id eſt in vaſe quo terram portabant lateres facien-

cophin⁹

tes Pharaoni. Lyra. Vel in inſtrumento facto ad exportandum fęces de ciuitatibus ad quod cōpellebantur filij Iſrael in ægypto. Caſſiodo. Cophinos enim dicimus, per quos ſordium purgamenta proicimus vt loci puritas elucеſcat. Manus autem ſuas in eis tenent, qui peccatorum immundicijs occupantur. Auguſtin⁹. Gloſa. In terrenis ſcilicet operibus & lutoſis quę ſignificantur per cophinos, quibus ſtercora mundantur & terra portatur. Caſſio. Sed de hac ſeruitute liberamur a domino, quando ſcelerum noſtrorū ſordibus expiamur Gloſa. Deinde loquitur deus peccatori quaſi dicat Ante in cophino ſeruiebas, ſed.

Manus in cophino

7 ✠ Heb. tonitrui ‡ Heb. ſemper

IN tribulatione inuocaſti me & liberaui te exaudiui te in abſcondito tēpeſtatis ✠, probaui te apud aquam contraditionis. ‡

Cur propheta & pſalmi obſcuri

Hieronym⁹. Prophetę & pſalmi ideo obſcuri ſunt quoniā ſubito cum neſcis perſona mutatur. Huc vſq; enim locutus eſt propheta. Nunc ſubito inducitur perſona dei loquētis ad populum, & dicētis. (In tribulatione). Lyra. Qua fuiſti oppreſſus in ægypto dura ſeruitute (inuocaſti me) vt te liberarē (& liberaui te (in ſignis & prodigijs te educendo. Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis. Id eſt quādo tēpeſtas veniebat ſuper ægyptios (exaudiui te) ſaluādo, quaſi in abſcondito & loco tuto. Gloſa. Vel in abſcondito quando ſcilicet, nec aperte audebant gemere iudęi metu ægyptiorum cum affligerentur operibus luti & lateris. Caſſiodorus. Gloſa Imputantur autē eis hic beneficia dei vt grauior eſtimetur offenſa. Ipſe enim nos de tribulatione liberat. Ipſe in aſcōdito anguſtiam noſtrę tēpeſtatis exaudit. Sequitur. Probaui te apud aquam contraditionis. Gloſa. Vbi de potentia mea & bonitate mea deſperans dixiſti. Nunquid poterit de petra eicere aquam, aut parare menſam in deſerto. Hieronymus. Miſtice autem ille probatur ad aquam cōtraditionis, qui pro ypocriſi baptiſmum recipit,

8 Aqua cōtradictionis pbari. ✠ Heb. alienus ‡ Heb neq; adorabis deum peregrinum. ſcdā ps.

AVdi populus meus & cōteſtabor te ✠, Iſrael ſi audieris me, nō erit in te deus recens ‡ neq; adorabis deum alienum. *

Gloſa. Hugo car. Secunda pars hactenus egit de oleo torcularis, id eſt de bonis, iam agit de amurca, id eſt de reprobis, qui hic arguuntur mouēs eos vt a malo reſipiſcant, & in bono proficiant, dicit ergo (audi) id eſt intellige populus me⁹. Hugo cardina. Quem creaui. Lyra. Et cui ſpecialem legē dei. Caſſiodo. vel ideo dicit populus meus, vt illam ſequeſtraret amurā quę torcularibus eccleſię tanq̄ pars fęcilenta proijcitur. Ille enim eſt popul⁹ dei qui neſcit cum malis aliqua morum permixtione confundi. Hiero. vnde quicquid populo huic de⁹ loquitur etiam nobis loquitur. Et conteſtabor te. Gloſa. Id eſt ſcripturarum teſtimonio probabo tibi quod dicam. Caſſio. Glo. Vel teſtis ero veritatis Ipſe enim dominus iudicijs teſtem ſe facit veritatis tam hic q̄ in futuro vt nullus dubitet. Deinde quid velit eum intelligere ſubdit. (Iſrael ſi audieris me). Idē Vocando eum Iſrael. Familiatem ſibi

ſignificat,&ad iuſſa inuitat.(Si inquam audieris me non erit in te.Gloſa.Id eſt in corde tuo,vbi veritas non falſitas debet eſſe(deus recens).Lyra. Id eſt nulla creatura naturaliter vel artificialiter facta erit apud te pro deo reputata .Caſſio.Glo.Vel hoc dicit ne verbum patris quiſq̃ putaret eſſe ſub tempore,nam ille recens eſt qui antiquiorem habet. Hieronymus. Vel cui deus vĕter eſt deus & recens eſt vel quotcunq; peccata habemus tot deos habemus,vnuſquiſq; enim quod cupit & veneratur, hoc illi deus eſt.(Neq; adorabis deum alienum. Augu ſti.Gloſa.hoc eſt.Sicut non cogitas falſum deum, ita nec adorabis fabricatũ,alienum enim dicit deũ qui nomine non eſſentia deus eſt. Caſſio.Eſt autẽ pęne par ſcelus recentem deum putare,& nephandis idolis ſeruire.Gloſa.Dico autem non adorabis nec debes,quia ego ſum qui ſum.

duplex deus.

ix Alia ſi. non hз ei alia non hз tuus: alia adimplebo.

EGo enim ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra AEgypti, dilata os tuum & implebo illud.

Caſſiodo.In hoc enim redduntur iuſtę cauſę quare deus adorari non debeat alienus(Ego enim ſum) Gloſa.Non alienus,& ſi homo ſim. Sum tamẽ dominus deus tuus. Caſſiodo . Immutabilis ſcilicet & æternus ſecundũ illud Ego ſum qui ſum. (Qui eduxi te de terra ægypti .)Glo.hiſtorialiter,vel alegorice de tenebris ignorantiæ.Caſſiodorus.Quando per regenerationis gratiam a peccatis nos liberat quibus tenebamur obnoxij, cũ manus noſtræ in cophino ſeruiebãt(dilata os tuum). Caſſiodo. Gloſa. Id eſt diuulga diſſemina confitendo amouẽdo quæ digna ſunt auditu(& implebo illud.Gloſa.Pane vitę & intellectus. Hugo cardi.Dando illi verbum meum ,iuxta illud dominus dabit verbũ euãgelizantibus virtute multa.Hieronymus . Vel ipſe eſt panis qui nos hortatur vt comedamus eũ Dilata igitur os tuum & implebo illud. Quãtũcũq; enim dilataueris tãtum accipies.Si volueris totum accipies,ſi nolueris totum ſaltem accipe partem. Totum autem eum accipit,qui omnia ꝓpter eum relinquens ſequitur eum. Glo.Sic inq̃ vt dictum eſt monuit.

x Alia li. credidit

ET non audiuit populus meus vocem meam,& Iſrael non intendit michi.

(Et non audiuit inquit).Hugo car. Id eſt non exaudiuit populus meus.Gloſa , Cui legem dedi , & cui magna feci, vocem meam)Lyra. Michi obediẽdo(& Iſrael). Caſſiodo.Populus ſcilicet iudęorum qui chriſto filio dei credere noluit. Hugo car. Vel populus Chriſtianus qui dicitur Iſrael,quia debet deum videre,qui tamen non intendit mihi. Glo. Nec intendere voluit tanq̃ ingratus tantis beneficijs. Hierony.Ecce enim ego ſto ad hoſtium ait dominus & pulſo,volo vt aperias,& ingrediar.& nõ vis audire.Gloſa.vnde digna vltio ſequitur.

xi ✠ Heb. prauitates affectionis ✠ Alia li conſilius ſuis.

ET dimiſi eos ſecũdum deſideria ✠ cordis eorum , ibunt in adinuentionibus ſuis.‡

Gloſa.Auguſtinus. Caſſiodo.Ecce torcularis aperta ſunt foramina,currit amurca.Et dimiſit eos inquit,non ſecũdum ſalutem pręceptorum meorũ, ſed ſecũdum deſideria cordis eorũ ſicut dicit apoſtolus. Tradidit eos deus in concupiſcentias cordis eorum. Hierony. Infœlix itaq; eſt qui a deo non corripitur ſi quis peccans non percutitur. Caſſio. Nõ enim impunitus relinquitur,quia domini defenſione deſeritur,nam quos ille relinquit affligit quia malorum omnium retributio eſt tãta bonitate fraudari.(Ibunt in adiuuẽtionibus ſuis.)Hugo cardi.Lyra. Id eſt in peccatis nouis enormibus ab ipſis inuentis.Hierony. Pro quibus ſępe percuſſi eos,& diſciplinam non receperunt rogaui, & non audierunt percuſſi & non cenſſerunt , . & ideo dimiſi eos in voluntatibus ſuis, vt ſaturati vicijs ſuis ,vel ſic agant pœnitentiam,ſequitur.

SI ✠ populus meus adiſſet me. Iſrael,ſi in vijs meis ambulaſſet. xii ✠ Alias vtinã populus

Hiero.O clementiſſimus pater, o miſericors deus rogauit & non eſt auditus , & quaſi iratus dimittit filium laſciuientem,iterum videt perire , & dolet quia perit,& quid dicit, Si populus meus audiſſet me. Hugo cardina. Credendo ſcilicet & obediẽdo. Caſſi. Sed quare populum ſuum dicit qui eum nõ erat auditurus,ſum inq̃ dicit , quia ei legem dedit quia ei miracula magna mõſtrauit vt culpa creſceret,cum in eum plębs electa pecaſſet. (Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet.)Lyra.Præcepta mea obſeruando quę ſunt viæ perueniendi ad beatitudinem Caſſiodo.Vnde ille,& audit dominũ & in vijs eius ambulat qui a mandatis ipſius non reperitur auerſus.Hugo cardinalis.Si inq̃ ita feciſſet.

PRo nichilo forſitam inimicos eorum humiliaſſem , & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam. xiii

(Pro nichilo inquid.)Lyra. Id eſt gratis(forſitã). Glo. Id eſt vere,ſed yronice loquitur(Inimicos eorum humiliaſſem Lyra.Eos ad nihilum deducendo,& dicit,(forſitam)non propter mutabilitatem diuinæ volũtatis quę eſt immutabilis ,ſed ꝓpter vertibilitatẽ(vt ſic dicam)hoĩs de bono ad malũ, ꝓpter q̃d frequẽter ĩpedit diuinę ꝓmiſſiõis effectus qui eſt ſub cõditione,ſcilicet ſi homo perſeueret in bono. Caſſiodo. Gloſa. Si enim deo male agentes reſiſtimus ille noſtris non contradicit inimicis , id eſt dęmonibus vel vicijs,nec manũ defenſionis noſtrę ſup eos ponit(vnde intelligere debemus quãdo a nobis deus auertitur non eſſe pietatis defectum, ſed magnę vltionis aculeum.Sequitur(Et ſup tribulantes eos miſiſſem manũ meam.)Lyra.Eos interficiẽdo ſicut fecit Pharaoni in mari rũbro. Hugo cardinalis.Vel ſuper tribulantes eos dęmones ſcilicet & vicia miſiſſem manũ meã,dęmones abijciendo,& peccata dimittendo.Caſſiodorus.Gloſa. Deinde poſt interpoſita domini verba propheta loquitũr,dicens. diuina ꝓmiſſio.

INimici ✠ domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula. xiiii ✠ Heb. qui oderũt dñm oderũt eũ negabũt eum.

(Inimici inqũit domini mentiti ſunt ei.)Gloſa. Auguſtinus . Caſſiodo.hoc de paganis dixi non potũit qui nihil domino promiſerunt. Lyra. Sed de peruerſis iudęis,qui promiſerunt obſeruare legem dei dicentes , omnia quę mandauerit nobis dominus faciemus & erimus obedientes Et tamẽ

ſcienter,& a propoſito cito tranſgreſſi ſunt enormiter,vitulum conflatilem adorantes.(Et erit tempus eorum in ſęcula.)Caſſiodor⁹. Tempus ſcilicet puniti onis, quando eis dicetur. Ite maledicti in ignem ęternum Lyra.Licet enim hoc peccatū tūc in parte fuerit punitum,cum de eis ceciderant in illa die quaſi.xxiij.millia. Adhuctamen alia reſeruatur punitio in futurum prout tunc dominus. Moyſi prędixit Ego autem inquit in die vltionis viſitabo ſuper hoc peccatum eorum.Hieronym⁹. Vel loquitur de iudęis quorum tempus erit in ſæcula quia in fine ſæculi, conuertentur, & ſaluabitur omnis Iſrael. Gloſa. Hugo cardinalis. Vel de trangreſſorib⁹ Chriſtianis loquitur, qui diligendo ea quæ in mundo ſunt inimici dei conſtituuntur & mentiuntur ei dum non obſeruāt quæ in ſuſceptione baptiſmatis promiſerunt, quorum tempus erit in ſæcula,dum eternaliter punientur. Sequitur.

Inimic⁹ dei.

ev

ET cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos.

Caſſiodorus.In quo pietas creatoris exponitur vt inimicos.id eſt ingratos beneficijs ſuis repleuerit,quos ſuperius dixit fuiſſe mentitos. Auguſti. Caſſiodorus. Gloſa. Et poteſt hoc ad literam intelligi vel de manna vel de corpore Chriſti vel de ſpirituali intellectu. (Et cibauit inquit eos ex adipe frumenti).Hieronym⁹.Per hoc enin voluit largitatem & pinguedinem gratiæ ſpiritualis oſtendere,& ideo adipes nominauit.Caſſi. Adeps enim frumenti ſacramētum eſt corporis Chriſti. Quid enim aliud adeps in frumento ſignat,niſi diuinitatē in carne.(Et pe petra melle ſaturauit eos) Gloſa.Caſſiodo.Non ſolum adipe frumenti cibauit,ſed & de petra melle hoc eſt, de ſapientia Chriſti,qui eſt petra,de quo mella,id eſt dulcedo ſanctę prędicationis manauerunt vnde iſti ſaturati ſunt vt delectarentur in verbo dei in cognitione ſacramentorum in ſolutione parabolarum.(Et tamen illi ingrati & perfidi ieiuni fuerunt fide qui aurib⁹ aggrauatis Chriſto obaudire noluerunt.

Adeps.

Pſalmus.lxxxi.

Titulus.

Canticum Pſalm⁹ Aſaph.

Caſſiodo.Glo. Pſalm⁹ iſte de duabus naturis in Chriſto loquitur, in quo Chriſtus vel ꝓpheta loquēs exprobrat ſynagogę quæ dominū corporaliter vidit & tamen eum non cognouit. Monens vt intelligant eum eſſe Chriſtum qui in aſſumptione carnis pauper eſſe videbatur. Hiero. Vel hortatur vt ſi volumus dominū habitare nobiſcum ſemper quę illi ſunt placita faciamus,& diuiditur in tres partes. In prima Chriſtum inducit aduerſarios arguentem. In ſecunda monet,vt Chriſtum quamuis eum egenū viderint tamen deum eſſe intelligant quę eſt intētio pſalmi ibi (Iudicate) quod eos non feciſſe in eadem parte ſupponit,ibi(. Neſcierunt). In tertia oſtendit a quanta dignitate ceciderunt ibi (. Ego dixi).Hugo.cardi.Glo.Agēs ergo de vtraqꝫ Chriſti natura,& prius nuncians Chriſtum eſſe deum, ait.

Diuiſio.

Lyra. Dicunt expoſitores hebręi, & catholici ꝙ Aſaph fecit hūc pſalmum contra peruerſos iudices arguens eorum nequitiam & petens ſuper hoc diuinam iuſtitiam.

DEus ſtetit in ſynagoga ✠ deorum, ī medio autem deos diiudicat.‡ 1

* Heb. in medio ‡ Heb diſcernere. alia diſcernit

Caſſiodorus.Glo. Cum enim dicit deus ſtetit,breuiter deum hominem indicat de corporali nāqꝫ ſitu humanitatis Chriſti loquitur,nam nō poteſt dixi a natura deitatis ſtare vel ſedere q nulla loci determinatione concluditur, qui cœlum & terram complet qui eſt inter omnia non incluſus extra omnia non excluſus(Deus inquam ſtetit in ſynagoga deorum.,Hugo car.Lyra. Id eſt in congregatione doctorum,ſcribarum phariſeorum, & iudicū de quibus in Exodo dicitur.Si latet fur domin⁹ domus applicabitur ad deos & iurabit,& iterum ad deos vtriuſqꝫ cauſa perueniet,id eſt ad iudices.Caſſio.Ideo autem additum eſt(deorū)vt euidentius de hominib⁹ dictū aduerteres inter quos corporaliter habitaſſe cognoſcitur Chriſtus.Hierony.Qui largitur in nobis nomen deorum & vtinam largiatur & meritum deus itaqꝫ in ſynagoga alijs ſtat alijs ſedet,alijs ambulat alijs dormit, & cū ipſe ſit immutabilis pro noſtra tamē varietate mutatur.Gloſa.Sed cur ibi ſtetit,ecce.(In medio autem deos diiudicat.)Hugo cardi. In medio ſcilicet quia omnibus ſe communiter exhibet ſine pſonarum acceptione & iudicat non tantum pauperes & viles,ſed etiam(deos)id eſt potentes & iudices minorū.Hieronym⁹.Deos enim appellat omnes prę ſides eccleſiarum,quos deus deorum, non per alios ſed per ſemet ipſum diiudicat. Auguſti. Gloſa. Diiudicat inquam non meritis ſed gratia dum aliud vas eligit in honorem,aliud in contumeliam.Hiero.Si igitur rex terroris rex formidabilis deos dij udcat,de peccatore quid facit.ſequitur.

homines deos nominat.

parte deus ad nos ſe habet.

VSquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumittis.✠ 2

✠ Adde ſemper

Auguſti.Gloſa.Hęc eſt vox dei diſcernentis. q.d, Miſi legē miſi prophetas,& reſtititis, illos iniurijs affeciſtis & interfeciſtis,vel hoc a gentibus conſeſſiſtis,ſed(vſqꝫquo).Lyra. Id eſt q̄diu(iudicatis iniquitatem(Auguſti.Gloſa.Nū & hæredem qui pro vobis venit occidere vultis? Caſſiodorus.Dicendo enim(vſqꝫquo)prauam conſuetudinem longi temporis indicat.Hierony, Vel in hoc ſcribarum & phariſeorum ſiue quorumdam redarguit epiſcoporum prauitatem qui perſonas accipientes ſecūdum faciem & non ſecundum deum iudicant, & hoc eſt quod dicit.(Et facies peccatorum ſumitis) Lyra.Id eſt perſonas malorum propter eorum potentiam,vel aliam cauſam malam accipitis.

IVdicate egeno & pupilo, humilem & pauperem iuſtificate. 3

Diapſalma. Secūda pars. ✠ alia li. iuſtificate.

Glo.Hugo cardina.Secunda pars in qua monet eos quos prius arguit.Caſſiodorus.Glo. Amonet enim iudęos vt chriſtum quem videbant deū intelligere debuiſſent,& vt aduerterent humilem ꝑ

pter ſe factum, cui cælorum poteſtates, dominationeſq; deſeruiũt pupillum fuiſſe, qui rector eſt omnium egenum, qui donando neſcit expendi. Pauperem cuius ſunt omnia quæ in cælo. Et quæ in terra creata ſunt. Pulchre autem dictum eſt pupillo, cui pater carnalis humana ſolatia nõ prebebat: nam ſicut in cælis deus eſt ſine matre, in terris homo extitit ſine patre. Hugo. Iudicate igitur, id eſt iuſte iudicate: nam iudicium ſi iniuſtũ ſit, recte loquẽdo non eſt iudiciũ (Egeno & pupillo.) Idem. Glo. Id ad honorẽ eius qui ꝓpter eos voluit eſſe ſine patre (Humilem.) Hugo. Qui ait. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde (Et pauperẽ) qui nõ habet vbi caput reclinet. (Iuſtificate) id eſt iuſtum credite, & iuſtum prædicate, nõ vt iniuſtum condemnate.

4 ✠ alia li. auferte ergo inopem: et pauperẽ

ERipite ✠ pauperem & egenum de manu peccatoris liberate.

Glo. Hoc modo minoribus dicitur. Hugo. (Eripite) inquit (pauperem) Chriſtum ſcilicet de manibꝰ maiorum. Et ipſum (egenum de manu peccatoris) id eſt principis (Liberate.) Caſſ. In quo cõmonentur qui manus ſuas in nece domini minime polluerunt ne deſinãt iniuſte traditũ ſceleratis, eripere qui paupertatẽ & indigentiã cum humanitate ſuſcepit. Aug. Glo. In hoc oſtendens nec illos immunes eſſe, qui permiſerunt Chriſtum crucifigi, cum tanta multitudo poſſet ſi voluiſſet, & illos a facto, & ſe a cõſenſu liberare. Caſſ. Glo. Nam cum quis poteſt obuiare peruerſis: ſi deſinat, cõſenſus erroris eſt. Hugo cardi. Et quia neq; maiores, neq; minores ita fecerunt vt monuerat: de vtriſq; ſubiungit, dicens.

NEſcierunt neq; intellexerũt, in tenebris ambulant, mouebũtur omnia fundamenta terræ.

(Neſcierunt inquit.) Auguſti. Glo. Hoc hominibus conuenit prelatis & ſubditis: ſi enim cognouiſſent, nec illi dominum crucifigerent, nec iſti Barrabam eligerent, neq; intellexerunt, id eſt nec etiam ſcire curauerũt. Hugo. Malum autem eſt eis ignorare, ſed peius eſt nolle ſcire. Et hoc ideo eis contigit, quia. (In tenebris ambulant.) Gloſa. Id eſt excæcati ſunt. Lyra. Peruerſitas eni in affectu, inducit tenebras in intellectu. Hierony. Vel de iudicibus malis loquitur, quos ſupra vocat deos qui neſcierunt deum, nec intellexerunt iudicium dei. ſed in tenebris ambulant derelinquentes lucem, quia ergo hoc fecerunt, videamus quod ſequitur. (Mouebuntur omnia fundamenta terræ.) Caſſio. Hugo. Quod in crucifixione domini conſtat eueniſſe, quando terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt. Idem. Glo. Vel ſpiritualiter terreni homines moti ſunt illo tempore viſo tanto miraculo, vt Centurio qui dixit, vere filius dei erat iſte. Augu. Gloſa. Vel per hanc cæcitatem Iudeorum (Mouebuntur ad fidem omnia fundamenta terræ) id eſt plenitudo gentium intrabit (Vel mouebuntur) admirando coli pauperem mortuum, vel eum contemptis terrenis ſectando. Hieronymꝰ. Vel hoc dicit, quia propter malos iudices terræ fundamenta quatiuntur, vel quaſi diceret, ego malos iudico, qui fundamenta poſuerunt in terra, non in cælo.

Ignorãtie grauitas.

vnde peccatum.

EGo dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. 6 ✠ alia li. altiſſimi

Tertia pars.

Gloſa. Hugo. Tertia pars in qua oſtendit, a quanta dignitate ceciderunt quam habuiſſent ſi vellẽt. vt ſcilicet eſſent filij dei. vnde dicit (Ego) cuius dicere eſt eſſe vel facere (dixi) ꝙ vos omnes (dij eſtis.) Caſſ. Per gratiam vtiq; non natura. Omnes enim filij eius vocantur, qui ſanctis iuſſionibus eius acquieſcunt. Hiero. Videte ergo quãta ſit dignitas fidelibus, qui dij vocantur & filij. Caſſ. Glo. Quaſquidem promiſſiones omnes accipiunt ſi mandata domini cuſtodiũt, vt ſcilicet ſint filij, & dij quod tamen ad ſolos iuſtos pertinet qui prædeſtinati ſunt ad vitam. Hiero. Cum autem dicit omnes, notatur ꝙ non eſt perſonarum acceptio apud deum, non enim dicit. Ego dixi (dij eſtis) reges & principes, ſed (omnes quibus æqualiter corpus dedit & animam, & ſpiritum æqualiter enim omnes naſcimur & imperatores & pauperes, æqualiter & morimur, æqualis omnium conditio eſt. Hugo. Hæc itaq; eſt dignitas quam habuiſſent ſi voluiſſent. Sed oſtendit ꝙ eam non habuerunt, dicens.

Adde / vos.

Qñ homines dij dicãtur.

VOs autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis. 7

Caſſio. Quod ſupra dixit ad iuſtos pertinet, nunc verba deflectit ad impios, dicens. (Vos autem ſicut homines moriemini.) Idem. Dicendo enim ſicut homines ſignificat vtiq; peccatores qui in nullo precio ſunt redempti, nec de obnoxijs facti ſunt liberi. Hiero. Vnde in hebræo habetur. Vos autem ſicut Adam moriemini, quia ſicut ille, quia noluit audire præceptum domini cecidit, ita & vos (Moriemini.) Lyra. Vos inquam moriemini, nec poteſtas veſtra vos a morte ſeruabit. (Et ſicut vnus de principibus cadetis (in foueam gehẽnæ per æquitatem diuinæ ſententiæ. Hiero. Caſſio. Per vnum enim de principibus ſignificat dyabolum, qui de cælo proiectus corruit, & pœnam ſuę peruerſitatis inuenit. Hugo cardi. Conſequenter propheta videns dei comminationem, & Iudæorum obſtinationem ex perſona ſua ſubdit.

SVrge ✠ deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. 8 ✠ alia li. diſcerne.

Caſſio. Cui hoc dicitur. (Surge deus) niſi illi, qui preuidebat occidi. Glo. (Surge) inquã a mortuis (iudica terrã) Gl. Mundũ ſcilicet, quod potes, quia tuus eſt. Hiero. Nõ autẽ dicit cælũ in quo peccata nõ fiũt (ſed terrã.) Glo. i. eos qui ſapiũt. Hugo. Et loquitur de iudicio diſcretionis. vel de iudicio cõdẽnationis, iudica ergo, quia licet Iudei reprobentur & condẽnentur, multos tamẽ habebis cultores de gẽtibus, & hoc eſt quod addit. (Quoniã tu hæreditabis in omnibus gentibus.) Lyra. Quia finali iudicio peracto, omnes electi erunt ſubiecti ordini ſuæ miſericordiæ immobiliter, & reprobi ordini ſuæ iuſtitiæ. Caſſiodorus. Vel hæreditabis terram illam quam beati poſſidebunt, & ad æternam iocunditatem magnæ fœlicitatis accipient. Gloſa. Vel hæreditabis terram. affectum ſcilicet terræ in credentibus abſumendo.

Multiplex iudicium.

¶Pſalmus.lxxxij.

¶Titulus.

Canticum pſalmi Aſaph.

Hieronym⁹. Vocem prophetæ cõtinet collaudantis deum. Caſſiodor⁹. Vel vox eſt fideliũ deprecantiũ ne a ſatellitibus Antichriſti diutius eccleſia torqueatur, ſed cito eorum contumacia opprimatur. Gloſa. Intẽtione autem deterret iniquos a perſecutione populi dei, bonos vero monet ad patientiam, & eſt pſalmus iſte de aduentu Chriſti ad iudicium, vbi boni qui hic patiuntur coronabũtur. Mali vero qui eos perſequũtur torquebuntur, & diuiditur in duas partes. In prima proponit timorem futuri iudicis, & deſcribit malitiam iniquorum perſequẽtium. In ſecunda agit, de vindicta iniquorum. ibi. fac illis. (Sicut Madiam.) Gloſa. Fidelis ergo Aſaph præuidens Chriſtum in maieſtate iudicaturum, qui in humilitate iudicatus eſt ait, O.

Pſalmi.

Diuiſio.

Lyra. Exponit hunc pſalmũ fuiſſe factum per Aſaph cõtra Sennacherib & eius exercitũ. ſicut de pſalmo lxxv. ſupra dictũ eſt.

1 DEus ✠ quis ſimilis erit tibi, ne taceas neq; compeſcaris deus.

✠ Heb. ſic deus ne taceas: ne ſileas: et nõ quieſcas de⁹: reliquũ additum eſt.

Caſſiodo. O (deus inquit quis ſimilis erit tibi, quis) inqua (ſimilis erit) ei qui cælum, terrã & cuncta quæ in eis ſunt momentanea celeritate perfecit. Glo. Idem. Auguſti. Quod & ſi homo eſt vt alij, & ſi cũ iniquis latronibus iudicatus & deputatus eſt, quis tamen ſimilis erit ei, cum ſcilicet in claritate ſua iudicabit, tunc enim cæteris hominib⁹ diſſimilis erit, quando iudex in gloria apparebit, & quia talis erit, ideo ſequitur. ne taceas. Aug. Glo. Caſſ. A pœna ſcilicet quæ in primo aduẽtu tacuiſti, & poteſtatẽ tuã cõpeſcuiſti, vt poſſes teneri & perimi, & ſicut ouis ad occiſionẽ ductus es, & tanq̃ agn⁹ corã tondẽte obmutuiſti. nunc vero. (Ne taceas, neq; compeſcaris deus.) Hug. A pœna aduerſarijs inferẽda poſt prolationẽ ſentẽtię. Lyra. Nec retinearis ampli⁹ ab illatione vindictæ. Caſſi. In quo potẽtia illa futuri declaratur aduẽtus quãdo nec tacebit, qui iudicabit, nec cõpeſcetur qui virtutis ſuæ manifeſtatione declarabitur. Lyra. Huius autem vindictæ cauſa ſubiungitur, cum dicitur.

2 QVoniam ecce inimici tui ſonuerunt, ✠ & qui oderũt te extulerũt caput.

✠ alia li. tumultuati.

Caſſ. In quo ſingula ſingulis reddit (ne taceas inquit) quoniã ecce inimici tui ſonuerũt, neq; cõpeſcaris, quoniã qui te oderũt extulerũt caput. Idem. Aug. Glo. Per quę nouiſſima tẽpora Antichriſti deſignat, quãdo qui modo premũtur metu in liberam vocẽ erũpẽt, quoniã inquit ecce inimici tui. i. Antichriſti membra ſonuerũt cõtra dicẽdo quorũ vox, quia irrationabilis erit, magis ſonit⁹ q̃ locutio dicitur (&) id eſt quia qui oderũt te iam diu nouiter extulerũt caput. Caſſ. Glo. Plurali numero dixit oderũt, & in ſingulari caput Antichriſtũ ſcilicet, vnde plures ſunt qui oderunt eum, quorũ omnium vnum caput eſt Antichriſtus, quod elatum eſt vt deus dicatur. Hiero. Vel hoc dicit, quia qui eleuat caput in ſuperbiã odit eum, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Sequitur.

3 SVper ✠ populũ tuum malignauerunt conſiliũ, & cogitauerunt ‡ aduerſus ſanctos tuos.

✠ alia li. in plebẽ tuã aſtute cogitauerũt cõſilium. ‡ Heb. inierunt conſiliũ aduerſ⁹ arcanũ tuum.

Hug. (Super populũ tuũ inquit Chriſtianũ. ſ. malignauerunt) id eſt malitioſe tractauerũt (conſiliũ.) Glo. Ad decipiendũ. Aug. Glo. Irridẽter autẽ iſta dicũtur, nõ enim poſſunt nocere populo dei pro quo eſt deus qui nouerãt dicere, ſi deus pro nobis quis cõtra nos? Sequitur. (Et cogitauerũt aduerſ⁹ ſanctos tuos.) Caſſ. Glo. Vt non ſolũ mediocribus verũetiã ipſis cęleſtib⁹ viris inferre conarẽtur exitiũ. Gl. Et ecce cõſiliũ, quo meditati ſunt inania.

4 DIxerũt venite & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltra. ✠

✠ alia li. amplius

Aug. Glo. Iſte inquã eſt ille ſon⁹ quo ſonuerũt magis q̃ locuti ſunt, quando inaniter inania ſtrepuerunt & (dixerũt.) Lyra. Adinuicẽ ſe mutuo exortantes. (Venite & diſperdam⁹ eos de gẽte. Hugo. Id eſt interficiam⁹ eos vt nõ ſint inter gẽtes. Glo. Aug. Vel (de gẽte) ſingulariter dicit omnes Chriſtianos ſignificans qui ex vno fonte baptiſmi nati ſunt, quos omnes Antichriſtus vocat vnam gentẽ, propter vnã voluntatẽ. Caſſ. Talẽ nãq; intentionẽ habebit ipſe Antichriſtus, vt Chriſtianũ nomẽ de orbe terrarũ funditus deleatur, neſciens miſer quia dum ſeruos Chriſti necare cupit, ſanctorũ numerũ aſſidua perſecutione complebit. (Et non memoretur nomen Iſrael vltra.) Lyra. Id eſt ſic deleamus eos q non remaneat huius gentis memoria. Glo. Deinde exponit qui ſunt malignantes, vel quo ſtudio malignauerunt, dicens.

5 QVoniam cogitauerunt ✠ vnanimiter. ſimul aduerſum te teſtamẽtum ‡ diſpoſuerũt tabernacula Idumeorum & Hiſmaelitę.

✠ Heb. tractauerunt corde pariter. ‡ Heb. foed⁹ cõtra te pepigerunt

(Quoniam inquit cogitauerũt vnanimiter.) Glo. Id eſt cum ſtudio (ſimul) id eſt omnes, vt poſſent eſſe fortiores (aduerſum te) Hugo car. Id eſt aduerſus membra tua. Hiero. O infœlicitas, non poteſt populus dei tantum in bono habere concordiam, quantũ mali habẽt in malo (teſtamentũ diſpoſuerunt.) Hugo car. Id eſt pactũ fecerũt. Idem. Aug. Caſſiodo. Glo. Quippe in ſcripturis non illud ſolum dicitur teſtamentũ quod non valet niſi teſtatore mortuo, ſed etiam omne pactum & placitum quod inter viuos valet teſtamentum vocatur, ſicut itaq; Laban & Iacob teſtamentum fecerunt quod etiã inter viuos valeret, ita mali inter ſe quaſi pactum fecerũt, q vnanimiter bonos perſequerẽtur. Ecce expoſuit quo ſtudio malignauerunt, deinde oſtẽdit qui ſunt malignãtes. Hiero. Vndecim enim ſunt qui hic enumerãtur pugnãtes aduerſus ſanctos. Caſſ. Quorũ enumeratio in his trib⁹ verſib⁹ Chriſti declarat inimicos, qui ſicut illi contra Iſraelita tẽporib⁹ Antichriſti, iſti cõtra Chriſtianos debellabũt, ſequitur. (Tabernacula Idumeorũ.) Lyra. Iſti Idumei deſcẽderũt ab Eſau qui & dicitur Edom

quot ſanctorũ oppugnatores.

qui odiebant populum Iſrael, ſicut Eſau Iacob. Hiero. Auguſti. Caſſiodo. Gloſa. Hugo cardinal'. Et interpretātur terreni ſeu ſanguinei, terrena ſcilicet amantes cupidi & auari. Hieronymus. Hugo cardinalis. Quod autē dictum eſt tabernacula notat mobilitatem terrenorum quæ diu ſtare & poſſideri non poſſunt, quia non habent domus fundamentum. (Et Iſmaelitę.) Lyra. Qui deſcenderūt ab Iſmael filio Abrahę & odiebant filios Iſrael qui deſcenderant de Iſaac. Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Et interpretantur obedientes ſibi non deo. Mundo non domino, qui prauas cogitationes ſuas ſequuntur, vt quodcūq; cor & mala cogitatio ſuggeſſerit ſtatim faciāt. Hugo cardinalis. Quales ſunt guloſi qui ſibi, id eſt ventri obediunt & ſeruiunt.

6 ✠ Heb. paleſtia cū habi. Tyrum.

MOab & Agareni, Gebal, & Amon, & Amalech, alienigenę ✠ cum habitantibus Tyrum.

Lyra. Moab & ſimiliter Amon qui poſtea ponitur fuerunt filij Loth, a quibus denominati ſunt duo populi, Moabitæ ſcilicet & Ammonitæ, qui pariter odiebant filios Iſrael imponentes eis falſo, ꝙ tuliſſent partem terræ ipſorum, quādo aſcenderunt de Aegypto. Hieronym⁹. Auguſti. Caſſiodorus. Gloſa. (Moab) autē interpretatur ex patre quod tali modo ſignificat peccatorē, vt ad patrem Adam eius inobedientia referatur. Hieronymus. Vel ex patre, hoc eſt recedentes a deo patre. Gloſa. Auguſtinus. Inde enim dicti ſunt Moabitæ a Moab, ſcilicet quem Loth ebrius de maiore filia ſua genuit, Bobuus quidem pater, quo filia illicite vſa eſt, ſicut & lex bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur non inceſte & illicite. Hugo cardi. Per Moab itaq; intelligūtur luxurioſi, qui ex vitio paterno, corruptionem carnis habētes illicite commiſcentur. (Et Agareni.) Lyra. Qui fuerunt filij Cethuræ quæ alio nomine dicta eſt Agar, & iſti odiebant filios ſicut Hiſmaelitæ fratres ſui. Hieronym⁹. Hij & Proſeliti dicti ſunt. Auguſtin⁹. Caſſiodo. Glo. Id eſt aduenæ qui non ciues fiunt, ſed alieno animo ſubintrāt eccleſiam, & inuenta occaſione nocendi ſe oſtendunt. Hugo cardinalis. Quales ſunt ſuperbi qui in aliena terra ſuperbiunt ſicut fecit primus angelus, vel Agareni interpretantur feſta ſuſcitantes hij ſunt pigri qui nihil volunt operari (Gebal.) Lyra. De iſto non habetur clare origo niſi fuerit Gobal filius Seyr horrei qui fuit etiam moleſtus filijs Iſrael ſicut & Ydumei habitatores mōtis Seyr. Hieronymus. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Gebal autē interpretatur vallis vana, id eſt fallaciter humilis, Ge, enim dicitur vallis, bal vero interpretatur vana. Hugo cardinal'. Et ſignificat ypoctiſim, quæ vane non vere humiliat hominē. (Et Amon.) Gloſa. Hunc genuit Loth ebrius de filia ſua minore, vnde & Amonitæ dicti ſunt. Aug. Hiero. Caſſio. Glo. Et interpretatur popul⁹ turbidus, vel mœroris per quem ſignificātur furioſi qui confidūt in multitudine nō in ſimplicitate. Hug. Vel ſunt iracūdi, vnde poeta. impedit Ira animū ne poſſit cernere verū. (Et Amalech.) Gloſa. Iſte fuit filius Eliphat primogeniti Eſau, a quo Amalechitæ. Lyra. Qui odiebāt filios Iſrael & primo inuaſerūt eos in deſerto cum aſcenderēt de Aegypto. Hiero. Aug. Caſſ. Glo. Et interpretatur populus lingēs terrā, id eſt fallaciter blandiēs, quicunq; enim pugnant aduerſus populum dei, non comedunt cæleſtem panem, ſed lingunt terrā ſicut ſerpens amantes terrena. Hugo. Vel ſunt adulatores & detractores qui abſentibus detrahunt, & pręſentibus adulātur (alienigenę.) Hiero. Gl. In hebręo habetur Philiſtijm. Lyra. Qui fuerūt multum infeſti Iudęis vt habetur in libris Regū. Aug. Glo. Philiſtijm vero interpretātur cadentes potione, hoc eſt ꝙ inebriati ſunt de calice dyaboli, vel quos ebrios fecit luxuria ſæcularis & inebriati ceciderunt. Hugo. Vel ſunt illi qui ſemper ſtudēt nocere alijs, vnde primo nocēt ſibi ex quo duplex ruina quod interpretatur Philiſtijm. Glo. Et hi omnes diſpoſuerunt teſtamentū. (Cum habitantibus Tyrum.) Lyra. Tyri primo fuerūt confederati Iudęis tempore Salomonis. Et poſt ea facti ſunt inimici, & prouocauerūt regem Aſſyriorum contra Iudæos. Hiero. Angu. Caſſ. Glo. Tyrus autem hebræa lingua dicitur ſor. quod interpretatur tribulatio & anguſtia, quam patiuntur poſſidentes terrena circa quæ anguſtiantur ſecundum illud. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Hugo. Vel per Tyrum inuidia ſignificatur quæ anguſtiat & tribulat cor inuidi, vnde poeta. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Hiero. Iſtæ ergo tantæ gētes quæ oppugnāt populū dei, videamus quem habeant principem & adiutorem, ſaluatorem an dyabolum. Gloſa. Et quare ſunt inimici populo dei, ſequitur.

ET enim Aſſur venit cum illis, facti ſunt in adiutoriū ✠ filijs Loth. 7

✠ Hebr. brachiū ſemper.

Hugo car. Et enim Aſſur, id eſt ad literam Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum qui populum dei captiuauit, & interpretatur deprimēs vel elat⁹, quod bene competit dyabolo. Hieronym⁹. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Vnde Aſſur pro ipſo dyabolo poſitus eſt, qui operatur in filijs diffidentiæ quorum ipſe princeps eſt, tanquā in vaſis ſuis, vt oppugnet populum dei, iſte inquam venit cum illis, & ipſi omnes operante' in ſe principe dyabolo. (Facti ſunt in adiutorium filijs Loth. Hieronym⁹. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Id eſt dæmonibus, Loth enim interpretatur declinans, dęmones autem fuerunt angeli, & poſtea cum dyabolo ceciderunt & facti ſunt ſatellites eius, iuxta illud, cecidit draco, & traxit ſecum tertiā partem ſtellarum, iſti ergo. (Facti ſunt in adiutoriū filijs Loth) quia illud operantur quod & dæmones. Caſſiodorus. Vnde merito hoc nomē in fine poſitum eſt, quod declinationem ſignificaret, ac ſi diceret. Omnis hæc turba prædictorum ſimul declinauit in malum, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Quæquidem turba, quæ ſub Antichriſto congreganda eſt, alluſione iſtorum nominum exprimitur, vt merito tot malorum vocabula in illa intelligeres plæbe congeſta. Hieronymus. Quæ niſi ſic interpretarentur, quid prodeſſet ea in eccleſia Chriſti legere. Idem. Auguſtinus. Iam vero nunc videamus, quid imprecetur propheticus ſpiritus magis prædicēs, ꝙ maledicens.

Moab quid ſignificat.

Agareni quid ſignant.

Gebal: is interpretatio

Oratius

8 Diepſal ma.

ſ:ba ps.

FAc illis ſicut Madiam & Syſarę, ſicut Iabin in torrente Ciſon.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi agit de vindicta iniquorum, de quorum culpa egit in prima. Caſſiodorus. Et quia ſupra mores impugnantium populum dei, per diuerſa gentium nomina deſcripſit. Nunc retributionem eorum per ſimilitudines gentium deſcribit, dicens. (Fac illis ſicut Madiam.) Glo. Madiam fuit filius Abrahæ & Ceturæ, vnde & Madianitæ fuerunt, qui filios Iſrael multotiens afflixerunt, quos deuicit Gedeon cum trecentis viris. Caſſiodorus. Gloſa. Madiam autem interpretatur declinans iudicium. Hugo cardinalis. Quales ſunt peccatores qui declinant præſens iudicium, dum nolunt confiteri peccata ſua, nec pariter volunt cogitare aut timere futurū iudicium. (Et Syſaræ.) Gloſa. Hugo cardinalis. Quem Iahel vxor Abel cinei interfecit, clauo tabernaculi quem defixit in cerebrum eius per tempora, per ſequētibus eum Barach & Delbora. Auguſtinus. Caſſiodorus. Syſaræ interpretatur gaudij excluſio. Hugo cardinal'. Per quem deſignantur diuites huius ſæculi, qui ponunt conſolationem ſuā in diuitijs, & nihil eis curæ eſt de gaudio æterno, nec eſt timor dei ante oculos eorum. (Fac etiam illis ſicut Iabin.) Gloſa. Hugo cardinal'. Id eſt ſicut exercitus Iabin regis Canaam, cui ſeruiebat Syſara princeps exercitus eius. Auguſtinus. Caſſiodorus. (Iabin) interpretatur ſapiens. Hieronymus. Vel intellect⁹, hij itaq; ſunt, qui ſibi in ſua ſapientia confidunt, & non in gloria dei. Hugo cardinalis. Sapientes, ſcilicet huius ſæculi, qui ſtulti reputantur apud deum. (Fac inquā illis ſicut feciſti iſtis in torrēte Cyſon.) Hugo cardinal'. Lyra. Iſti enim iuxta illum torrentem victi ſunt, & torrens traxit cadauera eorum, per torrentem autem iſtum ſignificatur abundantia temporalium, quæ ad modum torrentis in pręſenti vita quaſi in hyeme abundant, ſed in futuro quando neceſſarium eſſet, quaſi in æſtate ſiccabuntur, ſicut patet in illo diuite epulone. Quid autē fecerit illis, ſequitur.

9 ✠ Heb. contriti.

DIſperierūt ✠ in Endor, facti ſunt vt ſtercus terræ.

Endor.

Gloſa. Ad literam enim hi omnes in torrente Cyſon, & in fonte Endor perierūt. Car. Endor autem fons eſt, vnde creditur dicta, Endor ciuitas. Lyra. Vnde fuit illa mulier quam conſuluit Saul, & bellum illud fuit prope fontem illum. Huho cardinalis. Vbi multi eorum diſperierūt, & computreſcentes. (Facti ſunt vt ſtercus terræ.) Lyra. Quia cadauera eorum remanſerūt ſuper terram inſepulta. Caſſiodorus. Et corporali putredine ſoluta ſunt. Gloſa. Vel moraliter (Endor) fons generationis dicitur carnalis, ſcilicet cui dediti ſunt ſicut ſtercus, de quo nihil propagatur niſi terrena fecūditas. Hieronymus. Vel intelligitur de malis angelis qui dicebant, aſcendam in cælum, & ero ſimilis altiſſimo qui non ſolum in terra deſcenderunt, ſed. (Vt ſtercus facti ſunt.) Hugo cardinalis. Hæc itaq; de minoribus dicta ſunt. De maiorib⁹ autem ſubdit.

10 POne principes eorū ſicut Ozeb & zeb & zebee, & Salmana.

Hugo cardinalis. Iſti fuerunt principes Madianitarum quos debellauit Gedeon miraculoſe, ſeu dominus per Gedeonem & rencentos viros qui erāt cum eo. (Ozeb) autem (& Zeb) occurrerunt filij Ephraim, cum fugerent a facie Gedeonis, & eorum capita attulerūt Gedeoni. Ipſi vero Gedeon perſequens (Zebeę & Salmana) compreheudit eos & interfecit. Hugo cardina. Sicut ergo iſti victi ſunt & occiſi, ita tu domine (pone principes eorum) antichriſtianorum ſcilicet. (Sicut Ozeb & Zeb, & Zebeę, & Salmana pone) inquā illos (ſicut Ozeb.) Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Siccos ſcilicet a gratia dei (Ozeb) enim interpretatur ſiccitas. Hieronymus. Vel interpretatur foramē, in quo coluber ingreditur. Hugo cardinalis. Vel coruus & menſa, & ſignificat loquacitatem & comeſſationes, quibus intendunt principes tam ſęculares q̄ eccleſiaſtici neglecta cura populi. Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. (Zeb) interpretatur lupus. Hugo cardinalis. Quod principibus & pręlatis prædictis bene competit qui ſunt lupi rapaces deuorantes bona ſubditorum (Zebeę) interpretatur victima lupi ſcilicet, non dei. Idem. In quo ſignificatur q᷑ tales principes pro victima dabit mors, quos rapiet diabolus, & deuorabit infernus. Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Gloſa. (Salmana) vero interpretatur vmbra commotionis. Hugo cardinalis. Vel ſenſibilitas eius, & ſunt illi qui modo nihil laboris & doloris volunt ſentire, qui tunc ſentient pœnam intollerabilem. Glo. Vel ſunt inſtabiles omni prauæ ſuggeſtioni cędentes. Caſſiodorus. Hæc autem omnia exercitui Antichriſti optat propheta qui nulla conuerſione ſaluandi ſunt. Gloſa. Et de quibus adhuc obſcure locutus eſt manifeſtius aperit, cum ſubiungit. zeb & zebec quid ſignant.

xi ✠ Heb. dixerunt poſſideamus nobis pulchritudine dei.

OMnes principes eorum, qui dixerunt hæreditate ✠ poſſideam⁹ ſanctuarium dei.

Hugo cardinalis. Subaudi pone ita vt dixi. (Omnes principes eorum.) Gloſa. Caſſiodo. Id eſt omnes conſiliorum malorum auctores, qui dixerunt. (Hęreditate poſſideamus.) Hugo cardinalis. Id eſt ſubijciamus nobis (ſanctuarium dei.) Caſſiodor⁹. Id eſt populum Chriſtianū, de quo apoſtolus ait. Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Hieronymus. Hoc inquā dixerunt, ſed non perfecerūt, quia domin⁹ pugnabat pro populo ſuo. Sequitur.

xii DEus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

(Deus inquit propheta.) Hieronym⁹. Qui deus eſt omnium. Meus tamen proprie deus. (Pone illos vt rotam.) Auguſtinus. Hugo cardinalis. Glo. Vt ſcilicet non ſint in eo quod cogitant ſtabiles. Caſſi. Glo. Sed ſicut rota ex hijs quę retro ſunt extollitur, & ex hijs quę ante ſunt deicitur, nec quicquā ꝑficiūt dum ſuis rotationib⁹ atterūtur, ita & ipſi ex his quæ retro ſunt, id eſt ex terrenis in quibus creſcūt extollātur, & animo cadāt ab his quæ ante ſunt. i. ab æternis. Lyra. Vel per rotam intelligitur quędā ſpecies tribuli, ſeu herbę, quę in ſummitate facit quandam ſphęram albam lanugini ſimilem, quę ad modicum flatum venti diſpergitur & diſparet. (Et ſicut ſtipulam ante faciem venti.) Rota qd ſignificat.

Caſſiodorus. Vt leuitas peccantium quaſi vento meabili transferatur. Et huc atq; illuc volitans incerta ſemper voluntate moueatur. Hugo card. Vel pone eos ſicut ſtipulam ante faciem venti, vt ſcilicet non poſſint reſiſtere tuæ vindictæ, ſicut nec ſtipula poteſt reſiſtere vento. Augu. Hęc autem dicit non optando, ſed prophetando. Sequitur.

13 ✠ Alia. ignem. Alia ſyluas.

SIcut ignis ✠ qui cōburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes.

Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Per ignem & flammam acerbitatem pœnarum, & tempus deſignat iudicij quādo & ſyluæ denſiſſimæ peccatorum. & montes ſuperbiæ cremabūtur. Auguſtin⁹. Quos ſyluam dicit propter ſterilitatē. Montes vero propter ſuperbiā & elationem. Tales enim ſunt inimici populi dei innanes. ſcilicet iuſtitiæ, & pleni ſuperbię. Hieronym⁹. Syluam autem dicit, non arbores frugiferas: nam ſylua eſt quæ fructū non habet. Si quis ergo ſtipula eſt, & non habet frumētum. ſi quis ſylua eſt, & non habet frugem, hoc pereat, & ſuperbia cum eis.

14 ✠ He. in turbine.

ITa perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira ✠ tua turbabis eos.

Caſſiodor⁹. (Ita inquit perſequeris illos) vt ſic debeant exterminari, quemadmodum comparationes ante factæ commemorāt. (In tempeſtate tua.) Idem. Gloſa. Id eſt iudicij tempore, quod erit improuiſum & graue, & propterea tempeſtati merito comparatur. Primum, quia improuiſum erit, deinde ꝙ ſubito fragore conturbabit. Et locum tollet conſilij repentina periculi magnitudo. (Et in ira tua.) Gloſa. Id eſt in iuſtitia vltimæ vindictæ. Auguſtinus. Caſſiodorus. Ira enim dei dicitur ratio iuſtæ vindictę tanquā ſi lex dicatur iraſci, eo ꝙ miniſtri eius ſecundū eam commoti vindicāt. Nam ira, aliter non poteſt diuinitati cōgruere (turbabis eos.) Hugo cardinalis. Videntes enim (vt ſapiens ait) turbabūtur timore horribili. (Vel turbabis eos) vt ſaluentur, & ideo non dicit (occides) ſed (turbabis.) Hugo cardinal'. Videns enim eos auerſos eſſe a deo in proſperitate, vt per aliam viam reuertantur ad ipſum petit pro eis aduerſitatem. Caſſiodorus, Vel nunc ad illos cōuertitur, qui ſunt præſtante domino crediturí, dicens.

15

IMple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine.

(Imple inquit facies eorum ignominia.) Gloſa. Id eſt. Fac eos ſibi & alijs ignominioſos videri. Hieronymus. Vt confundātur. Caſſiodorus. Illorum namq; facies implentur ignominia, qui peccatorum ſuorum nō inuenerint laudatores, ſed potius eis in præſenti reputatur, quod in mala actione geſſerunt. Hieronymus. Sed quare hoc. Sequitur. (Et quærent nomen tuum domine) videtis ergo, quia non contra eos, ſed pro eorum ſalute deprecatus. Gloſa Remi. Vnde melius eſt eis ruere vt pœniteant, q̄ ſub ſpecie religionis ſuperbiæ, dicente ꝓpheta. Et tu filia Syon, vſq; ad Babylonem venies, ibiq; liberaberis. Sequitur.

ERubeſcant & conturbentur ✠ in ſæculum ſæculi, & confundantur & pereant. 16 ✠ alia li. reuereātur.

Auguſtinus. Ruſus enim ad hos reddit, qui in eadem ſocietate inimicorum, ad hoc confundendi ſunt ne confundātur in ęternū, & ad hoc perdendi ſunt, inquantum mali ſunt, vt boni facti inueniantur in æternum. Hieronymus. Pereant ergo ſecundum hoc ꝙ mali ſunt, & ſaluetur quod bonū eſt. Hugo cardinalis. De his itaq; ait. (Erubeſcant) de peccatorum enormitate. (Et conturbentur) de dei offenſione, de amiſſione vitę ęternę, & de obligatione ęternę pœnę, quę erit in ſęculum ſęculi. (Et confundantur) in confeſſione & ſic (pereant) vt iam non ſint peccatores, ſed iuſtificati. Gloſa. Vel in malum de his qui non conuertentur, nec quærent nomen tuum, quaſi dicat, quod ſi non fecerint (erubeſcāt) in futuro de malis quę fecerunt. (Et conturbentur) de pœnis quas patiētur, & hoc. (In ſæculum ſæculi) id eſt in æternū. Hieronym⁹. Sed ꝙ perditio iſta non abolitionem fouet, ſed ſalutem. Sequitur.

ET cognoſcāt quia nomen tibi dominus, tu ſolus altiſſim⁹ ſuper omnem terram. 17

Caſſiodor⁹. Vel ꝙ dicit. (Et cognoſcant) ad genus reſpicit vtrumq; peccātium, ſiue qui obſtinatione ſua perituri ſunt, ſiue qui adhibita ſatiſfactione liberantur. Omnes enim ſiue ad mortem deſtinati, ſiue ad vitam cognoſcunt omnipotentiam dei, & quia ipſe ſolus eſt altiſſimus dum ipſum cognouerint & cōuerſis parcere, & obduratos ęterna vltiōe dānare. Aug. Gl. Et cognoſcāt inqt qui modo nolūt ſcire, quia nomē eſſentiale tibi domin⁹ eſt. Nā quicūq; alij nec vero nec ſuo nomine dn̄i nūcupātur, quādo ſeruiliter dominātur, & vero dn̄o cōparati nec domini ſunt. Et ſciāt quia tu ſol⁹ altiſſim⁹ ſup omnē terrā. Idē. Glo. Deſinat ergo ſuperbire terra, id eſt homo cui dictū eſt, terra es, & in terram ibis, cum ſcit deum altiſſimū ſuper omnē terram.

¶Pſalmus.lxxxiij.

¶Titulus.

In finē ✠ pro torcularibus filijs Choræ. Pſalmus. ✠ Heb. victori.

Lyra. Pſalmus iſte exprimit deſideriū ſanctorū adhuc in hac valle miſeriæ degētium, deueniēdi ad gaudiū ſupernorū ciuium, de quorū numero erant filij Choræ, ſpiritum propheticum habentes.

Caſſiodorus. Vox eſt eccleſiæ deum vehementer deſiderātis & beatum eſſe profitentis, cui dominus præſtat auxilium, eumq; ad confeſſionis facit gratiam peruenire, in finem Chriſtum ſignificat. Hieronym⁹. Tres auten ſunt pſalmi, qui pro torcularibus intitulantur. viij. & lxxx. Et iſte, lxxxiij. Octauus præſcribitur Dauid octuageſimus Aſaph. Octuageſimus tertius filijs Chorę. Augu. Glo. Cum itaq; hic nunc dicit pro torcularib⁹, eccleſiā ſignificat. quia ſicut in torculari fruct⁹ vuę vel oliuę emanat, ſic in preſſuris merita ſanctorū patent quę in pace latebāt. Hierony. Chorę Interpretatur caluaria, vbi locus eſt reſurre-

ctionis. vnde filij Choræ, filij reſurrectionis dicū-tur. Quicūq; autem filius reſurrectionis eſt, nihil poteſt habere quod triſte eſt. Et quicūq; pſalmus præſcribitur filiorum Choræ, nihil triſte habet, ſed ſemper læta ſignificat. Gloſa. Hugo cardinal. Eſt ergo ſenſus tituli talis. Pſalmus iſte dirigens nos in finem, id eſt in Chriſtū proponitur filijs Choræ, id eſt imitatoribus Chriſti in loco caluariæ crucifixi. Pſalmus dico habitus pro torcularibus, id eſt agens de eccleſijs, in quibus ſunt preſſuræ tribulationum, ne in eis deficiant, intentione autem monet ad amorem, & deſiderium æternorū. Et diuiditur in tres partes. In prima agit de inæſtimabili deſiderio æternæ patriæ, quod ſe habere oſtendit. In ſecunda oſtendit quo auxilio perueniatur illuc. Ibi. Beatus vir cuius eſt auxilium. In tertia orat petens ſibi illud auxilium concedi, humiliās ſe vt impetret a quo innocentes aſſerit non priuari. Ibi. Domine deus virtutum. Caſſiodor⁹. Et eſt iſte pſalmus ſecundus de charitate. Gloſa. Iſte ergo ſuſpirans de torcularibus, in æterna tabernacula cum admiratione ait.

Diuiſio.

Secūd⁹ pſalmus de charitate.

1 QVā dilecta tabernacula tua domine virtutū. ✠ Cōcupiſcit, & deficit anima mea in atria domini.

✠ Heb. exercituum.

(Quam dilecta inquit tabernacula tua.) Lyra. Id eſt valde dilecta. Gloſa. Ita ꝙ non poteſt dici quantum. Caſſiodorus. In quo, quia magnitudinem rei non poterat exprimere, dedit hoc infinitiſſime ſentiendum. Gloſa. Nam de æternis tabernaculis hoc dicit, in quibus nulla eſt preſſura. Hieronymus. Alij enim deſiderāt poſſeſſiones, alij ſæculi iſtius diuitias, alij apparere in eccleſijs, & gloriam habere apud homines. Mihi autē hoc ſolum deſiderium eſt videre æterna tabernacula, Illa ſcilicet vbi cōgregatio eſt non vitiorum ſed virtutum. (Quam dilecta inquit tabernacula tua domine virtutum.) Hugo cardinalis. Cæleſtium ſcilicet, id eſt angelorum, quos nobis in auxilium mittis. Lyra. Tabernacula autem dicit in plurali propter diuerſos beatorum ſtatus ſecūdum varia eorum merita. Gloſa. Et ideo quia vere dilecta. (Concupiſcit & deficit anima mea.) Gloſa. A ſe ſcilicet, & a ſtatu ſuo, tranſiens in atria domini. Auguſtinus. Non enim habet quod deſiderat. Et ideo dicit, cōcupiſcit. Lyra. Deficit vero, ideo dicit, quia omnis intellectus, & affectus hominis exiſtētis in via, deficit a perfecta cognitione, & dilectione beatitudinis ſupernæ. Grego. in Mora. Iob lib. viij. Vel ideo dicit (deficit) quia ſunt nonnulli, qui concupiſcūt, ſed non deficiūt, qui iam quidē cæleſtia appetūt, ſed tamē adhuc a terrenorū delectationibus minime laxantur. (Cōcupiſcit) vero, & in atria dei deficit, qui cum æterna deſiderat, in amore tēporaliū non perdurat. In ſalutari ergo dei animā iuſti deficere, eſt præſentis vitæ bona æternitatis electione deſerere. Manſura quærere. Et in rebus temporalibus fiduciā non habere. Hiero. Aduertendum tamē ꝙ prius dixit tabernacula. Sunt autem tabernacula quæ non habent fundamentum, quæ ſemper mutantur, & huc, illucq; transferuntur, deinde dicit atria, quæ non ſunt quidē domus, ſed tamē habent aliquod fundamentū, & de atrio intramus in domum. Iſte ergo primo tabernacula deſiderat, & poſtea deficit, & amore tabeſcit vt videat atria. Et cum fuerit in atrio, tunc dicit quod infra ſequitur. (Beati qui habitant in domo tua.) Hugo cardinalis. Tria itaq; ſunt hic tabernacula, ſcilicet atria & domus. In tabernaculo ſunt gemitus pœnitentiæ. In atrijs, guſtus lætitiæ. in domo, ſatietas gloriæ. Prima, eſt domus actionis, Secūda, orationis. Tertia, exultationis, & epulatiōis, & admirationis. In tabernaculis ſunt ſancti, in atrijs ſecuri, in domo beati. Idem. Gloſa. Sed nunquid ſine gaudio eſt iſte defectus? Non, quia gaudium eſt ei in ſpe, & ideo tollerat preſſuram torcularis. Vnde ſequitur.

2 COr meum & caro mea? exultauerunt ✠ in deum viuum.

✠ Heb. Laudabunt.

Hiero. Hoc non poteſt dicere, niſi ille qui in amorem dei tota mente defixus eſt. Nam aliter difficile eſt ꝙ in vnum conſentiant cor & caro. Hugo car. Id eſt anima & corpus. Lyra. Fortes tamen motus animæ redundant in corpus. Et ideo cum anima fortiter exultat in deo. fit quædam redundātia in ſenſu corporeo, propterea dicit. (Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.) Caſſio. In quo aduertendū eſt quāta vir iſte fuerit ſanctitate præclarus, vt non ſolū eius anima, verum etiā caro (quæ plus præuaricationis vitio pbatur obnoxia) in exultationē domini fœlici ſorte pruperit præuidēs bona futuri ſæculi, quæ ei⁹ ſe credebat largitatib⁹ adipiſci. Glo. Q; autē dicitur deū viuū, hoc eſt qui dat viuere. Sed vnde exultauerunt? Ecce.

Cor & caro nō coincidūt.

iii ETenim paſſer inuenit ſibi domū, & turtur nidum ſibi vbi reponat pullos ſuos.

Hiero. Videte quid dicat. Deſidero domine æterna tabernacula: concupiſcit, & deficit anima mea in atria domini. Sed & interim aliquē nidulū animæ meæ, & corpori meo habere deſidero. Aues enim quæ libere huc, atq; illuc vagātur: poſtq̄ volauerūt habēt locum, & nidulos vbi requieſcāt. (Etenim paſſer inuenit ſibi domū.) Lyra. Id eſt locū ad quieſcendū. Multo magis rationabilis creatura habet locum in quo quietatur, Et hæc eſt beatitudo cæleſtis. Caſſio. Vnde ſicut paſſer nimia velocitate celerrimus habitās in foraminibus parietum, dum habitationē inuenerit, valde lætus exultat, ſic anima iocundatur, dum in regno cælorū māſionē ſuā ſenſerit eſſe paratā. Et turtur nidū ſibi, vbi reponat pullos ſuos. Turtur caſtiſſima auis eſt, qui vna tantū copulatione contētus filijs ſuis nidum ædificare cognoſcitur, qui non vt paſſer præparatam domū reperit, ſed nouā ſibi de quibuſdā particulis fabricare contēdit. cui caro noſtra nō irrite cōparatur, quæ operas ſuas in domini gaudet poſuiſſe mandato. Vel turtur ſignificat eccleſiā, quæ præter Chriſtū alterius neſcit habere conſortium. Quod autem per paſſeris domū, & turturis nidum intelligere voluerit, oſtendit dicens.

Turtur.

Turtur et paſſer, nidus.

4 ✠alia li. exercituum.

Altaria tua domine virtutum, ✠ rex meus & deus meus,

Caſſio.Hic iūgēdum eſt quod ſupra in primo verſu dictum eſt.Q̄ dilecta ſcilicet ſunt(altaria tua domine virtutum)in quibus quaſi domum gratiſſimā fidelis anima retinuit.Et in quibus carius opera q̄ tantū ſunt ſancta,reponūtur, vbi ſatietas ſemper magis incitat, nec beata eſuries aliquando diſcedit,vbi animę beatorum velut in quodam perēni prandio cōuiuijs cęleſtibus epulantur. Addidit etiam(Rex meus ,& deus meus.)Idem.Rex enim. a regendo dicitur,deus Vero ad creando(quis & timorem tale nomē indicare monſtretur. Hug.car. Cęleſtis ergo patria dicitur(tabernacula) propter inhabitationem(atria)propter latitudinē (dom⁹) propterquietē nid⁹ ,ꝑpter ſecuritatē altaria vero ꝑpter perfectam oblationem.Non igitur mirum,ſi cor meum,& caro mea exultent de hoc,quia.

Celeſtis patrie nomina.

5 ✠ Alias adhuc laudabūt te ſēper.

Beati qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ✠ ſæculorū laudabunt te.

(Beati inquit qui habitant in domo tua domine). Gloſa.Hugo car.in cęleſti ſcilicet domo vbi non eſt timor,vbi omnia optata ſuccedunt ,vbi nulla neceſſitas,quę eſt mater omnium humanarū actionum. Auguſti. Vbi quicquid voles erit , quicquid noles non erit .Vbi deus erit omnia in omnibus. Sed quid in domo illa acturi ſunt.Sequitur.(In ſęcula ſæculorum laudabunt te.)Hugo car. Propter bonitatem tuam,& beneficia eis a te collata.Caſſi. Qualis ergo rogo erit illius ſęculi ventura lęticia vbi dabitur copioſe gaudere , & nunq̄ ab ea poſſe deficere,& ſine fine deum laudare.

vi Secūda pars. ✠ Heb. ſemite in corde eius.

Beatus vir cuius eſt auxilium abs te aſcentiones ✠ in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrimarum, in loco quē poſuit.

Gloſa.Hugo cardi. Secūda pars vbi exponit quo auxilio perueniaẗ ad domū, cui⁹ habtaitores beati ſunt,& tanq̄ dicerent Beati ſunt in patria(qui habitant in domo tua) ad quam tamen non peruenitur ſine auxilio tuo .Hieronym⁹. Nos quidem deſideramus(tabernacula)&(atria,& domum tuam) ſed hoc ipſum vt capere poſſimus , nō eſt virtutis noſtrę,ſed auxilij tui.Auguſtinus.Gloſa.Nā corpus quod corrumpitur,aggrauat animam illuc volare volentem,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem.Et ideo.(Beatus vir cuius eſt auxilum abs te.)Hugo.car.Non dicit a ſe. non ab hominibus,ſed(abs te)qui ideo beatus dicitur, quia per auxilium tuū.(Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.)Lyra.Id eſt gradus virtutum , per quos aſcenditur ad cœlum,quos homo gratia dei illuminat⁹ in ſe diſpoſuit,quia vſus liberi arbitrij cū dei gratia ad meritum concurrit. Hierony . Fœlix ergo qui quotidie ꝓficit,qui non conſiderat quid heri fecerit.Sed quid hodie faciat vt proficiat.Sanctus enim quotidie proficit,peccator decreſcit.Auguſtinus.Sed vbi diſpoſuit aſcenſiones iſtas,ſequitur.(In valle lachrymarum).Hugo cardi.Lyra. Id eſt in hac valle miſerię.Caſſiodorus.(Vel vallis lachrimarum)eſt pœnitentis humilitas,de qua tantum quis ad ſuperiora conſcendit,q̄tum in illa deſcenderit.Grego.in mora. Iob lib.iij . Vnde ſancti viri quāto magis ſe exterius deſpiciendo deijciūt tanto amplius interius reuelationum contemplatione paſcuntur. Nam quos exterius in fletu continet conuallis humilitatis , eos interius ſubleuat aſcenſus contemplationis. Caſſiodo. Sed ne forſitan quęreres vbi aſcenderetur,ſubiunxit(In loco quem poſuit.)Caſſiodo.Locus iſte regnum eſt dei quem contingere fœlici ſorte merebimur,ſi ad eū peruēire diſpoſitis a domino regulis appetamus. Auguſti. Gloſa.Qui tamen locus exponi non poteſt,quia nec eum oculus vidit , nec auris audiuit. Hugo car.Lyra.vel locus iſte eſt vallis huius miſeriæ,in quem deus nos poſuit ad certamen,ad merēdum vitam æternā per fletum,& lachrymas. Glo. Sed quomodo veniemus in locum quem poſuit, Ecce.

varii virtutū gradus

7 ✠alia li. bñdictione quoq; amicietur doctor. ✠ Heb. parebūt apd deū

Etenim benedictionem ✠ dabit legiſlator,ibunt de virtute in virtutem. Videbitur deus deorum in Syon.

Hugo cardina.(Etenim benedictionem (euangelicæ gratię,quę dicitur benedictio,id eſt bona datio,dabit legiſlator,id eſt Chriſtus vtriuſq; legis cōditor.Hieronymus. Auguſtinus . Caſſiodorus. Legis enim lator Chriſt⁹ eſt,qui dat benedictionem. id eſt gratiam ſuam qui ante dedit legis iuſticiam, in hoc euidenter oſtendens Chriſtum fore vtriuſq; teſtamenti auctorem,cum dicit ꝙ benedictionē dabit,qui legem dedit.Auguſti. Gloſa.Sed quid ꝑſtabit hęc benedictio gratię,Sequitur.(Ibunt de virtute in virtutem,)Hiero.Vt qui hic fortes fuerunt,ibi robuſtiores fiant.Vis ergo coronari? hic pugna.Hugo cardi.(uel ibunt)de actu vnius virtutis ad actum alterius. Vel de virtute minore in eandem virtutem maiorem,quia non aliter hoc intelligi poteſt,cum omnes virtutes ſimul infundantur cum gratia.Lyra Ibunt itaq; ſemper proficiendo in augmēto gratię,donec peruenient ad terminum viſionis beatæ.Caſſio. In quo docetur Chriſtian⁹,vt de virtute in virtutē proficiat,nec ad ociū ſe remittat. Hierony.Sed quid eo hoc habebūt premij Ecce videbitur.Hugo cardina.Facie ad faciem deus deorum)id eſt Chriſt⁹(in Syon)ſuperna id eſt in patria. Caſſio.Deus nāq; deus deorum dicitur,ſicut & rex regum,Sanctus ſanctorum, & dominus, dominantium,Hiero.Quanta ergo lęticia eſt,quanta fœlicitas ire de virtute in virtutē ,& hoc ipſum habere premium,vt Criſtū videre mereamur , deū quippe videre infinita corona eſt.Lyra.Videbitur itaq; deus deorum .id eſt ſanctorum angelorum, & electorum,qui dicuntur dij participatione , in Syon illa cęleſti,de qua ait Apoſtolus.Acceſſiſtis ad Syon montem,& ciuitatem dei viuentis.Hugo cardi.Vel in Syon,id eſt in ſpeculo,hoc eſt in ſe ipſo,qui eſt ſpeculum ſine macula,Gloſa.Cogitatione autem horum gaudiorum reddidit iſte ad ſuſpiria videns adhuc vbi ſit.Et dicit.

8 iij.pars ✠ Heb. exercituum. ✠ Adde ſemper

Domine deus virtutum ✠ exaudi orationem meam,auribus percipe deus Iacob.

Gloſa.Hugo cardinalis . Tertia pars in qua orat, & humiliat ſe pro impetratione huius auxilij di=

cens: Domine deus virtutum). Gloſa. Hugo cardi. Illarum ſcilicet virtutum per quas aſcenditur ad te videndum. Vel cęleſtium virtutum, id eſt angelorum, quibus me ſociari cupio. Exaudi orationē meam. Gloſa. Vt illis me ſocies, Hugo cardinalis. Vel orationem meam, qua te precor vt mihi des illas virtutes. (Auribus percipe deus Iacob. Gloſa. Vt in lucta me iuues, ſicutiu uiſti Iacob. Caſſiodo. Deus autem virtutum, & deus Iacob ipſe eſt Chriſtus qui inimicorum ſuorum eſſe clementiſſimus ſupplantator cognoſcitur, quando eorum nequitias ad virtutum ſemitas facit peruenire directas. Auguſtinus. Gloſa. (Vel auribus percipe deus Iacob), vt ſicut enim feciſti Iſrael, apparens ei ſic fac & me Iſrael vt ſcilicet deum videam. Hugo car. Vt autem cito audiat blanditur ei & beneficium eius recognoſcit, cum ſubiungit.

ix

+ alia li. clipeus Dyapſalma.

PRotector noſter aſpice deus, & reſpice in faciem Chriſti, tui.

Hugo cardi. (Protector noſter) inquit qui nos protegis per filum, qui vulnera pertulit, ne nos percuteremur (aſpice deus) oculo miſericordię tuę. Lyra Preces noſtras acceptando. Hugo cardi. Et vt noſtri facilius miſerearis. Reſpice in faciem Ghriſti tui. Hugo car. Reſpice in ipſum chriſtum Propter nos hominem factum, cōſputum, flagellatum, crucifixum, & mortuum, q. d. Si hoc facis, tunc non repellis orationem noſtram. Hieronym⁹. Reſpicit enim pater in faciem filij, quādo in nos per ſuam gratiā reſpicere dignatur, quia Chriſtus caput, nos membra ipſius ſum⁹, & Chriſtus in nobis eſt, vnde ipſe ait. Qui vos recipit, me recipit. Et apoſtolus an experimentum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus, quia itaq; Chriſtus in nobis eſt. In Chriſti faciem dicitur pater reſpicere, cū ī nos reſpicit, quia propter eum nos reſpicit. Auguſti. Caſſiodorus. Gloſa. Vel reſpice in faciē Chriſti tui. i. fac Chriſtum innoteſcere omnibus, vt poſſimus ire de virtute in virtutem. Nā Chriſtum ipſe pater ſemper reſpicit, quod non hic orat. Sed eſt ſenſus. Fac pręſentia incarnationis chriſtum gētibus reſpici. & hoc ideo oro.

x

QVia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia.

Hierony. Auguſti. Caſſiodo. Quia melior eſt inquit dies vna. Vnam diē dicit diem ſempiternum cui non cędit dies heſternus, quem non vrget craſtinus, qui non habet ortum. & occaſum. Non habet noctem, nec tenebras, ſed ſemper lux in eo eſt. Qui ergo vna die in regno cœlorum fuerit, ſemp ibi eſt. Gloſa, Et propterea. (Melior eſt dies vna in atrijs tuis.) Id eſt in cœleſtibus conſortijs ad quæ ſuſpirat (ſuper milia. Caſſiodo. Gloſa. i. ſuper infinitos dies præſentes, quos deſiderāt homines qui habent finem. Et propterea ab illa vna die vincitur quicquid in iſtorum multiplicationib⁹ aggregatur, vnde merito talibus deſiderijs quæritur, cui nihil ſimile reperitur. Propter quod.

xi

Alia lra abijci. + alia li impietatis.

ELegi abiect⁹ eſſe in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum +.

Auguſti. Inuenit iſte humilitatem vnde aſcendat. Scit enim, quia ſi ſe extollere voluerit cadet. Si ſe humiliauerit, erigetur. Et ideo eligit abijci, vt ſubleuetur. (Elegi inquit) Gloſa. Et ſi regnare poſſē (abiect⁹) eſſe opinione hominū. Lyra. Id eſt in humilitate viuere, ſine qua ad illam beatitudinē nemo poteſt peruenire. Caſſiodo. Abiectus autē ille eſt, qui humana ęſtimatione habetur extrem⁹, ſed apud deum honorabilis iudicatur, qui propter nomen ipſius inter homines videtur eſſe deſpectus. (Elegi inquam abiectus eſſe in domo dei mei). Lyra, Id eſt in eccleſia militante, quę eſt domus dei inferior, ſicut triumphus eſt domus dei ſuperior. (Magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū) Gloſa. id eſt q̄ eſſe potens inter peccatores. Lyra. vel in excellentijs ſuperborum. Hugo car. Vel in gloria ſęculi. Hierony. Hęc enim tabernacula dicuntur. quia non habent fundamentum, ſed pertranſeunt Gloſa. Et ideo in domo dei malo eſſe quam alibi quia in ea dat miſericordiā, qua iuſtificat poſtea veritatem promiſſi premij. Et hoc eſt quod ait.

Abiect⁹

Tabernaculū.

12

Aliter. legitur

QVia miſericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus.

Caſſio. In hoc enim cauſa redditur quare domus domini plus debeat diligi, q̄ tabernacula peccatorum (Quia miſericordiam inquit. Gloſa. Qua pri⁹ ſubuenit, & indulget, Et veritatem qua poſtea coronat. Caſſiodorus. (Miſecordia) enim dei eſt, quādo de peccatoribus efficit iuſtos (Veritas) vero quādo iuſtis premiū ꝓmiſſū nō negat. Lyra. Quas diligit deus, quia ſe concomitantur in operibus diuinis. Hugo cardi. De illa autem remuneratione ſubdit q. (Gratiam) & gloriam dabit dominus: Lyra. Hugo car, Gloſa. Gratiam ſcilicet hic in pręſenti & gloriam in futuro. Hugo cardi. Vel (gratiam) de miſericordia quam diligit (Et gloriam) de veritate, quam promiſit. Caſſiodo. Hic enim Primo præſtat deus (gratiam) vt peccator conuertatur ad vitā in futuro vero dabit gloriā, vt diuino munere iuſtifiati angelorum mereantur eſſe conſortes. Glo. de quarum prima ait apoſtolus. Gratia dei ſum id quod ſum. De ſecunda vero ſuper eſt mihi corona iuſticię. Hiero. Duo itaq; iſta diligit deus, miſericordiam ſcilicet & veritatem. Si enim tantum miſericors eſſet, omnes nos ad peccata ꝓuocaret. Si vero tātum veritatem diligeret, nemo ſpem haberet pœnitētię, propterea duo quærit vt ex altero alterum tēperet. Si igitur peccatores, audi miſericordem deum, & noli deſperare, ſed age pœnitētiā. Si vero iuſtus es, noli negligēs eſſe, quia deus clemēs eſt, quoniam deus & iuſtus eſt, & veritatem diligit donās primo gratiam peccata remittendo, & inde gloriam coronando. Gloſa. Sed quibus dat gratiā & gloriam. Ecce his qui ambulant in innocentia. vnde ſequitur.

quando mia dei eſt. Quando veritas eſt dei.

q̄d ī hoī i ꝑo: ſeculo quedā in ano & cur qoc

13

+ alia li nec ꝓhibebit. bonū at his qui ābulant i pfectiōe + Hebr. exercituum.

NOn priuabit + bonis eos, qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui ſperat in te,

(Non priuabit inquit bonis.) Hugo car. Lyra. Gratię ſcilicet in præſenti, nec bonis glorię in futuro (eos qui ambulant). i. ꝓficiunt in innocentia. Caſſiodorus, i. qui nulli nocent. Tales enim non poſſunt priuari muneribus dei, qui iam hic dona bea

tę conuerſationis acceperunt. Hierony. Melius autem in hebręo dicitur imperfectione Innocentia enim non eſt perfecta virtus, quoniam qui innocens eſt, niſi habuerit prudentiam non eſt perfectę, cōſummatę q; virtutis, vnde in euāgelio, Eſtote inquit prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę. Sequitur, Domine (virtutum Caſſi. Gloſa. Sub admiratione hoc legendum eſt, tāq; diceremus. O domine qui tanta facis, q̄ta homines referre nō poſſunt Beatus vir qui ſperat in te). Lyra. Per ſpem formatam charitate, & non in bonis tranſitorijs, & caducis. Hug. cardinalis. Sed in deo viuo, qui preſtat nobis omnia ad fruendum. Caſſ. Beatus igitur ille eſt, qui ſpem ſuam in ęterna fœlicitate poſuerit, cuius bona non occidunt, & cuius ſpes in domino iugiter perſeuerat. Hierony. Ille autem ſperat in domino, qui conſcientiam non habet peccatorum qui oculos liberos ad cœlum leuat, qui ſcit non offendiſſe ſe dominum ſuum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen,

qui ſperat in domino.

¶Pſalmus.lxxxiiij.

✠ Alias victori filiorum

¶Titulus.

In finē ✠ filij Chorę pſalmus.

Gloſa. Hugo card. Pſalmus iſte monet perfidem ad Chriſtum accedere, vt benedictionem haberi mereamur. Caſſiodorus. In quo propheta gratias agit, q̄m de illa ātiquitate, iudaicę nationis prouenit populus ad culturam domini Saluatoris (Expetitq; aduentum Chriſti in quo humana cæcitas fidei lumē accepit. Et eſt iſte tertius pſalmus de primo Chriſti aduentu. Quid autē ſignificet in finem. Et quid filijs Chorę iam ſatis ſupradictum eſt. Et diuiditur pſalmus iſte in tres partes. In prima oſtendit ablationem iniquitatis a plæbe dei per benedictionem incarnationis chriſti, In ſecunda refert & precatur deū auerti ab ira, & Chriſti aduentum propter hoc petit ibi Mitigaſti. In tertia aduentum Chriſti, & quanta veniens largitur prophetat. Et vt inde certos faciat filios Chorę, hoc ſpiritusſancti in ſe loquentis auctoritate confirmat, ibi. (Audiam quid loquatur in me dominus deus.) Hugo car. Prophetica ergo certitudine futura quaſi præterita narrans dicit,

Lyra. Iſte pſalmus ſecūdum aliquos hebręos ē gratiarū actio pro ſua reuerſione a captiuitate Babylonica, & pacifico ſtatu terrę, in quo fuit figura de liberatione pfecta per Chriſtum fienda. Et ad vtrūq; ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam.

Diuiſio.

✠ Heb. placat⁹ dn̄e terre tue (‡ alia li. reduxiſti

Benedixiſti ✠ domine terram tuam, auertiſti ‡ captiuitatem Iacob.

Gloſa. Olim quidem maledixeras per adam ſed nunc per Chriſtum per quem fit benedictio (benedixiſti domine) Hugo. Cardinalis. dina. Infundendo gratiam per ſecundum hominē terram tuam. i. eccleſiam, populum videlicet chriſtianum. Hieronym⁹. Terra nāq; quę prius te offēderat, quę idolatrijs fuerat inquinata te veniente ſaluata eſt. Caſſiodorus. Vel cum dicit Benedixiſti tāq; de pręterito lętus exultat aduentu domini benedicta terram eſſe pronuncians, carnem vtiq; ſuā quā ipſe dignatus eſt aſſumere. Hugo cardinalis. Vel benedixiſti domine terram tuam. i. beatā Mariam, de qua in alio pſalmo ſcriptum eſt. Terra noſtra dedit fructum ſuum. i. beata virgo peperit filium, & per illam benedictionem (Auertiſti captiuitatem Iacob) Hugo. cardi. Captiuitatem ſcilicet peccati originalis, per quod genus humanum captiuum tenebatur a dyabolo. Caſſio. Per Iacob nāq; populum fidelem voluit intelligi, qui liberatus eſt a captiuitate dyaboli, quādo meruit dei gratia ſaluari. Hugo cardinalis. Iacob enim interpretatur ſupplantator (per quem intelligūtur illi, qui in baptiſmo ſupplātāt aduerſarium abrenunciantes ſathanæ, & omnibus pompis eius. Et vt oſtendat q; nedum deletur originale peccatū, ſed etiam fomes debilitatur. Sequitur.

quid pro Iacob.

2 Adde ſemper.

2 Remiſiſti iniquitatem plæbis tuæ operuiſti omnia peccata eorum.

Caſſiodorus. Remittere eſt debitum relaxare, non cauſæ alicuius interuētu, ſed pietatis intuitu. Hiero. Nemo enim dimittit, niſi quod debetur. Ideo dixit (Remiſiſti iniquitatem plębis tuę). Caſſiodorus. Sic nāq; dominus remiſit culpam, dū reos peruenire fecit ad veniam. Auguſtinus. Gloſa. Quod autē dicit remiſiſti, futura dicit vt pręterita (Operuiſti omnia peccata eorum). Gloſa. Per baptiſmū ne ſcilicet illa videres. i. punires.. Hugo car. Operuit enim dominus peccata noſtra aquis baptiſmi ſicut operuit ægygtios aquis maris rubri ne videātur adeo ad puniendum, neq; ab homine ad imitādum, neq; a dęmone ad irridendum. Hierony. Vel operuiſti virtuti bus ſcilicet omnia peccata eorum Et propterea peccata non parent, ac ſi diceret iniquitatem operuiſti iuſticia, impudicitiam operuiſti caſtitate nigredinem operuiſti candore.

3 Dyapſalma ſecunda. pars. ✠ Heb. cōuerſiſti.

Mitigaſti ✠ omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuę.

Hugo cardina. Glo. Secunda pars vbi agit de auerſione irę. i. pœnæ (quaſi dicat (benedixiſti, remiſiſti, operuiſti & ſic (mitigaſti) o deus pater omnem iram tuam) in aduentu filij tui. Caſſio. Vt ſcilicet ſalus proueniat, quibus deſperatio pro factorum ſuorum qualitatibus imminebat. Lyra. Relaxario enim pœnę mitigatio eſt irę. Hugo car Quam ſic (mitigaſti) q; (auertiſti. i. auerſus es. (ab ira indignationis tuæ.) Vt ſcilicet reconſiliares tibi hominem per mediatorem chriſtum. Gloſa. Vel auertes nos in iudicio penitus ab ira, quæ venit ex indignatione. Et quoniā de futuro iſta dicuntur (q̄uis verba præterita ſonent, ideo ſequitur.

4 Alia li. dn̄e vel deus ſalutū Jeſus noſtrar ū

Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte iram tuam a nobis.

Caſſiodo. Prius enim propheta gratias egit, ꝓ peccatis pręteritis dimiſſis, nunc vero rogat pro futuris. Gloſa. Vel petit quod adhuc futurum ſciebat quaſi dicat quod dixi vt pręteritū, oro vt fiat. (cōuerte) inquit nos a vicijs. Hugo car. Ad fidem chriſti filij tui. Caſſiodorus. Vt ſcilicet de perſecutoribus efficiamur defenſores, de blaſphemis prædicatores, de contradictoribus diſcipuli. Lyra. Vel (conuerte nos) ad te clarius cognoſcēdum & perfectius amandum (tu deus ſalutaris noſter). Hugo cardinalis: qui ſcilicet nos ſaluare diſponis per filium (Et

auerte irã tuã a nobis)Hugo cradi. Quã habes erga genus humanũ propter peccatum primi parẽtis. Auguſti. Sed cum prius dixerit Auertiſti captiuitatem Iacob. Operuiſti omnia peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuę. Quomomo nũc dicit. Auerte irã tuam a nobis. Reſpondet tibi propheta. Illa dico quaſi facta, quia video futura quia vero nondum facta ſunt, oro vt veniant. Hugo cardina. Auerte igitur iram, id eſt pœnam peccati, precipue æternam dimitte nobis. Vel auerte, ne ſcilicet reſpectu irę ſeruiamus ex timore. Iſte autem verſus cãtatur in cõpletorio ad petendum plenam cõuerſionem quæ erit in patria, vbi completa erunt omnia.

5 ✠ Heb nõ i eter nũ ira ſcaris.

NVnquid ✠ in æternum iraſceris nobis, aut extendes iram tuam in generatione & generationem.

Hugo cardina. Lyra. Nunquid, inquid in ęternum iraſceris nobis differendo aduentum filij tui, & ꝓlongando exiliũ noſtrũ; quaſi dicat non, ſed cũ iratus fueris, miſericordiæ recordaberis, cum parcere & miſereri ſit tibi proprium. Gloſa. Præuidet nãq; propheta hanc pœnam traſituram, quia ſicut i Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Sequitur (aut extendes iram tuam a generatione in generationem) Hug. car. i. in ſempiternum non mittendo filium qui nos reconſiliaturus eſt quaſi dicat Non ita facies, ſed potius eum mittes, licet enĩ iraſcaris viſitans peccata vſq; in tertiam & quartã generationẽ, nõ tamẽ in ęternum. Auguſti. Gloſa. Ira autem dei eſt omnis pœna quam patimur, de ira ergo mortales ſumus, & paſſibiles, ſed innouati in chriſto. Dum vero dicit A generatione in generationem, hoc eſt quia prima generatio fuit mortalis de ira, erit altera imortalis de miſericordia. Sed nec hanc miſericordiam mereamur per nos ſed ipſe potius nos conuertit. Vnde ſubdit.

Ira dei quid eſt

6 ✠ al'a li. cõue con uerſus. ✠ alia li. populus

DEus ✠ tu conuerſus viuificabis nos & plæbs tua ✠ lętabitur in te.

Caſſiodorus. In quo mirabili dominum pietate deprecatur probans quia conuerſionem noſtram de meritis non habemus, ſed eius munere prouenit quando pro ſe aliquid animus ſalutaris concupiſcit, dicit enim (Deꝰ tu cõuerſus viuificabis nos) Id eſt. quia, tu præmittis conuerſionis votum, vt ad vitę peruenire poſſimus introitum. Hieronymus. Q̃diu enim ad nos deus non cõuertitur mortui ſumus, ideo dicit (viuificabis nos) Gl. Vel deus tu conuerſus ab ira tua in aduentu filij tui (viuificabis nos.) Hugo cardina. Lyra. Per gratiã tuam. Caſſiodo. Et cum ſcilicet donaueris conuerſionem (Plębs tua lętabitur in te) Quę prius infœliciter in ſe gaudebat. Hugo card. Plębs inq̃ tua. i. fideles vel populus ſimplex & communis, quales fuerunt paſtores in natiuitate, & pueri ante paſſionem in ingreſſu Iheruſalem (lętabitur in te) ꝑ deuotionem. Gloſa. Vt autem hoc fiat.

7 OStende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.

(Oſtẽde inquit nobis domine miſericordiam tuã) Hugo. car. i. filium tuum. per quem miſereberis nobis in carne viſibilem exhibe. Caſſiodorus. Miſericordia enim patris ſaluator eſt, quem ſibi illuſtratione fidei cohors beata poſcebat oſtẽdit. Sciebat quidem dominum eſſe venturum, ſed rogat, vt hęc beneficia non tantũ oculis carnalibus videat, ſicut cęteri non credentes, ſed puriſſimo cordis intuatur aſpectu. Lyra. Et vt ſicut in punitione Adã in diluuio & ſimilibus oſtẽdit ſuam iuſticiam, ita in aduentu Chriſti ſuam oſtendit miſericordiam. (Et ſalutare tuum da nobis) Caſſiodorꝰ. Glo. Chriſtum ſcilicet quaſi amplectendum, quaſi poſſidendum, quaſi munere & ęternę gloriæ perfruendum Perfidis enim Chriſtus tantum apparuit, non tamen datus eſt. (da) ergo dicit, vt cum in mente noſtra cæleſti dono recipitur, nullis tentationibꝰ auferatur. Lyra. Vel hæc ſecũda pars huius verſus expoſitiua eſt primę. Nam per hoc ꝙ deus pater dedit nobis filium ſuum in ĩcarnatione, oſtẽdit nobis viſibiliter miſericordiam ſuam.

Mia dei

8 Tertia pars.

AVdiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plębem ſuam.

Gl. Tertia pars vbi dicit vnde ſcit iſta. Et per quę fiat quod precatur, & quę preſtet ipſe veniens Quaſi dicat, vnde hoc cõfidis quod precaris? Ecce quia auerſus a ſtrepitu mundi, qui inquietat foris (audiam). Hugo cardi. i. aure cordis. Lyra. Attente percipiam quid loquatur in me. Hugo cardina. Id eſt quid inſpiret cordi meo. Lyra per internã reuelationẽ dominus deus. Hug. car. Per ſpiritum propheticum. F. Hieronymꝰ Caſſiodo. Intus enim loquitur dominus id eſt ſpiritus ſanctus, vt pſalmiſta foris fari poſſe videatur Ipſe vero intrinſecus audit, vt extrinſecus audiatur. De auditu enim cordis loquitur, non corporis. Hugo cardi. Sed quid audies? Sequitur (quoniam loquetur pacem) Idem Futuram in. i. ſuper (plæbem ſuam) mittendo filium, qui erit prolocutor pacis noſtrę apup deum. Caſſiodo, Pax enim dei chriſtus eſt, quã locuturum dicit ſpiritum ſanctum, quoniam eſt de eius incarnatione dicturus. Plębi autem ſuæ dicit non indeuotę id eſt ſanctis, q deo domino probabili cõuerſatione placuerunt. Auguſtinus. Hierony. Pax autem q̃uid eſt. vbi nullum Bellum eſt, nulla contradictio vbi nichil reſiſtit, nichil aduerſum eſt. Sequitur.

loqui eſt inſpirare.

Pax dei

ix ✠ alia li. q̃ cõuertũtur ad ipſum. ✠ alia q̃ cõuertunt cor ab ipſum. Al ali. vt no cõuertãtur ad nihilum.

ET ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ✠ ad cor.

(Et ſup ſctõs ſuos inqt) Hug. Lyra. i. viros pfectos maiores doctores, dei miniſtros. Gol. Hęc eſt eenĩ plębs eiꝰ. Et etiã (In eos q̃ cõuertũtur ad cor) Caſſiodorus. Qui ſcilicet relictis peccatis ad pœnitentiam ſe erigunt, & fœlicia eligũt Chriſti ſubire ſeruitia mundi peſtifera liberate derelicta. Hierony. Vel conuertuntur ad cor, qui legem non corporaliter ſed ſpiritualiter intelligere conantur. Gloſa. Et licet ſuper omnes loquetur pacem.

10 Salutare dei.

VEruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius vt, in habitet gloria in terra noſtra.

Gl. Hugo cardina Veruntamen ſalutare ipſius dei

nõ timẽtes quaſi timentes.

ſcilicet id eſt Chriſtus erit corporaliter prope timẽtes eum .i. iudæis, qui acceperunt ſpiritum ſeruitutis in timore. Caſſiodo. Vnde non dicit ſimpliciter timentes ſed prope timẽtes. Nam iudęi non timere, ſed prope timere dicti ſunt, qui legẽ ipſius carnaliter, non ſpiritualiter acceperũt. Sed q̃uis tales fuiſſent, tamẽ dominus ſaluator de ipſorũ ſtirpe el egit carnaliter ꝓcreari. Lyra. Vel hoc dicit q̄a Chriſtus non ſolum ſalutem pręſtat his qui ſunt perfecte contriti, ſed etiam his qui ſunt attriti, qui ſcilicet dimittũt peccare propter timorem dei, qui timor licet ſit ſeruilis, quia tamen de ꝓpinquo diſponit ad charitatem, ideo dicitur. Prope timentes eũ ſalutare ipſius vt inhabitet gloria. Lyra. i. Chriſtus qui eſt gloria patris, qui verbũ caro factũm eſt, & habitauit in nobis, ideo ſubdit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre. Glo. Auguſti. Caſſiodo. In terra noſtra, hoc eſt in iudęa ibi enim primo fuit tẽplum, ibi ſacrificia, ibi patriarchę, inde virgo Maria, ibi Chriſtus de ea natus apparuit, ibi miracula fecit, ibi pedibus ſuis ambulauit, de quibus ipſe loquens dicit. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ peri. do. iſrael. Sequitur.

11 Alia lẽa occurrũt Alia cõplexe.

MIſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, Iuſticia, & Pax oſculatæ ſunt.

Caſſiodorus. Gloſa. Poſtq̃ dixit ſupra ex qua gẽte eſſet dominus naſciturus, addit quæ ſit pręſtitur⁹ (Miſericordia inquit) Gloſa. Hugo cardi. Euãgelij ſcilicet manifeſtata in gẽtibus, quę longe erant (Et veritas) legis impleta in iudęis, qui prope. Auguſti. Hierony. Qꝫ enim ſaluator venerit iudęis, quibus repromiſſus fuerat veritas eſt. Gentibus vero quibus nulla facta fuerat promiſſio. Miſericordia hæc inquã. obuiauerunt ſibi. Lyra. id eſt ſimul cõuenerũt in perſona Chriſti, quia ex dei miſericordia verbum aſſumpſit carnem, ad cõplectẽdam veritatem promiſſionis factę patrib⁹ veteris teſtamenti de incarnatione filij dei. Caſſio. Chriſto quippe pręſtante, duo teſtamenta in vnius ſeriẽ copulationis adducta ſunt. In nouo enim miſericordia eſt, in qua liberatur genus humanum. In veteri veritas, vbi lex, & prophetarũ annunciatio continetur, quę ſibi obuiauerunt ad gratiam promiſſę pfectiõis iplẽdã. Hie. O q̃ pclara annũciatio peccatores, audi quid dicat mĩa. Sanctus es, audi quid & veritas dicat, vt nec ſi peccator es deſperes nec ſi iuſt⁹ es, ſuperbias. Sequitur (Iuſticia & pax) Gloſa. Cum deo oſculatæ ſunt id eſt conueniunt in hominibus. Auguſtinus. Amant enim ſe duo iſta Iuſticia, & pax. Et oſculantur ſe ita vt qui fecerit iuſticiam, inueniat pacem ſi vero non amaueris iuſticiam pacem non habebis. Hieronym⁹. Ipſum autem quod dicit Iuſticia, & pax oſculatæ ſunt, idem eſt quod & miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. Id enim quod ad pacem Pertinet, hoc ad miſericordiam. Quod vero ad veritatem, ad iuſticiam. Gloſa. Hugo cardi. Sed quomodo facta
12 ſunt hæc? Ecce quomodo & per quid.

VEritas de terra orta eſt, & iuſticia de cælo proſpexit,

(Veritas inquit de terra orta eſt). Hieronymus. Auguſti. Caſſiod. Quãdo ex maria virgine verbum caro factum eſt. Chriſtus enim veritas eſt, ſicut ipſe dicit. Ego ſum via, veritas & vita. Maria vero terra eſt, de qua Iſaias ait. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. (Et iuſticia de cęlo proſpexit). Hugo car. Per infuſionem gratiæ. Lyra. Pater enim iuſtus, & tota trinitas diſpoſuit vt dei fili⁹ acciperet de virgine carnem, vt ſic per viam iuſticiæ homo verus ſatiſfaceret ſicut primus homo deum offenderat. Caſſiodo. Gloſa. Vel veritas de terra oritur, quando confeſſio peccatoris offertur Iuſticia vero de cœlo proſpicit, quando fit remiſſio peccatorũ, prout de publicano legimus, qui confitens iuſtificatus rediJt. Glo. Proſpicit enim iuſticia quaſi de⁹ dicat. Parcam⁹ huic, quia ſibi non parcit, ignoſcamus, quia cognoſcit peccatum ſuum. Ideo autem dicit Proſpicit de cœlo, quia a deo datur iuſtificatio pœnitẽti. Lyra. Conſequenter oſtenditur qua virtute beata virgo fuerit fœcundata cum dicitur.

13 ✠ alia li. ſuauitatem. ‡ alia li. germen ſuum.

ETenim dominus dabit benignitatem ✠, & terra noſtra dabit fructum ſuum, ‡

Lyra. Etenim inquit dominus dabit benignitatẽ id eſt gratię ſuę plenitudinem, non ſolum ad ſanctificationem mẽtis virginis, ſed etiam quantum ad fœcunditatẽ vẽtris. Et terra noſtra. i. beata virgo intemerata, quę in partu, & poſt partum virgo permãſit (dabit fructum ſuum.) Glo. Chriſtũ ſcilicet. Caſſiodorus. Vel iſte verſus ad pœnitentis humilitatem competenter aptatur, cui domin⁹ ſua benignitate donat confeſſionis affectum. i. imbrem proſperrimum lachrimarũ vt caro noſtra pijs fletib⁹ irrigata præmia poſſit afferre copioſa. Ait ergo (Etenim domin⁹ dabit benignitatem. Gloſa. id eſt affectum bonũ vt delectet bene agere. Hugo cardi. Vel ex benignitate ſua dabit tempus pœnitentię, vt fiat iuſticia in terra noſtra id eſt in corpore noſtro vnde ſequitur. Et terra noſtra id eſt caro noſtra dabit voluntarie fructũ ſuũ fructũ. ſ. pœnitentiæ, & bonorũ operũ. Sd quia tanti domini tam vtilis aduent⁹ ſine pręcone non fuit, neceſſe debuit, bene de eo ſubiungitur.

Benignitas dei.

14 Alia añ eã ꝑibit ponere ĩ viã greſſus.

IVſticia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos.

Gloſa. Sicut enim ante principem gladius, ita Iuſticia ante eum ambulabit. Lyra. Hugo car. Ioannes baptiſta, qui dicitur iuſticia (eo qꝫ pœnitentiã prędicauit per quam fit iuſticia de offenſis commiſſis, de quo ſaluator ait. Venit ad vos Ioãnes in via iuſticiæ. Et ponet in via greſſus ſuos). Lyra. Vt facto oſtenderet in ſe ipſo quod alijs prędicabat verbo. Hugo cardina. Multi enim ſunt qui parãt viã prædicãdo, ſed nõ ponunt in ea greſſus ſuos quia non faciunt quæ dicunt. Gloſa. Caſſiodo. Vel hoc dicit, quia prima hominis iuſticia eſt vt ſe puniat, & malorum ſuorum veritate cognita, remittit ſibi humiliter petat quod peccando ꝑpetrauerat. Tũc enim ponit (in via). i. in Chriſto (greſſus ſuos) qui ante ſemitis deteſtabilibus errauerat. Hiero. Auguſtinus. Faciamus ergo viã domino, tollamus a via lapides & ſpinas peccatorum & tunc ponet in nobis dominus greſſus ſuos. vnde Ioannes nos hortatur. Parate inquit viam domino confitendo ſcilicet & pœnitendo. & Eſaias. Eijcite lapides de pla

teis ideſt peccata de cordibus veſtris.

¶Pſalmus.lxxxv.

¶Titulus. Oratio Dauid,

Auguſti. Caſſiodo. Gloſa. Pſalmus iſte ſcđs eſt eorum qui orationis nomine ĩtitulãtur. In quo Chriſtus dei filius & hominis orat in forma ſerui,(qui oratur, a nobis in forma dei. Orat enĩ pro nobis vt ſacerdos noſter. Orat in nobis, vt caput noſtrum, oratur a nobis vt deus noſter. Caſſiodo. Oratio namq; dicitur quaſi oris ratio, quę quando a domino Chriſto fũditur, inſtitutio eſt ſancta fidelium forma bonorum, ſincere humilitatis exemplum. Cum vero a ſubiectis agitur, ſatiſfactio delictorũ, cõfeſſio criminum, lauatio culparum eſt. Per totum ergo iſtum pſalmũ orat Chriſtus ad patrem pro ſe ſuiſq; mẽbris, quorum ipſe caput eſt cuius intentio eſt monere nos ad orationem(Et diuiditur in tres partes. In prima ponit quę pertinẽt ad ipſum caput. Orat autẽ aſcendendo, & omnes gẽtes adoraturas concludit In ſecunda orat pro membris iam fidelib⁹ & adorantibus ibi.(Deduc me) In tertia orat iterum pro ſe congrue de paſſione, & reſurrectione commemorans. ibi. Deus inquit,)Gloſa. Chriſt⁹ ergo in forma ſerui humiliter ad patrem orans ait.

Lyra. Dicũt doctores hebræi, & latini ꝙ Dauid fecit hunc pſalmum in perſecutione Saulis exiſtẽs pro ſua liberatione Et hanc expoſitionem ad literam ſequitur.

Diuiſio.

1 pſ.85. INclina domine aurem tuã & exaudi me, quoniam inops & pauper ſum ego.

Caſſiodo. Chriſtus enim ex forma ſerui iuxta fragilitatem corporis aſſumpti ad patrem fundit orationem dicens(Inclina domine aurem tuam). Caſſio. Vbi cum dicit inclina)oſtẽdit quia ſe ad ipſum extendere non poterat humana conditio, niſi ipſe ſuam maieſtatem piiſſim⁹ inclinaret. Aurem vero dicit, non iſtam corpoream, ſed auditum illum ſpiritualem quo petentium vota cognoſcit. Lyra. Et loquitur de deo more hominis, qui inclinat aurem ſuam ad illud quod vult exaudiri. Auguſti. Inclinat autem deus aurem, ſi tu non erigas ceruicem, humiliato appropinquat ab exaltato longe diſcedit, niſi quem ipſe humiliatũ exaltauerit. Sequitur (& exaudi me.) Caſſiodo. Glo. Vt ſcilicet mea deſideria compleãtur, quatinus reſurrectione ego quoq; ſaluus fiam, cuius morte mũdum cõſtat eſſe ſaluandum.(Quoniam inops, & pauper ſum ego). Caſſiodo. Hęc dicendo conditionem quam ſuſceperat, humanitatis oſtẽdit. Hug. car. Inops inquit ſum. i. ſine ope amicorum, & pauper. i. ſine reb⁹. Caſſio. Vel egenus & pauper dei eſt quiſquis meruerit mũdi iſti⁹ peruerſitate vcuari, qualis veraciter fuit Chriſtus Auguſtinus. Non ergo inclinat aurem ad diuitẽ ſed ad inopem & egenum ideſt humilem, & confitentem. Ad indigentem miſericordia non ad ſaturatum, & extollentem ſe ſuperbia, & iactantem ſe quaſi nihil ei deſit, & dicẽtem. Gratias tibi, quia non ſum ſicut publicanus iſte, prout ille phariſe⁹ dicebat. Glo. In hoc autem exaudi me ait Chriſt⁹ adinuenta ſibi voce corporis.

pauper egenus quis.

CVſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum, ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem * in te. 2 * Hebr. cõfidentem.

Hierony. Chriſtus enim iuxta fragilitatem aſſumpti corporis ad patrem fundit orationem. Secundum vero deitatem ſanctũ ſe dicit, ſicut quondam dixerat ad Moyſem Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Gloſa. (Cuſtodi)inquit ab omnib⁹ ſcandalis animam meã contra inſidiatores. Hugo car. Hoc autẽ dicit in perſona propria per hoc oſtendens verę humanitatis fragilitatem in ſe, vel in perſona membrorum, quorum animas petit cuſtodiri ne a dyabolo rapiantur. Idem. Gloſa. Qꝫ autem dicit(quoniam ſanctus ſum)proprie conuenit capiti Chriſto. Conuenit etiam ſuis qui ſunt ſanctificati in baptiſmo. Auguſti. Glo. Chriſtus enim proprie ſanctus dicitur ſanctificans Qui vero ſancti dicuntur tanq̃ in baptiſmo ſanctificati iuxta illud Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus Totus itaq; Chriſtus ſanctus, & vnus ſanct⁹, ſed aliter caput aliter membra. Totus ergo Chriſtus non incongrue dicit(Quoniã ego ſanctus ſum)Sequitur. Saluum fac ſeruum tuum de⁹ meus. Hugo cardi. id eſt me qui ex obedientia tua ſerui formam accepi, & meos qui tibi vnanimiter ſeruiunt. Et hoc petit merito ſpei. vnde addit(Sperantem in te.) Gloſa. Quia non eſt ex homine ſalus. Caſſio. Ille enim q ſe veraciter dixerat eſſe ſanctum, & a mundi illecebris alienum ſaluum ſe a diuinitate fieri deprecatur, vt nos inſtrueret ſalutem non eſſe in humanis viribus conſtitutam. vnde & propheta Hieremias ait. Maledictus homo, qui ſpem ſuam ponit in homine & a deo recedit cor eius. &c. Sequitur.

MIſerere mei domine quoniam ad te clamaui tota die, lætifica * animam ſerui tui, quoniã ad te domine animam meam leuaui, 3 * Heb. ſecunda.

Caſſiodo. Vnus enim atq; idem de⁹, & homo chriſtus Ieſus miſericordiam petit, qui miſericordiam donat docens perſeuerantia deprecationis pietatẽ domini modis omnibus impetrãdam vnde dicit. (Miſerere mei domine quoniã ad te clamaui.) Auguſti. Gloſa. Hugo car. Nõ ad ad horam tantũ, ſed tota die id eſt omni tempore. Lyra. perſeueranter, & inſtanter. Caſſiod. Semper enim ſupplicare nos decet. qui frequenti culpa delinquimus. Ille autẽ clamare dicitur ad dominũ qui q̃uis lingua taceat bonis tamẽ operibus perſeuerãter exclamat(Lætifica animam ſerui tui)Hierony Tribulationibus pręſentibus męſtam. Caſſiodo. Iocũdari enim petit animam ſuam fons hylaritatis, & origo lætitię ex illa parte qua ſeruus eſt. Qui ſeruum merito ſe dicit, quoniam ex virgine Maria nat⁹ eſt, quæ ſe profitetur ancillã. Hiero, Petit autem ſe lætificari quia & ſi ſpiritus promptus ſit caro autem infirma Quia inquit(ad te domine animam meam leuaui). Auguſti. Glo. Per affectum bonum amãdo ei aſcendimus, negligendo deſcendimus(ſtando in terra in cælo ſumus ſi deum diligamus. Caſſiodo. Lætificari ergo petit animam ſuam, quia non eã deorſum inclinauit ad terram, ſed leuauit ſemper ad dominum, vbi eſt vera lætitia, & ſine fine ſecu=

qui clamat ad dominũ.

deſcendimus aſcẽdimus ſtamus.

ritas. Gloſa. In terra vero amaritudo & triſtitia. Idem. Vide ergo qualiter orando aſcendit. Prius enim dicitur pauper, inde ſanctus, deinde ſperans, poſtea clamãs. Tandẽ leuat⁹ ad deum in quo congrua verborũ collatio oſtẽditur. quaſi dicat inclina pauperi, cuſtodi ſanctũ, ſalua ſperantẽ, miſerere clamanti, lætifica leuatum. Et hoc ideo.

4 ✠ Heb. bonus et propiciabilis et copioſus in mia.

QVoniam tu domine ſuauis ✠ & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus te.

Glo. Leuaui inquã ad te animã meã, & ita hoc facere potui. (Quoniã tu domine ſuauis & mitis.) Caſſ. In quibus verbis pulcherrime nobis oſtenditur quid ſit deus, ſuauis ſcilicet, quia poſt amaritudinẽ huius mundi, dulcis eſt ad ſe recurrẽtibus. Mitis vero, quia diu ſuſtinet peccatores. Et multæ miſericordiæ. quia licet innumeroſa ſint noſtra peccata, multo tamen abundantior eſt pietas, quæ tot relaxat offenſas. Reſtat igitur vt ei iugiter ſupplicemus, quãdo eum audiuimus omnibus inuocantibus ſe non negare preſidiũ. Hiero. His enim qui eum puro corde inuocant, mitem ſe prebet, & copioſam miſericordiam eis indulget. Glo. Nec aliquem excipit cum dicit omnibus inuocãtibus te. non aliud a te. Et ideo.

5 Alia lẽa infige.

AVribus percipe domine orationẽ meam, & intende voci deprecationis meæ.

Hugo. Auribus inquit miſericordiæ tuæ ſcilicet (percipe) id eſt perfecte cape (orationem meam) quã pro me, & meis effundo pro bonis impetrandis. (Et intende voci deprecationis meę.) Quę eſt de malis amouendis. Caſſ. Glo. Vide igitur ordinẽ orationis. Prius enim fuit vt vox ſupplicationis aſcenderet cum dixit. Inclina aurem tuam. Et deinde rogatus audiret cum dixit. Exaudi me. Nunc vero addit auribus percipe. Hoc enim dicẽdo non trãſitorie ſuſcipi petit, ſed quaſi in ſinu dei recondi, ſicut per aures aliquid infigitᷣ cordi. Vnde ſubdit. (Et intende voci deprecationis meæ.) Idem. Vt intentus animus tuus, aperiat auditum deprecationi meæ. Glo. Cauſa vero audiendi ſubiungitur, cum dicitur.

6 ✠ Hebr. clamabo exaudies

IN die tribulatiõis meæ clamaui ✠ ad te, quia exaudiſti me.

Caſſi. Licet enim a ſanctis viris iugiter a domino ſupplicetur, in tempore tamen tribulationis enixius petitur, quando ſubueniri neceſſarie poſtulatur. Vnde cum ſuperius dixiſſet. Clamaui ad te tota die. Nunc augmentũ petitionis facere videtur, dicẽdo. (In die tribulationis meæ clamaui ad te.) Hugo. Glo. Id eſt in aduerſitate, quæ dicitur dies, quia illuminat, quæ ſemper eſt in peregrinatione donec ſeipſum deus det videndum. Idem. Glo. Et cum clamor ſoleat pręcedere exauditionem, hic tamen ideo dicit ſe clamaſſe, quia exaudiſti me. Eſt enim peruerſio in ſanctis congrua, qui & ante clamorem & poſt exaudiuntur. Hugo. Vel ideo clamaui, quia alias multotiẽs exaudiſti me. Vel quia antequã clamẽt pauperes exaudis. iuxta illud. Deſiderium pauperum exaudiuit dominus (præparationem) cordis eorum audiuit auris tua. Hierony.

Ante clamorem pauperes audit deus.

Vel de Chriſto in paſſione hoc dicit (in die inquã tribulationis) hoc eſt in die paſſionis (clamaui ad te) de cruce (quia exaudiſti me) vt commendatũ tibi ſpiritũ meum reſtitueres. Hugo cardina. Ideo etiam clamat, quia ſcit illum potentem exaudire. vnde ſubditur.

NOn eſt ſimilis tui domine, & non eſt ſecundum opera tua. 7

Caſſ. In quo magna dei laus breui diffinitione concluſa eſt. Dicẽdo enim. (Non eſt ſimilis tui in diis domine.) Idola, ſignificat paganorũ, quæ adhuc in mundo nephanda deuotione colebantur. Vel homines qui dij vocati ſunt. Hugo. Siue tamen ſumãtur dij pro dæmonib⁹, ſiue pro idolis, ſiue pro hominibus, ſiue pro prælatis, nullus eſt ſimilis ei. Lyra. Quia dij gentium ſunt dij falſi, homines vero ſancti, ſeu angeli dicũtur dij participatiõe, cum ſint virtutis finitæ. (Et nõ eſt ſecundũ opera tua.) Caſſ. Scilicet tibi ſimilis, qui feciſti cælũ, & terrã, & omnia quę in eis ſunt. Hiero. Non enim reperitur in ſimulachris gentiũ, qui ſic poſſit vt tu operari. Lyra. Quia ex infinita potentia tua, potes facere opera omnem virtutem tranſcendentia. Hugo car. Deinde ſe exauditum innuit, & oſtẽdit quę vtilitas ex hoc ſequatur, ſcilicet cõuerſio omnium gentium ad fidem. Vnde ſequitur.

OMnes gentes quaſcunq; ✠ feciſti venient, & adorabũt ‡ coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. 8 ✠ alia li. Quotquot. ‡ Alia honorificabunt.

Hugo. Lyra. (Omnes gẽtes) inquit, id eſt de omnibus gentibus aliqui. Et in omni terra aliqua gens ſicut dicitur. Omne animal fuit in archa Noe, in qua ſolũ fuerũt aliqua indiuidua de omnibus ſpeciebus animaliũ. Caſſi. Licet enim tunc ſola gens Iudæorũ vnum deum colere videretur. Prædixit tamẽ omnes gẽtes quę idolis tenebãtur obnoxiæ ad culturã ei⁹ eſſe vẽturas. Nulla autẽ gens exiſtit, niſi quã ipſe fecit. Glo. Quia fontẽ omniũ gentiũ Adam ſcilicet & Euam fecit, ideo dicit, quaſcunq; feciſti veniẽt. Glo. A ſuo ſcilicet cultu, ad cultum tuũ. (Et adorabũt corã te domine.) Hugo. Per reuerentiã. (Et glorificabũt nomẽ tuũ.) Caſſi. Hoc eſt glorificabũtur deuoti ex nomine tuo, quia cultus hominũ non facit deum glorioſum, quem conſtat eſſe largitorẽ bonorũ omniũ. Glo. Deinde ſingulis ſingula reddit, quaſi dicat. Non eſt ſimilis tibi.

QVoniam magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus ſolus. ✠ 10 ✠ alia li. habz hic magnus

Caſſ. Magn⁹ enim vere dixi nõ poteſt, niſi de⁹ ſolus, cui⁹ poteſtati nullaten⁹ valet aliquis cõparari, ideo dicit. Quoniã magnus es tu. Glo. Quod non alius. Et addidit. (Et faciẽs mirabilia.) Lyra. Tranſcendẽtia virtutẽ toti⁹ creaturæ. Addidit etiã. (Tu es deus ſol⁹.) Aug. Glo. Cõtra eos, qui ſe dicũt magnos, & deos. Tu es inquã deus ſol⁹ magn⁹. Nam omne quod dicis impletur. Caſſi. Vel ſolus dicit, quia ſancta trinitas, vnus eſt deus tantũ perſonis diſtincta, non naturæ diſcretione ſeparata.

DEduc ✠ me domine in via tua & ingrediar in veritate tua, letetur ‡ cor meum vt timeat nomen tuum. 11 ✠ Hebr. doce me dñe viã tuam. ‡ Hebr. vni cũ fac cor meũ.

ſcda ps. Gloſa.Hugo.Secunda pars in qua Chriſtus orat pro membris ſuis fidelibus iam adorãtibus.Caſſ. Vt dominus eis profutura cõcedat(Deduc me inquit in via tua.Lyra.Id eſt in via iuſtitiæ,per quã nõ poſſum abſq; deuio incedere ſine tua directione.Hugo.Hæc eſt via pœnitẽtiæ,vel mandatorũ. Caſſ.Glo.Aliud autẽ eſt duci ad viam,& aliud duci in via,ne in ea cadatur.Vbiq; tamen egent homines adiuuari ſiue ſint in via,ſiue extra viã. via autẽ Chriſtus eſt,qui de ſeipſo dicit,Ego ſum via, veritas & vita.vnde ſubdit.(Et ingrediar in veritate tua.)Hiero.Si enim me ad Chriſtum tuum qui eſt via deducas,nulla me fallacia retinebit(quia ingrediar in veritate tua.)Caſſ.Id eſt in Chriſtũ qui eſt veritas & vita.Lyra.Vel in veritate vitæ a te tradita in lege(Lætetur cor meum.)Glo.Sic tamẽ vt & timeat nomẽ tuum.Aug.Glo.In timore enim mundano præcedit cauſa periculi,vel anguſtiæ, ſed in timore dei lætitia præcedit. vtraq; tamẽ miſcenda ſunt,vt ſcilicet & ſub ſpe timeamus,& ſub timore lætemur.Qui enim ſperat & nõ timet,negligens eſt,qui autem timet & non ſperat,depreſſus eſt. Spes namq; & timor ſunt duæ molæ,quibus molitur Chriſtian9,vt fiat panis Chriſti.vnde in Deuteronomio dictum eſt.Non accipias loco pignoris ſuperiorem,vel inferiorem molam. Hiero.Vel tunc cum ſcilicet a mœrore facinorum erutus fuero,in te lætitia ſpirituali gaudebo.Hugo cardinalis.Et quia ex timore ſequitur confeſſio peccatorum,ideo ſubditur.

11 COnfitebor tibi domine deus me9 in toto corde meo,& glorificabo nomen tuum in æternum.

Hugo.(Cõfitebor)inquit,id eſt ſimul fatebor nõ tantũ omnia peccata mea,ſed etiam omnia beneficia tua(tibi)non dyabolo.vel exactori criminũ in inferno(Domine)cui ſeruio in ſpiritu meo(de9) quem præ cæteris amo & colo(meus)quem mihi pater dedit(in toto corde meo.)Caſſ.Illa eſt vera confeſſio,quæ toto promittitur mentis archano, ſicut & lex docet.Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo & in tota anima tua.Ille autem ex toto corde cõfitetur,qui totam ſpem ſuam ponit in domino.Sequitur.(Et glorificabo nomẽ tuum in æternũ.)Lyra.In omnib9 operibus meis tuam gloriam principaliter quærendo.Caſſiodorus.Et inter ſanctos tuos laudes iugiter perſonando,dum in illa beatitudine premia promiſſa recepero Hugo cardinalis.Et hoc faciam.

toto corde conſitetur.

QVia miſericordia tua magna eſt ſuper me,& eruiſti animã meam ex inferno inferiori.

xii Hebrai. extremo

Hiero.Cur enim confiteatur nomini domini,aut honoret eum iſte verſ9 exponit.(Quia miſericordia tua inquit magna eſt ſuper me.)Hugo.Eo q; ex pura miſericordia das membris meis multa bona,quæ eorum naturam & merita tranſcendunt. Caſſio.Cauſa vero tanti beneficij declaratur cum dicitur.(Et eruiſti animam meam ex inferno inferiori.)Hiero.Non q; duo inferna ſint,ſed iſte ſuperiorem infernum peccatum dicit,inferiorẽ vero qui eſt verus infernus,in quo peccatores damnantur.Laudat ergo ob hoc miſericordiã domini, q; ſit erutus a ſupplicio inferioris inferni.Augu. Caſſio.Glo.Etenim propter iſta duo inferna miſſus eſt Dei filius,vndiq; liberans.Vel inferior infernus pœna damnatorũ dicitur.Superior vero limbus patrum.vnde diues in inferiori poſitus vidit Lazarum in ſuperiori.

DEus iniqui ✠ inſurrexerunt ſuper me,& ſynagoga ‡ potentiũ quæſierunt animam meam,& non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

xii ✠ Hebr. ſuperbi. ‡ Hebr. vetus. Alia ſca iniuſti.et pretereũtes legẽ. Tertia pars.

Glo.Hugo.Tertia pars vbi orat pro ſe capite,commemorãs de paſſione ſua.Hiero.Caſſ.Ex perſona enim Chriſti hæc propheta loquitur ſecundũ humanitatẽ ſuam.Hugo.Et primo captat beniuolẽtiam ex perſona inimicorũ,quos oſtendit eſſe iniquos,dicẽs.(Deus iniqui inſurrexerũt ſuper me.) Hugo.Id eſt Iudæi accuſantes me,& falſa teſtimonia dicẽtes.Caſſi.Hoc enim intelligit de Iudæis, qui ei reddiderũt mala pro bonis.Q; autẽ dicit ſuper me,vt reum ſcilicet dicerent innocentẽ,regẽq; ſuũ plæbs inſana trucidaret.(Et ſynagoga potentium.)Idem.Glo.Augu.Id eſt cõgregatio ſuperborũ,qui belluino fremitu animã Chriſti adimere volebãt,quæſierũt animã meam doloſis cõſilijs. Addit inſuper quod ſceleratis ſolet ſemper mentibus euenire.(Et non propoſuerũt te in conſpectu ſuo.)Hiero.Nam obcæcauerat eos malicia eorũ. Caſſi.Quicũq; enim facinus perpetrat,deum ante conſpectũ ſuum omnimodis non proponit,quoniam ſi illum crederet præſentẽ,protinus a cogitato facinore reuocaretur.Glo.Augu.Vel non propoſuerunt,id eſt,non intellexerũt deum,vt homini parcerent.Hugo car.Conſequẽter captat beniuolentiam a perſona iudicis,dicens.

ET tu domine deus miſerator ✠ & miſericors,patiens,& multæ miſericordiæ & verax. 14

14 ✠ alia li. longa nimis.

Caſſiodorus.Miſerator enim eſt deus,quia ſingulis rebus miſericordiam facit.Hiero.(Miſericors enim peccata remittit.Caſſ.Semper enim pia eſt ipſa natura deitatis(Patiens.)Hiero.Caſſio.Quia peccatores ſuſtinet,& ad votum conuerſionis inuitat.(Et multæ miſericordiæ.)Caſſ.Quia plus nobis remittit,q̃ imbecillitas noſtra promeretur,intulit.& verax.Hiero.Glo.In promiſſis reſtituendis.Caſſio.Neſcit enim promiſſa ſua aliqua imbecillitate ſubducere,id eſt ſubtrahere,vel negare.Hugo cardinalis.Et quia hæc bona omnia quę pręmiſſa ſunt,in te habes.

REſpice in me & miſerere mei,da imperiũ ✠ tuum puero tuo,& ſaluum fac filium ancillæ tuę. 15

15 ✠ alia li. poteſtatem.

Caſſ.Miſericordẽ enim patrẽ & patientẽ,& veracẽ a parte qua paſſus eſt,filius rogat,vt reſpiciat in eum,& celerrima illi reſurrectione ſubueniat.(Reſpice inquit in me.)Gloſa.Hominem & miſerere mei mortalis(da imperiũ tuum)id eſt poteſtatem iudicij tui(puero tuo.)Hugo car.Id eſt mihi filio tuo,& ſecundũ humanitatẽ ſeruo.Hiero.Ad repugnandum poteſtatibus aduerſis.Augu.Gloſa.Vt tranſeat tempus patiẽtię,& veniat tempus iudicij.

Hugo. Pater enim non iudicat quẽq̃, ſed omne iudicium dedit filio. Caſ. Chriſtus autẽ eſt puer ille, de quo dicit Eſaias. Ecce puer meus ſuſcipiã eum. & alibi. Puer natus eſt nobis. Ipſe enim puer dicitur propter puritatem, & innocẽtiam. (Et ſaluum fac filium ancillæ tuæ.) Aug. Caſ. Glo. Hugo. Mariæ ſcilicet, quę angelo nuncianti reſpondit. Ecce

Ancille filij. ancilla domini. Hiero. Glo. Vel filij ancillæ ſunt filij eccleſiæ, in qua ſunt renati qui in iudicio iudices ſedebunt. Sequitur.

xvj ✝alia li. hic dñe. alia bono. Ac mecum ſignum in bonum ✝ vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu domine adiuuiſti me & conſolatus es me.

(Fac inquit mecũ ſignũ in bonũ.) Hiero. Vt ſcilicet muniar crucis tuę ſigno, quod vidẽtes poteſtates aduerſæ fugiãt cõfuſę, & diſcedãt a me. Caſſio. Glo. Hugo. Vel fac pater ſignũ in reſurrectiõe, id eſt fac me reſurgere. Et hoc erit ſignũ Ionæ prophetę in bonũ credẽtiũ, & in cõfuſionẽ negãtiũ. vel in bonum vt ſcilicet videãt Iudęi, qui me oderũt, & cõfundãtur de malo, & ita cõuertãtur, & credant (Cõfundãtur) enim ad bonũ reſpicit, quoniã qui hic de ſuo malo confunditur, in meliorẽ partẽ ſine dubitatione trãſferrur. Glo. Hugo. Ideo autẽ dicit fac mecũ. Nã & ipſe Chriſt⁹ ſecundũ q̄ deus reſuſcitauit ſeipſum hominẽ. Sed quid videãt, aut quare cõfundãtur Ecce. (Quoniã tu domine adiuuiſti me, & cõſolatus es me.) Hug. Quoniã inquit tu domine pater (adiuuiſti me) in paſſione (& cõſolatus es me) in reſurrectione. Caſſi. Vel quod dicit adiuuiſti pertinet ad cõtradictionẽ altercantiũ, & ad iniuſta certamina Iudęorũ, in quibus illi ſemper veritatis teſtimonio ſuperabãtur. Q₂ vero dicit cõſolatus es me, ad perſecutiones inſanorum, quas ille velut tempeſtatis impetum, patientiſſime ſuſtinebat, reſpicit.

¶Pſalmus. lxxxvj.

¶Titulus.

Filijs Chorę pſam⁹ cantici.

Lyra poſt Augu. Hiero. & Caſſi. exponunt iſtum pſalmũ ad literam de miſterio Chriſti, & eccleſiæ. quod quidẽ miſteriũ cognouerũt filij Choræ per ſpiritũ ꝓphetię: & plures alias opiniones recitat, quas improbat.

Aug. Glo. Pſalm⁹ iſte breuis eſt numero verborũ, magn⁹ vero põdere ſentẽtiarũ. Agit enĩ de cæleſti Hieruſalẽ. i. eccleſia, quæ eſt ciuitas ſpiritualis, cuius pars militat in terris, pars triumphat in cælis, quam iſte pſalmus commendat ſecundũ præſentẽ ſtatum, & futurũ. Vnde pro vtroq; in titulo ponitur (pſalmus cãtici.) Pſalmus ſcilicet, quia agit de eccleſia pręſenti vbi agit opera (cantici) vero, quia agit de eadem ſecundum futurum ſtatum, vbi exultat. Et proponitur filijs Choræ. Caſſi. Id eſt fidelibus Chriſtianis, quibus propheta ciuitatẽ dei prędicat, vt eis tantæ gloriæ maior augeatur effectus. Hug. Quos monet vt diligant eſſe de eccleſia militante. & ad triumphantem toto corde aſpirent. hæc eſt intentio pſalmi.

Diuiſio Et diuiditur in tres partes. Primo laudat eccleſiã per fundamenta eius, & portas, & famam. In ſecunda ipſe dominus alluſione quorundam nominum gentiles pronunciat huius ciuitatis eſſe conciues. ibi. (Memor ero.) In tertia de lætitia futuræ beatitudinis paucis concludit. ibi. (Sicut lætantium.) Augu. Glo. Propheta ergo plenus ſpiritu ſancto multa voluẽs apud ſe de hac ciuitate, de qua adhuc nihil dixerat, pſalmum ſic incipit & ait.

Vndamẽta eius in montibus ſanctis diligit dominus portas Syon ſuper omnia tabernacula Iacob. 1 Alia lrã ſanctuarij.

Glo. Hug. Vbi primo cõmendat eam a fundamentis vt ſoliditas totius ciuitatis notetur dicens (Fundamẽta eius.) Ibidẽ. Iſtud relatiuũ eius nõ refertur ad aliquod pręmiſſum, ſed ad cordis prophetę meditationẽ, qui nunq̃ de illa corde tacuerat, & ore. Hugo. (Fundamẽta) inquit (eius) hui⁹ ſcilicet ciuitatis, quę eſt eccleſia: ſunt (in mõtibus ſanctis.) Glo. Id eſt in prophetis, & apoſtolis. Caſ. Qui ſoliditate fidei, & excellẽtia ſanctitatis mõtes vocantur. Glo. Et in ipſo ſummo angulari Chriſto Ieſu, qui ſolus eſt fundamentũ, quod nemo mutare poteſt. Caſ. Qui ſic eccleſiam continet, vt nulla poſſit quaſſatio ne titubare. vnde apoſtolus. Fundamentum inquit aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Lyra. Vel in mõtibus ſanctis, id eſt in monte Syon, vbi Chriſtus prędicauit. & alio monte, vbi legẽ euangelicã promulgauit. Et in monte Tabor, vbi corã tribus diſcipulis futurã gloriã ſuę reſurrectiõis in transfiguratione oſtẽdit. Hugo. Cõſequẽter cõmendat hanc ciuitatẽ a portis, dicẽs. (Diligit domin⁹ portas Syon. Lyra. Diligit. i. approbat. Et dicũtur portę Syon, illa per quę fit ingreſſus ad eccleſiã militante, ſcilicet exorciſm⁹, Cathecism⁹, & baptiſm⁹. Hiero. (Vel portas Syon) dicit eſſe virtutes, ſicut portę mortis ſunt vitia, & peccata. Caſ. Vel portas Syon Ieruſalẽ illam cęleſtem vult intelligi, cuius portę ſunt fides, charitas, baptiſmus, pœnitentia. Et quicquid in illam ciuitatẽ acquiſitos populos intromittit. Glo. Hugo. Vel cum dicit Syon, aperuit quid voluit dicere. Per eius. Eoſdẽ enim apoſtolos quos primo vocat fundamenta eccleſię. Secundo vocat portas Syon, id eſt eccleſiæ quæ deũ hic per fidem ſpeculetur. Et in ęternũ per ſpeciem ſpeculabitur quam diligit deus. (Super omnia tabernacula Iacob.) Lyra. Id eſt ſuper cultum veteris legis, qui fuit in pluribus tabernaculis a Moyſe, & Dauid factis. Hugo. Plus enim diligit deus figuratum q̃ figuram, eccleſiam ſcilicet q̃ ſynagogam. Caſſiodo. Vel tabernacula Iacob, ſignificant eccleſiam catholicã, quę non conſtruitur, & ſemper hic affligitur. Supra quam merito illa ſpiritalis, & cęleſtis diligi dicitur, in qua iam nihil perturbationis eſſe declaratur. Gloſa. Hugo car. Deinde commendat eam a fama, dicens.

Loriosa dicta ſunt de ✝ te, ciuitas dei. 2 ✝alia li nte. ‡ Adde: ſemper.

Gloſa. Quę non de illa figurali quę cecidit. Hieronymus. Ciuitas autem dei eſt ſancta eccleſia, de qua in omni ſerie ſcripturarũ glorioſa dicta ſunt, & in omnib⁹ ꝓphetis. Eſaias enim dicit. Exurge, exurge Ieruſalẽ induere fortitudinẽ brachij tui. Et iterum. Ego ciuitas firma, ciuitas quę opimatur.

Dicit & Dauid.Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.Et iterum.Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum diſſipabis.Et dominus in euangelio. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

iii ✠ Hebr. ſuperbie.

Memor ero Raab,✠ & Babilonis ſcientium me.

ſcda ps.

Glo.Hugo.Secūda pars vbi dominus ipſe de eadem ciuitate agit,& oſtendit quæ ſunt illa glorioſa,& qui ſint eius habitatores.Ait ergo propheta ex perſona dei.In illa ciuitate inquit.(Memor ero Raab,& Babilonis.)Hugo.Id eſt gentium,& peccatorum.Caſſiodo.Raab enim meretrix fuit,quę exploratores Ieſu Naue ad Iherico venientes occulte ſuſcepit. Et per aliam partem ne deprehenderentur emiſit. Caſſ.Glo.Augu.Quæ interpretatur latitudo ſiue ſuperbia,per quam latitudo imperij eccleſiæ deſignatur,quæ fuit cōgregata de gentibus,quę prius late,& impetuoſe vagabantur per vitia tendentes ad ruinam, poſtea vero conuerſæ ſunt in humilitatem. Per hanc ergo figuratur eccleſia gentium,quæ coccinum habet in feneſtra, id eſt ſignū ſanguinis Chriſti in fronte,& in ore, quæ ſuſcipiens animas ſuperbiæ vitio periclitantes alio itinere,id eſt humilitatis,& patiētiæ dimittit ad vitam.Babylon vero interpretatur cōfuſio, in quo etiam ſignificat plæbem gentiū,quæ ante aduentum Chriſti confuſioni idolorum & peccatorum tradita fuerat,ſed per miſericordiam illuminata eſt.Hugo.Vel per Babylonem intelliguntur generaliter omnes peccatores, qui in confuſione peccatorum ſunt.Hiero.Licet ergo Raab,licet Babylon quis fuerit,tamen memor ero eius quicūq; me ſcierit.Vnde ſequitur(Scientiū me)Non enim cuiuſlibet Raab & Babylonis memor erit in iudicio dominus,ſed tantum ſcientium ſe per fidem ſcilicet & charitatē.Tranſlatio autē hebræa & Romana habet.Scientibus me.Glo.Hugo car.Id eſt apoſtolis,quibus degentibus,& peccatoribus recipiendis precipiam vt eis prædicent.Q autem dicit Raab,& Babylonis, poſtea per partes determinat,dicens.

4 ✠ Hebr. paleſtina. ✠ Hebr iſte nat⁹ eſt ibi.

Ecce alienigenæ ✠ & Thyrus & populus æthiopū hi ✠ fueruut illic.

Glo.Hugo car.Ecce inquit alienigenæ,id eſt gentes,& Tyrus,id eſt peccatores,alij qui ſunt in anguſtia pœnitētiæ,ſicut prius erant in anguſtia vitiorum. Et populus æthiopum, id eſt tam gentes q̃ alij peccatores qui erant deformes,& nigri.Hieronymus. Caſſiodorus.Alienigenas enim gentes vocat ad diſtinctionē Iſrael. Gentes quidem alienigenæ ſūt,id eſt a Iudaico populo extranei,quia illis non credētibus iſti in penetralia eccleſię ſunt recepti.Tyrus vero,ſignificat anguſtiam & tribulationem quæ de pœnitentiū afflictione procreatur. Per populū autem æthiopum eos voluit intelligi,qui peccatorum fuerant obſcuritate teterrimi,ſed in iſta domini ciuitate collecti ſunt(hi inquā fuerunt illic.)Lyra.Id eſt aliqui de iſtis populis recepti ſunt in eccleſia,quæ dicitur ciuitas dei. Gloſa.Hugo.Et quia ſupra dixerat.Glorioſa dicta ſunt de te, & non determinauerat aliquid glorioſum,vnum determinat quod accidit in ea,dicens.

5 ✠ Hebr. ad Syon dicet vir. Alia lr̃a mater Syon.

Nunquid Syon ✠ dicet homo: & homo natus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſſimus.

Glo.Hiero.Nunquid inquit Syon dicet homo,id eſt.nunquid poterit homo perſuadere Syon,id eſt ſynagogæ,hoc quod dicam,quomodo ſcilicet naſcetur homo in ea,quaſi dicat.Nō hoc recipit incredula Synagoga. Lyra.Vel homo iſte poteſt intelligi Ioannes baptiſta,pronuncians ſynagogæ Chriſti aduētum.Et eſt hæc dictio Syon datiui caſus.(Et homo inquit,natus eſt in ea.)Idem.Id eſt in eccleſia per Syon ſignificata,quia Chriſtus natus eſt de virgine,quæ eſt nobiliſſimū membrum eccleſiæ. Caſſiodo. Aſſumpta enim carne deus eſt homo factus.Et fundauit ipſe ſynagogam vt deus qui tantū putabatur homo.vnde ſequitur.(Et ipſe fundauit eam altiſſimus.)Lyra.Vel ipſe homo Chriſtus, qui eſt altiſſim⁹ ſecundū naturā diuinā fundauit virginē Mariā eam confirmādo ſua gratia.ita q nec venialiter,nec mortaliter peccauerit. Vel eam,id eſt eccleſiā,quā fundauit modo ſupradicto.Hugo.Fūdauit inquā illam Chriſt⁹ vt deus, qui vt homo nat⁹ eſt in ea.Et ne hoc videatur alicui incredibile,confirmat per ſcripturas,dicens.

6 ✠ alia li. dn̄s numerabit ſcribens populos aliter legitur.

Dominus narrabit ✠ in ſcripturis populorum, & principū horum, qui fuerunt in ea.

(Dominus inquit narrabit.)Sic legendum cenſet beatus Hieronymus iuxta hebraicā.Dominus numerabit ſcribēs populos,ipſe natus eſt in ea,ſemper.Hugo.Id eſt narrauit(in ſcripturis populorū, & principū.)Glo. Id eſt in ſcripturis quæ directe ſunt populis fidelib⁹,& editę a principib⁹,ſcilicet a Moyſe,& prophetis,& apoſtolis (Principū)dico (horū)qui fuerūt in ea ciuitate.Caſ. Narrauit eni dn̄s frequēter in euāgelio, quæ de ipſo prædixerat Moyſes,quæ ꝓphetę.ipſi enim ſunt pricipes(qui fuerūt in ea.i.in ſynagoga.Lyra. Vel dn̄s narrabit, id eſt narrari faciet,in ſcripturis populorū,id eſt in euāgelijs ad oēs populos deriuatis.Et principū horū.i.apoſtolorū,qui fuerūt in ea.i.in eccleſia.

7 Aliter legitur.

Sicut lætantium omnium,habitatio in te.

Tertia pars. Alia lr̃a tanquā iocundatorū habitatio omnium in te. Alia habet hic noſtrum. Alia habet hic eſt.

Hanc lectionē pro hoc verſu obtulit litera beatus Hiero. iuxta hebr. Et cātabūt quaſi in choris,oēs fontes mei in te.Caſ.Gl.Hug. Tertia pars vbi collatis omnib⁹ gaudijs,quę de ciuitate dei,quę eſt eccleſia dicta ſunt,cōcludit paucis verbis tāgēs beatitudinē futurā.(Sicut lætātiū inquit omniū habitatio in te.)Hug. Id eſt omnes illi,qui in Syon ſuperna,hoc eſt in triūphāte eccleſia habitāt,iocundi ſunt,& vere lętātur. Et eſt hoc(ſicut)expreſſiuū veritatis,nō nota ſimilitudinis. Caſ.Glo. Pulchre nāq; dictū eſt,nō ſimpliciter lætātiū,ſed ſicut lætantiū omniū,quia non erit illa lætitia qualis hic agitur,vt modo filiorū ſuſceptione lætemur: modo diuitiarū,& honorū munere gaudeam⁹,& cętera quę exultationē faciūt,quādo magnis vſibus tēporaliter acquirūtur.(Sed ſicut lætātium omniū.) Aug. Glo. Talis enim erit illic lætitia,qualem hic nō nouimus.Et ideo cum nō poſſit exprimi dixit vt potuit. Sicut lætantiū omniū habitatio in te.

¶Pſalmus.lxxxvij.

¶Titulus.

ᵻ alia li malaath alia Eſraite. Hebrai. victori p coꝛũ ad precinen dum eru ditionis.

Canticum pſalmi fi lijs Choræ in finē ✠ proMelech ad reſpō dendum intellectus Hemā Iſraelitæ vel Eſraitæ.

Caſſio. Quid ſignificat. (Canticum pſalmi filijs Choræ in finem) iam ſa= tis dictum eſt. Glo. Nam ſicut ſæpe diximus, canti

Lyra. Ra. Sa. dicit ꝙ materia huius pſalmi ſunt afflictiones,quas populus Iudaicus ſu= ſtinuit,maxime in Ba bilonica captiuitate, quas præuidit Hemā Eſraita.& ſic fecit hūc pſalmū precando pro populi liberatione.in cuiꝰ perſona loqtitur in hoc pſalmo.Et ad hunc ſenſum ꝓſequi= tur eius expoſitionē.

cum notat exultationem mentis, pſalmus bonam operationem. Ideoq; pſalmi,qui hæc duo in titu lis habent,de bona operatione & mentis iocundi tate agunt,ſicut iſte pſalmꝰ. Caſſ.Melech vero in= terpretatur chorus diuina verba decantans. Subie cit autem ad reſpondendū,ſignificās organa mu= ſica præueniſſe,& chorum ſolenniter reſpondiſſe. Sequitur intellectꝰ Hemam Iſraelitę.Hemam in= terpretatur frater eius,quo vocabulo Chriſtus eos appellat,qui eius præceptis obediūt. Iſraelitæ ve= ro deum videntes,qui per obedientiam dei luce ra diant.Gloſa.Hugo.Et eſt ſenſus tituli.Canticum iſtud quod dicitur canticum,quia lætus finis paſ ſionis hic oſtenditur.pſalmi,quia hic agitur de bo na operatione. Canitur filijs Choræ,id eſt Chriſti dirigens eos in finem cæleſtium coronarum.Sed ad quid canitur eis? Ad reſpondendū Chriſto,imi tando veſtigia paſſionis eius. Et hoc faciunt pro Melech,id eſt in Melech,ſcilicet in choro,id eſt in concordia charitatis.Et hic eſt intellectꝰ Hemam, id eſt hominis illiꝰ, qui hoc miſterium intellexit Iſraelitæ,vel Eſraitæ,id eſt aduenæ.Fuit enim de orientalibus regionibus. Tales enim fuerunt apo ſtoli,qui ſunt Iſraelitæ deum contemplātes,& ad= uenæ in hoc mundo. Hiero. Pſalmus ergo iſte paſ ſionis dominicæ continet ſacramenta ea proferēs vſq; ad conſummationē,quæ idem dominus paſ= ſus pro mundi ſalute ad patrem locutus eſt. Glo. Hugo car. Cuius intentio eſt monere nos ad imi=

Diuiſio. tationē paſſionis Chriſti. Et diuiditur in quatuor partes. In prima Chriſtus loquens in perſona ſer ui precatur auxilium referens ſe contemptum ab inimicis. In ſecunda dicit quid amici eius in paſ ſione fecerunt ibi longe feciſti. In tertia oſtendit quibus opera ſua non profuit ibi.Nunquid mor= tuis. In quarta loquens in perſona eccleſiæ oſten dit quanta in ſuis membris ſuſtineat ibi,& ego ad te. In forma ergo ſerui orans ad patrem,ait.

1 DOmine deꝰ ſalutis meę, in die clamaui, & nocte coram te.

Augu.Caſſio.Orat enim Chri ſtus ad patrem per id quod de Maria virgine natus eſt, & ſe= cundum formam ſerui,ſecun= dum quam & paſſus eſt,deſignās humilitatem im becillitatis humanæ,quam dignatus eſt aſſumere, dicēs. Lyra.(Domine)ratione generalis guberna= tionis(deus)ratione creationis. Gloſa. Auctor(ſa= lutis meę.)Lyra. Ratione liberationis(in die)id eſt in proſperis(clamaui)in oratione(& nocte) id eſt, in aduerſis Caſſiodorus. Q; enim dicit in die læ= titiam ſignificat.& nocte aduerſitatem declarat,in quo vtroq; tempore deum eſſe precandū demon- ſtrat. Hieronymus. Vel in die illa ſcilicet claritate degens,quam ſemper habui pœnitentiam popu= lis prædicans.Et nocte coram te inter tenebras Iu dæorum. Vel coram te,id eſt in beneplacito tuo, vel pro his impetrandis quæ ſunt coram te,id eſt pro cæleſtibus,& non pro terrenis.

Dies et nox ꝓſpritatē et aduerſitatem.

INntret in cōſpectu tuo oratio mea 2
inclina aurē tuam ad precem meā.

(Intret inquit in conſpectu tuo oratio mea.)Caſſ. Glo. Magna namq; eſt virtus puræ orationis,quę quaſi quædam perſona ad deum intrat & manda= tum peragit, quo caro peruenire nequit. Deinde idem repetit,dicens.(Inclina aurem tuam ad pre= cem meam.) Caſſiodorus. Inclinat autem aurem ſuam dominꝰ,cum miſericors dignatur audire mi rabili operatione ſuæ virtutis,non aure corporis. Aug. Glo. Ingreſſus itaq; orationis in conſpectu dei acceptatio eiꝰ eſt. Inclinatio vero auris dei mi ſericors exauditio eſt.

Inclinat aurē deus.

Ingreſſus oꝛationis ad deum.

QVia repleta eſt malis anīa mea, & 3
vita mea īferno ✠ appropiquauit.

ᵻ alia li. ad infernum deſcendit.

(Quia repleta eſt inquit malis anima mea.)Hugo. Malis dico nō culpę,ſed pœnę. Hiero. Caſſ. Malis vtiq; non ſuis,qui peccatū nō habuit,ſed peccatis populi pereūtis,pro quibꝰ laborabat humanitas. Aug. Glo. Vnde nō de vitijs hoc dicit,ſed de dolo ribꝰ,quibꝰ anima carni cōpatit̄. Nō enī dolor cor= poris poteſt eſſe ſine anima.dolere vero anima,e= tiā nō dolēte corpore poteſt. Hos autē humanę in firmitatis defectꝰ,ſicut & ipſā carnē,& mortē Chri ſtus nō cōditiōis naturę,ſed miſeratiōis volūtate ſuſcepit. Sequit̄. (Et vita mea inferno appropin= quauit.)Hie. Gl. Cū ꝓ his q pereūt,trador ad mor tē. Caſ. Hoc eī ptinet ad paſſionē Xp̄i,q ait. Triſtis eſt aīa mea vſq; ad mortē. Nā ꝓpter nos ip̄e doluit, & mortē noſtrā ꝓpter nos excepit. Glo. Nō ſolū aūt hęc licet grauia paſſꝰ ſū,ſed & cōtumelioſa,q̄a.

AEſtimatus ſum cum deſcendenti 4
bus in lacum, factus ſum ſicut ho
mo ſine adiutorio ✠ inter mortuos liber.

ᵻ alia li. inualidꝰ

(Aeſtimatꝰ ſum inqt cū deſcēdētibꝰ in lacū. Gl. Mi ſerię vel inferni ꝓfūditatē vtiq; a neſciētibꝰ qd fa cerēt,qui ſic putabāt eū mori neceſſitate vt alij mo riunt̄. Hie. Sicut enī reliquos peccatores eū in mor tē adire arbitrati ſunt,nec reſurgere crediderūt.(Fa ctus ſum ſicut hō ſine adiuiotio.)Gl.(Factꝰ ſum)id eſt æſtimatꝰ ſum(ſicut hō)ſimpliciter(ſine adiuto= rio)Caſ. Apd̄ eos ſcilicet q deitatē eiꝰ i ſanis mētibꝰ nō credebāt,q putabāt eū cū reliqs mortalibus in= terijſſe(Inter mortuos liber)Hie. Nemo enī me in inferno vinxit,ſed ego vinctorū cateruā ꝓpria vir tute laxaui. Caſ. Solꝰ enī inter mortuos liber fuit, qui ip̄a quoq; mortis clauſtra cōfregit,q peccatū nō fecit,& cuiꝰ mors libera q̄a volūtaria fuit. Idē. Aug. Gl. Et q poteſtatē habuit animā ſuā ponere, & iterū eam reaſſumere. Item æſtimatꝰ ſum ab eis.

5 ✠ Heb. Abſciſſi ſunt.

SIcut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris: quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt.✠

(Sicut inquit vulnerati dormiẽtes in ſepulchris.) Caſſiodo. Putabant enim dominum lancea vulneratum, occiſum, pariter & ſepultũ, quaſi vnum ex hominibus ſceleratis generali cõditione trãſiſſe. (Quorũ non es memor amplius.) Idem. Id eſt de quibus non habes curam, quoniã peccatis facientibus a te redduntur alieni, quorum memoria cum ſonitu perijt. Augu. Glo. Vel quorum non meminiſti adhuc, id eſt quorũ tempus reſurgendi nondum venit, in quo Chriſtus a cæteris mortuis diſcernitur, qui & vulneratus, & mortuus, in ſepulchro poſitꝰ eſt: ſed die tertia euigilauit, & ipſi quibus ita factꝰ ſum de manu tua repulſi ſunt. Hiero. A virtute tua ſeparati. Caſſ. Glo. Vel adiutorio tuo priuati, qui me ſine adiutorio putauerunt. Augu. Glo. Non enim ad dormiẽtes hoc refertur, in quibus ſunt & iuſti, quorũ licet non meminerit deus, adhuc vt reſurgant. De ipſis tamen dictum eſt. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt. Sequitur.

Alieni a deo. Quorũ nõ eſt memor deꝰ.

6 ✠ alia li. in fimo nouiſſimo. Lacꝰ eq̃uocum. Hebra. in profũdis.

POſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & vmbra ✠ mortis.

Caſſ. Adhuc æſtimationes dementium referuntur Iudæorum cum dicitur. Poſuerunt me in lacu inferiori. Idem. Lacꝰ enim & pro inferno ponitur, & pro ſepultura foueali, & pro mundi iſtius profundiſſima calamitate. (Poſuerunt me inquit in lacu inferiori.) Hiero. Cum latronibꝰ & peccatoribus obnoxijs in tenebroſis. Caſſ. Id eſt ſub obliuionis cæcitate derelictũ tanq̃ quẽ nemo requireret, nemo ſaluaret. Sequitur. (Et vmbra mortis.) Caſſ. In quo peccatorũ indicat locum, quibꝰ gaudium nõ relucet, qui in perpetua triſtitiæ ſuæ obſcuritate demerſi ſunt. Hugo car. Vel vmbra mortis, id eſt in morte carnis. Mors enim carnis vmbra eſt veræ mortis, ſicut huius mortis eſt vmbra ſomnus. Sequitur.

✠ Adde ſemper.

SVper me confirmatus eſt furor tuus, & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.✠

(Super me inquit cõfirmatꝰ eſt furor tuus. Aug. Caſſ. Glo. Vt illi rati ſunt, cũ mori eũ turpi morte viderunt. Putabãt eni Iudæi per furorẽ dei, Ieſum Chriſtũ ad pericula paſſiõis perueniſſe. Et q̃ deꝰ omnes indignatiões ſuper eum induxiſſet, quãdo pertulit eũ crucifigi. Vnde dicebãt. liberet eũ deꝰ ſi vult. (Et omnes fluctꝰ tuos induxiſti ſuper me.) Caſſ. Credebãt eni Iudæi deũ induxiſſe ſuper Chriſtũ elationes. i. ampliſſimas indignatiões, quãdo eum pertulit crucifigi, mortẽ illã putãtes pœnalẽ cũ diſpẽſationis eiꝰ gloriã nõ videret. Hiero. Vel per fluctꝰ irã furoris vult intelligi, quã pater effuſurus fuiſſet ſup omnes gẽtes. Et quã induxit ſup eum, qui peccata eorũ ſuſcepit, ſicut alibi ait Propheta. Propter peccata populi mei percuſſi eum.

Elatio.

8 Dyapſalma. Secũda pars. ✠ Heb. ris clauſum & nõ pdeuntẽ

LOnge feciſti notos meos a me, poſuerũt me abomiatiõẽ ſibi.✠

Glo. Hug. Secũda pars vbi dicit quid amici eiꝰ in paſſione fecerũt. Quidã eni fugerũt timore. vnde dicit (Longe feciſti.) Gloſa. Loco, vel mẽte notos meos, quibꝰ ego notus eram Non enim dicit notos, quos nouit: quia tunc omnes nouerat vt deꝰ, ſed quibus notus erat (a me.) Hugo. Cum diſcipuli omnes eo relicto fugerunt. Hiero. (Vel notos) dicit angelos, de quibus ait. Poterã rogare patrẽ, vt exhiberet mihi pluſq̃ duodecim legiones angelorum, ſed ſilui vt adimplerẽtur ſcripturæ. (vel longe fecit apoſtolos) vt nullꝰ preberet auxiliũ. Caſſ. Apoſtoli enim tunc lõge facti ſunt, quãdo in eius paſſione diſperſi ſunt, ſicut ſcriptũ eſt. Percutiam paſtorẽ, & diſpergẽtur oues gregis. (Poſuerũt me abominationẽ ſibi.) Hiero. Non noti, ſed Iudæi. Augu. Glo. Poſſet etiã hoc intelligi de illis, quos notos ſibi dixit, quia & ipſi genus illius mortis horrebãt. Sed melius intelligitur de ſuis perſecutoribus, de quibus ſuperius loquebatur. Caſſ. Ipſi enim tunc eum in abominationẽ habuerũt, quando prætereuntes dicebant. Vah, qui deſtruis templum dei, & ſimilia. Sequitur.

Noti vo

9 ✠ alia li. Oculus meus infirmꝰ eſt ab afflictione.

TRaditus ſum, & non egrediebar, oculi ✠ mei lãguerũt præ inopia.

Caſſ. Traditus eſt enim a Iuda cohortibꝰ inſanorum. Et ſe permittẽte detẽtus, ligatus eſt vinculis, qui loco nõ poteſt claudi. Audiuit execrãdas iniurias, quẽ angeli cũ tremore collaudãt. Verũtamen, nõ eſt egreſſus de illa nube corporis ſui, nec apparere voluit quid poſſet potentia ſuæ diuinitatis. Hiero. Nec diſiũctus eſt a paterna diuinitate, ſed nec de ſepulchro ſtatim prodijt, vt dilatio reſurrectionis veritatẽ oſtẽderet mortis. Grego. in Mora. Iob lib. xxij. Qui vt apertus homo mori potuiſſet deus mãſit occultus, qui cum deſpiceretur, quia homo videbatur, egreſſus fuiſſet, ſi occultã maieſtatẽ ſuã oſtendere voluiſſet. (Oculi mei languerũt pre inopia.) Hiero. Caſ. (Oculi) ſunt apoſtoli, qui relicto eo fugerũt. Vel negauerũt, quia eum reſurgere neſcierũt (Et languerũt pre inopia) quia nondum receperãt ſpiritũ ſanctũ. Augu. Vidẽtes enim eum tradi, ac tanta perpeti mala, quoniã non eum videbant qualem volebãt, infirmati ſunt ab inopia velut ſubtracto ſibi cibo, id eſt lumine ſuo. Caſ. Qui ideo dicuntur oculi, quia in corpore eius, id eſt in eccleſia tanq̃ oculi cæleſti lumine viguerũt. Hug. Vel quia illos ita diligebat Chriſtus, ſicut homo diligit oculos ſuos.

oculi xpi

10 ✠ alia li. palmas meas.

CLamaui ad te domine tota die, expandi ad te manus meas.✠

Aug. Glo. (Clamaui inquit ad te domine) hoc quidem apertiſſime fecit cũ pẽderet in ligno. Hiero. Dicens eloy eloy lamazabathani. Hugo. Et dum clamãs voce magna emiſit ſpiritũ. Caſ. Q̃ autem dicit tota die, ad clamorẽ. i. ad orationẽ & bonorũ actuum operã debet pertinere. Aug. Caſ. Glo. Per extenſas vero manus cõtinuatio bonorũ operum, a quibꝰ nunq̃ ceſſauit, intelligitur. In cruce enim nec vna tota die fuit illa extenſio, nec totum pro parte poteſt accipi, cũ addit tota die. Sed quia hæc opera non omnibus profuerunt, addit.

Chriſti manꝰ extenſe.

11 ✠ alia li. gigãtes. Alia lẽa erſuſcitabũt & alia reſuſcitabũt. Adde ſemper.

NVnquid mortuis facies mirabilia aut medici ✠ ſuſcitabunt & confitebuntur tibi.

iii.pars Gloſa.Hugo cardina. Tertia pars vbi oſtēdit quibus non proſint opera ſua quaſi dicat.Expādi manus meas,ſed o deus(nunquid mortuis)corde ſcilicet,non corpore(facies mirabilia)quaſi dicat nō. Caſſiodo. Hoc nāq; ſub negatione legendum eſt Idem.Hierony.Mortuis enim.i.non credentib⁹, qui viuentes mortui ſunt,mirabilia nequaq̄ fecit, dum eos ad conuerſionem perducere non potuit infidelitas ſua.Auguſtinus. Gloſa.Mortuis vero corpore facta mirabilia cum quidam reuixerūt, & cum domin⁹ infernum penetrauit. Et inde victor mortis aſcendit Hug. car.Sed mortuis corde non fecit mirabilia,quia facta non profuerunt eis. Sequitur.(Aut medici ſuſcitabunt & confitebuntur tibi.)Caſſiodo.Quod etiam negatiue legendū eſt. Idem. Gloſa.Nam & ſi medici artis beneficio credantur ſalutem dare languentibus mortuos, tamē ſuſcitare non poſſunt,v t domino debeant,confiteri. Et quāuis corporibus curam prebeant animas tamen peccatis mortuas ſuſcitare non valent ymo nec ſine dei munere ęgris ſalutem dare.

(margin: qui mortui dicūtur.)

12 Dyapſalma.

Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione.

Caſſiodor⁹.Hoc etiam negatiue legendū eſt.Glo.(Nunquid)inquit(narrabit)aliquis poſitus (in ſepulchro)mortuę animæ.Hu go cardi.id eſt in peccato. Caſſiodorus. Sepulchrum enim ſignificat in fideliū mentes de quib⁹ ſupra dictum eſt. Sepulchrū patens eſt guttur eorum quę merito ſupulchrum dicuntur, vbi anima peccatis mortua continetur. Gloſa.Non(inquit hi narrabūt miſericordiam tuam)ſed viui,& fideles.Hierony. Neq; laudabit deum ſepultus in diuitijs ſæculi, neq; habibitans in perditione peccati.Hugo cardi.Nec qui deſcēdunt in infernum,ſed potius blaſphemabūt Nam q̄uis ſciant ſe pro merito puniri, dolebūt tamen q deus tantam potentiam habeat,q e is plagas inferat.Et hoc eſt blaſphemia.Seqtur.(Et veritatem tuam in perditione).Gloſa.Et aliquis poſitus in perditione.i.obſtinatus,ſubaudi narrabit veritatem tuam quaſi dicat non.Caſſiodo. Perditio quippe iuſte vocata eſt,vbi veritas non admittitur,ſed ſola obſtinatio cuſtoditur. Ibi ergo non narrabitur veritas,quia nemo putatur veritatem dixiſſe,quam videtur negligens pręterire. Sequitur.

(margin: Sepulchrū qd ſignificat. — quomodo mortui blaſphemāt)

13 alia oblita.

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & iuſtitia tua in terra obliuionis?

Caſſiodorus.Sub eodem ordine variatis ſermonibus cuncta deſcendunt, vt negando quę non ſunt econtrario ſentiātur illa quę ſunt.(Nuuquid ingt cognoſcentur in tenebris) Gloſa. Infideliū.Hugo cardina.Vel peccatorum & inferni.Lyra. Vel ī gentibus obtenebratis ignorantia,& errore mirabilia tua.quaſi dicat Non impedięte hoc malicia ipſorum)Et iuſtitia tua).Hugo car.Subaudi nunquid cognoſcetur in terra obliuionis.i. in peccato vel in corde peccatoris,qui oblitus eſt dei creatoris.Gloſa. Idem ſunt mortui, & poſiti in ſepulchro,& tenebrę,& terra obliuionis Caſſiodo. Mirabilia itaq; domini a tenebroſis oculis non vidētur,quia prętereuntes deum,ſapientię lumina perdiderūt.(Nec iuſtitia ei⁹ in terra obliuionis). Hierony.Quia omnis qui facit peccatum, odit lucem, & a corpore terrenis oppreſſo vicijs iuſtitia occultatur.

(margin: Terra obliuionis.)

Et ego ad domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te. 14

(margin: Quarta pars. Alia lra puenīat)

Gloſa.Hugo card.Quarta pars vbi enumerat, quę Xp̄s in ſuis mēbris ſuſtinet.Et ponit hic reſponſo chori, de qua p̄dictū eſt in titulo. Chriſt⁹ ergo,qui prius in perſona capitis de ſua paſſione locut⁹ eſt quaſi præcentor,hic in perſona membrorum reſpondet(Et ego)inquit ne cum illis mortuis perirē Gloſa.Quia null⁹ medicorum ſuſcitat.Equia mortuis non proſunt opera mea(ad te domine clamaui.)Lyra.Ore ſimul & corde.Hugo cardina. Ad te ſcilicet qui potes mortuos ſuſcitare, & infirmos curare.Auguſti.Gloſa.Qui autem clamat, & inuocat credit,ſed non crederet, niſi eum miſericordia dei ſuſcitaret,quia pręueniente iā eſt ei mane poſt tenebras infidelitatis.Vnde ſequr̄.(Et mane oratio mea præueniet te).Lyra.id eſt antequā aliquid operari incipiam,dirigam orationem meam ad te Hugo cardina.Vel mane.i.in tempore gratię(oratio mea)Glo.Pręuenta a miſericordia, pręueniet te venturum ad iudicium.Caſſiodo.De quo merito dictum eſt pręueniſſe orationem ſuam,quando ante multa ſęcula ſub aſſiduitate petebatur quod adhuc ſperamus eſſe venturum.Et ſciendum q vſq; a finē pſalmi varias calamitates enumerat(quas in martiribus ſuis ipſe ſuſtinuit Vnde ſequitur.

(margin: mane qd)

Vt quid domine repellis ✠ orationem meam, auertis faciem tuam a me. 15

(margin: Alia lra repulſti alia auertiſti.)

(Vt quid inquit deus repellis oratioņē meā.Lyra. Eam non exaudiendo.Hugo cardi. Quę tunc repelli videtur,dum differtur quod petitur. Caſſio. Glo.Repelli enim putamus orationem noſtram & auertere deum faciem a nobis quando vota noſtra diſtulerit Et q̄uis ille profutura faciat nos tamen grauiter dilata cōtriſtāt. Differtur autem interdū quod petitur dilatione boni,& aduerſis multiplicatis quaſi repulſa oratio inflametur ardentius.Sicut ignis flatu venti repellitur vt viuacius animer̄.Sequit& ſubaudi vt qd.(Auertis faciē tuā a me).Hug.Quia non das quod volo cū non expedia quod peto.Lyra.Et loquitur de deo more humano auertit ei hō faciē ab eo quē nō vult exaudire.Glo. Auertit autem deus tunc faciem quando non dat quod petitur,quia non expedit vt detur. Hieronymus.Vel de Chriſto ad litteram poteſt intelligi,qui non fuit exauditus cum diceret, trāſeat a me calix iſte.Lyra,Conſequenter allegat neceſſitatem exauditionis dicens.

(margin: Oratio ſtendo. — deū facie dine ete.)

Pauper ſum ego & in laboribus a iuuentute mea, exaltatus ✠ autem humiliatus ſum & conturbatus.

(margin: vbi. ✠ Hebr. portauit furorem tuū & cōturbat⁹ ſum.)

Auguſti.Gloſa. Exequitur enim breuiter tribulationes corporis chriſti dicens.(Pauper ſum ego) rebus ſcilicet ſęculi.Caſſiod.Vel hoc merito dicit eccleſia q̄ paupertate mūdi,& laborib⁹ fatigatur. Hugo cardi.Et hæc eſt bona ratio cur non debeat

dom inus faciem auertere,quia ſcriptum eſt ꝙ deſi
derium pauperum exaudiuit dominus. Pauper in
q̄ ego ſum & in laboribus. Et hoc non ad horam
(ſed a iuuētute mea). Hugo cardina. i. a tempore
qſi fuit eccleſie iuuetus. Abel iuſti. Tunc enim fuit iuuentus eccleſię, & ex
tunc ſemper fuit eccleſia in multis tribulationib⁹
quaſi inter maleum & incuden. Vnde alibi in p̄s.
inquit. Sępe expugnauerunt me a iuuētute mea.
Caſſiodorus. Quod autem ſequitur. Exaltatus au=
tem humiliatus ſum & conturbatus ſpecialiter mē
bris probatur conuenire non capiti, (Vnde exal=
tatus) dicit, quando prius vnuſquiſqꝫ fidelium res
humanas tumido corde cogitabat. Humiliat⁹ quā
do ad confeſſionem diuina gratia miſerante per=
uenit. (Confuſus) vero quando illa quæ male geſ=
ſerat pœnitentiæ profeſſione dannauit. Hug. car
di. Vel de Chriſto poteſt legi qui ait. (Pauper ſum
ego) ita ꝙ non habeam vbi caput reclinem. (Et in
laboribus a iuuentute mea. Hieronymus. i. a tem=
pore carnis aſſumptę. (Exaltat⁹) autē. idem. In cru=
ce, humiliatus vero ſum in ſepulchro. Et conturba
tus in morte. Sequitur.

xvii ✠ Heb. trāſie rūt ſup me ‡ Heb. oppreſſe runt.

IN me ✠ tranſierunt iræ tuæ, & ter
rores tui conturbauerunt‡ me.

(In me inquit tranſierunt.) Hierony. Sed non per
ſtiterunt (Iræ tuæ). Gloſa. id eſt afflictiones mihi
illatę. Caſſiodo. Pulchre autem dictum eſt trāſie=
runt quaſi non manſurę diutius. Glo. Non enim
mane ira dei in iuſtis ſed tranſit. Caſſiodorus. nā
quando fidelis ſe affligit iram domini caſtigatus
euadit, In me autem dicendo afflictionem fideliū
more ſuo, illatam ſibi eſſe teſtatur, ſequitur. (Et ter
rores tui.) Caſſiodo. venturi vtiqꝫ iudicij quod om
nis caro timet. (Conturbauerunt me). Grego. In
Iuſti d= u dent a mor. Iob. lib. vi. Iuſtorum enim mens non ſolum
perpendit quod tollerat, ſed etiam pauet quod re=
ſtat videt qualia ī hac vita patitur, & metuit ne po=
ſtea grauiora patiatur, luget. quia in huius cęcita=
tis exilio a paradiſi gaudijs cecidit. Et timet ne eū
exilium relinquitur mors ęterna ſequatur. Iam ſē
tentiam tollerat in pœna, ſed minas adhuc ventu=
ri iudicis formidat ex culpa. Gloſa. Ideo autem me
conturbauerunt terrores tui quia.

xviii Alia lra pariter

CIrcundederunt me ſicut aqua to=
ta die, circundederunt me ſimul.

Circūdederūt. Caſ. Vtiqꝫ delicta q̄ legis diſtrictione
dannātur, (ſicut aqua). Hug. i. abundāter. Caſſ Pec
adq̄s peccata cōparātur. cata nāqꝫ aquis merito cōparantur quæ nos copio
ſiſſima inūdatione concludunt (Tota die). Gloſa.
quia nullo tēpore de ſunt mala eccleſię donec fi
niatur ſæculum, iterum repetit. (Circundederūt ſi=
mul.) Lyra. Hoc dicens ad aggrauationem pœnę,
quia quando aliqua eueniunt ſucceſſiue facilius
portantur. Hiero. Vel vt de Chriſto loquatur. (Cir
cundederunt me inquit, ſicut aqua tota die, iudęi
ſcilicet in fluctibus perſecutionū (Circundederūt
me ſimul) phariſæi cum ſacerdotibus, Pilatus cum
principibus & populis. Gloſa. Deinde ſequitur ex
perſona capitis & membrorum ſimul.

xix ✠ Hebr. abſtuliſti

ELongaſti a me amicum & proxi=
mum & notos meos a miſeria. ‡

proximus Hierony. Proximus eſt qui facit miſericordiā qui
cum Chriſto non eſt inuentus, præ confuſione eī
paſſionis etiam ipſi apoſtoli elongati ſunt ab eo.
Caſſiodo. Et hæc pijs martiribus frequenter con=
tigerunt a quibus terrore mortis officia humana
ſubtracta ſunt. Amicos autem dicit eos qui hone=
ſtis ſtudijs morū vicinitate coniuncti ſunt. Proxi
mos vero qui nobis parentellę ordine ſociantur.
Notos q nec amici, nec proximi ſunt, ſed ſola nos Noti.
opinione vel viſione didiſcerunt quę genera ho
minum frequenter longe fecit a fidelibus ſeruis
formidata calamtas paſſionis.

¶Pſalmus.lxxxviij.

¶Titulus,
Intellectus Ethā Iſ
raelitę.

Caſſiodo. Ethan inter=
pretatur robuſtus Iſrae
lita vidēs deum Et quia
pſalm⁹ iſte erat laudes &
ꝓmiſſiones domini nar
raturus, ideo illi tale no
men conſtat appoſitum
vt fidelium verborum
iudicaret immutabilē
firmitatem. Intellectus
enim vt ſępe diximus
Lyra. Dicunt concordi=
ter doſtores hebręi & la
tini ꝙ pſalm⁹ iſte loqui
tur de ſtabilitate & per=
petuitate regni Dauid
quę cōpleta eſt in chri=
ſto, & in nullo alio. eſt
tñ inter eos ī hoc differē
tia qa Iudæi expectant
hoc eſſe cōplēdū in meſ
ſia fururo. Catholici ve
ro dicunt hoc eſſe com=
pletū in Chriſto, & ad
iſtum ſenſum proſequi
tur expoſitionem ſuam.
ad ſuperna referendus eſt, vbi reuera recte intelli=
gens tendit mentis intuitum. Hierony. Et habet
pſalmus iſte vocem patris ad filiū filij ad patrem,
Eccleſiæ, ipſiuſqꝫ Propetę vel apoſtolorum. Glo.
Hugo car. Cuius intentio eſt monere nos, vt ſpem
non in nobis, ſed in deo ponam⁹. Et diuiditur in Diuiſio.
ſex partes. In prima de dei miſericordia & veritate
ſe cantaturum promittit propheta. In ſecunda di
uerſis modis dei laudes, & eius potentiam deſcri=
bit ibi confitebuntur. In tertia ponit promiſſio=
nes patris de Chriſto ibi, tunc locutus eſt. In quar
ta illis ꝓmiſſiōib⁹ aduerſa dixit ibi tu vero. In qui
ta oſtendit ꝙ promiſſiones implentur in carne
Chriſti ibi vſqueꝗ. In ſexta oſtendit ꝙ promiſſio
nes implentur etiam in membris non temporali=
ter, ſed ſpiritualiter ibi. Vbi ſunt itaqꝫ propheta in
firmus in ſe, ſed in miſeriordia robuſtus ab eadē
ſic incipit.

MIſericordias domini in æter= i
num cantabo.

Hiero. Illas inq̄ miſericordias qui=
bus hominem peccato mortuū di=
gnatus eſt dominus viſitare per filium. in æternū
cantabo. Greg. in mor. Iob. li. iiij. Et glo. Sed quo
modo miſericordias in æternum cantat & gratias
agit qui miſeriæ non meminit. Et ſi miſericordię
trāſactę non meminit. Vnde largitori miſericor=
dię laudes, reddit. Quomodo autem plena beatitu=
do eſt ſi memoria reatus mentem tangit. Aut quo
modo perfectę lucis clareſcit gloria quam reducta
ad animum obumbrat culpa? Ad hoc reſpondere
poſſumus ꝙ ſicut ſæpe læti triſticię meminimus.
Et ſani dolorum meminimus ſine dolore: & inde
amplius lęti, & grati ſumus. Plerūqꝫ incolumita=
tis tempore ad memoriam pręteritos dolores ſine
dolore reducimus. ſed quo eos recolim⁹, eo nos in=

colũmes plus amamus. Sic & miſeriæ recordatio nil beatitudinis detrahit.nec erit in illa beatitudine culpę memoria quæ mentẽ polluat,ſed quæ nos lętitię altius aſtringat. Gloſa. Miſericordias igitur domini in ęternum ſubaudi duraturas. Ira enim ad tempus eſt, miſericordia vero in æternũ cantabo,id eſt iocunde annunciabo.

ire ẽ mie duratio

2 IN generatione & generationẽ annũciabo veritatem tuã in ore meo.

In gñatiõe ⁊ generationem.

Caſſiodo. Dum dicit In generatione & generationem duos ſignificat populos iudaicum ſcilicet & gentilem,quibus veritatem ſe pronunciaturum eſſe teſtatur. Vel in generatione & generationem .i. coram præſentibus,& futuris. Vel coram patribus veteris & noui teſtamenti .(Annunciabo veritatẽ tuam).Hierony. Id eſt Chriſtum tuum in ore meo in quo confeſſio fit ad ſalũtem. Gloſa. Vel annunciabo veritatem tuam,id eſt,quæ tua eſt, ſine qua ego mendax ſum. Qui enim de ſuo loquitur,mendacium loquitur. qui autẽ veritatem loquitur, ex deo loquitur.(Annunciabo ergo veritatem tuã). Et hoc in ore meo. Auguſti. Gloſa. Veritas inquã tua eſt,os vero meum. Membra ergo mea domino obſequũtur ad annunciãdum veritatem ſuã. Quã autem veritatem annunciet,& quas miſericordias cantet audiamus.

3 QVoniam dixiſti in ęternum miſericordia ędificabitur in cælis præparabitur✠ veritas tua in eis.

✠ alia li. fũdabis

Auguſti. Gloſa. Quoniam inquit dixiſti, Et ego homo ſecure dico,quod tu deus dixiſti,& per ſpiritum ſanctum manifeſtati. Caſſiodo. Non enim poteſt falli,qui ſequitur verba veritatis. Sed videamꝰ quid dixerit.(In æternum miſeritordia ædificabitur.) Hierony. Sẽper enim miſericordia dei ſublimatur & nũq̃ deſtruitur. Gloſa. AEdificabitur di co(& hoc in cælis. Idem. Hugo cardina. id eſt per cęlos,hoc eſt per apoſtolos qui enarrant gloriam dei,per quos ædificatur miſericordia. Pręparabit veritas tua in eis.i.per eos cælos. Lyra. Veritas ſcilicet iuſtitię tuæ,quę ſemper concomitatur opus miſericordiæ. Auguſtinus. Gloſa. Et notandum quia vtrumq; repetit quod prędixit ſcilicet miſericordiam & veritatem,quia vniuerſæ viæ domini miſericordia(& veritas. Non enim exibetur veritas in impletione ꝓmiſſorũ niſi pręcedat miſericordia in remiſſiõe peccatorũ. Deniq; veritas ad indæos,quibus promiſſa facta ſunt pertinet, miſericordia vero gẽtibus,quibus non clauſit deus fontem ſuæ bonitatis,vt ait apoſtolus. Dico enim Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunſiſionis, ꝓpter veritatem dei implendam. Gentes autem ſup miſericordia honorare deum. Glo. Hugo car. Dixiſti inę̃ q̧ veritas pręparabitur, dixiſti etiam hoc.

4 DIſpoſui✠teſtamentũ electis meis iuraui Dauid ſeruo meo vſq; in æternum pręparabo✠ſemen tuum.

✠ alia li. pepigi fœdusᷓ cũ electo meo. ✠ alia li. ſtabiliã.

(Diſpoſui inquit teſtamentum. Augu. Gloſa. Nouum ſcilicet,quo renouamur ad æternam hęreditatem,nõ vtiq; omnibꝰ,qui de carne Abrahę ſunt vel Dauid,ſed(electis meis). Hierony. Doctoribus eccleſiarum vt acquiſitos per gratiam populos, vel doceãt,vel informẽt Iuraui Dauid ſeruo meo, Gloſa. Ad literam illi regi. Hiero. Vel Chriſto domino qui ex genere Dauid carnem aſſumpſit. Auguſtinus. Gloſa. Securus itaq; eſt iſte,quia deus dixit(ſed ſecurior quia iurauit. Dei quippe iuramentum promiſſionis eſt cõfirmatio. Caſſiodo. Iurãt autem iuſtiſſime deus,cum ſuo iure promittit omnia. Iurauit enim dicimus,quaſi iure orauit. i. iuſte locutus eſt. Iurat & ideo iuſte deus,cui ſubiacet iplere quod dixerit. Humana vero fragilitas ideo ꝓhibetur iurare, quia non eſt in poteſtate ipſius quę pollicetur efficere. Gloſa. Hugo car. Sed quid iurauit hoc ſcilicet q̧ (Vſq; in æternum pręparabo ſemen tuum.)Hugo car. i. Chriſtum, qui de te in poſteritate tua ſecundum carnem naſcetur. Auguſtinus. Dauid enim ſemen eſt Abrahę, cui factę ſunt repromiſſiones & ſemini eius qui eſt Chriſtꝰ Fideles etiam ſemen ſunt Abrahæ eodem apoſtolo dicente. Si autem vos Chriſti, ergo Abrahę ſemen eſtis,ſecundum promiſſionem hęredes. Illiꝰ enim capitis membra ſumus. Si igitur in ęternum caput,in ęternum gloriantur & membra,vt ſit ille Chriſtus integer in ęternum. Caſſiodo. Pręparatus itaq; eſt Chriſtus,qui ex ſemine ipſius deſcenderet carnis origine vſq; in ęternum rex regum,& & dominus dominantium. Sed quod dicit pręparabo,ad humanitatem eius pertinet,non ad diuinitatem,quę conſubſtantialis omnipotens,& coeternus eſt patri. Gloſa. Deinde quod dixerat ſemen, dicit ſedem ſubdens.

q̃ñ iurat deus.

5 ET ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam. ✠

✠ Iode ſemper

Auguſtinus. Gloſa. Id eſt in omnem generationẽ, Repetitio enim hęc in generationem, & generationẽ pro omni geratione ponitur. Vel duę ſunt itelligendę generationes,vna carnalis altera futura in reſurrectiõe,in quarum vtraq; ꝓdicatur Chriſtus. Pręedicatur enim hic, vt credatur, ibi vero pręedicabitur vt videatur. Nũc ergo ſedet Chriſtꝰ in nobis quos regit. Et tunc ſedebit in ſanctis in quibus regnabit. Caſſio. Sedes enim eius eſt omnis ſanctus,quem ſua gratia inſidet. Hierony. Vel tronus eiꝰ eccleſia eſt,in qua Chriſtꝰ ſedet in ęternum. Et eadem ſententia eſt cum priore, licet ſint alia verba.

6 COnfitebuntur cæli mirabilia tua domine etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.

Dyapſalma. ſcda ps. Celi ſignificatio.

Gloſa. Hugo car. Secunda pars in qua diuerſis modis laudes & potentiam dei deſcribit. Et quaſi dicat. Dixiſti q̧ miſericordia ędificabitur,& ſicut dixiſti ita fiet,quia(cęli).Hugo cardina.i. cęleſtes viri. Glo. Ex te dicente, & iurante certi confitebuntur.i. laudabunt nõ merita ſua,ſed(mirabilia tua). Hugo cardi. Quæ facies,& feciſti in eis creando, recreando,iuſtificando. Caſſiodo. Confitebuntur enim cæli,qui ſunt veri prædicatores q̃tis miraculis dominus mundum adminiſtret. Gloſa. Q̧ redimit,q̧ per miſericordiam iuſtificat,etenim ſubaudi confitebuntur veritatem tuam. Sed vbi confitebuntur illam?(in eccleſia ſanctorum.) Caſſio. Mirabilia enim dicit vbiq; prædicanda. Veritatẽ autem in eccleſia ſanctorum confitendam vbi credi-

tur q verbum caro factum eſt, & q trinitas vnus deus eſt. Hugo cardi. Laudabunt igitur miſericordiam, q ipſi ſaluabũtur, laudabunt & iuſtitiã, quare probi dannabuntur. Q autem dominus merito ſit laudandus addidit dicens.

7 ✠ alia li. ꝫ hic ſ mus. ✠ Heb. inter filios de.

Quoniam ✠ quis in nubibus ęquabitur domino, ſimilis erit domino in filijs dei✠.

Gloſa. Quaſi dicat ſecuri de té prędicant veritatem tuam. Quoniam quis in nubibus. i. prædicatoribus, & ſi ſint potentes, ęquabitur domino ſcilicet Chriſto quaſi dicat nullus. Caſſiodo. Hieronym⁹. Auguſti. Nubes enim prophetæ, apoſtoli, & prædicatores ſunt qui per ſpiritum ſanctum populis diuina gratia compluebant. Gloſa. Nullus tamen eorum ęquatur Chriſto, & ſi ipſe homo ſit, qui in nube carnis venit. (Aut quis ſimilis erit domino in filijs dei.) Gloſa. Quaſi dicat nullus. Hierony. Caſſiodo. Multi nãq ſunt filij dei per adoptionẽ, ſed nullus vnigenito filio vero deo poteſt aſſimilari. Ille enim per naturam eſt fili⁹ dei. Sancti vero per gratiam ille ſine aliquo peccato, iſti per ipſum a peccatis probantur exuti. Gloſa. Ille naturalis, nos adoptiui. Ille genitus, nos creati. Ille ab ęterno genitus, nos in tempore facti. Ille vnicus, nos multi. Lyra. Nullus igitur ſimilis erit deo per ęqualitatem, quia etiam ille, qui inter omnes eſt excelſior, diſtat a virtute dei in infinitum. Gloſa. Vnde vere nullus eſt, vt ille quia ipſe eſt.

filij duobus.

8 ✠ Heb. De⁹ inclitus in archano ſanctorum nimio terribilis in cunctis q circa eũ ſunt.

Deus ✠ qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſup me omnes qui in circuitu ei⁹ ſunt.

(Deus inquit qui glorificatur in conſilio ſanctorum) Lyra. i. angelorum, quibus ſecreta diuina primo reuelãtur vt per eos ad homines deferantur. Hiero. Vel in cõgregationem apoſtolorũ. Gloſa. Et aliorum ſanctorum, quorum conſilium eſt quia non poſſunt ei ęquari, credere in illũ, & in eo gloriari. Et ipſe eſt (magnus) Gloſa. eſſentia (& terribilis) potẽtia. Lyra. Vel magn⁹ poteſtate, & terribilis reuerentia & honore Super omnes qui in circuitu eius ſunt. Idem. i. ſuper omnes angelos, qui ei aſſiſtunt. Caſſiodorus. Vel in circuitu eius ſancti ſunt, quos ſuperius dei filios, dixit, qui dono eius gratiæ proximatur. Auguſtinus. Gloſa. in circuitu autem dicit, non q terminis includatur diuinitas (cuius magnitudinis nõ eſt finis.) Qui enim vbiq eſt, nuſq finitus nihil habet circa ſe. Sed hoc ideo dicit, quia ille qui vbiq eſt, voluit per carnem in vno loco naſci, in vna gente conuerſari, in vno loco crucifigi, Ex vno loco reſurgere, & in cęlum aſcendere, qui locus habet circa ſe omnes gẽtes, inter quas miſſis apoſtolis per miracula factus eſt magnus & terribilis in omnes qui in circuitu eius ſunt, & vere ſuper omnes. Quia.

11 ✠ alia li. exercituum.

Domine deus virtutum ✠ quis ſimilis tibi, potens es domine & veritas tua in circuitu tuo.

Lyra. (Domine deus virtutum) inquit. i. angelorũ qui executores ſunt diuinæ voluntatis. Vnde vn⁹ ordo nominatur virtutes. Gloſa. Auguſti. (Vel virtutum) quibus ſancti ditantur, qui ſunt. (In circuitu tuo. Quis ſimilis ſit tibi.) Hiero. Potentia & virtute. Lyra. Quaſi dicat nullus per ęqualitatẽ, quia angeli ſupremi diſtant a deo improportionabiliter, & alię creaturę multo fortius. Caſſiodo. Sancti etiam ditantur virtutibus, non dominantur. Tu autem domine illis rebus imperas, quibus illi te pſtante pręclari ſunt ſunt, tu enim ex te potens es, illi de te. Illi veritate illuminati ſunt, tibi autẽ veritas tua ſemper ineſt (potens es domine) Lyra. Potentia infinita, quæ ſoli deo conuenit. Gloſa. Qui fecit cęlum, & terrã, mare & omnia quę in eis ſunt Et veritas tua in circuitu tuo. Lyra. Veritas enĩ diuina in omnibus relucet creaturis, ſicut ab vna facie reſultant multę ſimilitudines in pluribus ſpeculis. Glo. Vel veritas tua in circuitu tuo, quando venies in nubibus cęli. Sequitur.

10 ✠ alia li. ſuperbię maris et elatio eſ gurgitum.

Tu dominaris poteſtati ✠ maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Hugo cardina. (Tu) inquit, non Neptunus nõ Ne re⁹ (dominaris poteſtati maris) Lyra. Ad literã, q ad eius imperium mare fuit diuiſum, & factę ſunt aquę quaſi murus ſolidus, vt prębeset filijs Iſrael tranſitum per ſiccum. Hierony. Caſſiodorus. Vel. (Tu dominaris poteſtati maris). Huius ſcilicet ſęculi poteſtatibus qui in martyres ſęuiebant. Glo. Quos non ſinis tentari ſupra id quod poſſunt. Et non ſolum dominaris, ſed etiam. (Motum fluctuũ eius tu mitigas. Hiero. Caſſiodo. Hoc eſt tentationes quas commouent ſeruis tuis. Mitigas autẽ dicit, non tollis, quoniam ſi eas penitus tolleret, coronam martyres non haberent.

11 ✠ Heb. cõfregiſti ✠ Heb. in virtute brachij tui

Tu humiliaſti ✠ ſicut vulneratum ſuperbũ, in brachio ✠ virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.

Lyra. Tu humiliaſti inquit ſicut vlneratum ſuperbum. i. Pharaonem & eius exercitum eos ibi ſubmergendo. Hiero. Caſſio. Vel dyabolum clauis tuę crucis ſauciatum, & humiliatum ſuis aſtractis ſpolijs, vt qui elatus fuerat ſupra id quod poterat humiliaretur ſuo vicio intra illud quod per naturam non erat. Auguſti. Glo. Humiliatus eſt ergo perdẽdo quod tenebat, vulneratus vero non penetrata carne quam non habebat, ſed pcuſſo corde vbi ſuperbiebat. Sequitur (In brachio virtutis tuę). i. in fortitudine tua, vel i Chriſto (diſperſiſti inimicos tuos. i. aereas poteſtates. Lyra. Vel hoc poteſt referri ad victoriam quã dedit deus filijs Iſrael de amalech. Caſſio. Vel inimicos dicit infideles iudęos qui per innumeras gentes diſperſi ſunt p brachiũ tuum id eſt per virtutem Chriſti.

12 ✠ Heb. dextrum

Tui ſunt cæli & tua eſt terra orbẽ terræ & plenitudinem eius tu fũdaſti, aquilonem & mare ✠ tu creaſti.

Lyra. Non itaq eſt mirandũ ſi tu feciſti talia, quia tu feciſti omnem creaturam cæleſtem & terreſtrem vnde. Tui ſunt cæli & tua eſt terra. Hiero. Vel tui ſunt cæli & tua eſt terra. apoſtoli vel reliqui ſancti qui in terris poſiti cęleſtem vitam agunt. Auguſtinus. (Vel tui ſunt cęli) per quos prędicata eſt veritas. (Et tua eſt terra) quę excepit veritatem (in circuitu tuo Hugo cardina. i. eccleſia per illos cęlo

complata pluuia doctrinę, quę merito tua eſt, quia orbem terrę, id eſt vniuerſalem eccleſiam & plenitudinem eius .i. eos qu ibus credentibus completa eſt (Tu fundaſti) id eſt in fide firmaſti. Caſſio. Vel quod dicit (orbem terræ) ad totius mundi pertinet ſpacium (Plenitudo vero eius ad omnes creaturas quę in eo ſunt Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodo. Quia igitur omnia tua ſunt, ideo in cęlo triumphaſti de ſuperbo diabolo, quia tui ſunt cęli. Et in terra de perfido iudęo, quia (tua eſt terra). Caſſiod. Cur igitur voluerunt ſtulti iudęi in te ſęuire in mundo iſto, cuius tu Chriſte fundator es. Sequitur. Aquilonē & mare tu creaſti. Auguſt. Caſſiodor⁹. Gloſa. Aquilo dyabolus eſt qui dixit. Ponam ſedem meam in aquilone. & ero ſimilis altiſſimo. Hieronym⁹. Vel antichriſtus de quo deus per Hieremiam. Ab aquilone pandetur malum ſuper cunctos habitatores terræ. Caſſiodo. Mare vero ſæculi huius elatas, & iniquas hominū ſignificat poteſtates, hos ergo increpat tanq̄ dei creaturas, quę propterea nō debuiſſent contra deum ſuperbire. Gloſa. Nam ſtulte ſe erigunt contra eum a quo creati ſunt. Sequitur.

Aquilo quid ſignat.

mare quid

15 THabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachiuum cum potentia.

Caſſiodo. (Thabor & Hermon montes ſunt Syrię prouinciæ quorum nomina ingentia ſacramenta parturiunt.) Hierony. Auguſti. Caſſiodor⁹. Gloſa. Thabor) veniens lumen interpretatur, vel veniat lux. a ſummo ſcilicet lumine quod ſpecialiter ad aduentum pertinet domini ſaluatoris. Hermō) vero interpretatur Anathema eius. Glo. Hugo car. Thabor ergo .i. iudęi ad quos primum venit lumē cognitionis Per legem. & Hermon .i. gētiles, qui prius erāt Anathematiſati .i. a deo ſeparati, & alienati in Chriſto, quaſi in lapide angulari coniūcti in nomine tuo, non in meritis ſuis exultabunt, eo q̄ a Xpo xpiani vocabūtur. Et quia p illud nomē ſaluabuntur. & ideo (exultabūt) quia tuum brachiū quo humiliaſti ſuperbum ſemper eſt cum potētia, qua potes & amicos defendere & inimicos perdere. Caſſio. In quo dominū ſignificat ſaluatorem, cui idem eſt eſſe quod poſſe, quia eius potentia nūq̄ tepeſcit, qui iugiter omnia quæ vult in cęlo & in terra facit. Hugo cardi. Vt igitur hoc fiat.

Anathematiſati.

FIrmetur manus tua & exaltetur dextera tua iuſtitia, & iudicium præparatio ✠ ſedis tuæ.

xiiii ✠ alia li. firmamētū throni tui.

(Firmetur inquit manus tua.) Hierony .i. opera q̄ tu facis in mundo. Caſſiodo. Rogat enim vt manus .i. operatio firmetur in ſuperbos, quatinus inclinati tribulationibus celerrime ad conuerſionis ſtudia perducantur (Et exaltetur dextera tua). Hierony .i. maieſtas tua, vel eccleſia in gentib⁹ acquiſitis. Caſſiodo. Gloſa. Seu numerus prędeſtinatorum qui eſt ad dexteram collocandus, clarificetur, & augeatur. Auguſtinus. Glo. Hæc autē nūc occulta ſunt. In fine autem ſedes tua, quę eſt æterna preparabitur .i. apparebit i die iudicij ad faciendum iuſtitiam, & iudicium .i. ad iuſte iudicandum cum ſeparabuntur oues ab hędis. Hiero. Vel ideo dicit iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ, quia niſi quis pri⁹ iudicium, iuſtitiaq; fecerit (nō poteſt effici ſedes tua. Gloſa. Hæc inq̄ eſt præparatio ſedis tuæ. Nunc ergo interim quid, ecce.

MIſericordia & veritas præcedent faciem tuam, beatus homo qui ſcit iubilationem.

16 ✠ Hebr. q nouit iubilum.

Gloſa. Hugo car. Miſericordia inquit, qua deles peccata, & veritas qua imples pmiſſa prçcedēt faciem tuam, quam patenter oſtendes in iudicio ad ſimilitudinem curſoris domino hoſpicium præparantis. Auguſti. Iuſtitiam itaq; tuam (& iudiciū tuum venturum timerem, niſi antecederent te miſericordia & veritas. Hug. cardina. Et quia de hoc grati debent eſſe fideles addit (Beatus populus qui ſcit iubilationem) Caſſio .i. qui immenſam lætitiā ſuam non in proprijs viribus, ſed in dei cognoſcitur virtute poſuiſſe. Hu go car. Et qui ſcit deo gratias agere p impēſis beneficijs miæ. Greg. i mora. li. Iob lib. xxiiij. Caſſiodor⁹. &. Gloſa. Eſt autem iubilatio copioſa mentis exultatio, quā verbis nō poteſt explicari, nec tamē poteſt penitus reticeri. Non enim dicit Beat⁹ qui loquitur, ſed qui ſcit iubilationem, quia ſciri quidem iubilatio intellectu poteſt, ſed dictis exprimi nō poteſt. Et qbuſdā motibus proditur, q̄uis nullis proprietatib⁹ exprimatur. Hugo cardina. Glo. Vnde autem iubilatio iſta apertius ſubiungit dicens.

Iubilatio.

DOmine ✠ in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur.

17 ✠ Hebr. deus.

Hugo cardina. (Domine) inquit pater (in lumine vultus tui), id eſt in illuminatione fidei Chriſti filij tui. Hierony. Idem. Vel in illuminatione ſpiritus ſancti, ambulabunt). Hugo car. Id eſt proficiēt in bonis operibus. Caſſiodo. Populus enim Chriſtianus ambulat in illuminatione vultus eius, cū in contemplatione ſanctę trinitatis iugiter perſeuerat. Ambulare nāq; ſignificat viuere, quia tēpus iſtud vitę noſtrę quadam cōmeatione peragitur. (Et in nomine tuo exultabunt tota die.) Hieronymus. Hoc eſt in nomine chriſtiano, quod benedicitur in terris. Caſſiodorus. Gloſa. Non in ſe. Cum enim dicit in nomine tuo vetat in propria præſumptione gaudere. Nam qui in ſe exultat non tota die exultat, quia cadit, & ideo dicit (tota die) Caſſiodor⁹. In quo etiam totius vitæ tempus oſtendit, quia non decet aliquando inde deſinere vnde conſtat perpetua, & copioſa gaudia prouenire. (Et in iuſtitia. Hugo cardina. Id eſt in iuſta vita tua), id eſt a te data, non a ſe habita (exaltabuntur) hic, & in futuro. Caſſiodo. Tunc enim exaltabuntur in domini lætitia, quando in illa reſurrectione ad dexteram fuerint collocati. Gloſa. Hugo cardina. Benedico q̄ in iuſtitia tua exaltabuntur. & hoc ideo (

ambulare.

QVoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum,

18 ✠ Hebr. eleuabis

Lyra. Quoniam inquit gloria virtutis eorum tu es hoc eſt, virtus eorum & ſapientia ad tuam gloriam ordinatur. Hierony. In te enim glorìantur,

& non in alio.Hugo cardina.Nec quęrūt gloriā apud mundum,ſed tantum apud te(Et in beneplacito tuo. Gl.Hugo cardi. Id eſt quia tibi bene placuit,non quia digni ſumus(exaltabitur cornu noſtrum).Hiero.Vt ſicut nobis beneplacita fuerunt præcepta tua,ita tibi beneplacitum eſt vt in te exaltetur virtus noſtra.Lyra.Per cornu enim in ſcriptura poteſtas noſtra deſinatur.Auguſtinus.Glo. Vel in beneplacito tuo,id eſt in Chriſto qui aſſumpſit carnē noſtram. In quo omnis eſt ſpes .Quod ita dicit.

Cornu i accis.

xviii ✠ Heb. qa a dn̄o eſt ꝓtectio nr̄a ⁊ a ſc̄o iſrael rege nr̄o.

Q Via ✠ domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael regis noſtri.

Caſſiodo.In hoc enim exponit quare exaltetur cornu in ipſum credentium(quia domini inquit eſt aſſumptio noſtra)Id eſt domini incarnatio,noſtra eſt aſſumptio. Gloſa. Id eſt noſtrę carnis aliter quia infirmi ſumus impulſi caderemus(Et ſancti Iſrael regis noſtri)Hierony. Ipſius ſcilicet domini noſtri Ieſu Chriſti qui in eccleſia regnat.Lyra. Qui eſt ſanctus ſanctorum.Gloſa. Et qui ſanctificat,& regi Iſrael.Caſſiodo . A ſancto enim Iſrael gloria incarnationis probatur impleta in qua omnes ſpem habentes de profundo peccatorum ſurſum erigimur dum ipſius miſericordia ſubleuante in ęterna gaudia collocamur.

xix Diapſalma: ſeu Diuiſio. Alia lr̄a. in a ſpectu filiis tuis. iii. pars. Alia ſup potentē alia de populo meo.

T Vnc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plæbe mea.

Gloſa. Tertia pars vbi ponit promiſſiones patris de Chriſto,Hugo cardi. Hucuſq; enim propheta in perſona ſua locutus eſt laudās dei miſericordiā Nunc patrem inducit multa de filio promittentē. primo dicens deo patri.(Tunc. Idem.Caſſiodor⁹. Aguſtinus. Gloſa.Quando.ſ.diſpoſuiſti teſtamentum tuum.vel cum hęc diceres mihi(locutus es in viſione).Auguſtinus. Hugo cardina.Gloſa. Id eſt in occulta reuelatione,vnde prophetę vidētes dicebantur non tantum mihi,ſed etiam ſanctis tuis. Hierony .Caſſio. Id eſt prophetis , reliquiſq; electis,& prędicatoribus quibus locutus eſt domin⁹ in aſpectu dū eos fecit conſpicere quæ dicebant(& dixiſti.. Hugo car. Id eſt promiſiſti.Gloſa . Palam per eos. Poſui adiutorium)hominum(in potēte). Id eſt,in Chriſto.Hugo car.Potens enim fuit ſemper Chriſtus,ſed potentiam ſuam non oſtēdit ante reſurrectionem de qua dicit(Et exaltaui electum de plębe mea).Hierony.Vel poſui adiutorium in potentem.i.ſuper dyabolum qui opprimeret ſupbiam eius.(Et exaltaui electum).Hierony . Caſſio. Id eſt dominum Ieſum Chriſtum.Hierony . Qui propterea electus dicitur de populo . quia carnem aſſumpſit ex homine.Caſſiodo . De plębe mea.i. de gente iudęorum, vnde natus eſt dominus Ieſ⁹ Chriſtus. Hugo car.Quem exaltaui non tantū in cruce ſed in reſurrectione.Quis autem ſit iſte elect⁹ ſuddit.

xx Alia lr̄a. hz hic in

I Nueni Dauid ſeruum meum oleo ſancto meo vnxi eum.

Caſſiodo.Cum enim dicit Inueni Dauid, Ieſum Chriſtum euidenter inſinuat,quem ſuperius dixit potentem.Idem.Auguſti.Glo.Dauid enim vt ſæpe dictum eſt,manu fortis,ſeu deſiderabilis interpretatur,quod nulli melius conuenit quā Chriſto maxime cū talia frequēter quę neq; Dauid neq; alteri cuiq̄ iuſto pręter domino ſaluatori poſſunt vllatenus cōuenire.(Inueni inq̄ Dauid ſeruū meū.) Auguſtinus.Gloſa.Id eſt mihi obedientem. Ideo in eo poſui adiutoriū.Hiero.Ipſe eſt enim de quo ait apoſtolus Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo,ſed formam ſerui accepit(oleo ſācto meo vnxi eum).Gloſa.Hugo car.i. plenitudine gratiarum ſecundum ꝙ homo erat , iuxta illud quod ſcriptum eſt.Vnxit te deus oleo exultationis præ conſortibus tuis. Qui ideo potens eſt. Quia.

M Anus enim mea auxiliabitur ei & brachium meum confirmabit eum. xxi Hebrai. cum quo manus mea firma erit.

(Manus enim mea inquit).Lyra . i . fortitudo mea mea (auxiliabitur ei). Hugo cardi. Chriſto ſcilicet homini.Hierony. In aſſumpto corpore.Caſſiodorus.Hoc enim ſecūdum formam ſerui dicitur(quæ aſſumpta eſt ī vtero virginali,cui auxiliata eſt manus diuina in paſſionib⁹ ſuis. Gloſa. (vel manus mea).i.verbū meum auxiliabitur. i. cooperabitur ei ſecundum ꝙ homo in operibus in paſſionibus. (Et brachium meum confirmabit eum)Contra aduerſa vt peragat incępta.Lyra.Et eſt repetitio eiuſdem ſententię,ad maiorem expreſſionem.Glo.Et ſi confirmabit eum ꝙ.

N Ichil proficiet inimicus in eo , & filius iniquitatis non apponet nocere ei. xxii Hebrai. nō decipiet.

(Nihil inquit proficiet inimicus in eo . Hierony. Gl.i.dyabolus,vnde ſcriptum eſt. Venit princeps mūdi huius,& in me non habet quicq̄. Caſſio.Sęuit quidem dyabol⁹,& exercet,ſed prodeſt non nocet(& filius iniquitatis).Hie. Caſſ.Gl. Iudas.ſ.traditor qui merito fili⁹ īiquitatis.i. dyaboli dicit̄ qa dyabolus intrauit in cor ei⁹ vt traderet Chriſtum (non apponet nocere ei).Glo.Hugo cardina.i.nō addet effectum voluntati vt,noceat ei. Idem. Caſſ. Gloſa.Faciet quid quod ſuum eſt volendo eum delere,ſed non nocebit ei . Hugo cardina . Vel non apponet vt ei noceat poſt reſurrectionem . Sequitur.

E T concidam a facie ipſius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. xxiii ✠ alia lr̄a. ⁊ eos qui oderunt dū fugabo. Hebrai percuſſiam

(Et concidam inquit a facie ipſius inimicos eius) Hierony. Iudęos vtiq; qui ſæpe a domino confuſi,tanq̄ conciſi gladiis diſcedebant a cōſpectu ei⁹. Caſſiodo. Glo.Vel a facie Chriſti concidūtur inimici quando eius pręſentia conuerſionis beneficio a proprijs criminibus,culpiſq; ſeparantur.Nā cum facies ipſius peccatores dignata fuerit intueri a ſuis prauitatibus conciduntur quibus non eſt locus ſub pręſentia eius. (Et odiētes eum in fugā conuertam.)Hierony . (Odientes) ſunt demones qui ſepius fugiebant clamantes.Quid veniſti ante tempus torquere nos ,ſcimus quia tu es filius dei. Caſſiodorus.Hugo cardinalis. (Vel odiētes eum)

ſunt Iudęi. Hæretici & alij peccatores qui conuertuntur in fugam quando impia vita derelicta ad Chriſti cæperint feſtinare remedia. Peccati enim memores ſua facta refugiunt, & ad domini beneficia conuertũtur. Glo. Fugientes ab ipſo irato ad ipſum placatum. Sequitur.

24 ET veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Caſſi. Glo. Pater hoc dicit de filio, veritas inquit mea, & miſericordia mea cum ipſo, vt intelligam⁹ nihil eſſe diuiſum inter patrē & filium, ſed virtutes quas habet pater habere ſimul & filium. (Veritas) autem pertinet ad iudicium in qua iudicatur⁹ eſt mundum. (Miſericordia) vero ad pietatem qua peccata dimittit, & omnia quæ præſtat gratuita largitate cõcedit. Hiero. Vel (veritas mea) eſt in eo qui ea quæ a me audiuit loquitur. (Miſericordia vero) qua ſanat infirmos tam mente q̄ corpore. Glo. Augu. Vnde ſcriptum eſt ꝙ vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Sæpe autē hæc duo, miſericordia ſcilicet & veritas nobis cõmendãtur vt ſicut ipſe miſericordiã nobis dedit delēs peccata, & veritatē implens promiſſa, ita & nos ea reddamus deo, miſericordiã ſcilicet vt miſerorũ miſereamur, veritatē vero ne inique iudicemus ne altera alterã impediat, vt nõ ſum⁹ nimis in miſericordia laxi, vel in veritate nimis rigidi. Aliter nõ ſumus in via dei, vbi hæc miſericordia ſcilicet & veritas ſibi obuiauerũt. Sequitur. (Et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Hiero. Id eſt fortitudo eccleſiæ ſanguine ſuo redemptæ. Caſſio. Vel cornu hic ſignificat inuictiſſimam poteſtatem, de qua ipſe in euangelio dixit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.

25 ET ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.

Caſſ. (Mare) ſignificat omnes gētes in quibus ſaluator noſter gloriam dominationis accepit, quando eius nomini humiliter deuotis mentibus crediderunt. Hiero. Et ponam inquit in mari manũ eius, id eſt oſtendam opera eius mundo. (Et in fluminibus dexteram eius. Idem. Hoc eſt ſuper principat⁹ & poteſtates mundi. Augu. Flumina enim currunt in mare. Cupidi vero homines in amaritudine huius ſęculi prolabuntur. Omnia tamē genera iſta Chriſto ſubdita erunt. Caſſio. Vel per flumina baptiſmi fluenta ſignificat, vbi populus regenerationis acquiritur. Sequitur.

26 IPſe inuocabit me pater meus es tu, deus me⁹ & ſuſceptor ſalutis meę.

Hiero. Ipſe inquit inuocabit me, pater meus es tu. Sæpius enim inuocaſſe patrē deum in euangelijs legimus ſicut eſt illud. Pater clarifica me apud temetipſum, & iterum. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritũ meum. (Pater inquã meus es tu.) Glo. Hugo. Secundũ ꝙ deus ſum. Deus vero meus ſecundum ꝙ homo ſum. Et ſuſceptor ſalutis meæ. Gloſa. Mei ſcilicet infirmi ad ſalutem.

Quomodo Chriſti deus fuit deus et pater.

27 Alia lēa apud regesterie

ET ego primogenitũ ponam illum excelſum præ regibus terræ.

(Et ego inqt primogenitũ ponã illũ.) Glo. Lyra. Id eſt præ alijs honorabo eum a ſimilitudine primogenitorũ qui honorari ſolēt præ cæteris. Hugo car. Ius autē primogenituræ erat ꝙ maiorē partem habebat primogenit⁹ in hæreditate, & alij fratres erant ſerui illius, quam dignitatē aperit cum ſubiungit (Excelſum præ regibus terræ.) Idem. Supple ponam eum, quia dignior fuit Chriſtus q̄ omnes reges terræ. Hiero. Eſt enim domin⁹ Ieſus primogenitus ex mortuis ſicut ait apoſtolus, excelſus factus cælos aſcendens & regna mundi cuncta ſubiciens. Gloſa. Et quia hæc poteſtas non eſt temporalis, ſubdit.

Ius primogeniti.

28 IN æternum ſeruabo illi miſericordiam meam, & teſtamentũ meum fidele ipſi.

(In ęternũ inquit ſeruabo illi miſericordiã meã.) Caſſ. Glo. Hoc a forma dicitur ſerui, cui perpetua data eſt poteſtas in cælo & in terra. (Et teſtamentum meũ fidele ipſi.) Caſ. Quia quecunqꝫ ꝓphetæ de ipſo prędixerũt integerrima veritate completa ſunt. Hier. Vel hoc intelligi poteſt de eccleſia quã per miſericordiã & teſtamētũ pręceptorũ ſuorũ redemit, in qua hæc omnia ꝑpetualiter cõſeruãtur.

xxix ET ponã in ſæculũ ſæculi ✠ ſemen eius, & thronũ eius ſicut dies cæli.

✠ alia li. ꝑpetuũ.

Caſſ. (Et ponã in ſęculũ ſęculi.) Hoc eſt in æternitatem ſemen eius, Chriſtũ ſcilicet dominũ, qui in æterna gloria collocatus regnat cum patre & ſpiritu ſancto per omnia ſęcula ſęculorũ. Glo. Hugo. Vel ſemē ei⁹, id eſt populũ Chriſtianũ. Aug. Quē ponã nõ tantũ in hoc ſęculo, ſed & in ſęculũ ſęculi quo trãſibit vtiqꝫ ſemē eius (Et thronũ ei⁹ ſicut dies cęli.) Hugo. Id eſt in æternũ. Caſſi. Thronus enim eius poteſtas eſt futuri iudicij in qua fulgebunt iuſti cæleſti claritate. Aug. Glo. Thronus vero regum terræ, eſt vt dies terræ qui tranſeunt. Sed dies cæli, ſemper præſentes ſunt vbi erit thronus eius in æternum. Hiero. Vel thronus eſt congregatio ſanctorũ, quæ in eccleſia eſt, in qua de⁹ tanquã in throno reſidet, ſicut ſol fulgebit in regno patris. Hugo. Et quia ꝓmiſerat ſic de filijs eius poſſet aliquis credere, ꝙ filij non poſſent peccare, vel ꝙ qui ſemel peccaſſent ad numerum filiorum redire non poſſent, propterea huic opinioni contradicens, ſubdit.

xxx SI autem dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis non ambulauerint.

Caſſ. Verſum enim iſtum & ſequentē dicit de populo Chriſtiano, qui vere dicũtur filij ſponſi, quoniã eccleſia matre ex aqua & ſpiritu ſancto regenerantur. Hugo. (Si autē inquit filij eius) id eſt Chriſtiani (legem meam) decalogi vel euangelij (dereliquerint) male cogitando. (Et in iudicijs meis non ambulauerint) male conſentiendo.

xxxi SI iuſtitias ✠ meas prophanauerit, & mãdata mea non cuſtodierint.

✠ alia li. iuſtificationes.

Hugo. (Si iuſtitias) inquit (meas prophanauerint) male loquēdo. (Et mandata mea nõ cuſtodierint.) Hugo. Peruerſe operando, ſi hæc inquã fecerint, non ideo delebo eos, ſed.

32 Viſitabo in virga ✠ iniquitates eorum & in verberibꝰ peccata eorū

+ alia li. et in flagellis.

Hiero. In quo oſtēditur vt nullus ſine ſpe recuperationis ab eccleſia arceatur, quia ſicut ſęueritas diuina terret, arguente iuſtitia, ita pietas reparat moderante clementia. Aug. Multum eſt autem quod promittit deus ꝙ ſi Chriſtiani, id eſt filij eius dereliquerint inquit mandata mea, & reliqua quæ ſupra dicta ſunt fecerint. Non tamen contēnam eos nec in perditionē dimittam, ſed quid faciam. (Viſitabo inquit in virga iniquitates eorum.) Non ergo tantū miſericordia eſt vocātis, ſed & verberantis & flagellātis. Glo. Hugo. Viſitabo inquā ſicut medicus & pater in virga, id eſt in leui correctione quæ cędit non occidit ſed corrigit. Glo. Aug. Sic enim dat pater diſciplinā vt nō auferat miſericordiam. Cędit contumacem vt reddat hæreditatem: nam quē deus diligit corripit, & flagellat omnem filium quē recipit. Non ergo tantū miſericordia vocantis eſt, ſed & flagellantis & verberātis, vnde ſequitur. (Et in verberibus.) Glo. Hugo. Id eſt in grauiori & aſſidua tribulatione viſitabo peccata eorū, & hoc ex magna miſericordia eſt, vnde addit.

33 Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo neq; nocebo ✠ in veritate mea.

+ alia li. nec mentiar.

Miſericordiā autē meā inqt nō diſpergā ab eo.) Glo. Hug. Id eſt a Chriſto & a corpore eiꝰ miſtico, quod eſt vnū cum capite. Ipſe enī nō tollit miſericordiā ei qui Chriſtianꝰ quidē eſt. Q; ſi homo ita iniquꝰ eſt, vt fugiat accedēte patre ipſe alienat ab hęreditate nō pater abijcit eum. Hugo. Et licet de mēbris intelligaꝛ hoc dictū, nō tamē dicit ab eis, ſed ab eo, quia quod nobis miſeretur deus eſt amore Chriſti. (Neq; nocebo in veritate mea.) Hug. Id eſt in die iudicij, quādo in veritate iudicabo. Aug. Gl. Ad hoc enim nō tolliꝛ miſericordia liberātis a nobis, ne noceat veritas iudicātis. Caſſ. Et quia promiſerat in ſuperioribꝰ pater, Manꝰ enim mea auxiliabiꝛ ei, & brachiū meū cōfirmabit eū Quomodo poterat nocere cui talia viſus eſt ꝑmiſiſſe.

34 Neque prophanabo teſtamentum meum, & quę procedūt de labijs meis non faciam irrita.

Alia lra violabo pactum meum.

(Neq; ꝓphanabo inqt teſtamentū meū.) Glo. Hugo. Id eſt nō violabo pactū & ꝓmiſſum meū cōtraueniēdo, ꝓphana enī eſſet ꝓmiſſio ſi eſſet inexpleta. Aug. Glo. Et licet filij eius peccēt, ego tamē nō inueniar mēdax, & ſi paleæ recedunt nō tamē, ideo Chriſtꝰ eſt ſine hæreditate, manet enī immobile teſtamētū quoniā nouit dominꝰ qui ſunt eiꝰ. Nūquid ergo ꝓpter malos piſces nihil ex illa ſagena mittetur in vaſcula? Mittentur vtiq; boni piſces, id eſt quos prędeſtinauit. (Et quę ꝓcedūt de labijs meis non faciā irrita.) Caſſ. Labia eius ſunt ꝓphetę per quos ipſe loqui dignatꝰ eſt, vnde quę per eos ꝓmiſit nulla falſitate deſtructa ſunt. Glo. Hæc autem repetitio dictorum eſt confirmatio.

35 Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit.

Glo. (Semel) id eſt æternaliter vel incōmutabiliter (Iuraui.) Caſſ. Hominum enim conſuetudo eſt frequēter iurare, vt eis poſſit aliquis credere, deus autem ſemel iurat, quia nulla varietate tēporis immutatur, iurare autem illius diximus eſſe, ventura promittere. Nā cuius ſe religione conſtringat qui non habet fortiorem, iuraui inquā in ſancto meo. Caſſ. Glo. Id eſt in homine Chriſto, qui dixit. Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum. In ipſo enim complendū erat quod iurauit. vel in ſancto meo, id eſt in ſecreto meo, vnde prophetæ biberunt. (Si Dauid mentiar.) Hugo. Id eſt Chriſto, quaſi dicat non mētiar ei. Caſſi. Si enim negatiue poſitū eſt prout vſus cōmunis habet. i. nō mētiar. Hiero. Nullo enim mēdatio circūſcribitur deus, ſicut euāgeliſta dicit. Iota vnum aut vnus apex, nō pręteribit ex lege donec omnia fiāt. Hug. Iuraui dico, ſed quid iuraſti? ecce. (Semē eiꝰ in æternū manebit.) Hiero. Id eſt populꝰ acquiſitꝰ. Caſſ. Semen enim Chriſti ſunt omnes qui ei mēte fideli crediderūt, quia in ipſis futurū regnū ſeminatū eſt. Manebūt ergo ſancti in æternū qui in excellēti & ſancta conuerſatione demorantur. Hugo. Manebunt dico (in æternum, id eſt in æterna vita.

Deum iurare.

Semen Chriſti.

36 Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo & ſicut luna perfecta ✠ in æternum, & teſtis in cælo fidelis. ‡

+ alia li. ſedes. ‡ Hebr. ſtabilietur in ſempiternum. Adde ſemper. Luna perfecta in eternum

Hiero. Ipſam eccleſiā in claritate futuræ beatitudinis permanere, iterū atq; iterū promittit. Lyra. Quia ſicut ſol & luna durabūt in perpetuū, ita & Chriſti regnū. (Et thronꝰ eiꝰ inqt ſicut ſol.) Caſſ. Id eſt anima fidelis in qua reuera Chriſtꝰ inſidet, quādo eā maieſtatis ſuæ illuminatiōe cōpleuerit, ſic enī ſcriptū eſt, ꝙ ſedes ſapiētiæ eſt anima iuſti. Hugo. Fulgebit (ſicut ſol) in dei cōtēplatiōe, & ardebit in dei amore. Et hoc in cōſpectu meo. i. quādo erit in patria corā me. (Et ſicut luna perfecta in æternū.) Caſ. Supra dixit de ſole, qđ ad animā iuſti ꝑtinet. Nūc de luna dicit, quę humano corpori, conuenieter aptatur, quia ſicut luna per varias ętates attenuaꝛ & ꝑficit. Augu. Beati autē poſt mortē gemina beatitudine glorificabūtur ſecūdū animā ſcilicet, & ſecundū carnē, qđ per ſolē & lunā ſignificaꝛ. Caſ. Addidit autē ꝑfecta, vt nō tēporale aliqd intelligeres, ſed de ſola pleniſſima æternitate ſentires. Hugo. Addidit etiā in æternū. Nā & ſi modo perficiatur, tamē ſtatim in ipſa ꝑfectione ſicut luna minuunꝛ. Caſ. Tūc vero & ipſum corpꝰ noſtrū ſic claritate cōplebitur vt luna perfecta, quæ luna, id eſt cōpago corporis noſtri (teſtis erit in cælo fidelis.) Hug. Quia fideles ſaluati teſtimoniū perhibebunt deo ꝙ verax eſt in promiſſis. Caſſio. Vtiq; quia in eis promiſſa complentur.

Duplex beatitudo.

37 Tu vero repuliſti ✠ & deſpexiſti diſtuliſti Chriſtum tuum.

Diapſalma. + Hebr. iratꝰ ad uerſus Chriſtū tuum: Alia lra ad nihilū deduxiſti et alia ſpreuiſti. Quarta pars.

Glo. Hug. Quarta pars vbi ponit quæ videtur aduerſa prędictis ꝓmiſſionibꝰ, ne putētur in alio impleri ꝗ tunc in futuro Chriſto Hug. Et quia ſuperius cum hęc ꝓmitteret pater de Chriſto, locutꝰ eſt de Dauid, de quo nunc cōtraria ponit, vt quæ neceſſe erant fieri, quia deus iurauerat non in eo, ſed in Dauid, ſed in alio quærerentur implenda ait, tu repuliſti, tu inquā promiſiſti, ſed ne in Dauid

putarētur implēda, tu ipſe repuliſti, Dauid ſcilicet a regno per Abſalonē. Et deſpexiſti per Semei qui proiciebat lutū cōtra illū. Et tamē Chriſtū tuū filium nō abſtuliſti, ſed diſtuliſti, & ſic manet quod promiſiſti, nō tamē in illo Dauid implendū. Aug. Vel hoc dicit, quia quē a populo Iudęorū pater diſtulit, nō abſtulit, quia reliquię ſalue fient in fine.

38 AVertiſti ✠ teſtamentum ſerui tui prophanaſti in terra ſanctuariū ‡ eius.

✠ Hebr. attenuaſti. ‡ Hebr. diadema eius.

Caſſ. Hoc iam ad gentem pertinet Iudęorū, quod vſqꝫ ad finē diuiſionis proſequit̃, ait ergo, Auertiſti, id eſt in aliā partē trāſtuliſti, vt quod Iudęis fuerat ꝓmiſſum, ad vtilitatē gentiū vtiqꝫ perueniret. Nō enim eis remāſit ſacerdos, nō tēplū quod conſtat eſſe ſubuerſum, ſed Chriſtiani omnia ſunt pleniſſime cōſecuti. (Auertiſti inquā teſtamentū ſerui tui.) Idem. Nō quia Dauid teſtat⁹ eſt, ſed cui fuerat per teſtamentū, natiuitas domini repromiſſa. Hugo. (Vel auertiſti) id eſt deſtruxiſti vetus teſtamentū quod factū erat ſeruo. (Prophanaſti in terra ſanctuariū eius.) Idem. Id eſt ꝓphanari permiſiſti templū ei⁹. Lyra. Quod dicitur ſanctuariū Dauid eo ꝙ ipſe præcepit illud ædificari per Salomonem. Caſ. Prophanū autē dictum eſt irreligioſum quaſi procul a phano, id eſt a tēpli reuerētia. Veniēte enim veritate, immolatio pecudum & obſeruantia ſabbatorū, q̃ prius figuraliter angebatur ſubmota ſunt. Qꝫ autē dicit in terra, id eſt in toto orbe terrarum intelligere debem⁹, vbi eſt eccleſia catholica cōſtituta. Hugo. Ad literā autē hæc templi prophanatio facta fuit per Titum & Veſpaſianū.

xxxix DEſtruxiſti omnes ſepes ✠ eius poſuiſti firmamentum ‡ eius formidinem.

✠ Hebr. maceriās. ‡ alia lr. mutationes.

Hiero. (Deſtruxiſti omnes ſepes eius), id eſt verba legis & prophetarū in quibus retinebātur. Hugo. Vel cuſtodiā angelorū amouiſti quib⁹ quaſi ſepe claudebātur, qua amota timor merito inuaſit eos, vnde ſequitur. (Poſuiſti firmamētum eius formidinē.) Glo. Id eſt quod erat eis firmamēto factum eſt eis timori pro culpa, id eſt deus. Caſſ. Culpis enim ſuis facientibus ipſum dominum formidāt, cuius ſolebāt munitione vallati. Glo. Vel qui firmabant alios docēdo, iam ſunt timori dum affliguntur. Hugo car. Nec eſt mirum ſi timeant. Quia.

40 DIripuerunt eum omnes tranſeuntes viam, factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Hugo. (Diripuerūt eum) inquit populum ſcilicet Iudaicum per mundum diſperſum omnes tranſeuntes viam. Ad literam, quia omnes incutiunt & impellunt eos quādo obuiāt eis. Augu. Glo. (Vel Omnes tranſeūtes viam, id eſt gētes, quæ tranſeūt vitā iſtam, nil in futuro prouidētes. (Factus eſt opprobrium vicinis ſuis) id eſt habiti ſunt Iudęi opprobrium gentibus. Caſſ. Merito facti ſunt opprobrium vicinis ſuis, quia in dominū glorię credere noluerunt. Hugo. Iuxta illud prophetæ. Dedi te opprobrium gentib⁹ & irriſionē vniuerſis terris. Hiero. Vel de Chriſto in paſſione poteſt intelligi, quem diripuerunt Iudæi, veſtimenta ſua diuidentes & dum corpus eius clauis & mucrone confodiunt, factus vero eſt opprobrium illis cum dicebant. Vath qui deſtruis templum dei.

EXaltaſti dexteram deprimentium eum lętificaſti omnes inimicos ei⁹ 41

Caſſ. Iſta ſine dubio cōtigerunt quādo Iudæi hoſtibus ſuis traditi, direptiones & cedes vaſtiſſimas pertulerunt, tunc enim lætus efficitur inimicus, quando eius voluntatibus humiliatur aduerſus. Hugo. (Exaltaſti inquā dexterā deprimētiū eum) Titi, ſcilicet & Veſpaſiani, & tandē aliorum inimicorū (lætificaſti omnes inimicos eius.) Hugo car. Iuxta illud prophetæ. Omnes inimici mei audierunt malum meum, & lætati ſunt quia tu feciſti.

AVertiſti adiutorium gladij eius & non es auxiliatus ✠ ei in bello. 42

✠ alia li. opitulatus.

Hugo. (Auertiſti inquit adiutorium gladij eius.) Vt ſcilicet gladio pugnādo non poſſent ſe defendere. Glo. Ita vt qui ſolebant pauci multos vincere, modo victi ſunt & captiui. Caſſ. Glo. Merito enim ei gladius ille adiutoriū nō prebuit qui fortitudinē diuinitatis amiſit. Nā popul⁹ armat⁹ ſine deo inermis eſt. Vnde ſequit̃. (Et nō es auxiliatus ei in bello.) Hugo. Et ꝓpterea ab inimicis victus eſt & captiu⁹ ductus. Et ꝙ inter omnia deteri⁹ eſt & miſerabilius, cum per hæc flagella ſe deberent emendare, inde tamē deteriorati ſunt, vnde addit.

DEſtruxiſti ✠ eum ab emundatione & ſedem eius in terra colliſiſti. 43

✠ Heb. diſſolui ſti.

Aug. Glo. Hugo. (Deſtuxiſti inquit eum ab emūdatione) id eſt cum eum flagellares vt emūdaretur nō eſt mundat⁹, quia fidē habere noluit quę emūdat corda hominū, & per quā viuim⁹ & ſum⁹. Caſ. Frequēter eni emundat diuinitas quos flagellat, vt purgatos recipiat, quos peccatis ſordidos reſpuebat. Quos vero ab emundatione remouit hos iam & dānare decreuit. (Et ſedē eius in terra colliſiſti.) Glo. Id eſt regnum eorum vbiqꝫ terrarū deleuiſti, quia iam nō eſt de eis princeps. Caſ. Hugo. Sedes enim hic pro regno poſita eſt, quæ merito in terra colliſa fuiſſe dicitur, quādo diuiſus populus in toto orbe eſt diſperſus, vlterius regem & regnū non habiturus. Sequitur.

MInoraſti dies temporis ✠ eius, perfudiſti eum confuſione. 44

✠ Hebr. minuiſti et alia ſcdus. ‡ Hebr. adoleſcētię eius. Adde ſemper.

Hugo. Non enim ſolum deſtructum eſt in fine regnum Iudæorū, ſed deſtructio accelerata eſt ꝓpter peccata eorum, vnde dicit. (Minoraſti dies tēporis eius.) Idem. Quibus ſe regnaturos putabant, vel quibus regnaſſent ſi a dei ſeruitio nō receſſiſſent. Caſſ. Minoratus eſt vtiqꝫ ſtatus eorum diebus anguſtis quibus ꝓmiſſa fuerat ſi domino ſeruiſſent æternitas (Perfudiſti eum confuſione.) Glo. Quia geſtant opprobriū infidelitatis. Aug. Glo. Quare ergo illa promiſit deus, & iſta fecit. hæc fecit vt promiſſa firmaret. Dauid enim erat cui promittebantur omnia in ſemine ſuo qui eſt Chriſtus implenda, ne ergo quia ei dicta ſunt viderentur in eo impleta deſtruxit ea deus in Dauid, vt quæ neceſſe erant fieri, quia deus iurauerat quęrātur in alio, vnde & Salomon cecidit ne putaretur ſemen Dauid, in quo impleretur promiſſio.

45 ✠ Hebr. attollere ſ. Quinta pars. Alia lra quouſq; elia auertens.

VSquequo domine auertis in finē, exardeſcet ſicut ignis ira tua.

Glo. Hugo. Quinta pars, in qua oſtēſo prius q̄ in Dauid non implentur promiſſiones, oſtendit in quo impleantur, quaſi dicat. Minoraſti dies regni Iudæorum, non tamen ablato Chriſto, ſed dilato. Sed vſquequo domine auertis, id eſt vſquequo durabit cæcitas iſta, qua auertitur Iſrael a fide & ſalute, erit hoc vſq; in finē, id eſt ſemp, quaſi dicat nō, quia cæcitas ex parte cōtigit in Iſrael, vt plenitudo gentiū intraret. Et ſic tandē Iſrael ſaluus fieret interim tamē (Exardeſcet ſicut ignis ira tua.) Hug. Id eſt tota vindicabit ſe ipſis. Idem. Glo. Vel hoc etiā interrogatiue, vt ſupra legi debet tanq̄ diceret, nūquid cōſumet ira tua totū populū Iudæorū ad modū ignis? quaſi dicat nō. Caſ. Exardeſcim⁹ nāq; ira cū vindicare diſponim⁹, iraſcimur vero mediocriter quādo aliquē ſermone corripim⁹ adiecit autem, ſicut ignis qui obiecta cōſumit. Hugo. Abſit igitur hoc a te domine. Sed potius.

46 ✠ Hebr. memēto mei de mundo. ‡ Hebr. alioqui quare fruſtra creaſti filios hominum.

MEmorare ✠ quę mea ſubſtantia, nunquid ‡ enim vane conſtituiſti omnes filios hominum.

Caſſ. In his enim verbis propheta mentis firmitate roborat⁹ rogat dominū, vt iſtam carnē peccatis obnoxiā aduētus ſui gloria liberare dignetur, quia nō eſt ad hoc creata, vt eam permitteret quaſi vanū aliquid interire (Memorare inquit quę mea ſubſtantia. Lyra. Id eſt q̄ fragilis eſt humana natura ad caſum, ſenſus enim & cogitatio cordis hominis prona ſunt ad malū ab adoleſcētia ſua, & ideo ſemper indigēt tua miſericordia. Augu. Glo. Vel hoc dicit Dauid carne poſitus in Iudęis, ſpe tamē poſitus in Chriſto, quaſi dicat. Et ſi Iudæi defecerunt, nō tamē defecit mea ſubſtātia, quia nō omnino interijt radix vnde veniet Maria, de qua veniet ſemē cui promiſſum eſt: nam de populo illo virgo Maria, de virgine Maria caro Chriſti, & caro illa nō eſt peccatrix, ſed peccatorū mūdatrix. (Memorare ergo quæ mea ſubſtātia.) Hugo. Et hoc decet vt facias (Nunquid enim vane cōſtituit omnes filios hominū.) Lyra. Quaſi dicat nō, quia de⁹ & natura nihil faciūt fruſtra. Aug. Glo. Hugo. Omnes autē filij hominū eunt in vanitatē, nō tamē vane cōſtituit eos, vnde ergo mūdas eos a vanitate, nūquid nihil tibi ſeruaſti per quod mūdes eos. Vere non in vanum cōſtituiſti eos, quia ſaluabūtur per Chriſtum qui eſt de mea ſubſtantia. Et debet hoc intelligi, & pronunciari interrogatiue non enunciatiue. Sequitur.

4 c.i. cc. et mūdi.

47 ✠ Adde ſemper

QVis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animā ſuam de manu inferi? ✠

Gloſa. Hugo. Quis inquit, id eſt quātus eſt homo, qui viuet ſurgēs a mortuis, & nō videbit mortem, quia iam nō moritur, & mors ei vltra nō dominabitur. fuit tamē in morte. (Quis etiā eruet animā ſuā de manu inferi.) Hugo. Quaſi dicat. Null⁹ eſt niſi Chriſt⁹. Aug. Glo. Hugo. Nulli enim hoc cōuenit niſi Chriſto. Nā licet omnes beati viuāt, & vltra nō moriātur, nullus tamē eruit animā ſuam de manu inferi, excepto ſolo Chriſto qui poteſtatem habuit ponendi animā ſuam, & iterū ſumendi eam. Caſſi. Nullus itaq; de iſta poteſtate poteſt eripi, niſi per illū qui moriendo proſtrauit mortē.

VBi ſunt miſericordię tuæ antiquę domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? 48 Diapſalma. Alia lra Quas. ſexta ps.

Glo. Hug. Sexta pars, in qua oſtēdit q̄ etiā in mēbris Chriſti implētur ꝓmiſſiones, nō tēporaliter, ſed ſpiritualiter. Et loquitur in perſona eccleſiæ tanquā diceret. Ecce iam habemus in quo ꝓmiſſa fiunt, ſed credētes adhuc laboram⁹. (Vbi ergo ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine.) Hugo. Id eſt vbi eſt modo ille vſus miſerēdi, quo ſolitus es antiquitus miſereri. Caſſ. Nō tamē hoc ſub dolore dicitur, ſed quaſi tardās domin⁹ poſtulat. Antiquas autē miſericordias dicit illas, quas Abrahæ patriarchæ feciſſe ſe ſciebat, quas antiquas nō diceret, niſi illas ante Dauid tempora factas fuiſſe cognoſceret. Hugo. Miſerere ergo nūc eruēdo nos, ſicut miſertus es antiquit⁹, & ſicut iuraſti Dauid, id eſt firmiter ſtatuiſti. Et ſicut ſupra dixiſti. Semel iuraui in ſancto meo (in veritate tua.) Idem. Lyra. Id eſt in te ipſo, qui verax es, imo ipſa veritas. Miſericordie antique.

MEmor eſto domie opprobrij ſeruorum tuorum, quod ✠ continui in ſinu meo multarum gentium. xlix ✠ alia l. quia portaui in ſinu meo iniquitates populorum.

Caſſi. Glo. More humanitatis dicit. (Memor eſto domine) cui trāſacta, vel futura pręſentia ſunt, qui tamen dum pręſtare differt, videtur oblitus. (Memor inquā eſto opprobrij ſeruorū tuorū.) Hugo. Id eſt quod infertur ſeruis tuis. Augu. Glo. Iam enim Chriſtus ſedet in cælo, & tamē crimē obijcit Chriſtianis de Chriſto. (quod) ego eccleſia (continui), i. portaui (in ſinu meo). i. in ſecreto mētis, q̄ palā non audebā loqui. (opprobrij) dico (multarū gētiū.) Hug. Id eſt a multis gētib⁹ illatū. Glo. Diu enī cōtinuerūt opprobria Chriſtiani in corde, nec audebāt reſiſtere, ſed iam nunc mirabile eſt nomē Xpi apud reges terrę. Caſ. Cōſequēter vero expōit qd ſuperi⁹ dixit. Opprobriū multarū gētiū, dicēs. Sinus.

QVod ✠ exprobrauerunt inimici tui domine, q̄ ‡ exprobrauerunt commutationem Chriſti tui. 50 ✠ Hebr. quas iniquitates ‡ alia l. quilibet exprobrauerit veſtigia.

(Quod inqt exprobrauerūt inimici tui domie.) Hiero. Glo. Hugo. Iudæi. ſ. Phariſei, Pagani & Saducei te odio habētes. Caſ. Et idolorū cultores. Repetit autē quod exprobrauerūt, ad exaggerationē ſceleris. Glo. Sed quid exbrobrauerūt, ſequit (commutationē Chriſti tui.) Augu. Glo. Exprobrabāt enim q̄ mortuus eſt Chriſtus, q̄ crucifixus, ille tamen nō perimebat, ſed cōmutabat de vita tēporali ad ęternā. a terra ad cęlū, a Iudęis ad gētes. Caſſio. Vel hęc eſt cōmutatio Chriſti, q̄ obſtinatos deſeruit, & fideles dono ſuæ pietatis adſciuit. Lyra. Et quia talia ſuſtinebāt, non ſolū patienter, ſed etiam gaudenter. ideo ſubditur in perſona eorum.

BEnedictus ✠ dominus in æternū fiat fiat. 51 ✠ alia l. benedictionē autē dñi in eternum ‡ Hebr. Amen amen.

Lyra. Benedict⁹ inquit dñs in æternū de omnib⁹ quæ fecit nobis in ꝓſperis, & in aduerſis. Caſ. Pulchre autē contra maledictiones gentiliū tēporales

poſitum eſt.Benedictus dominus in æternũ,quo=
niam quæ dicunt illi caduca ſunt.laus autem do=
mini manet in æternum,qui talia dare nouit,quæ
nullo fine clauduntur. Addit autem Fiat fiat. Aug.
Iſta enim ſubſcriptio eſt cautionis domini vt ſe=
curi de promiſſionibus eius. Præterita credamus.
præſentia cognoſcamus.futura ſperemus. Caſſio.
Iteratio autem ideo facta eſt vt de tãtis promiſſio=
nibus nemo dubitaret,vbi confirmatio iterata ſuc
cederet.Et tanquam ſubſcriptio boni principis ſa
cris iuſſionibus adderetur.

Pſalmus.lxxxix.

Titulus.

Oratio Moyſi homi
nis dei.

Hiero.Iſte pſalmꝰ de con
ditiõe hominis loquitur.
quis ſcilicet ſit homo , &
quare natꝰ ſit,in quo Moy
ſes qui in geneſi ſcripſit
de hominũ cõditione,in
ducitur a ſpiritu ſãcto diſ
putare quid ſit homo.

Lyra.Dicit prout ſibi
videtur,ꝙ iſte pſalmꝰ
ſit oratio Moyſi ad im
petrandum beneficia
dei.Ad impetrandum
autem beneficia de fu
turo,modus optimus
eſt oſtẽdere gratitudi=
nem de iam receptis
in pręterito.Et adiſtũ
ſenſum proſequit̃ ex
poſitionem ſuam.

Aug.Glo.Moyſes autem
fuit miniſter veteris teſtamenti,& propheta nouiꝰ
ſecundum quam diſpenſationem iſte pſalmus inᶜ
ſpiciendus eſt. non ꝙ Moyſes eum conſcripſerit,
ſed quia in hoc pſalmo tractantur ea quæ in vete=
ri teſtamento per Moyſem dato continentur.Caſ.
Et eſt iſte tertius pſalmus eorum, qui orationẽ in
titulo ſuo continere monſtrantur. Glo.Et agit de
defectu generis humani,qui per Chriſtum aufere-
tur. Caſſ.Additum eſt autem hominis dei,ne alte=
rum forte cogitares,niſi eũ qui diuinis colloquijs
honoratꝰ meruit eſſe primarius, vt iam nõ ſeruus,
ſed homo ipſius eſſe diceretur.Hugo.Glo. Inten=
tio autem huius pſalmi,eſt monere ad contẽptum
Pſalmi. Diuiſio. veteris vitæ,& ad amorem nouæ. Et diuiditur in
tres partes. In prima,æternum refugiũ proponit
temporali homini. In ſecunda,petit ſubueniri ho
mini & eius infirmitatem exponit.ibi.(Ne auer=
tas.)In tertia,orat & affirmat liberationẽ.ibi.(dex
teram.) Gloſa. In perſona ergo eccleſiæ loquens,
& a ſpe incipiens ait.

1 ✠ Heb. habitaculum.

DOmine refugium ✠ fa=
ctus es nobis, a genera=
tione in generationem.

Caſſ. Moyſes eni in typo ſan=
ctæ matris eccleſiæ,quã figu=
rabat periculorũ ſuorũ recor=
datus fuſa oratione gratias a=
git,dicẽs.(Domine refugiũ factus es nobis.)Glo.
Factꝰ eſt inquã nobis refugiũ,quia per hoc ꝙ ho=
mo factus eſt,nobis cœpit eſſe quod nõ erat. Caſſ.
Et ne tantũ de vno homine,ſed de vniuerſali ec=
cleſia hoc dictũ intelligere deberemus poſuit no=
bis.Nõ enim mihi ſoli,ſed & cũctis eccleſijs tutiſ
ſimũ refugiũ ſemper eſt dominꝰ.(A generatione
in generationem.)Hiero.Hoc eſt in præterito,&
pręſenti,& in futuro,vel in veteri populo Iudęo=
rum,& in noſtro Chriſtianorũ.Augu.Glo.Vel in
omni generatiõe veteri ſcilicet cuius ille miniſter
fuit,& in noua,cuius ille idem ꝓpheta fuit.Lyra.
Vel in ſtatu naturæ conditæ,& naturæ lapſę. Glo=
ſa.Ne autem videretur non eſſe antequam nobis
eſſet refugium,adiungit.

2 PRiuſquam montes fierent, ✠ aut
formaretur terra & orbis, a ſęculo
& vſq; in ſæculum tu es deus.

✠ Heb. naſcerentur & parturiretur terra.

Hiero.Et ne dicere poſſet hęreticus,ꝙ ſi deus refu
giũ factꝰ eſt nobis anteq̃ mõtes fierẽt,& orbis ter=
rarũ,ꝙ ante animę fuerũt q̃ mũdꝰ fieret.ideo huc
vſq; debet fieri diſtinctio.Rurſum hic aliud princi
piũ.(Priuſq̃ mõtes fierẽt aut formaret̃ terra.)Caſſ.
Id eſt anteq̃ cæleſtia terrenaq; formares.Aug.Gl.
Montiũ eni nomine ſignificãtur celſitudines an=
gelorũ,& terræ nomĩe humilitas hominũ.ideoq;
non incõgrue verba ſic diſtinxit,vt diceret mõtes,
id eſt angelos fieri,& terra,id eſt homĩes formari.
Fieri enim de nihilo,formari vero,vel fingi ſecun
dum corpora ſolet dici.Et vt breuiter dicat̃ vniuer
ſitas rerũ,ſubiũgit.Et priuſ quã fieret orbis(tu es)
quia(A ſęculo & vſq; in ſeculũ tu es deus.)Augu.
Caſ.Glo.Hic autẽ ponitur ſęculũ pro æterno.Nõ
enim a ſęculo deus eſt,qui eſt ante ſæcula,aut non
eſt vſq; in ſęculũ,cum ſit ſine fine,quod aptius di
ceretur ab æterno in æternũ,ſed ex ambiguo ver=
bo gręco fit plerũq; in ſcripturis,vt vel ſęculũ pro
æterno,vel æternũ pro ſęculo ponat latinꝰ inter=
pres.Caſ.(Tu es)autẽ cõpetẽter dicitur de deo,qui
nõ habet pręteritũ nec futurũ. Sic enim Moyſi di
xit.Ego ſum qui ſum. Glo.Et ideo non dixit eris,
vel fuiſti,quia deus immutabilis eſt.Sed quia hic
ſumus in tentationibus,ne ab ea æternitate,quæ
veritas eſt auertamur orat homo dei,dicens.

3 NE auertas ✠ hominem in humili
tatem, & dixiſti conuertimini filij
hominum.

✠ Hebr. conuertẽs hominẽ vſq; ad cõtritionem & dicens.

Glo.Hugo. Secũda pars,in qua exponit infirmi=
tatẽ hominis,cui petit ſubueniri,quaſi dicat.Cum
tu ſis refugiũ.(Ne auertas hominẽ in humilitatẽ.)
Aug.Id eſt ne a tuis æternis,atq; ſublimĩbus ho=
mo auerſus tẽporalia cõcupiſcat,ſapiatq; terrena.
Et hoc a deo petit quod deꝰ ipſe precipit ſimili om
nino ſentẽtia,qua in oratione dicimꝰ.Ne nos in=
ducas in tentationẽ. Caſſ.Per humilitatẽ enim hic
terrenã concupiſcentiã intelligit,quæ apud deum
abiecta eſt & cõtemptibilis,non illam glorioſam,
qua peccata noſtra domino cõfitemur. Gloſa. Vel
ne auertas modo humilẽ,qui ante fuit ſuperbus.
Ideo autẽ oro ne auertas.(Et)id eſt quia. (Dixiſti
cõuertimini filij hominũ.)Augu.Tanquã diceret
hoc a te peto,quod ipſe iuſſiſti. Et quod potes fa=
cere.Tu enim potes a mundo eripere,qui docuiſti
cæleſtia quęrere.Hiero.Tu etiam nobis dediſti fi=
duciam,dicẽs. Reuertimini ad me filij reuertẽtes,
& ego ſanabo cõtritiones veſtras.Lyra.Vel ne auer
tas,id eſt ne dimittas hominẽ in humilitatẽ,id eſt
per peccatum deiectum a ſtatu ſublimi,in quo do=
minabatur creaturis ad ſtatum pręſentis miſeriæ,
in quo patitur etiã a muſcis.Quia dixiſti peccato
ribus. Cõuertimini filij hominũ per pœnitentiã
reſurgẽdo de culpa ad gratiã.Hugo. Cõuertimini
inquã ad me ab iſtis ſcilicet vanitatibꝰ tẽporalibꝰ.
Gl.Ideo autẽ a labilibꝰ iſtis ad te opus eſt cõuerti.

Humilitas quid ſignet.

4 QVoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna quæ præterijt.

(Quoniam inquit mille anni.) Glo. Id eſt quantumlibet ſit longa vita præſens ante oculos tuos, id eſt in tua cõſideratione quę eſt ęterna ſunt tanquã dies heſterna. Hugo. Non dicit tanq̃ dies hodierna, quæ adhuc eſt, vel ſicut craſtina quæ expectatur futura, ſed tanq̃ dies heſterna quæ iam præterijt, quaſi dicat, quia eſt deſitura, ſimilis eſt præteritæ. Augu. Glo. Idem. Omnia enim quæ aliquo fine clauduntur, modica ſunt, & pro tranſactis habenda. Hiero. Quid enim poteſt grande eſſe quod finem habet? Caſſ. Cum ergo dicit (mille anni) finitum pro infinito poſuit, id eſt mille pro omnibus. Lyra Nam tempus præteritum iam nihil eſt. & tempus quantũcunq; longum æternitati comparatum quaſi nihil eſt. Glo. Vnde nec longitudini vnius diei comparantur mille anni, ſed potius ſunt vt cuſtodia in nocte. ideo ſubditur.

5 ✠ Hebr. et vigilia nocturna percutiẽte te vt ſomniũ erunt.

ET cuſtodia ✠ in nocte, quæ pro nihilo habẽtur, eorum anni erunt.

Caſſ. In quo pulchre humanam vitam nocturnis comparauit excubijs. vbi totum ſub obſcuritate, & trepidatione geritur, quando mens hominum vitijs carnalibus circundata pulſatur. Idem. Hierony. Augu. Cuſtodia autem nocturna tribus horis expletur. Nam quatuor cuſtodiæ noctem complent, quarũ quælibet tres horas continet, in quibus ſolent mutari milites pro cuſtodia exercitus. Eſt ergo ſenſus. Mille anni ſunt ante oculos tuos, ſicut cuſtodia noctis quæ cito elabit. Nam quando homo dormit, parum ei durat quarta pars noctis. Vnde additur. (Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.) Glo. Lyra. Id eſt inter ea reputabuntur, quæ pro nihilo habẽtur vt ſomnia. & merito inter ea reputabuntur, quia hi anni anteq̃ veniant, nondum ſunt. Cum autem venerint, iam non erunt. Hugo cardinalis. Et ideo vere pro nihilo habentur, eo q̃.

Nocturna cuſtodia quot horis claudi.

6 ✠ alia lr. conterẽ atq; ſicceabitur.

MAne ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat, veſpere decidat, ✠ induret & areſcat.

Hiero. Caſſ. Glo. Hugo. (Mane) inquit hominis, id eſt pueritia (ſicut herba tranſeat) id eſt cito tranſeat, ſicut herba, quæ euulſa cito tranſit. Omnis enim caro fœnum. & claritas eius, ſicut flos fœni (Mane) id eſt iuuentus floreat & tranſeat, id eſt ſicut flos tranſeat, quę ſuperueniente pruina, areſcit & tranſit (Veſpere) vero, hoc eſt in ſenectute, quando refrigeſcit virtus hominis (decidat) in mortem (induret) in cadauer (& areſcat) in puluerem. Glo. Hæc autem pœna de peccato venit. vnde ſubdit.

7 ✠ alia lr. indignatione. olim hominis etas.

QVia defecimus in ira tua, & in furore tuo ✠ turbati ſumus.

Hiero. Nongentis enim triginta annis ante viuebamus, vſq; ad mille fere veneram⁹. Et ecce in breuem vitam vita noſtra contracta eſt. (quia defecimus.) Gloſa. Id eſt in infirmitate mortales, & paſſibiles facti. in ira tua, id eſt in vindicta nobis inflicta, quam tamen miſeriã morte finire trepidam⁹. Vnde ſequitur. (Et in furore tuo turbati ſumus.) Caſſ. Mortis cogitata formidine. Hugo. Quia tam horribilis eſt mors, q̃ videt̃ infligi a deo, non tam irato q̃ furioſo. Et ideo turbati ſumus quando cogitam⁹ q̃ terribilis, & furioſus apparebit deus animabus peccatorum egredientibus de corporibus.

8 ✠ Hebr. negligẽtias noſtras.

POſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſæculum ✠ noſtrum in illuminatione vultus tui.

Glo. Supra dixit defecimus iuſte quidẽ, quia peccauimus. Et quia tu. (Poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu tuo.) Hiero. Nihil enim te cælat, nam & peccata noſtra apud te. nec nox cęlat, nec inuoluunt tenebræ, quia omnia apud te lucent. (Poſuiſti etiam ſęculum noſtrum.) Augu. Glo. Id eſt vitam noſtrã prauam. (vel ſæculum) id eſt poſteros. Lyra. Vel decurſum temporum noſtrorũ. (In illuminatione vultus tui.) Hiero. Quicquid enim agimus, quicquid in ſecreto nos facere putam⁹, patẽt in oculis tuis. Caſſi. Glo. Vel hoc dicitur, quia illa peccata teguntur, quæ veniam habẽt iuxta illud. Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Illuminãtur vero quæ puniuntur. Vnde in alio pſalmo dicitur. Vultus autem ſuper facientes mala. Glo. Hoc autẽ inde probatur.

que peccata tecta ſunt.

ix Aliter legitur.

QVoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus.

Omnes enim dies noſtri tranſierũt in furore tuo, conſumpſimus annos noſtros quaſi ſermonem loquens, Dies annorũ noſtrorũ in ipſis ſeptuaginta annis, hæc beat⁹ Hiero. ad veritatẽ hebraicã. Caſſ. Breuitatem enim vitæ humanæ dicit per iram domini prouenìſſe, quoniã longioris vitæ præſumptione peccabãt. (Quoniã inquit omnes dies noſtri defecerũt.) Augu. Glo. Quia ad paucitatem redacti ſunt. Hiero. Currit enim ætas, & dum ignoramus, grauiter perimus. Et hoc ipſum quod loquimur de morte eſt & nõ intelligim⁹ (Et in ira tua.) Hugo. Quã habes ex peccato primi parentis. Glo. Nos ipſi defecimus amando quę tranſeunt. Caſſ. Sequitur nimis apta comparatio.

Vite humane breuitas

10 Alia lr̃a annis.

ANni noſtri ſicut aranea meditabuntur, dies annorũ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Hiero. Videte quid dicat. quomodo aranea quaſi mittit filla, & huc, illucq; diſcurrit, & texit tota die. Et labor quidem grandis eſt, ſed effectus nullus. Sic & vita hominum huc, illucq; diſcurrit. poſſeſſiones quærimus, diuitias paramus, procream⁹ filios, laboramus, in regna ſuſtolimur, & omnia facimus & non intelligimus, quia araneæ telam teximus. Caſſiodorus. Aranea namq; dicta eſt q̃ arida ſit, nimiſq; ſubtilis, quæ tranſeuntibus muſcis ad eſcam ſibi procurandam telam texit, ſicut & doloſi homines, qui ſubdolis machinationibus occupantur. Lyra. Qui propterea araneæ merito comparantur. quia ſicut aranea ad texandã telam multum occupatur quæ modico vẽto diſſipatur, ſic homines multũ ſtudẽt, & meditãtur ad cõſequendũ honores, vel diuitias, quę cito amittũtur. Caſſi. Et vide quod dicit meditabãtur. non operabãtur, vt oſtenderet eos ſine aliqua vtilitate trãſiſſe, qui ſub

nullo fructu bonorum,ſed ſub ancipiti meditatione vixerunt. Sequitur. (Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni). Hiero. Vbi ſunt mille anni? In ſeptuaginta annis contracti ſumus. Si autem multum octoginta, ſi autem plus vixerimus, iam non eſt vita, ſed mors. Lyra. Hoc autem dicit de communi curſu vitę. Caſſi. Viuebant enim etiā tunc homines multos annos vt & non agenarios inuenires. vnde ſequitur.

xi ✠ Hebr. multum

SI autem in potentatibus ✠ octoginta anni, & amplius, eorum labor, & dolor.

Senect⁹ languor.

Hierony. Quem enim inuenias octogenarium & ſanum? Dicit enim gręca ſententia ꝙ ſenectus ipſa morbus eſt. Lyra. Si autem inquit in potentatibus. i. in bene complexionatis octoginta anni in ſtatu conuenienti. & amplius eorum, id eſt temp⁹ vltra procedens labor, & dolor. quia ſenectus non eſt niſi quidam langor. Hierony. Et licet hoc ſecū dum hyſtoriam de breuitate humanę vitę non incongrue accipi debeat, tamen vterq; numer⁹ a ſpirituali ſacramento non vacat. Idem. Caſſiodor⁹. Auguſtinus. Gloſa. Septuageſimus nāq; numer⁹ legem, octogenarius vero euangelium ſignificat. Septuaginta autem & octoginta ſunt centū & quīquaginta, in quibus eadem ſignificatio eſt quę in quindecimum, qui numerus conſtat ex ſeptem & octo. Septem ſignat vetus teſtamentum propter ſabbatum quod obſeruari mandabatur. Obſeruabant enim patres veteris teſtamenti ſeptimā diē. Septimum ſeptimanam Septimum menſem ſeptimum annum, & ſeptimum annum ſeptimę ſeptimanę, qui iubileus dicitur. Octo vero nomen propter reſurrectionem domini octaua die factam quę obſeruatur in nouo teſtamento vbi & octaua futurę reſurrectionis expectatur, Inde ſunt quindecim gradus in templo. Et in pſalmis quindecim cantica graduum. Per ſeptuaginta ergo & octoginta, teſtamentum vetus, & nouū ſignificantur. Quiſquis igitur hic legis pręcepta & euāgelicæ inſtitutiōis excedit, & amplius aliquid quęrit, labores, & dolores inuenit. Labori enim in pręſenti, & dolori in futuro implicatur. Sequitur.

lxx. & lxxx numeri quid ſignant.

12 aliter legitur. Alia tra erudiemur.

QVoniam ſuperuenit manſuetudo & corripiemur.

Bea. Hiero. ſic legit. Quoniam tranſibimus cito, & auolauimus. Caſſiodo. Quia ſupra dixerat amplius eorum labor & dolor, nunc ipſum excolit dicens non debere legis præcepta tranſcendi, quia ſuperueniens Ieſus Chriſtus qui eſt manſuetudo perfecta, nos corripit & emendat, ſi teſtamenta ei⁹ contumaciter negligamus. Et quoniam dixit corripiemur, præmiſit manſuetudinem, vt intelligamus omnes emendationes domini fidelibus pietatis intentione prouenire. Gloſa. Auguſtinus. Quem enim diligit deus corripit. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et cum hoc ſit.

13 ✠ alia litſ. fortitudinem. ✠ Heb. ✠ ſecundū timorē tuū indignationem tuā

QVis nouit poteſtatem ✠ iræ tuæ, & pre✠ timore tuo iram tuam dinumerare.

(Quis inquit, nouit poteſtatem irę tuę.) Auguſti. Gloſa. Quaſi dicat. Beatus eſt qui nouit. Valde enī paucorum hominum eſt noſce irę tuę poteſtatē, quia pleriſq; dum parcis, magis iraſceris, vt nō ad iram, ſed potius ad manſuetudinem tuam pertinere intelligatur labor & dolor quo corripis. Nam quos diligis, erudis ne pœnis excrucietur ęternis. Grego. in mora. Iob lib. v. Quia ergo poteſtas diuinę iræ minime cognoſcitur, in cunctis neceſſarium eſt vt ſine ceſſatione timeatur, quia eius diſpenſatio obſcuris ſuper nos diſpoſitionib⁹ ſępe, vnde ęſtimaṫ deſerere, ide nos recipit & vn̄ nos recipere crediṫ de dereliq̄t, vt plerūq; hoc fiat gratia, qđ ira dicitur, & aliquādo ira ſit quod gratia putatur. Glo. Sequitur & ſubaudi quis nouit pre timore. i. ad hoc vt te timeat dinumerare. i. diſtinguere iram tuam, qua his parcis ad pœnā, hos punis ad ſalutem. Poteſtas enim irę hominis eſt corpus occidere, poſt nichil facere. Deus autem & hic punit, & poſt in gehennam mittit. Et a paucis eruditis maior hic eius ira intelligitur. Lyra. Vel ſic, vt ad pręcedentia referatur. Quis nouit poteſtatem iræ tuę. quaſi dicat. Ex quo vita hominis eſt ita breuia ta, & ſcientia acquiritur per experientiam longi tēporis, quis in tam breui tēpore poterit ſcire excellentiam tuę poteſtatis & vindictę, quaſi dicat nullus, niſi ex tua ſpeciali inſtructione.

DExteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia. 14 aliter ſic Alia cōpeditos.

Sic vertit. B.H. vt numerentur corde ſapiēti. Glo. Hugo cardina. Tertia pars in qua orat, & affirmat liberationem, quaſi dicat, vt manſuetus corripis. ergo domine (dexteram tuam). Auguſti. Id eſt chriſtum tuum, de quo ſcriptum eſt. Et brachiū domini cui reuelatum eſt (Sic notam fac). Hierony Auguſti. Caſſiodorus. Gloſa. Hoc eſt mitte filium tuū notum fac nobis illum, quoniam illum permanētem in deitate ſua noſſe non poſſumus. Aſſumat ergo o hominem, & ſic intelligamus eum. Augu. Glo. Vt in eo diſcant fideles tui ea magis a te poſcere, & ſperare, quæ non videntur pertinentia ad nouum teſtamentum, q̄ pręſentia pertinētia ad vetus. Vel dextera eſt æterna fœlicitas, quæ oues ab hædis ſeparabit, in qua quis ſeſſur⁹ ſit. Bene ſic innoteſcit, cum flagellat deus quem recipit, nec ſunt in malis proſperari, ſed emendat, vt ad dexterā ponat. Sequitur (Et) ſubaudi notos fac (eruditos) vel compeditos corde, quod idem eſt, quia qui erudiūtur in ſapientia, pedem mentis iniiciunt in coōpedes dei, ne a via eius exorbitent. Hugo cardi. Hos inq̄ fac eruditos in ſapientia, id eſt in Chriſto qui eſt dei ſapientia. Hiero. Vel hoc dicit, quia prophetæ olim habebant ſapiētiam, ſed erant compediti quia non poterāt volare ſine Chriſto. Eis ergo notam fac dexteram tuam. vt prophetę tui, qui quaſi prophetarum vmbram incipiāt dominum maniſeſtius prędicare. Caſſiodo. Erudit⁹ autem dicitur quaſi ex omni rure elicit⁹. Lyra. Vel ſic. Dexteram tuam. i. poteſtatem tuam, quę per dexteram in ſcriptura deſignatur, ſic nota fac illuſtrādo Et fac nos eruditos corde in ſapientia a te nobis infuſa, & data. Sequitur.

iiij. pars.

vel dextera.

COnuertere domine vſquequo, ✠ & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. 15 ✠ Hebr. aliquantulum.

Caſſiodorus. In quo poſtulat propheta dominum, vt iuſtitiam ſuam aliqua lenitate ictemperet, quatinus exorari poſſit, a peccatoribus quibus iuſte noſceba tur iratus. Lyra. (Conuertere (inquit domine reſpiciendo nos oculis tuæ miſericordiæ (vſq; quo, id eſt vſq; ad aliquod tempus, vnde alia tranſlatio habet aliquā tulum, quaſi dicat. Illud quod tibi placuerit quātūcunq; apud te ſit modicum ſufficiet michi, & erit mihi magnum. Caſſiodo. Gloſa. Vel conuertere aliquātulum non ex toto, quia magis nobis prodeſt ſi aliqua tribulatio ſemper monet nos. Auguſtinus. Gloſa. Et eſt vox iſta oratio iuſti non indignatio impatientis, quaſi auerſa ſit facies eius a tribulatis. Sequitur. (Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.) Gloſa. Quaſi dicat. Talem te exibe, vt poſſis exorari a peccatoribus. Hugo cardinalis. Et vt preces, eorū cito exaudias.

xvi ✠alia li. replenos ✠ Hebr. ✠ laudabimus & letabimur.

Repleti ✠ ſumus mane miſericordia tua, & exultauimus, ✠ & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.

Gloſa. Iſte nāq; homo dei iam futura bona ſpe anticipans quaſi de factis ait (Repleti ſumus). Hugo cardi. Id eſt replebimur. pręteritum pro futuro prophetica certitudine (mane). Glo. i. in ęternitate. Modo enim eſt nox in qua eſurimus, & ſitimus, miſericordia tua). Hugo cardinalis. i. bonis, quę tu das ex tua miſericordia. Bernar. Pro paruis enim das magna, pro perituris ęterna rapere. Et deū ipſum mercedem habere. Caſſiodo. Vel miſericordiam dicit dominum ſaluatorem, qui miſeris datus eſt, vt per ipſum viuerent, qui per ſe corruerant. Repletum ergo ſe dicit hac miſericordia mane. i. lucida contemplatione. Quoniam vir ſanctus Chriſti domini pręuidebat aduentum, & neceſſe fuit vt cor eius exultaret in laude, & delectaret omnibus diebus vitę ſuę, vnde ſequitur. (Et exultauim⁹, & delectati ſum⁹ in omnibus diebus noſtris.) Hugo cardina. Id eſt in ęternitate vbi ſunt dies cōtinui. Auguſti. Ibi enim omnes dies ſimul ſunt & ideo faciat, nam non ſuccedentibus cedunt, ſed vnus eſt qui ſtat, & non trāſit. & hæc eſt ęternitas. Gloſa. Nunc autem pro eo etiam.

xvii ✠ Hebr. letifica nos.

Laetati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.

Glo. Lætati inquit (ſumus) etiam (pro diebus) id eſt in diebus malignis. (Quib⁹ nos humiliaſti annis ſcilicet quibus vidimus mala.) Id eſt anguſtias corporis. Caſſiodorus. Narrat enim ꝓpheta ſe eſſe lętum in illis tribulationib⁹, per quas humiliandum populum ſalutariter ſentiebat. Sciebat enim fidelibus viris noxiam eſſe ſuperbiam. Et ideo lętatur in tribulationibus, per quas humilitas cuſtoditur. Lyra. Vel hęc intelliguntur de filijs Iſrael ad literā, qui repleti ſunt mane miſericordia, quando ſubmerſit dominus AEgyptios in vigilia matutina. Et exultauerūt quia ſtatim tranſito mari canticum domino cantauerunt dicētes. Cantemus domino glorioſe Et deinde lętati ſunt pro diebus quibus humiliati fuerunt in ſeruitute AEgypti. Dum enim adhuc recēs ſeruitus habebatur in memoria, ex hoc populi⁹ augebatur lęticia. Gloſa. In his tamen diebus quibus nos humiliaſti diximus.

xviii Alia lit hic dñe.

Reſpice in ſeruos tuos ✠ & in opera tua, dirige filios eorum.

Sic legendum eſt iuxta literam, B. H. ad verita; heb. Appareat apud ſeruos tuos op⁹ tuum, & gloria ſua ſuper filios eorum, Hugo cardina. (Reſpice inquit in ſeruos tuos) vt eos protegas, homines ſcilicet quorum tu dominus es quia creaſti eos. Gloſa. Caſſiodorus. Quod enim facit deus in ſe, orat propheta fieri ſuo populo, vt ſcilicet parcat iudęis peccantibus. Et ſi non pro meritis eorum, ſaltem propter opera quę ipſe in eis fecit. Hugo cardina. Quod exponens ſubiungit. (Et) pro id eſt. Auguſtinus. Gloſa. Quia ipſi ſerui ſunt opera tua (Vel reſpice in opera tuaque ſcilicet tu feciſti in eis. (Et dirige filios eorum). Auguſtinus. Vt ſint recti corde quibus bonus eſt deus. Bonus eſt enim deus Iſrael, ſed rectis corde.

xix ✠alia li. tac ſtabile ſuper nos. ✠ Hebr. cōf irma.

Et ſit ſplēdor domini dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ✠ ſuper nos. Et opus manuū noſtrarum dirige. ✠

Hierony. Et ſit ſplēdor domini dei noſtri ſuper nos vt iuxta illud apoſtoli, Dominus atq; ſaluator ſplendor ſit gloriæ patris, vnde alibi dicitur, Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui domine, Signum enim crucis vexillum noſtrum eſt. Caſſiodo. Glo. Sit itaq; ſplēdor domini dei noſtri ſuper nos, id eſt lumē vultus tui imago ſcilicet dei recreans & gratia ſpiritusſancti reformans imprimatur menti noſtrę, qui crucis impreſſione decoramur. Et vexiliū triumphi in fronte portamus. (Et opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos). Hugo cardina. Vt ſcilicet creſcant & dirigantur ad ęterna. Caſſio. Opera enim noſtra dirigit deus ſuper nos, quando nobis donat veniam peccatorū, vt cum fuerimus peruerſi efficiamur ei⁹ correctione rectiſſimi. Auguſti. Vel opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, vt non pro rerum terrenarum mercede ea faciam⁹, deinde quia omnia opera bona ad vnum redigūntur ſingulari numero ſubdit. (Et opus manuum noſtrarum dirige.) Auguſti. Gloſa. Vt omnia opera noſtra ſint vnum opus charitatis, quę finis eſt pręcepti, & omnium operum noſtrorum.

dirigit in nos opa nra de⁹.

¶ Pſalmus.xc

¶ Titulus,

Laus cantici Dauid.

Caſſiodo. Glo. (Laus cātici dicit.) Nam laus intelligi poteſt & humana ꝑdicatio, ſed hic. (Laus dicitur cantici.) Quę nō niſi diuina laudatio poteſt ītelligi. Eſt enī pſalmus iſte hymnus contra dęmones, quem dęmonibus pia confidentia ſemper opponimus, vt a nobis potius inde vincantur. Hierony. Vel pſalmus iſte non habet titulum, eo ꝙ de capite vel membris cantatur. Caput autem eſt in cęlo membra vero in terra & proprie intelligitur de ieiunio & illa temptatio-

Lyra. Dicunt hebræi ꝙ iſte pſalmus ſicut & pręcedēs & ſimiliter ſequētes vſq; centeſimum referuntur ad Moyſem tāquā ad auctorem, & ſūt. xi. Pſalmi correſpondētes. xi. benedictiōib⁹, quibus Moyſes benedixit filijs Iſrael, & ſecundum hoc proſequitur expoſitionem huius pſalmi.

xi. pſalmi titulo a moyſe editi. ci beatitu. correſpondentes.

ne heremi. Preuidebat enim propheta ꝙ venturꝰ erat Chriſtus in carne, vt tētaretur a diabolo. Gloſa. Et eſt ſenſus. Pſalmꝰ iſte laus eſt Dauid. i. Chriſti contra dęmones, qui ideo dicitur laus cantici, quia non eſt niſi diuina, intentio autem pſalmi eſt vt exemplo Chriſti nos quoqꝫ diſcamus tentationes vincere per humilitatem. Et diuiditur in tres partes. In prima propheta dicit in ſolo deo ſperātem dei protectione vallari. In ſecunda pręmiſſo caſu de ſe præſumentium, dicit caput Chriſtum in cęlo leuatum a nullo poſſe cōtingi. Et pedes ſuos in terra ab āgelis cuſtodiri, vnde eſt certitudo ꝓtectionis ꝓmiſſę, ibi. Cadēt a latere. In tertia inducitur ipſe dominus qui conſolatur ſperantem, hic defenſionem in futuro premia promittendo. Ibi. Quoniā in me ſperauit. Propheta ergo de quolibet ſancto ait.

Pſalmi. Diuiſio.

1 In hebreo non eſt hic titulus.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cęli commorabitur.

Caſſiodorus. (Qui habitat) inquit id eſt qui iugiter commoratur. Habitare enim permanētis eſt nō diſcedētis, (in adiutorio.) Gloſa. Non ſuo, ſed altiſſimi. Idem. Caſſiodo. Ideſt qui totam ſpem ſuam non in proprijs viribus, nec in homine ponit, ſed in altiſſimi volūtate conſtituit (In protectione dei cęli commorabitur. Glo. Hugo cardinalis. Id eſt omnibus modis protegetur a deo, vt nec illecebris male blandientis voluptatis capiatur. Nec timore aduerſitatis frangatur. Et vt non declinet ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſed incedat via regia. Caſſiodo. Et aduerte quod dicit (Qui hic habitat illic commorabitur.) Id eſt qui in iſto ſęculo ab illo nō diſcedit, in illa ſemper perennitate manſurus eſt. Hugo cardina. Quomodo autē ſcietur ſi habitat quis in adiutorio altiſſimi. Subiungit ſignum cum dicit.

2 ✠ alia li. ſpes mea & fortitudo.

Dicet domino ſuſceptor ✠ meus es tu, & refugium meū, deus meꝰ ſperabo in eum.

Augu. Glo. Ille inquam qui habitat in adiutorio altiſſimi &, qui non habitat in adiutorio ſuo eſt Qui non eſt ſuperbus vt primi parentes qui manducauerūt pomū vetitū, vt eſſent q̃ſi dij. Ille dicet domino. Hugo. Non tam verbo q̃ operis exhibitione. (Suſceptor meus es tu.). Caſſiodorꝰ. Quia hoc ſolum ſibi credit vtile, quod ſuperna pietas pręſtare dignatur. Nam qui dicit ſuſceptor meus es, totum ſe confirmat in eius beneficia proieciſſe vt de fœlici quadā familiaritate glorietur. Item qui dicit. (Et refugium meum deus meus.) Nullum ſibi aliud profitetur auxilium, ſed quando huius ſæculi tempeſtatibus quatitur, ad portum diuinę miſericordiæ ſe confugere velle teſtatur. Idem. Glo. Et ne putes poſt ſuſceptionem & refugium iā nihil eſſe petendum addit Sperabo in eum) ne quis aliquando de ſe fragiliſſimo debeat pręſumere ſed in illo ſemper qui probatur omnia continere. Q;

ſi feciſſet primus homo bene ſtaret nec ſuis poſteris interitum tranſmiſiſſet. Hierony. Non tamen dicit ſpero, ſed ſperabo, q̃diu enim peccamus non ſperamus. Si vero peccare deſierimꝰ ſperamꝰ. Gloſa. Ideo autem ſperabo.

3 ✠ alia li. de morte inſidiaꝝ.

Quoniam ipſe liberabit me de laqueo ✠ venantium, & a verbo aſpero.

Caſſiodorꝰ. In quo cauſam dicit cur in eum ſperare debeat, quoniam ipſe. Inquit liberabit me (de laqueo venantium.). Auguſtinus. Gloſa. De laqueo ſcilicet venantiū Dæmonū qui non in via Chriſto ſed circa viam ad dexteram proſperitatis, vel ad ſiniſtram aduerſitatis tēdunt laqueos. Hieronymus. Gloſa. (Et nota ꝙ venatores in ſacra ſcriptura vix in bono inuenimus, econtra vero piſcatores raro in malo. Caſſiodo. Et ideo benedixit, ſperabo in eum, quoniam ipſe nos ab inimicorum ſiue ſpiritualium ſiue carnalium poteſt liberare verſutijs. (Et a verbo aſpero.) Caſſiodo. Verbum aſperum eſt omne dictum, quod cōtra regulas diuinas tanq̃ læthiferum poculum propinatur. Auguſtinꝰ. Vel verbum aſperum ſunt improperia quæ fiunt per paganos Chriſtianis, vel per malos Chriſtianos bonis & iuſtis. Hugo car. Vel ſunt conuicia iudæorum. Grego. in morali. Iob lib. vi. A venātiū ergo laqueo qui nihil aliud q̃ carnem quærunt Et ab aſpero ſermone eripimur, quādo & inſidias carnalium, & irriſionum probra deſpiciendo ſuperamus Aſpera quippe eorum verba ſunt quę bonis noſtris itineribus aduerſant. Sed aſperitatē verbi euadere eſt irriſiones detrahentiū diſſimulādo calcare. Sancta ergo anima ab aſpero verbo liberatur quia dum in hoc mundo honorem laudis nō quęrit, nec contumelias detractionis ſentit. Sequitur.

piſcatores & venatores

verbum aſperum

euadere verbum aſperum

4 ✠ alia li. inter ſcapulas ſuas obumbrabit.

Scapulis ✠ ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis ‡ eius ſperabis.

Hugo cardi. (Scapulis inquit ſuis) id eſt protectione ſua obumbrabit) contra ęſtum perſecutionis, tibi. Gloſa. Qui habitat in adiutorio altiſſimi. Grego. in mora. Iob. lib. xxvi. Deꝰ enim peccatorē hominē. Et poſt peccatum veniā deprecantem, ea pietate pœnitentē protegit, qua peccantē tollerat. Et eo ꝙ tollerat ſaluat, & quia ſeruat eum. (Scapulis obūbrat.) Gloſa. Eſt ergo ſenſus obūbrabit, id eſt obūbraculum protectionis præſtabit tibi deus ſcapulis ſuis. i. ponet te ante pectus ſuum a ſimili galinę vt alis te protegat. Caſſiodo. Vt per diem ſol nō vrat te neqꝫ luna per noctē. (Et ſub pēnis eius) Hugo car. Id eſt ſub hac obūbratione ſperabis id eſt fiducialiter ages. Caſſiodo. Vel pennę ſunt monita prophetarum quę ſi pura mente recipiantur fideles animas ad cælos vſqꝫ perducunt. Hierony. Vel poteſt intelligi de Chriſto q ſcapulis ſuis obūbrabit tibi quia exaltabitur in cruce. Et extendens manus ſuas proteget nos. Et ſub pēnis eius ſperabis. Aſpiciens enim manus eius crucifixas. Et ſi te ſerpens momorderit ſanaberis. Sequitur.

Scuto circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno, 5

(Scuto inquit.) Gloſa. Miſericordię. Hugo cardi. Vel patientię (circundabit te). Gloſa. Id eſt prote

get te (veritas eius). Hugo cardina. Qui mentiri non poteſt. Caſſiodo. Scutum enim materiale hominem tantum in parte qua opponitur tegit. Clipeus vero diuinus vndiq; nos circundat & defendit. Et propterea dicit. (Circūdabit te veritas ei⁹). Veritas autem hæc eſt incarnatio Chriſti de qua alibi dicitur. veritas de terra eſt, quę nos obūbrat & protegit. Hiero. Et circundat nos ſcuto ſuę protectionis ne ardentibus ſagittis diaboli percutiamur. Vnde ſequitur. Non timebis a timore nocturno. CaſſioGlo. In quo ſicut ſupra poſuit genera defenſionum, Ita nunc ponit genera periculorū, vt gratior ſit liberatio, & diſtinguit quattuor genera tentationum. Quę ſunt lęuis & occulta. Quę figuratur per timorem nocturnum leuis & manifeſta. Per ſagittam volantem in die grauis & occulta. Per negotium ambulans in tenebris, grauis & aperta quę accipitur per demonium meridianū. Ait ergo. (Non timebis a timore nocturno. Hierony. Id eſt a diabolo qui ſemp in tenebris eſt vt percutiat in occultis innocentem. Caſſiodorus. Vel timor nocturnus eſt hęreticorum tenebroſa ſuaſio. Gloſa. Auguſtinus. Vel leuis tentatio & occulta quæ fit ignorantibus. Qui enim ignorans peccat, in nocte peccat, qui vero ſciens i die vnde ſequitur.

quid veritas eſt (margin) · Timor nocturnis (margin)

A Sagitta volāte in die a negotio✠ perambnlante i tenebris, Ab incurſu‡ & demonio meridiano.

vi ✠ Heb. peſte ‡ Hebr. amorſu inſanien tis i die. Sagitta (margin)

Auguſtinus. Gloſa. A ſagitta inquit volante per diem id eſt a leui tentatione quę fit ſciētibus. Caſſiodo. Vel ſagitta volans per diem manifeſta dicitur perſecutio tyrānorum. Hierony. Vel ſermo hęreticorum & prophanorum, qui lucem ſcientię ꝓmittunt, quam nō habent quia in tenebris ſunt. Gloſa. Non timebis etiam a negotio perambulante in tenebris. i. a graui & occulta tētatione. Et ab incurſu & demonio, meridiano, hoc eſt a graui & aperta tentatione. Caſſiodor⁹. Vel negotium meridianum dicitur cum prauo ſtudio perquiritur, vnde bene credentium cordis oculus obcæcatur. (Demonium vero meridianum. Et immane periculum feruore perſecutionis accenſum, vbi ruyna plerumq; metuitur quādo infirmitas humana ſuperatur. Ruyna enim dicta eſt quaſi repetens yma. Bernar. Hugo cardina. Vel hęc eſt, ſunt quattuor tentationes quæ inſurgunt contra eos qui cōuertuntur, quę velut principes ſunt omnium tētationum. Timor nāq; nocturnus primum certamē eſt de moleſtijs corporis. Caro enī indomita, memor recenter perditę libertatis concuſpiſcit aduerſus ſpiritum. Excęcata tenebris noctis, quia ignorat ꝙ non ſunt condigne paſſiones huius ſæculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sagitta volans per diem eſt vana gloria. Primo enim pulſat diabol⁹ a ſiniſtris puſillanimitate deide a dextris humanis laudibus. Cōtra tamen hanc ſagittā vanitatis debet opponi ſcutum veritatis, quia nihil tam contrarium vanitati q̄ veritas. Negotium perambulans in tenebris, eſt ambitio. Subtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, viciorum origo Criminum fomes, tinea ſanctitatis. Cōtēpſit enim ait vanam gloriam quoniam vana eſt. Forte ſolidi⁹ aliqd affectat, forte honores forte diuitias & huiuſmodi Dæmoniū vero meridianū, eſt iniqtas ſub

negotiū meridianum (margin) · Ruyna. (margin) · 4. tentatio. (margin) · Sagitta volans (margin) · Nota. (margin)

imagine virtutū palliata. Cū enim videt calid⁹ hoſtis, quem diligere iuſticiam, & odiſſe iniquitatem malum ſub ſpecie boni ſuadere conatur vt in eo facile quis incurrat. Caſſiodo. Sed quia nichil horū metuere poſſumus quando domino protegente ſaluamur. Ideo ſequitur.

demonium meridianum. (margin)

CAdent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis, ad te autē non appropinquabit.

7 ii. pars. Alia tra. dena milia. (margin)

Gloſa. Hugo car. Secunda pars in qua pręmiſſo caſu de ſe pręſumentium dicit caput Chriſtū in cælo leuatum a nullo poſſe cōtingi. Et pedes ſuos in terra ab angelis cuſtodiri. De his ergo, qui de ſuis præſumunt meritis ait. (Cadēt de latere tuo, o chriſte.) Mille id eſt multi qui relinquentes omnia putabunt ſe tecum iudicaturos ſed non iudicabunt quia de ſe pręſumunt. Caſſiodorus. Non enim hęc dicuntur de beatorum numero, qui prędeſtinati eſſe noſcūtur, ſed de præſumptorib⁹ qui illud ſe conſequi credunt quod minime promerentur. Cadent ergo dicit, hoc eſt ab alta beatitudine corruent quam ſibi temeraria non fidelis anima promittebat a latere tuo id eſt a corona iuſtorum qui cum ipſo ſicut promiſit apoſtolis in reſurrectione iudicabunt. Hugo cardina. Latus enī vocat eos qui ad latus eius ſeſſuri ſunt in iudicio. Vnde cum cardinales a papa mittūť dicūť, legati de latere. Gl. Hic etiam communi ſermone dicitur cum a principe iudices petuntur. Mittite nobis de latere veſtro id eſt qui vobiſcum habent fideliſſima conſilia. Lat⁹ autem inde dicitur eo ꝙ ſub brachio lateat, vnde & latus Chriſti dicti ſunt apoſtoli, & eius imitatores qui omnia relinquerunt & ſecuti ſunt Chriſtū. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodor⁹. Cadent ergo a latere tuo mille, & decem milia a dextris tuis, id eſt plures qui pręſumunt ſe a dextris tuis futuros cadent per demonium meridianum. i. per grauem ęſtum tribulationis. Sed ad te o Chriſte in veris mēbris tuis cum quibus vnum es, qui in membris veris es, nō appropinquabit demonium. Quod & ſi corpus ledat, carnem affligat non tamē fidem. Caſſiodo. Ad te vere non appropinquabit ille qui ſibi regnū dei fallaciter pollicetur, qui reuera longe erit a domino quoniam dū ſpem habet in meritis ſuis ad ſatiſfactionis remedia non recurrit. Hugo cardinalis. Et licet nō appropinquet non tamen erit impugne malis ꝙ nos tribulant, vnde ſequitur.

lat⁹ dei. (margin)

VEruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem✠ peccatorum videbis.

8 ✠ Heb ultionē. (margin)

(Veruntamen inquit oculis tuis conſiderabis.) Hugo cardi. i. oculis tuę diſcretionis diligenter videbis. Non quid fecerunt ſed quid intenderūt, Caſſ. Per oculos enim intelligit illum diuinum conſpectum quo hominum merita iudicantur, dei nāq; conſideratio erit meritorū retributio, vnde ſequitur. (Et retributionem peccatorum videbis.) Hugo cardi. Vt ſcilicet retribuas eis non bonum quod per neſcientes agitur, ſed malum quod faciēdo voluerunt. Caſſiodorus. Videbis inq. i. videri facies. Illa nāq; meritorum in iudicio diſcretio oculorū dei dicitur conſideratio. Auguſtinus. Gloſa. Vnde licet te permittente impij tuos perſequantur, non

oculorū nomine. (margin)

tamen impune. Oculis enim tuis conſiderabis malum quod voluerunt non bonum quod neſciētes fecerunt. Et eis retribues quod meruerunt. Hugo car. dina. Deinde oſtenſo caſu malorum oſtendit q̄ ſecuri erūt boni. Gloſa. Et quaſi dicat nō cadit iuſtus a demonio. Et hoc ideo.

ix ✠ Hebr. habitaculum tuū.

Q Voniam tu es domine ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum.✠

Auguſtinus. Ecce venit ad illud, quare non cadat iuſtus a ruyna, & demonio meridiano. (Quoniam tu es inquit domine ſpes mea.) Caſſiodorus. Reſurgente enim domino reliqua membra retributionis ſpē perceperunt quę erant poſita in morte peccati. (Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.) Auguſt. Gloſa. Id eſt reſurgendo & aſcendendo altum feciſti.i. forte oſtendiſti refugium tuum vt iam ſperēt te ſequi quo tu pręceſſiſti. Multi enim ſic faciunt ſibi refugium dei vt fugiant a malis temporalibus, ſed in alto eſt refugium eius. Hoc eſt valde in occulto, vt ſcilicet fugiatur ad ipſum a ventura ira. (Vel altiſſimū poſuiſti refugium tuum,) Id eſt pro altiſſimis & occultis, vel vitandis vel habendis mihi oſtendiſti ad te fugiendum, ſcilicet pro declinandis peccatis ęternis & pro aſſequendis bonis ęternis. Hugo cardinalis. Et ideo quia tam altum refugium elegiſti.

x ✠ alia li. ✠ lepra

N On accedet ad te malum & flagellum ✠ non appropinquabit tabernaculo tuo.

Hugo cardina. Nō accedet inquit ad te id eſt ad corpus tuum myſticum malum culpę quātum ad animam, quæ ſi immunis fuerit a culpa corpus poſtea immunis erit a pœna. vnde ſequitur. Et flagellum non appropinquabit tabernaculo, tuo, tabernaculū enim vocat corpus, vel de capite Chriſto dicit. Ex quo aſcendiſti. (Iam non accedet ad te malum. Penę (& flagellum) quo ſoles in terra flagellari. (Non appropinquabit tabernaculo tuo. Id eſt carni tuæ, in qua verbum habitans militauit. Caſſiodo. Hic ei beatitudo aſſumptę humanitatis potenter exponitur. Quia licet Chriſtus a iudæis conuicia pertulerit & flagella. Tabernaculo tamen eius, id eſt ſācto corpori nihil mali appropīquare potuit, & merito quia flagellū eſt vltio diuina quod ſolet humana crimina reſecare ſicut alibi legitur. Multa flagella peccatoris. Tale ergo flagellū Chriſto non appropinquauit, quia nihil flagellandū aut caſtigandum habuit. Flagellum enim hic pro opere flagello digno ponitur. Auguſtin⁹. Glo. Tabernaculū autem dei eſt caro Chriſti, in qua pro nobis militauit. ad quam leuatā ſuper cęlos, vt ſit illuc directa ſpes noſtra, non accedunt mala neq; flagella ſicut prius in terra. Cui ideo non appropinquabit flagellum.

Flagella diuina.

Tabernaculū dei.

xi

Q Voniam angelis ſuis mādauit de te. vt cuſtodiant te in omnib⁹ viis tuis.

Caſſiodorus. In his duobus verſib⁹ verba ſunt quę domino Chriſto diabolus de eius diuinitate dubitans cum eum tentare pręſumpſiſſet obiecit. Glo. Qui propter nos tentatus eſt, vt in eo temptatorem vincere diſcamus. Hugo cardina. (Quoniam inquit angelis ſuis mandauit de te.) Deus pater ſcilicet, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis, hoc de domino Chriſto dictum eſt ſecundum humanam infirmitatem. Caſſiodo. Quod enim legitur angelis mādatum, vt cum debeant cuſtodire humanę infirmitatis eſt, vnde & dicitur in euangelio, q̄ apparuit illi angelus de cęlo confortās eum Hugo cardina. Et q̄ accedentes angeli miniſtrabant ei. Hierony Dyabolus autem Chriſtū tentando nō appoſuit hanc clauſulā. vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Sciebat enim hoc cōtra ſe eſſe nam tunc potuiſſet ſibi dominus reſpondere. Si cuſtodit me dominus in omnib⁹ viis, ergo & a te cuſtodior. Tacuit ergo quod ſciebat contra ſe eſſe, & poſuit quod pro ſe erat. Sequitur.

I N manibus portabunt ✠ te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 12 ✠ alia li. tollet ne vnq̄.

Auguſti. Gloſa. (In manibus portabunt te) Manibus ſcilicet angelorum quibus ſublatus eſt Chriſtus in cęlum. Non q̄ ſine eis rueret. Hugo cardina. Aut q̄ eorum auxilio i aliquo indigeret, ſed vt creatura creatori ſeruiret. Quod ideo dicimus, ne quis putet āgelos domino meliores, nam & melior eſt qui portatur quā iumētum portans. (Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.) Auguſti. Caſſiodo. Gloſa, Hoc eſt ne pedes capitis in cęlo ſedentis, id eſt euangeliſtę mundum paragrantes offendant in lapidem id eſt in legem, in lapide ſcriptam, & ſine gratia in ea teneantur rei, ſcilicet vt a timore ſoluantur per amorem ſpiritus legem implentes. Hugo cardina. Ideo ergo aſcendit vt ſpiritum ſanctum mitteret fidelibus gratia cuius & amore moleſceret lapis, id eſt lex quę dura erat & importabilis ad quam offēdebant patres noſtri, ſequitur.

S Vper aſpidem & baſiliſcum ambulabis ✠, & conculcabis leonem & draconem. xiii ✠ Hebr. calcabis

Caſſiodo. Gloſa. Poſt oſtenſam humanam infirmitatem in Chriſto, hic diuina Virtus exprimitur quę tantis imperat, & agit de Chriſto ſecundum membra. hęc autem omnia nomina diabolo congruēter aptantur. Aſpis enim eſt dum occulte percutit. Baſiliſcus cum palam venena diſſeminat. Leo dum violēter perſequitur innocentes, (dracho) vero cum negligentes impia voracitate deglutit, quę omnia per aduentum domini pedibus ei⁹, id eſt a ſanctis proſtrata iacuerunt. Auguſtinus. Glo. Aſpis veneno nocet per quam ſignificatur diabol⁹ qui eſt ſerpens qui euam ſeduxit quē calcat eccleſia quę cauet aſtutiā eius. Et ſuper baſiliſcum id eſt regem dęmonum qui velut baſiliſcus nocet flatu, ambulat, & conculcat leonem & drachonem id eſt diabolum, qui leo eſt dum fremit & aperte ſęuit in martyres, draco vero dum occulte inſidiatur per hęreticos, vt corrumpat virginem Chriſti eccleſiam.

diaboli nomina Aſpis baſiliſcus leo.

Q Voniam in me ſperauit ✠ liberabo eum, protegam ✠ eum quoniā cognouit nomen meum. 14. Tertia pars. ✠ alia li. michi adheſit. ✠ Hebr. exaltabo eum.

Gloſa. Hugo cardi. Tertia pars vbi ſunt verba dei quibus eccleſiam conſolatur corpus ſcilicet Chriſti & membra eius, promittens eis & in pręſenti liberationem & in futuro glorificationem, vnde de Chri-

ſto pro ſe vel pro ſuis membris ait. Quoniam in me ſperauit liberabo eum Chriſtum ſcilicet de manu iudęorum,& martires de manu tyrannorum. Protegā eum ſcuto patientię,vt non noceant ei, nec eis crudelium perſecutorum ſęuicię.(Quoniam inquit cognouit nomē meum.)Caſſiodo. In quo cauſam ſuæ protectionis adiunxit cum dicit,quoniam cognouit nomen meum. Cognoſcit autem nomen patris, qui filium non putat eſſe minorem,nec creaturam eum ęſtimat,ſed creatorem. Gloſa. Et ideo protegā,quoniam vere cognouit nomen meum.& quoniam.

15 Alia lra. Inuocauit me. Alii. exaudiam.

Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.

Hugo cardina. Clamauit ad me inquit Chriſtus ſcilicet in paſſione martires ſimiliter in tormentis & agone,& ego exaudiam eum confortando in paſſione & dolore. Gloſa. Et ſi nondum audio eum tamē iam(cum ipſo ſum in tribulatione) Idem. Dum ſcilicet mens deuota in anguſtijs feruenti⁹ tribulatur Hugo cardina. Dans patientiam & conſolationem. Auguſti. Glo. Non eſt ergo timendum tibi in tribulatione. Fides enim in te, deus eſt in te, ſi dormit id eſt tepeſcit in te fides, excita eam & ſaluaberis. Chriſtus nāq; in naui dormiens excitatus eſt a diſcipulis & ſaluati ſunt, ita & tu ſi fidem excitas ſaluaris, nō deſereris.& ſi non eripit quando vis, nō ideo putes te deſeri, eripuit enim tres pueros de igne, ſed qui illos eripuit, nunquid martires deſerit, abſit. Et illos eripit & iſtos. Sed tres pueros liberauit corporaliter vt cōfunderentur ī fideles. Martyres liberat ſpiritualiter, vt imitentur fideles, vnde ſubditur. Eripiam eū quaſi dicat Cū ipſo ſum in tribulatione, & poſt eripiam eum de ſęculo, & glorificabo eum in cęlo, & tunc.

xvi Alia lra. adimpleto

Longitudine dierum replebo eū, oſtendam illi ſalutare meum.

Gloſa.(Lōgitudine inquit dierum.) Id eſt vita ęterna(replebo eum) quia ſufficit quod habebit. Caſſiodo. Longitudo enim dierum vita ęterna eſt quam nullus terminat finis ſed in firmamento ſuo ſtabili robore perſeuerat. Sequitur nunc totius præmij finis qui non habet finem.(Et oſtēdam illi inquit ſalutare meum.) Gloſa, Id eſt Chriſtum in maieſtate ſua, in cuius viſione eſt tota merces noſtra. Hieronymus. Salutare enim dei filius dei eſt. Caſſiodo. Hoc itaq; eſt ꝙ fidelibus in ſumma remuneratione promittitur, quia ſalutare Chriſtum dominum continetur vbi totum deſiderium,& ſpem beatorū implet. Gloſa. Et notandum quia hunc pſalmum frequentat eccleſia p totū ānū. Et maxime in quadrageſima & cothidie ad completorium quod ideofit, quia cū Chriſtus ieiunaret diabolus eum de hoc pſalmo tentauit. Et eius tentationib⁹ a Chriſto ſuperatis vict⁹ abceſſit, vt & nos quo tempore diabolus magis nititur ad decipiendum, eo tempore magis nos laboremus ad reſiſtendum ei.

Longitudo dierū

Salutare dei.

Pſalmus.xci.

Titulus. Palmus cantici in die ſabbati.

Lyra. Secundum hebręos Moyſes fecit hunc pſalmum decantandum in die ſabbati quæ cælebris eſt apud eos in memoriam beneficij creationis. Et ad hunc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam. Caſſiodo. Pſalmus cantici commouet nos, vt in vniuerſis actib⁹ noſtris diuinitati gratias referre debeamus. Dies autem ſabbati requies interpretatur per quam commouemur ab omni praua actione ceſſare. Et feriatos animos a vicijs reddere operum cęleſtium ſanctitate. Auguſt. Glo. Nullum autem aliud canticum tractatur in hoc pſalmo quā in alijs. Sed propter faſtidium animorum eadē diuerſe & varie tractantur, canticum ſcilicet fidei ſpei & charitatis, hortatur ergo propheta, vt hic laboremus ſex dieb⁹ id eſt ſex ętatibus, vt in ſeptimo die id eſt in ſabbato quieſcere valeamus. Triplex autem eſt ſabbatū, ſabbatum ſcilicet temporis ſeptimus dies. Sabbatū ęternitatis ęterna requies,& ſabbatum mentis tranquilitas conſcientię. Hierony. Pſalmus ergo cantici eſt in die ſabbati quando non operamur mundo & operamur deo. Sex enim diebus laboram⁹ in ſeptima quieſcimus. Non ergo poteſt diem ſabbati agere niſi qui ſex dies tranſierit. Gloſa. Hugo cardina. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte per quem notatur ſpiritualis operatio eſt cantici p quod notatur exortatio mentis in die ſabbati id eſt in die feſto, & inquiete mentis pro ęterna requie obtinenda. Et diuiditur in tres partes, in prima oſtendit quomodo bonus imperturbatus agit ſabbatum mentis ſciens a deo omnia bene agi, quod ſtultus non nouit. In ſecunda malos aſſerit perituros vt cęteri timeant ibi. Cū exorti. In tertia dicit iuſtos florere vt gaudeant hac promiſſione deuoti, ibi iuſtus vt palma. Gloſa. Et quia propter futurum ſęculum Chriſtiani ſūm⁹ Ideo quocunq; modo ſe habeant pręſentia grati ſumus vel conſolatione dei per blāda, vel iuſticię per aſpera. Bona enim pręſentia a deo nobis donata cōſolatio ſunt. Cum vero deſunt iuſtitia, in vtroq; ergo ſumus ei grati dicentes.

Triplex ſabbatū

Diuiſio.

Conſolationē terrena adferunt.

1 ✠ Hebr. tūc pſalles nomini dni altiſſimi.

Bonum eſt confiteri domino, & pſallere ✠ nomini tuo altiſſime.

Hugo cardina. Gloſa. Bonum eſt inquit confiteri confeſſione laudis domino in cuius manu ſunt omnia bona, vt mala nobis. Bona deo tribuamus, peruerſi nāq; & perturbati qui ſunt ſine ſabbato mentis bona ſibi tribuunt. Mala vero vel ſathanę quaſi coegerit, vel facto ſtellarum quod eſt accuſare creatorem, vel aperte hoc deo tribuūt quaſi ipſe hoc voluerit. Econtra autem docet iſte pſalm⁹. cōfiteri domino in vtroq;. Et ī peccato tuo quia tu feciſti,& in bono facto quia ipſe fecit. Et ſic pſalles nomini domini gloriam dei quęrens non tuam. Vnde ſubdit,& ſubaudi. (Bonum eſt pſallere nomini tua altiſſime). Hugo cardina. Id eſt operari ad honorem nominis tui. Hierony. Non autem dicit. Bonum eſt pſallere. Et poſtea confiteri. Sed vide ordinem.(Bonum eſt confiteri.) Et bonum eſt(pſallere.) Primum age pœnitentiam & lachrymis dele peccata. Et poſtea canta domino,& illi cōfitere qui ſaluare poteſt. Caſſiodo. Vel tunc domino confitemur cū beneficia quę ſuſcepimus eius ſemper muneribus applicamus. Nec meritorum noſtrorū eſſe dicicim⁹ quod ipſius miſeratione pręſtatur. Pſallere) vero ſignificat pijs operibus domini mādata peragere, vt

ſicut pſalteriū de ſuperioribus ſonat. ita operatio noſtra ad aures diuinitatis aſcēdat. Hugo cardinalis. Bonum itaq; eſt pſallere, & confiteri non propter vanam gloriam, ſed.

2 ✠ Hebr. noctē tua.

AD annunciandum mane miſericordiā tuam, & veritatē ✠ tuam per noctem

(Ad annunciādum inquit mane.) Lyra. Id eſt tempore proſperitatis miſericordiā tuam, quia quicquid proſperi habemus, venit ex dei miſericordia. (Et veritatem tuam.) Id eſt iuſtitiam tuam (per noctem) id eſt tempore tribulationis, quia quicquid aſperi nobis contingit, ex veritate diuinæ iuſtitię procedit. Caſſiodor⁹. Mirabiliter itaq; vita noſtra duobus his eſt ſermonibus concluſa (mane) enim ſignificat gaudium (nox vero) triſtitiam. Et ideo quando in beneficijs eius læti ſumus miſericordiam ipſius annunciare debemus, in tribulationibus vero veritatē, quia merito patimur quod peccatis grauantibus ſuſtinemus. Auguſtin⁹. Gloſa. Quando ergo tibi bene eſt. Gaude deo, quia miſericordia ipſius eſt, & miſericordiā lauda. Et quando male eſt, veritatem lauda. Non de crudelitate deum reprehende. Hugo cardinalis. Bonum itaq; eſt pſallere domino, ſed quomodo pſallendum eſt, ecce.

[Margin: q̄d mane veſpere. — in aduerſis q̄d a: gēdū ac pſperis.]

3 Alia lr̄a. et.

IN decacordo pſalterio, cum cantico in cythara.

Gloſa. Hugo cardinal'. In decacordo inquit pſalterio, id eſt in ſpiritu obſeruantia decem pręceptorū viuificato, ſeu per quorum obſeruātiam ſpiritus, id eſt ratio viuificatur. Auguſtinus. Caſſiodorus. Decacordum enim pſalterium decem pręcepta legis ſunt, ſed cantare in illo opus eſt nō portare, Iudæi enim legem portant, ſed non pſallunt, hi autē pſallunt qui bonum cum ylaritate faciūt. Si enim cum triſtitia bonum facis de te bonum fit non tu facis. Et portas tu potius pſalteriū q̄ cantes in eo. (Bonum eſt ergo pſallere cum cantico in cythara.) Idem. Gloſa. Cum cātico, id eſt in verbo. in cythara id eſt in opere. Si enim bene loqueris tantum, canticum eſt ſine cythara. Si vero operaris & non loqueris. Cythara eſt ſine cantico. Propter hoc & loquere bene, & fac bene ſi vis habere canticum cum cythara. Hugo cardinalis. Et vere bonum eſt ſic pſallere.

4 ✠ Hebr. laudabo.

QVia delectaſti me domine in factura tua, & in operib⁹ manuum tuarum exultabo. ✠

Glo. Bonum itaq; eſt confiteri domino & reliqua quæ dicta ſunt (Quia delectaſti me domine in factura tua.) Id eſt in eo quod in me facis. Tu enim feciſti ſi bene ago, niſi enim hominem formaret deus ad opera bona non nocet homo niſi peccatum. (Et in operib⁹ manuum tuarum exultabo.) Id eſt ſi quid boni ago de te (exultabo) nō in mea fœlicitate. Caſſiodorus. Delectatam itaq; ſe dicit eccleſia in factura domini, quoniam quicquid boni accepit non ſuis meritis, ſed ſuo domino applicauit. Et exultare in dei operibus non in ſua fœlicitate, ſed in ipſius voluntate profitetur. Hieronymus. Caſſiodorus. Gloſa. Vel delectaſti me in factura tua, id eſt in decore mūdialis fabricæ, & in obedientia, & in diſpoſitione, & in cauſis, & in effectibus. (Et in operibus manuum tuarum.) Quibus vtor, vel quæ miror. Lyra. Creaturæ enī a deo productæ ſunt cauſæ exultationis & delectationis hominum, quia factę ſunt in eius obſequium, & quia per eas homo eleuatur ad deum cognoſcendum. Sed quia rationes creaturarum non poteſt homo attingere, ideo ſubditur admiratiue.

[Margin: A deo l'ō na: ab homine malum ſ̄ quod facit homo]

QVam magnificata ſunt opera tua domine, nimis ✠ profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. 5 valde vel ſ̄ialiter.

Caſſiodor⁹. Obſtupeſcit enim propheta vehementius ipſa opera, & domini magnificentiā, dicens. (Quam magnificata ſunt opera tua domine. Hieronym⁹. Gloſa. Et in ſubſtantia, & in forma, & in vi, & in cæteris, vnde ſequitur. (Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.) Quibus ſcilicet talia feciſti & regis vel quibus facis vt boni laborēt, & mali floreant, quod ideo eſt, quia illi ſunt alieni, alij filij. Lyra. Diuina enim ſecreta nō poſſunt attingi ab aliqua creatura virtute propria, & non ſolum prout ſunt in deo, ſed etiam prout ſunt in effectibus mirabilibus. Caſſiodorus. Quapropter illud perfectiſſimæ ſcientiæ genus eſt noſce deum, talia tantaq; præſtare quæ humanus ſenſus non poſſit attingere, ſicut in Abacuch propheta legitur. Conſideraui opera tua & expaui: in his itaq; operibus me delectaſti, ſed.

VIr inſipiēs non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc. 6 Alia lr̄a imprudens.

(Vir inquit inſipiens.) Hugo cardinalis. Cui cæleſtia non ſapiunt. Gloſa. Et qui non prouidet ſibi in futuro, non cognoſcet. (Et ſtultus.) Hugo cardinalis. Qui terrena amat. Auguſtinus. Gloſa. Et qui neſcit ſe cædi, vt ſit hæres dimiſſo exhæredato cui parcitur a flagello (non intelliget hæc) quæ ſequūtur, & quæ dicta ſunt. Caſſiodorus. Inſipiens enim eſt qui cæleſti ſapientia vacuatus, humanis verſutus probatur eſſe pleniſſimus. Iſte vtiq; non cognoſcet opera dei, quia caſuale credit eſſe quod geritur, ſicut quidam Philoſophi dixerunt. Idem. Stultus vero eſt qui nec diuina cognoſcit, nec ipſos ſæculi actus intelligit, quos vulgo brutos vocamus. Hieronymus. Quicūq; ergo in operibus nō intelligit creatorem, iſte inſipiens eſt.

[Margin: Inſipiētes q̄ ſūt — Stultus]

CVm exorti fuerint ✠ peccatores ſicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. 7 ✠ alia lr̄a germinauerunt impij. ſcd'a ps

Gloſa. Hugo cardinal'. Secunda pars, vbi dicit malos perituros vt cæteri timeant. (Cum exorti fuerint inquit.) Id eſt poſtquā exercuerint in temporalibus peccatores (ſicut fœnum.) Lyra. Quod cito areſcit & deſiccatur. Caſſiodorus. Florent enim hic peccatores ſicut fœnum, ſed in illo iudicio celeriter interibūt, vbi humanis aſpectibus corda eorū apparebunt, quæ hic apparere non potuerunt. Vnde ſequitur. (Et apparuerint omnes qui operātur iniquitatem. Hieronymus. Vel apparuerint dicit propter temporis breuitatem. Nihil enim bonum eſt niſi quod æternum eſt. Et quodcunq; finem habet, nec inter bona numerandum eſt.

natiuũ uc numirre annumeratum. Lyra. Vel hoc dicit, quia permittit deus aliquando proſperari temporaliter eos qui operantur iniquitatem, propter aliquod modicũ bonum ipſorum, quod non meretur æternam mercedẽ, ſed tantum temporalem. Vnde ſequitur.

8 VT intereant in ſæculum ſeculi, tu autem altiſſimus in ęternum domine.

Caſſiodorus. Hæc eſt enim cauſa cur appareãt omnes qui operantur iniquitatem, vt ſcilicet (intereãt in ſæculũ ſæculi.) Lyra. Id eſt æternaliter propter ſuas iniquitates. Caſſiodorus. Et ex hoc appareãt non ad gloriam, ſed ad ruynam in quo pulchre expoſita eſt pœna damnatorũ, non enim ſic pereunt vt eſſe iam deſinant, ſed in ſæculũ ſeculi pereunt, qui nunquã a ſuis afflictionibus exuuntur. Lyra. Quod procedit ex alto dei conſilio, ideo ſubditur. Tu autem altiſſimus in æternum domine. Caſſiodorus. Subaudiendũ eſt permanebis. Auguſtin⁹. Gloſa. Expectans deſuper ex æternitate tua, quando tranſeat tempus iniquorum & veniat tempus iuſtorum. Lyra. Tu enim es altiſſimus, & per conſequens potes; prout & quando & quandiu placuerit tibi iniquos multipliciter punire, ideo ſubdit.

ix Alia lr̃a nõ habet iſtud. Quoniã ecce inimici tui. QVoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribũt & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Quoniam inquit ecce inimici tui peribunt.) Caſſiodorus. Dęmonum ſcilicet cultores, vel quicũq; præceptis eius obuiare monſtrãtur, hi namq; inimici dei ſunt. Dei inimici. Gloſa. Blaſphemi etiã & amici mundi inimici ſunt dei. Et qui ab eo adulterãtur amore ſæculi, iſti itaq; peribunt qui modo florent. Hugo cardinalis. Pereunt enim peccatores, quia a vero eſſe recedunt, & fiunt ſocij eius qui non eſt, vel de Iudæis loquitur, qui fuerunt Chriſto inimici, & in vita & poſt mortẽ, ideo bis dicitur. Quoniã ecce inimici tui domine. (Quoniam ecce inimici tui peribunt, ſequitur. (Et diſpergẽtur omnes qui operantur iniquitatem.) Caſſiodorus. In quo exponit qui ſint iſti inimici, qui ſcilicet (operantur iniquitatem) hi ergo diſpergentur, quando a grege domini fuerint ſeparati. quia illic congregari nequeunt, niſi qui domino deuotiſſima intentione placuerunt. Hugo cardinal'. Vel hoc dictum eſt de Iudæis, qui diſperſi ſunt per Titum & Veſpaſianum. Gloſa. Si itaq; illi peribunt, quæ ergo ſpes tibi eſt qui pateris, ecce.

x Hebr. in oleo vberi. ET exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum, & ſenectus mea in miſericordia ✠ vberi.

Hugo cardina. Et exaltabitur inquit cornu meum id eſt Chriſtus ſicut vnicornis. Per cornu enim qui de carne naſcitur, & carnem excedit Chriſtus ſignificatur qui de carne natus carnẽ exceſſit, quia carnales motus non habuit nec purus homo fuit. hic in iudicio exaltabitͣ ſicut vnicornis ſuper inimicos ſuos. Et ventilabit eos, & ad pœnas impinget cornu ſuo. cornu quid. Hierony. Vel cornu dicitur Chriſtus his qui credũt in eum, qui cornib⁹ crucis ſuæ ventilauit inimicos in eius figuram, nullum animal in templo immolabatur niſi haberet cornua. vnde thaurus, hyrcus, & aries immolabantur, quia cornuti erant in quo datur intelligi, q; niſi quis cornu habuerit, in quo inimicos ventilet non eſt dignus immolari deo. Sequitur. (Et ſenectus mea in miſericordia vberi. Hugo cardina. Et ſenectus mea inquit, id eſt nouiſſima mea, in miſericordia vberi, id eſt in vbertate cæleſtis patriæ quã ex miſericordia dabit mihi dominus. Auguſtinus. Gloſa. Quod enim modo patitur eccleſia, in laborib⁹, in erumnis, in vigilijs, in fame, in ſiti. Et huiuſmodi iuuentus eſt. Senectus vero, id eſt nouiſſima ipſius in lętitia erunt, vnde quod eſt caput ſenis. hoc erunt opera noſtra. Idem. Caſſiodorus. (Senectus) namq; candidũ caput habet, quæ ſimilitudo recte datur eccleſiæ, quoniam omnia merita ſanctorum tanquã cani capitis puriſſima luce fulgebũt, cuius ſenectus ad vitam perducit perpetuam. Hugo cardinal'. Propter ſpem itaq; huius miſericordiæ hoc dicit eccleſia.

xi ‡ Hebr. inſidiantes. Alia lr̃a reſpexit. ET deſpexit ocul⁹ me⁹ inimicos ‡ meos, & inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Hugo cardinalis. Et propter hanc ſpem, ſcilicet. (Deſpexit oculus meus.) Iam videns Chriſtum occurrentem mihi (Inimicos meos.) Dæmones videlicet & vitia. Caſſiodorus. Vel inimici eccleſiæ ſunt quos ſupra dixit operarios iniquitatis, quos tunc deſpiciet deus quando in ſiniſtra parte ſegregatos ſe eſſe cognoſcent. Sequitur. (Et inſurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea.) Caſſiodorus. Inſurgentes ſunt malignantes diuites huius ſæculi, qui hic paupertatem eccleſiæ impia elatione deſpiciũt, quos audiẽt aures omniũ fideliũ, quãdo dicẽt. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra? Aut quid diuitiarũ iactãtia cõtulit nobis? Ibi enĩ audiuntur ſua vota damnãtes qui ſe in hoc ſæculo beatos æſtimabãt. Hugo car. Vel eos audiet dominus inſurgentes, ſed non exaudiet.

xii Alia lr̃a vt & alia veluti. 3. pars. Alia q̃ in libano ẽ. IVſt⁹ vt palma florebit, ſicut cedr⁹ libani multiplicabitur.

Gloſa. Hugo cardinal'. Tertia pars, in qua dicit iuſtos florere, vt hac promiſſione deuoti gaudeant. (Iuſtus inquit vt palma florebit.) Hugo cardinal'. Hic flore virtutum vt in futuro dulciſſimum afferat fructum. Caſſiodorus. Fœno enim ſupra comparati ſunt peccatores quod delectabili quidem viriditate oritur, ſed celerrimo fine ſiccatur, hic vero iuſtum digniſſime comparat palmæ quę ſupra terram hiſpida eſt, ſed vbi ad ſuperna proceſſerit dulciſſimorum fructuũ ſuauitate completur. Et quaſi quibuſdã radijs ornata diſtẽditur ſic iuſtorũ cõuerſatio. In hoc mũdo duris eſt laboribus plena, ſed in ſupernis probatur eſſe pulcherrima. Et dicitur palma quaſi pacis alma. Palma. Deinde ſequitur alia cõparatio. (Sicut cedrus libani multiplicabitur.) Idem In quo cõparat iuſtũ credo quę multo palmis probatur excelſior. Cedrus enim lignũ eſt bene olens. Ad pondera portanda fortiſſimũ, quod licet procerum vbiq; naſcatur, in libano tamen monte celſius inuenitur. Auguſtin⁹. Gloſa. His ergo arboribus recte iuſti comparãtur, quia hæ arbores non

areſcunt æſtate ſicut fœnum cui impius compara
Chorus, q ugnat. tur, quia cito areſcit, vel per cedrum quæ imputri-
bilis eſt, ſtola immortalitatis ſanctorum deſigna-
tur, & quia non vnus eſt, ſed multi qui florebunt,
ideo pluraliter ſubdit.

13 ✠ Heb. germinabunt. PLantati in domo domini, in atrijs domus dei florebunt. ✠

Hugo cardinalis. (Plantati inquit.) Per fidem & charitatem. (In domo domini) id eſt in eccleſia. Caſſiodorus. In qua dum plantatio dicitur præ deſtinatio domini ſignificatur. Quia niſi quis in ea plantatus fuerit crementum fœliciſſimum non habebit. Gloſa. Plantati ergo nunc in domo domini, id eſt in eccleſia vbi eſt aſpera radix palmæ. In atrijs domus dei noſtri florebũt, id eſt in atrijs cæli. Caſſiodorus. Atrium enim initium dicitur manſionis, domus autem interiora membra deſignat. In atrijs ergo domini iuſtus merito florebit, quando in illo reſurrectionis initio auditi muneris fœlicitate gaudebit, cum ſcilicet audiet. Venite benedicti patris mei. Hugo cardinalis. Et poſſet aliquis dicere, modo pauci ſunt plantati & florentes. Ad hoc reſpondet.

Atrium.

14 ✠ alia li. tranquille erunt. Hebrai. fructificabũt in senectute: pingues et frondentes erũt. ADhuc multiplicabuntur ✠ in ſenecta vberi, & bene patiẽtes erũt vt annuncient.

Hugo cardinalis. Adhuc, quaſi dicat. Licet modo pauci ſint, tamen adhuc aliquo tempore multiplicabuntur in ſenecta vberi quando reliquię conuertentur. Gloſa. Eccleſia namq; magis incipit eſſe vberrima cum ad finem ſęculi erit perducta. Tunc enim ſanctorum numerus creſcit. Caſſiodorus. Et perſecutionibus crebris agitatur, vt cito prædeſtinatorum numerus impleatur. (Et bene patientes erunt.) Hugo cardinalis. Apoſtoli ſcilicet & martyres (vt annuncient) veritatem de deo, hic & in futuro, & hoc eſt ſabbatum, vnde habet titulum pſalmus. Auguſtin⁹. Gloſa. Cedrus enim & palma nec tempeſtatibus curuantur, ſed tranquilli ſunt vt annuncient, ſed quid annunciabunt, ecce.

15 Alia non hab; d.⁹ nẽ vi for titudo. QVoniã rectus dominus deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.

Caſſiodo. Quoniam inquit rectus dominus deus noſter qui ſeruis ſuis promiſſa dona compleuit. Hugo cardinalis. Eos ſcilicet remunerans qui pro eo patiuntur. (Et non eſt iniquitas in eo.) Caſſiodorus. Vt ſcilicet in hoc mundo, pro ſe permittat periclitari quos ibi non ornabit corona martyrij. Auguſtinus. Si ergo plantati eſtis in domo domini, ſi vultis florere ſicut palma, & multiplicari ſicut cedrus. Et non areſcere ſicut fœnum. Nolite moueri ſi peccatores hic florent & iuſti puniantur. Quoniã rectus dominus deus noſter, qui illos hic premiat vt puniat. Iſtos vero hic punit vt inde premiet.

Pſalmus.xcij.

¶ Titulus.

Laus cantici ipſi Dauid in diem ante ſabbatum, quando fundata eſt terra.

Lyra. Exponit hunc pſalmũ de regno Chriſti. De quo prophetauit Moyſes.

Hieronymus. Iſte pſalmus vocem continet prophetæ virtutem atq; magnificentiam domini decantantis. Caſſiodorus. (Canticum) ad laudem pertinet diuinitatis (ipſi Dauid) Chriſto aptatur, qui vere dicitur magna fortis & deſiderabilis (In diem ante ſabbatum.) Hoc eſt ſexta feria quæ ſabbatũ pręcedit (quando fundata eſt terra) id eſt homo de quo dicitur. Terra es, & in terram ibis. hominem enim inter initia rerum. Sexto die creator condidit. Idem. Auguſti. Gloſa. Et ſicut ſexto die deus fecit hominem, ita ſexta ætate veniens hominem reparauit. Et ideo in pſalmo iſto laus incarnationis Chriſti continetur. Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Et diuiditur in ſeptẽ partes. In prima, locus eſt laudis a pulchritudine (ibi decorem.) In ſecunda, a fortitudine. ibi. (indutus eſt.) In tertia, ab operibus. ibi. (Etenim.) In quarta, a poteſtate. ibi. (parata.) In quinta, a laudib⁹ vniuerſitatis. ibi. (eleuauerunt.) In ſexta, a veritate dictorũ. ibi. (Teſtimonia.) In ſeptima, a laude domus. (Ibi domũ tuam.) Gloſa. Propheta ergo ad laudem domini, monens demonſtratiuo genere vtitur, dicens.

Canticum cõ uenit .t.

Pſalmi. Diuiſio.

1 Primus locus a pulchritudine laudis. ✠ alia li. gloria. DOminus regnauit decorem ✠ indutus eſt, indutus eſt dominus fortitudinem & præcinxit ſe.

Caſſiodorus. Quæ enim ventura erant propheta cõmemorans regnaturũ dominum magna exultatione cõcelebrat, dicens. (Dominus regnauit.) Lyra. Hoc eſt domin⁹ Chriſtus verus homo & verus deus regnauit, quia in reſurrectione ſua poteſtatem ſuper omnem creaturam accepit. Gloſa. Hugo cardinalis. Et rex eſſe innotuit per miraculorum exhibitionẽ, vel per reſurrectionem & apoſtolorum prædicationẽ. Deinde ſecundum locum laudis exponens ſubdit (Decorem indutus eſt.) Hieronymus. Cum reſurgens a mortuis ſanctorum ſibi chorum adiunxit. Caſſiodorus. Vel decorem induit, quando transfiguratus in monte Thabor, coram diſcipulis pulchritudinẽ ſuæ maieſtatis oſtendit. Lyra. Vel cum corpus eius paſſibile & mortale & deturpatum in paſſione. In reſurrectione fuit glorioſum & ſic decoratum, tunc vero. (Indutus eſt dominus fortitudinem.) Dum corpus eius ſuæ diuinitatis indumentum factum eſt immortale & impaſſibile. Hierony. Vel quia dyabolum oppreſſit. Caſſiodor⁹. Gloſa. Vel quando Iudęis eum capere volentibus. Reſpõdit ego ſum, & illi retro abierũt & corruerunt, tunc enim amicis decorem, inimicis vero fortitudinem oſtẽdit, & his duobus (præcinxit ſe.) Hierony. Quando multitudine angelica circundatus remeauit ad patrem. Caſſiodo. Vel illud forte ſignificat quando præcinxit ſe lintheo & pedes diſcipulorũ lauit Gloſa. Vnde nõ ait, cinxit, vel ſuccinxit vel accinxit, ſed præcinxit, cingimur namq; operaturi, accingimur pugnaturi, ſuccingimur ituri, ſed pręcingimur miniſtraturi. Lyra. Vel præcinxit ſe quia tã quam fortis pręcinctus in inferno detentos potẽter eduxit, & ad cęleſtia deduxit.

Secũd⁹ locus a fortitudine.

Cingo Accingo Succigo differũt.

2 Tertius locus ab operib⁹. Hebrai. appēdit.

ET enim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.

Auguſtinus. Gloſa. Hic eſt tertius locus ab operibus, quaſi dicat decorem & fortitudinem induit vtiq; ad hoc vt fundaret terrā vnde addit. (Etenim firmauit orbem terræ.) Caſſiodorus. Id eſt eccleſiam quam firmauit quando in euangelio dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Hugo cardinalis. Quæ orbis terræ merito dicitur, quia ſicut extra orbem nihil corporaliter, ita extra eccleſiam nihil ſpiritualiter viuit. (Qui non commouebitur.) Hieronymus. Inſtabilis namq; & mobilis eſſet adhuc eccleſia, niſi ſua fuiſſet reſurrectione firmata. Caſſiodorus. Vera laus mirabile præconiū, vt terra illa quæ ſignificat eccleſiam, toto orbe diffuſam vllatenus non commoueatur quāuis iſta frequenti concuſſione vexetur. Hugo cardinalis. Nauis enim Petri licet concutiatur fluctibus, tamē ſubmergi non poteſt. Gloſa. Hugo cardinalis. Sequitur quartus locus a iudiciaria poteſtate.

Orbis cur eccleſia dicatur.

Quart⁹ loc⁹ a iudiciaria poteſtate.

PArata ſedes tua, ex tunc a ſæculo tu es.

3 dei ſedes Hebrai. firmū ſolium tuū

Hieronymus. Parata eſt inquit ſedes tua, in animabus ſanctis quas prælegiſti ante conſtitutionem mundi vt eſſent genus electum. Caſſiodorus. Sedes enim eius eſt mens fideliū, ſicut ſcriptum eſt, ſuper quem requieſcet ſpirit⁹ meus. Niſi ſuper humilem & trementem verba mea. Et quietum. Gloſa. Vnde anima tranquilla & humilis ſedes dei eſt. Eſto ergo humilis & quiet⁹, vt in te habitet deus, vel illam ſedem vult intelligi qua ſedet ad dexteram patris. Vnde ſi ſedes accipiatur pro animabus ſanctis, ſeu mētibus fidelium. (Parata eſt ſedes tua ex tunc) id eſt ab incarnatione Chriſti. Hugo cardinalis. (Vel vt parata eſt ſedes tua) id eſt poteſtas iudiciaria (ex tunc) id eſt ab æterno. Auguſtinus. Gloſa. Vnde ne putes eum tunc cœpiſſe quando natus venit addit a ſæculo tu es, id eſt ab æterno. Caſſiodor⁹. In quo deitatem oſtendit in Chriſto, qua coeternus regnans cum patre neſcit eſſe ſub tempore. Hugo cardinalis. Sequitur quintus locus in quo commendat eum a laudis vniuerſitate, dicens.

Quint⁹ locus a laudis vniuerſitate.

4 alia voces ſuas

ELeuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Gloſa. Flumina iſta ſunt apoſtoli, qui de ſpiritu ſancto potati ſunt, quorum fluentis prædicationum ariditas gentium irrigatur de quibus in euāgelio dicitur. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ (iſta itaq; flumina vocem ſuam eleuauerunt, quando auctori ſuo laudes obtulerunt. Auguſtinus. Gloſa. Vel quando vocati a conſilio Iudæorum dixerunt, non poſſumus non loqui quæ audiuimus, & vidimus. Vel quando emiſſi a conſilio ipſis leuantibus voces ſuas multi crediderunt. Hugo cardinal'. Quod autem repetita voce dictum eſt eleuauerunt flumina, hoc ad maiorem expreſſionem dictum eſt. Et quia iſta flumina multas habuerunt reſiſtentias, ideo ſequitur.

ELeuauerūt flumina fluctus ✠ ſuos a vocibus aquarum multarum. 5

✠ Hebr. gurgites

Auguſtinus, Caſſiodorus. Gloſa. Iſta verba, eleuauerunt flumina fluctus ſuos, deſinit in alijs codicibus. Et in editione. lxx. Et quod ſequitur a vocibus aquarum multarum, iungitur cum verſu præcedenti. Hugo cardinalis. Eleuauerūt ergo flumina prædicta fluctus ſuos, id eſt torrentes & impetuoſas prædicationes, & ſicut flumina quando inueniunt obicem impetum, faciunt & tumultum, ſic & apoſtoli fecerunt cum inhiberetur eis ne loquerentur nec docerent in nomine Ieſu inhiberetur dico. (A vocibus aquarum multarum.) Hieronymus. Id eſt detrahentiū populorum. Hugo cardinalis. Et prædicationi apoſtolicæ reſiſtentium. Quibus non tantū reſtiterūt. Sed eos perſequuti ſunt, vnde ſubiungit.

MIrabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. 6

Alia lectura grandes fluctus.

Gloſa. Hugo cardinalis. Mirabiles inquit elationes maris, id eſt gentilitatis & ſeculi huius quod cœpit iraſci & proſequi fideles. Caſſiodorus. Vel per elationes maris ſapientes populos in eccleſia catholica voluit intelligi, quorum mirabiles elationes tunc fiunt, quando in mandatis dei firmamente conſiſtunt (Mirabilis in altis dominus.) Hieronymus. Reſidens ad dexteram patris. Auguſtinus. Gloſa. Mirabilis namq; eſt quando ambulat ſuper aquas maris, id eſt ſuper capita poteſtatū & regum terræ, quos ſubiūgat & premit vt ſit pax eccleſiæ. Hugo cardinalis. Et quia mirabilis eſt in altis dominus, & humiles reſpicit & confortat vt promiſit bene ſubiungitur.

Elatio maris.

TEſtimonia tua credibilia ✠ facta ſunt nimis, domum tuam decet ſanctitudo ‡ domine in longitudinem dierum. 7

Sextus locus a veritate dictorū.

✠ Hebr. fidelia.

‡ Hebr. alia ſanctificatio

Hugo cardinal'. (Teſtimonia inquit tua) id eſt verba quib⁹ ꝓmiſiſti tuos tueri (credibilia facta ſunt nimis) quia quod promiſiſti, impleuiſti, & eſt iſte ſextus locus qui eſt a veritate dictorum. Caſſiodorus. Teſtimonia namq; prophetarum (nimis credibilia facta ſunt.) Dum incarnatio verbi, quę per eos prædicta fuerat, mundo ſalutaris apparuit, in quo reuelata ſunt, quę in ſacris eorum libris tenebantur occulta. Hugo cardinalis. Iſtud namq; aduerbium nimis, abundātiam non ſuperfluitatem ſignificat. Sequitur (domum tuam decet ſanctitudo domine.) Caſſiodorus. Domus domini eſt vniuerſalis eccleſia, quæ mundi ambitū noſcitur conſtitua quam decet ſanctitudo, id eſt aduentus Chriſti copioſa benedictio, quo aduentu eam ſic ornat vt illam nunquā deſerat, ſic componit vt nullatenus diſſipetur, cuius decus non ad momentum tribuitur, ſed ſub ęternitate pręſtatur. Vnde ſequitur (In longitudinem dierum.) Idem. Longitudo enim dierum ęternitatem ſignificat quę nullo poteſt fine cōcludi. Nam ſicut quidā dicit, longum non eſt in quo eſt aliquid extremum. Gloſa. Cantatur autem iſte pſalmus. In matutinis laudibus ante alios, quia. Chriſti laudes, et laudis locos pleniſſime licet breuibus verbis continet.

Septimus loc⁹ a laude domus.

¶Pſalmus.xciij.

¶Titulus.
Pſalmus Dauid.
Quarta ſabbati.

Caſſiodorus. Pſalmus Dauid quid ſignificet iam ſatis notum eſt. Quarta ſabbati, eſt a ſabbato quarta feria quo die domin⁹ in principio mundi luminaria cæli mirabili diſpoſitione conſtituit. Luminaria itaque iſta ſunt ſancti, de quibus pſalmus iſte dicturus eſt, qui merito cęli luminaribus comparantur, quoniam in terra cæleſti conuerſatione reſplendēt, de quorum patientia pſalmus iſte plurimum narrat. Auguſti. Gloſa. Infirmis enim qui corde vel verbis in deum murmurant, videtur hęc pręſentia deus negligere, vbi indiſcrete bona & mala, bonis & malis dantur. Et amplius bona malis, & mala bonis, vel videt̃ ęque malos & bonos habere, vel etiā amplius malis fauere. Et propter hoc, aduerſus deum impatientes murmurāt, quaſi fruſtra ſint boni. Sancti vero qui lucent in medio nationis prauæ & peruerſæ, ſine murmuratione fixi in cælo, deſpiciunt quæ in terra ſunt. Vnde totus hic pſalm⁹ intentione mouet ad patientiam. Et diuiditur in tres partes. In prima propheta querimoniam infirmorum, quæ eſt de gloria peccatorum aſſumit præmittens. vnde illa ſanetur, ſcilicet quia deus vindicatur⁹ eſt in illos. In ſecūda, contra blaſphemos inuehitur, oſtendens deum ſcire hoc & curare, qui prudenter & iuſte de bonis & de malis diſponit, vt dum illis fouea foditur, patientes efficiantur edocti, hoc conſilium malis incognitū. ibi (Intelligite.) In tertia, oſtendit ꝙ ab iniquis iuſti paſſi fluctuant, quibus modo refugium eſt deus futurus vindex peccantium. Ibi. (Quis conſurget mihi?) Gloſa. Contra blaſphemos ergo qui putant deum non vindicare præmittit, dicens.

Lyra. Dicit ꝙ Moyſes fecit hunc pſalmum ad reuocandum ab errore eos qui dicebant ꝙ iſta inferiora propter eorum variabilitatem non ſubiacent diuinæ prouidentię. Et maxime actus humani. Oſtendendo ꝙ diuina prouidētia ad iſta inferiora. Et ad actus humanos ſe extēdit, & ſecundum hoc proſequit̃ expoſitionem iſtius pſalmi.

Quarta ſabbatū. *Celi luminaria.* *Pſalmi diuiſio.*

1 Deus vltionum dominus, deus vltionum libere egit. ✠ *✠ Hebr. oſtēdere*

Caſſiodor⁹. Deus terribile nomen eſt, quoniā ex timore deſcendit. Glo. Et quia non putabatur vindicare in malos, in quos tamen vere vindicat addidit. (Vltionum dominus.) Lyra. Id eſt punitionum iuſte procedentium. Caſſiodorus. (Deus) inquā (vltionum dominus.) Ipſe eſt dominus Chriſtus ſaluator noſter, qui iudicaturus eſt mundum & vltionibus iuſtis affligere veniet obſtinatos. vnde repetit iterum. (Deus vltionū libere egit.) Idem. Id eſt nullo impediente totum mundū iudicabit. Lyra. Quia non eſt ſubditus alicui legi. Hieronymus. Quid igitur cupis te vindicare? O homo cum habeas vltorem deum. Gloſa. Quod ſi aliquis in te peccauerit non optes vindictā, ne tu pecces deterius blaſphemās deum, putans eum dormire & hominem non videre, nec vindicare in malos. Nō igitur optes vindictam, quæ ſi venerit forſan te prius inueniet. Gloſa. Vel libere egit, quia in carne loquens nulli pepercit. Quid ergo in iudicio faciet? Vtiq; qui iudicandus non pepercit in verbo. Ita iudicaturus non parcet in facto. Vnde conuerſus ad deum ait. *Deo vindictam.*

2 Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem ✠ ſuperbis. *✠ Heb. viciſſitudinem.*

Hugo cardinalis. Conuertēs enim ſe propheta ad dominum, quaſi deſiderās iudicium ad vindictam malorum, ait. (Exaltare.) Lyra. Oſtende tuam potentiam. Caſſiodorus. Non tamen ſunt hæc imperatiua verba, ſed per hęc ſentētia certi animi, & deuotio deſiderantis oſtenditur. (Exaltare inquā tu qui iudicas terram.) Idem. Hugo cardi. Id eſt terrenos & terrena ſapientes, non cælum, id eſt cęleſtes qui non iudicabuntur ſed iudicabunt. Lyra. Exaltare ergo qui iudicas terram, inferendo peccatoribus pœnam. Caſſiodor⁹. Quod vt de impijs deberet intelligi ſubiunxit (Redde retributionē ſuperbis.) Idem. Id eſt his qui in ſua malignitate deficiunt, nec aliqua ſatiſfactione ad dei miſericordiā perueniunt, quibus retributio reddetur cum audierint. Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt dyabolo, & angelis eius. Hugo cardinal. Dicendo autem (ſuperbis) omnem peccatorem includit, quia omne peccatū ortum habet a ſuperbia. Gloſa. Ideo autem dico redde. Quia. *Omne crimē viſ*

Vſquequo peccatores domine vſquequo peccatores gloriabunt̃. ✠ *✠ alia li. exultabunt.*

Hieronym⁹. Impatiētia namq; humana non vult deum habere patiētiam. vnde dicit vſquequo peccatores domine vſquequo peccatores gloriabuntur. Non enim eis ſufficit peccare, ſed etiam in peccatis gloriātur, quorum prima infœlicitas eſt peccare, ſecūda vero infœlicitas ymo nouiſſima eſt nō agere pœnitentiam, quod gloriabundis in malitia ſua euenire ſolet. Caſſiodorus. Gloſa. Repetitio autem iſta dolorem diurnę expectationis ſignificat, quia bonis grauis eſt iactātia malorum. Hieronymus. Qui non ſolum non flectunt ceruicem, ſed libere poſt peccatum ſuum gloriantur. Vnde ſequitur. *Infelicitas multiplex.*

Effabuntur ✠ & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam. *✠ Hebr. Emanent loquentes antiquū. garrient oēs q̄ operātur iniquitatē.*

Caſſiodorus. Gloſa Hic exponit eorum peccata. In quo notandum ꝙ vſque in finem diuiſionis ſemper augmenta ſcelerum facit. (Effabuntur inquit & loquentur iniquitatem.) Gloſa. Contra deum dicentes. Deus non curat hæc, vel placent ei quæ facimus. Auguſtinus. Qui enim ſunt qui loquuntur iniquitatem, niſi qui dicunt. Quid nobis proderit ſi iuſte vixerimus, aut quid illis profuit, qui in hac vita conuerſati ſunt innocenter, qui vt ceteri mortui ſunt? Hęc. (Inquam loquentur omnes qui operātur iniuſtitiā.) Hiero. Videte ſignū. Qui enim male loquitur, neceſſe eſt vt male faciat. Nā ex habundantia cordis os loquitur. & vbicunq; conſciētia vulnerata eſt, ibi facile in ore

peccatur. Gloſa. Deinde exponit quam iuſtitiam operentur, dicens.

5 POpulum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt.

(Populum tuum inquit domine humiliauerunt.) Augu. Glo. Id eſt omnes qui iuſte viuūt, in quos volunt ſuperbire omnes mali. Caſſio. Per populum enim dei viros intelligit fideles, quos dicit humiliatos, quoniam deo fieri cōtumelias audiebant. Neceſſe eſt enim deuotum famulum dolore cruciari, quando irreuerendiſſimum aliquid de domino cōtingit audire. Gloſa. Qualis autem ſit iſte populus determinat, dicēs. (Et hæreditatem tuam vexauerunt.) Caſſio. Id eſt populos Chriſtianos, quos innumeris cladibus a ſuperbis perſecutoribus conſtat eſſe vexatos. Et nota ꝙ dicit vexatos non perditos, quia ſemper fideles tentatione proficiunt. Et quāto plus illis humana vis ingeritur, tāto amplius defenſio ſuperna præſtatꝰ. Sequitur.

Tentatio prodeſt.

vj Alia lēa proſelitū

VIduam & aduenam interfecerūt, & pupillos occiderunt.

Caſſiodorus. Hic enim vt crimen exaggeret interfectas ait viduas. Aduenas, & pupillos. vt quos dominus tuendos atq; iuuādos eſſe præcepit eis. Manus ſceleratā non parceret. Hugo cardinalis. Viduā inquit & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt ad literam. vel ſpoliando, & auferendo eis ſubſtantiam, de qua viuere habent. Gloſa. Vel per viduam ſignificantur illi, quibus error mortuus eſt. Et aduenas dicit illos, qui non quærunt hic manentem ciuitatem. Et pupillos dicit eos qui ſunt ſine patre dyabolo. Et ſine matre cōcupiſcentia.

Vidua. Aduena Pupillꝰ.

7 Alia lēa neq;.

ET dixerunt non videbit dominus nec intelliget deus Iacob.

Gloſa. Ecce blaſphemiam (Et dixerūt.) Hugo cardinalis. Cum hæc omnia mala facerent (non videbit dominus) mala quę facimus. Caſſiodorꝰ. Aeſtimant enim dementes deum non videre mala illorum cum peccant, quando ſe non ſentiunt ſub celeritate percelli, dum ille piꝰ moderator exclamat. Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Auguſtinꝰ. Gloſa. Et propterea quia nunc tacet non puniendo putant ei placere, vel eum non videre quæ facimus. Aut ſi videt non curare. vnde ſequitur (Nec intelliget.) Hugo cardinalis. Imo negliget iſta, ſi videat deus Iacob, id eſt deus Chriſtianorum. Caſſiodorus. (Deus enim Iacob deus) eſt Chriſtiani populi. Lyra. Putabāt autem iſti ꝙ diuina prouidentia non ſe extenderet ad iſta inferiora. Et ſic ſine fręno timoris dei faciebant horribilia. Hieronymus. Illis vero hoc dicentibus. Videte, ſpiritus ſanctus quid reſpondeat.

Deꝰ Iacob.

8 Alia lēa intelligite nūc q̄ īſipiētes eſtis i populo.

INtelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars vbi contra blaſphemos inuehitur oſtendens deum hoc ſcire, & curare prudenter, & iuſte diſponendo de malis quibus foditur fouea. Et de bonis qui patientes efficiuntur, ꝙ conſilium ſuum malis incognitum ſuis amicis aperit, quaſi dicat vos mali ita dicitis, ſed o peccatores (intelligite) qui eſtis (inſipiētes in populo.) Caſſiodorus. Inſipiētes illos vocans qui in eccleſia conſtituti ſęculi huius fœlicitate mordentur. Vel quia prauas intelligētias ſuas conuenticulis publica voce denunciant. Et docere videntur quod ipſi peſſima intentione didiſcerūt. (Intelligite inquit inſipientes, & ſtulti aliquando ſapite.) Idem. Stultos dicēs, qui veræ religionis expertes aperta contradictione blaſphemant dicentes, nec videre deum quod homines faciūt, nec intelligere quæ delinquunt. Vos igitur ſtulti aduertite pietatem dei, qui talia putatis eum negligere, quæ ſuis præceptis cognoſcitur inhibere.

Inſipiēs

Stultos

ix ✝alia li. non videbit.

QVi plantauit aurem non audiet, Aut qui finxit oculum non conſiderat.

Caſſiodorus. Iſti verſus increpatiue legendi ſunt. (Qui plantauit inquit aurem non audiet.) Gloſa. Quaſi dicat qui tibi fecit vnde audias. Non habet vnde audiat ipſe. (Aut qui finxit oculū, non conſiderat. Vtiq; conſiderat. Nulli enim tantum dedit quantum in ſe habet. Hieronymus. Caſſiodorus. Et notandum ꝙ non dicit. Non habet aurem aut non habet oculum ſed non audiet, non conſiderat vt oſtenderet virtutes audiendi, videndiq; eſſe in deo, & non membra. Hieronymus. Ipſe namq; totus oculus eſt qui omnia videt. Totus manus, quia omnia operatur. Totus pes eſt, quia vbiq; eſt. Et quicquid membra noſtra valent ipſe operatur. Sequitur.

Vis ſenſuum in deo: non ſenſꝰ ipſi

x. QVi corripit ✝ gentes non arguet, qui docet hominem ſcientiam.

erudit.

Hugo. Caſſ. (Qui corripit) inquit, id eſt qui erudit (gentes) per legē ſuam & prophetas. (Non arguet, Arguet) vtiq; in iudicio pro maioribus peccatis. Et puniet qui in præſenti pro minoribꝰ corripit. Aug. Glo. (Vel qui corripit) pro originali. (Non e arguet) pro ſuperadditis (& qui docet hominē ſciētiam. Gloſa. Putas ipſe eſt ſine ea? Aut ipſe neſcit. qui te ſcire facit? Abſit. Caſſio. In eo enim eſt plenitudo ſcientię. Lyra. Vnde abſurdum eſſet dicere ꝙ homines corruptibiles cognoſcant iſta inferiora & deus ignoret. Quia quicquid perfectionis eſt in iſtis inferioribus totum præexiſtit eminentius in prima cauſa. vnde ſequitur.

xi Alia lēa nouit.

DOminus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.

Hugo. Dominꝰ ſcit inquit cogitationes hominū, ergo multo fortius opera. Lyra. Cogitationes enī hominum intra mentem latentes, ipſe cognoſcit etiam vſq; ad minima. Hug. Et etiam ſcit de cogitationibus illis (quoniam vanæ ſunt.) Lyra. Id eſt ad malum pronæ. Caſſiodo. Cogitationes enim talium hominū omnino vaniſſimæ ſunt. vnde bene dictum eſt, dominus nouit, quia ipſi per ſe ipſos noſce non poſſunt, qui prauis cogitationibus occupātur. Vanum autem dicimus quicquid a veritate diſcedit, quicquid vtilem nō habet fructum. Hieronymus. Vna ergo cogitatio fœlix eſt, cogitare de domino. vnde ſequitur.

Vanum

12 Alia lēa vir. Alia ee

BEatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.

Caſſiodo. Contra vanos bene ponitur. beatus. Nã ſicut illi caducis cogitationibus illudũtur. Ita iſti doctrinę cęleſtis veritate firmãtur. (Beatus inquit homo quem tu erudieris domine.) Hierony. Fœlix nãq; eſt qui deo magiſtro vtitur. Caſſiodo. Sed ad hoc qualiter præueniatur exponit dicens (& de lege tua docueris eum). Hiero. Hoc eſt de ſcripturis tuis. Caſſiodo. Tales enim non vanitatibus illuduntur ſed vera doctrinæ qualitate complẽtur. Hieronymus. Hoc autem quid ꝓdeſt vt doceatur ille de lege tua. Sequitur.

xiij ✠ Hebr. quieſcat ‡ Hebr. afflictiones.

VT mitiges ✠ ei a diebus malis ‡, donec fodiatur peccatori fouea.

(Vt mitiges ei inquit a diebus malis.) Hieronym⁹. Scientia nãq; & exercitatio & opera de ſcripturis mitigant nobis dies malos. Caſſiodo. Iſtud enim ſanctę legis conſtat eſſe beneficium vt in aduerſis iſtius mundi Chriſtian⁹ diſcat patiẽtiam qua omnia ei mitigantur aduerſa dies autẽ mali ſunt quãdo inſultare cernuntur iniuſti. Quando perſecutionib⁹ fauet mũdana fœlicitas. Sed vide quid ſequitur expectandum eſſe (donec fodiatur peccatori fouea). Caſſiodo. Hoc eſt cum dies ſepulturę prouenerit, quando iam non ſuperbiẽt impij, nec vlterius de proſperitate gaudebunt, ſed tunc recipient quod hic corrigere diſtulerunt. Gloſa. Vel fœlicitas malorum fouea eſt labor vero bonorum flagellum patris eſt ideo autem fœlicitas eſt fouea, quia cum deus parcit per impunitatem, tunc fit homo elatus. Et cum putat ſe altum cadit. vnde alibi. Deiecisti eos dum alleuarẽtur, ſed ſi illi fouea foditur quid mihi qui laboro. Ecce magnum quid.

14 QVia non repellet dominus plębẽ ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet.

plebs.

Lyra. Quia non repellet inquit dominus plębem ſuam. i. mandatis ſuis obedientem. Caſſiodo. (Plębem nãq; ſuam) dicit fideliſſimos Chriſtianos qui ad dominum tota mentis intentione feſtinãt. Auguſti. Quem autem diligit deus corripit, & flagellat omnem filium quem recipit. Nõ tamen repellit, nam qui flagellat, ad hæreditatem erudit. Vnde ſequitur. (Et hæreditatem ſuam nõ derelinquet.) Lyra. quæ in fidelibus ſibi adhęrentibus conſiſtit quos in præſenti fouet per gratiam & in futuro per gloriam. Caſſio. Hęreditas namq; humana ad ſucceſſorem prioris domini migratione trãffertur hæreditas vero Chriſti licet ſit ei⁹ ſanguine cõquiſita nunq̃ tamen ſuum perdit auctorem ſed cum ipſo nihilominus poſſidetur. Gloſa. Hanc dico hæreditatem non derelinquet.

15 ✠ Heb. ad iuſtitiam reuertetur & ſequentur oẽs recti corde.

QVo adusq; ✠ iuſtitia conuertatur ĩ iudicium, & qui iuxta illam omnes qui recto ſunt corde.

(Quoadusq; inquit iuſtitia cõuertatur in iudiciũ.) Hugo cardina. Id eſt vſq; in finem ſęculi in die iudicij. Caſſiodo. in quo iuſtitia iuſtorum qui hic ꝑſecutionem patiuntur propter Chriſtum (conuertetur in iudicium) quando apoſtoli vel qui eorum meritis proximantur ſederint ſuper duodecim ſedes iudicare cum Chriſto. Et qui nũc iudicantur & condemnantur iniuſte fient iudices aliorum. Hugo cardina. Iſtud autem quoadusq; eſt incluſiuum, quia etiam tunc non derelinquet hęreditatẽ ſuã. Sicut & ſumitr hęc dictio donec ibi. Donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedũ tuorũ. Glo. Idẽ. Sed ne dubites qui ſunt iſti qui fient iudices aliorum, quęrit & ſoluit dicens, & qui iuxta illam, iuſtitiam ſupple, ſunt vel viuunt. Et ad quæſita reſpondet dicens Omnes qui recto ſunt corde, qui ſcilicet voluntatem ſuam omnino ſubijciunt voluntati diuinę (& ad regulam diuinę voluntatis dirigunt. Caſſiodo. Recti enim corde ſunt omnes ſancti qui diuinę regulæ coniuncti deuios non ſequuntur errores. Recti corde

QVis conſurget ✠ michi aduerſus malignantes, aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatem? 16 Diapſalma. iiij. pars. ✠ Hebr. quis ſtabit pro me

Hugo car. Tertia pars in qua oſtendit ꝙ iuſti ab iniquis oppreſſi fluctuant quibus eſt modo refugium deus qui eſt futurus vindex & iudex peccantiũ. Propheta ergo vidẽs malos opprimere bonos in perſona eorum exclamat ad dominum, & petit auxilium dicens. (Quis conſurget mihi aduerſus malignantes)? Caſſiodo. Et quia nullus hominum aduerſus malignos ſpiritus proprijs viribus vincere poteſt interrogatiue dicit. Quis conſurget mihi aduerſus malignãtes? quaſi dicat. Nemo (aut quis ſtabit). Glo. Id eſt perſeuerabit mecum in acie patiens quia ille vincit qui ſuſtinet, perdit vero ille qui ferit, ſtabit dico mecum (aduerſus operantes iniquitatem). Caſſiodo. Idem. q. d. (nullus ſtabit in acie certaturus.) quaſi diuerſis iaculis vulnerandus, vt non defendẽdo ſed patiendo ſtet. Hugo cardi. Nullus inq̃ aduerſus tanta mala cõſurget. Nullus ſtabit vt non vincar ab iniquitate eorum pręter dominum. Gloſa. Homo enim non poteſt ſed dominus, quod per effectum oſtendit dicens.

17 NIſi quia dominus adiuuit me, paulominus habitaſſet in inferno anima mea. 17 Aliâ ita inhabitauerat.

(Niſi quia dominus inquit adiuuit me.) Lyra. i. niſi mihi affuiſſet dei auxilium ſpeciale. (Paulominus habitaſſet in inferno anima mea). Caſſiodo. i. in illam foueam protinus incidiſſem. in qua peccatores certum eſt demergi poſſe. Auguſti. Gloſa. Iã enim prope rueram in illam foſſam quæ paratur peccatoribus, iam nutaban, iam prope conſentiebam malis. Caſſiodo. Vaniſq; perſuaſionibus potuiſſet anima mea decipi niſi meruiſſet a domino liberari. Sed.

SI dicebam motus eſt pes meus, miſericordia tua domine adiuuabat me. ✠ 18 ✠ alia li. ſuſtentabat me

Caſſiodo. In quo beneficium celerrimę confeſſionis oſtenditur, vt cum lapſum ſe diceret ſtatim munera diuina ſentiret. Tantum enim valet in principijs accelerata confeſſio, vt ante indulgentia pręueniat q̃ pœna percellat (Si dicebant inquit). Hugo cardi. Confitendo motus eſt pes meus. i. lapſus ſum in peccatum. (Miſericordia tua domine adiuuabat me.) Peccata dimittens & vitam reſtituens. Auguſtinus. Vide quomodo confeſſionem amat deus. Si igitur cœpiſti moueri, ſi iam cœpiſti flu=

ctuare confitere motum ne plangas ruynam. Exemplo pe.ri qui cum titubaret i mari exclamauit. Domine pereo ſalua me Caſſiodo. Cui quia ſtatim infirmitatem ſuam recognouit, miſericordia diuina aſtluit dum tenſa manus eripuit quē diffidentia cauenda mergebat. Sequitur.

xix Aliter legitur. ✠ aliā li. exortationes.

xix S Ecūdū multitudinē dolorū meorū in corde meo, conſolationes ✠ tuę lętificauerunt animam meam.

Beatus. Hierony. ſic vertit. In multitudine cogitationum mearum quę ſunt in me intrinſecus conſolationes tuæ delectabunt animam meam. Caſſiodor⁹. Multa quidem vulnera, ſed ſufficiens omnino medicina, quia ſecundum dolores aſperos conſolatoria dicit remedia veniſſe. Auguſtinus. Gloſa. Multi dolores & amari, ſed multę conſolationes & ſuaues non deſunt laborāti. Amara vulnera ſed ſuauia medicamenta, & hęc conſolationes ſunt (in corde meo) Hierony. Magnitudo itaq; tribulationum magnitudo pręmiorum eſt, nam quot patimur vulnera tot meremur & coronas. Vnam fudi lachrimā vnā merui conſolationem, decem fudi, decem merui. Quoties egi pęnitentiam toties me conſolatus es.

Appoſitio meriti.

20 Alter legitur.

20 N Vnquid adhęret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto.

Sedes iniquitatis.

(Nunquid inquid adhæret tibi ſedes iniquitatis.) Sic tranſtulit. B.H. Nunquid particeps erit tui thronus inſidiarum fingens laborem in pręcepto. Hugo cardina. Id eſt iniquus homo. O domine qui fingis laborem i pręcepto. i. qui etiā filios & amicos tuos per laborem & tribulationem ſicut per pręceptum corrigis. Et vis q̃ labori obediatur ſicut pręcepto tuo, iniqui autem non obediunt, ſed contradicūt. vnde non adhęrent tibi, nec tibi placent. Caſſiodo. Cū ergo dicit. Nunquid negatiue legendum eſt. Quaſi dicat Nūquid particeps tui erit thronus inſidiarū. Gl. Nemo ei iniqu⁹ ſedet tecū, quia nulla cōmunicatio eſt luci ad tenebras. Caſ. Idē. Sedes aūt iniquitatis eſt mūdi huius voluptuoſa poſſeſſio quæ dn̄o adhærere non poteſt, quādo ſuos famulos ne rebus talibus caperentur admonuit. Auguſti. Gloſa. Et ex hoc intelligo q̃ non hęret tibi aliquis iniquus, quia nec nobis pepercisti a flagello, & hoc eſt. tu es qui fingis. i. facis & formas laborem vel dolorem etiam filijs tuis in præcepto. i. facis q̃ ille labor vel dolor habet vim pręcepti, itaq; ſicut pceptū corrigit, ita dolor flagelli emendat filios. Si igitur (vt Petrus dicit) modo incipit iudiciū a domo dei. i. a fidelibus. Et ſi flagellantur filij, quid debent ſperare ſerui nequiſſimi? Si initium a nobis, quis finis eorum qui non credunt euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Vel quomodo erunt tecum iniqui, cum nec fidelibus tuis a flagello parcas? Hierony. Omnia itaq; pręcepta domini laborem habent, & ſine labore non poſſumus poſſidere regna cęlorum. Vnde nemo dormiens coronatur, nemo ſecurus poſſidet regna cęlorum nemo referto vētre poteſt digne de ieiunijs diſputare. Lyra. Vel. (Nūquid adhęret tibi ſedes iniquitatis.) Id eſt habituatio in malo. (Qui fingis laborem in pręcepto.) Id eſt falſo dicis pręceptum domini te nō poſſe implere. Gloſa. Si igitur fingis laborem in pręcepto, quia de malis nos exerces, & erudis. Qui.

21 C Aptabunt ✠ in animam iuſti, & ſanguinem innocentem condennabunt. 21

✠ Heb. copulabuntur aduerſū animam iuſti.

(Captabunt inquit in animam iuſti.) Caſſiodo. Gloſa. Id eſt captioſe tractabunt, quia qui verā cauſam criminis inuenire nō poſſunt, falſa crimina obijciūt Et cum in anima non poſſint nocere, attamen (ſanguinem innocentem condennabunt). Hugo cardinalis. Male iudicando. Caſſiodo. Et debet iſtud legi cū quadam execratione. Hoc & ad Chriſtum poteſt referri, qui vere innocens pro noſtra redemptione ſententiam iniuſtę condemnationis excepit. Glo. Sed quare hoc permittit deus? Sequitur.

22 E T factus eſt mihi dominus in refugiū, & deus meus in adiutoriū ✠ ſpei meę. 22

✠ alia li. quaſi petra.

Caſſiodo. Hic enim oſtendit nihil valere perſecutiones hominum contra Chriſtum, vel contra martyres Et eo tempore magis dicit ſibi proueniſſe refugiū, quando ſuperbia humanę perſecutionis inflata eſt, quia per hanc illa beatitudo palmę coronaris præparatur. Per hanc nuptialis ſtola conceditur, per hāc cęlorum regna reſerantur. & quicquid deſiderio magno petitur, ipſa potius ſequiente pręſtatur. (Et factus eſt mihi inquit dominus in refugium.) Hugo card. Id eſt per hoc compellor refugere ad dominū. Auguſtinus. Punctus enim tribulatione cœpi quęrere refugium quod in tribulatione ſæculari deſieram quęrere. Quis enim facile recordatur deum qui ſemper fœlix eſt, & ſpe pręſenti gaudet? Recedat ergo ſpes ſęculi, & accedat ſpes dei, vt poſſit dicere. (Et factus eſt mihi dominus in refugium.) Gloſa. Vt ſim ſecur⁹. (Et deus me⁹ in adiutoriū ſpei meę) Auguſti. Caſſio. Glo. Hic enim ſpem habemus, nōdum rem tenemus, ſed ſpem in futuro relinquem⁹, cum iam noſtrum deſiderium poſſidebimus. Hugo cardi. Fit autem dominus adiutoriū ſpei noſtre duobus modis, quia iuuat ad ſperādum, & iuuat ad ſperatum obtinendum. Fit in refugium. vt a malo recedamus. Fit in adiutorium vt bonum faciamus. Et licet mali vtiles ſint bonis (quia eos exercent, & compellunt ad dominum refugere, non tamen ꝓpter hoc immunes erunt a pœna propter mala quę faciunt eis. ſed nihilominus punientur. Vnde ſubiungit & concludit.

Do⁹ refugiū duobus modis eſt.

E T reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malicia eorum diſperdet eos, diſperdet illos dominus deus noſter.

Caſſiod. Et reddet illis inquit iniquitatē ipſorum id eſt retribuet malis ſecundum vota nequitię ſuę non ſecundum illud bonum quod videntur facere neſcientes. Credunt enim ſe perdere, quos ſtatuerunt iniqua voluntate trucidare, quos tamen dum perſequūtur ad cęli cælorum regna tranſmittūt. Idem. Glo. Hoc autem fine omnis dubitatio tollitur. Nam non negligit deus, ſed opportuno tempore retribuit illis, quos dicebatur dominus non videre neq; intelligere. Vnde ſequitur (Et in malicia). Hugo cardi, Id eſt pro malicia eorum. Caſſi.

Hoc autem nomen malicia comprehendit omnia
crimina.ſicut charitas omnes virtutes.(In mali
cia inquit eorum diſperdet eos.) Hugo cardina.
Id eſt diuerſis pœnis perdet. Caſſiodo.Et a ſuo re
gno efficiet alienos,vbi incomprehenſibilem pœ
nam ſuſtinent mali , cum a tanto munere redūtur
extranei.Hugo cardina. Et vt oſtendat ꝙ illos diſ
perdere poterit ſubiungit.(Diſperdet illos domi=
nus deus noſter.Lyra . Cuius prouidentia ad om=
nia ſe extendit q̄tūcūq; minima.Hugo cardinalis.
Quod autem ſecundo diſperdet repetit,ſignificat
ꝙ bis perdet illos in corpore ſcilicet & anima iux
ta illud duplici contritione contere eos.

Pſalmus .xciiij.

Titulus.
Laus cātici ipſi Dauid.

Lyra. Auctor iſti⁹ pſal=
mi iuxta auctoritatem
apoſtoli fuit Dauid. In
quo loquitur de ingreſ
ſu terrę viuētium ape=
riēdo per Chriſtum tē=
pore gratię per ſuā be
nedictam paſſionē, &
ad hunc ſenſum proſe
qtur expoſitionē ſuam

Caſſiodorus. Laus vo=
cis ſignificat deuotionē
(canticum)hylaritatē mē
tis quod in opere pſal=
modiæ vtrumq; debet eſ
ſe ſociatum cantus, offi=
cium lingue noſtræ cō=
iuncto gaudio compleatur,(ipſi Dauid) ſignificat
Chriſtum cui laus iſta cantatur.Hierony.Et cōti
net totus iſte pſalmus vocem prophetę cohortan
tis hominem ad deum toto corde tranſire.Gloſa.
Hugo cardina.Et eſt ſenſus tituli, laus iſta cantici
id eſt deuotionis & hilaritatis fit ipſi Dauid id eſt
Chriſto.Et per hoc patet intentio quę eſt monere
nos ad laudem & exultationem.Et diuiditur pſal
mus iſte in duas partes . In prima ꝓpheta laudes
dei deſcribens inuitat iudęos quos Chriſto reſi=
ſtere præuidebat. In ſecunda ipſe Chriſt⁹ monet
eoſdem iudęos ne obdurentur,ne contigat eis ,vt
patrib⁹ ſuis,ibi nolite obdurare. Itaq; quaſi ad ma
gnas epulas inuitans ait.

Pſalmi ſectio.

1 VEnite exultemus domino, iubi
lemus deo ✠ ſalutari noſtro.

✠ Hebr. laudem⁹ dominū.
✠ Hebr. petre Jeſu noſtro

Caſſiodo.Venite illis dicitur qui lon=
ge poſiti ſentiuntur qui ſe necdum fidei integrita
te populo fideli iunxerunt. Hugo cardina.Venite
inquit paſſib⁹ fidei.quia per fidem appropinqua
tūr Chriſto.Lyra.Non quidem paſſibus corporeis
ſed affectibus mētis per fidem & deuotionē(exul=
temus.)Gloſa.Mente ſcilicet.Lyra. Et non ſolum
interius,ſed etiam exterius deuotionis ſigno(do=
mino.)Gloſa.Non in ſęculo. Caſſiodo . Eſt enim
exultatio huius ſæculi,quę animas infideles occu
pat.Et ideo addidit domino in quo vera exultatio
ne gaudetur,(iubilemus.(Gloſa.Voce.)Caſſiodo.
quaſi gaudium tantum ſit quod verbis dixi non
poſſit , quod tamē int⁹ cōceptū vox extra teſtatur
declarās tātū eſſe gaudiū cui ſermo nō ſuffici.Deo
ſalutari nr̄o.)Ca.Xp̄o ſcilicet q nobis ſalutē moriē
do cōceſſit.Patiēdo exēplū tribuit,reſurgēdo ſalu=
tatia munera cōdonauit. Lyra.Hug. Ipſe ei eſt ve=
r⁹ de⁹ & nr̄a ſal⁹,vnde & Iheſ⁹ nomiat̄.i.ſaluator.

hui⁹ exultatio ſe=culi.

2 PReoccupemus faciem eius in con
feſſione, & ī pſalmis iubilem⁹ ei.

✠ Hebr. i actione gratiar̄ ī

Caſſiodo.Præoccupare eſt aliquid ante facere q̄ il
le poſſit videre qui creditur aduenire.(Preoccupe
mus faciem eius inquit.Gloſa. Id eſt conſpectum
venturi iudicis in confeſſione).Hierony.Vt priuſ
q̄ nobis auerſa facie iraſcatur confiteamur peccata
Lyra.Vel in confeſſione ſuę deitatis & humanita=
tis.Caſſiodo.Faciem autem dicit conſpectum eius
quando tempore iudicij cunctis impijs terribilis
apparebit Confeſſionē vero dicimus duobus mo=
dis accipi,cum ſcilicet laudes ſoluimus. Et quādo
peccata confitemur(quod hic admonet ante iudi=
cium fieri ne veniens diſcutiat, quod nos ſine du
bitatione condennat.Augu.Gl.Ne igitur nos ac=
cuſando pręueniat,& ne quid tūc in nobis ſit diſ=
cutiēdum,præoccupemus faciem eius in cōfeſſio
ne illum laudantes nos accuſantes quę ſunt vota
diſtincta de quibus alibi,Reddam tibi vota mea q̄
diſtinxerunt labia mea , diſtinguit enim vota ſua
qui deum laudat & ſe accuſat.Hugo cardina.Hanc
autem confeſſionē non faciebant iudęi qui ſe lau
dabant & deum accuſabant. (Et in pſalmis iubile=
mus.)Hierony. Pſallentes in cordibus noſtris , &
deo gratias agentes.Hugo cardina.Vel in pſalmis
iubilemus ei.i.bonis operibus ſeruiamus ei in læ
ticia & exultatione mentis.Lyra.Et in laudib⁹ de=
uotis. Cur autem ei iubilare debeamus multiplex
ratio redditur cum dicitur.

p̄cupare.

Duplex confeſſio

QVoniam deus magnus dominus, 3
& rex magnus ſuper omnes de=
os,

Caſſiodorus. Per tres hos verſus cauſas reddit cur
debeat domino iubilari,dicendo enim. (Quoniā
deus magnus)oſtendit nullum eſſe potentiorem.
Magnus quippe non dicitur niſi qui ſummę po=
teſtatis arcē tenere monſtratur. Hierony.Magnus
itaq; eſt domin⁹ deus,quia nullus æquatur magni
tudini.i.potentiæ eius.(Et rex magnus.) Idē qui
omnia regit(ſuper omnes deos.Lyra . Id eſt ſuper
omnes angelos & ꝓphetas dei amicos qui in ſcri
ptura dicuntur dij patticipatiue.Caſſiodo . Vel ſu=
per omnes deos.i. ſuper omnes ſanctos quos ipſe
dominus fecit,vel ſuper illos quos homines fece=
runt Rex eſt magnus omnipotens Chriſtus qui ſte
uera proprie dicitur rex quoniam & creat omnia
& regit vniuerſa.

QVia in manu eius ſunt omnes fi= 4
nes ✠ terrę, & altitudines mon=
tium ipſius ſunt.

✠ Aliali. fūdamēta terre.

Caſſiodo. Gloſa.Poſt magnitudinem domini prę=
dictam, venit ad eius mirabilem infinitanq; cle=
mētiam.quaſi dicat.(deo iubilate quia in manu.)
Lyra. Id eſt in poteſtate(eius ſunt omnes fines ter
ræ.)Caſſio.Id eſt omnes gētes quę Chriſto domi
no fideli deuotione ſubietę ſunt.Hierony. Ipſe ei
pugillo id eſt poteſtate concludit omnem latitudi
nem terræ.(Et altitudines montium ipſius ſunt)
Caſſiodo. Id eſt poteſtates huius ſęculi honoreſq;
terreni quos ideo dicit eſſe domini ne de ipſorum
elatione turbemur.Lyra.Quia poteſt dominus ip
ſos ad nihilum redigere quod probat conſequen=
ter dicens.

5 Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & ſiccam manus eius formauerunt.

Alia lra. aridam: alia habet hic terram. alia finxerunt: alia fundauerũt.

(Quoniam inquit ipſius eſt mare.) Caſſiodorus. Id eſt gentes quę ideo mari comparantur quia in hoc ſęculo diuerſorum viciorum flatibus commouētur Et ipſe fecit illud hoc ideo dicens, vt omnia eiꝰ voluntati cognoſcantur eſſe ſubiecta. (Et ſiccã manus eius formauerunt). Glo. Auguſti. Id eſt aridam terram humanę mentis quę recipit imbrem & fructificat quam non ſinit fluctibus tentationum operari. Caſſio. Nam ſicut arida ſemper eſt terra niſi aut fluuiorũ aut imbrium irrigatione rigetur, ſic & corda noſtra ad bonos fructꝰ arida atqꝫ ſterilia ſunt niſi domini miſericordia compluantur, igitur.

6 Venite adoremus & procidamus, & ploremus ✠ ante dominum qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus deus noſter.

✠ alia li. flectamꝰ genua. ante faciem dñi factoris noſtri.

Hiero. In quo coram illo proſterni, ipſi peccata cũ fletu & lachrimis cõfiteri, iterum atqꝫ iterum ꝓpheta hortatur eos qui ſciunt eſſe deum omnium ſęculorum. Gloſa. Prius autem rudes vocauit ad exultationem. Nunc vero oſtenſa gloria dei vocat ad pœnitentiã quaſi dicat. Quia tanta fecit deus ergo (venite adoremus) Caſſiodorus. Id eſt corporis nos inflexione curuemus. Lyra. (Et adoremus adoratione latrię.) Et procidamus. Caſſiodo. Id eſt ante ipſum nos proſternamus totaqꝫ membrorum effuſione tẽdamur. Lyra. Eum humiliter adorando. Et ploremꝰ peccata noſtra confitendo ante dominum qui fecit nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Caſſiodorus. Magna certe fiducia eſt ante illum gemere qui nos dignatus eſt ſua pietate plaſmare, ante dominũ autem plorare eſt pios fletus effundere, & peſſima facta dannare. Quoniam ſi tota cordis puritate deprecemur eum facit nos qui fecit & reficit,) quia ipſe eſt dominꝰ deus noſter.) Lyra. Dãs ſe nobis per ſuam benedictam incarnationem. Gloſa. Et propterea adorandus, & pro eo etiam quia nos ſumus populus eius. Vnde ſequitur.

ante deũ flere.

7 Et nos populus paſcuę eiꝰ, & oues manus eius. ✠

✠ Hebr. manu. & alia paſcue.

Caſſiodo. In quo bene diffinitum eſt quid ſid populus Chriſtianus, vtiqꝫ populus paſcuę eiꝰ, qui ęternis delicijs fœlici ſorte ſatiatur. Lyra. Et quia ipſe nobis prouidet quodam ſpeciali modo euchariſtię ſcilicet ſacramento (Et oues manus eius.) Hierony. Cuius ſanguine vel redimimur, vel alimur. Aguſtinus. Glo. Ipſe enim fecit nos oues gratia ſua & dicitur hoc ad differentiam ouium quas emimus quę non dicuntur oues manus. Oues ergo manus eiꝰ ſumus non quas emimus, ſed quas ipſe fecit. Hug. cardina. Vnde confidere poſſumus ꝙ nos ad eum reuertentes, ſuſcipiet ad pœnitentiam, & hoc ſub conditione ſequenti.

8 Hodie ſi vocem eius audieritis nolite ob durare corda veſtra.

Caſſiodo. Glo. Hic enim ſubdit vnam conditionem requiſitam ad hoc vt ſint homines vere oues Chriſti hodie inquit. i. tempore gratię, ſi vocem eius audieritis. Nam qui vocem eius nõ audit, nec grex dicitur eius, nec in paſcuis eius collocatur, eius ſcilicet qui per ſe nũc loquitur, qui olim per ſeruum loquebatur. Qui pręcones ante mittebat nunc vero per ſe venire dignatus eſt, vel hodie pro ſemper poſitum eſt quia iugiter audiendus eſt qui ſalutariter monet ac ſi dicatur. Quocunqꝫ tempore vel die eius vocem audieritis. (Nolite obdurare corda veſtra.) Glo. Hugo cardina. Secunda pars vbi monet ipſe Chriſtꝰ iudęos ne obdurentur ne contingat eis vt patribus dicit ergo. O vos iudęi (nolite obdurare corda veſtra) Lyra. Legem euangelicam repellendo. Hugo cardi. Sed emollite ea & flectite ad fidem Chriſti & ad ꝑdicationem apoſtolorum. Caſſiodo. Quia non credẽtium corda omnino lapidea ſunt & vere ſilicibꝰ cõparanda quæ imbrem fructiferum non recipiunt, quia ſterilitatis ſuæ ariditate dureſcunt. Hugo card. Monet ergo eos ne obdurent corda ſua ſicut patres eorum obdurauerunt. vnde ſequitur.

hodie p iugiter.

ſcda ps.

Sicut in irritatione ſecũdum diem tentationis in deſerto, 9

Alia quẽadmodũ in illa amaritudine ſecũdõ diem. alia exacerbatione.

Caſſiodorus. Gloſa. Maieſtas enim Chriſti loquentis obſtinatos terret per patrum ſimilitudinem, vt ſaltem ſic moleſcerent. (Sicut inquit in irritatione). Gloſa. Hugo cardinalis. Facta a parentibus veſtris: ſecundum diem. i. in die tentationis factę in deſerto. Caſſiodorus. Tentatio enim Iudaica ſicut in exodo legitur cõtra Moyſem graui murmuratione ſurrexit cũ dicerent nec eſcam ſibi in deſerto dari, nec aquam potabilem diuina largitate concedi. Rẽ quidem neceſſariam poſtulabant, ſed ideo fuit eorũ deteſtabilis voluntas, quia non eſt credita in diuinitate potentia. Quapropter culpa parentum iſtis repetitur vt iuſta vindicta timeatur. Lyra. Vocatur autẽ illud peccatum irritatio domini, quia viderant tot mirabilia in tranſitu maris rubri, & alijs mirabilibꝰ ꝙ nullomodo debebant dubitare de impletione ꝓmiſſionis diuinę. Hugo cardina. Aggrauat autẽ hic peccatum iudęorum multis modis. Primo a tempore cum dicit. Secundum diem tentationis. Secundo a loco cum dicit in deſerto, vbi magis timere deũ debuiſſent. Tertio ab infidelitate cum dicit.

Vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt & viderunt opera mea. 10

Alia lra. habet hic me

Caſſiodorus. Vbi inquit in deſerto ſcilicet (tentauerunt me.) Gloſa. An poſſem, (patres veſtri). Hugo cardina. dicentes. Nunquid poterit deus parare mẽſam in deſerto. Caſſiodo. Illic enim fragilitas humana deum tentauit, ſed ſtatim virtus diuinitatis apparuit, quando eſca venit ex aere, potus ex lapide. Tũc vtiqꝫ, probauerunt opera mea quando manna illis eſurientibus pluit, quando coturnicum multitudo venit, & aquas lapis dedit. Quod autem addit. Et viderunt infidelitas eorum arguitur dum viderunt & non crediderunt. Sequitur.

Quadraginta annis offenſus fui ✠ generationi illi, & dixi ‡ ſemp hi errant corde. 11

✠ Hebr. diſplicui mihi ‡ alia li. & dixi populus errans corde eſt.

Auguſtinus. Gloſa. Pręſentaui me inquit in ſignis & virtutibus meis, non vno die non duobus ſed qua

dragita annis, vbi per quadraginta annos omnia ſæcula ſignificat. Nam numerus iſte conſtat ex denario qui eſt primus limes numerorū, & ideo plenitudinem ſignificat, & ex quaternario qui ad quatuor tempora refertur vnde ad quadragenariū peruenitur. (Quadraginta dico annis offēſus fui. Glo. Id eſt implacabiliter iratus generationi illi, & merito, Caſſiodo. Gloſa. Nam Chriſtus quadraginta diebus ieiunans, & quadraginta diebus poſt reſurrectionem cum apoſtolis conuerſatus fecit vt tot⁹ crederet mūdus, iudæi vero nec beneficijs quadraginta annorum acquieuerunt. (Et dixi ſemper errant corde.) Hugo car. i. ex voluntate cordis. Lyra. Et talis error eſt affectatus & ſic non aleuiabat ſed magis aggrauabat Hugo cardina. Quia non ex fragilitate ſed ex certa malitia peccabant, vnde addit.

12 ✠ Hebr. ꝗ nō cognoſcēs

ET iſti non cognouerūt vias meas vt iuraui in ira mea. Si intrabūt in requiem meam.

Gloſa. Lyra. (Et iſti inquit non cognouerunt vias meas). i. precepta mea data per Moyſem in quibus debebant ambulare, & hoc malitia eorum eos excęcante. Caſſiodo. Et quia obſtinati reperti ſunt qui ne quadragīta annorum beneficijs credere voluerunt, ideo paratur eis maior ruyna, vnde ſequitur. (Vt iuraui). Lyra Id eſt irreuocabiliter diffiniui in ira mea. i. in effectu vindictę meæ. Caſſiodor⁹. Hic enim iurare dicitur iratus, quia vindictam noſcitur comminari. & hoc iuramentum ad firmitatem pollicitationis manifeſtum eſt pertinere. Gloſa. Vel ideo dicit iuraui in ira mea quia iurat aliquando placidus ſicut iurauit dominus Dauid veritatē ſed quid iurauit, ecce. (ſi intrabūt in requiem meā) quod negatiue legendum eſt. Hugo cardina. i. nō intrabunt in requiem meam ęternam. Caſſiodor⁹. ſed ęterna mors ſuſcipiet eos qui nō meruerūt ad ſatiſfactionis munera peruenire.

Pſalmus. xcv.

¶ Titulus. Pſalmus Dauid quādo domus ędificabatur poſt captiuitatem.

Gloſa. In veteri teſtamento legimus ꝙ domus dei id eſt templū a Babilonis deſtructū poſt ſeptuaginta annos, permittente Cyro ſub Zorobabel & Thu ſacerdote magno reædificatum eſt per quā reędificationem intelligitur reędificatio ſpiritualis templi de quo ait apoſtolus. Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos quod quidem templum a diabolo per peccatum ſubuerſum eſt. Et homo in lege peccati & mortis captiuatus. ſed ꝑ Chriſtū reædificatur hoc templum toto orbe, & homo a captiuitate ne pereat liberatur. Caſſiodo. Deſtructa enim domus ędificatur, quando anima poſt captiuitatem peccati ad intelligentiam veritatis cœpit domino pręſtante remeare, domus autem iſta eſt vniuerſalis eccleſia in qua Chriſtus inhabitat quæ viuis lapidib⁹ ſemper ſtruitur quia quotidie de cōfitentibus ędificationis ſumit augmentum. Nec ædificare deſinit donec vſq; ad finem ſæculi prędeſtinatorum numerus impleatur. Gloſa. De hac itaq; reædificatione, & non de illa actuali agit hic pſalmus. Et eſt ſenſus tituli Pſalmus iſte eſt Dauid qui hic loquitur, agens de hoc quod factū eſt quando domus dei ędificabatur toto orbe poſt captiuitatem quę ſub diabolo fuit per peccatum. Eſt ergo hic laus fidelium de Chriſti incarnatione, & de exaltatione eccleſię. Et diuiditur pſalm⁹ iſte in duas partes. In prima monet omnes vt pro hac ædificatione cantent. Et pręlatos pręcipue vt omnib⁹ eā annuncient. In ſecunda omnes ſimiliter monens alios quaſi ſubditos vt offerāt. Et iterum, prelatos vt prędicent primū & ſecundum aduētum, ibi (afferte). Et eſt iſte ſecundus pſalmus agens de duplici Chriſti aduentu. Primus eſt quadrageſimus nonus. Gloſa. Præmonuit autem iudęos in pręcedēti pſalmo vt depoſita duritia in Chriſtū crederent ſed quia erat manſura nunc omnes gentes monet dicens ad omnes communiter.

Lyra. Poſt aliquas opiniones hebręorū quas confutat dicit, ꝙ pſalm⁹ iſte loquitur pro tempore Chriſti, quod proprie incipit a principio prędicationis euangelij, & ex tunc cœpit templum reędificari per Chriſtū non ex lapidibus inſenſibilibus, ſed ex Chriſti fidelibus qui ſunt lapides viui in ędificio cęleſtis Iheruſalem collocādi. Et ad iſtū ſenſum ꝓſequitur expoſitionem ſuam.

Pſalmi: Diuiſio:

CAntate domino canticum nouum cantate domino omnis terra. 1

Gloſa. (Cantate) inquit lingua & vita domino patri. Lyra. Vel domino Iheſu Chriſto qui eſt rex regum & domin⁹ dominantium canticū nouum. Glo. Exuentes ſcilicet veterem hominem cum actibus ſuis, & induētes nouum. Caſſiodo. Cantat enim domino canticum nouum, qui vetere homine depoſito ꝑ gratiā baptiſmatis fœliciter innouatur, & tūc de ipſo domus domini ędificatur, quando poſt imperiū diaboli in numerum beatiſſimæ congregationis acquiritur. Auguſti. Gloſa. Vetus autem cāticum cātat cupiditas, nouum vero charitas. Lyra. Vel ad nouum teſtamentum pertinet canticum nouum ſecūdum quod dicitur, nouus rex, noua lex, nouū gaudiū. Vnde & angeli in natiuitate Chriſti canticū nouū cantauerūt. Hugo cardina. Quia nouū fecit domin⁹ ſuper terram. Gloſa. Deinde iterū repetit (Cantate domino omnis terra.) Lyra. Id eſt omnes habitatores terræ quib⁹ aduent⁹ Chriſti fuit cā lęticiæ. Caſſiodo. Vel cū dicit (omnis terra) catholicam ſignificat eccleſiam quę per totū orbem noſcitur eſſe diffuſa. Gloſa. Vel omnes homines vnde dom⁹ dei ædificatur. Lyra. Deinde ad maiorem excitationem prout ſolet fieri in canticis, iterum repetit.

Canticū nouū cātare.

vetus

CAntate domino & benedicite nomini eius, annunciate ✠ de die in diem ſalutare eius, 2

✠ Hebr. bene nūtiate.

(Cātate inquit domino & benedicite nomini ei⁹.) Lyra. Gratias agendo de tanto beneficio. Hiero. Nomen quippe domini ſaluator eſt ex eo ꝙ in nobis fact⁹ eſt. Caſſiodor⁹. Cui nomini benedicim⁹ quando ſalutare noſtrū per omnia cōfitemur. Idē Gloſa. Nec vacat a miſterio ꝙ ter repetitur. Cantate domino ad diſtinguendum perſonarum trini-

tatem, quia laus Chriſti honor eſt totius trinitatis. Sequitur (annunciate de die in diem). Gloſa. Hugo cardina. Id eſt continue, vel de filio in patrem vel de veteri teſtamento, in nouum ſalutare eius id eſt Chriſtum filium dei qui eſt ſalutare ei⁹ & ſaluator noſter. Caſſiodo. Cuius aduentum prophetæ promiſerunt & euangeliſtæ veniſſe declararũt, & ita factum eſt vt duo cæleſtes dies annuntiaſſe ei⁹ gloriam comprobentur. Gloſa. Vet⁹ ſcilicet & nouum teſtamẽtum. Iſti nãq; ſunt duo dies qui ęterno ſole clareſcunt quorum vnum prænunciat alterum factum iudicat. Hierony. Gloſa. Annuntiat ergo de die in diem ſalutare eius, qui vtriuſq; teſtamenti auctoritate vtitur in annunciatione ſaluatoris, duo enim teſtamenta vnam lucem faciunt, nec lucet vnũ ſine altero. Vnde in leuitico omne animal quod ſindit vngulam & ruminat mundũ eſt quales ſunt qui duo teſtamenta ſeruant & illa ruminant, iudæi vero ideo immundi ſunt, quia vnã vngulam tantũ habent. Hoc eſt vnum ſolum teſtamentum recipiunt nec illud ruminant. Gloſa Deinde vbi ſit exponendum exponit dicens.

3 Illa ſra in gentibus.

Annunciate inter gentes gloriã ei⁹, in omnibus populis mirabilia eius.

(Annunciate inquit inter gentes.) Gloſa. Hugo cardinalis. Prętermiſſis Iudęis propter ipſorum contumatiam, gloriam eius non veſtrã. Hugo cardina. Sed illius excellentiſſimã bonitatem qua illos ſaluare decreuit. (Vel gloriam eius) id eſt in quo ipſe gloriatus eſt crucem ſcilicet ei⁹ & ignominiã. Caſſiodorus. Dominus enim ſaluator nunciand⁹ rat gloria vero eius annũcianda per gentes, quia magni miraculi pręedicabat auctorem. Audiat ergo Iudęus ſeq; intelligat contumatiæ ſuę iniquitatecontemptum quia non dicit hebręis annũciate ſed gentibus. Lyra. Vel annunciate gloriam ſuę reſurrectionis & aſſentionis, & ad alia ad fidẽ pertinentia. Hugo cardina Et ne forte aliquas gentes putares exceptas bene addidit. (In omnibus populis mirabilia eius) quia non eſt perſonarum acceptor deus, ſed in omni gente quę timet deum & operatur iuſtitiam acceptus eſt illi. Mirabilia autẽ eius ſunt incarnatio paſſio reſurrectio aſcentio & huiuſmodi. Caſſiodorus. Hæc enim mirabilia ſunt vt altiſſimus factus ſit pro nobis liberandis humilimus. Hugo cardina. Quid enim mirabilibus quã Chriſti icarnatio vbi factum eſt verbum caro de⁹ homo. Mater virgo, vnde & hęc mirabilia explanans ſubiungit.

Det mirabilia

4 Voniam magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis eſt ſuper omnes deos.

Lyra (Quoniam inquit magnus dominus) in potẽtia cuius magnitudinis non eſt finis, vnde non eſt mirum ſi talia fiunt virtute eius. Gloſa. Hugo cardina. Qui in hoc apparet mirabilis, quoniam ille qui magnus eſt, factus eſt paruus & ille qui deus eſt factus eſt homo. Caſſiodorus. Quod ergo dicit (magnus) ad poteſtatem pertinet, quia ſuper omnes potentior eſt. Hugo cardinalis. Nec tantũ magnus eſt, ſed & laudabilis. Idem. Gloſa. Bonitate, & hoc non mediocriter ſed nimis id eſt excellẽter ita q; non poteſt explicari q̃ laudabilis ſit aut q̃ bonus. Lyra. Quia tranſcendit limites cuiuſcunq; creatę virtutis. Caſſiodo. Vel quod dicit (laudabilis) ad pietatem pertinet, quoniam dum eſſem⁹ captiui præcioſo ſanguine nos redemit. (Nimis) autem congruit ad vtrunq;, quia nec quantum (magnus) nec quãtum (laudabilis ſit poterat explicari. Auguſti. Nolite ergo contennere paruum, ſed intelligite magnum. Paruus enim fact⁹ eſt, quia parui eratis intelligatur magnus & in illo magni eritis, dicendo autem nimis hoc dicere voluit quod ſonare non poſſum tu cogita, & cum cogitaueris reſpectu ſuę magnitudinis parum erit. (Quoniam magnus dominus & laudabilis nimis.) Hugo car. Laudabilis ergo eſt bonis quos decet laudatio. Sed malis & peccatoribus in quorum ore non ſpecioſa laus (terribilis eſt ſuper omnes deos). Lyra. Quia terribilis eſt dęmonibus qui pro dijs colebant in ydolis a gentilibus. Hugo cardina. Et vere terribilis eſt ſuper eos cum ipſe ſit deus omnipotens, & ipſi ſint demonia, vnde ſequitur.

Voniam omnes dij gentium ✠ demonia. dominus autem cælos fecit. 5

5 ✠ Hebr. dii populorum ſculptilia.

(Quoniam inquit omnes dij gentium demonia.) Caſſiodo. Demonia enim ſunt quæ in ſe credentes ſemper decipiunt ſemper illudunt. Nam quãuis dæmones latine ſcientes vocẽtur quaſi dei mones, in eis tamen vera ſcientia non eſt qui creatoris ſui non obſecundant arbitrio. Sequitur. (Dñs autem cęlos fecit.) Hugo cardi. Quod nullus alius facere poſſet in quo apparet eius potentia. Idem. Auguſti. Caſſiodo. Gloſa. Vel cælos fecit. i. apoſtolos & angelos, & ſanctos viros qui dęmones ſuperant & eis imperant, vnde potentiores ſunt quã dęmones. Multo ergo fortior eſt domin⁹ qui eos ita potentes fecit. Gloſa. Vel (cælos fecit) ad litterã vbi dæmones habitare non poſſunt. Gloſa. Poſtq̃ autem monuit cantare & annuntiare ſubdit quę vtilitas inde proueniat cantãtibus dicens.

Onfeſſio & ✠ pulchritudo in conſpectu eius, ſanctimonia ‡ & magnificentia in ſanctificatione eius. 6

vi ✠ Hebr. ‡ decor ‡ exalt. fortitudo et exultatio in ſanctuario eius.

Lyra. (Confeſſio) inquit qua tolluntur immunditię interiores. (Et pulchritudo). i. munditię exteriores appoſitę, (in conſpectu eius). i. in cultu ipſius. Caſſiodo. Cõfeſſionem autem bene ſequitur pulchritudo quia nemo poteſt eſſe pulcher niſi fuerit diuina miſeratione mundatus. Fidos enim nos peccata noſtra faciunt ſed pœnitentię reddũt lauacra decoros. Augu. Glo. Si ergo amas pulchritudinem confitere vt ſis pulcher id eſt iuſtus. Et ideo prius dicit confeſſio poſtea pulchritudo, & hæc cõfeſſio & pulchritudo eſt in conſpectu eius, quia tales ipſum conſpiciunt & conſpiciuntur ab eo. Sequitur. (Sanctimonia & magnificentia in ſãctificatione eius). Gloſa. Nõ enim per te potes eſſe ſanctus, ſed eo ſanctificãte eris ſanctus & ita magnificus. Auguſti. Tu ergo qui iam quęrebas magnificentiam prius dilige ſanctitatem quia cum ſanctificatus fueris, tunc magnificus eris. Q; ſi prępoſtere prius magnificus eſſe volueris, ante cadis quam ſurgis, ymo nec ſurgis ſed extolleris.

7 ✠ Hebr. cantate. ‡ Hebr. fortitudinem.

AFferte domino patriæ ✠ gentiũ, afferte domino gloriam & honorem, ‡ afferte domino gloriam nomini eius.

Secũda ps.

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars, in qua primo monet ſubditos vt offerant. Secundo, prę́latos vt prædicent vtrumq; aduentum Chriſti, dicens. Ex quo talis & tantus eſt dominus. (Afferte domino) o vos (patriæ gentium) vniuerſæ, quia Iudæi afferre non volunt. Caſſiodorus. Cum enim dicit patriæ gentiũ plus ſignificat q̃ ſi ſolas diceret gẽtes. Gens enim aliquos poteſt habere peregrinos, ſed cum dicitur patriæ gentium nullus indigena, nullus hoſpes, nullus peregrin⁹ redditur except⁹: nam patria dicitur quaſi patris atria, ſequitur. (Afferte domino gloriam & honorem.) Hugo cardinalis. (Afferte inquit domino gloriam) interi⁹ in corde per fidem (& honorẽ) exterius per operationem. Caſſiodorus. Gloſa. Vel gloria eſt domini cũ ſe aliquis laudabili conuerſatione tractauerit, glorificatur enim dominus in talibus, quando de fidelium fuerit conuerſatione laudatus, honor vero eius eſt, quãdo in donis ſuis ei gratias referimus, & ſi quid boni ſuſcepim⁹ ab ipſo profitemur eſſe collatum. Lyra. Vel gloria exhibetur in publico, honor vero in ſecreto ſiue corã paucis in teſtimonium ſuæ bonitatis. Per hoc ergo inducimur ad exhibendum deo reuerentiam in publico & ſecreto, ſequitur. (Afferte domino gloriã nomini eius.) Gloſa. Non nomini hominum. Caſſiodorus. Ter autem hic repetitur afferte, ſicut ſupra ter cantate, vt ſacramenta ſanctæ trinitatis in dogmate Chriſtiano ineſſe ſemper cognoſceres. Hugo cardinalis. Quam fide & opere debemus honorare. Sequitur.

8 ✠ Hebr. leuate munera. ‡ Hebr. in decore ſanctuarij.

TOllite ✠ hoſtias & introite in atria eius, adorate dominmm in atrio ‡ ſancto eius.

Caſſiodor⁹. Tollite hoſtias dicit, non victimis pecudum ſed conſcientiæ pura libamina vnde non ſanguis curat ſed pię lachrimę defluant. Iſtę enim ſunt hoſtiæ de quibus ſcriptum eſt ꝙ cor contritũ & humiliatum deus non ſpernit. Auguſtinus. Hugo cardinalis. Nam ſacrificiũ deo, eſt ſpiritus contribulatus. Lyra. Vel tollite hoſtias, id eſt laudibus diuinis extollite corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti ſub ſpeciebus panis & vini, quæ dicũtur hoſtię in plurali, quia licet ſit vnum ſacramentum, perfecte tamen ſunt vbi plures conſecrationes diſtinctę quarum vna alteram non expectat. Et introite in atria eius.) Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Id eſt in doctrinã apoſtolorũ & prophetarum, per quos fidelis populus intrat ad deum. Hugo cardinalis.

Atrium domini.

Vel atria domini appellat eccleſiam militantem, per quam eſt introitus ad templum eccleſię triumphantis, & dicit atria pluraliter, quia plures ſunt eccleſiæ. Omnes tamen in vnam conueniunt, vnde ſingulariter ſubiungitur. (Adorate dominũ in atrio ſancto eius) id eſt in vnitate eccleſiæ. Caſſiodor⁹. Vel hoc dicit, quia ex illis atrijs, id eſt patriarchis & prophetis in atrium eccleſię catholicę peruenitur, vbi eius potẽtia maieſtatis adoratur. Hugo cardinalis. Gloſa. Vel per atria doctrinã intelligit prophetarum & legis, per quam intratur ad atrium, interius, id eſt ad doctrinam euangelij. Hugo cardinal'. Et ſi pleriq; de gentibus noluit conuerti, vos tamẽ apoſtoli & prę́lati prędicate, vt ſic.

COmmoueatur ✠ a facie eius vniuerſa terra, dicite in gentibus quia dominus regnauit. 9 ✠ alia li. paueat: alia non habet: quia alia habet hic a ligno.

Hugo cardinalis. Commoueatur inquit per pœnitentiam a facie eius venturi ad iudicium, vniuerſa terra, id eſt corda gentium, terrena amantium eſt ſectantium. Caſſiodorus. Tunc enim terra commouetur quando peccator terrena vitia derelinquẽs ad pœnitentiam fuerit domino miſerante perductus. Hieronym⁹. Non autem dicit commoueatur cælum quod nunquã mouetur a facie dei ſed terra: nam quicunq; terrenus eſt ſi dominũ reſpicit commouetur & tremiſcit. Lyra. Commoueatur inquã motu timoris & reuerentiæ, cuius cauſa ſubditur cum dicitur. (Dicite in gentibus quia dominus regnauit.) Hieronym⁹. In gentibus ſcilicet commotis per pœnitentiam. Lyra. Hugo cardinalis. (Vel dominus) Ieſus Chriſtus (regnauit) id eſt regnum ſuper omnem creaturam accepit in ſua reſurrectione & aſcẽſione. Gloſa. Vel regnauit, id eſt innotuit rex mũdo qui ſemper regnat apud patrem. Hugo cardinalis. Alia litera habet regnauit a ligno deus per tropheũ ſcilicet crucis, in quo deuixit dæmonem & ipſam mortẽ. Gloſa. In quo & tranſit homo mare, & fit orbis qui non commouetur, vnde ſequitur.

ETenim correxit ✠ orbẽ terrę qui non commouebitur, iudicabit populos in ęquitate. 10 ✠ Hebr. quia appendit orbem immobilẽ.

Lyra. Etenim inquit correxit orbem terrę ab orrore ſcilicet ydolatriæ, quæ a tempore prędicationis Chriſti & apoſtolorũ cœpit ceſſare iuxta illud Zachariæ prophetæ in tẽpore illo perdam nomina ydolorũ de terra. Caſſio. Tunc enim correxit orbẽ terræ quãdo per regulã fidei paganorũ corda conuertit. Qui ſcilicet orbis nõ cõmouebitur, quia in ſoliditate veræ fidei perſeuerat. Hugo car. Vel per orbem terræ, intelligit eccleſiam quæ iocunditate perfecta aſſiſtit indeficiens. (Quæ non commouebitur) quia & ſi nauicula Petri fluctuet, non tamen ſubmergetur. Lyra. Sed ſtabit vſq; ad finem mundi in veritate chriſtianę fidei quantũcunq; tribulationibus impellatur. Hugo car. Nec tantum prędicate, quia domin⁹ regnauit, vel quia orbem terræ correxit, ſed quia iudicabit populos in æquitate, id eſt ſupra meritũ remunerãs bonos, & citra cõdignũ puniẽs malos ſine perſonarũ precium aut munerũ acceptione, & pro hac æquitate iudici, in qua remunerabuntur boni, ſequitur.

LAEtẽtur cæli & exultet terra, cõmoueatur mare & plenitudo ei⁹, gaudebunt cãpi & omnia quę in eis ſunt. 11 Alia lr̃. commoueantur: alia moueat.

Caſſiodo. Gloſa Hugo. Lętẽtur inquit cæli, id eſt apoſtoli, prophetę, prędicatores, & reliqui fideles, qui enarrant gloriã dei, quos diuina maieſtas tanquã cęlũ noſcitur inſidere (& exultet terra) id eſt ſubdicti compluti ab his cęlis qui bonũ fructum

attulerunt domino in tempore ſuo. Caſſiodorus. Et qui ſatiſfactionis beneficio ad gratiam domini redire meruerunt. (Cõmoueatur mare.) Hugo cardinalis. Id eſt illi qui adhuc ſunt in amaritudine peccati & infidelitatis commoueãtur ad pœnitentiam & fidem. Caſſiodorus. Mare enim pro populis ponit qui in ſolo huius ſæculi conſtituti diuerſis tempeſtatibus agitantur, & vt vniuerſitatẽ gentium intelligere debuiſſes addidit (& plenitudo eius.) Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt omnes a minimo vſq; ad maximum, & inde (gaudebũt campi.) Gloſa. Id eſt omnes leues, mites, ęqui. Caſſiodor⁹. Campos enim hic dicit viros iuſtitiæ laude pollentes, non ſuperbia tumidos non aſperos iracundia, ſed manſueta leuitate planiſſimos. Illa enim plana dicimus quæ pulcherrima æqualitate tenduntur (& omnia quæ in eis ſunt.) Glo. Id eſt omnes vires ſenſus & ratio. Hugo cardinalis. Et omnes virtutes eorum tam naturæ q̃ gratiæ.

mare q̃r. — *Campi.*

12 TVnc exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie domini quia venit, quoniam venit iudicare terram.

Caſſiodor⁹. (Tunc) id eſt in ſecundo aduentũ Chriſti quando iudicaturus eſt mundũ. Gloſa. Et quando omnia corriget. Hugo cardinalis. Vel tunc, id eſt poſt conuerſionem (exultabũt omnia ligna ſyluarum.) Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinal'. Id eſt gentes quæ erant olim ligna ſyluarum infructuoſa & inutilia. Nunc vero poſt conuerſionem factę ſunt ligna domus domini, quia preciſę ſunt ab oleaſtro & inſertæ in bona oliua. Hugo cardinalis. (Exultabunt dico) a facie domini venturi ſcilicet ad iudicium (quia venit) primo in carne, & faciem oſtendet in iudicio (quoniam venit) id eſt cito veniet (iudicare terrã) id eſt viuos & mortuos. Caſſio. Per hoc enim nos illum aduentũ voluit intelligere quem adhuc noſcimur expectare. Hiero. Tunc itaq; iſta ligna gaudebũt, quia non ſunt obnoxia combuſtioni, nam peccatores tunc ſubdet pœnis iuſtos vero pręmijs remunerabit æternis. Caſſio. Vnde per terram vniuerſum mundũ voluit intelligere, vt bonis pręmia, malis ſupplicia ęterna reſtituat. Hugo. Cum autẽ venerit iudicare non impedietur executio iudicij, quia.

13 IVdicabit orbem terrę in æquitate, & populos in veritate ſua. ✠

✠ Hebr. in iuſto.

(Iudicabit inquit orbem terræ.) Hugo. Id eſt totum mũdum. Gloſa. Non ſolum partem, quia nõ partem emit, ſed totum iudicabit qui pro toto precium dedit, vnde cum dicit orbem, omnem hominem includit iudicandum ſcilicet (in æquitate.) Hugo. Id eſt ſine perſonarum acceptione. Augu. Glo. Quid enim verius quid ęquius q̃ electos ſecũ congregare ad iudicandum cæteros diuidere, hos ad dexteram qui fecerunt miſericordiam. Illos autem qui non fecerunt ad ſiniſtram. Sed quomodo iudicet apertius exponit ſubdens. (Et populos in veritate ſua.) Caſſiodorus. Gloſa. In illa enim ſequeſtratione dexteræ & ſiniſtræ duo erunt populi quibus veritatis ſuæ ſententia dabit, vt alij in vitam, alij in pœnas eant. Hieronymus. Et vt peccatores ſubdat pœnis, iuſtos vero pręmij muneret æternis.

Pſalmus.xcvj.

¶ Titulus. Pſalmus ipſi Dauid, quando terra eius reſtituta eſt ei.

Lyra. Poſt recitatas oppiniones aliquorũ hebræorũ, dicit q̄ iſte pſalmus loquitur de aduentu Chriſti ad iudicium diſcutionis ſicut præcedens de aduentu eius ad iudiciũ diſcretionis, & ad hũc ſenſum ꝓſequitur ei⁹ expoſitionem.

Auguſtin⁹. Gloſa. Caſſiodorus. (Pſalmus ipſi Dauid) id eſt Chriſto cuius laudem & victoriam continet quem iniqui Iudæi crucifixerũt atq; regnum ei adiurauerunt, ſed reſtituta eſt ei terra quando Iudæi qui eum crucifixerunt crediderunt vel quãdo caro eius reſurrexit. Et apoſtoli qui titubauerant ſunt confirmati, & aliæ oues de gentibus ſunt adductæ. Caſſiodorus. Mortuum eſt quippe corpus ipſius lege communi, ſed reſtauratum eſt in gloria munere ſingulari. Quapropter meminerim⁹ hunc pſalmum quartum eſſe de primo eius aduentu per quem mundus noſcitur eſſe liberatus. Hugo cardinalis. Gloſa. Intentione autẽ monet nos pſalmus iſte ad exultationem. Et diuiditur in duas partes. In prima, virtutes Chriſti deſcribẽs oſtendit omnia ei reſtituta, & idolatras arguit. In ſecũda, oſtẽdit quãta poſt reſurrectionem ſit exultatio quam nec perſecutio interrũpit ibi, audiuit & lætata eſt. Vidẽs ergo propheta ſuperſtitiones mundi abundare ante Chriſti reſurrectionem, laudes domini mirabili varietate deſcribit, dicens.

Pſalm. Diuiſio.

1 DOminus regnauit exultet terra, lætentur inſulę multæ.

Alia lr̄. iocundẽtur.

(Dominus inquit.) Gloſa. Hugo cardinalis. Chriſtus ſcilicet qui abiectus fuerat, ſpret⁹, crucifixus, & occiſus (regnauit) id eſt rex eſſe innotuit quando a mortuis reſurrexit. Caſſiodorus. Quis ergo alter colẽdus eſt q̃ ille qui ſolus cognoſcitur imperare (exultet terra.) Hugo cardinalis. Id eſt habitantes in ea, quia ſunt ſub tali rege. Lyra. Vel exultet in hoc, quia Chriſtus per reſurrectionem & aſcenſionem ſuam prebuit alijs ingreſſum ad gloriam. (Lætentur inſulæ multæ.) Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt qui habitant in inſulis, quia & in ipſis ſunt Chriſtiani. Caſſiodorus. (Vel inſulæ) id eſt eccleſiæ gentium. Idem. Gloſa. Hugo cardinalis. Quæ merito inſulis comparantur, quia multis perſecutionum fluctibus agitantur, non tamen ſubmerguntur ſed fluctus venientes per patientiam frangunt. Caſſiodorus. Et vide quod dicit multę non omnes propter hęreticorum prauitates qui erroribus ſuis eccleſiarum nomen imponunt. Gloſa. Deinde qualis ſit dominus in primo aduentu dicit.

2 NVbes & caligo in circuitu eius, iuſtitia & iudicium correctio ✠ ſedes eius.

✠ Hebr. firmamẽtum ſolij eius. Alia lr̄a. correctio.

Caſſiodo. In hoc enim verſu qualis ſit dominus impijs religioſiſq; narratur, nubiloſus namq; & caliginoſ⁹ cernitur indeuotis dum cordi tenebroſo nulla claritate reſplendet. Vnde dicit. (Nubes & caligo in circuitu eius.) Glo. Id eſt impijs qui cæci ſunt. Nec eum intellexerũt & ipſe eſt eis nubes & caligo, id eſt nubiloſus & caliginoſus. Idem. Caſſiodorus. Bonis vero eſt ipſe (iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius) his ſcilicet qui in eum credũt. & correcti ſedes eius effici meruerunt. Quos ideo bene correctionem vocat, quia prauitate exuti dei ſedes facti ſunt, iuxta illud. Sedes ſapientiæ eſt anima iuſti. Gloſa. Quib⁹ eſt (iuſtitia) quia ex fide iuſtificati ſunt. (Et iudicium) quia per eos ipſe iudicat. Hieronymus. Vel nubes eſt ſancta Maria nullo humano ſemine prægrauata, quæ mundi portauit creatorem. Lyra. Vel hoc dicitur de nube quam deus aſcendens in cælum habuit in obſequium, vel quia ad iudicium veniet in nubibus cum poteſtate magna. Hieronym⁹. Caligo autem eſt obſcuritas diuinorum miſteriorum, vnde dicitur aſcendit Moyſes ſol⁹ in montem Syna in caligine. Nõ enim poterat omnis populus dei ſcire myſteria. (Iuſtitia vero & iudiciũ correctio ſedis eius.) ideo dicitur, quia iudicium dei antequam veniat ad iudicandum quaſi prauum videtur, quando iniqui ditantur & ſancti pauperes ſunt, ſed cum venerit ad iudicandum vt reddat vnicuiq; iuxta opera ſua, tunc quaſi corrigetur ſedes eius. Hugo cardinalis. Vel iuſtitia & iudicium eſt correctio ſedis eius, id eſt cordis hominis in quo deus ſedet. Cum enim in eo inſurgit aliqua mala cogitatio, neceſſe eſt vt corrigatur per iuſtitiam & iudicium, alioquin expellit dominum de illo loco. Sequitur.

3 **IGnis ante ipſum pręcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius.**

Gloſa. Caſſiodorus. Ignis inquit ante ipſum pręcedet. Ante aduentum enim domini ignis pręceſſit, quãdo prædicatione prophetarum infidelium corda fremuerunt, ita vt ardore iracundiæ ſucceñſi de prędicantium nece tractarent, vnde ſequitur. Et inflãmabit in circuitu inimicos eius, vbi cum dicit inflammabit ad indignationem pertinet & ſubitum animi calorem quem illo tempore ſanctę eccleſię patiebantur inimici, in circuitu vero ideo dicit, quia dum pauci eſſent prædicatores aduerſariorum erat circundans & innumerabilis multitudo. Gloſa. Hugo cardinalis. Vel (per ignem) intelligitur charitas & ſpiritusſancti gratia, de quo igne ipſe dominus dicit. Ignem veni mittere in terram & quid volo niſi vt ardeat. Iſte autem ignis ante ipſum præcedet antequam iuſti ſcilicet ſint ſedes eius (& inflammabit.) Hugo cardinalis. Id eſt ad amorem prouocabit ignis ille (in circuitu.) Gloſa. Id eſt per totum mundum inimicos eius. Auguſtinus. Qui deſerto deo idola colebant, ipſi enim incendebantur ſi mali erant ad conſumptionem, ſi vero boni ad conſummationem. Lyra. Vel hoc dicitur de igne conflagrationis qui præcedet iudicium. (Et inflammabit in circuitu inimicos eius.) Quia data ſententia iudicis reprobi illo igne inuoluentur, & ſic in inferno retrudentur. Gloſa. Inſuper.

ALluxerũt ✠ fulgura eius orbi terræ, vidit & commota eſt terra. 4

✠ alia li. illuxerũt: et alia apparuerunt. Dei nubes.

(Alluxerunt inquit fulgura eius.) Gloſa. Id eſt miracula, orbi terræ, id eſt toti mundo. Auguſtinus. Fulgura enim de nubibus proueniunt, nubes autem dei ſunt prædicatores veritatis, qui tanquam nubes in forma humana viluerunt, ſed fulgor mirandus in verbis & factis ipſorum apparuit, & inde mota eſt terra, vnde ſequitur. Vidit & commota eſt terra. Caſſiodor⁹. Hoc eſt terreni homines territi ſunt in nouitate prædicationis, vt ſe intelligerent idola inſenſata colere, dum haberent adorabilem dominum ſummum creatorem. Hugo cardinalis. Tales namq; commoti ſunt ad agẽdum pœnitentiæ dignos fructus. Lyra. Vel alluxerunt fulgura eius orbi terræ, quia ante iudicium fient multæ impreſſiones igneę & terribiles, ideo ſubditur. vidit & commota eſt terra, id eſt habitantes in ea qui videntes talia commouebuntur commotione timoris. Sequitur.

MOntes ſicut cæra fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis terra. 5

Alia lr̃a habz hic tremunt

Gloſa. (Montes) inquit, id eſt ſuperbi homines vel omnis altitudo contra Chriſtum. Hieronymus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Per montes enim ſignificat homines illos, qui & ſæculi hui⁹ altitudines appetunt, & inſenſata ſuperſtitione dureſcunt. Nã omnis ſuperbus extollẽs ſe aduerſus deum mons dicitur. (Iſti ergo montes ſicut cæra fluxerũt a facie domini.) Auguſtinus. Gloſa. Nam ignis fuit eis dominus ante cuius faciem ſicut cęra fluxerũt dum mollificati ad fidem conuerſi ſunt (a facie domini omnis terra.) Auguſtinus. Non Iudæorum tantum, ſed & gentium ſicut dicit apoſtolus. Non enim eſt Iudæorum tantum deus, ſed & gentium. Lyra. Vel hoc dicit de futuro iudicio, in quo erunt terrę motus magni per loca ex quibus ruent montes. Gloſa. Sed vnde hoc, Ecce.

Montiũ nomine

ANnunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. 6

Caſſiodorus. (Annunciauerũt inquit cæli iuſtitiã eius, id eſt apoſtoli & prædicatores, quorum ſanctis prędicationibus iuſtitia dei innotuit mundo. Auguſtinus. Illi enim cæli merito dicuntur, quorum cor ſurſum eſt, qui ſapiunt quæ ſurſum ſunt non quę ſuper terram. de quib⁹ in alio pſalmo dicitur. Cæli enarrant gloriã dei. Hieronymus. Quicunq; ergo de cælis eſt non timet dei annunciare iuſtitiam, quia quicunq; ſanctus eſt cœlum eſt & iuſtum deum non timet (& viderunt omnes populi gloriam eius. Caſſiodorus. Non carnalibus oculis, ſed cordis lumine. gloria enim audiri non videri ſolet, vel (viderũt gloriam) id eſt Chriſtum qui gloria eſt patris. Lyra. Vel hoc dicit de futuro iudicio, qui manifeſtabitur per ſigna in cælo apparentia, & videbunt Chriſtum omnes in iudicio venientem in poteſtate magna & gloria. Gloſa. Et quia viderunt omnes populi gloriam Chriſti, ideo.

Qui celi

Pſal. 18.

7 Alia lra idolo ſeruiunt.

COnfundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

Idolum

Caſſiodorus. In quo idolorum cultores increpat, qui tanta manifeſtatione declarata non erubeſcũt idola colere, idolum autem dictum eſt, quod ipſum ſit dolum, id eſt hominũ falſitate repertum. (Confundantur inquit qui adorant ſculptilia.) Auguſtinus. Id eſt manu facta idola qui adorant lapides mortuos, tales itaq; confundantur (quia iam viderunt omnes populi gloriam eius.) Hieronymus Confundantur vtiq; vt dum in ſpe vana confunduntur, ad illam veram valeant peruenire (& qui gloriantur in ſimulachris ſuis.) Caſſiodor⁹. Simulachrum a ſimulatione ſacra compoſitum dicitur, eo ꝙ illis detur honor alienus ſic vtraq; fugienda. Ipſorum nominum interpretatione declaratur. Hugo cardinal'. Vel ſculptile appellat quod fit per malleationem ſimulachra autem fuſilia. Lyra. Vel hoc dicit, quia in iudicio omnes idolatræ confundentur qui creaturis attribuerunt cultum deo debitum. Gloſa. Iſti itaq; gloriantur in ſimulachris ſuis quæ ſpiritu carent, noſter autem deus qualis eſt. Ipſe eſt quẽ & angeli adorant. vnde ſequitur.

Sculptiliū ſimulachri differentia.

8 alia li. dij.

ADorate eum omnes angeli ✠ ei⁹, audiuit & lætata eſt Syon.

Glo. Qui enim deo cõuenit adorat io, non etiam angelis, non idolis vel dæmonib⁹, & ideo ait (adorate eum omnes angeli eius. Gloſa. Auguſtinus. Caſſiodorus. Mali namq; angeli volunt adorari, boni vero adorant, nec ſe permittunt adorari. Caſſiodorus. Sicut in apocalipſi angelus Ioanni procidenti ad pedes eius dicit. vide ne feceris conſeruus enim tuus ſum & fratrum tuorũ. Sequitur (audiuit & lætata eſt Syon.) Gloſa. Hugo cardinalis.

ſcda ps.

Secunda pars, vbi oſtẽdit quanta poſt reſurrectionem ſit exultatio quam nec perſecutio interrumpat. Dicit ergo (Audiuit & lætata eſt Syon. Caſſiodorus. Id eſt eccleſia catholica iudicia domini puro corde percepit, & ideo lætata eſt. Nam qui verbum dei ſubdola mente audit, quia contra voluntatem ſuam quod non credit audiuit, triſtis abſcedit. Syon autẽ ſicut ſæpe dictum eſt ſpeculatio interpretatur. Auguſtinus. Gloſa. Sed quid audiuit Syon, hæc ſcilicet ꝙ angeli eum adorãt ꝙ annunciauerunt cæli iuſtitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius, & ꝙ confunduntur adoratores idolorum & inde (lætata eſt.) Lyra. Vel audiuit Syon, id eſt eccleſia per verbum Chriſti & apoſtolorum iudicium futurum (& lætata eſt) quia hæc eſt materia exultationis pro electis vt dictum eſt. Hugo cardinalis. Et non ſolum primitiua eccleſia lætata eſt, verum etiam filia eius, id eſt eccleſia de gentibus. vnde ſequitur.

ET exultauerũt filię Iudeę, propter iudicia tua domine.

Hieronymus. (Et exultauerũt inquit filiæ Iudeę) animæ ſcilicet confeſſorum. Caſſiodorus. Filiæ namq; Iudeæ ſunt religioſæ mentes probatæq; perſonæ quę ideo filiæ Iudeę dicuntur. quoniam Chriſto confiteri & credere maluerũt qui ex Iuda deſcendit. Auguſtinus. Gloſa. Vel audierunt apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quia gentes receperant verbum dei, & Iudeæ lætati ſunt & magnificabant deum. Et quare exultauerũt exponit dicẽs (propter iudicia tua domine) quæ ſunt, quia non eſt perſonarum acceptor deus, ſed omnes accipit qui ad eum veniunt. Caſſiodorus. (Vel propter iudicia tua) quia ſcilicet triſtitiam ſeruorum tuorum conuertis in gaudium & ſuperbum dyabolum humilitatis virtute proſternis. Lyra. Tunc enim non ſolum erit eis cauſa lętitię iudicium datum pro gloria eorum, ſed etiam iudicium datum pro damnatione reproborum. Hieronymus. (Vel exultauerunt propter iudicia tua) quia ſcilicet cuſtodierũt ea. Gloſa. Et quaſi quis quæret quę ſunt illa iudicia? Subdit.

QVoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram, nimis ęxaltatus es ſuper omnes deos. 10 Alia lra. hꝫ hic es

Gloſa. Quoniam inquit tu domin⁹ altiſſimus es potentia, & hoc ſuper omnem terram, quia non Iudæorum deus tantum es ſed & gentium. Sequitur, & o tu Chriſte nimis exaltatus es, quia æqualis es patri, vel ſecundum opera, & hoc (ſuper omnes deos) non ſolum ſuper malos deos, ſed etiam ſuper bonos. Caſſiodorus. Gloſa. Vel per (terram) peccatores (per deos) iuſtos homines debemus accipere. Lyra. Vel per (terram) homines (per deos vero angelos ſanctos intelligit qui dicuntur dij participatiue. Caſſiodorus. Per hæc enim duo ſignificat, Chriſtum & terrenis creaturis & cæleſtibus imperare. Gloſa. Et cum talis ſit, ergo.

QVi diligitis dominum odite malum, cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos. 11 Alia malignum. Alia ſeruorum. Alia peccatorum Alia eruet.

(Qui diligitis inquit dominum odite malum.) Hieronymus. Gloſa. Id eſt dyabolũ cum quo non diligitur deus, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Caſſiodorus. Hic itaq; bonos alloquitur & fideles, vt a malitia dyaboli ſegregẽtur. Ipſe enim iure dicitur malus per quem venit omne malum. Quid eſt ergo dominũ diligere, dyabolum odiſſe? Et ne quis dyabolum timuiſſet offendere ſequitur (Cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum.) Auguſtinus. Gloſa. Cum ergo cœperis odiſſe malum ſi ſequantur perſecutiones ne timeas, quia cuſtodit domin⁹ animas ſanctorum ſuorum. de quibus tollendum eſt vltimum genus perſecutionis grauior eſt enim perſecutio qua animas tollere conantur, ſed eas dominus cuſtodit, nam & ſi corpora moriuntur, animas autem non poſſunt occidere. Caſſiodorus. Nemo ergo dubitet odiſſe malum quando dominus animas cognoſcitur cuſtodire ſanctorum, quas liberat de manu peccatorũ, quando eas non ſunt aliqua prauitate ſubuerti, ſed vide quia dicit animas ne te teneres ad corpora quæ paſſim tradit ad pœnas, vt martyribus reddas coronas. vnde ſequitur. (De manu peccatoris liberabit eos.) Hugo. Glo. Id eſt de manu dyaboli & eius poteſtate. Lyra. Vel qui diligitis dominũ odite malũ culpę quod opponit̃ bonitati diuinę, & ꝙ poſ-

dominũ diligere quid ſit

ſint mortale peccatum euitare oſtendit dum dicit (Cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorum) qui in tentationibus recurrunt ad eius auxiliũ(De manu peccatoris liberabit eos)id eſt de manu dæmonis qui ſemper nititur homines trahere ad peccatum. Auguſtinꝰ. Gloſa. Q; ſi forte quereris te per perſecutionem malorum perdere lucem iſtam, ne cures,quia vera lux tibi eſt. vnde ſequitur.

12 Alia iocũditas.

LVx orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia.

Caſſiodorus. Lux inquit,id eſt veriſſima fides orta eſt iuſto,vt illuminatus talia credat quę eum ad cælorum regna perducant. Hugo cardinalis.Vel lux,id eſt Chriſtus qui eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hierony.Qui refulget in corde iuſti.Lyra. Vel lux gratię diuinę orta eſt iuſto(& rectis corde lętitia.) Hiero.Quia quem expectabãt,cernere meruerũt. Caſſio. Vel rectis corde tunc oritur lætitia,quãdo deo præſtante talia gerunt,quæ ſibi profutura cognoſcunt. Gloſa.Recti autẽ corde ſunt quibus per omnia placet deꝰ.Lyra. Vel hoc dicit,quia lux gratiæ eſt quædam arra gloriæ. propter quod repetitur idem cum dicitur.

(Lux pro fide.) (Recti corde.)

13 Alia ita iocundamini. Alia ſanctitatis.

LAEtamini iuſti in domino, & cõfitemini memoriæ ſanctificationis eius.

Caſſiodorus. In quo admonet iuſtos vt in domino lætari debeant,non in humano deſiderio,aut in huius ſæculi ruinoſa iactãtia.Nõ enim eſt gaudere impijs ait propheta. Glo.(Lætamini)igitur per ſpem(in domino)non in mundo in quo ſunt preſſuræ.Lyra. Lætamini inquam lætitia deuotionis. Hugo cardinalis .Vos iuſti(in domino)id eſt quorum deſiderio datus eſt dominus,& quia lætitiam ſequitur laus,ideo ſubdit(Confitemini.)Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt laudate eum,quia memor fuit ſanctificare vos in ſanguine ſuo qui niſi vellet non gauderetis in illo. Confitemini dico(memoriæ ſanctificatiõis eius.)Hugo cardinal'. Id eſt memorantes q cum eſſetis peccatores ſanctos & iuſtos vos fecit. Caſſiodorꝰ. Vel recordantes de quanta clade huius ſeculi domino miſerãte abſtrati eſtis.Lyra.Et de dono gratiæ vos ſanctificantis gratias agentes.

Pſalmus.xcvij.

Titulus.

Pſalmus ipſi Dauid.

Lyra exponit iſtum pſalmum de aduentu Chriſti in mundum, & de iudicio diſcretionis quod incipit a tẽpore prædicationis Chriſti & apoſtolorum.

Hieronymꝰ. Iſte pſalmꝰ vocem prophetæ continet,potentiam narrat dominici nominis ac virtutes. Caſſiodorus. Gloſa. Titulus iſte patet, & eſt iſte tertius pſalmus eorum qui de vtroq; aduentu agunt,in quibus omnibus eſt cauſa ſpei per miſericordiam primi aduẽtus,& timoris per iudicium ſecundi.& quamuis hęc ſępe iterentur,tamen ſemper noua ſunt pro verborum & ſententiarum varia deſcriptione.Hugo cardinalis. Monet ergo ad laudem dei propter gratiam quam largitus eſt in primo aduentu. Et propter gloriam quam in ſecũdo largietur.Et diuiditur in duas partes. In prima,intentionem ſuam aperit propheta & monet cantare agens de oſtenſione Chriſti in primo aduentu. In ſecunda, monet iubilare omnibus modis & ſemper, quia venturus eſt iudex.ibi. Iubilate deo inuitans ergo ad laudem ait.

(Pſalmi Diuiſio.)

CAntate domino canticum nouũ, quia mirabilia fecit. 1

Caſſiodorus. Propheta enim fideles admonet Chriſtianos vt nouæ regenerationis ſacramenta ſumentes nouum canticum de domini incarnatione celebrent(cantate inquit domino.)Lyra. Ieſu Chriſto.Gloſa.Vita & lingua canticum de incarnatione & hominis redemptione(nouum.)Hieronymus. Noua enim res nouum habet canticum, nouum autem eſt quod nunquam auditum fuerat q ſcilicet dei filius crucifixus eſt.Caſſiodorꝰ.Nouum inquam quod nulla vetuſtate ſordeſcit.Nouum,quia nunquam aliquid ſimile mundus audiuit.Sed vnde veniat iſtud canticum nouum,ſequitur(Quia mirabilia fecit.)Hieronymꝰ. Dum quaſi homo mortuus eſt vt nos viuificaret,filius dei crucifixus eſt vt nos ad cælum leuaret. Hugo cardinalis.(Mirabilia)enim fecit, cum fecit deum hominem matrem virginem,cum deus filium tradidit pro ſeruis.Dilectum pro inimicis,iudicem pro damnatis. Primum pro nouiſſimis, innocentem pro impijs.Caſſiodorus.Vel mirabilia fecit,quando cæcis lumen,claudis greſſum,ſurdis etiam donauit auditum,ſed vt intelligas rem ſingularem nouo cantico fuiſſe conceſſam . audi quod ſequitur.

SAluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. 2

Lyra.(Saluauit)inquit,id eſt ſalutem fecit(ſibi)hoc eſt ad honorem ſuum ſcilicet dei patris(dextera eius.)Hugo cardinalis. Chriſtus qui eſt dextera patris,quia per ipſum operatur. Hieronymus. Saluauit inquam ſibi hominem,non alienum ſed ſuum opus,hoc eſt quod fecerat ſibi,ſibi ipſe ſaluauit,fecerat enim hominem in ſalutem qui vitio ſuo perierat ipſe vero mortuus eſt vt cum ſibi ſaluaret (dextera ſua) id eſt virtute ſua (dextera) enim hic pro virtute ponitur (& brachium) pro roboro, & brachium inquit ſanctum eius. Hugo cardinalis. Vbi ſicut per dexteram patris intelligitur filius, ita etiam per brachium propter fortitudinem, de quo Eſaias. Saluauit ſibi brachiũ ſuum,& iterum. Parauit dominus brachium ſuum in oculis omnium gentium. Idem. Gloſa. Sed cum dicit,ſaluauit,non dicit quid ſaluauerit,ſed intelligere debemus orbem terræ quod fuit magnum miraculum. Hugo cardinalis. Quid enim ſaluare poterat niſi quod perierat (Saluauit itaque ſibi) id eſt deo patri (Dextera eius & brachium ſanctum eius) id eſt Chriſtus qui dicitur dextera patris propter mirã operationem: & brachium propter fortitudinem ſingularem . Gloſa. Et quaſi quis quęreret vbi ea dextera eſt: ſubdit.

(Dextera patris q̃d)

3 Alia lĕ: ante con ſpectum.

2 NOtum fecit dominꝰ ſalutare ſuū, in conſpectu gĕtium reuelauit iuſtitiam ſuam.

Caſſiodorus. (Notum fecit inquit dominus ſalutare ſuum) id eſt dominū ſaluatorem qui ſalutaris recte dicitur, quia omnis ſalutis eſt auctor. Hieronymus. Vnde in hebræo dicitur. (Notum fecit dominus) Ieſum ſuum vbicunq; enim ſalutare dicitur. In hebræo Ieſus ponitur. Gloſa. Eadem itaq; eſt dextera, & brachium, quæ & ſalutare ſuum, ſed quibus eum notum fecit, ecce (In conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Caſſiodorus. Chriſtum qui prius ſub quodam velamine prędicatus fuerat per prophetas quo ſubducto in aduētu eius ipſa facies veritatis apparuit. Hieronymus. Non in Iudæa tantum, ſed (in conſpectu gentium) quibus (reuelauit iuſtitiā ſuam) quæ incredulitate hominum fuerat obſcurata. Caſſio. Auguſt. Et nota ꝙ Chriſtus dicitur brachiū, dextera, ſalutare, & iuſtitia patris, vt vnam illic ſubſtantiam vnam intelligas eſſe potentiam. Lyra. Vel reuelauit iuſtitiam ſuam, id eſt fidem catholicam iuſtificantē credentes, quæ per prædicationem apoſtolorum & aliorum diſcipulorum reuelata eſt gentibus diſperſis per orbem terrarum. Sequitur.

Chriſti nomina.

4 Alia lĕa memor ſuit. Alia habet hic Iacob. Alia domus.

3 REcordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Hieronymꝰ. (Recordatus eſt inquit miſericordiæ ſuæ) In populo ſcilicet gentium (Et veritatis ſuæ domui Iſrael) hoc opere complens quod patriarchis promiſerat. Augu. Caſſio. Glo. Vel miſericordia eſt, quod promiſit hanc ſequitur veritas, quia reddidit. Vel miſericordia fuit quando hominem liberaturus aduenit, veritas vero, quando ſancti facie ad faciem videbūt, quem hic in enigmate continētur (Et veritatis ſuæ domui Iſrael.) Glo. Aug. Id eſt his qui modo veritatē vident per fidem quā poſt videbūt per ſpeciem. Caſſio. Per Iſrael enim ſignificatur omnis fidelis qui deum pura mente conſpexerit. Hugo. Vel recordatꝰ eſt miſericordię ſuæ qua filium ſuum promiſit & dedit, hoc enim fuit de pura miſericordia. Et veritatis ſuæ quę mētiri non poterat, quin daret quod promiſerat domui Iſrael, id eſt eccleſiæ omnium Chriſtianorum videntium deum per fidem, vnde ſequitur.

5 Hebr. laudate. Alia lĕa fines. Alia lĕa ponit hic vnū Aſū.

VIderunt omnes termini terræ ſalutare dei noſtri, Iubilate domino omnis terra. cătate & exultate & pſallite.

Caſſio. Glo. Viderunt inquit, id eſt mente conſpexerunt quod per totum mūdum conſtat effectum. vnde dicit omnes termini terræ, quod ad fidē eſt referendū. vt nobis poſſit veritas cōſtare verborū. Aug. Glo. Vel omnes dicit, quia nō quibuſdā tantum datus eſt Chriſtus. Lyra. Viderunt inquā omnes per fidem & miracula: ſalutare dei noſtri, id eſt dominū Chriſtū per quē eſt ſalus hominū. Hiero. Vel hoc dicitur, quia quādiu in medio terræ ſumꝰ deum videre nō poſſumus, ſed quādo terrā relinquimus, & in finibꝰ eius ſumꝰ, tunc deum videre meremur: iubilate domino omnis terra. Glo. Hugo. Secūda pars vbi monet iubilare omnibus modis & ſemper, quia venit iudex, quaſi dicat. Quia hoc fecit ergo (Iubilate domino.) Caſſ. Id eſt cum magna delectatione in vocis gaudium proſilite, vt quod non poteſt explicare ſermo cōfuſe vocis declaret corruptio deuota gaudentis. Gloſa. Iubilus enim gaudium eſt, quod nec poteſt taceri nec valet exprimi. Caſſ. Per hoc autē ꝙ dicit (omnis terra) vniuerſam deſignat eccleſiam, quæ in aduentu domini ſpem ſuam integra deuotione repoſuit. Hiero. Non ſolum ergo Iudæa, ſed & omnis terra iubilate (cantate & exultate, & pſallite.) Glo. (Cantate) verbis, exultate corde (pſallite) opere. Lyra. Vel (cantate) id eſt laudate in cordibus veſtris interius (& exultate) in ſignis deuotionis exterius (& pſallite) recitando ore pſalmos a prophetis ad dei laudem factos. Glo. Quibus autem modis ſit pſallendum ſubiungit, dicens.

ſcđa ps.

5 PSallite domino in cythara, in cythara & voce pſalmi in tubis ductilibus ✠ & voce tubæ corneæ.

vi ✠ Hebr. & clāgori buccinę: reliquū additum eſt.

Hiero. Pſallite inquit domino in cythara. vt ſcilicet omnes chordæ veſtrę vocales ſint. Nā ſicut nō poteſt eſſe cythara ſi vna chorda defuerit, ſic & homo ſi vno crimini capitali ſubiacuerit non pſallit domino, in cythara, quia vna chorda deeſt. Et ideo non eſt in eo perfectus cytharę ſonus. Quid enim tibi ꝓdeſt ſi ſex chordas integras habueris, & vnā ruptam? Si enim vna chorda defuerit perfectus cytharæ ſonus eſſe non poterit. Caſſiodorꝰ. (Vel pſallite domino in cythara.) Per actum carnalē mandata diuinitatis operantes. Eſurienti panem frangentes. Nudum veſtientes & huiuſmodi. Hugo cardinalis. (Vel pſallite domino in cythara) id eſt per mortificationem carnis, quę per cytharam deſignatur. Ideo autem repetit (in cythara.) Quia circa carnis mortificationem intenti eſſe debemus. Addit etiam (& voce pſalmi) quia laudandus eſt etiam deus in prædicatione quæ concordat operi. Per vocem enim prædicatio. Per pſalmum vero operatio deſignatur. Caſſiodorus. Vel eadem præpoſterata ſubiunxit, vt quod vis eorum prius fiat totum ad deum referatur. (Pſallite etiam in tubis ductilibus & voce tubę cornee.) Hierony. Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Iudęi duo genera tubarum habebant, quibus clangebant in ſolēnitatibus ſuis ductiles ſcilicet. & corneas, ductiles ex argento vel ere malleo producebātur, per quas deſignantur apoſtoli & martyres, qui malleo perſecutionis & martyrij producti non defecerunt, ſed potius profecerunt ſonantes laudes dei, corneæ vero erant de cornu animalis, per quas intelligun tur cōfeſſores & doctores, qui perſecutionem carnis ſuperantes in carne præter carnem vixerunt. Sunt cornu quod licet de carne procedat, caro tamen non eſt, ſed carnem excedit. Sequitur.

Bonum ex integra cauſa: malū ex defectu vnius.

cythara.

Cornee.

IVbilate in conſpectu regis domini, moueatur ✠ mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo.

7 ✠ Hebr. tonet. Alia inhabitantes. Alia i ea

Caſſiodorus. Supra dixit cantãdum exultãdũ pſal=
lendum & iubilandum eſſe, nunc oſtendit vbi di=
cens(iubilate in conſpectu regis domini. Lyra. Ie=
ſu Chriſti ſcilicet qui eſt rex regum & domin⁹ do=
minantium. Caſſiodo. Vt ad eum ſemper mentis
dirigatur intentio. Hugo cardina. Ipſe enim cõ=
ſpicit & attentus eſt ad noſtram laudationem(mo=
ueatur mare & plenitudo eius.) Hugo cardinalis.
Id eſt peccatores qui multi ſunt vel mũdus & ho
mines mũdani ad fidem & pœnitẽtiam mouean=
tur. Caſſio. Recordatione delictorum & futuri iudi
cij, plenitudo autem ideo dicitur quia multa pec=
cata ingentes excitãt fluctus, & tunc magis cõmo
uetur quando ſe reus nouit eſſe dannandum. Hie=
rony. Gloſa.(Vel moueatur mare .i. indulcetur ma
re legis ligno crucis in eo poſito(& plenitudo ei⁹
id eſt vniuerſa legis ſacramenta. Gloſa. Hugo car.
Quid autem ſit mare & plenitudo eius exponit di
cens(orbis terrarum & qui habitant in eo). Lyra.
Et ponitur hic & pro id eſt, nam de omnibus ter=
ris, & ſi non omnes aliqui tamen ſunt conuerſi ad
fidem, Sequitur.

8 ✠ Hebr. laudabunt. **F**Lumina plaudẽt manu ſimul, mõ
tes, exultabunt ✠ a conſpectu do
mini, quoniam venit iudicare terram.

Gloſa.(Flumina) inquit .i. boni tunc(plaudent ma
nu ſimul).i. pro bonis operibus lętabuntur. Caſ=
ſiodo. Flumina nãq; ſanctos viros ſignificãt qui
bona opera cæleſti vbertate manauerunt iſta nã=
q; (flumina plaudent manu ſimul), Hugo cardina
Flumina. lis. Quia non vnus tantũ ſed omnes pariter in vni
tate fidei & charitatis congregati(plaudent) Hie=
rony. Plaudent ſcilicet opere, quia opera ſanctorũ
Montes. laus dei eſt Chriſtus enim non laudatur voce ſed
opere. Non audit vocem ſed opera.(montes exul=
tabunt a conſpectu domini). Idẽ .i. apoſtoli & alij
ſancti qui ad ſummam iuſtitiam peruenerunt. Glo
ſa. Ipſi enim gaudebunt veniente iudice mali ve=
ro contremiſcent) quoniam venit iudicare terrã.)
Caſſiodo. Hugo cardi. id eſt peccatores terrænos
qui terrena ſemper vicia concupiſcunt, & ideo ter
ra recte dicti ſunt.. Non autem dicit montes quia
ipſi iudicabunt cum eo. ſed terram. Hierony. Nec
dicit perdere, ſed iudicare ſeperando zizaniã a fru=
mento(piſciculos bonos a malis. Auguſti. Gloſa.
Gaudebunt itaq; montes .i. ſancti quia non iniu=
ſte iudicabit. ſub ignaro enĩ iudice vel iniquo, etiã
iuſtus timeret, Nunc tantum malus timeat neceſ=
ſe eſt. Quoniam.

ix Alia lra terre. **I**Vdicabit orbem terrarum in iuſti=
cia, & populos in ęquitate.

Caſſi. Iudicabit inquit orbem terrarum .i. impios
qui frequenter terrę appellatione vt dictum eſt in=
telliguntur. Iſtos itaq; iubicabit.(in iuſtitia). Hu=
go cardina. Eos iuſte condẽnando. Auguſti. Glo.
Quia non meruerunt miſericordiam(& populus
in æquitate) Gloſa. Caſſiodo. Id eſt fideles de iu=
dęis & gentibus congregatos qui capiẽt æqua me
riti. Caſſiodo. Iſti ergo populi in ęquitate iudican
di ſunt, quoniam ibi pręmia recipiẽt qui hic pro=
pter nomen domini grauiſſima pericula pertule=
runt

Pſalmus .xcviij.

¶ Titulus.
pſalmus Dauid.

Lyra. Poſt certas he=
bręorũ opiniões quas
reprobat dicit q pſal=
mus. iſte fuit fact⁹ a Da
uid ad inducendum po
pulum ad diuinum cul
tum de quo fuit valde
ſolicit⁹ vt patet primo
Parali. & .ij. Regum. Et
hoc fuit poſt q̃ debella=
tis Philiſteis & alijs cõ
tra regnum ei⁹ inſurgẽ
tibus, ipſe adduxit arcã
domini ĩ mõte Syõ in
tra tabernaculũ. Et con
ſtituit ibi ſacerdotes vt
habetur primo Parali.
decimo ſexto.

Hierony. Iſte pſalm⁹ vo
cem continet prophetę
ſacerdotes domini com
mouentis ad dei omni=
potentis gloriam refe=
rentis. Caſſiodo. Gloſa.
In quo Chriſti honor
cantatur & potentia vt
& in homine adoretur
Oſtendit enim Chriſtũ
regnantem vnde ei cre=
dere monet. & vt eum
tanq̃ deum adorem⁹, &
velut regem exaltemus,
& diuiditur in duas par Pſalmi. Diuiſio.
tes. In prima oſtendit Chriſtum regnãtem, & qui
cunq; ei repugnet altum ſuper omnes. vnde & cre
dere monet. In ſecunda monet eum adorari quia
patres antiqui ſeruierunt ei. Ibi. Exaltate dominũ
oſtendens ergo Chriſtum regem dicit.

DOminus regnauit iraſcã ✠ Hebr. commoueantur populi ſeſſor &c.
tur ✠ populi, qui ſedet
ſuper Cherubin mouea=
tur terra.

Gloſa. Hugo cardina.(domi=
nus) inquit Chriſt⁹ ſcilicet(re=
gnauit).i. regnare innotuit, & ęqualis eſſe cũ pa=
tre in regno qui prius vilis erat & abiectus. Caſſio
do. Cum enim dicit dominus regnauit gloriã ſuæ
reſurrectionis oſtendit. Nam ille qui reſurrexit &
ipſe regnauit) iraſcantur) populi. Hierony. Iudæi
ſed vel gentiles non credentes. Caſſiodo.(iraſcan
tur) quidẽ nihil vltra nocituri, quorum doli & ver=
ſutię Chriſto nihil penitus nocuerunt, quod non
ad exhortationem ſed ad deriſionem videtur po=
tius pertinere. Hugo cardina. q.d. iraſcantur q̃tum
cunq; voluerint, quia ita cõfirmatum eſt regnum
eius q velint nolit ipſe regnabit in æternũ, & eſt
irriſio ironica. Sequitur.(Qui ſedet ſuper Cheru=
bin momeatur terra.) Hugo cardi .i. terreni homi=
nes quãtũ voluerint moueantur, quia nihilomi=
nus regnabit, qui ſedet ſup Cherubin. Ex quo fir
miter regnat, quia ſuper illos ſupremos angelos
incomparabiliter altus eſt. Caſſi. Cherubin enim
hebręum nomen eſt, plenitudinem ſcientię ſigni
ficat vbi quaſi in throno ſuo deum manifeſtat ſe
dere, contra quem nihil poſſunt irati. Quid enim
terra contra cęlum. Glo. Hugo cardina. Et eſt idẽ
cum eo quod prędixit(Iraſcantur). Caſſiodo. Vel
cum dicit moueatur terra, ad conuerſionem pecca
tores poſtulat commoueri qui terra dicuntur quia
terrena vicia concupiſcunt.

DOminus in Syon magnus, & ex 2
celſus ſuper omnes populos.

Caſſiodo.(Dominus inquit in Syon magnus) id
eſt in eccleſia, Syon enim interpretatur ſpeculatio
quod eſt eccleſia in qua domin⁹ ſpiritualiter ineſ
ſe reuerenda ſemper cõtemplatione mõſtratur. Au-

guſtinus.Glo.Vel(Syon)eſt anima quę deum ſpeculatur' Si ergo non intelligis, quid eſt cherubin hoc vide quia(in Syon magnus)Caſſiodo. Gloſa. Vel per dominus in ſyon natus,ſcilicet magn⁹ eſt nec tibi ꝑ paſſione vileſcat. Et excelſus ſuper omnes populos.(Nedum enim magnus eſt in Syon iudęorum,ſed etiam excelſus ſuper omnes populos gentium.Hugo cardina. Et quia talis & tant⁹ eſt domin⁹ ideo inuitat nos ad laudãdũ eũ dicẽs.

3 **Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & ſanctũ eſt, & honor ‡ regis iudicium diligit.**

‡ Verbi imperii.

Gloſa. Iam ergo & ipſi populi qui prius blaſphemi erant.(Confiteantur nomini tuo magno) Caſſio.quod magnum ideo dictum eſt,quia vbiq; dilatatum eſt.Auguſtinus.Glo. Prius enim paruum erat quando iraſcebantur,id eſt paucis diffamatum ſed iam in omni terra dilatatum eſt ei⁹ nomen,id eſt eius fama & gloria,& ideo debetis confiteri ei(quoniam terribile & ſanctum eſt).Caſſio. Auguſtinus.Glo.(terribile)inq̃,quia & ſi crucifixus predicatur attamen venturus eſt iudicare viuos & mortuos(ſanctum)vero,quia immaculata & cęleſti conuerſatione permanſit.Gloſa. Auguſtinus.Vel(terribile)eſt potẽtia qua punit,&(ſanctũ) bonitate qua parcit.Hugo cardina.Et nota ꝙ hic tria adiectiua ponit huius nominis domini in ſignum trinitatis.Magnum ſcilicet terribile,& ſanctum vt patri omnium creatori attribuatur magnitudo filio iudici,terror,& ſpiritui purificanti ſanctitas aſcribatur,Sequitur.(Et honor regis iudiciũ diligit.)Gloſa, Non tantum miſericordiam qua parcit,ſed etiam iudicium quo ſingulis ſecundum merita reddit.Hieronymus. Debet ergo homo ſe prius diiudicare & proprio iudicio cõdemnare mala ſua vt ſic honor & ęternum regem deum.Caſſiodor⁹. Glo.honor autem regis)eſt glorioſa prędicatio quã illi offerimus confitendo iudicium vero diſcretionem exigit quia non leui voluntate colẽdus eſt,ſed fixa deliberatione. Gl. Nullus itaq; de miſericordia preſumat,quia honor regis iudiciũ diligit,vnicuiq; enim reddens pro meritis,ſi ergo queritis iuſti eſſe,ipſe eſt qui facit quia dirigit.vnde ſubdit.

Chriſti epitheta trinitatẽ ſignificãtia.

4 **Tu paraſti directiones, ✠ iudicium & iuſticiam in Iacob tu feciſti.**

Alia lra equitatẽ

Hugo cardina.Tu paraſti directionẽs,id eſt vias rectas per quas ad te dirigamur,& quę ſunt iſtę directiones ſubiungit(iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti).i.docuiſti vt diſcerneret quid bonum & quid malum.Caſſiod.(iudicium)enim fecit in populo fideli quando ei donauit bonũ malumq; diſcernere(Iuſticiam)vero cum relictis idolis creatori ſuo meruit humili deuotione ſeruire(in Iacob) Id eſt in vno quoq; fideli.Auguſtinus.Gloſa.Nõ ſolum in illo patriarcha(ſed etiam in populo quẽ ſignificat,& tu feciſti hoc.Caſſiodorus. Quia nemo eſt alius pręter ipſum qui hoc poſſet facere.

5 **Exaltate dominum deum noſtrum & adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt.**

Caſſiodo.Hugo cardi.Gloſa.Secunda pars in qua populos deuotos admonet propheta vt nomẽ domini magnificare,& exaltare non deſinãt & vt eũ adorent(exaltate)inquit.Lyra.i.q̃tum poteſtis laudibus extollite(dominum deum noſtrum). Hieronymus.Vt ſcilicet ſit excelſus in cordibus veſtris. Lyra.pro recognitione ſuorum beneficiorũ.Caſſ. Ipſe enim humanis viribus non indiget adiuuari (Et adorate ſcabellum pedum eius).Hierony. Auguſti.Caſſiodo.Glo.i corpus Chriſti quod de maria virgine aſſumpſit in quo maieſtas diuinitatis tanq̃ ſuper ſcabellũ ſtat.Caſſiodo.Scabellum nam ꝙ diuinitatis humanitas intelligitur,pedes vero eius ſtabilitatem diuinitatis ſignificat(Quoniam ſanctum eſt)Idem,Corpus ſcilicet Chriſti & glorioſum & adorabile ſanctũ autem dixit,& non ſãct⁹,vt corp⁹ a deitate mẽtis cõtẽplatiõe diſcernẽs ſed ad vnã pſonã referres. i. ad verbũ quod caro factũ eſt.Hugo car. Sed quia dilatio pręmij impedit laudem dei ideo proponit exẽpla patrum', qui licet remotiores eſſent a pręmio tamen feruentes erant in ſeruitio dei.Vnde dicit.

ſcd̃a ps.

diuinitatis Scabellum.

6 **Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.**

Alia lra hiꝫ in his

Caſſiodorus.Moyſes inquit & Aaron in ſacerdotibus eius.hic Moyſem ſacerdotem dicit,quãuis alibi ſacerdos fuiſſe non legitur. Nõ enim offerebat hoſtias ſicut Aarõ frater ſuus vota tamen populorum coram deo ſemper exhibuit quod ſacerdotis eſt officium, qua propter ſacerdos hic merito dicitur qui magnis precibus iraſcente domino ſupplicauit.Lyra.De Aaron autem ꝙ fuerit ſũmus ſacerdos ſatis patet.Moyſes vero officio ſacerdotali vſus eſt in conſecratione Aarõ & filiorum ei⁹. Hierony.Et q̃q̃ vnius legis alter ſacerdotum regulam teneat tamen vterq; aduentum domini ſacerdotali pręconio,vel in legalibus tubis,vel in veſtis tintinabulis nunciauit.Hugo cardina.Vel ideo Moyſem ſacerdotem dicit,quia mos eſt in ſcripturis vt etiam quandoq; magni viri ſacerdotes appellentur(& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Lyra.Pręerat enim cuneo prophetarum deum colentium. Caſſiodo.Glo.Hugo cardina.Samuel etiã Dauid vnxit in regem tamen non accepit officiũ ſacerdotis,quia erat de tribu effraim vnde ſacerdotes fieri non licebat,& ideo non inter ſacerdotes, ſed inter eos qui inuocant nomen eius ponitur, leuita enim fuit,quia ephod portauit. Car.Et mortuis Hęli filijs ſuppleuit officiũ ſacerdoti,& quia poſſet dicere aliquis quod pręmium iſti inde conſecuti ſunt,oſtendit primo quia exauditi ſunt a domino.Vnde dicit.

Inuocabant dominum & ipſe exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. 7

Caſſiodo. In quo quãtũ valeat ſinceritas orationis breuiter inſinuat dicens,inuocabant inquit dominum & ipſe exaudiebat eos,quia fideliter deum inuocantes efficaciter audiebat.Hugo cardinalis. Quando pro ſe & populo pręcabantur.(In columna nubis loquebatur ad eos.(In columna inquit

orõib⁹ ſinceritas.

nubis.i.in figura quę nubes erat & obſcura. Caſſ. Vel in hac ſpecie loquebatur illis domin⁹,quę vẽtoram fabricam eccleſię nũciabat illis,ergo in nube.Nobis autem per ſanctum ſcabellum.i.per incarnationem loqui & apparere dignatus eſt. Hierony.Locutus eſt itaqꝫ dominus de nube filijs Iſrael ſed & deinceps affatus eſt apoſtolis de velamẽto carnis aſſumptę in quo diuinitas obũbrata latebat.Lyra.Cauſa autẽ exauditionis ipſorum ſubiungitur cum dicitur.

8 Alia lrã. hꝫ hic qꝛ Alia precepta ei⁹ que dedit illis vel que dedit eis

CVſtodiebant teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

Caſſiodo. Ipſe enim dominus eos exaudire dignatur & vere diligit qui eius mandata cuſtodit ſicut ipſe diſcipulis ſuis dixit. Si me diligitis mãdata mea ſeruate. Idem. Gloſa. Teſtimonium autem eſt per ſigna aliqua pręcedentis rei poſita ſignificatio. vnde ſepę in lege dicitur.hoc erit vobis in teſtimonium.Pręcepta vero pertinẽt ad legem quæ per Moyſem data eſt. Lyra.Hug.car. (Vel teſtimonia)dicit q̃tum ad iudicialia & cęrimonialia, quæ dicuntur quędam dei teſtimonia(pręcepta) vero ſunt moralia quę magis proprie dicũtur pręcepta & exponitur hic ſingulare pro plurali. Gloſa. Et quia cuſtodiebant ea ideo o.

ix ✠ Hebr. vltu ſup cõmutationibus eorum.

DOmine deus noſter tu exaudiebas eos. deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens ✠ in omnes ad inuentiones eorum.

Car.(Domine inquit per potentiam)deus)per creationem(noſter)per recreationem(tu) cuius pręcepta cuſtodiebãt exaudiebas eos.Gl. In iuſtis ꝑtitionib⁹ ſuis.Caſ.Dicẽdo enim tu exaudiebas eos oſtẽdit deſideria ſanctorum in bonis petitionib⁹ fuiſſe completa.eoſqꝫ beneficia ſuſcepiſſe quę videbãtur neceſſario poſtulare.Et,o.(Deus tu propicius fuiſti eis.)Gloſa.Caſſiodo. Condonando eis peccata ne noceant in futurum.Auguſtinus. Gloſa. Propitius enim non dicitur deus niſi quando peccatis dat veniam propitius autem fuit eis non ſolum donando peccata,ſed etiam caſtigando & vindicando Nan & ſi iuſti tanti eſſent aliquid tamen habebant peccati vnde addit (& vlciſcens in omnes adinuentiones eorum)Lyra.i.puniens defect⁹ eorum qui non procedebant ex inſtinctu tuo ſed ex eorum arbitrio.Auguſtin⁹.Gl. Vel affectiones quas ſolus deus nouerat in cordibus eorum. Glo. Caſſiod. Et q̃uis aliqui ſancti ſint & fideles viri & magna deuotione venerandi tamẽ oportet in eis vindicari pro tempore ne ſemper peccare delectet & ne humana elatio ſubreperet. Glo. Et quia propitius eſt ideo.

x

EXaltate dominum deum noſtrum & adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus dominus deus noſter.

Lyra.Exaltate inquit.i.laudibus extollite dominũ ratione generalis gubernationis.Deũ ratione creatiõis nr̃m ratiõe cult⁹ ſpecialis & adorate i mõte ſãcto). Caſſ. Quod ad mõtẽ Syõ q̃ eſt eccleſia referri poſſe non dubiũ eſt ipſa enim eſt mons mõtiũ & ſancta ſanctorum cuius habitator eſt Chriſtus.Hugo cardina. Et quare ſit adorandus oſtendit dicẽs (Quoniam ſanctus dominus de⁹ noſter)Caſſiodo. Sanctum ergo dominum in ſancto monte pręcepit adorandum quoniam ſicut laus eius non conuenit ori prauo,ita nec eius culturę loci poteſt cõgruere turpitudo. Car. Vel qm̃ ſanct⁹ eſt effectiue nos ſãctificãdo.Hiero. Sãctos ergo vos exhibete i eccleſia eius quoniã ipſe ſanctus eſt,& eccleſia ſancta non habens maculam ſiue rugam. Gloſa. Augu.Vel adorate in monte ſancto eius, ideſt in Chriſto qui lapis eſt paruus. & ſicut Daniel dicit creuit in montem magnum, & impleuit totam faciẽ terrę pręciſus.i.natus de monte.i.de gente iudæorũ quę colebat vnum deum, & ideo monti comparatur,ſiue manibus id eſt ſine opere hominum,quia de virgine ſine virili ſemine conceptus. preciſus Chriſtus

Pſalmus.xcix.

¶Titulus.

Pſalmus in confeſſione.

Hieronymus. Vocẽ prophetę continet qui fideles prouocat in laudib⁹ dominicis íceſſabiliter exercere.Gloſa. Caſſio. cõfeſſio autem gemina eſt vna laudis.altera peccatorum.Prima conuenit perfectis. Secũda in ſipiẽtibus. Vnde in hoc pſalmo ꝓpheta monet ad confeſſionem. deum ſcilicet laudare,& peccata noſtra inceſſanter plangere. quia nec in malis eſt deſperandum nec in bonis debet animus eſſe elatus.

Lyra.Ex titulo ſatis ãparet ad quid iſte pſalmus.fact⁹ fuerit ſcilicet vt cantaretur in oblatione hoſtię pacificæ de qua habet. Leuiti. vij. quę offerebatur domino ꝓ aliquo beneficio ab eo obtinẽdo ad quod exigitur diuina placatio. vel ꝓ beneficio obtento ad quod exigitur gratiarum actio quę ſequi debet,& per hoc talis oblatio dicebatur cõfeſſio diuinę laudis. duplex ꝯfeſſio.

Caſſiodorus.Dicitur autem confeſſio, ſiue pœnitentia,ſiue laus multorum ore celebrata quaſi confacio.Et diuiditur in duas partes. In prima perfectis pręcipuum gen⁹ confeſſionis id eſt laudem indicit. In ſecunda inſipientibus & imperfectis indicit confeſſionem peccatorum.ibi. Introite,ad laudem ergo monens ait. Pſalmi. Diuiſio.

IVbilate domino omnis terra, ſeruite domino in lætitia. i Alia lrã deo. Alia iocunditate.

Caſſiodorus. Iubilatio eſt magno mentis gaudio commoueri, & ſub mentis iocunditate famulari domino. Non tamẽ in articulata verba prorumpere. (Iubilate inquit domino omnis terra.) Car.i.habitatores terrę per totum mundum diffuſi.Auguſti. Gloſa Ad laudẽ enim monens nõ vnum angulum terrę hortatur ſed ſicut vbiqꝫ nouit ſeminatam benedictionem, ita vndiqꝫ exigit iubilationem iubilate in quã domino non alicui creaturę, & ſic iubilet vox exteri⁹,vt cor ĩtelligat ĩteri⁹ ſon⁹ ẽ cordis eſt intellect⁹ iubil⁹ autẽ eſt ſonus lęticię ſine verbis quia eis lęticia animi nõ poteſt explicari. Caſ.Lyra. Quod autẽ dicit omnis terra non intelligit de tellure ſeu terra materiali,ſed de hominibus habitãtibus in ea(ſeruite domino in lęitia).Caſſiodorus.Non in murmuratione aut amaritudine mentis ſicut factũ eſt in deſerto. Car. Non coacte ſicut quidam faciebãt no ſe terre.

idolis. Caſſiodo. Sed in charitate perfecta quæ nõ agit perperã, nõ eſt ambitioſa, illi autem ſub lętícia domino ſeruiunt qui eum ſupra cũcta diligũt & inuicem ſe fraterna charitate reſpiciunt. Augu. Glo. Nam iſta ſeruitus non eſt amaritudinis, nec indignationis, ſed fœlicitatis & libertatis. Seruũ ergo te faciat charitas quia liberum te fecit veritas Caſſiodo. Sed iſtam lęticiam quę in mundo pręcipitur vide quale pręmium ſubſequatur.

2 ✠ Hebr. in laude
Introite in conſpectu eius in exultatione. ✠

Auguſti. Quia facile eſt lingua exultare foris ideo dicit. (Introite in conſpectu eius in exultatione). Id eſt vt nedum lingua ſed conſcientia exultet. Hierony. Nõ ergo iocis turpibus diſſoluimini ſed omnia quęcunq; facitis in gloriam dei facite. Lyra. Quod autem dicit in exultatione, id eſt in mentis deuotione. Gloſa. Magnum namq; eſt pręmiũ in conſpectu tanti. ſ. creatoris gaudere. Lyra. Huius tamen exultationis ratio ſubditur cum dicitur.

3 ✠ Hebr. ipſius ſumus.
Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus, ipſe fecit nos & non ipſi nos. ✠

Auguſtinus. Gloſa. Scitote inquit quoniam dominus ipſe eſt deus. Quis hoc neſcit quoniam dominus ipſe eſt deus, ſed de Chriſto crucifixo hoc dicit contra Iudęos. Idem. Caſſiodo. Qui non putabant eum eſſe deum, dum manus in eum iniĳcere preſumpſerunt. Scitote ergo, hoc eſt intelligite q iſte dominus quem filium dei minime credidiſtis ipſe eſt de⁹ qui fecit cęlum & terram, qui nos quoq; ad ſuam ymaginem ſimilitudinemq; plaſmauit (ipſe inq̃ fecit nos & non ipſi nos). Auguſti. Glo. Omne enim bonum noſtrum ex eo non ex nobis eſt, ex eo namq; eſt vnde coronamur, ex nobis vero vnde damnemur. Caſſiodorus. Glo. Vel hoc dicit ne quis putet creationem noſtram patrum ſeminibus eſſe deputandam, qui ſunt dumtaxat miniſtri, ſed deus eſt auctor. Hierony. A quo ſum⁹ nõ ſolum corporaliter facti, ſed etiam in nouũ hominem recreati. Et hoc nõ noſtro merito ſed ſuo dono. Cardi. Hoc itaq; dico ſcitote vos ſcilicet qui eſtis.

4 ✠ Hebr. in gratiarũ actione.
Populus eius & oues paſcuæ eius, introite portas eius in cõfeſſiõe ✠, atria eius in hymnis confitemini illi.

Hierony. Ipſe enim Chriſtus eſt paſtor bon⁹ qui animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit. nos autem ſumus. (Populus eius & oues paſcuę eius.) Qui eũ ſequimur. & vocem eius audimus, Gloſa. Sumus inq (popul⁹ eius) & ipſe rex noſter, & oues paſcuę eius, & ipſe paſtor. Caſſiodo. Per pulcherrimas cõparationes oſtendit quis ſit populus eius cum dicit oues paſcuę eius, oues ſcilicet quia ſimplices, & ipſe earum paſtor verus cuius paſcua ſunt diuinarum ſcripturarũ copioſa & dulcis epulatio, quibus fidelis anima ſaginatur, & ad futurę beatitudinis amena perducitur. Sequitur. (Introite portas eius in confeſſione.) Gloſa. Car. Secunda pars in qua inſipientibus & imperfectis confeſſionem peccatorum indicit. q. d. Bonum eſt confiteri con feſſione laudis, ſed pręcedere debet confeſſio peccatorum, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris ideo dicit. Introite Portas eius in confeſſione peccatorum. Caſſio. Portæ enim domini ſunt humilis pœnitentia, baptiſmus, charitas miſericordia, cęteraq; mandata per quę ad eius poſſumus peruenire cõſpectum. Auguſti. Gloſa. A portis ergo, id eſt a confeſſione incipite ad miſericordiam dei intrare. Non a vobis facti laudate eũ a quo facti eſtis, nec foris ſtetis vbi lupi vbi hoſtes, ſed potius introite in confeſſione portas eius. Hiero. Ipſe enim porta eſt qui dicit. ſi quis per me itroierit ſaluabitur, & apoſtoli portæ ſunt per quas ad eũ acceditur, quas nemo poteſt ingredi niſi ſe peccata confitẽdo purgauerit. Gloſa. Et cum intraueritis in atria eius, id eſt in amplitudinem cæleſtis beatitudinis, gratiæ plenitudine percepta (hymnis confitemini illi,) Car. Confeſſione laudis. Auguſtin⁹. Gloſa. q. d. Cum intratis vos reprehẽdite, cum vero intraueritis ipſum laudate. Caſſiodo. Vel cum dicit atria eius, ſubaudiri debet intrate. Per atria autem intelligi voluit prophetas & euangeliſtas & eos qui aſpirante domino docuerunt, quorum dicta ſunt atria ſeu palatia in quibus deus inuenitur ſi deuota mente perquiritur. Car. Vel atria ſunt eccleſiæ in quibus debet deus laudari. Vnde ſequitur.

Dei paſcua.

Scd'a ps.

Domini portæ.

Atrium.

5 ✠ aĩa li. fides.
Laudate nomẽ eius quoniam ſuauis eſt dominus, in æternum miſericordia eius, & vſq; in generationem & generationem veritas ✠ eius.

Caſſiodorus. In quo reddit cauſam quare pręcandum & laudandum eſt nomen eius dicens. Laudate nomen eius (quoniam ſuauis eſt dominus). Lyra. Id eſt cito placabilis hoſtĳs & laudibus deuotis. Auguſtinus. q̃tum ergo laudatis tantum vires acquiritis, quoniam dum laudatur ſemper dulceſcit. Caſſiodo. Nec poteſt delectatio iſta habere faſtidium, aut expleri animus vbi ſemper creſcit appetitus, & vbi ſic mens conſolata reficitur, vt nullatenus eius daſideria deponantur. Hierony. Nihil enim acerbum habet. Caſſiodo. Et ne ſuauitatem quam dicit crederes eſſe temporalem, addidit In æternum miſericordia eius. Lyra. Quia ſemper parat⁹ eſt indulgere pœnitentibus. Caſſiodo. Vel quia cum ſemel pręſtiterit futura bona ab ipſo perpetuo ſeruantur illeſa. Auguſtinus. Non enim cũ te liberauerit deſinet eſſe miſericors, ſed vt protegat ſemper in ęternam vitam miſericordia ei⁹ eſt. Hieronymus. Vel hoc dicit quia nos redemit & iugiter ſaluat. Glo. Vel quia hic liberat, & in futuro coronat. Cardina. Sed ne quis nimium de miſericordia pręſumat addidit & de iuſtitia. (Et vſq; in generationem & generationem veritas eius). Hieronymus. Qua populos iudicabit. Gloſa. Implens promiſſa. Cardina. Et damnans reprobos ſecundum opera ſua. Auguſtinus. Caſſiodor⁹. Gloſa. In quo ſignificat vtrunq; ſęculum pręſens ſcilicet quod nunc agitur, & illud quod credimus eſſe venturum, vel generationem terrenam quę parit mortales & cęleſtem quę parit ęternos in quarũ vtraq; eſt veritas implens promiſſa.

Iuſtorũ in pręſenti & futuro pmiũ.

Pſalmus.c.

¶Titulus.
Pſalmus ipſi Dauid.

Hierony. Pſalm⁹ iſte vocem continet prophetę dei mīas enarrantis. Caſſiodo. Pſalm⁹ enim ſanctam ſignificat operationē. Cum vero dicitur ipſi Dauid docemur vt hoc totum Chriſti virtutibus applicetur, nihil terreno regi. Idem. Gloſa. Continet ergo iſte pſalm⁹ formam perfectę ſanctitatis vt centeſimus numerus perfectus eſt. In quo docemur bona appetere mala renuere quę eſt perfecta conuerſatio vitæ. & diuiditur in tres partes. In prima agit de iudicio & iuſticia dicens ſe eſſe in via inmaculata. In ſecunda eadem viam per partes exponit, ibi per ambulabam. In tertia oſtēdit malos a ciuitate domini remouendos ibi in matutino, ait ergo

Lyra. Dauid videtur feciſſe hunc pſalmū quā do cognouit ſe ſtabillitum in regno Iſrael, & cognouit ꝙ confirmaſſet eum deus regem ſuper Iſrael ſecūdū quod habetur. ij. Reg. v.

Pſalmi. Diuiſio.

1 Miſericordiam & iudicium cātabo tibi domine, pſallam & intelligam in via immaculata quando venies ad me.

Alia lra facit aliū. — mie & iudicij dei diuinē.

Caſſiodo. Poteſtas enim domini ſemper aut miſeretur aut iudicat, ſed neq; miſericordia ipſius ſine iudicio, neq; iudicium miſericordia reperitur, vtraq; enim ſe mutua charitate coniungunt, & ideo dicit. (Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine). Gloſa. (Miſericordiam) ſcilicet quæ modo eſt. & iudicium quod erit in futuro (cantabo tibi) id eſt ad tuum honorem qui vtroq; laudabiliter vteris. Hieronym⁹. Auguſtinus. Caſſiodorus, Gloſa. Audiant itaq; miſericordem dominum peccatores qui de ſua nequiter ſalute deſperant. Audiant & iuditium ſuperbi & contemptores qui malū ſuū non eſtimant eſſe puniendum dicentes' Miſericors eſt dominus, peccemus indulgebit nobis, nemo itaque de miſericordia præſumat ad impunitatem quia eſt ei iudicium Nemo immutatus in melius iudicium timeat, quia præcedit miſericordia. Hęc enim ſemper ſimul in eo ſunt ſed tempora ſecundum effectus diſtingūtur. Nam miſericordia nūc omnib⁹ offertur & multipliciter exibetur iudicium autem in futuro, ſequitur. (Pſallam & intelligam in via immaculata.) Hierony. In quo admonet propheta vt quiſquis quod pſalit intelligat, & ſenſus pſalmi contempletur, & ne vagetur mens foras, vt ore quidem videatur pſallere mēs autem ſine fructu ſit. Caſſiodor⁹. Vel pſalit domino in via immaculata qui bonis factis ſuis eū placare contendit hęc namq; ſuauis eſt harmonia quā do vox operibus conſonat, nam ad aures domini non venit, quod ſe mutua contrarietate confundit. Hieronymus. Quando autem quis intellectū receperit & iuſte egerit tunc cum fidutia dicet ad dominum (quando venies ad me.) Idem. Glo. In ſecūdo ſcilicet aduētu, quādo reuertēs dn̄s facta hominum exquiret vel in obitu cuiuſq; ſequitur.

Superborum deſperatorum & ipeccatorum. — Epus diſtinctio — quo vbiq; cātādi ſunt pſalmi modo

2 Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.

ſcda ps.

Gloſa. Car. Secunda pars, in qua exponit per partes quę ſit via immaculata, & quaſi ab eo quęreretur, quę eſt via immaculata, ecce. hęc eſt innocentia, vnde ſubdit. Perambulabam in innocentia cordis mei. Perambulabam inquit id eſt perfecte ambulabam quaſi in ſpecioſa via in innocentia cordis mei. Anguſtias enim patitur omnis malitia, ſola vero innocentia lata eſt. Hierony. Caſſiodor⁹. Nihil itaq; ſic placet deo vt ſimplicitas & innocētia, vnde ſpiritus ſanctus in alijs volatilibus nō cōplacuit niſi in columba ptopter ſimplicitatem & in quadrupedibus in oue propter manſuetudinē. Auguſtin⁹. Glo. Hęc ergo eſt via immaculata quę ab innocentia incipit & illa conſummatur. Innocens autem eſt qui nec ſibi nec alteri nocet, igitur innocens eſto & perfeciſti iuſticiam, (in medio domus meę. Caſſiodo. In quo quid poſſit innocentia paucis verbis abſoluit, vt innocēs, ſcilicet ī medio domus dei habitare mereatur. Glo. Idem. Vel perābulabam quia tranſitoria non quæſiui, ſed cucurri viam mundi exiſtens in medio domus tuæ. Gloſa. Vel in medio dom⁹ meę id eſt in medio cordis mei in quo quiete habitat bene conſcius. Alij vero foras pelluntur quaſi a fumo, vel ſtillicidio vel mala vxore & in nugis extra quieſcunt qui intus non bene poſſunt. Deinde innocētiā per partes exponit. primo dicens ſe nihil habere commune cum malis, vnde ait.

via immaculata. — innocēs quis.

Non proponebam ante oculos meos rem ✠ iniuſtam, facientes præuaricationes odiui. 3

Hebr. verbum belial.

(Non proponebam inquit ante oculos meos rem iniuſtam. Lyra. Ad concupiſcendū ſcilicet aliquid iniuſtum cupiditate ductus exemplo raptorū. Hierony. Nec ante ponebam aliquid domino, neq; cōſentiebam iniquitati, ſed totus ad deum eram. Caſſiodo. Qui enim deum credit vltorem rem malam ante cordis ſui lumina nō proponit, quia neceſſe eſt vt deſpiciat terrena qui noſcitur cōſiderare cæleſtia. Recte autē illas res videre nō dicimur quas nullis delectationibus intuemur, (facientes præuaricationes.) Lyra. Id eſt diuinæ legis tranſgreſſiones Gloſa. Eos qui legem non faciunt & ſi in eccleſia ſint, (odiui) id eſt a me repuli præuaricatores ſcilicet, ſed non homines. Lyra. Eiuſdem autē virtutis eſt diligere bonū & odire malū ei oppoſitū Hierony. Non ergo ante ponebam pietati domini propinquū aut amicū, ſed quoſcūq; (facientes prę uaricationes odiui.) Gloſa. Quos autem dicat præuaricatores exponit ſubdens.

Non adhæſit mihi cor prauum declinantem ✠ a me malignum nō cognoſcebam 4

Hebr. cor prauū recedet a me malū nō cognoſcebam. Hebraicum cor.

(Non adhæſit mihi inquit cor prauū.) Glo. Id eſt cor tortū quod habet qui nō vult omnia de⁹ vult. Caſſiodo. Cor enim prauū adhærere nō poteſt niſi peccatorū iniquitate diſtortis. Nec prauū recto conuenit quia morū varietate diſſentit. Auguſti. Rectū autem cor hominis dicitur qui omnia quæ vult de⁹ ipſe vult, cui non adhęſit cor prauū, quia non conſenſit non rectis. (Declinantem a me malignum non cognoſcebam.) Lyra. Per approbationem quamtuncunq; mihi eſſet proximus. Hiero.

Nam & ſi amicus meus peruertebat vias ſuas ſic eũ fugiebam vt penitus memoriam eius non facerẽ. Auguſtin⁹. Quid enim eſt non cognoſcebam, niſi non appprobabam, non laudabam, non michi placebat. Lyra. Malignus autem dicitur quaſi malo igne initus, igne ſcilicet inuidię, irę, ſuperbię, & huiuſmodi.

5 Detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. ✠

Lyra. (Detrahẽtem inquit ſecreto proximo ſuo id eſt in eius abſentia. Caſſiodo. Detrahit enim hæreticus ſecreto quando abſentem catholicum aliqua oblocutione dilacerat, nec audet palam contendere, qui ſe nouit irrationabilia vindicare. Hos itaq; dicit perſequendos, vt ad ſtudia veritatis conciten tur qui decepti varijs quęſtionibus eludũtur. Hierony. Vel hoc de quolibet detrahente, intellige, vt nõ tantũ non cõſetiamus detrahẽti, ſed eum quã tum in nobis eſt perſequamur prouidẽtes in vtroq; vtilitatem vt nec illum libenter audiamus, nec eum peccare permittamus. Tanta enim diſtantia eſt inter fornicantem & detrahẽtem vt ille qui fornicatur ſe tatũ occidat, ille autem qui detrahit, & ſe & illũ qui audit demergat. Car. Vnde detrahẽtes ſunt deo odibiles, & abominatio hominum eſt detractor (ait ſapiens.) Gloſa. Qui palam detrahere non audet quia falſa tenet, Sequitur.

Superbo oculo & inſaciabili corde, cum hoc non edebam. ✠

Hieronymus. Hoc eſt ꝙ ſi quis erat ſuperbus, aut auarus (cum hoc penitus non edebam.) Lyra. Dictus eſt autem auarus quaſi auidus eris qui non ſatiatur pecunia. Caſſiodorus. Vel ſuperbo oculo eſt qui tumidus eſt praua voluntate, inſatiabili vero corde, qui non recedit a blaſphemijs quos in tantum dicit eſſe vitandos, vt nec cum ipſis debeamus inire conuiuium ne aures Chriſtianorum abominandis inquinentur ſermonibus. Auguſti. Gloſa. Vel ideo dicit non edebam cum oculo ſuperbo & inſatiabili, quia habet epulas ſuas cor ſuperbũ & inſaciabile vnde paſcitur & non reficitur. Epulę enim ſuperbi cordis quod eſt inſaciabile eſt inuidia quæ paſcitur & gaudet alienis malis, hoc ergo cibo ſuperbię & inuidię inequitatis non paſcitur iuſtus, ſed cibo iuſtitiæ. Gloſa. Conſequenter exequitur alteram partem innocentię per quam cum
7 iuſtis habet partem. quaſi dicat. Cum talibus non edebas, vnde ergo paſcebaris. Ecce.

Oculi mei ad fideles terræ vt ſedeãt mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.

(Oculi mei inquit.) Hugo cardina. Interiores ſcilicet ſunt ad fideles terrę vbicunq; vel vndecunq; ſint, dum tamen fideles ſint. Caſſiodorus. Oculos enim quos auertebat a peſſimis, nunc ſe profitetur ſociare cum ſanctis (fideles) autem terrę dicit qui, per totum mundum habitãt Chriſtianos. (Vt ſedeant mecũ) id eſt in fideli vnitate permaneãt. Auguſtin⁹ (Vel dominus hoc dicit de fidelib⁹ qui ſedebunt ad iudicandũ. Sequitur in perſona eiuſdem iuſti. (Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat). Caſſiodo. Hæc eſt enim reuera fidelium Chriſtianorũ manifeſta probatio. Et ſua vita clareſcere. & bonorum miniſtrorum conuerſatione gaudere. Auguſt. Vel hoc dicit de his qui miniſtrant euangelium, qui debẽt Xpo non ſibi miniſtrare, & non quę ſua ſunt, ſed quę Chriſti quærere, & ideo dicit mihi non ſibi.

8 Non habitabit in medio domus meę qui facit ſuperbiam, ✠ qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.

Caſſiodo. Adhuc in dictis ſuperiorib⁹ perſeuerat negat enim cum ſuperbis ſibi fuiſſe aliquam portionem, ne crederetur eos probaſſe quorum familiaritatem ſibi videbatur adiungere. Vnde cognoſcim⁹ nos debere habere talia in ſubiectos iudicia vt nullatenus peſſimis hominibus faueamus, nec nobis grati videantur qui morum grauitate vitandi ſunt. (Nõ habitabit inquit ĩ medio dom⁹ meę) Auguſti. Glo. Id eſt in corde meo, vbi mitis & quietus non ſuperbus habitat. Vel in medio dom⁹ meę id eſt in medio eccleſię qui facit ſuperbiam id eſt quilibet ſuperb⁹, qui & ſi aliq̃diu tolleretur gratia correctionis, non tamen pręeminet, meritis nihil poteſt, non eſt in populo meo granum ſed palea. Sequitur ex perſona totius Chriſti. (Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum. (Gloſa. Qui loquitur inquit iniqua id eſt omnis maledicus. Caſſiodo. Vel iniquũ ad totum pertinet quod diuina pietas execratur, non direxit id eſt non profecit. Illos enim dicim⁹ dirigi qui nõ accedendo proficiunt aut aliqua proſperitate meliorantur, quod vtiq; non ſolet eis contingere qui tortuoſis ſtudent ſemitis ambulare. (In conſpectu oculorum meorum.) Gl. Quia & ſi apud ſe & apud ſtultos apud me tamen non eſt glorioſus.

In matutino interficiebam omnes peccatores terrę, vt diſperderem de ciuitate dñi omnes operãtes iniquitatem.

GloſaHugo cardina. Tertia pas vbi oſtendit quis ſit finis malorum. Et primo in perſona viri iuſti exponit quemadmodum dęmonum ſuggeſtiones de cordis ſui penetralibus expulerit dicens, (in matutino.) Caſſiodo. Gloſa. Id eſt quando initio tentationis ſuggeſtiones diabolicę incipiunt apparere, Tunc enim debent oratione eijci, tunc abominabili execratione detrudi ne paulatim creſcentes velut dies nebuloſiſſima cõprehẽdãt. Tũc ergo iterficiebã oẽs peccatores dęmones ſcilicet qui oẽm carnẽ faciũt peccare q ideo peccatores dicũtur qa peccatores faciunt. Hierony. Hos ergo interficiebam ei ectis a me cogitationibus malis. Hugo cardina. Vel pręuaricatores dicit omnes malos mot⁹ qui pariunt iniquitatem, qui ſunt interficiendi in matutino, id eſt in initio tentationis, vel in matutino id eſt in adoleſcentia, vel hoc dicit quia in mane magis tentat diabolus. Sequitur. Vt diſperderem de ciuitate domini.) Caſſiodor⁹. Hugo cardina. Id eſt de conſcientia & anima mea, ciuitas enim domini eſt anima iuſti ſeu conſcientia eius vnde diabolus diſperditur, quando a ſua intentione remouetur. Glo. (Vt diſperderem dico omnes operantes iniquitatem. (Id eſt omnes ſubmiſſio-

Marginalia: malign. — ✠ Hebr. quẽ iter ficiam. — vi ✠ alia li. hoc eſſe potero. — ſuꝑbo ꝛ̃ cibi. — ✠ Hebr. taciens doli to: ꝛ ẽs mẽ dacii ñ ĩ placebit — ✠ iii. pars. Suas mane — matuti num. — Ciuitas dei.

mente noſtra ideo repellere debemus, vt tandem
cum igne iudicij examinati fuerimus, non inue-
niatur in nobis iniquitas, ſed ſecundũ miſterium
centeſimi pſalmi perfecti inueniamur in oculis di
uinæ maieſtatis. Auguſti. Gloſa. Vel in hoc pſal-
mo loquitur Chriſtus. Et oſtẽdit quis finis ſit ma
lorũ, quaſi dicat. In nocte huius ſęculi parco, tolle
ro, corrigo, ſed in matutino cum ſcilicet dies eſſe
cœperit, cum venerit dies iudicij, & omnia erunt
aperta quæ modo occulta ſunt, interficiebã, id eſt
interficiam omnes peccatores terrę eos mittendo
in ignem æternum. (Vt diſperderẽ de ciuitate do-
mini.) Hugo car. Id eſt de congregatione fideliũ.
Hieronymꝰ. Ciuitas enim domini, eſt eccleſia ſan-
ctorum & congregatio iuſtorum. (Omnes operan
tes iniquitatem.) Auguſtinus. Gloſa. Quibus mo
do parcitur, quia tempus miſericordiæ eſt, ſed tem-
pore iudicij ſeparabuntur. Hugo car. Cum dictu-
rus eſt dominꝰ angelis. Colligite primum zizania
& alligate in faſciculos ad comburendum.

Pſalmus.ci.

✠ Heb. eloquiũ ſuum.

¶Titulus.
Oratio pauperis cũ
anxiaretur, & in con
ſpectu domini effu-
dit precem ſuam. ✠

Hieronymꝰ. Pſalmus iſte
in principio vocem pro-
phetæ continet ex perſo-
na peccatoris. Deĩde laus
in eo dominici nominis
continetur. Auguſtinus.

Lyra. Poſt recitatio-
nem oppinionũ ali-
quorum hebræorum
dicit pſalmum iſtum
ad literã loqui de cor
pore Chriſti, & de an-
xietate populi Iſrael
cum deſiderio depre-
cãtis pro aduẽtu Chri
ſti, & ad hunc ſenſum
proſequit̃ expoſitio-
nem ſuam.

Gloſa. Vel Chriſtus pauper in nobis & nobiſcum,
& propter nos hic orat in perſona pœnitẽtis ſuã
deiectionem & deiectionis cauſam recognoſcẽtis,
& a peccatis liberari atq; in priſtinum ſtatum re-
ſtitui petentis, monet ergo ſuam auertere miſe-
riam & dei petere miſericordiã. Gregoriꝰ. Et orat
caput noſtrum in pſalmo hoc vt illuc reducamur
per gratiã, vnde per primi parentis cecidimus cul
pam. Et diuiditur in quatuor partes. Prima, eſt de-
precatiua captatio beniuolẽtię in qua nec factum
defenditur, nec facientis animus excuſatur. Secun
da, eſt flebilis narratio vbi exponit quam patitur
paupertatem, ibi. Quia defecerunt. Tertia, eſt im-
petrãdi veniam certitudo, ibi. Tu autem domine.
Quarta, breuitatem ſuam diuinæ conferens æter-
nitati illam trãſituram & iſtam manſuram aſſerit,
ibi. Reſpondit ei. Caſſiodorus. Gloſa. Et eſt iſte
quintus pſalmus pœnitentiæ, & quartus qui ora-
tio dicitur. Et quia in titulo tria memorauit, ſcili-
cet orationem, paupertatẽ. Anxietatem ſingulam
ſuis locis executurus ab oratione incipit, dicens.

Pſalmi. Diuiſio.

1 Alia lra exaudi dñe: alia perueniat.

DOmine exaudi orationem
meam, & clamor meus ad
te veniat.

Lyra. (Domine inquit exaudi ora
tionem meam) procedentem ex
corde, quia oratio eſt aſcenſus mentis in deum ſe-
cundum Damaſcenum. Hugo cardinal. (Domine)
dicit, quia nihil ab alio peti debet niſi a deo (exau-
di orationem) non orationes, quia vnam petij a
domino hanc requiram (meam) non alienam, con-
tra eos qui horas dicunt per procuratores, vel ro-
gant pro ſe orari, & ipſi pro ſe orare non curant.
Gregorius. Illi autem a domino exaudiri meren-
tur, qui diuini zelo amoris accẽſi omnia quæ poſ-
ſunt bona operantur, nam qui peruerſis actioni-
bus aſſuetꝰ operibꝰ iniquitatis inuigilat, nequa-
quam dignus eſt exauditione cum orat (& clamor
meus.) Lyra. Procedens ex ore. Hugo cardinalis.
Qui plus eſt q̃ oratio (ad te veniat.) Lyra. Id eſt ac-
ceptus ſit coram te. Hugo cardinalis. Vt te ad miſe-
randum excitet. Caſſiodorus. Primo autem poſuit
orationem, nunc vero adiecit clamorem, vt ſtudia
ſupplicationis creuiſſe cognoſceres, cuius oratio-
nem in clamorem maximum prorupiſſe ſentires.
Auguſtinus. Idem autem eſt quod dictum eſt. Do
mine exaudi orationẽ meam. Et quod inde ſequi-
tur. Et clamor meus ad te veniat. In geminatione
tamen affectus petentis oſtenditur. Hieronymus.
Clamor autẽ dicitur cum de toto corde profertur.
Innocẽtius tertius. Vnde per clamorem non tam
vocis intentio q̃ cordis deuotio debet intelligi.
Caſſiodorꝰ. Et dum ſcilicet idipſum quis cogitat
quod orat ipſum mente reſpicit cui verbo ſuppli
cat, & omnes ſuperfluas cogitationes excludit:
Tunc enim accepta deo, eſt oratio canentium, ſi
pura mens idem gerat quod cantici vox explicat.
Innocentius tertius. Clamor igitur meus ad te ve
niat, non ſicut clamor Sodomorum qui te prouo-
cauit ad iram, ſed ſicut clamor Niniuitarum, qui te
ad indulgentiam inclinauit.

Ipſe bonũ agas: non aliena opera

Clamor.

Deo oratio accepta.

2 Alia aurem tuã ad me.

NOn auertas faciem tuam a me, in
quacunq; die tribulor inclina ad
me aurem tuam.

Hieronymus. Si quis in corde mũdo orat, & non
arguitur ſua conſcientia, poteſt dicere. Non auer-
tas faciem tuam a me. Peccator autem hoc non au
det dicere, ſed potius dicit. Auerte faciem tuam a
peccatis meis. Gloſa. Ait ergo nõ auertas a me pœ
nitente, ſed a peccatis meis faciem tuam. Reſpuit
enim animos iniquorum, ſed non pœnitentiã de
uotorum. Innocentius tertius. Faciem ergo ſeueri
tatis & animaduerſionis auerte, ſed faciem beni-
gnitatis & propitiationis oſtende, quia non natu
ram odis ſed culpam. Et quia frequenter tribulor
& in corpore & in mente, tam a dæmone q̃ ab ho-
mine, a mundo etiam & a carne, idcirco. (In qua-
cunq; die tribulor inclina.) Sublimis ad humilem
(aurem tuam) id eſt benignitatis (auditum ad me.)
Gloſa. Id eſt mihi humili. Gregorius. Auguſtinꝰ.
Vel hoc dicit Chriſtus ex perſona membrorum.
Tribulatur enim in corpore cum eius membra tri
bulantur, vnde & Paulo dixit. Saule ſaule, quid
me perſequeris? Et Petro, vado Romam iterum
crucifigi. Gregorius. Vel de illa tribulatione lo-
quitur quam in electorum cordibus generat ama-
ritudo pœnitentiæ continua. Quod autem ait,
inclina ad me aurem tuam, tale eſt quaſi diceret,
æger ſum, non poſſum me erigere ad te, quia non
eſt hominis dirigere viam ſuam, ſed tu more fi-
delis medici. (Inclina ad me aurem tuam) incli-

Que devoti.

Auriſ no mine. na inquit aurem, quia non erigo ceruicem. Caſſiodorus. Auris autem hic pro clemētia ponitur, qua preces ſupplicum benignus exaudit, qui licet omnes videat, omneſq; audiat, ſolos tamen illos audire dicitur, quibus præſtare dignatur. Sequitur.

3 IN quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me.

Hieronym⁹. Pro præſentibus preſſuris orat vt ab his contemplatione diuina eripiatur. Caſſiodor⁹. Et cum prius dixiſſet inclina ad me aurem tuam iam confidentius petit vt celerius mereatur audiri, nam qui velocitatem poſtulat, de impetratione ſecurus eſt. (Velociter inquit exaudi me.) Auguſtinus. Gregori⁹. Quia non iam terrena peto, ſed cœleſtia cōcupiſco. Exaudi ergo me orantem, vt impleas quod dixiſti. adhuc loquente te dicam, ecce aſſum. Gregorius. Ideo autem dicit inuocauero, quia multi ſunt qui vocant deum ſed non inuocant, quia labijs tantummodo non cordis affectu orare procurāt. Ille vero qui deum toto corde deſiderat, confidenter clamat in quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me, in die autem inuocat qui in mentis puritate deum exorat. Cordis enim ſimplicitas dies eſt, quam fraus non obnubilat. Deinde tanquam diceret opus eſt vt me velociter exaudias.

(Vocare et inuocare.)

4 ✠ Alia li. in fricxorio cōfrixa ſunt cōtribuerunt. ſcḋa ps.

QVia defecerunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. ✠

Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars, vbi eſt flebilis narratio in qua exponitur quæ paupertas & quæ tribulatio ſit ei vnde clamet, quaſi dicat ideo clamo. (Quia defecerūt ſicut fumus dies mei.) Innocentius. Hoc eſt, vita mea velociter tranſit ſicut fumus velociter euaneſcit. Gregorius. Caſſiodor⁹. Fumus namq; ſicut eſt omnibus notum in altum quidem ſe in primis erigit, ſed cito deficiens quaſi non fuerit euaneſcit. Sic humana ſuperbia cum rerum opulentia intumeſcens ſe in altum extulerit a ſtatu ſuæ celſitudinis corruens ad ima ruit. Hieronymus. Vel defecerunt ſicut fumus dies mei, nam infantulus fui. Et dum neſcio veni in iuuenilem & iterum in perfectā ętatem, & ecce iam nunc ſenui. Gregorius. Per dies autem ſuos hic vult intelligi omne tempus quo mādata dei poſtpoſui & funeſtis periturarum rerum accenſus deſiderijs ſibi non deo militans carnaliter vixit. Sequitur. (Et oſſa mea ſicut cremium aruerunt.) Cardi. Lyra. Cremium dicitur a cremo cremas, & eſt illud quod de carne pingui frixa in patella remanet. Hierony. Auguſti. Grego. Per oſſa ergo rationem & intelligentiam poſſum⁹ accipere, vel animi fortitudinē, ſeu fortiores qui ſunt in eccleſia, per quos eccleſia regitur & ſuſtentatur. Si ergo quod eſt in me forte hoc aruit & infirmum factum eſt quantomagis quæ per naturam infirma eſt caro. Grego. Habet enim corpus Chriſti carnem ſuam, id eſt infirmos, virtutum fortitudine carentes qui perfectorū indigent ſuſtentatione. Sequitur.

(Dies fumo cōparanti r.) (Cremiū)

5 Alia lrā percuſſū eſt ſicut fenum.

PErcuſſus ſum vt fœnum & aruit cor meum, quia oblitus ſum comedere panem meum.

Gloſa. (Percuſſus ſum) inquit, id eſt mortalis fact⁹ ſum in Adam. Innocētius. Dicente domino, qua cūq; hora comederis morte morieris, a quo in poſteros eſt miſeria propagata. Percuſſus ſum inquā vt fœnum, id eſt ad ſimilitudinem fœni, quia reuera factus ſum fœnum, id eſt fragilis & mortalis. Idem. Gregorius. Vnde ſcriptum eſt omnis caro fœnū. Et omnis gloria eius quaſi flos agri, & iterum. Vere fœnum eſt populus. Caſſiodorus. Bene itaq; genus humanū fœno tranſitorio comparatur, quia ſicut fœnum viriditatis habet lætitiam temporalem & percuſſum, facile ſentit iniuriam, ſic & caro hominis in lege dei virens eſt, ab eadem vero ſuccisa areſcit. Gregori⁹. Vel ideo fœno comparatur, quia per natiuitatem viret in carne, per iuuentutem candeſcit in flore, per mortem vero aret in puluere, vnde ſubditur. (Et aruit cor meum.) Gloſa. Sterilitate peccati. Innocen. Homo namq; peccando ſpoliatus eſt gratuitis, & in naturalibus vulneratus. Gregorius. Et propter inobedientiæ culpam mortalitate percuſſus. Qui ſi in creatoris obedientia perſtitiſſet, in æternum viuere potuiſſet. Quare autem cor humanum ab illo aruit virore, in quo conditum fuit manifeſtat, dicens. (Quia oblitus ſum comedere panem meum.) Gloſa. Id eſt verbum dei cuſtodire. Gregorius. Panis enim noſter verbū dei eſt, de quo veritas ait. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei, quem panem tunc profecto homo perdidit cum ſerpenti ſuggeſtioni conſenſit. Auguſtinus. Gloſa. Et tunc oblitus eſt comedere panem ſuum, quando oblitus præceptum tetigit vetitum & bibit ſerpentis venenum. Caſſiodor⁹. Talis namq; natura peccātium eſt, quia dum delictū appetitur, contēplatio domini non habetur. Glo. Quapropter quia oblitus ſum, nunc gemo, non pro terrenis, ſed pro ęternis & pro alijs qui de terrenis gemunt. Et.

(hominis panis.)

A Voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ. 6

(Alia adheſerunt oſſa mea)

(A voce inquit gemitus mei.) Innocentius. Id eſt a ſuggeſtione dyaboli, quę eſt gemitus meus, id eſt cauſa qua gemo. (Adhæſit os meum carni meæ.) Id eſt ratio ſenſualitati. conſenſit quando vir acquieuit vxori. Gregorius. Per vocem enim gemitus, vocem ſerpentis accipere debem⁹, qua primis parentibus vt de interdicto guſtarent perſuaſit, eoſque deos futuros fraudis ſuæ doloſitate promiſit. Illa eſt enim vox gemitus per quā omnes peccauimus. Per quam mortales & paſſibiles facti ſumus. Per quam a cœleſtibus gaudijs cecidimus, & in valle lachrymarum exulamus, in qua adhæſit os carni quando ratio ſubiecta fuit delectationi. Hugo cardinalis. Vel ex perſona Chriſti. A voce gemitus mei, in cruce ſcilicet adhæſit os meum, id eſt Ioannes fortis diſcipulus carni meæ, id eſt matri meæ, cum illam eodem diſcipulo in cruce commendauit.

(Gemit⁹ vox.)

SImilis factus ſum pellicano ſolitudinis, ✠ factus ſum ſicut nicticorax ‡ in domicilio. 7

(✠ alia li. deſerti. ‡ alia li. bubo ſolitudinē.)

Innocẽtius. In his duobus verſibus tres aues pſalmiſta diſtinguit, & tria loca pellicanũ ſcilicet, nicticoracem, & paſſerem, Solitudinẽ, domicilium, & ędificium ſiue tectum. Caſſiodorus. In quo per hæc nomina volucrum vt arbitror, diuerſa nobis pœnitentiũ genera declarantur. Pellicanus enim auis Aegyptia eſt ciconijs corporis grãditate conſimilis, quæ naturali maciæ ſemp affecta eſt, quoniam ſicut Phiſiologi volunt tenſo inteſtino per viſcera quicquid eſcarum accipit ſine aliqua diſcoctione trãſmittit. Hinc fit vt adipe proprio minime farciatur, quia partiſſimo ciborum ſucco reficitur. Quæ non gregatim vt cæterę aues volat, ſed delectatione ſe ſolitaria cõſolatur, in quo heremitę ſignificantur, qui hominum conſortio derelicto (timore domini) remota ſe afflictiõe diſcruciãt.

Peniten tium genera.

Cardinalis. Et ſicut pellicanus pullos ſuos occidit & poſtea lugens tribus diebus ſanguine ſuo eos viuificat, ſic pœnitẽtes modo ſe ipſos mortificant vt poſt ea in futuro viuificentur. Gregorius. Hieronymus. Vel per hanc auem quæ venenatis animalibus paſcitur, vt ſerpentibus & crocodrilis & lacertis, peccatores intelligũtur, qui in deſerto huius mundi corde habitantes erumnoſis iſtius vitæ capti illecebris veneno delectantur dyabolicę perſuaſionis. Sequitur. (Factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.) Caſſiodorus. In quo notatur aliud genus pœnitentium. Nicticorax enim græco vocabulo dicitur noctis coruus quem quidam bubonem quidam noctuam eſſe dixerunt, quæ quærit eſcas in nocte. Innocẽtius tertius. Die quieſcit & nocte vigilat, in parietinis habitat, & triſtem vocem emittit. Sic & pœnitens iſte nocturno tempore eſcas animæ quærit bona opera faciendo, in quibus ſolum deum vult habere teſtem, cui caligo noctium non tollit aſpectum, & qui ſe domicilio ſuo retinens publica viſione remotus eſt. Cardinalis. Pœnitẽtes enim habitant in parietinis, id eſt in hoc mundo, qui recte ruina eſt, & in medio nationis prauæ & peruerſæ quærunt ſibi cibum vitæ æternæ. Hieronymus. Gregorius. Vel nicticorax dicitur peccator, qui ſicut coruus niger eſt, & nihil in ſe albũ habet, qui in tenebroſo tripudiat opere, & in mentis ſuæ exultat deſtructione. Auguſtinus. Gloſa. Vel pellicanus Chriſtus dicitur, qui ſanguine ſuo viuificat pullos ſuos. Manet autem in ſolitudine, quia ſolus natus eſt de virgine. Dicitur etiam nicticorax in parietinis, dum in paſſione a ruynis, id eſt a Iudæis occiditur tanquam a ſtantibus in nocte ignorantiæ neſcientes quid faciebant.

Nicticorax.

8 *Alia ſingularis et alia vnicus: alia in edificio.*

Vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Caſſiodorus. Venit ad tertium genus pœnitentiũ. Paſſer namq; eſt auis parua ſed nimia ſagacitate ſollicita, quę nec facile laqueis irretitur, nec per illuuiem ventris eſcarum ambitione decipitur. Gregorius. Cauta eſt & garrula, & in domibus nidificat per quam recte homo intelligitur, qui in excelſis habitans & ſolitudinem incolens, pro peccatis ſuis clamare non ceſſat. Prudentis enim viri eſt, & in alto nidum ponere, & pro peccatis plorare & ſolitudinem inhabitare quatin⁹ & in opere terrena non appetat, & in lamentis veniam acquirat, & in habitatione immanium ſtrepitus cogitationum effugiat. Auguſtinus. Gloſa. Vel vt de Chriſto intelligatur. (Vigilaui) inquit, qui prius dormieram in parietinis, ſed inde exſurrexi. (Et vigilaui & factus ſum ſicut paſſer.) Volando & in cœlum aſcendendo. (Solitarius) ſiue ſingularis in tecto, id eſt in cœlo. Fuit ergo Chriſtus pellicanus noſcendo. Nicticorax moriendo. Paſſer reſurgẽdo. Ibi in ſolitudine velut ſolus. Hic in parietinis, velut ab eis occiſus qui ſtare non potuerunt in ædificio. Hic vero iam vigilãs & volans ſingularis in tecto vbi interpellat pro nobis. Sequitur.

ix *✠ Hebr e uitantes pme iurabãt*

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabãt ✠ me aduerſum me iurabant.

Cardinal. (Tota die inquit exprobrabãt mihi inimici mei) Iudæi ſcilicet (& qui laudabant me) palam ſed ficte (aduerſum me iurabant) id eſt coniurabant & conſpirabant. Gregorius. Venerat enim filius hominis vt auferret gemitum dolẽtium, vt reconciliaret nos deo, ſed Iudęi quos iniquitatis ſuę caligo cæcauerat pro bonis mala retribuentes illum quaſi hoſtem oderant eiq; maledictionis conuicia exprobrãtes inferebant cum dicerent, demonium habes, & huiuſmodi. Et quaſi aduerſus eum iurabant dum ex conſilio contra eum mendacia contingebãt. Caſſiodorus. Gloſa. Vel ex perſona iuſti accipi poteſt quem dum aliter nequit dyabolus inimicus perdere, arte quadã vult decipere eos faciens irrideri. Sic enim eſt conſuetudo peruerſis bonos prius in vita ſæculari laudare poſt iureiurando deteſtari cum eos pœnitẽtia, affligi conſpiciunt, & quare hoc. Sequitur.

x *Alia mãducaui: alia potũ: alia tẽperabã*

Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.

Caſſiodor⁹. In hoc enim cauſam reddit cur ab inimicis vel a notis malediceretur. (Quia cinerem inquit tanquã panem manducabam.) Auguſtinus. Gloſa. Per cinerem namq; & fletum pœnitentes ſignificãtur. Nam cinis & cilicium, arma ſunt pœnitentium. Caſſiodorus. Vel cineres iſti reliquiæ ſunt carbonum, id eſt peccatorum quos pœnitens conſumere feſtinabat. Et ideo dicit manducabam, ne ſcilicet aliquid eſſet reſidui quod eum promereri non ſineret regna cœlorum. Gregori⁹. Vel cineres Chriſtus manducabat, quando in corpus ſuum peccatores traijciebat qui cineres erant, quia principem tenebrarũ magis q̃ authorem luminis ſequebantur, in quorũ cordib⁹ diuini amoris ignis erat extinctus. Cardi. Vel cineres erant, quia pœnitẽdo ſe cinerem & terram confitebãtur, quos Chriſtus tanquã delectabilem cibum comedebat. Innocentius. Vel cinerem tanquã panem manducabã, quia opprobrio ſicut laude reficiebar. Hoc enim maxime prodeſt ad meritum pœnitenti. (Vt poculum meum cum fletu miſcebam.) Idem. Caſſio. Gloſa. Id eſt temporalem iocunditatem, vel deſiderium patriæ pro dilatione lachrymis miſcui. Hieronymus. Vel ad literam in cinere intingebam panem meum, & ſic comedebam. Si ergo propheta hoc dicit. Nos quid facimus? Et poculum meum cum fletu miſcebam, quia nihil mihi erat ſuaue, neque

Cineres quid ſignificãt.

panis,neq; poculum,ſed tãtum panem cœleſtem, id eſt Chriſtum deſiderabam. Innocentius. Sed quaſi quęreretur ab eo,vnde eſt tibi tantus fletus. Reſpondet.

xi **A** Facie iræ indignationis tuę,quia eleuans alliſiſti me.

(A facie inquit irę indignationis tuę.) Idem. Hoc eſt in manifeſta vindicta quã indignatus exercuiſti in Adam ab initio, de cuius propagine nati
Dei ira vnde ſit. quaſi natura ſumus filij iræ. Glo1a. Nam hæc ira procedit de propagine iniquitatis de maſſa peccati. Caſſiodorus. Grandis ergo illa pœnitentia ex ira & indignatione domini naſcebatur, quæ quidem ira & indignatio faciem non habent corporalem, ſed timentibus ſub imaginatione,ſemper
Ira. Indignatio apparẽt,ira autem ad vltionem pertinet,indignatio vero,ad motum animi mediocrẽ. Hieronym⁹. Hæc itaq; omnia faciebam conſiderãs aduentum tuum & futurum iudicium. Gregorius. Q; autem iram indignationis agnoſcat manifeſte oſtendit cum ſubiungit.(Quia eleuans.) Innocẽtius. Gloria & honore creãdo me ad imaginem & ſimilitudinem tuam. Et præficiendo me volatilibus cœli, piſcibus maris, & beſtijs terræ, alliſiſti me cum in illo primo parente me proieciſti de paradiſo,& in miſeriam huius exilij deieciſti quam non ſufficio deplorare. Gregorius. Creatis enim cæteris animalibus,homo præ cunctis eleuatus fuit & libertate arbitrij & lumine rationis. Cui etiam datum eſt vt mortem nequaquã incurreret,ſi diuinis pręceptis obediens nunquã peccaret. Sed conditoris mandata tranſgrediens, tanto grauius corruit,quanto antequã caderet altius ſtetit. Cadẽs ergo alliſus eſt, quia peccare non metuens,& pro ſalute infirmitates pertulit,& pro vita mortem ſuſcepit. Caſſiodorus. Eleuat enim interdũ deus ſuis beneficijs peccatores illis opes & honores tribuẽdo,quib⁹ dum ex hoc extollũtur omnia eripit, non vt pereãt ſed vt humilientur,& cognoſcant vnde illa habuerãt. Vnde in alio pſalmo dicitur. Bonũ mihi,quia humiliaſti me vt diſcam iuſtificationes tuas. Innocentius. Quia ergo declinaui a vero die. Merito.

12 **D** Ies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui.

Auguſtinus. Poterant enim eſſe dies mei non declinãtes ſi a vero die non declinaſſem,ſed quia declinaui & accepi dies declinantes. (Dies mei ſicut vmbra declinauerunt.) Caſſiodorus. Nam tanto quis minuitur quãto a lucis plenitudine ſegregatur. Gregori⁹. Sicut ſol dum inclinat maiores vmbras facit, & caloris ſui magnitudinem paulatim ſubtrahit. Vnde cum primus homo ſe a facie conditoris abſcondit inter opaca nemorum latere voluit,& dum vmbram corporis quæſiuit,vmbram mentis inuenit. Innocẽtius.(Dies itaq; mei ſicut vmbra declinauerunt.) Quia ſicut vmbra cum declinat & trãſit,nullum ſui veſtigium derelinquit, ita dies mei declinauerunt & tranſierunt inutiles & inanes nullum fructum boni operis relinquentes,& ego amiſſo virore gratiæ (ſicut fœnũ arui.) Hieronymus. Quoniam ſicut fœnum,ſic pertranſit homo & ſiccatur. Innocentius. Succiſus falce peccati. Gregorius. Et quia a vera radice præciſus eſt in ſtulta ſua ſapientia aruit. Gloſa. Priuatus rore gratiæ.

T V autem domine in æternũ permanes,& memoriale tuum in generatione & generationem. xiiij

Cardi. Tertia pars,in qua oſtenditur certitudo im iij. pars.
petrandi veniam. Innocentius. Poſtquã ergo pœnitens ſuas enarrauit miſerias,conuertit ſe ad dei gloriam enarrandã,vt facilius apud eum gratiam & indulgentiam conſequatur:in his ſex verſibus commendans illum a natura quæ eſt æterna. Quia tu domine in æternum permanes, & a fama quæ eſt perpetua,quia memoriale tuum in generatione & generationem. A miſericordia quæ eſt larga, quia tu exurgens miſereberis Syon,& a ſapientia quæ eſt prouida. Quia venit tẽpus miſerendi eius. A familia quæ eſt placida. Quia placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & eadẽ pariter quæ eſt pia. Quia terræ eius miſerebuntur,a reuerentia quæ eſt multa. Quia timebunt gentes nomen tuum domine, & a gloria quæ eſt magna. Quia timebunt omnes reges terræ gloriam tuam. A potentia quæ eſt inclita. Quoniã ædificabit dominus Syon. Et ab honorificẽtia quæ eſt ſumma. Quia videbitur in gloria ſua. Caſſiodorus. Poſt ſatiſfactionẽ igitur peccatorum & generalibus malis iam cõpetenter defletis,pœnitens ille iam quaſi caput eleuans & aliqua libertate reſpirans quantum ſe condemnans humiliauerat,tantum nunc in laudibus domini confidẽter exulat,dicens. (Tu autem in æternum permanes.) Innocentius tertius. Quia principio cares & fine,cum tu ipſe ſis alpha & o principium & finis. Gregorius. In quo nihil eſt tranſitorium nihil mutabile,nihil q; alienũ ſit a ſempiterna diuinitate,in qua vnica ſpes ſalutis noſtræ,vt in te viuens mortem effugiam a quo diſcedens perdidi vitam. Cardinalis. Sed quia poſſet pœnitentẽ terrere ne forte in æternum iraſceretur ei qui in æternum permanet niſi ſperaret de ipſi⁹ miſericordia, ideo ſubdit de ea. (Et memoriale tuum in generatione & generationẽ.) Gregorius. Quid enim magis memoriale in deo q̃ miſericordia de qua ſcriptũ eſt? Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Et miſericordia domini ab æterno & vſq; in æternũ ſuper timentes eum. Licet enim deus hominem mirabiliter cõdiderit,mirabilius tamen perditum per filij ſui mortem redemit,hęc itaq; in ęternum permanet, quia cunctis viuentibus vſq; in finem ſæculi,patet. Caſſiodorus. Vel memoriale dictum eſt ſalutare promiſſum de domini incarnatione venturum quod per infinita perſeuerat ſęcula,nec aliqua poteſt obliuione mutari. Sequitur.

T V exurgens miſereberis Syon, quia tempus miſerendi eius quia venit tempus. xiiij Hebrai. ſuſcitãs.

Caſſiodo. Tu exurgens inquit miſereberis Syon. Exurgẽs dicit quaſi dormiẽti,quia diutius ſubuenire diſtulerat. Lyra. Videtur enim hominibus iacere quãdo nõ prebet auxiliũ,& per oppoſitũ ſurgere quãdo prebet. Caſſiodo. Syon autem mons eſt Hieroſolymis conſtitutus per quem ſignificatur eccleſia,cui miſertus eſt dominus quando eam Deũ iacere.

de gentibus collegit & ſua doctrina fundauit. Car. Vel Syon ſignificat bonos qui cœleſtia ſpeculantur. (Quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.) Gregorius. Gloſa. Tempus ſcilicet gratiæ de quo dominus per prophetam dicit. Tempore accepto exaudiui te & in die ſalutis adiuui te quod exponens apoſtolus ait. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, & iterum. Vbi venit inquit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum in terris natum ex muliere factum ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret. Hieronymus. Confidat ergo qui agit pœnitentiā, quoniam venit tempus miſerendi & ſaluandi. Gloſa. Innocentius. Et vere miſereberis Syon.

15 Aliter legitur.

QVoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terrę eius miſerebuntur.

Alium ſenſum affert litera B. Hiero. iuxta hebraicam. Quoniam placitos fecerunt ſerui tui lapides eius, & puluerem eius miſerabilē. Caſſiodorus. Seruos domini dicit apoſtolos & prophetas, qui deuotis mentibus eius impleuere ſeruitiū. Iſti ſerui dei lapides, id eſt Chriſtianos qui diuina firmitate viguerunt beneplacitos habuerūt quādo in eis prędicationē ſuam proficuam eſſe cernebāt, iſti etiam terræ miſerti ſunt, id eſt peccatoribus qui erant in Syon de gentibus congregandi. Terræ vtiq; ſimiles quoniam carnalia ſapiebāt. Gregorius. Quibus miſerti ſunt, quia pœnitentiam agentes a peccatis abſoluerunt. Car. Vel per lapides qui duri ſunt, intelligi poſſunt tribulatiōes, quæ licet duræ & aſperæ ſint, tamen placent ſeruis domini. Vnde de beato Stephano canit eccleſia. Lapides torrētis illi dulces fuerunt. Innocētius. Non ſolum autem Syon, id eſt Iudæi miſericordiam conſequentur. Sed.

16 ✠ Hebr. nomē domini.

ET timebūt gentes nomen tuum ✠ domine, & omnes reges terrę gloriam tuam.

Gregorius. Non enim ſolum miſereberis Iudæis vocando, ſed etiam gentium eas ad fidem conuertendo, quæ agnita veritate timebunt, non timore ſeruili, ſed caſto & filiali. Innocen. Qui eſt timor deuotionis & reuerentiæ. Timebunt inquam nomen tuum domine, illud ſcilicet, de quo ſcriptum eſt. vocabis nomē eius Ieſum, quod interpretatur ſaluator. Caſſiodorus. Prius enim non timebatur verus dominus quando mundus ydolis ſeruiebat. Poſtquam vero aduentus Chriſti ſalutaris infulſit, gentes conuerſæ ſunt per timorem. Innocentius. Non ſolū minores vt gentes, ſed & maiores vt reges ſecundum quod alibi dicitur. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruiēt ei. Caſſiodorus. Reges autem terrarum ſunt, qui corpora ſua rite regunt diuinis ea regulis infrenātes. Hieronymus. Reges itaq; qui prius ydola metuebant & demoniorū nomina inuocabant, nunc nomen tuum venerantur & timent. Car. Vel timebunt gloriam, quæ ſcilicet apparebit in iudicio. Et hoc ideo.

Reges terre.

17 ✠ alia li maieſtate.

QVia ædificauit dominus Syon, & videbitur in gloria ✠ ſua.

Caſſiodorus. Omnes inquā gentes ideo timebunt dominum, & reges eius gloriam formidabūt. quia ædificauit dominus Syon, hoc eſt eccleſiā de viuis lapidib⁹ fabricatam, in qua domini cultura vſq; ad finem mundi ſine intermiſſione proficiet. Hieronymus. Quam ædificauit ſuper fundamentū apoſtolorum & prophetarum. Lyra. Ideo autem Syon eccleſia dicitur, quia ibi incœpit per Chriſti oblationem, prędicationē miraculorum operationem, & ſpiritus ſancti miſſionem. Caſſiodorus. Iſte itaq; dominus qui ædificauit Syon videbitur in gloria ſua, quando in die iudicij hædos ſequeſtrabit ab agnis in gehennam impios mittens, iuſtis vero donans beatitudinem ſempiternam. Gregorius. Vel Chriſtus nunc videtur in eccleſia, qui in infirmitate viſus eſt in Synagoga. Hieronymus. Vel videbitur in gloria ſua, cum omne corpus eius glorificauerit ad ſimilitudinē imaginis glorię ſuæ. Sequit.

REſpexit in orationem humiliū, ✠ & non ſpreuit precem eorum. 18 ✠ Hebr. in oratione vacui

(Reſpexit inquit in orationē humiliū.) Lyra. Glo. Ad implēdo petitionē eorū q ſpiritu pleni orabāt vt veniret. Grego. In humiliū enim deus orationē tunc reſpexit, quādo ad humanā naturā reformandam filiū in mundū miſit, hoc enim iuſtorū requirebat oratio, hoc prophetarū expectabat deſideriū vt ille in mundū veniret, qui & a dyabolica ſeruitute hominē redimeret, & vitę aditū quē culpa obſtruxerat gratuito pietatis ſuę munere reſeraret. Caſſiodorus. Dicit autē ꝙ reſpexit in orationē humiliū, quia omnia ille incorporalia intuetur, cuius oculis nil probatur occultū. Hoc enim eſt ipſi⁹ reſpicere, quod non ſpernere. Vnde ſubditur. Et nō ſpreuit precē eorū. Grego. Quia eis quod deprecabātur indulſit. ſi enim precem eorū ſpreuiſſet, nequaquā ad eos liberādos filiū miſiſſet. Hieronym⁹. Non ergo ſpreuit, ſed qui olim deſiderabatr aduentu ſuo mundum viſitauit. Car. Et quia magna ſunt & nobis neceſſaria, ne obliuioni tradantur addit.

humiliū orationē reſpexit deus.

SCribantur hæc in generatione altera, ✠ & populus qui creabitur laudabit dominum. 19 ✠ Hebr. nouiſſima.

Grego. Scribātur hæc inquit in generatione altera, quia ſcilicet quod Iudæis fuit promiſſum, hoc in gentibus videtur impletū. Glo. Scribātur itaq;, id eſt firmiter teneātur vel habeātur, hæc ꝙ reparatio per Chriſtum, & deſtructio per Adam facta eſt. Card. Quod dominus reſpexit per incarnationē ꝙ ædificauit Syon per prædicationē & paſſionē, & ꝙ videbitur in gloria ſua. Scribantur dico (In generatione altera.) Glo. Id eſt ad opus generationis nouæ. Car. Quæ ſucceſſura eſt poſt iſtam. Caſſiodor⁹. Altera enim generatio, populus eſt vtiq; Chriſtianus, qui ab illo priore ſecūdus eſt. Nam vide quod ſequitur (Et populus qui creabitur laudabit dominum.) Hieronymus. Populus ſcilicet Chriſtianus, qui prius peccatis mortuus in eo eſt recreatus. Caſſiodorus. Per gratiam baptiſmatis. Iſte namq; populus ſine dubio laudabit dominū nouo cantico. Innocētius. Corde, ſcilicet ore & opere diligendo, confitendo, & obſequēdo, vt ad perfectam laudem conueniant vita, lingua, & conſciētia. Gregorius. Illi autem ſuis operibus deum laudāt, qui bonum quod faciunt non ſibi ſed gratiæ dei attribuunt. Car. Sed quare laudabit. Ecce.

20 QVia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, dominus de cœlo in terram aſpexit. ✠ — *alia li. cōtēplatus eſt.*

Caſſiodor⁹. Hoc eſt quod dicebat ſuperius ſcribendum. (Quia ſcilicet ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo, id eſt de cœlo. Car. Vel de ſinu patris. Caſſiodorus. Vnde proſpexit dum fragilitatem noſtræ humanitatis aſſumpſit. Gregorius. Proſpicere enim dicimur cum a longe intuemur. Quia ergo per verbi dei incarnationem, non ſolum Iudæa quæ iuxta eſſe videbatur, ſed etiam gentilitas liberanda erat per miſericordiam, recte nunc dicitur, quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo. iuxta quod ſcriptum eſt, Pacem his qui longe, & pacem his qui prope. Car. Quod autem dixerat euidentius explanat, dicens. Dominus de cœlo in terram aſpexit. Iſtud enim Chriſto eſt præcedentis, ſiue ad literam, ſiue moraliter exponatur, ſed ad quid proſpexit? Sequitur.

21 VT audiret gemit⁹ cōpeditorū, ✠ vt ſolueret filios interemptorū. ‡ — *✠ alia li. victi gemitum. ‡ alia li. mortis.*

Gregorius. Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Vt audiret inquit gemitus compeditorum, id eſt ſanctorum qui ligati vinculis diſciplinę dei, & legalibus vinculis aſtricti non ſunt vſi noua libertate, nec a conditoris deſiderio receſſerunt. Quos gementes & ad ſe clamantes dominus audire dignatus eſt, vt mūdum proprijs peccatis irretitum beneficio ſuæ miſerationis abſolueret. Et (vt ſolueret filios interemptorum.) Auguſtin⁹. Gloſa. Nos ſcilicet qui ſumus filij illorum interemptorū. Caſſiodorus. Qui dyabolica fraude perempti ſunt, nos vero a paternis erroribus ſumus diuina fortitudine liberati. Innocētius. Ad hoc enim ſpecialiter Chriſtus venit in mundum vt mortuos liberaret ab inferis, & viuos ſolueret a peccatis. Gregorius. Vel filij interemptorum ſunt imitatores martyrum, qui pro teſtamento dei ſua corpora tradiderūt. Vel qui membra ſua ſuper terram mortificantes carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifixerūt. Gloſa. Sed ad quid audiret & ſolueret. Ecce. — *Filij interēptorum.*

22 VT annunciēt ✠ in Syon nomen domini, & laudem ‡ eius in Hieruſalem. — *✠ alia li. annūciet ‡ alia li. laus.*

(Vt annunciēt inquit in Syon.) Gloſa. Id eſt in eccleſia, nomē domini, id eſt laudem de dei eſſentia. Caſſiodor⁹. Tunc enim annunciatum eſt in Syon, id eſt in eccleſia nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Dum ibi primum varijs linguis magnalia dei locuti probātur apoſtoli. Gregorius. Quid autem eſt nomen domini annunciare niſi dei miſericordiam in eccleſia prædicare? Venit enim Chriſtus in primo aduētu vt peccata dimitteret non vt peccatores damnaret. ſequitur. (Et ſubaudi annunciēt laudem eius in Hieruſalē.) Caſſiodorus. Gloſa. Car. Id eſt per vniuerſalem eccleſiam. Lyra. Quæ per Syon & Hieruſalem deſignatur, quia in ea fideles annuncient nomen domini, eius fidem libere confitendo & prædicādo & laudes ei debitas exhibendo. Gregorius. Et notandum quod prius dixit nomen domini annunciandum, poſtea laudandum agnitionem enim nominis laus ſequitur cōfeſſionis. Quomodo enim credent ei quem non audierunt. Quæ autem maior laus dei, q̄ ꝙ mundus in vnitate fidei collectus. Non ſolum opera eius annunciat, ſed etiam vita eum & operibus laudat. Vnde & ſubditur. — *Nomen dñi annūciare.* — *maxima dei laus.*

23 IN ✠ conueniēdo populos in vnum, & reges vt ſeruiant domino. — *✠ Hebr. cōgregati fuerit populi ſimul ⁊ regna.*

Caſſiodorus. In hoc enim cauſas adhuc enumerat cur gemitus vinculatorū auditus eſt, ſcilicet vt conueniens popul⁹ in vnum laudes domini perſonaret. Innocentius. Inconueniēdo inquit populos Iudaicum ſcilicet & gentilem, in vnum cultum & vnam fidem vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Caſſiodorus. Dicendo enim in vnum virtutem catholicę vnitatis oſtendit. nam illi vere dicendi ſunt in vnum conuenire, qui inſeparabili trinitati, id eſt vni deo credere deuota mente feſtināt. Gregorius. Et nemo eſt qui vere poſſit inuenire ſalutis remedium niſi ad vnitatem fidei veniat, & per ſanctificationem vitæ Chriſtū induens vnum cum eo fiat. De qua vnitate dicit apoſtolus. vnus deus. vna fides. vnum baptiſma. extra quam nemo laudat nemo annunciat. ſequitur. Et inconueniēdo ſcilicet reges vt ſeruiāt domino. Gregorius. Vbi per reges intelliguntur hi qui animorum ſuorum motus ſecundum domini voluntatem dirigunt. Vel hi qui populis præſunt cum & hi orthodoxæ fidei iugo mentis colla ſupponant. — *Reges.*

24 REſpōdit ei in via virtutis ſuæ, paucitatē dierū meorum nūcia mihi. — *Aliter legitur.*

Aliam lectionē offert B. Hiero. nempe iſtam. Afflixit in via fortitudinē meā, abbreuiauit dies meos. Gloſa. Car. Quarta pars, vbi poſt certitudinem veniæ breuitatē ſuā diuinę conferens æternitati illā tranſiturā & iſtam manſurā aſſerit, quaſi dicat. Dominus ædificauit Syon vt populi, & reges annuncient laudē eius in Hieruſalē, id eſt in eccleſia. Et ipſa Hieruſalē ſeu multitudo laudantiū eum in Hieruſalē, id eſt in eccleſia. Reſpondit ei pro omnibus quæ ei tribuit, gratias agendo. bene operādo, bene credēdo. Ecce quis & cui reſpōdit, Sed vbi reſpondit (In via virtutis ſuæ, id eſt in fide Chriſti qui eſt via, veritas, & vita. Gregorius. Non enim reſpondent domino qui peruerſe viuunt, ſed qui deo gratias agētes fructū centeſimū vel ſexageſimū, vel triceſimū in cordis innocētia ferūt. In via autē virtutis reſpōdet eccleſia. cum per reſurrectionē Chriſti in nouitate vitæ ſtudet eidē cōuiuificari. Nam via virtutis eſt gloria reſurrectionis. quia nulla ad credendū potior via extitit q̄ ꝙ mortu⁹ & ſepult⁹ tertia die reſurrexit. Sequitur. (Paucitatē dierū meorū nuncia mihi.) Car. Glo. Aug. Quidā autē hæretici donatiſtæ ſcilicet dicebāt eccleſiā eſſe deſiturā, propterea orat ad deum eccleſia vt eam ſuper hoc certificet dicēs. Paucitatē dierum meorum nuncia mihi. ſuper quo Chriſtus eam certificat in euangelio dicēs. Ecce ego vobiſcū ſum vſq; ad conſummationem ſęculi. Grego. Vel quaſi diceret. Quia ex meis viribus hoc cōſequi non valeo. vt q̄ pauci ſint dies mei intelligam. fac vt per gratiam tuæ inſpirationis & virtutum defectum. Et huius vitæ breuitatē agnoſcam quatenus velocem vitæ huius cōſiderās trāſitum nullum in corde ſentiam de amore illius affectum. Innocentius. Indica ergo mihi vtrum ego paucis diebus debeam in hoc peregrinatio- — *iiij. pars* — *paucitas dierum.*

nis exilio permanere quoniam ad regnum deſidero peruenire. Vnde iugiter oro vt adueniat regnum tuum. Cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et quia paucitatẽ dierum deſidero vt citius ad annos ęternitatis perueniam. ideo.

25 Alia lrã dicã de⁹ meus ne rapias me i medio dierũ meorum.

25 NE reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui.

Innocẽ. (Ne reuoces me inquit). i. non ſinas me reuocari (In dimidio dierum meorum) id eſt in illam ętatem quam in carnalibus deſiderijs conſueuerunt adoleſcentes & iuuenes exercere. Caſſiodorus. Vnde per (Dimidium dierum) ſignificat iuuentutem. in qua lubrica plerumq; voluptas appetitur, & ętatis feruore crimina plus amantur. Gregorius. Vel per dimidium dierum imperfectionem vitę accipimus in qua ſe fidelis quiſq; non reuocari de mundi huius exorat exilio: ne ſi in die exit⁹ ſui tranſitorię adhuc vitę amore occupatus fuerit ad illam ęternitatis vitam tranſire minus poſſit. Caſſiodo. Merito ergo ne reuocetur in dimidio dierũ ſuorum poſtulat qui peruenire ad ęternitatem domini magna cũpiditate feſtinat, quia in generationem & generationem anni tui vbi ſancti perpetua cum domino iocunditate gaudebunt. Inno. Et vere domine anni tui ſunt in ſæculum ſæculi cum ſis ęternus omnẽ creaturã præcedẽs quoniã.

dimidiũ dierum

26 INitio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarũ ſunt cœli.

(Initio inquit tu domine terram fundaſti.) Cardi. Lyra. i. in initio temporis, & ita fuiſti ante hoc initium & ſic ab æterno. Caſſiodo. Hoc enim dicens oſtendit quia creator ante omnes creaturas ſuas ſine aliquo initio cognoſcitur extitiſſe. Lyra. Ideo autem dicit fundaſti quia terra eſt cẽtrũm mundi. Grego. Vel initium iſtud dei fili⁹ eſt qui eſt initiũ omnis creaturę in quo fũdata eſt terra, quia in ipſo in ſoliditate fidei fundata eſt eccleſia. (Et opera manuum tuarum ſunt cœli.) Glo. Car. Ad literam ſydereum & aereum. Vnde alibi dicitur. Verbo domini cœli firmati ſunt. Lyra. Per iſta autẽ duo nomina, cœli & terrę, intelliguntur omnes alię creaturę. Car. Vel in initio terram fundaſti, id eſt virginem glorioſam quę ab initio & ante ſęcula creata eſt. Et opera manuum tuarum ſunt cœli. id eſt apoſtoli qui enarrant gloriam dei. Grego. Et cæteri ſancti prędicatores qui terram ſuis prędicationibus inebriant. Idem. Caſſiodo. Per manus autẽ hic virtutum operationes intelliguntur. per quas ſicut per manus omne opus agitur.

27 ✠ alia li. atterẽt.

27 IPſi peribunt tu autem permanes. & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. ✠

Gloſa. Auguſti. Ipſi peribunt cœli, ſcilicet ad literam. Hieronymus. Iuxta illud cœlum & terra trãſibunt. Innocen. Cardina. Quantum ad qualitatem & formam. Lyra. Et quantum ad aliquam diſpoſitionem, quia corpora cœleſtia ceſſabunt a motu ſuo locali, & elementalia a mutua actione & alteratione ſubſtantijs eorum remanentibus. Auguſtinus. Gloſa. Vel miſtice cœli ſunt iuſti qui ſecundum veſtimentum, id eſt corpus peribũt ſed mutabuntur in melius. Grego. Non enim ſic peribunt vt non reſurgant ſed vt eas quas in hac vita patiuntur neceſſitates euadant. (Tu autem permanes.) Grego. Ac ſi diceret. Peribit in eis quicquid ex humana habetur corruptione ſed permanebit quod ex tua acceperunt virtute. Auguſtin⁹. Gloſa. Vel ideo dicit in ęternũ permanes, quia ſicuti ęternitatem eius oſtendit omnia creando ſic manẽdo poſt mutata. Sequitur. (Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcẽt). Lyra. A ſtatu in quo ſunt. Gloſa. Id eſt ſecundum corpus quod more veſtis conſumitur. Grego. Caſſiodorus. Auguſtin⁹. Hoc enim ad carnis fragilitatem videtur aptandum. nam veſtimenta ſanctorum ſunt corpora eorum quę more veſtis conſumuntur. Vnde dominus in euangelio. Nonne anima plus eſt q̃ eſca, & corpus pluſq̃ veſtimẽtum? Et in apocalipſi, iſti ſunt qui non inquinauerunt veſtimenta ſua Et quia mortalitatẽ corporis immutatio ſequitur reſurrectionis conſequenter adiunxit dicens.

trãſibũt celi.

28 ✠ Alia li. pallium.

28 ET ſicut opertorium ✠ mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipſe es & anni tui non deficient.

(Et ſicut opertorium mutabis eos). Gloſa. Cardi. Cœlos ſcilicet qui omnia operiunt. Caſſiodo. Per opertorium enim cœlos debemus aduertere qui ad vicem velaminis terras operiunt, qui ſimiliter vt alia commutantur poſtea ſub æternitate manſuri. Grego. Vel opertorium dei dicuntur ſancti. Nam ſicut veſtimentis ſuis homo circundatur ita ſanctis ſuis deus veſtitur veſtimenta ergo dei mutantur, quia ſancti poſt mortem corporis in fœlicitatem tranſeunt vitę cęleſtis. Gloſa. Et ideo addit & mutabuntur, quia iam non ſubiacebunt corruptioni ſicut ante. ſequitur (Tu autem idem ipſe es) Gl. Immutabilis. ſ. & omnipotẽs qui dixiſti, Ego ſum qui ſum. Et licet omnia ſint ex te & per te & in te, non ſunt tamen quod ipſe es. Grego. Homo enim & ſi ipſe ſit non tamen idẽ eſt quia homo ex ſuę mortalitatis corruptione accepit vt in eodem ſtatu diu permanere non poſſit, de⁹ autem ętern⁹ eſt & incommutabilis. Vnde ſequitur (& anni tui non deficient.) Auguſti. Gloſa. Qui erunt in generatione generationum. Sed an ibi eſſe poterimus, vtiq; Audi enim quod ſequitur.

Opertoriũ dei.

29 ✠ Hebr. & ſemen eorũ ãte faciẽ tuã pſeuerabit.

29 FIlij ſeruorum tuorum habitabunt & ſemen eorum in ſęculum ✠ dirigetur.

Grego. Caſſiodorus. Filij inquit ſeruorum tuorũ id eſt diſcipuli apoſtolorum & prophetarũ, & imitatores eorum. Car. Qui p euangelium genuerunt filios Chriſti (Habitabunt). Grego. Caſſiodor⁹. In ęternitate dei cum eo. in cœleſti regno perenniter manſuri. Omnes enim fideles apoſtolorum dicuntur filij, quia ab eis fuerunt in fide generati (Et ſemen eorum in ſęculum dirigetur). Inno. Hoc eſt in ęternitatis gloria perducetur. Grego. Caſſiodorus. Per ſemen autem ſignificat opera fideliũ quę nunc in ſęculo ſeminantur. vt in illa ęternitate eorum fruct⁹ laudabilis appareat quæ tũc profecto dirigũtur in ſæculum cum omnia ſpectãt ad deũ. Semen quippe ſuum nequaq̃ dirigit qui ex operibus ſuis aliquid tranſitorium quęrit.

ſemẽ iuſtorum.

Pſalmus.cij.

Titulus.
Pſalmus ipſi Dauid.

Lyra. Pſalmus iſte eſt quędam laus diuina ab ipſo Dauid compoſita.

Hierony. Iſte pſalmus maxime circa pietatem atq; miſericordiam dei commoratur. Auguſti. Glo. In quo poſt preces pauperis, præconia ponit gaudẽtis. Omnes enĩ qui in Chriſto ſunt quaſi vnus homo ſunt, qui hic excitat & hortatur animã ſuã vt benedicat dominum. Volẽs igitur diffinire cur ſit benedicẽdus cauſam laudis ſupponit ne ad hoc piger quis inueniatur. Caſſiodor⁹. Et eſt totus hic pſalmus domini laude repletus. Totus lucidus tituli ſui claritate conſimilis vt ſine difficultate continentiam eius intelligere debeamus. Et diuiditur in tres partes. In prima hortatur benedicere deum per beneficia ſibi collata a deo, in ſecunda. Per ea quæ antiquis cõtulit & poſteris eſt collaturus. Ibi faciens miſericordias In tertia per cœleſtes & omnes alias creaturas. Ibi. Benedicite domino. Et eſt pſalmus iſte totus moralis intentione monẽs nos ad laudem dei.

Pſalmi. Diuiſio.

1 Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me ſunt ✠ nomini ſancto eius.

✠ alia li. interiora mea nomini ſancto ei⁹.

Caſſiodor⁹. Anima enim ſuã vir ſanctus alloquitur, vt cum fuerit diuerſis cladibus liberata beneficiorũ omnium recordetur, auctorem, nec ſibi aut alteri cuiq̃ putet eſſe tribuendum quod a ſolo domino conſtat eſſe conceſſum. ait ergo. (Benedic anima mea domino.) Lyra Et accipitur benedictio pro benedictione cõfeſſionis ſcilicet laudis diuinæ qua minor benedicit maiori, & non pro benedictione cõſecrationis quæ ſit econuerſo (Benedic inquit anima mea). i. potentię exteriores animæ vt ſunt viſus auditus & huiuſmodi (Et omnia quæ intra me ſunt). i. potentię interiores quę ſunt intellect⁹ voluntas fantaſia. ſenſus communis & appetitus ſenſitiuus. Hęc inquã benedicãt (Nomini ſancto ei⁹). Hieronymus. Chriſto ſcilicet qui nomẽ patris eſt qui & in euangelio dicit. Pater reuelaui nomẽ tuũ hominibus. Gloſa. Cardina. Omnis ergo cogitatio omnes vires benedicant domino. Quod iterãs repetit dicens.

interioras & exteriores hoĩs potẽtias incitat ad dei laudẽ

2 Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius.

Auguſti. Glo. Repetitio enim iſta ad exhortationem valet. Benedic inquit anima mea domino, & vt benedicas ſemper. (Noli obliuiſci omnes retributiones eius.) Caſſiodo. Ille enim laudare nunq̃ deſinit, qui collata beneficia non poteſt obliuiſci. Auguſtinus. Gloſa. Et nota ꝙ retributiones dicit nõ tributiones. Tribuit enim homo mala pro bonis, & retribuit ei deus bona pro malis. Tribuit cũ me fecit retribuit cum iuſtificat. Hierony. Vel multas retributiones pręſtitit nobis domin⁹, quia cœlũ quia terram, quia elemẽta omnia ꝓ nobis fecit. Caſſ. Fecit etiã vt q eram⁹ pœna digni, digni eſſem⁹ honore qđ obliuiſci nulli fas eſt. Car. Cogita ergo q̃ta mala feceris, & inde videbis beneficia dei. qui reddit tibi bona pro malis, qui te non dãnauit qui te ad pœnitentiam expectauit. Caſſiodo. Quę autem ſint iſtę retributiones conſequenter enarrat quaſi homo cogitat beneficia ipſius tota mẽte collaudat. vnde ſequitur.

deum cõtinue laudare.

Retributionis & tributionis differentia

3 Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas.

dei beneficia.

Caſſiodo. In his enim tribus verſibus exponũtur ſub quinaria diuiſione retributiones futuri ſæculi quas ſanctis ſuis dominus pia miſeratione largitur Dicit ergo (Qui propiciatur omnib⁹ iniquitatibus tuis) quãdo remiſſis delictis in pace dignatur ſuſcipere peccatores. Hierony. Et iniquitates eorum quaſi nubes delet. Auguſtinus. Quod agit in baptiſmi ſacramento. (Qui ſanat omnes infirmitates tuas). Hierony. i. peccata quibus infirmaris, quod enim peccata habet anima, & tot infirmitates. Caſſiodo. Quas ſanat dominus dum ſecuritas & immortalitas in reſurrectione conceditur fidelibus. Auguſti. Gloſa. Vel ſanat eas nunc fouendo blandis, nunc ſecando aſperis. Omnipotenti eĩ medico nullus inſanabilis languor occurrit maxime autem in fine ſanabit languores quando hoc corruptum induet incorruptionem. vnde ſubdit.

varie animę infirmitates.

4 Qui redimit de interitu ✠ vitã tuã qui coronat ‡ te in miſericordia & miſerationibus.

✠ alia li. de corruptione. ‡ alia i miſeratione & miſeratione alia lo coſmus clautule qui coronat &c. q̃ faciat in bonis deſideriũ tuum.

(Qui redemit inquit). Glo. Car. Precio ſanguinis ſui (De interitu vitã tuam.) Hierony. Precio enim redempti eſtis. nolite ergo fieri ſerui hominum. Quod autem eſt maius precium quã creatorem ꝓ creatura ſanguinem proprium fundere? Caſſiodo. Vel tunc redimet de interitu vitam noſtram quando nos ab ęterna morte ſubmouerit vt nõ audiam⁹ illud. Ite in ignẽ ęternum, qui paratus eſt dyabolo & angelis eius. Auguſti. Gloſa. Quod fit in vltima reſurrectione (Qui coronat te in miſerirordia & miſerationibus). Gloſa. Hoc fiet in iudicio vbi cum rex ſederit in trono ſuo redditurus eſt vnicuiq; iuxta opera ſua. Caſſiodo. Tũc enim coronabit quando beatis præmia digna reſtituet. Gloſa. Sed quia nullus poteſt gloriari mundum ſe habere cor ideo neceſſarium fuit commemorare miſericordiã & miſerationes ne viderentur ſic reddit debita vt non eſſet locus miſericordiæ. Car. Miſericordia autẽ dicitur in habitu, miſeratio in effectu, & quia nõ ſolum coronabitur anima ad decorem, ſed replebitur ad ſacietatem. ideo ſubditur.

5 Qui replet in bonis deſiderium ✠ tuum, renouabitur vt aquilę iuuẽtus tua.

✠ ornamẽtum tuũ

Hieronymus. Qui replet inquit in bonis deſideriũ tuum cõiungens te ſanctis in cęleſti Hieruſalem Caſſiodo. Quod tũc fiet cum ſanctis in iudicio dicetur. (Venite benedicti patris.) Glo. Poſt coronã enim non reſtat lucta in qua iuueris, ſed ſaciaberis his quę hic deſiderabas ad quæ ſuſpirabas quod

tunc fiet quando (Renouabitur vt aquilę iuuētus tua. Caſſiodor⁹. Auguſtin⁹. Gloſa. Ideo aquilę exēplum introducitur, quia huic aut iam ętate prouectę tantum ſupernum labium cornea inflexione naſutum fertur creſcere vt eſcas non valeat ſolita libertate decerpere, quę intelligens. vnde ſibi periculum vitę poſſit accidere os ſuum in ſaxum dicitur expolire vſq₃ quo omnia ſibi eius impedimenta ſubmoueat. quo facto in antiquam valitudinē corporis ſui eſcarum ſolita perceptione reuocatur ſic & anima in priſtinam ſanitatem reuertitur ſi peccata ſua in petra quę eſt Chriſtus dominus ex polire non deſinat. Tūc enim reuertitur ad cibos ſalutares quando delicta quæ ſunt impedimenta æternę vitę domino pręſtante reſpuerit.

vi ✠ Hebr. faciens iuſticias dns & iudicia omnib⁹ qui calumniā ſuſtinent ſcđa pᷣs.

FAciens ✠ miſericordias dominus & iudicium omnib⁹ in iuriam patientibus.

Gloſa. Car. Secunda pars in qua monet benedicere per ea quę antiquis facta ſunt & poſteris fient (Faciens inquit miſericordias dominus). Caſſiodor⁹. Gloſa. Illis ſcilicet qui miſerti fuerint vt in euāgelio ait. Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur. Et iudicium omnibus iniuriam patientibus. Hiero. Vt oppreſſis impijs erigat pauperes ſuos. Caſſiodo. Iudicium enim promittitur illis qui patientię munere decorātur quibus & dicitur mihi vindictam & ego retribuam. Car. Iſte inq̄ dominus faciens hoc.

7 ✠ Hebr. cogitationes.

NOtas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas.

(Notas fecit inquit vias ſuas Moyſi.) Lyra. i. præcepta legis quę erant vię veniendi ad ſalutē. Caſſ. Tunc enim notas fecit ſibi vias ſuas quando ei iuſticiam ſuæ pietatis aperuit vt legem conſcriberet mores doceret, & in via domini perfectę fidei gradibus ambularet. Hiero. (Vel notas fecit vias ſuas Moyſi). i. ei qui legem ſpiritualiter intelligit. Vel ei qui eum mentis oculis contemplatur. Aug. Gloſa. Per Moyſem namq₃ omnes ſanctos accipe. Illum tamē ſpecialiter nominat, quia per eum data eſt lex quę data fuit vt ſuperbus humilietur, & humilis cōfiteatur, & ſic ſanetur in lege enim ſunt occultę vię quas oſtendit dominus Moyſi qui etiā (Notas fecit filijs Iſrael voluntates ſuas.) Lyra. Id eſt mandata ſua ſuę voluntatis expreſſiua. Caſſiodo. Voluntates autem, ideo poſuit non vias quia non omnis Iſrael ſuſcepto verbo domini in eius iuſſionibus ambulauit ſed multi a via eius declinare preſumpſerunt. Cardi. Vel non tantum Moyſi. ſed & filijs Iſrael per Moyſem notas fecit voluntates ſuas in quo per filios Iſrael omnes credētes intelligendi ſunt.

Moyſi interpretatio.

8

MIſericors & miſerator dominus, longanimis & multū miſericors.

Lyra. Car. Miſericors dicitur dominus ratione affect⁹ interioris, & miſerator actu ratiōe effect⁹ exterioris hoc eſt miſerator opere miſericors corde. Gloſa. Vel miſericors natura. Caſſiodo. Miſericors enim dicitur qui natura ſua clementiſſim⁹ approbatur. Miſerator vero quādo miſericordię ſuę donalargitur. Gloſa. Miſericordiam autem neceſſario ſequitur patientia. Ideo ſequitur. (Longanimis) Idem. Lyra. Diu expectans peccatores ad pœnitentiam per patientiam. Caſſiodorus. Nullus ei miſericors eſt niſi qui & patiens. Sic enim apoſtolus ait. An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis contemnis ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Card. Et ne credatur diu expectare vt magis puniat addit. Et multum miſericors, expectando ſcilicet nō propter maiorem dānationem, ſed propter eorum conuerſionem. Lyra. In quo ſuper exaltat miſericordia iudiciū. Hierony. Vel multum miſericors dicitur. quia cito ad miſericordiam flectitur. Caſſiodo. Vel quia ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Gloſa. Bona eis tribuens & eos multis modis vocans. Car. Et tandem conuerti nolentes affligit in pręſenti vt ſic ad eū redeāt. Et hoc eſt quod ſequitur

mie & miſeratio nis differentia.

ix ✠ Hebr. iudicabit. ‡ Hebr. iraſcetur.

NOn in perpetuum iraſcetur, ✠ neq; in æternum comminabitur. ‡

Gloſa. Iratus enim eſt pro primo peccato cui⁹ irā in hoc ſæculo patimur, ſed conſolatur nos dñs promittit illam eſſe finiendam dicens. (Non in perpetuum iraſcetur). Lyra. Scilicet electis ſuis quibus finaliter placatur. Caſſiodo. Illis qui deuota eum ſatiſfactione cognoſcunt, qui ad eum redire diligūt. Et illecebras ſęculi cum ſuo auctore contemnunt. Car. Et licet interdum in momento præſentis tēporis iraſeatur hoc tamen eſt ex miſericordia vnde ſequitur (Neq₃ in æternū comminabitur). Idē. Sed in præſenti percutiet, quod eſt ex amore vt in ęternum parcat. Et vt oſtendat q etiam in præſenti non punit hominem ſecundum merita. Addit.

NOn ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit mihi. 10

Hieronymus. (Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis) inquit. Meliora enim q̄ mereremur indulſit. Lyra. Vel non ſecūdum peccata noſtra fecit nobis puniendo ſcilicet citra condignum quia tāta eſt offenſa q̄tus ille qui offenditur. De⁹ autem infinitus eſt, & per conſequens offenſa per peccatum mortale commiſſa (neq₃ ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.) Caſſiodo. Quoniam ita pi⁹ eſt ſupplicationibus vt tunc magis eum dignetur abſoluere quando ſe ſtuduerit vnuſquiſq₃ adhibita ſatiſfactione damnare. Car. Vel non retribuit nobis ſecūdum iniquitates noſtros quia cum magna flagella deberet retribuere ꝓ magnis peccatis parua & pauca retribuit. Et hoc ideo.

xi Sic lege

QVoniam ſecundum altitudinem cœli a terra, corroborauit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.

Clarius ſic exprimitur ſenſus quātum enim excelſius eſt cœlū terra, tantum confirmata eſt miſericordia ſuper timentes eum. Caſſiodo. Augu. Glo. Car. Per iſtam namq₃ comparationem datur intelligi q ſicut cœlum terram operit, nec poteſt ab illius protectione recedere ſic & deus protegit timētes ſe. Sicut enim cœlum p̄ſtat homini neceſſaria beneficia. modo pluuias, modo ſerena, modo ventos, ita & miſericordia dei noſtræ fragilitati diuer-

ſa beneficia preſtat.Suſtinet enim vt corrigat flagellat vt erudiat ꝓbat vt pſtet.Et vt breuiter dicamus ſi phas eſt vt cœlum non operiat terras poteſt fieri vt deus non protegat ſibi puriſſime ſeruientes.Car.Deinde oſtendit quis ſit effect⁹ miſericordię dei.quia.ſ.effugat tenebras peccatorum vnde ſubiungit.

xij. Alia lra oriens. ✠ Heb: tantum.

QVantum diſtat ortus ab occidente,longe ✠ fecit a nobis iniquitates noſtras.

Caſſiodo.Pulchra certe comparatio diuini beneficij.Oriens enim eſt inititū bonę vitę noſtrę,occaſus vero malę conuerſationis affect⁹. in occaſu eramus cū peccati vinculo tenebamur aſtricti,in oriēte autem ſumus quādo per aquam regenerationis nos ſol verus inuiſitat & tenebras facit noſtrorum diſcedere peccatorum.Auguſti. Nam quando peccatum remittitur occidunt peccata & oritur gratia.Hierony.Et vbi deus appropinquat elongantur delicta vt vbi ſuperabundauit delictum ſuperabundet & gratia. Caſſiodorus. Vel oriens ſignificat regnum dei. Occaſus vero gehennā, quę tātū a beatorum ſede diſſociata eſt q̄tum dicit ille pauper in Abrahę ſinibus cōſtitutus,inter nos & vos cahos magnum firmatum eſt.Glo.Sed quare hoc fecit,gratis non meritis.Et hoc eſt quod ſequitur.

Oriens et occaſus quid ſignant.

xiii QVomodo miſeretur pater filiorū,
miſert⁹ eſt dn̄s timētib⁹ ſe quādo
ipſe cognouit figmentum noſtrum.

Hierony. Tanquā diceret ꝙ ſicut miſeretur pater filio cum eum verberat vt emendet· ita et domin⁹ corripit nos interdum vt ſaluos faciat.non tamen in perpetuum derelinquit vt perdat. Caſſiodor⁹. Corripit enim dominus omnem filium quem recipit, & timentes ſe ad ſtudium bonæ voluntatis adducit.Nam & ipſi parentes filios ſuos vere diligunt,qui eis ſub pietate diſtricti ſunt.Car.Sed quare dominus ita de facili miſeretur oſtendit dicens (Quoniā ipſe cognouit figmentum noſtrum).Auguſti.Gloſa.Id eſt.infirmitatem noſtram. Nouit enim quid fecerit quomodo lapſum ſit,quomodo reficiendum.quomodo adoptandum.Car.Figmētum namq; vocatur opus figuli quod multum eſt fragile ſicut eſt homo.Lyra. Vel cognouit figmētum.i.fomitem inclinantem nos ad peccatū. Gloſa. Quale autem ſit figmentum exponit ſubdens.

Cōditionis cognitio penam mitigat.

xiiii RԐcordatus eſt quoniam puluis ſu-
mus,homo ſicut fœnum ✠ dies
eius,tanq̄ flos agri ſic efflorebit.

✠ alia lr. herba.

Hierony.Ac ſi diceret. Non iraſceris vt conteras, ſed recordaris ꝙ vaſa figuli ſumus quæ ſemel confracta reparari non poſſunt,ſed protinus decidunt & areſcunt(Recordat⁹ eſt inquit quoniam puluis ſumus).Lyra.q̄tū ad corpus quod in puluerem reſoluitur.Vnū quodq; enim reſoluitur in ea ex quibus cōponitur.Car.Vel puluis ſumus.i.infructuoſi & ſteriles.Gloſa.Ariditate peccati (Homo ſicut fœnum dies eius).Car.Glo. Quod hodie.viret & mox areſcit (Tanq̄ flos agri ſic efflorebit).Caſſio. Flos enim agri multo celerius tranſit q̄ fœni viriditas permanere monſtratur his ergo rebus tranſitorijs humanitas comparatur quia robuſtis virib⁹ deſtituta in caſum mortis prona ſemper celeritate feſtinat.Car.Alia etiam cauſa eſt quare deus miſeretur,neceſſitas.ſ.moriendi.vnde ſubiungit.

QVoniam ſpiritus pertranſibit in xv
illo,& non ſubſiſtet, & non co-
gnoſcet amplius locum ſuum.

Caſſiodor⁹.Deſcribit enim iterum quid ſit homo ſpiritus ſcilicet pertranſiens mundum pręſentem in quo diutius non poteſt permanere. Audiant ergo hoc qui ſuperbiunt & mundana fœlicitate gaudent(Quoniam inquit ſpiritus pertranſibit in illo & non ſubſiſtet). Non eſt ergo de fugitiuo flatu pręſumendum ſed hoc potius agendum quod prodeſſe nouimus in futurum. Hiero. Nam tranſeunte ſpiritu omnis iocūditas viriditatis ei⁹ obliuioni traditur(Et nō cognoſcet ampli⁹ locū ſuū.) Caſſiodo.i.in hoc ſęculo non poteſt redire vt ſuā vitam poſſit iterare.Gloſa.Et hoc eſt contra deuiātes qui dicunt animas in hunc mūdum redituras. Lyra. Sciēdum tamen ꝙ beati vident in verbo ea quæ faciunt ad augmētū beatitudinis ſuę,& ſic vident ea quæ fiunt hic inferius ad reuerentiam eorum & honorem.Car.Deinde oſtenſis cauſis quare deus de facili miſereatur oſtendit qualis ſit miſericordia domini dicens.

MIſericordia autem domini ab ęter xvi.
no & vſque in ęternū,ſuper timē-
tes eum.

Caſſiodo,Gloſa. Tanq̄ diceret. Talis vt dictum eſt eſt natura hominis nihilominus tamen quamuis per nos ſumus fragiles & caduci.per miſericordiā tamen domini redimur abſoluti & perpetui(Miſericordia enī domini ab ęterno & vſq; in ęternū). Caſſiodo.Qui & ante ſęculū,& in ſæculo, & poſt iſtud ſęculum miſericors eſſe monſtratur (Super timentes eum)Lyra.Timore filialis reuerentię qui manet etiam in patria,Car. Nō enim paſſim & indifferenter omnibus miſeretur ſed pręcipue in timentibus eum apparet & proficit eius miſericordia licet in omnibus appareat· Et quia non tantū miſericors ſed & iuſtus eſt,ideo ſequitur.

in quib⁹ dei mia

ԐT iuſticia illius in filios filiorum. 17
his qui ſeruant teſtamentum eius

(Et iuſtitia inquit illius in filios filiorum). Lyra. quæ ſunt imitatores paternorum bonorum.Caſſ. Cardi.Glo.Vel filij noſtri ſunt opera noſtra bona quos per affectum concipimus. per effectum parimus.per conſuetudinem nutrimus filios vero filiorum dicit mercedem operum noſtrorum, iuſtū enim eſt vt qui bona opera habent mercedem ęternam accipiant.Sed quib⁹ debetur hęc iuſtitia(Sequitur his qui ſeruant teſtamentū eius).Lyra.Corde retinendo & opere adimplendo. vnde ſequitur.

veri chriſtianorū. filii qui ſunt·

ԐT memores ſunt mandatorum ip- xviii
ſius, ad faciendum ea.

Hierony. In operibus namq; bonis mandata dei iugiter memorantur,vt cuſtodiantur ab ipſis (Et memores ſunt inquit mandatorum ipſius. Auguſtin⁹.Glo.Non vt memoriter tātū ꝓnuncient,ſed

(ad faciendũ ea).i.vt agant quod didiſcerunt.Caſſ. Nam & ſi quis pſalterium voce reddat memor eius non eſt niſi quę pręcipiuntur effecerit, ideo enim dicta ſunt vt fiant,non vt ſola vociferatione cantẽtur,Auguſtinus.Gloſa.Quod ſi magnum tibi videtur mandata memoriter retinere tene radicẽ charitatis & tota arbor in te eſt finis enim omnis præcepti eſt charitas. Et in duobus pręceptis charitatis omnia implentur,ideo autem memores eſſe debent iudiciorum eius vt faciant,quia,

xix ✠ alia li. ſtabiliuit thronum ſuum.

DOminus in cœlo parauit ✠ ſedẽ ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur.

Caſſiodo.Gloſa.Ideo nãq; prædicat iudicium futurum ne peccatores inſoleſcerent cum vltionem venturam malorum actuum non timerent,dicit ergo dominus Chriſtus ſcilicet qui deſcendit & aſcẽdit in cœlo parauit ſedem ſuam iudiciariã.In cœlo enim ſedẽs de bonis & malis iudicabit qui priꝰ in terra deriſus eſt.Lyra.Qui licet ſit vbiq; p eſſentiam pręſentiam & potentiam ,in cœlo tamen eſt quodam ſpeciali modo per viſionem apertã. Idẽ. Cardina.Et ne forte crederetur impotens ad exequendam iuſtitiam iudicij ſui addidit(Et regnum ipſius omnibus dominabitur).Auguſti.Nam ſcriptum eſt ꝙ domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.Cardina.Vel ſedes dei eſt anima iuſti vbi dominus parauit ſedem ſuam ſedens ibi in cathedra vt doctor.In throno vt rex in tribunali vt iudex.

dei ſedes

20 BEnedicite domino omnes angeli eius potentes virtute,facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius.

iij. pars.

Caſſiodo. Gloſa.Cardina.Tertia pars in qua monet per cœleſtes & omnes alias creaturas dominũ benedicere incipiens ab angelis & dicens.(Benedicite domino omnes angeli eius).Lyra.Benedictione laudis diuinę qua minor benedicit maiori. Card.Et vt per exemplũ angelorũ alios excitet ad laudem commendat ipſos angelos multipliciter. Primo a poteſtate quã habent in cœleſtibus & corporalibus cum dicit(potentes virtute).Lyra.Eorũ enim virtus naturalis excedit virtutem omnium corporalium.Et quia hæc virtus remanſit in dæmonibus,vt hęc intelligantur non de malis angelis,ſed de bonis qui omnino ſunt obedientes diuinæ voluntati.ideo ſubdit(Facientes verbum illiꝰ). Cardinalis.In quo eorum commendatur humilitas & obedientia.Caſſiodorus. Potentes enim illi dicendi ſunt qui verbo domini parere contendũt. Et illi virtute poſſunt qui eiꝰ iuſſis obediũt.Quãuis enim dyabolus poſſit quod tamen poteſt, poteſt non virtute,ſed prauitate,non honore,ſed pręſumptione.Et ideo ne circa hęc aliquid relinqueretur ambiguum.illud latius declarat dicens.(Ad audiendam vocem ſermonum eius.Hieronymus. Explentes illico quę fuerit locutus. Hugo cardi. Ita enim ſunt parati angeli ad faciendam diuinã voluntatem ꝙ eam ſtatim faciunt dũ quod ei placet intelligunt ſequitur.

21 BEnedicite domino omnes virtutes ✠ eius, miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. — 21 ✠ alia li. exercitꝰ eius.

(Benedicite inquit domino omnes virtutes eiꝰ). Hieronymus.Vos ſcilicet qui virtute eius roborati verbum eccleſijs miniſtratis. Glo..Lyra. Vel de illo angelorum ordine loquitur qui dicuntur virtutes. In ſecunda hierarchia qui dicitur ordo virtutum eo ꝙ miniſterialiter operantur in miraculis diuina virtute factis.Et ideo ſubditur(Miniſtri eiꝰ qui facitis volũtatẽ eiꝰ.)Caſ.Supra dixit ꝗ facitis verbũ eiꝰ nũc vero qui facitis volũtatẽ eiꝰ angelis enĩ verbũ dñi eſt volũtas eius,quia cum dominũ intuentur .ibi veritatem eius volũtatis agnoſcũt Lyra. In quo datur intelligi ꝙ dominus in creaturis non agit ex neceſſitate naturæ, ſed ex libera voluntate finaliter autem inducit Dauid omnem creaturam ad laudem dei dicens.

BEnedicite domino omnia opera eiꝰ, in omni loco dominationis eius. Benedic anima mea domino, — 22

Caſſiodorus.(Benedicite domino tertio iteratur ad animos erigendos.Et cum totum opus domini ſic cœleſtis terrenaq; creatura admonet vt omnia debeant ſuum benedicere authorem dicẽs.(Benedicite domino omnia opera eius).Lyra.Creaturę enim intellectuales laudant eum proprie quia capaces ſunt ipſius per cognitionem & amorem Aliæ autem creaturæ laudant eum Methaphorice inquãtum in eis & in earum proprietatibus relucet dei ſapiẽtia & bonitas.Glo.Vel hoc dicit quia cum quis bene viuit omnia opera eius benedicũt deum in omni loco dominationis eius cum vbiq; ſit.Vbiq; benedicatur nec vllus ab eius benedictione excuſetur.Hierony.Nihil enim reperitur vbi non dominetur qui omnia continet & ſe vbiq; diffudit.Caſſiodo.Vel per hoc ſignificatur eccleſia quæ per totum mũdum erat domino preſtãte creditura.Sequitur.(Benedic anima mea domino.)Gloſa.Auguſtinꝰ. Vnde enim cœpit ibi finit A benedictione perfecti ſumus ad benedictione regnemus.

Pſalmus.ciij.

Titulus.

Pſalmus Dauid.

Lyra. Aliqui dicunt ꝙ iſte pſalmus non eſt diſtinctus a præcedenti, alij tamen eum diſtinguunt attamen vt præcedens, eſt hic ſecundũ eum quędam laus diuina ab ipſo Dauid compoſita vt in pręcedenti.

Hierony. Pſalmus iſte creaturę vocem continet laudantem ac benedicẽtem deum ,ſed hoc ipſum ſpiritualiter debemus aduertere.Auguſti Gloſa. Et ꝗuis ad literam hęc omnia poſſint religioſe accipi ſunt tamẽ plena miſterijs.Ex viſibilibus enim operibus quæ hic dicuntur inuiſibilia debent intelligi,ex quo in omnibus ſpiritualis ſenſus quęrendus eſt, intentione autem monet ad laudem dei. Et diuiditur in tres partes.In prima monet benedicere deũ per cœlum & terram & ornatum eorum. In ſecunda per mare & eius ornatum,ibi hoc mare magnũ In tertia ſe ſemper cãtaturum domino promittit, ibi.Cantabo domino.Car.Et quia primo in ſe ſen- — Pſalmi. Diuiſio.

tit dei beneficia ideo primo animam ſuam hortatur ad laudem dei dicens.

1 ✠ Hebr. nimis valde.

Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehemēter. ✠

Hieronymus. Caſſiodo. Prouocat enim ſemetipſum propheta ad benedicendū deum dicens. (Bnedic anima mea domino.) Hierony. Vt dum benedicis illum tu benedicaris ab illo. Qui enim laudat dominum ſemetipſum benedicit. Caſſiodorus. Benedicere autem deum eſt eius magnalia confiteri. Gloſa Pro tātis beneficijs & muneribus quæ hic narrantur. Cardi. Et quare benedicendus ſit ſubiungit. (Domine deus meus magnificatus es vehementer) Hieronymus. Omnibꝰ quidē es deus & dominꝰ ſed mihi proprie quia nō ſum ſeruus peccati.. Auguſtinꝰ. Gloſa. Magnificatus autem es in noticia qui ſemper magnus es natura, qui non poteſt creſcere vel minui quia perfectus es. Caſſiodo. Vel magnificatur deus apud homines quando eis magnus atqꝫ excelſus eſſe claruerit vt ipſum ſentiāt creatorem redemptorē omnium, bonorum largitorem & iudicem. Vehementer autē dicitur quod toto geritur cordis niſu, vel quando ab eo qui heri blaſphemus fuit, hodie conuerſo predicatur. Lyra. Vel ideo dicit vehementer, quia tantę excellentię eſt deus ꝙ non poteſt laudari a creatura quātum eſt laudabilis. (Maior eſt enī omni laude). Caſſiodorus. Sed vnde magnificatus ſit vehementer conſequenter exponitur cum dicitur.

benedicere deū

2 ✠ Hebr. gloriam

Confeſſionem ✠ & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.

Caſſio. Induere enim eſt aliquē quod nō habebat aſſumere, vnde induit dominus decorem, quando aſſumpſit carnem mortalem induit vero cōfeſſionem cum eo veniente receſſerunt perfidi a cultu ſimulacrorum, & confeſſio ac decus ſupernæ maieſtatis per mundum vniuerſum innotuit. Grego. In mo. Iob. li. xxxij. Vel induit dominus hic confeſſionem illic vero decorē, quia quos hic per pœnitentiam confitentes fecerit illuc fulgentes per decorem iuſticię oſtendit. Auguſtinus. Gloſa. Vel induiſti confeſſionem & decorem habens vndiqꝫ creaturas quæ te confitentur. i. laudant, & quę ſūt decore & luminoſę. Lyra. In quibus relucet principaliter gloria dei. Augu. Gloſa. Vel confeſſionem induiſti. i. eccleſiam quę prius eſt confeſſio peccatorum poſt decus virtutū, vt placeat ſpōſo. (Amictꝰ lumine ſicut veſtimento. i. eccleſia,) Idē. Caſſ. Quę recte veſtis dicitur domini ſaluatoris nō habens maculam neqꝫ rugam & tunica inconſutilis quæ diuidi non potuit quæ nunc eſt lux in domino, & ſi prius tenebrę. Augu. Sed quomodo fecit vt hanc veſtem indueret. Sequitur.

Induit dns confeſſionē

3 ✠ alia li. cenacula eius.

Extendens cœlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora ✠ eius.

Auguſt. Gloſa. Sicut ad literam cœlum quaſi tectū mundi extendit deus, non laborem vt tu tuum tectum, ſed tam facile extendit vt quis pellem. Sic deus induit eccleſiam vt tegat orbem terrarum, & hoc ſicut pellem. i. non labore aliquo, vel miſtice. Mortui ſunt prophetę & apoſtoli, quę tamen dixerunt ſtant. & modo tēditur ſermo eorum mortuorum ſicut pellis, vt ibi legamus. Caſſiodo. Vel bene dicitur, dominum cœlum ſicut pellem extendere, vbi meretrices & publicanos eum conſtat admittere, nam cum ſint per iuſtitiam cœli iuſtorum, facti ſunt gratiæ largitate peccantiū, ſequitur. (Qui tegis aquis ſuperiora eius). Caſſiodorꝰ. Cœli ſcilicet vbi per cœlum omnem iuſtum debemus accipere. Cuius ſuperiora. i. emundatio fidelis animę aquis ſalutaribus irrigantur. Gloſa. Vel qui tegis aquis. i. operibus charitatis ſuperiora eius duo ſcilicet pręcepta vbi tota lex pendet. Sequitur.

4 ✠ Hebr. currum tuum.

Qui ponis nubem aſcenſum tuum, ✠ qui ambulas ſuper pēnas ventorum.

Hierony. Caſſiodo. Hoc ad literam quando dominus poſt reſurrectionem videntibus apoſtolis aſcendit in cœlum, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Grego. ſuper ezechie. Tunc enim nubē aſcenſum ſuum poſuit quia is qui diuinitate vbiqꝫ eſt carne conſcendit ad cœleſtia, per nubem enim carnem Chriſti non inconuenienter accipimus. Auguſti. Caſſiodo. Vel nubes ſunt pręedicatores ꝑ quos aſcēditur in cœlum, id eſt in cognitionē ſcripturę quę extenditur ſicut pellis. (Qui ambulas ſuper pennas ventorum.) Caſſiodo. Dominus enim ambulat ſuper pennas ventorum, dum voluntates ſuas multo velocius operatur ꝗ poſſit eſſe excurſus ventorum Siue per vētos intelligantur animę iuſtorū qui vtroqꝫ teſtamento perdocti velut duabus allis ad ſuperna gaudia trāſferūtur, ſupra quos ambulare dominus recte dicitur, in quibus miſericordiam ſuæ operationis oſtendit. Sequitur.

deus ſuꝑ pēnas vētorū ambulat.

5 ✠ Hebr. & āmam ignis.

Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.

Auguſti. Caſſiodo. Qui facis inquit angelos tuos ſpiritus. Sp̄s enim angeli fiunt, & cū ſp̄s ſunt, non ſunt angeli, cum vero mittuntur fiunt, angeli. Angelus namqꝫ officij nomen eſt non naturę. Caſſiodo. Nā angelus grece nuncius dicitur latine. Car. Eſt ergo ſenſus, qui facis angelos tuos ſpiritus. i. facis vt ſpiritus tui ſint angeli. Hierony. Vt inſpirēt hominibus eiꝰ facere voluntatē. Carnalis enim homo nō ſapit ea quę ſunt dei) Et miniſtros tuos ignē vrētē. (Idē. Vt in alijs lumē veritatis infūdāt. in alijs peccata conſumant. Caſſ. Miniſtri autē iſti ſunt oēs qui diuinas exequūtur voluntates & charitatis ſemper accenſi ſunt feruore. Gloſa. Vel hoc dicit de ſeraphin q ſunt in ſuperiori ordine quos facit deꝰ miniſtros ſuos vnde in Eſaya, volauit ad me vnꝰ de ſeraphin. Lyra. Vel hoc dicitur quia angeli ſępiꝰ leguntē apparuiſſe ī forma ignis, vt Moyſi ī rubo. Helyę ī curru & equis. Angeli aūt ideo dicūtur ignis vrēs qa ardēt in charitate, & ſunt efficaces ad executionem voluntatis diuinę, ſequitur.

quare angeli ignis dicātur.

6 ✠ Hebr. baſē ſuā

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſęculum ſæculi.

Eccleſia dicit terra ꝗ cur.

Caſſiodorus. Qui fundaſti inquit terram, id eſt eccleſiam quę ideo terra dicitur, quia ex terrenis hominibus collecta eſſe monſtratur. Super ſtabilitatem ſuam, id eſt ſuper Chriſtum qui eſt immobile fundamentum & immobilis petra ſupra quam ſi manſerimꝰ nullatenus inclinamur. Non enim potuit hoc verificari de terra iſta materiali quam noſti eſſe mutādam, ſed ideo in hoc pſalmo ſpiritus ſanctus difficilia dicere voluit, vt in eo ſpiritualia quæramus. Hugo cardinalis. Et ideo quia ſic fundata eſt, non inclinabitur, id eſt non corruet, in ſęculum ſæculi, id eſt nunquā ſecundum ꝙ dicit dominus Petro. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Sequitur.

7 ✠ Hebr. Abiſſo quaſi veſtimento operuiſti eam.

ABiſſus ſicut veſtimentū amictꝰ ✠ eius, ſuper montes ſtabunt aquæ.

Auguſtinus. Gloſa. Omnis enim aqua diffuſa per maria, per flumina, per antra occulta, abiſſus dicitur, quæ vt veſtis terram circundat, & quæ tempore diluuij tantum creuit vt montes operiret, quod miſtice de diluuio intelligitur perſecutiōis, quod diluuium etiam montes depreſſit, dum quaſi ſub aquis latebant apoſtoli. Caſſiodorꝰ. Abiſſus enim ſignificat perſecutores, qui mundum fediſſima ſuperſtitione tegebant. Hugo cardinalis. Abiſſus ergo eſt ſicut veſtimentum amictus eius terræ, ſcilicet, id eſt eccleſiæ, quæ circūdatur abiſſo, id eſt multitudine aquarum, tribulationū, & perſecutionum, tanquā arca in diluuio, & nauicula Petri in mari, quæ licet fluctibus agitetur, non tamen ſubmergetur, quæ ideo tantis fluctibus agitatur, quia ſuper montes ſtabunt aquæ. Idem. Caſſiodorꝰ. Id eſt ſuper apoſtolos & alios ſanctos, qui montes fidei firmitate vocati ſunt, quos diuerſis pœnis affligebāt aquæ iſtæ, id eſt tribulationes quæ tamen,

Abiſſus nomine.

8 AB increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt.

Gloſa. Caſſiodorꝰ. Ab increpatione tua inquit fugient abiſſi, ſcilicet vel aquæ perſecutionū fugiēt ab increpatione apoſtolorum & medio prædicationis ipſorum fugient inquā a ſuperſtitione ſua. (Et a voce tonitrui formidabunt.) Hieronymus. Vox enim tua eſt, cum dicis, pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Tonitruū vero cum ais, niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Caſſiodorus. Vocem ergo iſtam formidabunt homines, cum audierint dyabolum periturum cum ſequacibus ſuis.

ix AScendunt montes & deſcendunt campi, in locum quem fundaſti eis.

Hieronymus. Aſcendunt inquit montes, id eſt ſancti in ſpiritualem proficiunt intelligentiam, & deſcendunt campi populi, ſcilicet eorum doctrinis ſubditi, vt virtutum floribus repleantur (in locum quem fundaſti eis) id eſt in conuentu eccleſiaſtico. Auguſtinus. Caſſiodorꝰ. Gloſa. Vel aſcendunt mali vt montes, cum ſæuiunt fluctus, deſcendunt vt campi, cum placati ſunt. Fundauit enim eis locū, id eſt quodā metu compreſſit: nam permittit deus quando vult ſuperbos creſcere, & cum vult eos humiliat apta diſpoſitione, quod verba ſequentia euidenter explanant: nam ſequitur.

TErminū poſuiſti quem non tranſgredientur, neq; conuertētur operire terram. 10

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Hoc de aquis diluuij ad literam accipi poteſt, quæ terram vlterius occupare non poſſunt, vel de ritibus paganorum & gētilium accipi poteſt, quibus impoſitus eſt terminus per aduentum Chriſti. Cuius creſcente religione, cuncta idola cum ſuis authoribus corruerunt, vt iam vltra mundum non occupent ſuperſtitionum ſuarum inundatione. Hugo cardinal'. Vel terminum, id eſt finem ſeu modum impoſuiſti perſecutoribꝰ quem non poſſunt trāſgredi: nam & ſi fluctus inferant terram, tamen hoc eſt eccleſiā, non operiunt ſuis fluctibus.

QVi emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertrāſibunt aquæ. xi

Hiero. Qui emittis inquit fontes in conuallibus, id eſt baptiſmi gratiā in terra deſerta gentiū. Caſ. Vel qui emittis fontes, id eſt ſcripturā diuinā, quę in conualles, id eſt in homines humiles exæſtuat. Car. Vel prædicationis fluēta ſeu dona gratiarū in cordibus humiliū. Sequitur, inter mediū montiū pertrāſibūt aquæ, per montes, hic hæreticos ſignificat ac ſuperbos, inter quos perhenni ſcripturæ vbertate decurrunt, quia eas hic audire bonis, maliſq; cōmune eſt. Pertrāſibūt autē, ideo dicit, quia tales non cōtingunt iſtę aquæ, id eſt non rigāt ad aliquē fructū. Augu. Glo. Vel inter mediū apoſtolorum pertranſibunt prædicatores verbi dei, ita vt nullus diſcordet a montibus. Nam ſi quis aliquid aliud dicit, de ſuo dicit, non de medio, & talis non eſt audiendus. Hugo car. Vel montes iſti, ſunt duo teſtamēta, de quibꝰ debēt emanare fontes & aquæ prædicationis, & has aquas.

Cōualis

Montiū nomine.

POtabunt omnes beſtiæ agri, expectabunt onagri ✠ in ſiti ſua. 12

✠ Hebr. vt reſticiant ſitim ſuā expectabunt.

Potabunt inquit omnes beſtiæ agri.) Glo. Id eſt gentes quæ ſub figura beſtiarū intelligūtur, vt patet ex arca Noe per quā figuratur eccleſia, & in diſco Petri ei ſubmiſſo. Caſſi. Per beſtias enim agri, gentes intellige, quę potandę erant aquis quas in euangelio dominus Samaritanæ pollicitus eſt, ſequitur. (Expectabunt onagri in ſiti ſua.) Auguſti. Glo. Caſſiodo. Hugo car. Onagri, ſunt aſini ſilueſtres magni & indomiti, qui multum ſuſtinent ſitim ſuam expectantes pluuiam de cœlo. Iſti ſunt feroces & indomiti Iudęi qui ſatiari nolunt vitali poculo, ſed expectant in ſiti donec plenitudo gentium intrauerit. Et differunt bibere vſque in tempus vltimū in quo reliquiæ Irael ſaluæ fient. Sequitur.

Beſtie agri.

Onagri.

SVper ea volucres cœli habitabunt de medio petrarum dabūt voces. xiij

✠ Hebr. nemorū.

Glo. Car. (Super ea) inquit quæ ſcilicet prædicta ſunt, hoc eſt fontes & mōtes, id eſt ſuper doctrinā apoſtolorū & aliorum ſanctoum (volucres cœli habitabunt) id eſt viri ſpirituales pennis virtutum

ad cœlum tendentes in eis mente conuerſabũtur. Gloſa. Sanctos enim qui alta ſolum petunt volucres appellat. Caſſiodorus. Vel iſti ſunt prælati & ſancti pontifices qui ſupra populos domini prædicationibus ſanctis inhabitant (de medio petrarũ dabunt voces.) Gloſa. Id eſt non de ſua, ſed de auctoritate verborũ dei, in quibus ſonat petra Chriſtus, a quo etiam ſerui dicuntur petræ. Caſſiodorꝰ. Vel de medio petrarum dabũt voces quando apoſtolorum & prophetarum exemplis aliqua prædicare noſcuntur, & de illorum traditione ſua dicta confirmãt. Glo. Et quaſi quis quæreret ipſi montes & petræ vnde habent. Subdit ꝙ ipſe eſt.

14 ✠ alia li. cenaculis ſuis.

RIgans montes de ſuperioribus ſuis, ✠ de fructu operum tuorum ſaciabitur terra.

Hieronymus. Gloſa. Rigans inquit montes, id eſt apoſtolos & prophetas de ſuperioribꝰ ſuis, de cœleſtibus ſcilicet effundens ſuper eos ſpiritum ſanctum. Auguſtinus. Gloſa. Vel rigans eos de ſuperioribꝰ archanis & ſecretis ſuis (de fructu operum tuorum ſaciabitur terra.) Hieronymꝰ. Id eſt de beneficijs largitionis tuæ. Auguſtinꝰ. Gloſa. Ab eis enim gratia deſcendit vſq; ad terram. Caſſiodorus. Quæ tunc ſaciatur fructibus quãdo peccatores in melius commutati vtilia & ſaluraria ipſo largiente percipiunt. Gloſa. Nemo ergo glorietur in operibus ſuis, ſed qui gloriatur in domino glorietur, cuius gratia ſatiatur terra.

Rigans de ſuperioribus

15 ✠ alia li. herbam.

PRoducens fœnum ✠ iumentis, & herbam ſeruituti hominum.

Hieronymꝰ. Vnicuiq; ſecundũ propriam tribuens neceſſitatẽ. Caſſiodorus. Vel in hoc admonet propheta vt terra cœleſti imbre ſatiata producat fœnum, id eſt eleęmoſinas, faciat iumentis, id eſt pauperibus his qui paſſim petunt, de quibus dictum eſt, omni petenti te tribue. Herbam vero ſeruituti hominum, hoc eſt vt illi neceſſaria tribuantur, de quo ſcriptum eſt. Reſideat eleęmoſina tua in manu tua donec inuenias iuſtum cui eam tradas ei, ſcilicet qui prę verecundia & patientia non petit. Auguſtinus. Gloſa. Vel producens fœnum, id eſt tẽporalia, iumentis, id eſt miniſtris eccleſiæ & prędicatoribus euangelij, quibus etiam non petentibus debẽt neceſſaria miniſtrari, vt de euangelio viuant qui euangelium annunciant, ſed ad quid eſt hoc neceſſarium. Sequitur.

Iumẽtũ

16

VT educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.

Hierony. Vt educas inquit panem de terra, hoc eſt a terreni corporis agro quem a nobis Chriſtus aſſumpſit miſterium, proferas cœleſtis panis ac poculi ſalutaris quo reficiatur eccleſia. Caſſiodorus. Panis enim noſter Chriſtus eſt, qui de terra producitur quando aliquid indigentibus eius conſideratione pręſtatur. Hugo car. Vel vt educas panem, id eſt Chriſtũ qui eſt panis viuus de terra, id eſt de virgine Maria, de qua in pſalmo. Benedixiſti domine terrã tuam (& vinum lætificet cor hominis) id eſt ſanguis de vua corporis eiꝰ expreſſꝰ in torculari crucis quod lætificat cor hominis, quia Chriſti paſſio, cauſa eſt noſtræ lætitiæ. Caſſi. Idem. Vel

Vinum letificet cor hois.

hoc exponitur de excharistia quæ vere lætificat, cum ſcilicet vnum ſacratum fuerit in ſanguinem Chriſti & honorifice acceptũ. Glo. Homo enim vinum non continebat hominẽ, ſed lætificat cor hominis, & ſic inebriat vt ſobrios reddat, & vt educas etiam de terra oleum, ſed ad quid. Sequitur.

VT exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. 17

Glo. Vt exhilaret, id eſt lętificet (faciem) id eſt mentem (in oleo) id eſt in quadam gratia ſpiritꝰ ſancti. Hieronymꝰ. Exhilaratur enim oleo miſericordiæ iuſtorum facies coram deo. Caſſiodorꝰ. Cum regali criſmate inungitur. (Et panis cor hominis confirmet.) Gloſa. Quia panis cordis eſt. Hieronymꝰ. Panis enim ille in ſe corda noſtra confirmat, qui deſcendens de cœlo introiuit in mundum. Caſſio. Et perfectos efficit chriſtianos. Hugo car. Nã confirmat eos ad malum vitandum & bonum faciendum. Gloſa. Sed quid fiet de iſtis omnibus de terra eductis. Ecce.

Faciem oleo letificare.

SAturabũtur ligna campi ✠ & cedri libani quas plantauit, illic paſſeres nidificabunt. 18 ✠ Hebr. Domini.

Gloſa. Tanquã diceret, de iſtis eductis de terra, pane, ſcilicet vino & oleo (ſaturabũtur ligna campi.) Hierony. Id eſt rationabiles homines qui ſaturabuntur de vera religione Chriſti. Caſſio. Glo. Vel per ligna campi, intelligũtur homines mediocres & humiles, & per cedros libani, nobiles, diuites, & potẽtes, qui in humano genere tanquã cedri eminere noſcũtur. Caſſio. Dicit autem quas plantauit propter prædeſtinatos, quia omnis plantatio quã non plantauit pater meus eradicabitur. Gloſa. Hugo car. Et nota ordinẽ, quia prius ligna campi dicit, & poſt cedros libani. Prius enim elegit contemptibiles ꝙ nobiles & ſapientes (illic paſſeres nidificabunt.) Caſſio. In cedris, ſcilicet quas plantaſti. Paſſer enim minuta & cautiſſima auis eſt monachorũ ſignificans paruitatẽ, qui in cedris libani, id eſt in patrimonijs potentũ chriſtianorũ, velut in quibuſdam ramis monaſteria ſibi quaſi nidos aliquos ædificare monſtrãtur, eorũq; robore ſuſtẽtati velut paſſeres laudes domini aſſidua meditatiõe pręcinũt. Cœleſtis enim in terra vita eſt, & imitatio fideliũ angelorũ ſpiritualiter in carne viuere, & mũdi vitia nõ amare. Vitã pręſentẽ cõtẽnere & futuræ beatitudinis gaudia ſemp exquirere. Sequit.

Ligna campi.

Electionis Chriſti ordo.

HErodij ✠ domus dux eſt eorumꝰ, montes excelſi ceruis petra refugiũ herinacijs. 19 ✠ Hebr. Miluo abies domus eiꝰ.

(Herodij inquit domus dux eſt eorum.) Gloſa. Paſſerum ſcilicet & cedrorum herodius enim auis eſt rapaciſſima omnium volatilium maior qui & aquilam vincit & comedit. Hieronymus. Et ſignificat hominem ſanctum habitantem in domo dei adiutorium præſtantem alijs ad vincendum aquilam, id eſt dyabolũ. Aquila namq; pro dyabolo frequenter ponitur. Gloſa. Qualis fuit Paulus qui in adoleſcentia fuit lupus rapax perſequendo eccleſiam, & veſpere ſuę ętatis ſpolia dyaboli prędicando rapuit. Hugo car. Vel per hanc auem quæ alio nomine dicitur girfault, intelligitur Chriſtus qui

Aquila.

Paſſer. eſt dux paſſerum,id eſt ſpiritualium virorum,eſt
etiam domus & refugium hominū rapaciū quan
tumcūq; mali ſint ſi velint ad ipſum reuerti(mon
cerui natura. tes excelſi ceruis.)Hieronymus.Caſſiodorus.Cer
uus ſerpētes occidit & ipſos deuorat.Spinoſa tran
ſcendit & montes altiſſimos habitare diligit. Cui
merito comparātur fideles qui dyabolum vorant
ſerpentem,ſcilicet qui Aeuam decepit.Vitiaq; hu
ius ſæculi quaſi ſpinas bona conuerſatione tranſi
liunt.Et habitant in montibus,id eſt in apoſtolis
& prophetis qui ſanctis ſuis prædicationibus in
hoc mundo ſolida cacumina eſſe meruerunt.Glo
ſa.Auguſtin⁹.Hugo car.Vel cerui,ſunt magni ſpi
rituales tranſcēdentes omnia ſpinoſa qui habitāt
in altitudine mandatorū dei.Gregori⁹ in Mora.
Iob lib.xxx. Qui iam dare ſaltus cōtemplationis
nouerunt,& altos ſententiarū diuinarum vertices
aſcendūt,ad quæ profecto cacumina,quia infirmi
peruenire non valent recte ſubiungitur.(Petra re
fugiū herinacijs.)Idem.Ibidem. Id eſt inualidis,
quos non ſublimis intelligentia excercet,ſed ſola
in Chriſto fides humiliter continet.Hieronymus.
Hericij nomine. Caſſiodorus.Herinacius enim quem hericium vo
camus animal, omnino tumidū eſt natura proui-
dente ſemper armatum,& in petris ſuum habet re
fugium ne inueniatur.Per hericium ergo intelli-
gitur peccator,qui futurum iudicium metuens ad
petram Chriſtum refugit.Gloſa. Opertus ſpinis,
id eſt quotidianis peccatis.

20 Fecit lunam in tempora,ſol cogno
uit occaſum ſuum.

Gloſa.Auguſtin⁹.Fecit inquit lunam,id eſt eccle
ſiam in tempora,quia temporaliter tranſit.Caſſio
Lune nomine. dorus.Luna enim ſignificat eccleſiam,quę in tem
poribus facta eſt quando eam minui contingit &
creſcere,quæ tamē ſic minuitur vt ſemper redeun-
te integritate reparetur.Gloſa.Nec mirum ſi tran
ſit:nam & ſol,id eſt Chriſtus,cognouit,id eſt præ-
ſciuit(occaſum ſuum)id eſt paſſionē.Caſſiodorus.
Nomine ſolis. Sol itaq;,id eſt Chriſtus qui ſol eſt iuſtitiæ,cogno
uit occaſum ſuum,id eſt gloriā ſuæ paſſionis cum
diſcipulis ſuis ait.Venit hora & fili⁹ hominis tra-
detur in manus peccatorum.Hugo car.Non ergo
mirū ſi eccleſia ſit in tēpora,quia & ſol,id eſt Chri
ſtus venit ad occaſum paſſiōis,vel ſol,id eſt homo
ſapiēs cognouit occaſum ſuū,ꝙ ſcilicet oporteat
eum mori licet horam mortis ignoret.Sequitur.

21 Hebrai. mouebūtur. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox,
in ipſa pertranſibunt omnes be-
ſtiæ ſyluæ.

Glo. Vere quidē occidit ſol,quo occidēte poſuiſti
tenebras,& facta eſt nox.Hiero.Occidēte enim ſo
le iuſtitiæ,omnia nobis tenebroſa ſunt.Grego.in
Mora.Iob lib.vij.Et tunc dominus tenebras po-
nit cum peccatis iudicia rependēs lumē ſuæ intel
ligentiæ ſubtrahit.Et nox efficitur,quia prauorū
mens ignorātiæ ſuæ erroribꝰ cæcatur.Et tunc in
eos pertranſeūt omnes beſtiæ ſyluæ dum maligni
ſpiritus ſub opacitate fraudis latentes in reprobo-
rum corda prauitatē ſuā explēdo percurrūt.Augu-
ſtinus.Caſſiodor⁹.Gloſa.Vel poſuiſti tenebras in
tempore paſſionis quādo ſol obſcuratus eſt. Nox
etiam fuit quando Petrus negando fidei clarita-
tem perdiderat,& illis,qui Chriſtum in cruce car-
naliter intuendo eum mori communiter æſtima-
bant,& in hac nocte exierunt beſtiæ,id eſt dæmo-
nes quærentes aliquos deuorare.Hugo car.Et quę
ſint iſtæ beſtiæ apertius declarat,dicens.

Catuli ✠ leonum rugientes vt ra- xxij ✠ Hebr. leões rugiētes ad prędam.
piant, & quęrant a deo eſcam ſibi.

(Catuli inquit leonū.)Glo.Hugo car.Supple per-
tranſibūt rugiētes,id eſt fremētes.Sunt enim leo-
nes principes dæmonū,ſunt & catuli leonū con-
tēptibilia ſcilicet demonia,quæ in tenebris quæ-
runt ſeducere animas & paſcūtur erroribus & pec-
catis hominū.Caſſ.Quæ ideo dicūtur catuli eo ꝙ
calleāt ſenſu nariū,& ſignificāt miniſtros dyaboli
qui rugiūt vt rapiāt & vt innocentē perdāt.Cardi.
Sed quia nec tentare poſſunt niſi deo permittēte,
ideo ait.(Et quęrāt a deo eſcam ſibi.)Gre.lib.vij.
Mora.Quia capere animas nequeunt niſi iuſto iu
dicio præualere diuinitus permittātur.Caſ.Nihil
enim a quoquā fieri poteſt niſi ꝙ ipſe ſecreto iu-
dicio,aut ad probationem,aut ad vindictam facien
dum eſſe permiſerit.Hugo car.Opportunitas au-
tem nocendi his beſtijs ante reſurrectionē domi-
ni permiſſa fuit,ſed poſtquā reſurrexit ex magna
parte ablata eſt eis,vnde addit.

Ortus ✠ eſt ſol & congregati ſunt, 23 ✠ Hebr. oriēte ſole recedent.
& in cubilibus ſuis collocabuntur.

Auguſt.Glo.Caſſ.Hugo car.(Ortus eſt)inquit(ſol
Chriſtus ſcilicet)ſol iuſtitiæ de ſepulchro reſurgē-
do.(Et congregati ſunt.)Glo.Catuli leonum rece-
dentes a perſecutione eccleſiæ in toto orbe clarifi-
cato Chriſto.Caſſiodorus. Maieſtatē eius minime
ſuſtinentes.Auguſtin⁹.Gloſa.Quibus enim ortus Sol quibus ortē.
eſt ſol iuſtitiæ non audent eos inuadere leones.
Hieronymus. Non igitur triſtetur qui cecidit ſed
pœnitētiam agat,quia per eam oritur ſibi ſol iuſti-
tiæ & fugiunt ab eo omnes beſtiæ & peccata & effi
citur talis qualis fuit ante peccatum.(Et in cubili
bus ſuis collocabūtur.)Caſſiodor⁹.Gloſa.In cor
dibus ſcilicet infideliū & pertinaciū pectoribꝰ,vt
quia cunctis ſuadere nō poſſunt ſaltem poſſideāt
quos deceperūt.Ibi enim ita collocabūtur ne iam
faciant impetum in ſanctos.Et ſic.

Exibit homo ad opus ſuū, & ad ope- xxiiij ✠ Hebr. ad ſeruitutē ſuā.
rationem ✠ ſuam vſq; ad veſperam.

Hugo car.Et in hac ſecuritate exibit homo iuſtus
ſcilicet & fidelis(ad opus ſuum.) Idem.Gloſa.Vt
incipiat bene operari dum licet(Et ad operationē
ſuam.)Glo.Vt cōtinuet perſeuerādo(vſq; ad veſpe hominis veſpera.
ram.)Hugo car. Id eſt vſq; ad mortē. Idem.Gloſa.
Auguſti.Vel vſq; ad finē mundi.Licet enim nunc
in ſecuritate pacis bona operari,ſed in veſpera, id
eſt in fine mundi erit contenebratio & grauis im
petꝰ inferetur ab Antichriſto. Hiero.Vel poſtquā
ortus fuerit ſol iuſtitiæ in nobis eximus ad ope-
rationē noſtrā,vſq; ad veſperā,id eſt vſq; ad cōſum
mationē omni tēpore iuſtitiā operantes.Glo.His
igitur omnibus inſpectis omnis homo credēs ma
gno exultat gaudio,& admirādo exclamat,dicens.

Quam magnificata ✠ ſunt opera xxiiij ✠ alia li. multa. alia creatura.
tua domine,omnia in ſapientia fe
ciſti,impleta eſt terra poſſeſſione tua.

Hieronymus. In exceſſum enim mentis venit. Et non inueniẽs quomodo laudaret deum dicit. (Quã magnificata ſunt opera tua domine) quaſi dicat. Excedunt humanum ſenſum tua opera. Caſſiodorus. Quæ non ſolũ hominibus, ſed & angelis probantur immenſa. Hugo car. Ita ꝙ eorum magnitudinem ordinem. Finem & locum vnde proceſſerunt, eloqui non poſſum. Sed hoc vnum ſcio, & dico (ꝙ omnia in ſapientia feciſti.) Gloſa. Hieronymus. Caſſiodor⁹. Hugo car. Id eſt in domino Ieſu Chriſto qui eſt ſapientia patris ſecundum apoſtolum dicentem, ꝙ in ipſo creata ſunt omnia. Hugo car. Hęc autem opera a deo multa ſunt ꝙ impleta eſt terra poſſeſſione tua, quia ad literã omnia quę ſunt in cœlo, in terra, in aere, in aquis, a patre per filium facta ſunt. Hieronymus. Vel reuera omnia opera domini plena ſunt ſapiẽtię: nam reſpice formicam. Reſpice culicem & pulicẽ, reſpice elephantem & apem, omnia impleta ſunt ſapiẽtię. Caſſiodorus. Vel per terram hic intelligitur eccleſia quę repleta eſt quãdo vniuerſali domino deſeruit. Poſſeſſio enim populũ fidelem ſignificat, vnde alia litera habet. Impleta eſt terra creatura tua.

xxvi Diuiſio.

HOc mare magnum & ſpacioſum manib⁹, illic reptilia quorum non eſt numerus.

ſcda ps.

Cardi. Secunda pars, vbi monet benedicere deum per mare & eius ornatum. Gloſa. Miſtice vero dicit quomodo eccleſiam per mare ſæculi perducit ad litus patriæ, & tanquã diceret. Impleta eſt terra creatura tua, ſed nondum ſumus in terra viuentiũ vbi eſt portio noſtra, imo mare, id eſt ſæculum adhuc tranſeundũ eſt. Caſſiodorus. Mare enim, præſentem mundum ſignificat, vbi malitia dæmonũ velut quibuſdã fluctibus, voluntas animarũ inſtabilis cõmouetur dictũ mare a meãdo, eo ꝙ ſemper eat & redeat. Glo. Hoc autẽ mare magnũ eſt & ſpacioſum manibus, difficile eſt enim ibi bene operari. Car. Nã magnũ eſt, & ſpacioſum & ꝓpterea difficile manib⁹, id eſt operib⁹ excercẽdis tum bonis, tum malis, quoniã illic reptilia quorũ non eſt numerus. Caſ. Reptilia enim iſta ſunt ſpirit⁹ maligni innumerabiles nobis, deo tamẽ comprehẽſi ſunt. Glo. Et ipſorum ſunt innumerę inſidiæ quę reperiuntur in hoc ſæculo, & incautos occupant.

27 ANimalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt.

Auguſtin⁹. Gloſa. In hoc etiam mari, id eſt in maris aquis huius ſæculi, adhuc ſunt animalia puſilla cum magnis, id eſt infideles puſilli & magni. Caſſio. Maioris & minoris nequitiæ. Car. Quorũ alij occulte nocent. Alii publice perſequũtur attamen (illic.) Glo. Caſſ. Id eſt in hoc mari huius ſæculi, naues, id eſt eccleſię pertranſibunt. Per naues enim, intelligũtur eccleſiæ quę periculoſos fluct⁹ huius mundi per lignum glorioſę crucis euadunt portantes populos qui ſigno fidei crediderũt. In his nauibus habitat Chriſtus qui ſe a credentibus excitetur tempeſtati, vt quieſcat, præcipit, & quieſcit. Car. Dicit autem pertrãſibunt ad gloriam, ſcilicet & requiem mediante gubernatore Chriſto. Glo. Et pręter hæc omnia animalia eſt etiã in illo mari quod ſuperat ea omnia ſcilicet.

Naues.

28 DRaco ✠ iſte quem formaſti ad illudendum ei, omnia ad te expectant ‡ vt des illis eſcam in tempore. ⁎

✠ Hebr. Leuiathan iſtũ plaſmaſti. ‡ Hebr. omnia in te ſperãt ⁎ adde ſuo.

Gloſa. Draco inquit iſte qui & leo dicitur & ſerpẽs antiquus qui primos parentes deiecit, quem formaſti ſecundũ ſubſtantiã in qua bonus erat, & in empireo locatus. Caſ. Qui recte draco dicitur propter venenum quod Aeuæ primæ mulieri prauis ſuaſionib⁹ inſpirauit qui creat⁹ eſt bonus, ſed poſtquã ſua voluntate peccauit a deo ita formatus eſt, vt ei illuderet ab angelis, vel tunc illuditur ei quando animæ confitentiũ de ſua poteſtate tolluntur, vel dum incentiua vitiorũ refugiũt. Hierony. Vel draco iſte qui decepit Aeuam, dat⁹ eſt in hoc mundo ad illudendũ nobis, quãtos enim monachos & clericos præcipitauit. Caſ. Draco autem iſte cuius eſca, hominũ deceptio eſt niſi domino permittente nõ poteſt quicquã ſua poteſtate perficere, vnde ſubditur, vt des illis eſcam in tempore opportuno ſcilicet. Habet enim iuſtus cibum ſuum, habet & draco cibum ſuum. Cibus autẽ draconis terra eſt, quia dictum eſt ei. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, vnde qui terrena amant, cibus dyaboli ſunt. Cibus autẽ iuſti, eſt verbum dei. Caſſiodorus. Hi enim quos deus pro ſuis malis abijcit, fiunt pabulum dyaboli. Gloſa. Si ergo bene vixeris, cibum dei habebis. Si vero a Chriſto receſſeris, cibus draconis eris. Caſſiodorus. Non tamen omnino timeamus atrocem, quia non præualet quicquam ſua poteſtate perficere, ſed expectat eſcam a deo permittente ſicut & alia omnia, vnde adhuc ſequitur.

eſca dyaboli.

29 DAnte te illis colligent, aperiẽte te manum tuam omnia implebuntur bonitate.

Auguſt. Glo. Dante inquit te illis colligent. Ante enim non poſſunt colligere nec tentare. Caſſiodorus. Et niſi datum fuerit eis quicquã colligere non valebũt. Cum ergo dyabolica iniquitate vexamur. Non illum credam⁹ hoc ex ſua poteſtate præſumere, ſed potius ad illum recurramus ſine cuius permiſſu nihil facere poteſt, & tunc celeri⁹ victus abſcedit. Hugo car. Chriſto enim manifeſtato poteſtas eorum fuit reſtricta, & bonis data fuit facultas bene operandi. & hoc eſt quod ſequitur. (Aperiente te manum tuam omnia implebũtur bonitate.) Manus enim patris per quam deus operatur eſt filius quã aperuit cum eum in carne manifeſtauit, & tunc quantũ in eo fuit omnia impleta ſunt bonitate. Auguſti. Glo. Vel cui Chriſtus reuelatur illi manus eius aperitur. Et tunc bonitate impletur quam bonitatẽ non habet a ſe ſed a te, quia te auerſo omnia turbantur, vnde ſequitur.

man⁹ dei

30 AVertente autem te faciem turbabũtur, auferes ſpiritum eorum & deficient. Et in puluerẽ ſuum reuertẽtur.

Auguſtin⁹. Gloſa. Caſſiodor⁹. Multi enim impleti bonitate dei, illam ſibi attribuerũt, non deo, ſed ſibi & ſuis viribus quod receperant applicantes. Volens ergo deus eis probare ꝙ hæc non a ſe habent, ſed a deo, vt & cum bonitate habeãt humilitatem, aliquãdo eos perturbat & auertit faciẽ ſuã ab

eis,vnde dicit. Auertente autē te faciem turbabuntur,ſed mox cum ſpirit⁹ ſuperbiæ quem de rerum vbertate conceperant ablatus fuerit omnino deficiunt & ad confeſſionem redeunt qui in ſuis præſumptionib⁹ errauerunt,vnde ſequitur. (Auferes ſpiritum eorum & deficient.) Idem. Hugo car. Auferes ſpiritum,ſcilicet ſuperbiæ qui in tribulatione aufertur,vt accepto ſpiritu ſancto innouentur & recreentur. Gregorius in Mora. Iob lib.xxiiij. Tollatur ergo ſpiritus eorum,id eſt ſpiritus ſuperbiæ vt deficiant:nam dum infirmitatē ſuam conſpiciunt, nihil aliud q̄ fauillam ſe eſſe cognoſcūt, vt a ſuperbiæ ſuæ duritia reſoluti per pœnitentiā dicant. Memento domine ꝙ puluis ſumus,vnde ſequitur.(Et in puluerem ſuum reuertētur.) Auguſtinus. Homo enim pœnitēs inuenit ſe & cognoſcit ꝙ non habebat vires ex ſe & confitetur deo dicens ſe eſſe terram & cinerem. Caſſiodor⁹. Per confeſſionem namq; humilem homines indigentiam ſuæ fragilitatis agnoſcunt. Hugo cardi. Et cum in puluerem conuerſi fuerint,vide quid ſequitur.

31 Emitte ſpiritū tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.

Caſſiodorus. Gloſa. Ecce illa medicina quæ expectabatur prouenit. Reuerſis in puluerē emitte inquit ſpiritum tuum. Auguſtinus. Gloſa. Auferes enim ſpiritum eorum & emittes ſpiritū ſanctum tuum & creabuntur. Caſſiodorus. Hi ſcilicet qui ſe pulueres humiliter cognouerūt. Hugo car. Creabuntur inquā ex illo nihilo humilitatis & pulueris,& ſuper addito ſpiritu tuo viuent.(Et renouabis faciem terræ.) Caſſiodorus. Tunc enim facies terræ renouatur,quando de vetuſtate peccatorum peccator emūdatur. Hugo car. Renouabis faciem terræ dico,id eſt animę quantum ad imaginē quę per peccatum deturpata erat. Gloſa. Vel renouabis faciem terræ nouis hominibus confitentibus ꝙ a te non a ſe boni ſunt & quia a deo ſunt omnia bona,ideo,

32 Sit gloria domini in ſæculum, lætabitur dominus in operibus ſuis.

Gloſa. Sit inquit gloria domini,non ad tempus, ſed in ſæculum,id eſt in ęternum. Caſſiodorus. Et non cuiuſlibet alteri⁹,ſed domini cui⁹ laudis eius nullus eſt finis. Hieronymus. Vel hoc dicit, quia nos qui deum glorificamus ſempiterni erimus. (Lætabitur dominus in operibus ſuis.) Idem. Lætitia eſt enim domini quando nos creatura ipſius benedicimus eum in die reſurrectionis. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodorus. Non autem dicit in operibus tuis,ſed ſuis. Nam opera tua ſi mala ſunt per iniquitatem tuam,mala ſunt ſi vero bona per gratiam dei,ideo dicit.(Lætabitur dominus in operibus ſuis.) Gloſa. Quæ autem opera facit in eis & qualiter,ſubiungit cum dicit.

Dei lætitia.

33 Qui reſpicit terram & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant.

Reſpicere terrā.

Hieronym⁹. Qui reſpicit inquit terram,id eſt peccatores terrenos. Gloſa. Qui exultant quaſi de bonitate ſua & ſibi vires opulētiæ ſuæ tribuunt. Hugo car. Hanc inquā terrā reſpicit oculo miſericordiæ ſuę & facit eam tremere. Caſſiodor⁹. Nam peccatores gratia dei illuminati,peccata ſua præterita contremiſcūt. Glo. Ipſe eſt etiam qui tangit compunctione vel amiſſione rerum,montes,id eſt eos qui ſuperbi erant, & tacti fumigant, id eſt precem deo reddunt qui ante ſe rogare volebant. Caſſiodorus. Montes enim hic peccatores nimia elatione turgentes debemus accipere qui dum fuerint domini indignatione percuſſi rerumq; mundanarum amiſſione priuati,tunc ad ſalutares lachrymas currunt & quoſdam fumiferos de ſe triſtitiæ globos tanquā incenſum ſuauitatis emittunt, qui ad ſuperna conſcendens miſericordiā impetrare probatur domini Ieſu Chriſti.

Montiū nomine.

Cantabo domino in vita mea, pſallam deo meo quandiu ſum. 34

Gloſa. Hugo car. Tertia pars,in qua promittit ſe ſemper cantaturū,quaſi dicat,hęc prędicta fecit dominus,& his inſpectis cantabo domino laudando eum pro beneficijs ſupradictis,in vita mea,id eſt ſemper dum viuo. Caſſ. Cum enim dicit cātabo domino in vita mea, tempus illud ſignificat cum in mundo iſto degere videbatur. Tunc enim fit vita iſta vitalis,ſi laudes domini continua exultatione cantētur,& ne crederes laudes iſtas,morte poſſe finiri adiecit. Pſallam deo meo quādiu ſum vel ero, ſcilicet in futuro ſęculo vbi pſalmodia non habet finem. Auguſti. Glo. Vita enim noſtra modo ſpes eſt, & poſtea ęternitas erit. Vita vitę mortalis,ſpes eſt vitæ immortalis. Semper autem deus a nobis laudatur ſi ſemper amatur. Lyra. Ideo autem dicit cantabo & pſallam domino,quia diuina laus debet procedere & corde & ore. Sequitur.

iij pars.

Vita immortalis.

Iocundum ſit ei eloquium meum, ego vero delectabor in domino. 35

Hieronymus. Optatiuo modo hoc dicit non imperatiuo(iocundū ſit ei inquit eloquium meum.) Lyra. Id eſt coram eo placitū. Hugo car. Tunc autem eſt placitū cum laudans deum bona opera facit,iocunda enim non eſt laus deo niſi illam bona opera concomitētur & vt mutua ſit condelectatio,ſequitur.(Ego vero delectabor in domino.) Caſſiodor⁹. Tunc enim domino ſuauis eſt noſtra laudatio,ſi nos delectemur in domino,quia quanto magis in nobis dulceſcit,tanto magis illi efficimur cariores,quia amans deum diligitur,negligēs ſpernitur,deſiderans ſuſtinetur. Hugo car. Et quia hanc delectationē multæ tentationes & motus carnales impediunt,ideo petendo ſubiungit.

Deficiant peccatores a terra,& iniqui ita ✠ vt non ſint. Benedic anima mea domino.‡ 36

Talia li vltra nō ſint.

‡ Adde alleluya.

Peccatores a terra deficere.

Hugo car. Deficiāt inquit peccatores a terra,id eſt praui motus a corde,vt homines iam terrena nō agāt aut diligāt. Caſſio. Tunc enim deficiūt a terra peccatores,cum terrena cupiditate priuati per dei gratiam ad meliora ſtudia concitātur.(Et iniqui.) Hugo car. Subaudi deficiāt ita vt nō ſint amplius iniqui. Caſſio. Tunc enim iniqui deficiūt quādo mali iam eſſe deſinūt. (Benedic anima mea domino.) Idē. Dignū initiū pſalmi,& dign⁹ finis illum ſemper benedicere a quo cognoſcim⁹ nos ſemper

dona recipere. Hugo cardinal. Et eſt iſte pſalmus periodalis, quia ab eodem incipit & terminatur, in quo innuit quod finis bonorũ ſimillis eſt principio.

¶Pſalmus.ciiij.

¶Titulus.

Alleluya. Caſſiodor⁹. Nonus plane titulus & dicti ipſi⁹ breuitate cõſpicu⁹.

Lyra. Iſte pſalmus & duo ſequẽtes ſũt quędã inuitationes ad laudem diuinam.

Alleluya enim apud hebręos idem eſt quod laudate deum, alle. enim laudate, ya vero inuiſibilem ſignificat deum. Idem. Gloſa. Hic autem primo alleluya poſitum eſt, quod nulla lingua mutare pręſumpſit. In viginti autẽ pſalmis, titulus iſte præmittit̃ vniuerſaliũ in pręſenti. ciiij. cv. cvj. cx. cxj. cxij. cxiij. cxiiij. cxv. cxvj. cxvij. cxviij. cxxxiiij. cxxxv. cxlv. cxlvj. cxlvij. cxlviij. cxlix. cl. in quib⁹ omnibus magnalia dei dicuntur. Et magna eſt in eis exultatio, hic autem commendat propheta bonos in populo Iſrael, qui cum alijs fidelibus ſunt verum ſemen Abrahę filij promiſſionis. Hieronymus. Pſalm⁹ autem iſte patrum, maxime replicat hiſtoriam, ſed ſpiritualiter debet intelligi. Omnia enim quem contingebant antiquitus in figuram, contingebãt vt nos crederemus. Intentione itaq; monet iſte pſalmus ad laudem dei. Et diuiditur in ſex partes. In prima, monet fideles vt deum ſemper exquirant. In ſecunda, eos per patriarcharum exempla confirmat, ibi. Mementote. In tertia, breuiter tangit ꝙ de regno ad regnũ tranſierunt, ibi. Cum eſſent numero breui. In quarta, narrat quid factum eſt vt tranſirent, ibi. Et vocauit famem. In quinta, quæ fecit in Aegypto breuiter tangit & poſtea narrat. Ibi & auxit. In ſexta, enumerat beneficia quę fecit eis educens eos de Aegypto, & inducens in terram promiſſionis, ibi. & eduxit eos. Hugo cardinal. Incipit ergo a laude quam intendit, & quam in titulo Eſdras prænotauit, dicens.

Pſa'mi. Diuiſio.

1 ✠ Hebr. cogitationes eius.

Confitemini domino & inuocate nomen eius, annunciate inter gẽtes opera ei⁹. ✠ Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Confitemini inquit domino, id eſt laudate eum & bonis factis gratiam vobis diuinitatis acquirite, quia idipſum eſt laudare dominum, & ore illi honorem deferre, & operibus eius iuſſiones efficere. Pręmiſſa autem laude ſequitur. Et inuocate nomen eius, deſiderata petẽdo. Laus enim conuenienter præcedit petitionem. Hieronymus. Confitemini ergo & dicite, quoniam peccatores ſumus, tu autem miſericors, & ideo inuocate nomen eius, quoniã ipſe erit redemptio noſtra. Lyra. Vel confitemini domino confeſſione laudis pro beneficijs ab eo obtentis, & inuocate nomen eius pro obtinendis, quia gratitudo de præteritis beneficijs, eſt optima diſpoſitio pro alijs impetrãdis, deinde ſubdit (annunciate inter gentes opera eius.) Caſſiodo. Quod bene poteſt glorioſis euangeliſtis & ſanctiſſimis apoſtolis & nunc ſacerdotibus conuenire, qui per gentes vniuerſas magnalia eius annunciare noſcuntur. Hieronymus Ex hoc

Diſpoſitio ad beneficia.

igitur erubeſcant Iudæi, qui dicunt in Iſrael tantum facta eſſe mirabilia opera eius. Hugo car. Vel confitemini peccata veſtra, vos incipientes inuocate nomen eius proficiẽtes, & annunciate opera eius iam perfecti. Sequitur.

Cantate ei & pſallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Laudamini ✠ 2
in nomine ſancto eius.

2 ✠ Hebr. equitate.

Auguſtinus. Caſſiodorus. Hugo car. Gloſa. Lyra. Cantate inquit ei verbo quia ore cantatur. Et pſallite ei, id eſt operibus bonis laudate, quia manib⁹ pſallitur. Narrate omnia mirabilia eius. Caſſiodorus. Glo. Omnia dicit, quia nihil eſt pudore ſilendum, vel narrate omnia quę infra dictur⁹ eſt, non enim eſt humanarũ viriũ omnia narrare quæ virtus diuinitatis operatur, ideo hic ſignificat a parte totũ, vel omnia dicit, quia omnia quæ de eo dicuntur mirabilia ſunt. Hugo car. Vel hæc tria, cantate ſcilicet pſallite & narrate, ad tres ſtatus prædictos referuntur, incipientium, proficientiũ, & perfectorũ. (Laudamini in nomine ſancto eius. Glo. Id eſt ſic operemini vt laudemini. Caſſio. Gloſa. Non enim vetat vt laudemur, quia bonis actionibus nõ poteſt res iſta denegari, ſed vt in domino laudemur præcipit qui præſtat illa quæ bene gerimus. Gloſa. Auguſtinus. Et ideo dicit in nomine ſancto eius ne de bono opere homo in ſe glorietur. Hugo car. Vel vt de hoc ſit vobis laus, quia vocamini chriſtiani.

poteſt homo laudari.

Laetetur cor quærentium dominum, quærite dominũ & confirmamini. ✠ Quęrite faciem eius ſemper. 3

3 ✠ Hebr. et virtutem eius

Glo. Lætetur inquit cor & ſi non corpus, quęrentium dominũ, id eſt eorũ qui bene operãtes æmulantur. Hierony. Gaudeãt ergo monachi, quoniã quęrentiũ dominũ lętãtur corda. Si itaq; quęrentiũ, quãtomagis eorũ qui inueniũt eum, qui enim eum inueniunt, immobiles ſunt. (Quærite dominum.) Glo. In præmiũ & ſic (cõfirmamini.) Lyra. Id eſt ſitis certi de eius inuentione: nam quærẽtes dominũ, fideliter inueniunt eum infallibiliter, ſecundũ illud, omnis qui quęrit inuenit. Hugo car. Vel cõfirmamini, id eſt quærẽdo eum eſtote firmi & feruẽtes. Et quia refrigeſcit caritas multorum, ideo ſequitur. (Quærite faciẽ eius ſemper.) Augu. Glo. Id eſt præſentiã quæ & ſi per fidem inueniatur tamen ſemper in hac vita perquirenda eſt vt poſtea per ſpeciem habeatur. Qui enim amatur, ſemper deſideratur, ſemper quæritur.

quęrere dei faciẽ

Mementote mirabiliũ eius quę fecit, ꝓdigia eius & iudicia oris ei⁹. 4

Gloſa. Hugo car. Secunda pars, in qua ad paruulorum corda in fide nutriẽda & roborãda fidem patriarcharũ ꝓponit, & bona tẽporalia quæ fecit eis deus & maiora parat⁹ eſt facere his qui eos in fide ſequũtur. Eſt ergo ſenſus ac ſi dicat dixi. Quærite faciẽ eius ſemper, ꝙ ſi necdum adhuc poteſtis eum intelligere ſicuti eſt ſaltem (memẽtote mirabilium eius quæ fecit.) Lyra. Per Moyſem & Aaron in terra Aegypti. Caſſiodorus. Et in diuiſione maris rubri. Gloſa. Et ſubaudi, mementote etiam prodigia eius. Hugo cardinal. Id eſt maiora miracula quæ

ſcda ps.

fecit pluendo de cœlo manna & aquam educendo de petra. Gloſa. Sunt enim prodigia maiora mira cula quibꝰ aliquod futurum ſignificatur. Lyra. Et dicuntur prodigia quaſi procul a digito. i. ab hominum cognitione, quia fiunt cōtra curſum naturæ & immediate dependent a diuina voluntate(& iudicia oris eius). Gloſa. Cardi. Quæ per Moyſem mandauit in lege fieri. & ſecundum ea iudicare. Caſſiodo. Et quoniam cūcta compleuit quę Moyſi famulo ſuo promiſiſſe dignoſcitur. Gl. Sed quibus hoc dicitur. Illis ſcilicet qui ſecundum fidem ſunt.

prodigia que.

5 SEmen Abraham ſerui eius, filij Iacob electi eius,

Caſſiodo. Hic enim ſubaudiendum eſt quod ſuperius dixit (mementote). Cardi. (Mementote) inquā vos qui eſtis per fidem, ſemen Abraham ſerui eiꝰ. Lyra. Qui tempore Nēroth. alijs ad idolatriam declinantibus confeſſus eſt ſe ſoli deo ſeruire, & qui eſtis filij. Glo. Id eſt imitatores Iacob luctādo cōtra carnem Iacob dico (electi eius). Caſſiodorꝰ. In quo notandum quod dicit. Semen Abrahæ ſeruos & filios Iacob electos. iudęi enim ſecundum carnem ſemen Abraham fuerunt quos merito ſeruos vocat, quia pertinacia faciente filij eſſe noluerunt filij Iacob ſunt fideles Chriſtiani qui hęredes domini eſſe noſcuntur. Hierony. Iudęi ergo & ſi ſecundum carnem Abrahæ ſemen ſunt ideo tamen ſerui ſunt quia ſub timore conſtituti ſunt non habentes perfectam charitatatem quę foras mittit timorem. Nos vero filij ſumus Iacob eius qui ſupplantauit fratrem ſuum & tulit primitiua eius. Gloſa. Ideo autem horum memores eſſe debetis. Quia.

vi IPſe dominꝰ deus noſter, in vniuerſa terra iudicia eius.

(Ipſe inquit dominus deus noſter). Lyra. per verū cultum & fidem, licet ſit dominus & deus omniū per creationem & gubernationem. ideo ſubditur (in vniuerſa terra iudicia eius). Augu. Quia in omni terra eccleſia eius, vbi prędicantur iudicia eius. Caſſiodo. Dicendo autem ipſe dominus deus noſter, commonet illum debere intelligi quem iudęi crucifixerunt, cuius iudicia ſunt in vniuerſa terra. Augusti. Gloſa. Cardina. Et cū alibi dicatur. Qui annunciat verbum ſuum Iacob & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. patet ꝙ vbiq; ſunt Iacob & Iſrael, id eſt fideles quibus iudicia ſua manifeſtat per quos intelligitur eccleſia. de quibus ideo debēt eſſe memores, quia ipſe.

7 ✠ alia li. pacti.

MEmor fuit in ſęculum teſtamenti ✠ ſui verbi quod mandauit in mille generationes.

Memor inquit fuit.) Caſſiodorꝰ. Cum promiſſa compleuit (in ſæculum. i. in ęternum(teſtamēti). Car. Non illius veteris quod fuit ad tempus (ſed ſui) id eſt noui. Gloſa. Iuſticię ſcilicet hæreditatis ęterne quam promiſit in nouo teſtamento. Caſſ. In quo quicquid promittitur perhenni firmitate manſurum eſt. Vel per teſtamētum ſuum prophetarū intelligūtur prędicationes quas de verbi incarnatione prędixerunt. Gloſa. Dicitur enim teſtamētum illud quod promittitur & doctrina in qua promiſſio declaratur & pro qua ſeruata reddūtur & quaſi quæreret cuius teſtamenti memor fuit. ſubiungit (Verbi quod mandauit in mille generationes). Caſſiodorꝰ. Lyra. Gloſa. Cardina. Id eſt in omnes quibus viuendum eſt ex fide. finitum pro infinito quod tamen ſęculi iſtius fine cōcluditur vbi generatio humana ſequēti ſibi ætate ſuccedit Mādare autem eſt aliquod per alium dicere, quod vtiq; factum eſt quando prophetis datum eſt futura prophetare. Cardi. Vel hoc de veteri & nouo teſtamento intelligitur quod mandauit deus in mille. id eſt in omnes generationes. Gloſa. (Memor inquam fuit) verbi.

8 ✠ alia li. quod pepigit cū Abrahā

QVod diſpoſuit ✠ ad Abraham, & iuramenti ſui ad Iſaac.

Lyra. Ad literam teſtamentum diſpoſuit dominus ad Abraham cum dixit ei. Per memet ipſum iuraui quia feciſti rem hanc &c. Et ſequitur. Benedicā tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę quod impletum eſt, in Chriſto. Et iuramēti ſui ad Iſaac ſecundum quod dixit dominus Abrahæ in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Caſſiodorus. Hoc autē quod hic dicitur ad illud. Reſpōdet quod ſuperius dixit teſtamenti ſui illa enim quæ in veteri teſtamento Abraham & Iſaac patriarchis promiſſa ſunt vel iurata ſtatuit ea, id eſt firmauit Iacob & Iſrael in nouo teſtamento quod eſt ęternū. vnde ſequitur.

ix ✠ alia li. cū iacob in lege ę cū iſrael in pactū ſempiternum.

ET ſtatuit illud Iacob ✠ in præceptum, & Iſrael in teſtamentū ęternum.

Lyra. Et ſtatuit illud Iacob in pręceptum hoc eſt verbum domini ad Abraham & Iſaac de cultu dei cum dixit ei. Ego ſum dominus deus Abraham patris tui, & deus Iſaac, terram in qua dormis dabo tibi & ſemini tuo. vnde natus eſt Chriſtus. (Et Iſrael in teſtamentum ęternum). Idem. Id eſt Iacob qui primo vocatus eſt Iacob eo ꝙ naſcens tenebat plantā fratris ſui. Poſt ea vocatus eſt Iſrael eo ꝙ cum angelo fortiter luctatus eſt. Caſſiodo. Per Iacob autem & Iſrael Chriſtiana tempora ſignificare, ſępe iam dictum eſt. Nouum vero teſtamētum proprie dicitur ęternum, quia nullum illi aliud aliquando ſuccedit in quo eſt omnium ꝓmiſſorum completa perfectio. Gloſa. Statuit inq̄ illud in teſtamentum ęternum.

nouū teſtamētū cur ęternum.

10 DIcens tibi dabo terram Chanaam, funiculum hæreditatis veſtræ.

Lyra. Hoc dicit ad litteram de terra Chanaam quia in illa Iacob dormiebat quæ funiculo diuiſa fuit tempore Ioſue quam dedit eis deus in figurā ęternæ hæreditatis. Caſſiodo. Glo. Augu. Terra enim Chanaā, ideo dicitur cœleſtis hęreditas, quia Chanaam iterpretatur humilis. dixit enim Noe Chā filio ſuo ipſum fore futurum ſeruum fratrum ſuorum. Et inde ſeruilis timor qui non manet in domo, ideo excluſo Chanaā datur terra ſemini Abrahę, quia charitas foras mitit timorem, & manet fi

Terra Chanaā

lius in domo in æternum Congrue ergo hęredi-
tas ęterna dicitur terra Chanaã. quia ab ea ſerui re
pelluntur & filij recipiuntur. Cardinalis. Vel quia
ſicut terra Chanaam fluit lac & mel, ſic terra viuen
tium fluit gratiam quę lacte & melle ſuauior eſt.
Dabo inq̃ funiculum hæreditatis veſtrę vobis ſo
lis qui eſtis ſignati funiculo prędeſtinationis. Caſ
ſiodorus. Vel funiculus hęreditatis mundi huius
ſignificat tortuoſas anguſtias, quas dominus pro
ſalute cũctorum ſua paſſione diſſoluit Nam carnis
illius ſuſceptio noſtra probatur eſſe hęreditas.

funiculũ hered. ta tis

11 C Vm eſſent numero ✠ breui pau-
ciſſimi & incolę eius.

✠ alia li. cũ eſſet viri pau ci modici aduene in ea. iij. pars.

Caſſiodo. Gloſa. Cardina. Tertia pars in qua bre-
uiter proſequitur hiſtoriã enumerans q̃ta patriar-
chis virtus diuina prętiterit ad confirmandam fi
dem debilium. Sic ergo legendum eſt. Deus hæc
quę dicta ſunt promiſit Abraham Iſaac & Iacob
(cum eſſent numero bræui). Gloſa. Id eſt antequã
multiplicarentur in ægypto. Pauciſſimi & incolę
eius, id eſt aduenæ incolę terræ Chanaam, antequã
eis daretur in hæreditatem pauciſſimi erant. Se-
quitur.

12 E T pertranſierunt de gente in gen-
tem. & de regno ad populum alte
rum.

Gloſa. In quo proponit breuiter quod poſtea ple-
nius enarrabit (Et pertranſierunt inquit de gente
in gentẽ). Hierony. De Abrahã hoc dicit qui exijt
de terra Caldęorum & venit in Meſopotamiam, &
de Meſopotamia in terram repromiſſionis, & ite-
rum in ægyptum. Lyra. Et iterũ redijt in terra Cha
naam, & inde peregrinatus eſt in Geraris. Simili-
ter Iſaac de terra Chanaam peregrinat⁹ eſt in Ge
raris Iacob etiam cum familia ſua de terra Chanaã
tanſiuit in ægyptum (& de regno ad populum alte
rum.) Gloſa. Cardi. Id eſt de terra Chanaam quę di
citur regnum. nõ ꝙ tunc eſſet, ſed ꝙ futurum eſſet
ibi regnum ad populum ægyptiorũ, & repetit idẽ
ꝙ ſupra. Hierony. Miſtice vero multa nos regna
tranſiuimus vt perueniamus ad terram promiſſio
nis. Gloſa. Sed quomodo perdurare potuerunt,
ecce.

xiii N On relinquit hominem nocere
eis, & corripuit pro eis reges.

Hieronymus. Gloſa. Non reliquit inquit homi-
nem nocere eis Pharaonẽ ſcilicet vt noceret Abra
ham in Sarra, nec Abimelech Iſaac in Rebeca. Car
dina. Hoc eis dicẽs per reuelationem vel aliqua fa-
cta. Lyra. Labam etiam perſequentem Iacob prohi
buit ne ei malum ageret. Et ſimiliter interfectis ha
bitatoribus Sichem terror dei inuaſit omnes per
circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi Ia-
cob & filios eius inde recedentes (& corripuit pro
eis reges). Hieronymus. Lyra. Pharaonem ſcilicet
regem ægypti, & Abimelech regem Gerare, vt di-
ctum eſt ſupra. Gloſa. quos corripuit dicens.

xiiii N Olite tangere chriſtos meos, &
in prophetis ✠ meis nolite mali-
gnari.

✠ alia li. & pphe- tis meis nolite at tingere

Auguſtin⁹. Glo. Hęc enim verba licet in hiſtoria
non ſint, tamen vel latenter dixit ea deus in cordi
b⁹ hominũ vel per angelum. hęc nãq; verba ſunt
dei corripientis reges. ne lederent ſanctos patres
(nolite inquit tãgere chriſtos meos). Cardinalis.
Id eſt vnctos meos vnctiõe ſpirituali. fide. ſ. incar-
nationis Chriſti pręterq̃ nulli fuerũt ſaluati, Glo.
Neminem ergo moueat quod vocat eos chriſtos
quia tunc erãt & Chriſtiani, & ſi latẽter, vnde Abra
ham exultauit vt videret diem meum, vidit & ga-
uiſus eſt. Nullus enĩ pręter hãc fidẽ vel ante vel
poſt deo reconciliatus eſt. Lyra. Iſti autem patres
dicuntur Chriſti. i. vncti vnctione. ſ. ſpirituali quę
eſt per gratiam dei licet non corporali regũ & põ
tificum, quę primo fuit ordinata tempore Moyſi.
Hierony. Quod eſt contra iudęos qui dicunt non
poſſe dominum Ieſum Chriſtum vocari, quia nõ
fuit vnctus regali vnguẽto (& in prohetis meis no
lite malignari. Gloſa. Hic aperte de Abraham con
ſtat ꝙ propheta fuerit ſic & de alijs credẽdum eſt.
Lyra. Quod autem Abraham prophera fuerit ſimi-
liter & de Iſaac Iacob habetur in geneſi. Gẽn. xv.
xxvi. xlix.

quiſpi di cuntur.

E T vocauit famem ſuper terram, & 15
omne firmamentum ✠ panis con
triuit.

✠ alia li. omne vir gã panis iiii. pars.

Auguſti. Glo. Cardi. Quarta pars in qua exponit
qualiter factum eſt vt tranſirent de gente in gentẽ
Vnde dicit (& vocauit famem ſuper terram. Idem.
Id eſt angelum fami prępoſitum. Vel dixit vt fa-
mes eſſet. Caſſiodorus, Lyra. Hoc autem fuit tem-
pore Pharaonis quando in ægypto ſeptem annis
fames graſſata eſt. Car. Sed quomodo vocauit fa-
mẽ, ecce (& omne firmamentum panis contriuit).
Caſſiodorus. Cardi. Id eſt triticeũ fructum & om-
nẽ materiam vnde poterat fieri panis deduxit ad
nihilum reuera hominum eſſe noſcitur firmamẽ-
tum de quo ſupra dictum eſt (& panis cor hominis
confirmet). Cardina. Et cauſante fame coacti ſunt
in ægyptũ deſcendere quos tamen nutu dei prę
ceſſit Ioſeph. Vnde ſequitur.

M Iſit ante eos virum. in ſeruum vę xvi
nundatus eſt Ioſeph.

Gloſa. Vide quomodo deus vſus ſit malis in bonũ
Ioſeph enim venditus in ægypto a fratribus ſuis
pro iuſtitia ſublimatus eſt, ideo ait (Miſit ante eos)
Lyra. Id eſt ante Iacob & filios eius (virum). Hie-
ronymus. Ipſum ſcilicet Ioſeph. Caſſiodorus. Hu
go. Cardinalis. Lyra. Qui merito vir dicitur a vir-
tute eo ꝙ noluit adulterio ſuæ dominę cõſentire,
& quia multa paſſus cuncta viriliter ſuſtinuit.
Ordo ergo literę talis eſt Miſit ante eos virum Io-
ſeph, ſcilicet qui infernum vęnundatus eſt. Gloſa.
Fratribus ſuis quos poſtea & patrem in Aegypto
recipit, & terram optimam a Pharaone eis dari
fecit, Hugo. Cardinalis. Licet ergo malicioſæ fue-
rit venditus, nutu tamen dei hoc factum eſt. vnde
ipſemet fratribus dixit. Pro ſalute veſtra miſit me
dominus ante vos. Caſſiodorus. Et iterum vos co
gitaſtis de malum ſed deus vertit illud in bonum.
Gloſa. Deinde narrat quæ tulerit in humilitate
ſua Ioſeph. Et quomodo ſit ſublimatus dicens.

17 ✠ Hebr. affligerūt ✠ alia li. in ferrū venit aīa eius vſq; ad tēpus

HVmiliauerunt ✠ in compedibus pedes eius: ferrum pertranſijt animam eius. donec veniret verbum eius.

Hierony. Quia noluit cōſentire dominę ęgyptiacę. Lyra. Ad falſam eius accuſationem fuit in carcerem religatus (Humiliauerunt inquit in compedibus pedes eius). Hieronymus. Sed non potuerunt iuſticiam eius humiliare. Caſſiodo. Gloſa. Compedes autem eum accepiſſe non legitur q̄uis a præpoſito Pharaonis Phutiphar in carcerem ſit redactus. ſed fieri potuit vt carceratus ferreis nexibus ligaretur. Cardi. Et q̄uis in conſpectu cuſtodis carceris gratiam habuerit tamen prius multas tribulationes paſſus eſt. Caſſiodo. Vnde fieri potuit vt & iſta pręcederent & illa ſequerentur, ferrum pertranſijt animam eius. Lyra. Quia ex cōpedibus ferreis non ſolum fuit afflictus in corpore, ſed etiam in mente q̄uis non ceciderit a virtute patiētię. Cardina. Vel ferrum, id eſt dura tribulatio pertranſijt, id eſt penetrauit animā eius. Idem. Gloſa. Vel ſecundum aliam literam anima eius pertranſijt ferrum, id eſt tribulationem ſuperauit. Et hoc durauit (Donec veniret verbum eius). Caſſiodo. Donec ſcilicet veniret Verbum a Pharaone qui eum liberauit pro interpretādo ſomnio. Idem. Gloſa. Car. Vel donec veniret verbum ipſi⁹ Ioſeph vt ipſum ſomnium interpretaretur. Quod verbum fuit dei potius q̄ ipſius Ioſeph. Vnde ſequitur.

xviii ✠ Hebr. probauit eum.

ELoquium domini inflammauit eū miſit rex & ſoluit eum. prīceps populorum & dimiſit eum.

(Eloquium inquit domini.) Gloſa. Id eſt ſpiritus, ſpiritus reuelans miſteria (inflammauit eum). Idē. Caſſiodo. Id eſt ad loquendum viuaciter incitauit vt coram principe futura diceret cum fiducia veritatis. Car. Ideo autem dicit inflammauit, quia ſpiritus ſanctus dat eloquia ignita (Miſit rex & ſoluit eum). Caſſiodorus. Miſit inq̄ rex Pharao & ſoluit eum a reatu quo tenebatur aſtrictus. Lyra. audito p magiſtrum pincernarum q; optime interpretatus fuerat ſomnia eius (princeps populorum & dimiſit eum. Caſſiodo. Iſte princeps eſt Pharao quem ſuperi⁹ regem dixit qui dimiſit eum. i. clauſtra carceris fecit exire. Sed ne ſola illi conceſſa videretur eſſe dimiſſio dicit etiam quo honore ditatus eſt. vnde ſequitur.

xix

COnſtituit eum dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeſſionis ſuæ,

Caſſiodo. Conſtituit ſiquidem eum dominum & principem quando eum currum fecit aſcendere & præconis voce nunciari hunc ſecūdum dominū eſſe poſt regem & principem totius ægypti. Cardina. Lyra. Et hoc fecit poſt interpretationem ſomnij eo q; cognouit eum habere ſpiritum domini. & non ſolum hęc fecit vt haberet curam temporalium, ſed etiam.

20 ✠ Hebr. ſecundū voluntatem ſuā.

VT erudiret principes eius ſicut ſemetipſum ✠ & ſenes eius prudētiam doceret.

Caſſiodo. Credebat enim Pharao q; Ioſeph erudire poſſet principes ſuos vt & ipſi interpretes ſomniorum eſſe mererentur, & ideo eum illis pręfecit non ſolum vt regeret, ſed etiam vt doceret neſciens eum a quo ſomniorum ſcia eſt deum ſolum docere. Cardina. Auguſti. Non enim credendum eſt tantum prophetam intendiſſe opere temporalium q; non intenderet opere ſpiritualium. Lyra. Docuit itaq; eos non ſolum de agibilibus humanis, ſed etiam de diuinis. ſequitur.

ET intrauit Iſrael in AEgyptum, & Iacob acola fuit in terra Cham. xxi Diuiſio

(Et intrauit inquit Iſrael in AEgyptum). Lyra. Cum filijs & familijs eorum. Caſſiodor⁹. Iubente enim Pharaone cognatio Ioſeph ad terras ægypti eodem ordinante deducta eſt. Lyra. Vt poſſent ibi viuere famis tempore (& Iacob accola). Gloſa. Id eſt aduena non indigena (fuit in terra Cham). Idem Lyra. i. in ægypto quæ ſic nominabatur eo q; Meſraim a quo denominata eſt AEgyptus. fuit filius Cam filij Noe, qui fuit pater Chanaam. Caſſiodorus. Verum qui prius dict⁹ eſt Iſrael, ipſe eſt & Iacob ne tamen verba eadem repeteret. diuerſitate nominum reuelationis ſuę dicta variauit.

ET auxit ✠ populum ſuum vehementer, & firmauit eum ſuper inimicos eius. 22 ✠ Hebr. creſcere fecit.

Gloſa. Car. Quinta pars in qua primo breuiter tāgit quę facta ſunt in AEgypto quæ poſtea pleni⁹ narrat. Caſſiodo. (Et auxi inquit populum ſuū vehementer) fęcunditate naſcendi quoniam ibi rariſſima fuit mulier quę non habuerit partū. Hierony. In ſeptuaginta enim & quinq; animab⁹ deſcenderunt in AEgyptum, & ſexcenta milia inde exierunt. Augētur autem iuſti a domino ne his aduerſę pręualeant poteſtates. Et firmauit eum ſup inimicos eius). Hierony. Nam qui quondam erāt numero breui. nunc aucti & firmati dicuntur. Lyra. Quia propter potentiā Ioſeph timebantur omnes de cognatione eius. Caſſiodo. Vel firmauit eū ſuper inimicos eius, quando illi crebreſcentibus AEgyptiorum turba notiſſimis plagis vehementer afflicta eſt cæterum queādmodū ſigilatim hæc facta ſunt conſequenter exponit dicens. Quinta pars.

COnuertit cor eorum vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius. 23

(Cōuertit inqt) Car. Permiſſiue (cor eorū) ægyptiorū ſcilicet (vt odirēt populū ei⁹.) Caſſ. Populū ſcilicet Iſraeliticum. Pręſtando namq; fœlicia populo Iſrael conuertit dominus ad dolos & odium cor AEgiptiorum. Idem. Auguſtinus. Gloſa. Non q; deus ſit auctor mali, ſed malis bene vtitur. Pręſtando nāq; beneficia alijs mentes excitant obliquas. Lyra. Vel hoc dicit quia ſurrexit rex nouus in ægypto qui ignorabat opera Ioſeph, & incœpit affligere filios Iſrael & dolum facerent in ſeruos ei⁹. Idem. Id eſt in filios Iſrael, quia pręcepit rex ægypti obſtetricibus vt in partu, hebræarum interficerent maſculos ſimilādo q; paſſę fuiſſent aborſum. Caſſ. Glo. Vel dolū fecit quādo p̄cepit in lateribus op⁹ duplicari, & paleas denegari. deinde quō illis vſus ſit ad gloriā ſuan incipit exponere dicens. deus auctor mali

24 ✠ alia li. veritas ſibi.

Miſit Moyſem ſeruum ſuum, Aaron quem elegit ipſum.✠

Caſſiodorus. Iſtos enim ad Pharaonẽ quaſi quoſdam teſtes conſtat a domino deſtinatos vt populum ſibi placitum abire permiſiſſet illeſum. Lyra. Miſit inq Moyſem ſeruum ſuum ad liberandum filios Iſrael de ægypto cui adiunxit Aarom vt pro eo loqueretur multitudini eo ꝙ erat eloquẽs. Hierony. Vel miſit Moyſem & Aarõ, id eſt legem & ſacerdotium. Et.

25

Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum & prodigiorum, in terra Cam,

Caſſiodor⁹. Poſuit inquit. i. collocauit in eis Moyſem ſcilicet & Aaron verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum quę ab eis prędicabantur dominus eſſe facturus, ſigna autem ſunt quaſi aliqua veſtigia futurarum ſiue prętetitarum rerum. Prodigia vero pertinent ad mirabiles euentus, qui in rerum ordine antea nõ fuerũt. Auguſti. Gloſa. Quę ideo dicta ſunt verba, quia nõ erãt ſignificationis inania. Verba enim non vocum ſed ſignorum vel prodigiorum per eos dominus fecit. Lyra. Vel verba dicit quia ſigna illa & prodigia fiebant virtute diuina per verba Moyſi & Aron (in terra Cham) id eſt in terra ægypti. Gloſa. Quę autem ſigna fecerit ſubdit dicens.

Signa prodigia

26 ✠ Hebr. & nõ fuerunt increduli verbis eius. plagarũ numer⁹

Miſit tenebras & obſcurauit, & nõ ✠ exacerbauit ſermones ſuos.

Car. Enumerat enim hic ſeptem plagas q̃uis decẽ fuerint quę factæ ſunt in AEgypto, licet non eodem ordine. Nam prima quam enumerat fuerunt tenebrę palpabiles de quibus ait (miſit tenebras & obſcurauit (Lyra. Iſta enim fuit noua plaga in qua fuerunt tenebræ palpabiles in terra ægygti. Ita ꝙ tribus dieb⁹ nemo vidit fratrem ſuum nec mouit ſe de loco ſuo. Caſſiodor⁹. Gloſa. Car. Vel potius dicamus corda eorum fuiſſe obſcurata, qui domini pręcepta contennebant, & eſt competens initium plagarum cæcitas ſine qua non in curriſſent cætera. Sequitur (& nõ exacerbauit ſermões ſuos) Lyra. Quia cum Pharao promittebat pœnitẽtiam deus remouebat plagam & ſic dulcorabat ſuũ ſermonem. Gloſa. Vel non exacerbauit deus, ſcilicet id eſt non irritauit ſed compleuit ſermones ſuos ꝑ miracula confirmans quod promiſit. Cardinalis. Alia plaga fuit conuerſio aquarum in ſanguinem vnde ſequitur.

27

Conuertit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſces eorum.

Lyra. Hęc fuit prima plaga. Caſſiodorus. Gloſa. Quæ futurę plagę indicium nunciabat. Conuertit enim aquas eorum in ſanguinem, quoniã erãt inter maris rubri fluenta perituri. Piſces vero eorum occiſi ſunt, ne ſpes viuendi hominibus relicta videretur, quando etiam piſces mortui ſunt in natiuo ſuo elemento in quo nutriti ſunt. Hieronymus. Vel conuertit aquas eorum in ſanguinem vt qui ſeducendo ſanguinem effuderant paruulorum. ipſi deiceps pro aquis cruorem haurirent. Sequitur.

Et dedit ✠ terra eorum ranas, in penetralibus ‡ regum ipſorum. xxviii ✠ Hebr. ebullium ‡ alia li. in cubilibus. yꝑbola ꝙ vix credibilis ſit multitudo ranarum.

Lyra. In tanta multitudine ꝙ intrabãt omnia loca & officinas ægyptiorum, & hæc fuit. ij. plaga. Caſſiodor⁹. Gloſa. Socij enim ranarum tunc facti fuerunt principes qui ſub aquis poſt locandi erãt Auguſti. Glo. Vel dedit terram eorum ranas quia tot fuerunt vt hoc congrue per yperbolã dicatur Hieronymus. Vel in ranis pœtarum carmina deſignãtur qui a catholica regula diſcrepantes corda terrenorum regum fabulis replent deceptionum.

Dixit & venit cœnomia & ſcyniphes, in omnibus finibus eorum. xxix ✠ alia li. muſca omnimoda.

(Dixit inquit.) Gloſa. In verbo eius ſine tempore anteq̃ fieret in tempore per ipſum verbum, licet ꝑ angelos vel per Moyſem & Aaron. Lyra. Et (venit cœnomia) id eſt muſca canina. Caſſiodo. Quę cęteris muſcis mordatior eſt & importunitate ſua violentior. Lyra. Cum qua venerunt muſcę graues diuerſi generis. Et hęc fuit quarta plaga. (Et ſcyniphes in omnibus finibus eorum.) Lyra. Hęc fuit tertia plaga. Caſſiodo. Scyniphes autem genus eſt culicum fixis aculeis per moleſtum, quas vulgus zizalas appellat. dixit autẽ in omnib⁹ finib⁹ eorũ. ne quis AEgyptus locus a pernitioſa clade ſentiretur exceptus. deinde ſequitur.

Poſuit pluuias eorum grandinem ignem comburentem ✠ in terra ipſorum. 30 ✠ alia li. flãmantem.

Lyra. Iſta fuit. vij. plaga in qua grãdo & ignis mixta pariter ferebantur. Caſſiodo. Poſuit inquit. id eſt ſtatuit ſeu decreuit pluuias eorum grandinem id eſt, vt pluuia quæ ad fęcunditatem terris datur conuerteretur in grãdinis noxiam vaſtitatem. Cũ vero dicit (ignem comburentem in terra ipſorum per ignem comburentem) fulmina ſignificat quæ ſolent excitata tempeſtate ſequire. Hierony. Ideo autem dixit comburentem non illuminantem quia ſanctus ignis iuſtos illuminat peccatores exurit. Cardinalis. Ex illo autem igne & grandine, ecce quid fecerit.

Et percuſſit vineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit lignum finium eorum. 31

Caſſiodo. Quod enim dicit & percuſſit ad ſuperiora reſpicit ſiue grandinem ſiue fulmina. vel ignẽ comburentem. Et ne tãtum ficulneas putares aut vineas eſſe percuſſas addidit. & contriuit omne lignum finium eorum vt & ſata nõ dubitares euerſa vbi arborum quoq; robora cognoſceres fuiſſe contrita. Hierony. Vel per hoc oſtendit omne humanum genus plagis cœleſtibus verberatum ob emendationis cauſam. Deinde ſequitur.

Dixit & venit locuſta, & brucus cuius non e at numerus. xxxii

Lyra. Iſta fuit. viij. plaga, in qua corroſum fuit q̃d remanſerat ex igne & grãdine. Auguſtin⁹. Caſſio. Gloſa. Vna autem plaga eſt locuſta & brucus quoniam altera eſt pa[illegible] & alter eſt fœtus Locuſta enim brucum generat quę ad illam prędam quaſi con=

uocatus exercitus cum ſua prole deſcendit vnde ſequitur,

33 ET comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructũ terrę eorum.

Gloſa. Auguſtinus. Et comedit inquit omne fœnum in terra eorum. i. omnem herbam quę per ſe naſcitur Et comedit omnem fructum terrę eorum fructum ſcilicet ſegetum qui pr ouenit ex labore Deinde ſequitur. vij. plaga quæ in exodo eſt. x.

34 ✠ Hebr. omnis partus eorum.
ET percuſſit omne primogenitum in terra eorum, Primitias omnis laboris ✠ eorum.

Lyra. Hęc enim fuit plaga decima ĩ qua ſunt mortua omnia primogenita hominum & beſtiarum, de quinta vero plaga & ſexta non fit hic mentio. Auguſti. Hæc autem plaga nouiſſima eſt excepta morte in mari rubro. Idem. Gloſa. Caſſiodorus. Et q̃uis in exodo decem, hic tamen tantum ſeptẽ plagę enumerantur propter ſeptem beneficia data hebræis quę ſtati enumerat. Vel hoc fecit quia laudanti de pluribus pauca attigiſſe ſufficit. Narrãti vero omnia commemorare opus eſt. Auguſtin⁹. Quod autem ſequitur. Primitias omnis laboris eorum. hoc propter primogenita pecorum dictũ arbitror quæ ſimiliter percuſſit.

35 ET eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.

Sexta pars.
Gloſa. Caſſiodorus. Sexta pars iñ qua dicta ſuperius quæ mala intulit inimicis Iſraelitarum iuſticia dei, ſubiungit quę bona eis temporalia miſericordia dedit vt his adiuti legem dei quęrant (Et eduxit inquit eos cum argento & auro) Lyra. Quia de mandato domini acceperunt mutuo a vicinis vaſa argentea & aurea & ſic ſpoliauerũt AEgyptũ Non tamen in hoc commiſerunt furtum quia de mandato dei fuit cuius ſunt omnia, Caſſiodorus. Vel hoc in lõge operationis mercedem factũ fuiſſe videtur. Sine culpa ergo videtur factum quod eius imperio conſtat impletum. Auguſti. Glo. Et licet hoc per dolũ egerint ab iniquis tamen quod ſibi reddi debuit abſtulerunt. Et hoc eſt primũ beneficium. Deinde ſequitur. Secũdũ cum ſubiũgit. (Et non erat in tribubus eorum infirmus(. Lyra. Hoc a deo factum fuit vt omnes ſimul abſq; impedimento poſſent egredi de AEgypto. Auguſti. Gloſa. Et fuit iſtud magnum beneficiũ, vt in illa neceſſitate migrandi nullus eſſet ęgrotus. Quod autem dicit non erat in tribubus eorum infirmus corpore ſubaudiendum eſt non animo. Et.

xxxvi ✠ Hebr. timuerat
LAEtata eſt AEgyptus in profectione eorum, quia incubuit ✠ timor eorum ſuper eos.

Lyra. Ex hoc enim ꝙ omnes primogeniti erãt ſubito mortui. timebant omnes alij mori ſi amplius filij Iſrael in terra morarentur. Augu. Caſſiodor⁹, Gloſa. Et propterea lætata eſt AEgyptus in profectione eorum propter ſpem liberationis a morte. Nam ideo eos exire coegerũt ne iterum homines & primogenita interficerẽtur. Vel tũc qui in ægypto remanſerant omnino lętati ſunt quando illi qui ad inſequendos hebræos ire decreuerant ſubmerſi ſunt. Et ipſi ſimilia nõ pertulerũt incubuit autem timor eorum ſuper eos quia ipſa elementa pro ipſis pugnabant, vt aqua maris, & aer tenebroſus ignis comburens &c. Gloſa. Et ideo timebant nẽ reliquię eorum conſumerentur. Deinde ſequitur. Tertium beneficium cum dicit.

EXpãdit nubem in protectionẽ ✠ eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. 37 ✠ alia li. in tentorium.

Lyra. Caſſiodo. Domin⁹ enim præcedebat eos ad oſtẽdendam viam. per diem in columna nubis cõtra ſolis ęſtum. Et per noctem in columna ignis. vt dux eſſet itineris vtroq; tempore, & hoc eſt tertium beneficium quod Iſraelitico populo conſtat eſſe conceſſum. Augu. Gloſa. Vel hic incipiunt beneficia quę iter agentibus in heremo facta ſunt. Hierony. Vel per nubem & ignẽ ſpiritum ſanctũ voluit intelligi quos & ab ęſtu diei defendit & in nocturnis tenebris illuminat. Gloſa. Nunc ſequitur. Quartum beneficium.

PEtierunt & venit coturnix, & pane cœli ſaturauit eos. 38

Lyra. Deficientibus enim cibarijs quę acceperant in AEgypto cœperunt murmurare dicentes. Vtinam mortui eſſemus per manũ domini in AEgypto quando ſedebamus ſuper ollas carnium & comedamus panem in ſaturitate. Et tunc domin⁹ fecit aduolare multitudinem coturnicum. & hoc eſt quod dicit (Petierunt). Cardinalis. Petierunt vtiq; maiores pro murmure numerũm. Gloſa. Non coturnicem, ſed carnes (Et venit coturnix). Caſſiodorus. Carnes namq; petierunt & coturnices acceperunt. quas in quadrupedibus & volatilibus carnes ſine dubio conſtat eſſe dulciores. Car. Sunt enim coturnices aues regales. Caſſiodorus. Et q̃uis vnũ poſtulauerint duo tamen acceperunt. Vnde ſequitur (Et pane cœli ſaturauit eos). Lyra. Id eſt manna de cœlo deſcendente. Gloſa. Et eſt iſtud quintũ beneficium. Caſſiodo. Hic autem ideo nõ dicit mãna, ſed panẽm cœli vt in hoc domini ſaluatoris ſignaretur aduentus qui panis eſt vnus qui de cœlo deſcendit. Hiero. Nam ſicut illi de cœlis fluẽte mãna refecti ſunt, ita nos hodie in eccleſia corpe agni recepto reficimur. Gloſa. Sequitur ſextum beneficium. Coturnix.

DIſrupit petram & fluxerunt aquę abierunt in ſicco flumina. xxxix ✠ Alia li. aperuit

Cardi. Diſrupit inquit petram quia petra ad præceptum eius dedit aquas acſi illas in ſe contineret (Et fluxerunt aquæ) id eſt fluuios fecerunt ex ſe, abierunt in ſicco, id eſt in deſerto prius arido & ſicco (flumina) id eſt larga fluenta. Caſſio. Hoc quoq; in figuram gerebatur domini Ieſu Chriſti, vt petra aquas profudiſſet irriguas Chriſt⁹ enim petra ſpiritualis eſt qui vitales aquas emanat quæ abierunt in ſicco, id eſt in gentium peccatores qui merito ſicci dicuntur qui delictis vrentibus ſiccabantur, ſed imbre domini virentes in nouum hominẽ pullularunt. Hieronymus. Percuſſus eſt enim ille lapis precioſus angularis, & immenſos nobis pro

tulit. fontes qui noſtros errores abluunt & aridita tes irrigant. Gloſa. His autem beneficijs omnibus deus commendat in Abraham meritum fidei vnde ſubdit.

40 QVoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abrahā puerum ſuum.

Lyra. Quaſi dicat iſta beneficia nō fuerunt illi populo collata propter merita ſua cum eſſet rebellis & murmurās contra deū, ſed propter merita Abrahæ, & ad implendum promiſſionem ei factā. Caſſ. Et ideo dicuntur facta dicta miracula quia Abrahę conſtat ante fuiſſe promiſſa. Hierony. Vel, memor fuit verbi ſancti ſui quod impleuit de ſemine eius. i. de Chriſto promiſſionem ſuam quam Abrahę promiſit. Car. Quod verbum habuit ad Abrahā puerum, id eſt ſeruum ſuum. Sed quomodo eduxit illos ſequitur.

41 ✠ Hebr. laudantes.

ET eduxit populum ſuum in exultatione, & electos ſuos in ✠ lætitia.

Lyra. Hæc ſunt beneficia facta tempore Ioſue qui poſt mortem Moyſi eduxit populum Iſrael de deſerto & introduxit in terram promiſſionis de mādato domini. Auguſti. Quod autem dicit. & eduxit populum ſuū hoc repetiuit cum dixit electos ſuos, & quod ait in exultatione, hoc repetiuit dicens in lęticia. Caſſi. Et reſpice quod dixit electos ſuos eduxit in lęticia, quoniam illi qui murmurauerunt domini furore percuſſi ſunt. Hierony. Vel hoc dicit quia ſemper victores ac liberi canticum in lęticia & exultatione concelebrant ſicut Moyſes. Maria vel Delbora. Gloſa. Sequitur. vij. beneficium in quo eſt completio promiſſorum.

42 ✠ Hebr. tribuum

ET dedit illis regiones gentium & labores populorum ✠ poſſederunt.

Lyra. Et dedit illis inquit regiones gentium videlicet totam terram Chanaam vbi prius gētiles habitabant. Et labores populorum poſſederūt id eſt ciuitates ædificatas laboribus aliorum, & alia bona eorum laboribus acquiſita. Caſſiodo. Vel quod dicit (regiones gentium) ad poſſeſſionem videtur pertinere terrarum (Labores vero populorum) ad diuitias longo tempore congregatas. Gloſa. Hæc autem dedit eis non vt propter iſta eum colerent, ſed vt ea ad bonum ęternum referrent. vnde ſequitur.

43 ✠ alias li. cerimonias ei⁹. ‡ Hebr. ſeruarent ✳ Adde alleluya

VT cuſtodiant iuſtificationes ✠ eius. & legem eius ‡ requirant. ✳

Hierony. Hoc eſt vt cum iuſticia viuant & myſteria legis diligeuter intelligant. Auguſti. Glo. Nō vt habenda ſint hæc temporalia pro ſummo bono nec vt in eis luxu defluant vel peruerſa ſecuritate torpeſcāt, ſed vt eis vaccent vnd & ęternū bonum poſſit acquiri (Vt ſcilicet cuſtodiāt iuſtificationes eius). Car Id eſt moralia pręcepta. Caſſiodo. Iuſtificationes enim ſunt vt deum toto corde diligamus. Proximos tanquam nos amemus patrem veneremur, filium charum habeamus & huiuſmodi (Et legem eius requirant) Cardina. Id eſt cęrimonialia pręcepta. Caſſio. Lex enim fuit die ſabbato requieſci. In paſcha agnum anniculum immolari ſacerdotes cum veſte miſtica ad altare accedere quę omnia ſpiritualiter ſunt quęrenda, ideo dicitur requirant.

Iuſtificationes.

Pſalmus.cv.

Titulus. Alleluya. Alleluya.

Hierony. Pſalmus iſte pœnitentes roborat, negligentes arguit, miſericordiam repromittit hanc tamen regulam debemus tenere vt vbicunq; duo alleluya pręſcribuntur in pſalmo vnum de fine ſciamus eſſe prioris, & alterum eius qui ſequitur. Glo. Alij dicunt vtrumq; alleluya ſequenti pſalmo dāt quibus conſentit. Auguſt. pręſertim cum nulli gręcorum codices in fine pſalmi habeāt alleluya. Auguſtinus. Gloſa. Pſalmus autem iſte ſuperiori cōiunctus eſt non ſolum in titulo, ſed & in materia agit enī de populo Iſrael. De quo & ſuperior. ſed iſte agit de illo ſecundū iniquos qui ibi erant. Pręcedens vero ſecundum electos, ſed quia iniquis de quibus loquitur ſequens pſalmus. Non ſolum iuſticia ſed & miſericordia facta eſt ideo duplex pręmittitur alleluya. Lyra. Vel bis alleluya dicitur ſemel pro laude dei in pręſenti & iterum pro laude eius in ciuitate cœleſti. Gloſa. Itentione autē monet ad confeſſionem laudis & peccatorum. Et diuiditur in ſex partes. In prima loquens in perſona hebręi relicta patrum perfidia ad miſericordiā dei conuerſi alios monet ad pœnitentiam conuerti, & orat beneplacito populo ſociari. In ſecunda. peccata patrum quę in AEgypto fecerunt commemorat addens qualiter eos dominus liberauit. Ibi Peccauimus. In tertia narrat qualiter in deſerto peccauerunt & quoſdam iuſte punitos. Alios autē precibus Moyſi miſericorditer liberatos. Ibi. Cito fecerunt. In quarta narrat alia eorū peccata, & deū placatum eſſe per finem. Ibi. pro nihilo. In quinta de aqua cūtradictionis & de immolatione filiorum vnde vehementius dominus iratus tradidit eos gentibus poſtea tamen miſertus eſt eis, ibi. & irritauerunt. In ſexta precatur congregari diſperſos vt laudes æternas domino cantent, ibi. Saluos fac nos. Gloſa. In perſona ergo alicuius hebręi de amaricatione ad miſericordiā dei cōuerſi, & alios ad eandem miſericordiam exhortantis. Ait.

Pſalmi. Diuiſio.

COnfitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſęculum miſericordia eius, 1

Hierony. Quaſi dicat. O vos qui grauiter peccatis & deſperatis de veſtra ſalute & putatis quoniam propter magnitudinem peccatorum non poteſtis veniam adipiſci. Ego vobis pręcipio. (Confitemini domino quoniam bonus Grādia enim ſunt peccata veſtra, ſed magnus eſt dominus qui miſeretur veſtri. (Confitemini ergo domino. Pœnitentiam agite nolite deſperare de ſalute. Caſ. Confeſſio enim iſta ad medicinam pœnitudinis eſt applicāda, ſed ad pręconia domini pertinere non dubium eſt, quādo maior gloria pietatis eſt parcere confitenti quā ſine offenſione viuenti pręſtare. Glo. Et eſt ſenſus. Cōfitemini domino peccata & laudes. Caſſiodorus.

Et ne aliquis de culparū ſuarum numeroſitatibus terreretur addit. Quoniā bonus. Bonus enim dominus recte dicitur, qui delinquentē paſcit, qui expectat errantem. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. vnde in euāgelio dicitur. Nemo bonus niſi ſolus deus. Lyra. Et quia non ſolum bonus eſt in ſe, ſed etiam bonitatem ſuam communicat creaturis ſuis, ideo ſubditur. Quoniā in ſæculū miſericordia ei⁹. Hiero. Dum ergo eſtis in hoc ſęculo, hortor vos agere pœnitentiam, quia in inferno non poteritis hoc agere. Caſſ. In ſæculū enim vitæ huius, ſignificat curſum vbi fas eſt corda noſtra cōuertere & miſericordiā poſtulare, & vbi miſeri ſunt quicūq; delinquūt. Poſt autē huius vitæ curſum, dānatio eſt cōfiteri peccatū, vbi iam conſtat eſſe iudiciū. Aug. Glo. Ergo vſq; in finē ſæculi, miſericordia miſeris exhibetur, conſolando in miſeria vel liberādo ab ea, vel in ęternū miſericordia ei⁹. i. beatitudo, quia nemo ſine deo poteſt eſſe beat⁹. Lyra. Et quia nō poſſunt ſufficiēter iſta enarrari a creatura intellectuali, ideo ſubditur.

2 QVis loquetur potētias domini, auditas faciet omnes laudes eius?

Glo. Quis inquit loquetur, id eſt quis ſufficiet loqui, potētias domini, id eſt opera quæ ipſe potenter operatur? Lyra. Quaſi dicat, nullus cum ſit potentiæ infinitę & maior omni laude. Caſſio. Glo. Iſte enim qui miſericordiā petit impletus conſideratione diuinorū tanquā admirans ait. Quis loquetur potētias domini? vbi ly quis, ſignificat nullum. Cui enim aut ingenium ſuppetit ad cogitandum, aut lingua ad depromēdum, vt poſſit referre magnitudinē tantę maieſtatis. Sequitur. (Auditas faciet omnes laudes eius.) Caſſi. Et hic quoq; ſubaudiendū eſt quis vt perfecta nobis poſſit conſtare ſententia. Gloſa. Augu. Quis inquā faciet vt audiantur ab aliјs omnia in quib⁹ laudādus eſt deus, quaſi dicat nullus. Hugo car. Vel quaſi dicat etiam ſi quis audiret omnes laudes eius, non tamen ſufficit ad illa faciēda opera quibus laudādus eſt deus, laudes enim eius, ſunt opera præceptorū eius, quibus deum laudamus, quando ad laudem eius ea facimus. ſequitur.

3 BEati qui cuſtodiūt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Augu. Caſſ. Glo. Poſtquā enim negauit laudes domini poſſe comprehēdi, cum ad illud nemo ſufficiat ſententiam dicit qua conſoletur genus humanum, vt ſcilicet cum illa nequit implere, hoc ſaltē cuſtodire feſtinet, vt ſcilicet iudicium & iuſtitiam faciat, quia (beati ſunt.) Hugo car. In pręſenti, beatitudine ſpei, & in futuro, beatitudine rei (qui cuſtodiunt iudicium.) Idem. Id eſt qui recte & diſcrete iudicāt inter bona & mala opera. Caſſio. Vel cuſtodire iudiciū, eſt qui inter alios recte iudicat (Et faciunt iuſtitiam.) Lyra. Recte viuendo cum proximo. Caſſiodorus. Et illam opere demonſtrando. Merito autem iſti tales beati dicti ſunt qui præcepta dei pura mente cuſtodiunt (in omni tempore.) Idem. Lyra. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Hugo cardinalis. Sed quia non ſumus ſufficientes cogitare nec facere bonum a nobis, ideo ſubdit.

Iudiciū cuſtodire

4 MEmento noſtri ✠ domine in beneplacito populi tui, viſita nos in ſalutari tuo.

✠ Hebr. mei viſita me.

Glo. Solus enim deus iuſtos facit, ideo orat & ait. (Memento noſtri domine.) Lyra. Conferēdo tuam gratiā. Car. (Vt ſumus in beneplacito populi tui.) Augu. Glo. Car. Id eſt vt in eis ſumus in quib⁹ beneplacitū eſt tibi, quod nō eſt in omnib⁹. Caſſio. Orāt enim deuoti vt inter eos debeāt ęſtimari, qui domino fideli opere placuerūt. Glo. Et vt hoc ſit. (Viſita nos in ſalutari tuo.) Hiero. Glo. Car. Hoc eſt in filio tuo. Caſ. Ipſe eſt enim ſalutaris. De quo beatus Symeon ait. Nunc dimittis ſeruū tuum domine, ſecundū verbū tuum in pace. Quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum. Lyra. Et quia ſalus ęterna conſiſtit in viſione diuina, ideo ſubditur.

5 AD videndum in bonitate ✠ electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis ‡ cum hæreditate tua.

✠ Hebr. bona electorū tuorū leter. ‡ Hebr. vt exultem.

Caſ. Petit enim popul⁹ prędict⁹ a ſalutari domini viſitari, vt bonitatē ei⁹ videret, quā electis ſuis erat aduētus ſui munere præſtatur⁹. Vnde dicit. (Ad videndū.) Lyra. Te ſcilicet facie ad faciē. (In bonitate electorū tuorū.) Aug. Glo. Id eſt vt videam⁹ te in ea bonitate quā præſtas electis, & vt per gratiā videam⁹ ne cæci remaneam⁹. Lyra. Vel quaſi dicat q̧ ad hanc bonitatē ſolū perducētur electi decedentes in bonitate finali. Glo. Viſita nos etiā ad lętandum, id eſt vt lætemur in lætitia gētis tuæ quæ eſt ipſe deus. Lyra Cuius viſionē inſeparabiliter cōcomitatur delectatio ſumma & lætitia. Glo. Per hoc autē quod dicit (gētis tuę) filios Abrahę voluit intelligi qui omnes ſunt vna gens. Caſſ. Quę de gentiū diuerſitate collecta eſt, vt eſſet grex vnus & paſtor vn⁹. Glo. Viſita etiā nos (vt lauderis cū hęreditate tua.) Lyra. Id eſt cum electis qui ſunt hæreditas tua. Hiero. Vel vt lauderis a nobis Iudęis cū hęreditate tua, ſcilicet gētili populo tibi credituro, vt ſimus cum eis vnus populus laudās te ęternaliter.

6 PEccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus iniquitatē fecimus.

ij. pars.

Glo. Hugo car. Secunda pars, in qua hebręus conuerſus peccata patrum enumerat quæ fecerunt in Aegypto, & ſe cum eis peccaſſe cōfitetur, a quibus tamen oſtendit eos a domino fuiſſe liberatos & tanquā diceret. Viſita nos, neceſſe eſt enim vt viſites, quia peccauimus cum patribus noſtris, id eſt ſicut patres noſtri, vel quia in eis fuimus materialiter quando peccauerunt. Caſſiodorus. Cum maioribus enim ſuis peccant, qui ſe per gratiam domini ab eorum delicto non ſeparāt, vnde dubium non eſt illos ea peccata gemere, quæ ex parentum ſuorum probantur nequitia ſuſtinere (iniuſte egimus.) Lyra. Hugo cardinalis. Contra proximum (iniquitatem fecimus) contra deum. Auguſtinus. Gloſa. Caſſiodorus. Vel tertio idem repetit. Peccauimus, iniuſte egimus, iniquitatē fecimus, vt pura confeſſio appareat. Nam tanto citius culpa ſoluitur quanto viuatius a ſemetipſo damnatur, & quaſi quis diceret. Quid enim patres fecerunt? Subdit.

7 PAtres noſtri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.

(Patres inquit noſtri in Aegypto nō intellexerūt mirabilia tua.) Aug. Glo. Vbi multa eis facta ſunt. Lyra. Quæ ſi bene intellexiſſent deo de cætero firmiter adhæſiſſent. Aug. Glo. Non enim intellexerunt quid per illa mirabilia eius deus dare vellet, id eſt non tēporale, ſed æternū bonū quod per patientiā expectatur, & ideo ipſi impatiētes murmurauerūt, & tēporalibus bonis fallacibus atq; fugacibus beari voluerunt. Caſſio. Glo. Et nota ꝙ duo ſunt quæ beneficia dei nobis collata cōmendāt, id eſt cōmendabilia eſſe oſtēdunt, intellectus ſcilicet & memoria quod vtrūq; in perfidis fuiſſe denegatur & vtrūq; in eis redarguit. Et primo intellectum cum ait. (Non intellexerūt mirabilia tua.) Opus enim fuit intellectu, vt per illa tēporalia alia bona quęrerēt, ſcilicet æterna. Secundo memoria, cum dicit. (Nō fuerūt memores multitudinis miſericordię tuę) id eſt multorū miraculorū quę pro eis in Aegypto fecerat. Lyra. Pro eis Aegyptios multipliciter affligēdo & eos a flagellis pręſeruādo, ſicut patet præcedēti pſalmo: & hanc ingratitudinem patrum, oſtendit per effectum, dicens.

que nos dei dona cognoſcere cogunt.

8 ET irritauerunt aſcendētes in mari, mari rubro, Et ſaluauit eos ꝓpter nomen ſuum, vt notam faceret potentiam ſuam.

Caſſiodorus. Et irritauerūt inquit, id eſt placatum deum iracundū ſibimet reddiderūt. Glo. Auguſti. Hęc autē irritatio facta eſt cum egrediētes de Aegypto peruenerūt ad mare rubrum, vbi ita erāt concluſi ꝙ ex vno latere erat mōs nimis arduus & nemini ad tranſeundum peruius, & ex alio latere erat mare rubrum, & a dorſo erāt inſequētes Aegyptij, propter quod cœperūt grauiter murmurare obliti potentiæ dei, ſed tunc mare rubrum diuiſum eſt in duodecim diuiſiōes, & nulla tribus auſa fuit intrare prius niſi trib⁹ Iuda, vnde meruit inter alias regni principatum obtinere. Caſſiodorus. Idem. Quod autem dicit aſcendentes, hoc dictum eſt ex loci poſitione, quoniā Aegyptus cunctis regionibus perhibetur humilior, & ideo inde diſcedentes loca petierunt altiora (& ſaluauit eos.) Gloſa. Ab inſequentibus Aegyptijs (propter nomen ſuum.) Lyra. Hugo cardinal. Auguſtin⁹. Et non propter iuſtitiam ſuam aut merita ſua. Caſſiodo. Sed propter nomen ſuum, id eſt propter dominum ſaluatorem, cuius vocabulo cōuenit ſaluare periclitantes (vt notam faceret potentiam ſuam.) Lyra. Quia omnia opera dei ordinātur ad eius gloriā. Caſſio. Notam fecit autem potentiam ſuam, non carnalibus vtiq; oculis, ſed ſpirituali cogitatione videntibus: nam ſi omnibus notam feciſſet, nequaquā durus populus de incredulitate peccaſſet. Gloſa. Sed quomodo ſaluauit. Ecce.

ix ✠ alia lr. cōminatus eſt mari rubro et aruit.

9 ET increpuit ✠ mare rubrū & exci catum eſt, & deduxit eos in abiſſis ſicut in deſerto.

(Et increpuit inquit mare rubrum.) Caſſio. Augu. Glo. Non voce cœlitus miſſa, ſed diuina potentia Increpationē enim iſtam vocauit occultum diuinitatis imperium & diuinam potētiam quam qui ſenſu carent ſentiunt & obediunt. Mare enim in Exodo voce domini non legim⁹ increpatum. (Et excicatum eſt.) Caſſio. Non quidem totum mare, ſed tantū quantū neceſſe fuit, vt illis iter aperiret. (Et deduxit eos in abiſſis ſicut in deſerto.) Caſſio. Auguſti. Glo. Sic enim aruit mare quod præ ſiccitate factum eſt ſicut deſertum vbi non ſunt aquæ, deſertum enim dicitur, quia ab aquarum inundatione deſeritur.

10 ET ſaluauit eos de manu odiētium, & redemit eos de manu inimici.

Lyra. Et ſaluauit inquit eos de manu odientiū, id eſt Aegyptiorū perſequētiū eos ad occidendū. Caſ. Quod odium erat graue, quia propter eos fuerant percuſſi tantis plagis, & quia Aegyptios rerū ſuarū amiſſiōe priuabāt. (Et redemit eos de manu inimici.) Lyra. Id eſt de poteſtate Pharaonis regis Aegypti. Caſſi. Glo. Aug. Vel per hoc datur intelligi ꝙ ſaluauit Chriſtus humanū genus a cohorte dæmonū, quæ plæbē humanā ſtimulo peccatorū & odit & percutit. Redemit autem peccatores obnoxios precioſo ſāguine ab imperio dyaboli, vnde & per mare rubrum ſanguis Chriſti figuratur. Sequitur.

mare rubrū figura.

11 ET operuit aqua tribulantes ✠ eos, vnus ex eis non remanſit.

11 ✠ Hebr. hoſtes.

Lyra. Glo. Et operuit aqua tribulantes eos, id eſt Pharaonē & eius exercitū eos perſequētes. (Vnus ex eis non remanſit.) Caſſ. Glo. Ex eis, ſcilicet qui eos perſequebantur, qui omnes extincti ſunt vſq; ad minimum. Alij vero qui eos non perſequebantur remanſerunt, qui inde lętati ſunt in profectione eorum, vt ſupra in ſuperiore pſalmo dictum eſt. Hieronym⁹. Vel hęc ſimilitudo nunc in noſtro baptiſmo fit, vbi abluitur homo aquis & perit dyabolus cum ſatellitibus ſuis. Sequitur.

12 ET crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius.

Lyra. Et crediderūt verbis ei⁹, cum ſcilicet viderūt Aegyptios mortuos ſuper littus maris: nā ante timebāt ꝙ per aliā viā inſequerētur eos etiā in deſerto. Caſ. In hoc tamē duritiā cordis eorū demonſtrat ꝙ nō ante euentū rei, ſed poſt effectū miraculorū credere maluerūt. Nā & ſi bonū ſit viſis rebus acquieſcere, multo tamē melius eſt promiſſa crediꝺiſſe. (Et laudauerūt laudē eius.) Caſ. Lyra. Dicētes illud canticum. Cantemus domino glorioſe.

13 CIto fecerūt, obliti ſunt operum eius, & non ✠ ſuſtinuerunt conſilium eius.

xiii ✠ Hebr. nec expectauerunt voluntatem ei⁹. iii. pars.

Glo. Car. Tertia pars, in qua narrat qualiter in deſerto peccauerūt, & quidā iuſte puniti fuerūt. Alij autē precib⁹ Moyſi miſericorditer liberati ſunt, ait ergo. (Cito fecerunt.) Lyra. Id eſt parum ſteterūt in dei laude. Caſ. Sūma enī celeritate mutati ſunt, vt qui laudes domino de collatis mirabilib⁹ canebant, paulopoſt cōtra eum nefandas murmurationes aſſumerent. (Obliti ſunt operum eius.) Lyra. Quibus eis prouiderat in periculis maioribus.

(Et non ſuſtinuerũt conſilium eius.) Idem. Id eſt non expectauerũt ſufficiẽter tempus, in quo deus diſpoſuerat eis ſubuenire ſecundũ conſiliũ volun tatis ſuæ, ſed præuenerũt illud murmurando ſine ratione. Caſſio. Et prius conceperũt deſperationẽ q̃ eius parata beneficia puenirent. Petierũt enim eſcam ſub diffidentia, quãuis ante nullam famem eſſent paſſi, diuina ſemper largitate paſti. Auguſti nus. Gloſa. Vel feſtinauerunt beati fieri in tempo ralibus rebus quæ ideo nemini conferunt veram fœlicitatem, quia non extingunt inſatiabilem cu piditatem, vnde ſequitur

Tẽporalia fœlicitatẽ non dant.

xiiii Alia lra. in latudi ne.

ET concupierunt concupiſcentiam in deſerto, & tentauerunt deum in inaquoſo. ✠

Hugo car. (Et concupierunt inquit concupiſcen tiam in deſerto) dum carnes ardenter cupierũt di centes. Quis dabit nobis eſcas carnium? &c. Caſſ. Vel cum poſtulabant dari ſibi ſub murmurationi bus aquas & cõmeſſationẽ in deſerto. Hæc autem geminatio verborũ oſtendit nimiã habundantiã deſiderij. (Et tentauerũt deum in inaquoſo.) Lyra. Id eſt in loco aqua penurioſo, & dicit tentauerũt, quia non ſolũ petierunt aquas ad ſitim ſuam rele uandam, ſed etiam ad experiendũ ſenſibili exẽplo, ſi deus eſſet in eis vel non. Hiero. Siccitas enim in eis erat, quia nõ cognoſcebãt ſancti ſpiritus irriga tionem in columna nubis quæ præcedebat eos.

15 ET dedit eis petitionem ipſorum, & miſit ſaturitatem in animas eorum.

Lyra. Et dedit eis inquit petitionem ipſorum, ſcili cet carnes & aquas. Caſſi. Temporalia enim peten tes merito carnea beneficia ſuſceperunt. (Et miſit ſaturitatẽ in animas eorũ.) Augu. Gloſa. Nec ideo beatos fecit, quia non eſt illa ſaturitas de qua dici tur. (Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiã.) Caſſ. Duo bus enim modis animã dicim⁹ eſſe ſatiatã, cum ſci licet eſcis corporalibus pro carnis infirmitate re ficitur, & cum ſpirituali iocunditate completur. Augu. Glo. Hugo car. Quod autẽ hic dicit animas ſatiatas, hoc ad animalitatẽ pertinet quæ ſuſtenta tur eſca. Non enim hic accipitur anima ſecundum ꝙ rationalis eſt, ſed ſecundũ id quod animãs cor pus animal facit, ad cuius ſuſtentationem pertinet opus & cibus. Lyra. Vnde ad literã dedit eis eſcas carniũ ad veſcendũ vſq; ad mẽſem integrũ, ita ꝙ vertebãtur eis in nauſeã ex nimia repletiõe. Glo. Et quia ſaturitatẽ ſequitur ſeditio, ideo ſubditur.

Duobus modis anima ſatiatur.

Anime nomine.

xvi Hebrai. zelati ſunt.

ET irritauerũt Moyſem in caſtris Aaron ſanctum domini.

Caſſiodor⁹. Saturitatem namq; ventris, ſecuta eſt ſeditio. Idem. Lyra, Hugo car. Proceſſit autẽ hæc irritatio a Datham & Abirom qui volebant habe re principatum in populo, eo ꝙ erant de Rubem primogenito. Et Choræ & filij eius volebant ha bere principatum ſacerdotij, quia erant de Leui. Caſſiodor⁹. (Vnde irritauerũt) id eſt ad iracundiã concitauerunt (Moyſem in caſtris.) Gloſa. Hono rem eius ambientes & propterea ei inuidentes. (Aaron ſanctũ domini.) Hugo car. Id eſt a domi no ſanctificatum. Hierony. Vel Moyſem & Aaron, id eſt legem & ſacerdotium ſtulti irritant, cum dei præcepta per eos nunciata non audiunt. Hugo cardinalis. Seditionem autem ſecuta eſt pœna. Vnde ſequitur.

APerta eſt terra & deglutiuit Datham, & operuit ſuper congregationem Abiron. ✠ xv ii. ✠ Hebr. ab iram

Auguſt. Amborũ enim Datham ſcilicet & Abiron vna erat cauſa ſuperbiſſimi & ſacrilegi ſciſmatis, ideo eadẽ pœna. Caſ. Glo. Qualitas autẽ pœnæ fa cta ipſorũ indicat: nam a terra vorãtur qui terrena ſapierũt. Hiero. Facta ſunt autẽ hæc ſecundũ literã ſed & nunc vorat eos terra qui terrena ſapiũt & re cedunt a mandatis dei, quos non illuminat gratia ſpiritus ſancti, ſed accẽdit flãma peccati. Hugo car. Deinde ſequitur pœna Choræ. Vnde ait.

ET exarſit ignis in ſynagoga eorũ, flamma combuſſit peccatores. xviij

Caſſiodor⁹. Lyra. Et exarſit inquit ignis in ſynago ga eorum. Hoc factum eſt ſuper ducẽtos quinqua ginta viros, qui offerebant incenſum tanquã ven dicantes ſibi illicite ſacerdotium, qui diuino igne conſumpti ſunt. (Nam flamma cõbuſſit peccato res.) Hugo cardinalis. Id eſt Choræ & complices eius. Gloſa. Qui in incenſo peccauerunt. Caſſiodo rus. Et dicitur flamma a flagello comarũ ſuarum. Hugo cardinalis. Poſtea oſtendit quomodo pecca uerunt in ydolatria, dicens.

Flãma vnde.

ET fecerunt vitulum in Oreb, ✠ & adorauerunt ſculptile. xix ✠ Hebr. Chozeb.

Glo. Abſentiã enim Moyſi non ferẽtes fecerũt vi tulũ in Oreb. Lyra. Id eſt prope montẽ Oreb. Car. Oreb enim, eſt pars mõtis Sinay. Caſſi. Glo. Et in terpretatur caluaria, vbi crucifixio facta eſt, vt iam tunc perfidi in eo nomine peccarẽt, vbi poſteri eo rum erant dominum crucifixuri, id eſt in eo loco qui ſecundũ nominis interpretationẽ deſignat lo cum vbi Iudæi crucifixerũt dominũ. Car. Et non ſolũ hoc fecerũt, ſed & adorauerũt ſculptile. Hic au tem ſumitur ſculptile pro fuſili. Lyra. Vitul⁹ enim ille nõ fuit fact⁹ per ſculpturã, ſed per fuſurã. Caſſ. Vel hoc dicitur, quia vitulũ primo adorauerũt in deſerto, & poſtea ſculptilia in terra promiſſionis, prout in ſequẽtibus dicturus eſt. Hugo car. Vilita tem autem ydoli deſcribit, cum dicit.

ET mutauerũt gloriam ſuam in ſimi litudinẽ vituli ✠ comedẽtis fœnum. 20 ✠ Hebr. bouis.

Lyra. Et mutauerũt inquit gloriam ſuã id eſt deũ verũ in quo debebãt gloriari, & qui glorioſe eos eduxerat de terra AEgypti. Hieronymus. Caſſio. In quo debuerat eſſe gloria eorum, ſed relicto eo, ſimulacro muto & ſurdo dantes gloriam dicebãt, hij ſunt dij tui Iſrael, vnde ad hoc peruenerũt, vt deum ſibi facerent (in ſimilitudinem vituli come dentis fœnum.) Auguſtinus. Gloſa. Vt ab eo ipſi comederentur, hi qui fœnum id eſt caro ſunt. Om nis enim caro fœnum.

OBliti ſunt deũ qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto mirabi lia in terra Cham, terribilia ĩ mari rubro. xxi

Caſſiodor⁹. Obliti ſunt inquit deum qui ſaluauit eos,magna ꝑfecto eſt hæc obliuio. Nam quid eſt in memoria ſi non eſt liberatio? Lyra. Liberauit enim eos & ſaluauit de dura captiuitate Aegypti. Gloſa. Hugo car. Sed quomodo ſaluauit eos,ecce, qui fecit magnalia in Aegypto,Hieronym⁹.Lyra. Aegyptios multipliciter flagellando vt populum liberaret. Et fecit mirabilia in terra Cham. Lyra. Id eſt in Aegypto ſic nominata ratione ſupradicta,populum Iſrael a plagis protegẽdo Aegyptiorum. Hiero. Vel in terra Cham cum derelictis gentibus eos in eorum terra plantauit. (Terribilia in mari rubro.) Hugo car. Submergendo Aegyptios & diuidendo mare quod eſt terribile. Hiero Lyra. Vt Pharaone cum eius exercitu extincto & ſubmerſo ſiccum populis præberet ingreſſum. Hugo car. Nunc oſtenſis peccatis Iudęorū oſtẽdit comminationem dei in illos,vnde ſequitur.

22 ✠ Hebr. irritans contra faciē illius

ET dixit vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet ✠ in confractione in conſpectu eius.

Glo. Et propter iſta ſcilicet ſcelera,quia digni erãt perire omnes penitus(dixit.)Lyra. Hugo car. Dominus vt diſperderet eos,id eſt cõminatus eſt diſperdere eos quando dixit Moyſi, deſcẽde de monte,quia peccauit popul⁹. Et diſperdidiſſet eos. Lyra. Propter eorum ingratitudinem.(Si non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.)Lyra. Suis orationibus impediendo effectum diuinæ vindictæ, dixerat enim ei dominus, cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos & deleam. Auguſtin⁹. Gloſa. Et tunc ſtetit Moyſes in confractione,id eſt in plaga qua erãt feriẽdi,vt ſe obijceret pro illis,dicens. Si dimittis illis peccatũ,dimitte. Si vero nõ dimittis illis,dele me de libro vitæ, vbi demonſtratũ eſt interceſſio ſanctorũ quantum pro alijs valeat apud deum. Securus enim Moyſes de iuſtitia dei qua eum delere non poſſet,impetrauit miſericordiam his qui alias iuſte periſſent. Stetit ergo Moyſes in confractione.

Sanctorũ orationes.

23 ✠ Hebr. vt nõ interficeret et deſpexerũt terrã deſiderabilem.

VT auerteret iram eius ne ✠ diſperderet eos, & pro nihilo habuerũt terram deſiderabilem.

Hugo car. Quaſi dicat,ſtetit Moyſes in conſpectu eius, vt ad hoc vt auerteret iram ei⁹ ne diſperderet eos,& ſic initiũ huius verſus dependet a ſententia præcedẽtis. (Et pro nihilo habuerunt terrã deſiderabilem.) Glo. Car. Quarta pars,in qua enumerat alia eorũ peccata & deũ placatũ eſſe per Phineem, quaſi dicat. Hæc prædicta fecerunt(Et etiã pro nihilo habuerũt)id eſt contẽpſerũt(terrã deſiderabilem)id eſt terrã ꝓmiſſionis. Lyra. In hoc enim ponitur peccatũ rebellionis,quãdo populus territus verbis exploratorũ voluit reuerti in Aegyptũ,quaſi pro nihilo habẽs terrã Abrahæ ꝓmiſſam. Caſſ. Vel pro nihilo habuerũt terrã,quia ſemper carnaliter & viſa & audita cogitabant deſideriũ ſiquidẽ corporale cito faſtiditur acceptũ. Hiero. Terra autem quã deſiderabilẽ dicit, eſt terra viuentiũ, quã pro nihilo habebãt,quia iſtam tranſitoriã diligebant. Caſſ. Vel hoc etiã dicit de terra ſancta corporali,quæ propter miſteria redẽptionis noſtræ intelligẽtibus fuit deſiderabilis,illis vero non, quia in ea nihil ſpirituale ſenſerunt. Glo. Quam terram ideo pro nihilo habuerunt, quia.

iiii. pars.

NOn crediderũt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis. Non exaudierunt vocem domini. 24

Caſſiodorus. Non crediderunt inquit verbo eius, id eſt filio eius cui plæbs nephandiſſima non credebat,ſine hoc ad literã congruẽter aptatur ꝙ ideo murmurauerũt,quia eius promiſſionib⁹ minime credere voluerũt. Lyra. Quibus promiſerat eos introducere in terram illam(Et murmurauerũt in tabernaculis ſuis.) Idem. Vociferauit enim omnis turba poſtquã audiuit exploratores terræ, & murmurauerũt cõtra Moyſem & Aaron dicentes, vtinã mortui eſſemus in Aegypto &c. (Et non exaudierunt vocẽ domini.) Caſſ. Glo. Dum enim murmurationes exercebãt vocẽ domini nullatenus audierunt. in tabernaculis vero dicit,vt hoc cõtigiſſe videretur non laborantibus,ſed ocioſis,quibus maius crimen eſt murmurare. Auguſti. Glo. Vel non exaudierunt vocem domini vehemẽter eos a murmuratione prohibentis.

ET eleuauit manum ſuam ſuper eos vt proſterneret ✠ eos in deſerto.

25 ✠ Alias,iaceret eos.

Lyra. Tunc enim data eſt contra eos ſententia diuina,vt omnes qui murmurati fuerant a viginti annis & ſupra non ingrederẽtur terrã promiſſionis, ſed morerentur in deſerto,præter Caleph & Ioſue. Caſſi. Hic enim iuſtitia domini præmittitur vt ſecuta pietas maiore gloria ſentiatur,dicit enim inſurrexiſſe domini poteſtatẽ,vt in excedẽtibus vindicaret,eoſq́ in deſerto proſterneret,qui præcepta domini audire noluerunt. Hugo cardi. Glo. Tunc namq́ eleuauit manum ſuam ſuper eos cõminando pœnam,mos enim eſt cõminantiũ leuare manum.(Vt proſterneret eos in deſerto.)Gloſa. Quaſi viles qui prius fuerant glorioſi.

ET vt deijceret ſemen eorũ in nationibus, ✠ & diſpergeret eos in regionibus. ✠

xxvi ✠ alia: i. gentib⁹. ✠ Hebr. in terris

Lyra. Iſta pœna fuit tunc comminata,ſed precib⁹ Moyſi impedita. Hugo car. Hæc tamen comminatio modo completa eſt. Hieronymus. Diſpeſi ſunt enim Iudæi in diuerſis partibus,vt aliquando humiliati ſuum dominum plæbs caſtigata cognoſceret,ſed & ille diſpergitur,cuius ſenſus omni vento inanis gloriæ vel cupiditatis circunfertur. Gloſa. Deinde antequã diceret ꝙ aliquis hanc indignationem dei placauerit adiungit.

quis diſpergitur

ET iniciati ſunt Beelphegor, & comederunt ſacrificia mortuorum.

27 Hebraice. et conſecrati ſũt.

Hieronymus. Id eſt hi qui ſe deo cõſecrare debuerunt ydolo Beelphegor, iniciati, id eſt conſecrati ſunt. Et qui panẽ vinũ eſurire debuerũt, mortuorum ſacrificia comederũt. Lyra. Et iniciati ſunt inquit Beelphegor. i. cultui illius ydoli. Beelphegor enim erat deus Moabitarũ ſeu ydolũ ipſorũ quod pro deo venerabãtur,& eſt nomẽ cõpoſitũ a Beel, quem nimis rex Aſſiriorũ ſub nomine Beel patris ſui pro deo venerari præcepit. Et Phegor quod eſt

nomen montis vbi colebatur, vnde cum Balach rex Moabitarum de conſilio Balaam miſiſſet puellas pulchras prope tentoria filiorum Iſrael, vt per eas inducerentur ad ydolatriam, cum aliqui de populo luxurioſi accedebant ad eas, vt eas cognoſcerent, nolebant eis aſſentire, niſi cum eis ydolatrarent, prout & fecerūt ex quo ſecuta fuit contra eos plaga magna. Hugo car. Et nō ſolum hoc fecerūt, ſed (& comederunt ſacrificia mortuorum.) Gloſa. Vel de carnibus quæ immolantur mortuis hominibus quaſi dijs.

28 ✠ Hebr. concitauerunt deū in ſtudijs ſuis.
ET irritauerunt ✠ eum in adinuentionibus ſuis, & multiplicata eſt in eis ruina.

Lyra. Et irritauerunt inquit eum deum, ſcilicet in adinuētionibus ſuis. Idem. Hugo car. Id eſt in peccatis ſtudioſe ab eis adinuentis & factis. Poſt multiplicationem autem peccati, ſequitur multiplicatio pœnæ, vnde ſequitur. (Et multiplicata eſt in eis ruina.) Lyra. Quia tunc occiſi ſunt xxiiij. milia hominum. Hugo car. Sed dominus placatus eſt per zelum Phinees, vnde & ſequitur.

xxix ✠ Hebr. vindicauit. ‡ Hebr. retenta percuſſio
ET ſtetit Phinees & placauit, ✠ & ceſſauit caſſatio. ‡

Lyra. Et ſtetit inquit Phinees conſtanter contra ydolatras, quia occidit Iambri ducem tribus Symeonis cum muliere Madianitę. Caſſio. Gloſa. In quo per hoc verbum ſtetit ſoliditatē mentis oſtendit, vt in illa generali perturbatiōe ſolus auſus fuerit confidentiā deprecātis aſſumere. Mœcantium enim transfixio magis dicenda eſt oratio q̄ operatio, quia qui bene agit orat, & ſic placauit. Lyra. Deum ſcilicet per ſuum bonū zelum (& ceſſauit caſſatio.) Idem. Id eſt plaga a filijs Iſrael. Hieronymus. Huius itaq; exemplo debet ſacerdos, cui animæ commiſſę ſunt euaginare gladium, id eſt proferre verbum & occidere fornicationes & concupiſcentias in vtroq; ſexu.

30 Alia lēa iuſtitiam ad iuſtitiam.
ET reputatum eſt ei in iuſtitiam, in generationem & generationē vſq; in ſempiternum.

Lyra. Et reputatū eſt ei inquit in iuſtitiā, quia propter hoc factū fuit certificatꝰ a deo ꝙ ſuccederet patri ſuo in ſummo ſacerdotio. Caſſ. Vel ideo reputatum eſt ei ad iuſtitiā, quia intantum poſt effuſum ſanguinē innocēs fuit, vt ipſius quoq; iudicis meruerit voce laudari. Glo. Deus eni qui nouit quanta charitate id factum ſit reputauit ſacerdoti ſuo in iuſtitiā (in generationē & generationē vſq; in ſempiternum.) Lyra. Quia adhuc iſtud factum recolitur in memoriam iuſtitiæ ipſius.

31 ✠ Hebr. prouocauerūt ſpiritū eius. v pars.
ET irritauerūt eum ad aquā cōtradictionis, & vexatꝰ eſt Moyſes ꝓpter eos, quia exacerbauerūt ✠ ſpiritum eius.

Glo. Car. Quinta pars, in qua agit de aqua cōtradictionis & de immolatione filioru, vnde vehementius iratus eſt deus, & tamē poſtea miſertus eſt eis, ait ergo. (Et irritauerunt.) Glo. Id eſt ad iram prouocauerūt (eum.) Lyra. Scilicet dominū (ad aquam contraditionis.) Idem. Quia impatiēter & contentioſe locuti ſunt cōtra Moyſem propter aquę defectum, & per conſequēs contra dominū non expectantes debite eius bene placitū. Caſſio. Dicuntur autē aquæ cōtraditionis, quia ſic petitæ fuerūt, vt contraditio magis videretur eorum petitio, q̄ poſtulatio. Car. Vel dicuntur aquæ contraditionis, quia in cades vbi petierūt aquas, cōtradixerūt domino & Moyſi. Hierony. Vel aquæ contraditionis ſunt aquæ baptiſmi quibus dyabolo cōtradicitur & operibꝰ eius. (Et vexatus eſt Moyſes ꝓpter eos.) Glo. Lyra. Id eſt turbatꝰ mente intantū ꝙ timuit ne deus denegaret eis aquā propter malitiā eorū, & ſic non credidit plene verbis domini quibus ei dixit & Aaron fratri ſuo, Loquimini ad petram coram eis & illa dabit eis aquas propter quod percutiendo petram verbum dubitatiuum dixit. Idem. Caſſio. Audite rebelles & increduli. Num de petra hac poterimus vobis eijcere aquā, nimia enim importunitate populi ſuccenſus verba hæc diffidēter excrepuit, & hoc (quia exacerbauerūt ſpiritū eius.) Car. Qui erat mitiſſimus inter omnes homines in quo eorū maxima notatur importunitas. Caſſio. Quo ſermone ipſe quoq; peccauit, qui iam tantis miraculis præacceptis non credidit dominū quæ fecit eſſe facturum.

ET diſtinxit ✠ in labijs ſuis, non diſperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. 32 ✠ Hebr. precepit in labijs ſuis.

Lyra. Et diſtinxit inquit in labijs ſuis, id eſt manifeſte oſtendit in modo loquendi hæſitationē cordis ſui. Auguſtinus. Gloſa. Dubitanter enim petram percuſſit & ambigue qui omnia alia certa fide promiſerat quaſi hoc nō poſſet facere deus qui tanta iam ante fecerat. Hugo cardinal. Non tamen dubitauit de potētia domini, ſed forte de benignitate eius, ꝙ ſcilicet minus benigne ageret cum eis propter peccata ſua. Idem. Lyra. Propter quod ſtatim fuit a deo reprehēſus & ab ingreſſu terræ promiſſionis excluſus. Gloſa. Non tamen alienatus a regno gratię dei. Illi autem de quorum iniquitatibus loquitur iſte pſalmus cum intraſſent in terram promiſſam (non diſperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.) Lyra. Et eſt hic principium verſus in hebræo. Præcepit enim dominus habitatores terrę Chanaam interfici, ne per eos filij Iſrael ad ydolatriam traherentur. Et ipſi cupiditate ducti permiſerunt eos viuere, propter tributum quod eis reddebant.

ET commixti ſunt inter gentes, & didiſcerunt opera eorum, & ſer- 33
uierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt illis in ſcandalum.

Hugo car. Et commixti ſunt inquit inter gentes, non tantū corpore ſed opere, vnde ſubdit, & didiſcerunt opera eorū & ſeruierūt ſculptilibus eorum. Caſſ. Cōmixti nāq; ſunt inter gētes vetita ſocietate, quas propter ydolorū culturas eis fuerat delere præceptum addentes malum ſceleribus ſuis, vt ſe quoq; eorum ſuperſtitione polluerēt. (Et factum eſt illis in ſcandalum.) Idem. Miſerrimi enim hominum dei munus in peccata verterunt, vt quod ille donauerat ad gratiam, excedentibus fieret ad ruinam. Idem. Gloſa. Terra namq; promiſſionis

quæ fuerat data in præmium, verſa eſt illis in ruynam & in ſcandalum, quia gentium conformitate facti ſunt ydolatræ, vnde ſequitur.

34 ET immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas demonijs.

Lyra. Quę in ydolis colebant, & ex hoc apparet vehemētia peccati ydolatriæ in filijs Iſrael, quia nō ſolum immolabant animalia in cultu diuino, ſed etiam prolem ſuam quam naturaliter diligunt & conſeruant bruta animalia quantumcunq; ferocia. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Et quamuis hoc non narret hiſtoria, tamen credēdum eſt prophetæ qui mentiri non poteſt. Potuit enim hoc fieri in ſequēti ætate mortuis Moyſe & Ioſue, cum talis eſſet conſuetudo gentium. Hieronymus. Vel hoc intelligendum eſt moraliter, q; ſcilicet immolauerunt ſenſus & animas ſuas.

Immolauerūt ſenſum & animam

35 ET effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.

Caſſiodorus. Et inſpice quemadmodum veraci relatione peccantium exagerat iniquitas. Primo enim dicit. Et effuderunt ſanguinem innocentem & ne putaretur extraneum addidit. Sanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum. Et adhuc augetur ſcelus quando horrendis ſculptilibus ſacrificata memorantur. (Quas ſacrificauerunt inquit ſculptilibꝰ Chanaam.) Lyra. Id eſt cananeorum inter eos habitantium. Hieronymus. Vel tunc animæ ſanguis effunditur quando homo ydolis deditus a dei cultura receſſerit.

tunc animæ ſanguis effūditur.

36 ET interfecta ✠ eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum, & fornicati ſunt in adinuentionibus ‡ ſuis.

✠ Hebr. polluta eſt terra ſanguinibus.
‡ Hebr. in ſtudijs ſuis.

Lyra. Et interfecta eſt inquit, id eſt polluta & contaminata (terra.) Caſſ. Glo. Continēs pro contēto, id eſt ipſi homines qui interficiebāt animas ſuas immolando filios (in ſanguinibus.) Hugo car. Id eſt in peccatis eorum, immolādo enim filios ſuos animas proprias interficiebāt gladio peccati. (Et contaminata eſt terra) ſcilicet id eſt homines terreni (in operibus eorū) id eſt in peccatis. (Et fornicati ſunt.) Lyra. Id eſt ydolatrauerūt, ydolatria enim fornicatio dicitur, per quam anima recedit a ſponſo ſuo vero ſcilicet deo. (In adinuētionibus ſuis.) Idem. Id eſt ſtudioſe & cum magna diligentia acquiſitis. Augu. Glo. Non q; primi ydolatriā inueniſſent, ſed quia alios imitati ſunt. Hiero. Et ideo ira dei in impios ſæuit. Vnde ſequitur.

37 ET iratus eſt furore dominꝰ in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam.

Glo. Et iratus eſt inquit furore dominus in populum ſuum, id eſt quaſi potētia vindicandi excitata eſt, ira enim non eſt in deo niſi per quandā ſimilitudinem. Caſſi. Nam vindictæ excitata potētia humana conſuetudine ira vocatur. Lyra. In quo notatur grauitas culpæ deum prouocātis, Car. Vnde ſubdit quiq; mala quæ ſequūtur ex tali ira dei. (Et abominatus eſt hæreditatem ſuam.) Caſſio. Glo. Id eſt auerſus eſt ab eis quod eſt extremū omnium malorum. Lyra. Filij enim Iſrael qui dicuntur dei hæreditas propter peccata ſua prædicta fuerūt electi a protectione diuina. Hieronymꝰ. Et qui quondam erāt plæbs dei facti ſunt caterua dyaboli. Auguſti. Glo. Hugo car. Non autem ad perditionem eos omnino deſeruit, ſed ad diſciplinam, quod innuit, quia eos hæreditatem nominat.

ET tradidit eos in manus gentium & dominati ſunt eorum qui oderunt eos. 33

Lyra. Et tradidit eos inquit in manus gentiū ydolatriæ deditarū. (Et dominati ſunt eorum qui oderunt eos.) Et ſic ex odio præcedēti grauius afflixerunt eos. Caſſio. Glo. Ecce qui gloriabūtur in ydolis opprobrio ſeruitutis ſubſunt, quia ſeruiunt inimicis quod difficile eſt. ¶ Graue enim eſt ſeruire offenſo, qui nullo placaꝰ obſequio. Nam qui ſemper odit, ſemper iratus eſt, & qui ſemper iratus eſt, implacabilis eſt, vnde ſequitur.

ET tribulauerūt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum, ſæpe liberauit eos. xxxix

Caſſio. Et tribulauerūt inquit eos inimici eorū. Talis enim viciſſitudo recipitur, vt qui amāti domino ſeruire noluerūt odiētibus inimicis iuſto iudicio probarētur eſſe ſubiecti. (Et humiliati ſunt ſub manibꝰ eorū.) Hugo car. Humilitate ſubiectionis non virtutis. Dominus autē non omnino derelinquebat eos (quia ſæpe liberauit eos) non reſpiciēs ad prædicta mala, ſed de miſericordia ſua dabat eis auxilium & liberatores. Idem. Lyra. Sicut patet ex decurſu libri iudicum, quia quicunq; ab inimicis afflicti humiliter deum deprecabātur ſuſcitabat dominus iudices ad eorum liberationē, ipſi antē ingrati de eius miſericordia, non dimittebant mala conſueta. Vnde ſequitur.

IPſi autem exacerbauerunt eum in cōſilio ſuo, & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. 40

Concitatꝰ adhuc peperit

Hugo car. Ipſi autē inquit exacerbauerūt eum in conſilio ſuo eorum ſcilicet, quia proprio conſilo adhærebāt & dei conſiliū de æternis non ſuſtinebant. Idem. Augu. Glo. Et hoc eſt quod ſupra dixit, non ſuſtinuerūt conſiliū eius. Hiero. Sed potius conſiliū habuerūt, vt relicto deo ydola ſequerentur. Lyra. Bene autem dicit in cōſilio ſuo, quia malum culpæ prouenit ex defectibilitate liberi arbitrij & non ex deo. (Et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.) Hiero. Non quidem a deo, ſed a delictis ſuis.) Hugo car. Humiliati ſunt inquit, id eſt afflicti & puniti, ſed tamē in iſta afflictione non defuit eis dei miſericordia. Vnde ſequitur.

ET vidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum. 41

Gloſa. Nam licet eſſent iniqui, deus tamē plenus miſericordiæ non neglexit eos. (Et vidit inquit cum tribularentur.) Hugo cardinalis. Id eſt miſericorditer eos reſpexit. Hierony. In quo docet nos

conuerſionis fructus. ꝙ ſi cōuerſi ingemuerimus prothinus appropinquāt celſis auribus eius preces humilitatis noſtrę (Et audiuit orationem eorum). Caſſiodo. In quo duplici modo miſericordia diuinitatis exponitur Prǽmiſit enim beneficia, & humana non ceſſauit iniquitas intulit vindictam, & afflictis iterum dignatus eſt donare clementiam, vt intelligamus ipſum & bona prǽmittere, & flagellatis denuo ſubuenire. Cauſam autem quare fuerit Iſraeliticus populus cum ſępius peccaret auditus ſubdit dicens.

42 ✠ Alia li. pacti ſui
ET memor fuit teſtamenti ✠ ſui, & pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.

Cardina. Et memor fuit inquit teſtamēti ſui id eſt promiſſionis factæ patribus de nouo teſtamento & de filij incarnatione, & ideo pepercit eis. Si enim omnes eos propter peccata ſua occidi permiſiſſet non naſceretur de eis Chriſtus & ita vana fuiſſet promiſſio. (cur nō periere iudei oēs.) Caſſiodo. Hoc enim eſt teſtamentum ęternum vbi domini aduētus eluxit qui nulla ſucceſſione mutabitur. (Et pœnituit eum.) Caſſio. Lyra. Id eſt ad modum pœnitentis ſe habuit. Cardi. Cum fecit aliter ꝙ videretur facturus. Idem. Glo. Pœnitentia enim non cadit in deum. (penituit deum.) Auguſti. Gloſa. Caſſiodo. Quia nihil repēte facit ſed quod ab æterno prǽſciuit ſed mutare dicitur. quod ſecūdum rerum cauſas ſequi videbatur alijs cauſis cōtra interuenientibus, cauſas tamen & quid fieret immutabiliter prǽuidit. Hierony. Caſſio. Vel hoc dicitur, quia ſuper pœnitētes pœnitet deus, de malitia quam locutus fuerat, vt faceret & non fecit, & talis nobis efficitur, quales nos ſibi eſſe probauerit. (Addit autem ſecundum multitudinem miſericordię ſuæ.) Caſſiodor⁹. Quæ cuncta peccata ſuperat, quæ vſq; ad noſtram carnem venire dignata eſt. Caſſiodorus. Quomodo autem ſe pœnitere oſtendit dominus ſubiungit propheta dicens.

43 ✠ alia li. miſerabiles.
ET dedit eos in miſericordias, ✠ in conſpectu omnium qui cœperant eos.

Gloſa. (Et dedit eos inquit) prędeſtinatos ſcilicet de illo populo (in miſericordias.) Cardina. Id eſt gratis miſertus eſt eis. Auguſti. Vt eſſent non vaſa iræ ſed vaſa miſericordiæ. Idem. Gloſa. Pluraliter autem dicit miſericordias, quia vnuſquiſq; ꝓpriū donum habet a deo alius ſic, alius autem ſic. Caſſi. Diuerſa nāq; cariſmatū dona ſuſceperūt, alij enim prophetæ, alij apoſtoli, alij martyres, alij confeſſores ex ipſo populo domini miſeratione floruerūt. (dei mīa.) Lyra. Vel ad litterā dedit eos in miſericordias quia gentiles eis placabiles fecit, vt qui captiuos eos tenebant ſæpe liberos darent, vt de Manaſſe & Ioachim regibus Iuda legimus. Gloſa. Et hoc totum fuit miſerantis dei. (In cōſpectu omnium qui cœperant eos. Gloſa. Id eſt gentiū vt eos gētiles miſerarentur quos prius deſpexerant. Caſſiodor⁹. Cardinalis. Vel videntibus ipſis dęmonibus & eorum miniſtris & dolentibus vt coram eis redderentur liberi quorum prauitate prius videbantur eſſe captiui.

44 ✠ Hebr. gentib⁹.
SAluos nos fac dn̄e deus noſter, & congrega nos de nationibus. ✠

Caſſiodorus. Cardina. Glo. Sexta pars in qua poſt laudem orat id quod videbat eſſe facturum, vt ſcilicet eccleſiam ſuam de gentium cōgregatione perficiat. (Sexta. pars.) Gloſa. Quamuis falſo putent iudęi impleri per antichriſtum. Cardina. Ait ergo propheta in perſona electorum. Saluos nos fac domine de⁹ noſter. & vt ſalues congrega nos per gratiam in prǽſenti & per gloriam in futuro, de nationibus id eſt de omni gente. Heironym⁹. Vel ſaluos nos fac ne nobis vitia dominentur. Et congrega nos quia gens hebræorum in regionibus nationum eſt diſperſa.

VT confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur ✠ in laude tua. 45 ✠ Hebr. canam⁹.

Glo. Cardina. Lyra. Vt confiteamur inquit in præſenti per gratiam (nomini ſancto tuo.) Hierony. Filio vtiq; tuo, qui & nomen & laus tua eſt (Et gloriemur in laude tua.) Lyra. In futuro per gloriam (laus dei que ſit) Caſſiodo. Non vtiq; in humana iactantia ſed in laude tua vbi eſt reuera fixa gloria, & ſine fine lætitia. Gloſa. Quamquidem laudem breuiter ſubijcit dicens.

BEnedictus dominus deus Iſrael a ſæculo & vſq; in ſæculum, & dicet omnis populus fiat ✠ fiat. 46 ✠ Hebr. amē halleluya.

Caſſiodo. Gloſa. Hęc eſt enim laus quā ſuperiore verſu congregatos optauit populos perſonare. Benedictus inquit domin⁹ deus Iſrael a ſęculo & vſq; in ſęculum. Gloſa. Cardina. Id eſt ab ęterno in ęternum, quia ſine fine laudabitur. Hiero. Et merito dicitur. Benedict⁹ in ſęcula per quē facta ſunt ſęcula. & nō ſolum facta ſed etiam redempta. Caſ. Dicit autem a ſæculo & vſq; in ſæculum vt continuata laus nunꝙ debeat habere faſtidiū. (Et dicet) Lyra. Id eſt dicat quia hebrǽi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui. (Omnis populus.) Cardina. Gloſa. Prędeſtinatus ſcilicet tam de iudęis ꝙ de gētibus, dicet inꝗ. Fiat fiat, in quo per geminationē iſtam intellige laudis perfectionē. Ponitur enim binarius numerus pro numero infinito. Lyra. In hebręo autem ponitur amen quod ſignificat ſtabilitatem veritatis.

¶ Pſalmus.cvi.

¶ Titulus.

Alleluya. Alleluya.

Auguſti. Glo. Hic pſalmus commendat miſericordiam dei, & habet bis alleluya quia eſt de vniuerſali eccleſia, quę cōſtat ex duplici pariete, ſcilicet gentium & iudęorum in vno angulari lapide collectarum. (quot eccleſie parietes.) Lyra. Iſte pſalmus ſecūdum opinionem. R. ſa. eſt quędam imitatio ad gratiarum actionū quorūcūq; liberatorum diuinit⁹ a periculis & anguſtijs. Et ad hunc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam. Hierony. Sed repulſionem iudeorum & vocationem gentium euidētiſſime pādit. Caſſiodo. Et cōmonet propheta populū Chriſtianum qui domini redemptione ſaluatus eſt vt confitendo pręterita nouum cantet alleluya. Glo. Docet itaq; nos iſte pſalmus. Quod ſum⁹ per nos ſcilicet infirmi & mali. & quid per miſericordiam dei ſcilicet boni & filij dei vbi cōteritur hominis

Decernitur pſalmus.

ſuperbia & glorificatur dei gratia, quę de quattuor tentationibus liberat quæ in ſequentibus deſcribuntur, de quibus per nos non valemus liberari. Intentione autem monet nos ad confeſſionem. Et diuiditur in ſeptem partes. In prima monet redemptos confiteri quod eſt intentio ſua. In ſecunda ponit primam tentationem & liberationem ab ea, quæ tentatio eſt error quo aliquis nihil expectat poſt hanc vitam, quæ quidem tentatio oſtenditur, ibi. Errauerunt. In tertia ponit ſecundam tētationem, quę eſt difficultas vincendarū cupiditatum in via, & liberationem ab ea, ibi. Sedentes. In quarta ponit. Tertiam tenta tionem quę eſt tediū benefaciendi, & liberationem ab ea, ibi. Omnem eſcam. In quinta ponit. Quartam tentationē quæ eſt tempeſtas ſæculi, quatiens eccleſiam & turbans rectorem, ibi. Qui deſcendunt. In ſexta commendat eccleſiā quæ per gratiam dei ſalua facta, eſt oſtēdendo in nobis gratiā dei & ipſum deum ſuperbis reſiſtere, & humilibus gratiam dare. & oſtēdit qualiter eccleſia proficit, ibi. Poſuit flumina. In ſeptima de hereticis adiungit, ꝙ ſcilicet ipſis deſtructis erepta eſt eccleſia, ibi. Et pauci facti ſunt. Glo. Propheta ergo commēdaturus miſericordiam dei de quattuor tentationibus liberantis. Primo omnes fideles monet ad confeſſione m dicens.

1 Alia lra quoniam ſuauis eſt.

1 **Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius.**

Caſſiodo. In quo commonet propheta, & prodere peccata ſua, & laudes domini perſonare, quia, hoc verbum confitere ad vtrumq; dicimus pertinere. (Confitemini inquit domino. Gloſa. Vtroq; modo ſcilicet peccata & laudes. Confitemini dico dicentes hoc, (quoniam bonus). Car. Ideſt bennignus non ſeuus. Caſſiodo. In quo peccatoribus datur confidentia poſt ſatiſfactionem pio domino ſupplicare. Hierony. Confitemini igitur, quia bonus eſt & peccata dimittit aliter non diceret confitemini, & ſequitur. (Quoniam in ſæculum miſericordia eius.) Lyra. Quæ nūquā denegatur vere pœnitētibus. Hierony. Quādiu ergo eſtis in ſæculo confitemini. Caſſio. Vel in ſeculum ſignificat in æternū quia nullum tempus eſt, quod ab eius miſericordia reperiatur exceptum, nam & hic conſueuit parcere, & illic fidelibus æterna prēmia condonare. Glo. Quod autem ego dico de miſericordia eius ait propheta,

2 ✠ alia lra terris.

2 **Dicant qui redempti ſunt a domino, quos redemit de manu inimici. De regionibus ✠ congregauit eos.**

Caſſiodo. Dicant vtiq; alleluya quod titulus ait, & ſe iocundis exultationibus conſolentur qui ad domini gratiam venire meruerunt (Qui ſcilicet redēpti ſunt). Gloſa. Sanguine Chriſti. Car. Nō a quocunq; ſed a domino, id eſt a Chriſto qui eſt dominus omnium. Hierony. Caſſiodo. De vocatione autem gentium hoc proprie dicitur qui domini ſanguine redempti & de poteſtate diaboli ipſius miſeratione liberati ſunt. Vnde ſequitur(quos redemit) Glo. Sanguine ſuo, Hiero. Ipſe enim Chriſtus eſt ſaluator & redemptor. Et preciū redemit dico (De manu inimici). Glo. Id eſt diaboli (De regionibus congregauit eos). Idem. Caſſiodo. Qui prius per aras & lucos raptabātur dæmonum. Hierony. Grādis enim manus diaboli in toto orbe poſſidebat eos. Gloſa. Deinde tanquā ab eo quæreretur. Vnde congregauit, ait.

A Solis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. 3

Caſſiodo. Id eſt a qualibet parte mundi congregauit eos. Vnde euidēter aduertitur ꝙ non ſolum de iudęis hoc dicitur, ſed de eccleſia catholica quæ ex toto orbe noſcitur congregata. Idem. Car. Et ideo cum tres mundi cardines nominauerit pro quarto id eſt pro auſtrali poſuit mare, Auſter enim flat verſus occeanū. quod anthonomatice dicitur mare eo ꝙ maius ſit cæteris, totam namq; mūdi marginem dicitur circuire. Hiero. Vel ideo tria climata nominat & auſtrum tacet, quia per auſtrū ſignificatur populus iudęorum, Chriſtus enim nat⁹ eſt iuxta propheta Abacuh in auſtro, i. in Bethleem quę a ſitu Hieruſalē in auſtro poſita eſt in quo datur intelligi ꝙ populus iudęorum in hoc pſalmo non ſcribitur vocandus ſed tantum gentium.

Auſter.

Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, ✠ viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. 4

4 ✠ alia lra. in deſerta via ciuitatē quę habitaretur nō reperetūt. ij. pars.

Cardina. Secūda pars in qua exponitur prima tētatio, quę eſt error qui fuit in iudęis & gētibus ante conuerſionem, error autem iſte erat de eo quia viam veritatis. i. Chriſtum neſciebant. vbi & egeſtatem veri panis patiebātur, tāq ergo diceret. ideo redemit & congregauit eos, quia errauerunt in ſolitudine. Car. Id eſt ſolitari deſerto deo. Caſſiodo. Nullos habētes veriſſimos doctores & nullam eccleſiam (in inaquoſo) Car. Id eſt in corde vel in ſtatu qui eſt ſine aqua gratiæ & doctrinæ(Viam ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. Gl. viā. ſ. q̄ Xps eſt ciuitatis habitaculi. i. cœleſtis Hieruſalē Car. Vel eccleſiæ militantis in qua habitandum eſt nō inuenerūt ipſi ſcilicet errantes, ciuitas en habitaculi dicitur eccleſia quia eſt tranſitoria, Ciuitas vero habitationis eſt eccleſia triumphans. Gloſa. Preter autem errorem iſtum erat eis inopia, quia ipſi erant,

Esurientes & ſitientes, anima eorū in ipſis defecit. 5

Gloſa. Caſſiodo. Erat enim in eis inopia ſine cibo verbi dei, & ſine potu gratiæ. Et propterea erant eſurientes & ſitientes. Anima eorum defecit a bono interiori Et hoc ideo quia māſit in ipſis, id eſt quia non exceſſit ſe, ſed ſe ſibi ſufficere putauit. Hugo cardinalis. Confidebant enim iudæi in lege & gentes in ſuo libero arbitrio, & ideo defecit anima eorum quia ad viam veritatis Chriſtū per fidem non accedebant. Caſſiodor⁹. Gloſa. Vel per eſurientes & ſitiētes curioſos ſæculi ſignificat qui veritatem diuerſis opinionibus exquirebant nec ueniebant. Hugo cardinalis. Qui tamen tandem cognoſcentes defectum ſuum, ad dominum qui potens erat ſupplere clamauerunt. Vnde ſequitur.

Eſurientes qui ſunt.

vi ET clamauerunt ad dominum cũ tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

Caſſiodorus.Quemadmodum enim duobus verſibus ſuperioribus deſcripſit errantes ita nunc duobus alijs refert ad domini dona redeuntes. Idem. Gloſa.Ordo enim in hac & reliquis tentationibꝰ talis eſt. Nam primo ponitur tentationis expoſitio.Secũdo clamor liberationis. Tertio exauditio clamoris Quarto pro exauditionis confeſſio,id eſt laudatio.(Et clamauerunt inquit).Caſſiodo. Id eſt magno deſiderio quęſiuerũt.(Ad dominum cum tribularentur.Glo.Errore famę & ſiti. Caſſiodo. Eo enim tempore clamor cordis totis viribus excitatur quãdo imminẽs periculum timetur & præſumptio humana ſubducitur.Hierony.Et tũc quis exauditur a domino quando nõ ſimplex vox ſed tribulatio clamat ad dominum.Sequitur(Et de neceſſitatibus eorum eripuit eos).Glo. Id eſt de malis ineuitabilibus.Caſſi. Sed vide quid clamor iſte preſtiterit. vt videlicet & de neceſſitatibus liberarentur,& ſemitam veritatis agnoſcerent. Vnde ſequitur.

7 ET deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.

Hiero.Et deduxit eos inquit in viam rectam,Chriſtꝰ ſcilicet q eſt via deduxit eos in viã rectã qui priꝰ errauerant,qui viam ciuitatis habitaculi non inuenerant.Et factus eſt ductor qui eſt & via. Vt irẽt in ciuitatẽ habitationis, id eſt in eccleſia eius quę fundata fuerat ſuper ipſum.Hierony.Cardina.Vel in cœlum.vbi ciuium vnitas eſt. vnde dicta eſt ciuitas.Gloſa. Cuius viam nondum inuenerant. Car. Et quia hoc fecit dominus eis non eorũ meritis ſed pura miſericordia. Ideo.

8 COnfiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.

(Confiteantur inquit domino miſericordię eiꝰ). Gloſa.Quia liberauit eos ab errore nõ propter eorum merita,non propter vires non propter ſapiẽtiam,ſed propter miſericordiam ſuam. Caſſiodo. Pio namq; domino ſemper dignum eſt confiteri qui nos & a periculis liberat & ſplendore ſuæ pietatis illuminat(& mirabilia eius filijs hominum). Cardi. Id eſt filij hominum laudent eum propter mirabilia ſibi a deo exhibita. Caſſio. Vel propter mirabilia quę fecit in mũdo tempore incarnationis ſuę per euangeliſtas & apoſtolos. Auguſtinus. Glo.Cõfitendo autem dicite in expertis vos qui hoc iam experti eſtis.qui ſcilicet eſtis in via poſiti,ad ciuitatem ducti,& ſiti liberati dicite inquam.

filiũ dei homines cur laudare debeant.

QVia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis.

ℭ Alia lẽa impleuit

Gloſa. Quaſi dicat Non ſolum duxit in viam rectam ſed & a fame liberauit(Quia ſaciauit inquit animam inanẽ)Gloſa.Caſſiodo. Quæ erat vacua quia ſine deo inanis nãq; eſt anima quando peruerſitatibus occupata ad creatorẽ ſuum reuerti nulla deuotione feſtinat. Car. Auguſt. Animam enim dei capacẽ nihil minus deo implere poteſt(& animam eſurientem).Gloſa. Id eſt ſcire appetentem ſaciauit bonis.Car.Quę licet eſſet vacua tamẽ erat eſuriens id eſt naturaliter appetens bonum & ſciẽtiam.Caſſiodo. Anima enim diuina gratia viſitata ad domini feſtinat venire medicinam. Hieronymus.Vnde deus eos qui inanes erãt a gratia ſua, & famem verbi patiebantur bonis cœleſtibus ſatiauit.

Alia vacua.

Alia eſuriens.

SEdentes ✠ in tenebris & vmbra mortis vinctos in mendicitate & ferro, 10

iii. pars. ✠ alia li. habitantes.

Gloſa. Cardinalis. Tertia pars in qua ponitur ſecunda tentatio quę eſt difficultas vincendarũ concupiſcentiarũ quę ligant hominem ne poſſit implere,quod in via dei poſitus videt & audit eſſe faciendum quaſi dicat.Animam inanem & eſurientem,ſed appetentem bonũ ſaciauit ſcilicet.Caſſio. Cardina.Sedentes,id eſt iudęos & gẽtiles qui ante aduentum Chriſti ſedebant.Gloſa. Quia vincti erant conſuetudine praua,ſedebant dico(In tenebris)ignorantiæ quoniam vacuati lumine fidei pfidię cęcitate reddebantur obſcuri. Cum enim dixit ſedentes oſtendit eos longo ſitu ibidem fuiſſe verſatos(& vmbra mortis)Caſſiodo. Gloſa.Cardi. Id eſt ĩ peccatis & vita vicioſa quę eſt ymago mortis futurę. illos dico(vinctos in mendicitate & ferro.Car.Vinctum enim erat genꝰ humanum cathenis criminum,& carceri dyaboli mãcipatũ. Caſſ. Vnde mendicitas iſta ſignificat indigentiam boni quę non corpus ſed animam probatur affligere.ferrum vero duritiam malorum.Car. Erant enĩ vincti ferro id eſt indomabili conſuetudine quam habebant gentes ad ydolatriã & iudęi ad legalia. Vincti autem ſic erant ſuis peccatis hoc exigentibus.vnde ſequitur.

Vitioſa vita cuiꝰ ymago eſt.

Mendicitas.

Ferrum.

QVia exacerbauerunt ✠ eloquia dei, & conſilium altiſſimi irritauerunt.‡ 11

✠ Hebr. prouocauerũt ſermones dei ‡ alia li. blaſphemarũt.

Gloſa.Quaſi dicat ideo vincti ſunt in mendicitate & ferro(quia exacerbauerunt eloquia dei.)Caſſ. Car. Id eſt deum in eloquijs ſuis vel deum loquẽtẽ per ſcripturas, quia cõtra domini eloquia faciẽtes in eius regulis viuere reſpuebant Augu.Glo.Per ſuperbiam enim ſuam iuſtitiã dei neſciẽtes & gratiam non agnoſcentes ſuam iuſticiam conſtituere volebant.(Et conſilium altiſſimi irritauerunt.Hierony.Quod dederat eis vt eligerent vitam.Caſſio. Fuit enim dei iuſtum cõſilium & ſaluberrima medicina vt morbus ſęculi contrario remedio curaretur Superbia ſcilicet mentis anguſtia cordis. Gloſa.Vt qui ſuperbi erant in anguſtijs humiliarentur.Vnde ſequitur.

Superbie ob poſitum.

ET humiliatum eſt in laboribus cor eorum,infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret. 12

✠ Hebr. ceciderunt.

Hiero.Et humiliatum eſt inquit in laboribus cor eorum,quia non exaltabatur in operibꝰ dei. Caſſ. Et ideo humiliatum eſt cor eorum in tribulationibus & laboribus nam(infirmati ſunt)Hierony.Eo ꝙ in deum firmi non eſſent nec eum requirerent

qui verus eſt medicus(nec fuit qui ad iuuaret).Caſ. Nemo enim prę ſtat auxilium periclitanti niſi cui omnipotẽs deꝰ pręceperit ſubuenire. Auguſtinꝰ. Gloſa. Deo namq; deſiſtente ab auxilio, laborare potes contra vicia, ſed nõ vincere. Et te preſſo tua praua cõſuetudine humiliabitur cor vt diſcas clamare. vnde ſequitur.

13 ET clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Gl. In ſimili cauſa eadẽ ſententia quę & ſupra. Caſſio. Et ecce quare humiliati quare infirmati ſunt. vt ſcilicet ad dominum clamarent delicta propria confitentes. Silebãt enim in elatione poſiti & velut inſenſata pecora nullum verbum ſalutis fundebant. Glo. Clamorem autem eorum ſequitur liberatio. Vnde ſubdit.

xiiii ET eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit.

Caſſiodo. Cardi. Et eduxit eos inquit de tenebris ignorantię & cæcitate perfidię ad lumen fidei, & a ſuperſtitionũ ſuarũ tenebris eduxit animas peccatorum forte pollutas. Et ſubaudi eduxit eos de (vmbra mortis). Cardi. Id eſt de vita peccatis maculata ad veritatem vitę quæ eſt vita gratię(& vincula eorum dirupit). Caſſiodorus. Sic enim Christo veniente dyaboli poteſtas dirupta eſt vt nunq̃ in illam qua fuit dominationem reddire prævaleat. Hieronymus. Gloſa. & ob id ſequitur pro liberatione laudatio.

mortis vmbra

15 COnfiteantur domino miſericordiæ eius. & mirabilia eius filijs hominum.

Caſſiodorus. Hunc verſum repetit, & admonet liberatos gratias agere, quia ianuas peccatorum & malorum omnium clauſtra, virtus diuina confregit, vnde ſequitur.

xvi QVia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.

Hierony. Viſitauit enim nos oriens ex alto, & illuminauit tenebras dirupitq; cathenas legis vt libero arbitrio ſeruiremus. Caſſi. Vel portę æreæ, ſunt cõſuetudines hominũ vicioſę quæ nos ita in peccatorum atrijs recludunt vt exeundi nequeat prębere licentiam Vectes autẽ ferreos ſpiritus immũdos dicit qui illas ianuas pe catorum. ne circũdatos exire liceat obſerare noſcũtur. Hęc enim duo metalla pro fortitudine delictorum adhibita eſſe videntur, ſed iſta hominum viribus deſperata, virtus diuina confregit. quando periclitantes, aduentus ſui lumine miſerata reſpexit. Cardina. Vel hoc poteſt exponi de portis inferni quas dominus cõtriuit & cõfregit, & his confractis.

porte eree. vectes ferrei.

17 SVſcepit ✠ eos de via iniquitatis eorum, ꝑpter iiuſticias enim ſuas humiliati ſunt.

✠ Hebr. ſtultos propter viã ſceleris eorũ & ꝑpter iniquitates affli ctos.

Hiero.(Suſcepit eos inquit de via iniquitatis eorum) Chriſtꝰ ſcilicet ſuſcepit. i. liberauit illos quos obſerauerat dyabolꝰ validiſſimis viciorum ſeris. Car. Vt poneret eos in via ęquitatis ſuæ. (Propter iniuſticias enim ſuas humiliati ſunt. Cardi. Non humilitatę virtutis ſed humilitate deiectionis. Augu. Gl. Quia ignorãtes dei iuſticiã ſuã iuſticiã cõſtituebant & ſibi tribuebant non deo. Et propterea humiliati ſunt & iuenerũt ſe nihil poſſe ſine deo.

OMnem eſcam abhominata eſt anima eorũ, & appropinquauerunt ✠ vſq; ad portas mortis. 18

✠ alia li. acceſſerunt.

Gloſa. Cardina. Quarta pars in qua ponitur tertia tentatio quæ eſt tędiũ in quod incidit homo quãdoq; poſtq̃ euaſit imperitiam & concupiſcentiam ita vt nec orare nec legere eũ delectet. vnde ſequitur (omnem eſcam abominata eſt anima eorum.) Caſſio. Id eſt legem domini & ſalutaria pręcepta vnde anima viuit. Augu. Gloſa. Car. Qui enim ſupra fame languebant hic faſtidio periclitantur ne putes ſacietate ſecuros qui & faſtidio moriuntur. Ne autem leue putes addit (& appropinquauerũt vſq; ad portas mortis). Cardina. Id eſt vſq; ad peccatum mortale quod eſt porta & introitus mortis ęterne, ſed de ipſis quidam compuncti poſtea pœnitentiam egerunt. vnde ſubdit.

Quarta pars. eſca abominata. mortis porta.

ET clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. xix

Caſſiodorus Iſtum verſum conſtat eſſe repetitum quoniam in ſimili cauſa vna decuit eſſe ſententia. Car. Liberauit autẽ eos cum prius eſſent ſerui peccati. Modum autẽ liberationis ſubiungit dicens.

MIſit verbum ſuum & ſanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. 20

Hierony. Miſit inquam pater filium qui in principio erat verbum. qui in euangelio ſanat omnẽ lãguorem & omnem infirmitatem in plæbe. Caſſ. Quod autem dicit miſit ad charitatem dicitur pertinere patris nõ ad imparilitatem potẽtię in quo tamẽ agnoſcimꝰ qualis languor ſit ſpirituales delicias faſtidire vt ſola cœleſtis medici pręſentia tale potuiſſet ęgritudinis periculum amputare. & nedum ſanauit, ſed(& eripuit eos de interitionibus eorum). Hiero. In quibus ſe ipſi demerſerant. Car. Eripuit inq̃ eos dei nteritionibꝰ. i. de peccatis per quæ interimitur aĩa. Gl. Et corruptela mẽtis q̃ faſtidit quod dulce eſt ergo, & de hoc.

A quo filius miſſus. anime virtus.

COnfiteantur domino miſericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum. xxi

Hiero. Confiteãtur inquit domino miſericordię eius quibus excelſus ſe humiliauit. quibus deꝰ homo factus eſt, quibus immortalis pro mortalium vita ſubditur morti. Et mirabilia eius filijs hominum, quia inferni ęreas portas vecteſq; confregit, quia rediſt victor ad ſuperos, quia remeauit ad cœlos. Cardina. Et quia tantam cum eis miſericordiã fecit monet eos ad laudem dicens.

ET ſacrificent ſacrificium laudis, & annuncient opera eius in exultatione. ✠ 22

✠ alia li. & immolẽt hoſtias gratiarum Hebrai. in laude

Hierony. Ceſſent igitur hyrci, & vituli quia deus ſacrificium de puro corde requirit, ideo dicit. (Et ſacrificent ſacrificium laudis.) Caſſio. Nam multo prǽſtantius eſt cum bonis actibus pſalmodiæ illi iubilationes offerre q̄ pecudum victimas immolare. Sequitur. (Et annuncient opera eius in exultatione Lyra. Deuotionis & nō diſſolutionis. Gloſa. Non cum tædio & mœrore. Caſſi. Non triſtes non diffidentes, ſcilicet lęti atq; prōptiſſimi. Car. De tantis ſibi conceſſis beneficijs exultantes.

23 QVi deſcendunt mare in nauibus, facietes operationē in aquis multis.

Quinta pars. Car. Quinta pars in qua ponitur quarta tentatio quæ eſt tempeſtas ſęculi. De tribus nanq; tentationibus liberatus iam forte dignus eſt cui populus connutatur qui in gubernaculo nauis id eſt eccleſię conſtituatur. Illi quarta tentatio occurrit ſcilicet tempeſtas ſęculi quatiens eccleſiam & turbans rectorem. hoc enim periculum maxime pertinet ad rectores qui quātomagis honorantur tātomagis periclitantur. Cuius tamen periculi non erunt expertes ſubditi ſed tota nauis periclitatur quaſi dicat (Annuncient opera eius. illi vtiq; qui deſcendunt mare). Caſſiodo. Sacerdotes ſcilicet qui ſęculi iſtius procelloſa deſcendunt Glo. A contemplatiua ſcilicet vita ad actiuam & laborioſam. vel ad procellas ſęculi vt pro Chriſto fluctus tribulationum patiantur, ipſi dico exiſtentes (in nauibus). Hiero. Caſſiodo. Id eſt in eccleſijs quas gubernant quæ Chriſtum portant, & a fluctibus huius mundi tunduntur ſed non franguntur. Caſſiodorus. Et quæ in ligno crucis mundi iſtius tēpeſtates enauigant. vbi gubernator eſt Chriſtus. Et remiges apoſtoli, & ſanctorum pontificum beata colectio. Sequitur (Facientes operationem in aquis multis). Hierony. Augu. Caſſiodo. Gloſa. Id eſt in populis multis aquæ enim. vt in Apocalipſi Iohannes teſtatur populi ſunt. Car. Faciunt autem hanc operationem in aquis multis. qui euangelium populis prædicant. Vel nauis iſta eſt religio quam intrantes antequam ad portum veniant oportet multa ſuſtinere.

exaltationis periculum — *eccleſię remiges* — *aquæ nomine qd*

24 IPſi viderunt opera domini. & mirabilia eius in profundo.

Glo. Ipſi. ſ. rectores ſingulariter & prę cæteris (viderunt opera domini). Caſſiodo. Id eſt ſpirituali intelligentia cognouerunt opera domini. Glo. Quæ deus mirabiliter operabatur in cordibus humanis & mirabilia eius in profundo). Auguſtin⁹. Quid enim profundius cordibus humanis. vnde venti ſeditiones & tempeſtates erumpunt. quæ nauem perturbant volens itaq; deus. vt & hij qui gubernant & hij qui portantur ad eum clamarent addit.

pfūdū

25 DIxit & ſtetit ✠ ſpiritus procellę, & exaltati ſunt fluctus eius.

✠ Hebr. ſtere. it.

Caſſiodo. Dum enim ait dixit & ſtetit ſpiritus procellę, ſignificat q; dominus tempeſtates tribulationum noſtrarum pia miſeratione ſuſpendit ne malis crebreſcentibus obruamur. Gloſa. Vel dixit. i. permiſit (& ſtetit). Auguſt. Id eſt permāſit perdurauit adhuc turbat, diu iactat. Sæuit & non tranſit. Gloſa. Spiritus procellæ. i. tyrānica perſecutio vel diabolus (& exaltati ſunt fluctus eius. Hieronymus. Id eſt ſuſpenſi ſuntne nocerent huius diabolicę tentationis motus quos iniqui commouent ſuper iuſtos. Caſſiodo. Vel tunc exaltantur fluctus in mentibus noſtris quando putamus meritis noſtris attribui. vnde videmus nos ſola gratia diuina poſſe liberari, ſed quomodo exaltati ſunt. Sequit.

procella

ASCendunt vſq; ad cœlos & deſcēdunt vſq; ad abyſſos, anima eorum in malis ✠ tabeſcebat. xxvi

✠ Hebr. afflictione cōſumitur.

Caſſiodorus. Aſcēdunt inquit vſq; ad cœlos. quādo ſæculi elationibus eriguntur. Hierony. Et eleuantur in ſuperbis ſuis ad ſanctorum iniuriā. Cardina. Vel ad blaſphemiam nominis Chriſti (& deſcendūt vſq; ad abyſſos). Gloſa. Id eſt vſq; ad gehēnam. Caſſiodo. Cum in deſperationem metumq; peruenerint. Gloſa. Et in his malis anima eorum in malis tabeſcebat. Caſſiodo. Vtiq; quoniam vſq; ad profundas abyſſos formidine faciente deſcenderant & ideo aditum eſt in malis. Nam tabeſcere in bono interdum poſitum inuenitur, vt eſt illud, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animā eius. Hierony. Vel deſcendunt vſq; ad abyſſos, id eſt humiliantur in confeſſione. Et vt intelligas figuraliter hoc de malis hominibus dici quorum tunc tabeſcit anima quando verberata plagis cœleſtibus ſe peccaſſe & ſanctis in iniuriam intuliſſe cognoſcit ſequitur.

tabeſcere. i

TVrbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. 27

ob ſtupuerunt et intremuerunt.

Caſſiodo. De ipſis adhuc loquitur, de quibus ſupra dicit. Anima eorū in malis tabeſcebat. Quod autem dicit (Turbati ſunt) Hoc ad confuſionem pertinet ſenſus (Et moti ſunt) ad iras protin⁹ eomendas (Sicut ebrius). Hierony. Quia nihil lætum nihil ſtabile, nihil ſobrium eorum ſenſus habebat. Glo. Inquiete enim ſapientes apparent, quando loquuntur, quando legunt ſed veniente tempeſtate omnia humana conſilia deficiunt, & quid agendum ſit non vident. Vnde ſequitur (& omnis ſapiētia eorum deuorata eſt) Idem. A ſapientia veri dei ſicut quō dā draco Moyſi deglutiuit dracones ægyptiorum. Caſſiodo. Quia ſapientiam non poteſt niſi apud quietos & imperturbatos inueniri. His itaq; exemplis mouētur ſacerdotes vt domino ſupplicent quatenus cor eorum in humilitate conſolidet ne diabolicis tentationibus ventilentur. vnde ſequitur.

ET clamauerūt ad dominnm cum tribularētur, et de neceſſitatibus eorū eduxit eos, 28

Car. Et clamauerunt inquit ad dominum īter tormenta orando (& de neceſſitatibus eorum eduxit eos) Dando patiētiam vt vincerēt, & poſtmodum pro victoria, dando coronam. Caſſiodorus. Vel illi velut ebrij quorū anima in malis tabeſcebat & quorum ſapientia deglutita videbatur clamore ſalubri ad vitalia conſilia redierunt. Ad dominum quippe conuerſi cœperunt eſſe iam ſobrij. Hiero.

Et ideo clamauerunt ad dominũ,vt linquentes lu xurioſam ebrietatem ſapientiam dei ſequerentur. Caſſiodo. Sed quid egerit clamor iſte ſequitur ,& de neceſſitatibus eorum eduxit eos, ipſe autem neceſſitates qualiter remotę ſint declarat dicens.

clamoris ad dei vtilitas.

29 ✠ Hebr. ſtatuet. turbinẽ tranquillitatem.

ET ſtatuit procellam eius in auram, & ſiluerunt fluctus eius.

Gloſa. Et ſtatuit inquit procellam eius maris.ſ.huius ſęculi(in auram) hoc eſt in leuem ventũ id eſt procellas temperatas fecit & tollerabiles. Caſſiodorus. Tempeſtas enim illa ſęuiſſima quę ab humana fragilitate non poterat ſuſtineri in auras iuſſa diſparuit. Car. Et impetum tormentorum leuem & tollerabilem martyribus fecit. Gloſa. Vel ſtatuit procellam eius in auram id eſt in ſęueritatem quietis ęternæ(& ſiluerũt fluctus eius). Car.i.non murmurauerunt martyres in fluctibus.i.in tormentis ſed ſiluerunt hanc autem eorum patientiam conſolatio ſequitur Vnde ait.

30 ✠ Hebr. lętabuntur quia quieuerunt.

ET lętati ✠ ſunt quia ſiluerunt, & deduxit eos in portis voluntatis eorum.

Caſſiodo. Gloſa. Et lætati ſunt inquit, rectores.ſ. poſt laborem feſſi,quia ſiluerunt fluctus. Lætati ſunt inquã prout ſolet poſt pericula nauigantibꝰ emergere qui ſe gaudent ab ingẽti clade liberatos quando ad portum cœperint venire tutiſſimum (& deduxit eos in portum voluntatis eorũꝰ), Glo. Cardi. Id eſt in portum ſalutis & in tranquilitatẽ optatam quam volebãt & toto corde deſiderabãt. Vel in ęternam beatitudinem. Caſſiodo. Poſt hęc ſubiungiturꝰ repetita quidem ſed nimis gratas cõcluſio vt de neceſſitatibus cuntis liberaretur animus ęſtuantis.

31 COnfiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum,

Hierony. Confiteantur inquit domino miſericordiæ eius quibus protegit genus humanum. Et mirabilia eius filijs hominum quia mirabiliter hos compeſcuit fluctus. Caſſio. Iſte autem verſus quarto repetitur.vt quadrifaria illa mundi diuiſio quã ſupra dixit.a ſolis ortu & occaſu ab aquilone & mari his concordans partibus redderetur qualis confeſſio fidelis vbiq; cantaretur.

32 ET exaltent eum in eccleſia plæbis & in cathedra ſeniorũ laudẽt eũ.

Hierony. (Et exaltent eum)inquit(in eccleſia plæbis)id eſt in congregatione fidelium. Caſſiodorꝰ. Exaltare autem , ideo dicit dominum non ꝙ illi quicquam poſſit addi , ſed vt nos ipſius exaltatione debeamus augeri, Plębem vero non quidcunq; hominum genus abiectum debemus accipere , ſed illam nobilem vera religione pollentem quę dominum religioſis actibus ſemper exaltat (& in cathedra ſeniorum laudẽt eum). Hiero. Nõ in illa cathedra in qua ſcribę & phariſęi ſederunt, qui legẽtes legem non intellexerunt in ea dominum nunciatum, ſed in illa in qua eum vel prophetę vel patriarchę ſpiritali oculo contemplantes cognouerunt & in miraculis vel oraculis cecinerunt. Gloſa. Vel primum dicitur pro bene rectis Secundum pro bene regentibus quaſi dicat. Laudent populi minores qui reguntur, laudent & ſeniores qui regunt.

deus exaltatione augeri nequit.

POſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim. 33 Sexta pars.

Glo. Caſſiodo. Actenus enim dicit quomodo deꝰ ad ciuitatem adducit, quomodo iuuat. quomodo paſcit, & quomodo regit. Nunc vero dicit quomodo mala inimicorum prodeſſe facit, cauſam reddens quare debeat domino turba fidelium confiteri, quia reprobata perfidia iudęorum omnis plenitudo venit ad populum Chriſtianum. Poſuit inquit flumina in deſertum. Auguſti. Gloſa. Cardi. Iudęos ſcilicet vbi aquę doctrinę erant vbi currebant prophetiæ ſed iam non eſt in eis propheta. Non eſt ibi fides Chriſti, nec ſacerdos, nec ſacrificium nec templum. Caſſiod. Sed illa eorum flumina.i.prophetę & apoſtoli iudęis non credentibus ad deſerta gentium tranſierũt, vnde ſequitur. (Et exitus aquarum in ſitim.) Idem. Id eſt in gẽtes, vt quæ prius fuerãt ſiccatę ariditate peccati cœleſtes aquas ſicienter haurirent. Hiero. Merito ergo exaltandus. Merito laudãdus eſt qui in eccleſia quæ prius fuerat deſerta & odio habita poſuit apoſtolos. qui eam & conſolarentur alloquio & vt abluuio fœcundarent. Qui etiam poſuit.

TErram fructiferam in ſalſuginẽ, a malicia inhabitantium in ea. 34

Glo. Cardi. Terram inquit prius fructiferam ſecũdum bona opera quę faciebat. Poſuit in ſalſuginẽ id eſt in ſterilitatem. Caſſiodo. Terra enim fructifera tunc iudęa erat. quando ſuperna religione florebat, ſed facta eſt ſalſilago cum domini pręcepta contempſit humor enim ſalſus fructibꝰ probatur aduerſus, quia vbicunq; dominatꝰ fuerit gratia fæcunditatis intercipit. Caſſiodo. Sed quare hoc illis acciderit cauſam ſubdit cum dicit, a malicia inhabitantium in ea) in terra ſcilicet illa fructifera ſcribarum & phariſęorum dominantium ibi qui terram illam, id eſt tabernaculum domini doloſis mẽtibus habitabant.

ſalſigo

POſuit deſertum in ſtagna ✠ aquarum, & terram ſine ‡ aqua in exitus aquarum. 35 ✠ alia li. paludes. ‡ alia li. in nuam.

Gloſa. (Poſuit) inquit dominus ſcilicet qui humilibus dat gratiam(deſertũ) id eſt gentes(in ſtagna aquarum) Caſſiodorus. Quę a ſtando dicta ſunt vt aquę in eis maneant. Hiero. Prębens in eccleſia baptiſmum. Caſſiodo. Iſte enim verſus ad populum pertinet Chriſtianum quorum ſiccitati data eſt vnda ſalutaris ſacri baptiſmatis(& terram ſine aqua in exitus aquarũm). Glo. Idẽ repetit. Caſſ. Vel per terram ſine aqua ſignificat corda gentilium. quæ rigata vnda baptiſmatis ſancta prędicatione floruerunt. Hiero. Vel poſuit terrã ſine aqua in exitꝰ aquarum prędicatores in nationum ariditates cõſtituens.

terra ſine aqua.

ET collocauit illic eſurientes, & cõſtituerunt ✠ ciuitatem habitationis.

✠ Hebr. formabunt vrbem ad habitandum.

Gloſa. Et collocauit illic, id eſt in hac gratia. Hugo cardinal'. In exitus & in plenitudine aquarum doctrinę (eſurientes.) Idem. Gentes ſcilicet. Caſſiodorus. Quæ domini munera glorioſa nimis auiditate complexæ ſunt. Hieronymus. Vt bonis cœleſtibus reficerentur (& conſtituerunt ciuitatem habitationis.) Gloſa. Vbi interim habitent in ſpe, firmiter præceptis dei obediendo. Caſſiodorus. Ciuitas enim hęc, habitationis eſt eccleſia, in qua firmiter ſe conſtituunt, qui ſupernis iuſſionibus obediunt.

37 ✠ Hebr. tac. et fruges germina

ET ſeminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt ✠ fructũ natiuitatis.

Hieronymus. Ad apoſtolos iſta referuntur, qui fecerunt ſemen in corda credentium, de quibus fructum æternitatis accipiant. hoc eſt centeſimũ, ſexageſimum, & triceſimum (& ſeminauerunt inquit.) Hugo cardinalis. Bonis hominibus ſemine verbi dei agros. Idem. Id eſt mundum vel homines de mundo quibus prędicauerunt, & plantauerunt vineas, id eſt particulares eccleſias. Caſſiodorus. Gloſa. Vel ſeminant agros & plantant vineas, qui corpora ſua mundatis ſentinis peccatorũ cœleſti inſtitutione purificant, vt fructus bonorum operum ferant. Hugo cardinal'. Vel per agros mundanos homines, per vineas particulares intelligit eccleſias, de quibus ſubditur (& fecerunt fructum natiuitatis.) Glo. Naturalẽ ſcilicet non degenerem. Hugo cardinalis. Id eſt fructum quem debent facere fideles filij dei. Caſſiodo. Fructus enim a fruendo dicitur, & ideo qui fructum ſpiritualẽ faciunt, benedictione dei perfruuntur. vnde ſequitur.

Agri

38 ✠ Hec ſiguraſũt benedicet. etc.

ET benedixit ✠ eis & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum non minorauit.

Hugo cardinal'. Et benedixit inquit eis augendo gratiã, quæ eſt benedictio, id eſt bona datio. Idem. Gloſa. Sicut ecõtra maledixit ficulneæ, in qua fructum nõ reperit (& multiplicati ſunt nimis.) Glo. Hugo car. Numero & merito recepta benedictione gratiæ, quæ dat incrementum rebus. Caſſiodorus. Gloſa. Hic enim nimis pro valde accipit̃, vel quia multi ſunt vocati pauci vero electi (& iumenta eorum nõ minorauit) Caſſiodorus. Gloſa. Vbi per iumẽta ſimplices homines debemus accipere qui ſimplices ſunt ſed vtiles. Et ſi non adeo docti, ſed tamen fide pleni. Hugo cardinalis. Hos tamen nõ minorauit ſed augmentauit, quia plures de eis ad fidem conuerſi ſunt q̃ de ſapientibus, de plębibus q̃ de nobilibus.

in ſacris iumenta

39 ✠ Hebr. minuta ſũt et afflicta ꝑpter anguſtiam mali & doloris. Septia pars.

ET pauci ✠ facti ſunt, & vexati ſunt a tribulatione malorũ & dolore.

Gloſa. Hugo car. Septima pars, in qua loquitur de hæreticis, quibus quaſi ciuilib⁹ bellis quatitur eccleſia. Vnde cum ſuperius de fidelibus dixerit ꝙ multiplicati ſunt. Nunc de hęreticis dicit. Et pauci facti ſunt. Qui licet multi ſint numero pauci, tamen ſunt merito. Caſſiodorus. In his enim duobus verſibus illos deſcribit, qui hæretica prauitate decepti eccleſiã dei relinquit. Qui pauci facti ſunt quamuis multi ſibi videantur. Nam ad illam vniuerſalem eccleſiam cõparati, omnimodis probantur exigui. Hieronym⁹. Vel hoc dicit de expulſione Iudæorũ, qui pauci facti ſunt ex eo ꝙ non eſſent multiplicata in eis opera dei. (Et vexati ſunt a tribulatione malorum & dolore.) Caſſiodorus. Hugo cardinal'. Gloſa. Vexati vtiq; quãdo eos dyabolicæ inſidiæ percuſſerunt. Neceſſe eſt enim hos dolor & tribulatio ſubſequatur, qui authorem ſalutis reliquiſſe noſcuntur. Sequitur.

*alia li contẽpt⁹ ✠ Hebr. in ſolitudine de uia.

EFfuſa eſt contentio * ✠ ſuper principes, & errare fecit eos in inuio & non in via. ✠

Caſſiodorus. In quo breuiter hæreticorum ſacerdotes deſignati ſunt, ſuper quos contentio effuſa eſt, quia non ſalutari doctrina, ſed tantum mortifera loquacitate contendunt. Qui viam ſalutis deſerunt, & tortuoſis ſemitis immorantur. Hugo cardinalis. Effuſa eſt inquit quaſi per totum contentio ſuper principes, id eſt ſuper hæreſiarchas, quia eorum ſectæ ſunt contrariæ, licet omnes ſimul ſint contra fidem. Grego. lib. xxix. Mora. Iob. Super quos recte quoq; effuſa contẽtio dicitur, quia ſuis ſibi viciſſim allegationib⁹ contradicũt. dum aliud Arrius, aliud Sabellius, aliud Manicheus, aliud Iouinianus ſentiunt. Hieronym⁹. Auguſtin⁹. Gloſa. Alia autem litera, habet contentio ſiue contẽptus. Et eſt ſenſus. ꝙ hi qui dominum contempſerant, ipſi contemnerentur. Et fierent ſal infatuatum foras proiectum tanquã ab eccleſia reprobati (& errare fecit eos.) Hugo cardinalis. Id eſt reliquit eos ſibi non ducens eos neq; regens, & ideo errauerũt in inuio infidelitatis & non in via fidei. Lyra. Iuſto enim ſuo iudicio permiſit deus eos errare, deuiãdo a iudicio rationis rectæ. Auguſtinus. Gloſa. Supra namq; boni in via poſiti & ad ciuitatem directi ſunt. Iſti vero relicti, ſibi a deo in inuio ſeducti ſunt & nullo modo in via. Hieronym⁹. Deniq; deductis iſtis in inuio videamus, quid fecerit deus plębi ſuæ. Sequitur.

via & ſu nitus.

41 ✠ alia li. ſublevauit. ✠ Hebr. gregẽ familias.

ET adiuuit ✠ pauperẽ de inopia, & poſuit ſicut oues ✠ familias.

Caſſiodor⁹. Nunc enim ad humiles catholicos redit principes illorum ieiunos deſerẽs, & pauperes adiutorio cœleſti reficiens. (Et adiuuit inquit pauperem.) Hugo cardinalis. Id eſt fidelem eccleſiam, de inopia, id eſt propter hoc ꝙ ſe inopem reputat non de ſe præſumẽs, ſed totã ſpem in deo ponens. Caſſiodorus. Ille autem pauper eſt qui mundanis illecebris derelictis cõtinue ad cœleſtis miſericordiæ ianuam pulſat. Glo. Qui ſe mendicum & inopem reputat, qui nihil ſibi dat, ſed totum de miſericordia dei expectat. (Et poſuit ſicut oues familias.) Ibidem. Propter earum ſimplicitatem & innocentiam. Hieronymus. Vt audientes vocẽ veri paſtoris fidem ſequant̃. Hugo cardinalis. Poſuit ergo ſicut oues familias multiplicando fideles in ſimplicitate & innocentia. Gloſa. Hęc autem tãta myſteria diu latentia. Et ideo dulciter inuenta.

42 ✠ alia li. contrahet.

VIdebunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas opilabit ✠ os ſuum.

Auguſtinus. Gloſa. Ecce quo pſalmus tendat ad hoc,ſcilicet vt oſtendat ꝙ boni per miſericordiam dei exaltantur,& mali per ſuperbiam conterūtur. (Videbūt inquit recti.)Hugo cardinal'. Per fidem, & videntes lætabuntur, Hieronym⁹. Videbunt inquam recti,quorum ſunt iſti prædicatione conuerſi.(Et omnis iniquitas opilabit os ſuū.) Idem. Dyabolus ſcilicet ſiue Iudæi vel hæretici,qui in excelſum iniquitatem loqui præſumpſerant. Hugo cardinalis. Quorū iniquitas confuſa,& conuicta opilabit os ſuum. Ex quo ergo dominus ita adiuuat pauperem,id eſt eum qui non de ſe, ſed de miſericordia dei confidit.

43 QVis ſapiēs & cuſtodiet hęc, & intelliget miſericordias domini?

Gloſa. Ecce cōcluſio pſalmi, quaſi dicat. Et pauperem adiuuat dominus, ergo.(Quis ſapiēs & cuſtodiet hæc.)Caſſiodor⁹. Quaſi dicat, qui vere ſapiens eſt, cuſtodit iſta quę dicta ſunt, vt Chriſto ſe magis velit eſſe pauperem q̄ hęreticorum principem. Hugo cardinalis. Et vt non de ſe præſumat, ſed de miſericordia dei confidat. Gloſa. Vt ſit pauper, non diues, non ſuperbus, non inflatus. Hieronymus. Si enim ſapiēter confideres & ſpiritualiter intelligas, videbis in hoc pſalmo quarto, miſericordias petitas & clemēter indultas. Vnde ſequitur(& intelliget miſericordias domini.)Auguſtin⁹. Gloſa. Non merita ſua, non vires ſuas, non potentiā ſuā, in his gloriando, ſed miſericordias domini, qui de errore liberat, & de cōſuetudine praua, & de tędio, & de naufragio. qui deniq; cōſtituit eum in populo. non vbi ſuperbiæ reſiſtit, ſed vbi humilibus dat gratiam.

¶Pſalmus.cvij.

¶Titulus.

Canticū pſalmi ipſi Dauid.

Caſſiodor⁹. Hieronym⁹ Canticum ad diuinarū rerum contemplationē pertinet. Pſalmus vero ad opera quę diuinis noſcuntur conuenire mandatis. Dauid autē ſignificat Chriſtū qui in hoc pſalmo locuturus eſt. Auguſtin⁹. Gloſa. Ex poſtremis autem partibus duorum pſalmorum præcedentium. lvi. videlicet & lix. Pſalmus iſte componitur. In quorum primo agitur de fuga Dauid. In ſecūdo, de victoria & fortitudine eius. Hic vero agitur de Chriſti humilitate ſecundum carnem & eius altitudine ſecundum deum, vt ſic quæ in diuerſis dicta ſunt, in vnam veniant conueniētiam. Caſſiodorus. Gloſa. Et eſt iſte ſextus pſalmus, qui de duabus naturis in Chriſto loquitur, intentione nos monens, vt Chriſtum deum & hominem credamus. Et diuiditur in duas partes. In prima, gratias agit Chriſtus deo patri, quia ſuſcipiens paſſionem, ſurrexit in gloriam. In ſecunda, dicit quæ ſalus facta ſit omni terræ, ſuper quam eſt gloria domini, ibi vt liberētur. Chriſtus ergo ſecundū quod homo agens gratias patri, ait. O deus.

Pſalm. Dauid.

Lyra. Pſalm⁹ iſte eſt gratiarū actio de reſtitutione regni Iſrael in ſtatū bonum tempore Dauid victoria ſibi a deo cōceſſa de aduerſarijs. & potiſſime de Idumęis quos redegit ſub tributo. ij. Reg. viij. Et hunc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuam.

PAratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & pſallam in ✠ gloria mea. 1

1 2 paratū cor meū adiutum eſt. ✠ Hebr. etiam in gloria

Caſſiodo. Gratias enim agit Chriſtus, quia ſuſcipiēs paſſionem, ſurrexit in gloriam dicēs.(Paratū cor meum deus, paratū cor meum.) Hugo cardinalis. Ad patiendum, ſcilicet vel ad reſurgendum. Caſſiodor⁹. Hæc autem repetitio confidentiam promiſſionis oſtendit, quia firmiſſime cōſtat dici. quod repetita noſcitur profeſſione ſolidari. Lyra. Per cor vero, intelligitur anima, quæ eſt principium vitæ in corpore (cantabo inquit.) Hugo cardinalis. In illaritate cordis, & pſallam in ſanctitate operis. Caſſiodorus. Merito itaq; hęc ille dicebat, cui⁹ & ſermo & actus diuinis regulis cōſonabat. In gloria mea. Hugo cardinal'. Id eſt pro gloria reſurrectionis meæ. Vel pro gloria victorię & triumphi habiti de dyabolo. Hieronymus. Vel vt legitur in perſona iuſti, in gloria mea dicit nō in tua. Nam hoc domine quod tibi pſallo, quod tibi canto, non tibi gratiam facio, ſed mihi, quod enim facio, pro me facio. Quod ergo tibi ſeruio, gloria mea eſt. Nam ſi vel ieiunamus vel in ſacco iacemus, pro peccatis noſtris facim⁹. Et hoc tantū domino preſtam⁹, vt ſaluem⁹ animas noſtra, ipſe enim tanquā bonus medicus, hoc deſiderat & gaudet de ſanatione mea, & ego de vtilitate mea.

Cui⁹ bona que facim⁹ ſunt

EXurge pſalterium & cythara, exurgam diluculo. 2

Gloſa. Exurge inquit pſalteriū & cythara, hoc dicit pater ad filium, vel filius ad corpus ſibi vnitū, quaſi dicat. Cantabo & pſallam, vt autem hoc fiat. (Exurge.) Idem. Caſſiodor⁹. Tu qui es pſalterium propter morum & virtutum probitatē & concordiam, cythara vero propter carnis mortificationē ſeu afflictionem corporis & dolorem. Hugo cardinalis. Cui reſpondet filius ad modum cuiuſdam dyalogi(exurgam diluculo.) Idem. Glo. Id eſt mane dominicæ diei, & hoc loco habetur ꝙ Chriſtus diluculo ſurrexit. Caſſiodorus. Vel & hoc de membris Chriſti & quodlibet fideli poteſt intelligi qui diluculo ſemper exurgit pijs operibus in eccleſia dominum laudaturus. Nam licet profunda nocte vigilet, neſcit tenebras pati, qui tāto radiatur ſplēdore pręconij. Hieronym⁹. Quid ergo iaces o monache, qui pſalterium & cythara factus es, vt pſallas deo? Si pſalterium es, ſi cythara es, quare ſurdus es, quare non glorificas deum, quare non pſallis domino? Aduerte tamen ꝙ ſicut in pſalterio vna chorda rupta fuerit, exterminatur pſalterium, ſic & in actib⁹ noſtris, ſi vnum præceptū prætergreſſi fuerimus, pſalterium noſtrum rumpitur. Hugo cardinal'. Deinde dicit Chriſtus, O pater, poſtquā a mortuis reſurrexero.

bonū cōſurgit ex integro malū vero ex defectu.

COnfitebor tibi in populis domine, & pſallam tibi in nationibus. 3

(Confitebor inquit tibi in populis domine.) Lyra. Confeſſione laudis. Caſſiodorus. Confiteri autem ſe dicit in populo Iudæorū. Vbi propria voce locutus eſt. Pſallere autem in gentibus, ad quas

directi apoſtoli domini præcepta impleuerunt ſe dicens reuera pſallere quod per miniſtros ſuos cognoſcitur effeciſſe. Hier. Primo ergo laudat deum in populis.i.in iudęis.qui primi crediderunt & deinde in nationibus, id eſt in gentibus quę poſtea crediderũt. P. Cantor Pari. Contra Iudæum literatorem qui in Iudæa deum cõcludit. Gloſa. Hugo cardinalis. Merito ergo confitebor & pſallam.

4 ✠ alias li. vſq; ad ethera.

QVia magna ſuper cœlos miſericordia tua, & vſq; ad nubes ✠ veritas tua.

Caſſiodorus. Gloſa. Magna quidem eſt miſericordia eius ſuper cœlos, quando ſupernæ poteſtates eius beneficijs perfruũtur. Nam licet angelorum ſumma ſit dignitas, ipſo tamẽ præſtãte beati ſunt. Lyra. Quod enim aliquib⁹ angelis de cœlo cadentibus, alij remanentes fuerunt confirmati, proceſſit ex miſericordia dei. Hieronymus. Non enim eſt creatura quæ non indigeat dei miſericordia, etiam Michael, Gabriel, cherubin, ſeraphin, poteſtates, dominationes. Sunt quidem ſanctæ, ſed indigent miſericordia creatoris ſui. Non detraho angelis, ſed creatorem prædico. Siquidem & ipſi angeli, libenter audiunt eorum creatorem prędicari. vel hoc dicit, quia miſericordia dei, de terra leuat ad cœlos. Hugo cardinal'. Vel quia, tu pater dei miſericordia tua exaltaſti humanitatem meam ſuper cœlos. (Et vſq; ad nubes veritas tua.) Idem. Id eſt vſq; ad apoſtolos eſt veritas, id eſt impletio ꝓmiſſionis tuæ. vel veritas quam per ſpiritum tuum docuiſti eos. Deinde ſequitur vox eccleſię, quaſi prę̄miſſa audiẽtis, & applaudẽdo dicentis ad Chriſtũ.

5

EXaltare ſuper cœlos deus, & ſuper omnem terram gloria tua, vt liberentur dilecti tui.

Caſſiodorus. Gloſa. Cuius enim miſericordiã habent cœli iure ſuper cœlos debet exaltari, ideo dicit. (Exaltare ſuper cœlos deus.) Hugo cardinalis. Id eſt o Chriſte, manifeſta tu ꝗ ſis exaltatus ſuper cœlos. (Et ſuper omnem terram gloria tua.) Caſſiodor⁹. Gloſa. Quia veritas tua eſt vſq; ad nubes, merito gloria tua ſuper omnem terram exaltanda eſt. Hugo cardinalis. Idem reſurrectio & aſcenſio & ſeſſio tua ad dexteram patris, quæ ad tuam gloriam pertinent per apoſtolos prędicanda. (Vt liberentur dilecti tui.) Gloſa. Hugo cardinalis. Secunda pars, in qua oſtẽdit quæ ſalus facta ſit omni terræ, in qua etiam humilitas humanitatis Chriſti & potentia maieſtatis oſtenditur, quaſi dicat. Exaltare, vt liberẽtur dilecti tui de manu dyaboli, qui eos tenebat quoſdam in peccato, quoſdam in limbo. Hieronymus. O mira intelligẽtia, propterea enim crucifigitur dominus & exaltatur vt liberentur dilecti eius, factum itaque eſt quod petiuimus. Nam ille exaltatus eſt, & nos liberati ſumus. Sequitur.

ij. pars.

vi

SAluum fac dextera tua & exaudi me, deus locutus eſt in ſancto ſuo.

(Saluum fac inquit dextera tua & exaudi me.) Gloſa. Vox eſt Chriſti pro membris. Caſſiodorus. Saluum ſe fieri deprecatur in paſſione, vt credentium turba liberaretur. Gloſa. Quaſi dicat. Salua eos qui mecum vnum ſunt. Et exaudi me orãtem pro eis. Hugo cardinal'. Per dexteram autem verbum carni vnitum intelligit, quod eſt dextera patris per quam operatur. Hugo cardinalis. Deinde quaſi aſſecurans eccleſiam, conuertit ad eam ſermonem, quaſi dicat. Deus pater, hoc quod peto faciet, quia promiſit, & hoc eſt quod ſequitur. Deus pater ſcilicet locutus eſt, id eſt promiſit, non ſolum in prophetis, ſed etiam in ſancto ſuo, id eſt in filio ſuo. Caſſiodorus. Gloſa. Non autem ait per ſanctum ſuum, ſicut dicitur fuiſſe locut⁹ per prophetas, per apoſtolos, alioſq; qui domino placuerunt, ſed ait in ſancto ſuo, vt verbum caro factum vna voluntate cum patre loqueretur, in homine enim Chriſto eſt per gratiam vnionis, in illis vero per gratiam adoptionis. Vel ꝓpheta dicit hoc de Chriſto, quaſi dicat. Ita orat Chriſtus, & quod orauit fiet, quia deus locutus eſt in ſancto ſuo. Hieronymus. Siue hoc in templo, ſiue in vno quoq; ſanctorum, ſiue in propheta deus locutus eſt, ſiue etiã in filio ſuo. Sed quid locutus eſt deus. Hæc quæ ſequuntur.

Dei dextra.

EXultabo & diuidã ✠ Sicchimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. 7

✠ Hebr. diuidam Sichem et vallẽ Soccoth. Alia lra. letabor vel exaltabor.

Gloſa. Et loquitur hic Chriſtus dicens. Exultabo vel exaltabor ſecundum aliam literam quod ſatis conuenit, quia de exaltatione eſt lætitia. (Et diuidam Sicchimam.) Caſſiodorus. Hieronymus. Sicchima, in noſtra lingua interpretatur humeri, humeri autem, ſignificãt opera, ſenſus ergo talis eſt. Propterea crucifigor, vt opera mea diuidã ſanctis meis. Caſſiodor⁹. Vel ideo poſt reſurrectionẽ ſuam lætaturum ſe dicit, quoniam opera, id eſt gratiam ſuam apoſtolis & fidelibus diuiſit. Hugo cardinalis. Vel exaltatus in reſurrectione & aſcenſione, diuidam Sicchimam, id eſt Iudæos vel ſynagogam ſub iugo legis laborantem, prout & fecit dum quidam crediderunt, quidã in infidelitate manſerũt. (Et conuallem tabernaculorum dimetiar.) Idem. Id eſt gentilitatem quæ dicitur vallis propter abiectionem & vilitatem, & quia elementis ſeruiebat quam Chriſtus dimenſus eſt, dum ſingulis diuiſit gratiam ſuam. Caſſiodorus. Vel per conuallem tabernaculorũ, ſignificat humilitatem eccleſiarum, quam metitus eſt dominus quando vnicuiq; fidelium prout voluit dona diſtribuit. Sequitur.

MEus eſt Galaad & meus eſt Manaſſes, & Effraim ſuſceptio ✠ capitis mei. 8

✠ Hebr. hereditas.

Hieronymus. Caſſiodorus. Galaad, interpretatur tranſmigratio, quę reuera domini eſt, quando gentes ipſius vocatione compunctæ ad eum fœliciter emigrarunt, vnde gaudet ipſe dominus, dicens. (Meus eſt Galaad.) Hugo cardinalis. Vel mei ſunt martyres. Galaad enim interpretatur aceruus teſtimonij, hi itaque ſunt martyres: nam martyr grece, teſtis dicitur latine, ipſi vero paſſionibus ſuis Chriſto teſtimonium reddiderunt. & meus eſt Manaſſes. Hieronymus. Caſſiodorus. Manaſſes, interpretatur obliuio, quo verbo ſignificatur populus Iudæorum, qui oblitus beneficia diuina, Chriſtum crucifixit, qui tamen eius miſeratione poſtea

ad ipſius religionem,culturamq; remeauit, & ſic vtrunq; populum,nominum iſtorum,commemoratione ſuum eſſe teſtatur. (Et Ephraim ſuſceptio capitis mei.)Hieronymus.Caſſiodorus.Hugo cardinalis.Ephrem,fructificatio dicitur,& ſignificat ſpineam coronam, quam ſupra caput impoſitam in ſua paſſiōe ſuſcepit.Hęc enim fertilis vltra omnes fructus fuit,ita vt totum mundum illa humilitate lucraretur.Vnde ſuſceptionem capitis hic pro corona poſuit. Sequitur.

9 ✠ Hebr. peluis meæ.

IVda rex meus, Moab lebes ſpei ✠ meæ.

Hieronymus. Iudas,confeſſio interpretatur,videte ergo in quanta gloria eſt qui agit pœnitētiam, vt rex dicatur. Caſſiodorus.Vel Iudam regem iuſte ſuum dicit, quia de eius origine carnis propagatione deſcendit.(Moab lebes ſpei meæ.)Hieronymus.Caſſiodorus.Moab,interpretatur ex patre quod eſt ſine patre,ab,enim dicitur pater. Mo,ex moab itaq; dyabolus eſt qui malis operibus ſuis non habet deum patrem, ſed iuſtum iudicem qui eſt,& lebes,id eſt olla ſpei domini in qua qui non recte ambulāt interdum mittuntur,vt tandem per tribulationes decocti & cruciati conuertantur ad dominum,& fiat in eis ex corde lapideo cor carneum.

Moab interpretatio.

10 ſup Idumeā pīciam calciamētū meū cū Philiſtium federabo.

IN Idumæam ✠ extendam calciamentum meum, mihi alienigenæ amici facti ſunt.

Hieronymus.Caſſiodorus. Idumęa interpretatur terrena & ſanguinea, miſericors autem deus non ſolū cœleſtia vult poſſidere,ſed etiam terrena. Hugo cardinalis.Vnde cum dicit in Idumęam gentilitatē ſignificat,quę erat terrena propter terrenorum amorē, & ſanguinea,per crudelitatē ad quam extendit deus calciamentum ſuum,cum fecit gentibus prædicari humanitatem & incarnationem ſuam.Caſſiodorus. Calciamentum enim euangelium ſignificat, vt in.lix. pſalmo iam dictum eſt, ꝙ dominus vſq; ad homines terrenos extendens lege ſua mundum vniuerſali prædicatione compleuit,addidit autem.(Mihi alienigenæ amici facti ſunt.)Hugo cardinalis.Id eſt mihi per fidem & amorem adhæſerunt gentiles. Hieronymꝰ.Quod de nobis dicit qui ex gentibus credidimus.Caſſiodorus.Nam per alienigenas,chriſtianū populum intelligit, qui de diuerſis gentibus ipſius miſeratione collectus eſt.Sequitur.

Calciamenti nomine.

Alienigena.

11 QVis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idumæam?

Caſſiodorꝰ.In quo a parte humanitatis aptiſſima interrogatio præmittitur,vt conſequens reſponſio ſubſequatur, negat enim ſe hominum ſolatio perduci poſſe, vbi ipſe ad liberandos fideles ſuos deſiderat peruenire.(Quis deducet me inquit in ciuitatem munitam?)Hieronymus. Id eſt in infernum,quaſi dicat.Nemo domine niſi tu.Caſſiodorus. Ciuitas enim munita,ſignificat infernū quē nulla vis humana potuit aperire,niſi qui portas eius cognoſcitur infregiſſe.Vrbs quidem iſta ad ſuſcipiendum patens eſt,ad dimittendum vero clauſa eſt & munita. (Et quis deducet me vſq; in Idumæam?) Hieronymus.Idumæa,interpretatur ſanguinea ſeu locus occiſionis,ſignificās locum pœnarum vbi interficiuntur animæ peccatorū.Gloſa.Caſſiodorus.Vel per Idumæam gentes ſignificat,quibus poſt reſurrectionem dominus innotuit.Hæc autem a ſola deitate poterant fieri,Vnde ſubdit.

Ciuitas munita.

Idumea quid ſignificat.

NOnne tu deus qui repuliſti nos? & non exibis deus in virtutibus noſtris? 12

Hieronymꝰ.Hæc,interrogatiue legēda ſunt,quaſi dicat. Nonne tu deus exibis in virtutibus noſtris qui paſſus eſt pro nobis?Quare ergo nō adiuuas nos,ſed pateris nos conculcari a dyabolo crudeliſſimo? Caſſiodorus. Quis enim clauſtrum mortis infringeret,quis ianuas munitę ciuitatis aperiret niſi ipſe Chriſtus: quod autem dicit,qui repuliſti nos?Caput cum membris loquitur,quaſi dicat repuliſti,id eſt diſtuliſti.Conſtat enim eum eſſe dilatum,cum in hac vita moraretur. Omnium etiam fidelium hodie gloria ſuſpenditur,donec ad reſurrectionis præmia veniatur,cum vero dicit,& non exibit deus in virtutibus noſtris.Tempus illud ſignificat quando traditus & tentus eſt a turba Iudæorum.Cum enim tenetur ab eis. Cum ſputa & flagella ſuſtinuit,tunc ſi voluiſſet,diuinitas illa repuliſſet.Sed diſtulit miraculum oſtendere,vt ordinem proficuæ paſſionis impleret. Hieronymus. Vel hoc vult dicere ꝙ quando laboramus,tunc adiuuat nos deus. Non enim eſt volētis neq; currentis,ſed dei miſerantis, & ideo ſubdit.

DA nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis. xiii

Hieronymus.Caſſiodorꝰ.Humanitas enim Chriſti,hic cum membris ſuis clamat ad dominū,quatenus tandem tempeſtas huius ſeculi conquieſcat, non tamē dixit, da nobis auxilium de delitijs,ſed de tribulatione.Vis ergo exaudiri a domino,ſta in tribulatione,clama,& exaudieris.Ne tamen in poteſtatibꝰ huius ſæculi,ſpes vlla remaneret,adiecit. (Quia vana ſalus hominis.)Hieronymus.Maledictus enim homo qui ſpem ſuā ponit in homine, cum non ſit ſpes niſi in deo. & intellige, non ꝙ vana ſit ſalus hominis,ſed quia vana eſt ſalus eius qui ſperat in homine. Caſſiodorus. Quia reuera, infirma talis eſt & caduca præſumptio.Et ideo.

IN deo faciemus ✠ virtutem, ipſe ad nihilum deducet ✠ inimicos noſtros. xiiii

✠ alia li. in deo erimꝰ fortes.

✠ Hebr. conculcabit.

Hieronymus. In deo inquit faciemus virtutem, ipſe enim erit virtus noſtra,ipſe panis noſter,ipſe erit & rector noſter,& ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros,quia ipſe nos coronat,ipſe pugnat nobiſcū.Magis autem ipſe vincet in nobis.Quando enim fortes fuerimus, ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.Non ſolum dicit pugnabit aut occidet,ſed ad nihilum deducet.Hugo cardinalis. Vel ad nihilū deducet inimicos noſtros condemnans eos in futuro iudicio.

Pſalmus.cviij.

Lyra. Ad literam exponit hunc pſalmum de paſſione Chriſti, & de perfidia Iudę & Iudęorum.

Titulus.

In finem pſalmus Dauid.

Caſſiodorus. Iſte pſalmus referendus eſt ad Chriſtum, quoniā omnes ſermones eius tendunt ad eum. Ipſe enim in hoc pſalmo, locuturus eſt iniquitatē Iudæ, vel populi iudaici, paſſionis ſuæ ſacramenta prædicens. Auguſtin⁹. Gloſa. Prophetia enim de Chriſto hic eſſe oſtēditur in actis apoſtolorum, vbi de Iuda prophetatum hoc eſſe dicitur. Et epiſcopatum eius accipiet alter, de quo ſolo nō omnia quæ hic dicuntur poſſunt accipi, ſed de toto genere inimicorum Chriſti, ingratorumq; iudęorum, vt enim Petrus typum gerit eccleſię, ita & Iudas inimicorum Chriſti perſonam portat. Et eſt iſte quintus pſalmus eorū, qui latius de paſſione Chriſti agunt. Intentione monens Iudæ malitiam declinare & Chriſti humilitatem imitari. Et diuiditur in tres partes. In prima, incipiēs ab oratione, increpat Iudæos qui reddunt mala pro bonis. In ſecunda, eſt execratio Iudæ. Et prophetat quæ mali recipient pro iniquitate ſua, ibi. Conſtitue ſuper eum. In tertia, petit vt ipſe conſequatur gloriam reſurrectionis & inimici diploidem confuſionis, ibi. Et tu domine, domine fac. Chriſtus ergo ſecundum ꝙ homo orans ad patrem, ait. O.

Pſalmi. Diuiſio.

1 ✠ Hebr. laudabilis mihi ne taceas.

Deus laudem ✠ meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt.

(O deus inquit.) Glo. Qui ſolus verax es ex te, laudē meam ne tacueris. Caſſiodorus. Laudem inquam reſurrectionis meæ ne taceas, id eſt ne taceri facias. Hugo cardinal'. Gloſa. Et opus eſt, vt laus reſurrectionis meæ non taceatur, quia mali Iudęi non tacent vituperiū. vnde ſequitur. (Quia os peccatoris.) Hugo cardinalis. Id eſt aperti & manifeſti detractoris dicentis, in Belzebuth principe demoniorū eijcit demonia. Et os doloſi, id eſt occulti detractoris & adulatoris dicētis. Magiſter, ſcimus quia verax es, & legem dei in veritate doces, ſuper me apertum eſt me deridendo. Caſſiodorus. Et licet hic in ſingulari numero loquatur, tamen intellectu plurimi eſſe noſcuntur. Hugo cardinal'. De his autem duobus, licet peruerſo ordine iterum replicat. Gloſa. Et oſtendit quomodo dolus eorum erupit in vocem, dicens.

Peccatoris os. Doloſus

2 ✠ Hebr. mēdacij. ‡ Hebr. fruſtra.

Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, ✠ & ſermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis.‡

(Locuti ſunt inquit aduerſum me lingua doloſa.) Lyra. Iudæi ſcilicet & Iudas ſimul tractando de traditione mea, vel de Iudæis ſingulariter, qui verbis doloſis quærebāt eum capere in ſermone. Auguſtinus. Tunc vtiq; quando eum tanquam magiſtrum bonum captioſa adulatione laudabant. Caſſiodorus. Vel quando ſanctam domini ſimplicitatem verbis captioſiſſimis appetebant dicentes, licet tributum dari Cæſari? Hæc enim verba ſubdola cogitatione proferebant. (Et ſermonibus odij circundederunt me.) Idem. Auguſtinus. Quando iniqua conſpiratione Pilato dixerunt, crucifige, crucifige. Quod autem dicit, circundederunt inſanam ſignificat multitudinem. Hieronymus. Quæ circundedit non vt crederet, ſed vt expugnaret. Vnde ſequitur. Et expugnauerunt me gratis. Caſſiodorus. Quando autem præſidem innocētis ſanguinem falſis accuſationibus petebant. Gratis vero dicit, quia factum eorum, nullum illis potuit afferre compendium, ſed magis deteſtabile pullulauit interitum. Hieronymus. Quando enim quis aliquē perſequitur & nihil proficit & non implet deſiderium ſuum gratis perſequitur. Auguſtinus. Gloſa. Vel gratis dicit, id eſt ſine cauſa. Sicut enim pijs per ſe placet æquitas, ſic impijs per ſe placet iniquitas. Sequitur.

Gratis perſequi

3 Hebraí. pro eo q eos diligebā detrahebāt mihi.

Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.

Hieronymus. Pro eo inquit vt me diligerent, id eſt pro beneficijs quæ in eis contuleram, ipſi contumelias mihi faciebant, & retribuebant mihi mala pro bonis. Gloſa. Et pro eo quod debebant me diligere, detrahebant mihi negantes me eſſe filium dei, & dicētes ꝙ in Belzebuth eijcio demonia. Hugo cardinal'. Vel dicentes, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt, Et iterum, nō eſt hic homo a deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Lyra. Et illud, ecce homo verax & potator vini publicanorum, & peccatorum amicus. Auguſtinus. Caſſiodorus. Sex autē ſunt in hoc genere differentiæ. Primum, reddere bona pro malis. Secundum, non reddere mala pro malis. Tertium, reddere bona pro bonis. Quartū, reddere mala pro malis. Quintum, non reddere bona pro bonis. Sextū, reddere mala pro bonis. Duo prima bonorū ſunt, ſed primum melius. Duo poſtrema malorum & vltimum deterius. Duo media mediocria ſunt, ſed prius propinquum bonis. Poſterius, propinquum malis. Caſſiodorus. Iudęi ergo peſſimum vitiorum gradum elegerunt, vt cum diligere debuiſſent, ad odia iniqua proſilirēt, Chriſtus vero, ſummum illis bonum perfecta pietate reſtituit, dum pro eis in cruce poſit⁹ orauit, vnde ſequitur. (Ego autem orabam.) Hieronymus. Vt eos vincerem abſit, ſed orabam, dicens, pater ignoſce, quod enim faciunt, neſciunt.

Sex differentie. reddere, bonū pro malo.

Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. 4

Hiero. Et poſuerūt inquit aduerſum me mala pro bonis. Ego enim in cruce poſitus orabam pro crucifigētibus me, & illi dicebāt, vath qui deſtruis templum, & in tribus diebus illud reædificas, ſalua temetipſum, qui diligit te pater, veniat nunc & liberet te. Lyra. Vel pro bonis quæ feci inter eos, docēdo ſcilicet & ſanitates conferēdo, & odium pro dilectione mea. Glo. In quo oſtēditur magn⁹ reatus eorū: nam totum crimen perſequentiū eſt odium.

Quanta dei miſa.

Hieronymus. Conſidera igitur o chriſtiane. Conſidera o monache, ſi dominus perſecutorem ſuum & proditorem ſuum oſculo ſuſcepit, & pro crucifigentibus eum orauit. Nos pro fratribus noſtris, quid facere debeamus?

5 ✠ Hebr. Satan.

CONſtitue ſuper eum peccatorem, & dyabolus ✠ ſtet a dextris eius.

ij. pars.

Glo. Hugo car. Secunda pars, in qua eſt execratio Iudæ, & prophetia de malis, quæ mali pro impietate recipiẽt, quaſi dicat. Quia peccator & doloſus aperuit os ſuũ ſuper me, ideo conſtitue ſuper eum, qui Chriſto noluit eſſe ſubdit⁹ peccatorem, id eſt dyabolũ.

Peccatoris noie.

Caſſiodorus. Propheta enim certiſſimus futurorum, prædixit ſupra Iudam proditorẽ conſtituendum eſſe dyabolũ, qui merito peccator dicitur, quoniam ab ipſo delictum traditionis ſumpſit initium. Hugo cardi. Vnde & de Iuda dicitur, introiuit in eum Sathanas. Caſſiodorus. Et ne forſitam dubitaretur de quo diceretur adiectum eſt. Et dyabolus ſtet a dextris eius. Auguſtin⁹. Gloſa.

Quid dextrum

Quia opera dyaboli, præpoſuit operibus dei. Hoc enim cuiq; non immerito dextrum dicitur quod præponit, ſicut ſiniſtræ dextra præponitur, dyabolus ergo ſtetit a dextris eius, quãdo præpoſuit auaritiã ſuæ ſaluti, vt eum traderet a quo debuit poſſideri, ne a dyabolo poſſideretur.

6 ✠ Hebr. cum fuerit iudicat⁹ exeat condẽnatus.

CVm iudicatur ✠ exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum.

(Cum iudicatur inquit exeat condemnatus.) Auguſtinus. Gloſa. Id eſt quia noluit eſſe talis cui diceretur, intra in gaudium domini tui, ſed talis de quo dicatur, proijcite eum in tenebras exteriores. Hieronym⁹. Non autem dicit veniat in iudicium, ſed exeat condemnatus, vbi enim iudicium, ibi dubitatio, vbi vero condemnatio, manifeſta eſt ſententia. Gloſa. Et ne putaretur ab imminente damnatione liberari ſub oratione quam inter apoſtolos didiſcerat inquit, & oratio eius fiat in peccatũ. Hieronymus. Oportebat enim orationem eius fieri in pœnitentiam, & verſa eſt in peccatum. Sed quomodo verſa eſt in peccatum eius pœnitentia, quia iuit & ſuſpendio periit, & qui proditor domini factus fuerat, hic & interemptor ſui extitit. Pro clementia domini hoc dico, quia magis ex hoc offendit deum, quia ſe ſuſpendit q̃ q́ dominum prodidit. P. Cantor. Pari. Et propterea facta eſt oratio eius in peccatum, non q́ oratio ſit peccatum, ſed quia abſorbetur a peccato. Sequitur.

7

FIant dies eius pauci, & epiſcopatũ eius accipiat alter.

Lyra. Hugo cardinalis. Fiant inquit dies eius pauci quod ad literam verum fuit, quia cito poſtquam dominum tradidit, laqueo ſe ſuſpendit. Hieronymus. Et nunc dies eius pauci facti ſunt, quia receptus eſt in dimidio dierum ſuorũ, noctes vero creuerunt, quia ſol ab ipſo receſſit & tenebræ ei multiplicatæ ſunt, & epiſcopatum. Lyra. Hugo cardinalis. Id eſt apoſtolatũ eius accipiat alter. Gloſa. Ne ſacratus numerus duodenarius ſit diminutus. Lyra. Hugo cardinalis. Quod in actis apoſtolorum impletum fuit in electione Mathiæ. Hugo cardinalis. Vel hoc dicit, quia tranſiuit ſacerdotiũ a Iudæis in gentes quæ nunc habent ſacerdotiũ & epiſcopatum. Caſſiodorus. Gloſa. Et eſt iſte primus locus in veteri teſtamẽto, vbi nomen epiſcopatus inuenitur; eſt autem epiſcopatus ſummus in eccleſia gradus, qui latine ſuperinſpector dicit.

FIant filij eius orphani, & vxor ei⁹ vidua. 8

Caſſiodorus. Quamuis alibi non legatur Iudam vxorem habuiſſe vel filios, tamen ex iſta prophetia eum maritum patremq; fuiſſe datur intelligi, vel ad ſpiritualem ſenſum. Filij poſſunt intelligi qui eum in illa traditione ſecuti ſunt, vxor vero voluntas quæ nobis tanquã coniunx ſemper adiuncta eſt, cuius filij ſunt opera noſtra. Hieronymus. Vel filij Iudæ, ſunt Iudæi ſic dicti, non ab illo Iuda ſancto, ſed ab iſto Iuda proditore. Synagoga vero vxor Iudæ, quæ a viro Chriſto repudiata Iudę traditori relicta eſt.

NVtantes ✠ transferãtur filij eius & mendicent, eijciantur ‡ de habitationibus ſuis. 9 ✠ Hebr. inſtabiles vagẽtur filij. ‡ Hebr. quærentur in parietinis ſuis.

Auguſtin⁹. Gloſa. (Nutantes inquit, id eſt incerti quo eant transferãtur.) Hugo cardinalis. De loco ad locum filij eius. Lyra. Id eſt Iudaicus populus. Hieronymus. Ex eo namq; tempore quo domin⁹ crucifixus eſt, ſemper mouentur Iudæi, nec ſtant in ſuo loco, ſed in toto orbe diuiſi ſunt. (Et mendicent.) Idem. Hoc dicit de mendicitate ſpiritualiũ diuitiarum, non enim habent prophetas, non habent legem, non habẽt ſacerdotium, ſed vere mendici facti ſunt. Caſſiodorus. Propter indigentiam bonarum rerum, qui etiam eijciuntur de habitationibus ſuis, quando de cõgregatione dominici populi redduntur alieni. Gloſa. Omni pręſidio deſtituti. Hugo cardinal'. Vel hoc etiam ad literam intelligitur de poſſeſſionibus immobilib⁹ cum nullas poſſideant. Lyra. Vel hoc dicit, quia de tota Iudæa fuerunt eiecti.

SCrutetur fœnerator ✠ omnẽ ſubſtantiam eius, & diripiãt alieni labores eius. 10 ✠ Alia lr̃a exactor.

Caſ. Hoc nunc optatur Iudæ, vt datus in poteſtatẽ dyaboli, bonis omnibus denudet̃, ſcrutetur inquit fœnerator. Idem. Id eſt dyabolus omnẽ ſubſtantiam eius. Dyabolus enim quãdo peccata hominibus multa cõgregauerit, ſi in eis obſtinata voluntate perſtiterint, accipit poteſtatem, vt obnoxij ſui ſubſtantiã diripiat, & pro libito ſuo de humana ſibi laceratione ſatiſfaciat. Augu. Vel fœnerator iſte dominus eſt qui bona comodat, quaſi dicat. Scrutetur fœnerator omnẽ ſubſtãtiã eius, id eſt omnẽ vitã eius, vt ei nulla debita, id eſt nulla peccata donẽtur. Lyra. Vel fœnerator iſte fuit Titus qui præcepit omnẽ ſubſtantiã Iudæorũ diligẽter inquiri & auferri. Augu. Sed ſi ad literã hoc de Iuda intelligatur, quomodo habuit ſubſtantiã, qui cum apoſtolis dominum ſequebatur. Sic itaq;: nam omnia quæ habuit, ita vxori & filijs dimiſit, vt adhuc cor in illis habuerit, nec vinculum cupiditatis obrupe rit, & putabat dominum falli quando ea quæ mittebantur de loculis auferebat. (Et diripiant alieni labores eius.) Aug. Dyabolus, ſcilicet & angeli eius quia nõ theſaurizãt in cœlo q nõ habẽt Chriſtũ.

Non modo dominus verum & fortunæ bonis dominatur dyabol⁹ peccãtiũ

Alieni. Caſſiodorus. Alieni namq; ſunt ſpiritus immundi quibus diabolus tanquã mancipijs imperat ad nocendum. Et bene dicti ſunt alieni qui a regno domini probantur extranei. Iſti enim labores diripiunt mandata domini tranſgrediẽtium dũ eos omnibus bonis priuarint percepta licentia. Hierony. Vel alieni fuerunt romani, qui iudęos vaſtauerunt, & omnes eorum diuitias diripuerunt.

11 NOn ſit illi adiutor, nec ſi qui miſereatur pupillis eius.

Auguſtin⁹. Non ſit inquit illi adiutor ad tuẽdam ſcilicet eius poſteritatem. Caſſiodorus. Gloſa. Boni namq; tentãtur ſed habent deum adiutorẽ, ideo hic dicit, non ſit illi adiutor. Hiero. Illo enim tempore quo fuit popul⁹ iudæorum in captiuitate babilonica, habuit adiutores Ezechiel & Daniel prophetas. Et licet tunc colerent ydola tamen miſerabatur illis deus. Nunc autem quadringenti anni ſunt a Chriſti occiſione. Et licet non colant ydola tamen dereliquit eos dominus, nec eſt eis adiutor quia Chriſtum occiderunt. (Nec ſit qui miſereatur pupullis eius). Lyra. Vnde milites romani ſine miſericordia eos partim occidebant partim captiuabant multipliciter affligentes. Caſſiodo. Dicũtur autem pupilli quaſi puſilli ad ſe regendum paruitate ętatis infirmi. vnde & pupilla oculi dicitur quaſi parua. Augu. Glo. Sed quia poſſent ſine adiutore & tutore filij licet in erumnis creſcere & genus propagatione ſeruare, ideo addit.

12 FIant nati ✠ eius in interitum, in generatione vna ‡ deleatur nomẽ eius,

✠ alia ll. nomẽ eius interitus ‡ alia ll. altera.

Auguſti. Gloſa. Fiant inquit nati eius in interitũ vt quod de eo generatum eſt iam non generet & cito tranſeat, ita ꝙ (in generatione vna). Lyra. Id eſt intra temp⁹ vnius generationis prout & factũ eſt, nam in quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem Chriſti debellauerunt eos romani. (Deleatur nomen eius.) Hiero. O prophetia, o ſacramentum prophetię. Poſt paſſionem nãq; domini quadraginta & duo anni trãſierunt & populus iudæorum deletus eſt. Et hieroſolima deſtructa. Videte ergo quomodo in generatione vna deletũ eſt nomen eius. Sed & in hoc clementia oſtẽditur domini qui poſt crucifixionem. xlij. annos dedit eis ad pœnitentiam. Poſtea vero nemo remanſit ex eis in illa regione. Lyra. Sed diſperſi ſunt per diuerſas partes orbis ſubiecti gentibus alijs, ita ꝙ nõ faciunt per ſe populum habentem aliquam terram ſeu dominium.

xiii IN memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu domini, & peccatum matris eius non deleatur.

Car. In memoriam redeat ad hoc ſcilicet vt puniatur iniquitas patrum eius, iudæ ſcilicet vel populi iudæorum. Hierony. Peccauerunt enim iudæi in deſerto, ſed deus illis dimiſit. Nũc vero quãdo dominum crucifixerunt, reputat illis quod tunc peccauerunt. Auguſti. Glo. Vel peccata patrum eis reddũtur, qui a malis eorum non dicedunt, ſed non eis qui in Chriſto mutati ſunt qui iam non ſunt filij iniquorum. Lyra. Vel tũc iniquitas patrum ei⁹ fuit ad memoriam reducta quãdo in vindictam mortis Chriſti captiuitas fuit ſuper populum inducta. (Et peccatum matris eius non deleatur.) Caſſiodo. Peccatum matris eſt ſynagogæ propter ruitas vt & prophetas occideret, nec ab ipſis dęmonum ſacrificijs abſtineret, quę in ea parte eius mater dicitur non ex illa qua viros ſanctos protulit, ſed ex illa quę innocentium ſanguinem fudit.

FIant contra dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum pro eo ꝙ non eſt recordatus facere miſericordiam. xiiii.

Contra pro corã.

Car. Fiant inquit peccata ſcilicet eorum cõtra dominum id eſt coram domino ſemper id eſt in æternum vt vindicet ea. Glo. Auguſti. Vel fiant contra dominum ſemper pater & mater eius. Non vt domino aduerſentur, ſed vt deus merita eorum peſſima non obliuiſcatur. Et ideo dicit contra dominũ id eſt in conſpectu domini. Semper vero vt ſine remiſſione ſit illud ſcelus & hic & in futuro. Caſſio. Nam tunc fiunt peccatores contra dominum ſemper, quando de regno eius alienati & ab eo diuiſi in gehennam mittendi ſunt. (Et diſpereat de terra memoria eorum.) Auguſti. Patris ſcilicet & matris eius. Caſſiodorus. Diſpereat inquam memoria eorum de terra viuentium, nam ille diſperire dicitur qui in beata patria non videtur nec in commemorationem veniunt qui nullam vlterius miſericordiam conſequuntur. Lyra. Vel diſpereat de terra memoria eorum iudæorum ſcilicet quãtum ad bonum quia de eis non remanet memoria eorum niſi ad malum. (Pro eo ꝙ non eſt recordatus facere miſericordiam). Gloſa. Iudas ſcilicet. Cardina. Vel populus iudæorum. Hierony. Nõ enim eſt recordatus proditor ille domino miſericordiam facere qui cum tam begnigne dignatus eſt ad oſculũ recipere. Ille venit ad prodendum cum miniſtris cũ fuſtibus & armis, & porrigit illi dominus oſculum, vt qui magiſtrum non timuit, vel clementia vinceretur. Caſſiodo. Vnde pietatem non poteſt inuenire qui eam alijs contempſit impendere, vel per ſingularem numerum non ipſum iudam ſolũ ſed populum iudęorum debemus accipere. qui miſericordiam non fecit apoſtolis & cęteris fidelib⁹ quos poſt Chriſti paſſionem iniqua perſecutione vexauit. Sequitur.

ET perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctũ corde mortificare. 15

Cardina. & repete pro eo ꝙ perſecutus eſt tam iudas quam populus hominem inopem qui ita fuit inops, vt non haberet vbi caput reclinaret. (Et mẽdicum) qui a ſamaritana aquam petijt). Caſſiodo. Pauperem autem & mendicum perſequi ſola ſęuitia eſt, cuius nec honor quęritur nec abundantia facultatis ambitur. Chriſtus vero ideo ſe pauperẽ & mendicum eſſe commemorat ex parte humanitatis aſſumptę. Idem. Hieronymus. Quia cum eſſet diues egenus pro nobis factus eſt, vt illius inopia nos diuites eſſemus. Et cõpunctum corde mortificare. Hierony. Chriſtum ſcilicet, qui tunc compunctus eſt corde cum diceret. Triſtis eſt anima

Chriſti mendicitas.

Chriſti cõpũctio

mea vſq; ad mortem,& iterũ. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Vel cõpunctio ſua erat quia perſequentes ſe nõ potuit ſaluare cum nolent pœnitentiam agere hæc inquam erant eius lachrimæ Hæc eius compunctio cum in cruce pendebat,& ſordes eorum ſuo ſanguine lauabat. Augu. Caſſio. Vel hoc magis ad peccatorem refertur, qui delictorum recordatione compungitur vt ad ſatiſfactionem reddire mereatur. Compũctio enim proprie de peccatis eſt quę Chriſto conuenire non poteſt & ideo de mẽbris eius accipitur, quæ populus ille perſecutus eſt, vt de Paulo & Stephano conſtat effectum.

xvi **ET dilexit maledictionẽ & veniet ei, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo.**

Auguſti. Glo. Et dilexit maledictionem iudas ſcilicet qui maledictionem dilexit, & furando de loculis & dominum vendendo atq; tradendo. Idem. Caſſiodorus. Vel per hoc populus iudęorum intelligitur qui tunc maledictionẽ dilexit quando ait. Saguis ei⁹ ſuper nos & ſuper filios noſtros, quod eis proueniſſe manifeſtum eſt, qui contra dominũ inopia voluntate durati ſunt, vnde dicit, & veniet ei. Lyra. In tunc futura atrociſſa perſecutione romanorum. Et noluit benedictionem. Auguſtin⁹. Iudas ſcilicet quia Chriſtũ noluit in quo eſt ęterna benedictio. Idem. Caſſiodo. Vel popul⁹ iudęorum tunc noluit benedictionem quando cæco nato interroganti, nunquid vos vultis diſcipuli eius fieri? reſponderunt. Tu diſcipulus eius ſis, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus quo dicto longe facta eſt ab eis benedictio, & tranſitũ fecit ad gẽtes ideo ſequitur. (Et elongabitur ab eo.) Caſſiodo. Cardi. Iuxta illud apoſtoli Quoniam vos indignos iudicaſtis ęternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.

reuerſare benedictionẽ

xvii **ET induit maledictionem ſicut veſtimentũ, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.**

Auguſtinus. Glo. Et induit inquit maledictionẽ ſicut veſtimentum ſiue iudas ſiue ille populus iudæorum. Caſſiodorus. Tunc enim induit ſe populus iſte maledictione quando inſtigante diabolo conſenſum prębuit vt dominum põtio pilato tradere maluiſſet, ibi enim quodãmodo more veſtis indutus eſt vbi tali voluntate noſcitur inuolutus. Et intrauit ſicut aqua in interiora eius quando deliberauit facere quod ei fuerat iniquiſſima inſpiratione ſuggeſtum. Aqua enim quando viſcerib⁹ vicioſis, hoc eſt infirmis recipitur ſemper ingreditur ad nocẽdum, & ſicut oleũ in oſſibus eius. Idẽ. Quando effectum rei inaudita peruerſitate cõpleuit, vt iam non interiora carnis, ſed etiam oſſa penetraſſe videretur. Dicẽdo enim oleum ſignificat delectationem facinoris, quod ſic corpus noſtrum molliter ingreditur vt nos quadã iocunditate permulceat. Cardinalis. Per oſſa vero ratio intelligitur, quia in ea eſt fortitudo animę ſicut in oſſibus fortitudo corporis. Oleum tamen iſtud quod eſt penetratiuum & delectabile eam perturbat.

Oleũ q̃d

per oſſa quid.

FIat ei ſicut veſtimentum quo operitur. & ſicut zona qua ſemper pręcingitur. 18

Car. Fiat ei inquit iudæ ſcilicet vel populo iudęorum illa maledictio ſicut veſtimentum quo operitur. Caſſiodo. Supra dixit induit quod pertinet ad tunicam. Nunc vero dicit ſicut veſtimentum quo operitur, quod videtur pallio conuenire, vt geminata veſtis ingentium ſignificet onera peccatorũ Gloſa. Vel ille pallio operitur qui in cõſpectu hominum de iniquitate gloriatur, & ſubaudi, fiat ei iſta maledictio ſicut zona quaſemp præcingitur, Caſſiodo. Per hanc ſimilitudinẽ oſtẽdens ſic peccatis illigantibus populum iſtum fuiſſe conſtrictũ vt nunquam a ſuis oneribus obſtinationis perfidia grauatus exueretur. Card. Glo. zona enim nos præcingimus vt prõpti ſimus, vnde ille habet maledictionem peccati ſicut zonam, qui peccatum ſuum iam traxit in cõſuetudinem per quam fit habilis & promptus ad peccandum, vel maledictione ſicut zona pręcigitur qui non repente facit malum ſed diſpoſitũ agreditur, & ita diligit mala agere vt ſemper ſit paratus. Sequitur.

HOc ✠ opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum & qui loquuntur mala aduerſus anim meam. xix

✠ Alia li. hec eſt retributio eis q̃ aduerſantur mihi a dño.

Caſſio. Auguſti. Hunc verſum non ſolum contra iudam & iudęos ſed & contra omnes perfidos debemus acccipere qui portionem in regno domini non habebunt. Non enim vn⁹ ſolus eſt iudas, ſed multi de quibus dicitur hoc. Cardi. Scilicet induere maledictionem ſicut veſtimẽtum, & cętera quæ pędicta ſunt, eſt opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum per infidelitatem non credentes quæ vera ſunt de Chriſto quãtum ad diuinitatem Caſſiodo. Vt arriani qui dicunt filium minorẽ eſſe patre & appolliauriſtę qui dicunt deitatem eius ſolum carnis hominis naturam ſumpſiſſe nõ animam, & cæteri infideles qui detrahunt filio apud dominum. Gl. Vel detrahunt iudęi Chriſto apud dominum dicentes non eſſe eum quem lex domini & pphete pnũciarũt. Gl. Aug. Et notãdũ quod dicit opus non mercedem per quod patet q veſtimẽto, aqũa, oleo, zona, opera deſcribit, quib⁹ ęterna maledictio cõparatur (Et qui loquitur mala aduerſus animam meam.) Auguſtinus. Cardina. Dicentes eum non potuiſſe reſurgere cũ vellet cõtra illud quod ipſe ait poteſtatem habeo ponendi animam meam & iterum ſumendi eam.

cui maledictio cõparatur.

ET tu domine domine fac mecum propter nomen tuum, quia ſuauis eſt miſericordia tua. 20

Tertia pars.

Gloſa. Cardi. Caſſiodo. Tertia pars in qua Chriſt⁹ precatur a parte qua paſſus eſt vt gloriam reſurrectioni acceleret & inimici eius cõfuſionis de decore veſtiantur dicens. (Et tu domine domine fac mecum propter nomen tuum). Caſſiodo. Quaſi dicat Et ſi iudas tradidit. Si iudę⁹ crucifixit. Tu fac mecum miſericordiam vt contra illa quæ facta ſunt reſurrectio glorioſa proueniat. Idem. Auguſti. Ideo autem dicit mecũ, quia omnia quę facit pater operatur & filius. Car. Pater enim ſuſcitat filiũ & filius

ſeipſum cum indiuiſa ſint trinitatis opera. Glo. Vnde non ſine cauſa pręposita eſt iſta commotio, &.q.d. Ideo dico, & tu, quia & ego facio. Caſſiodo. Cum autem repetit domine domine, affectum ſuauiſſimæ precationis oſtendit. Hoc autem fieri petit propter nomen tuum, vt ſcilicet eius cultura toto orbe dilatetur. (Quia ſuauis eſt miſericordia tua) Lyra. Sanãs omnes morbos & vulnera. Caſſiodo. Vel miſericordiam dicit qua Chriſtus carnem dignatus eſt aſſumere per quam humano generi auctor piiſſimus ſubueniret. Card. Et vt in aliis ipſa etiam eius ſuauitas diffunderetur.

21 ✠ alia li. vulneratum eſt intrinſec⁹

Libera me quia egenus & pauper ego ſum, & cor meum conturbatum ✠ eſt intra me.

Caſſio. Libera me inquit a paſſione ſęuiſſima iudęorum. Cardina. Hoc autem petit merito ſuę humilitatis, vnde ſequitur. (Quia egenus & pauper ego ſum⁹) Egenus ſcilicet id eſt ſine amicis, pauper vero ſine diuitiis, ego inquam, quód cum pondere legendum eſt, qui ſum dominus omniũ. Auguſti. Glo. Cui⁹ egeſtas & paupertas eſt carnis iſirmitas ex qua crucifixus eſt. Caſſio. Vnde hoc dicit ex humilitate carnis. Hierony. Et vt pauperes conſolaretur, vt nemo eos deſpiceret. (Et cor meũ conturbatum eſt intra me.) Caſſiodo. Augu. Quod ad illud refertur quod ĩ paſſione dixit. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Gloſa. Car. Cor tamẽ hic ſupponit pro ſenſualitate quę potuit conturbari ſicut caro crucifigi in quibus vera natura hominis oſtenditur.

Chriſti pauperies.

22

Sicut vmbra cum declinat ablatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Caſſiodo. Hic facilitatem perſecutionis oſtendit, quia tanta celeritate de medio diſcipulorum rapt⁹ eſt a turba iudęorum, quãta ſolet velocitate vmbra noctis ſolis lumine veniente diſcedere. (Sicut, inquit, vmbra cum declinat ablat⁹ ſum.) Augu. Glo. Id eſt mortuus, nam ſicut ex vmbra declinante fit nox ſic ex mortali carne fit mors. & excuſſ⁹ ſum ſicut locuſtę. Caſſ. Quę manus apprehẽdẽtis euitãs quibuſdã ſaltibus euolat. Idem. Hiero. Sic & (Chriſtus a crebris perſecutionibus fugiens loca videbatur diuerſa mutare, nũc in Betleem: nũc in Capharnaum, nunc Bethſayda, nũc in Hieruſalem neſcel⁹ ſuũ prius populus impleret q̃ ipſe mori voluiſſet. Aug. Car. Vel hoc de mẽbris (Chriſti dicitur. i. de apoſtolis & cęteris fidelibus, qui ad modum locuſtarum de loco ad locum fugabãtur. Vel quia apoſtoli qui ante paſſionem cõuenerant ad dominum in paſſione diſperſi ſunt.

23 ✠ Hebr. vacillauerũt ieiunio. ‡ alia li. abſq; oleo.

Genua mea infirmata ✠ ſunt a ieiunio, & caro mea immutata eſt propter ‡ oleum.

Caſſio. Genua mea inquit. i. membra mea quę tũc infirmata ſunt quãdo apoſtoli in ei⁹ paſſione diſperſi ſunt. Quid enim infirmius Petro cum Chriſtum negauit, & cum cęterorum turba latuit? Car. Infirmati enim tunc fuerunt a ieiunio. i. a defectu fidei quę eſt cibus confortans animam. Auguſt. Car. Genua autem ideo dicuntur apoſtoli quia fortes in eccleſia ſuper quos dominus ſuſtẽtatur. Hierony. Habeto ergo conſolationem o monache ieiunando, ſiquidem & dominus hoc fecit. Ego dico ꝙ quãdo ieiunat monachus fortior fit ieiunio Et quando infirmantur genua eius ieiunio, tunc maxime roboratur. (Et caro mea immutata eſt ꝓpter oleum.) Cardina. Caro inquam mea quę in ſepulchro iacebat mortua immutata eſt in reſurrectione. i. in melius mutata propter oleum id eſt ꝓpter abundantiam cariſmatum. Caſſiodo. Oleum enim hic ſignificat gratiam diuinam quæ carnis infirmitatem in immortalitatis gloriam commutauit.

Ieiuniũ eſt fidei defect⁹

Oleum.

24

Et ego factus ſum opprobrium illis, viderunt me & mouerunt capita ſua.

Hierony. Caſſiodo. Et ego fact⁹ ſum inquit opprobrium illis, vocabant enim me Samaritanum dicebant, in Beelzebuth principe demoniorum eiicit demonia, & nonne hic eſt filius Ioſeph fabri? Nonne fratres eius & ſorores apud nos ſunt, & iterum. Vath qui deſtruis templum dei & in tribus dieb⁹ ædificas illud, & videamus ſi venit Helias ſaluare eum & ſimilia. (Viderunt me & mouerunt capita ſua.) Cardina. Sabſannantes & contennentes. Pretereuntes enim vt in euãgelio legitur blaſphemabant eum mouentes capita ſua. Caſſio. Glo. Furioſi namq; dum iraſcuntur commotione capitis minantur. Auguſti. Gloſa. Mouerunt autem capita ſua quia viderunt eum Pendere, ſed non reſurgere Viderunt genua infirmata, ſed non viderunt quãdo caro eſt immutata. Et propterea.

25

Adiuua me domine deum meus, ſaluum me fac ſecundum miſericordiam tuam.

Caſſiodo. Adiuuari enim ſe ſuſcepta deprecatur infirmitas dicens. (Adiuua me domine deus meus.) Lyra. In paſſione confortando. Saluum me fac a morte reſuſcirando propter miſericordiam tuam. Hierony. Caſſiodorus. Ipſe enim miſericordiam petit qui miſericordiam tribuit, rogat vt homo qui tribuit vt deus, quod nullum poteſt confundere qui duas naturas in domino Chriſto ſalubriter confitetur.

humanitatis oratio.

26

Et ſciant quia manus tua hęc, & tu domine feciſti eam.

Cardi. Et ſciant inquit iudæi ſcilicet cum me adiuueris, quia manus tua hæc id eſt quia ego ſum fili⁹ tuus per quem operaris. Filius enim eſt manus patris de quo dicitur. Emitte manum tuam de alto. Gloſa. Et brachium domini cui reuelatum eſt. Lyra Vel man⁹ tua eſt poteſtas tua qua ſola mortui reſurgere poſſunt. Hierony. Caſſiodo. Sciãt ergo iudæi quoniam non pręualuerunt in Chriſto, ſed ſua & patris voluntas fuit vt ſuſtineret crucem pro nobis. Caſſiodo. Et cum dicit quia manus tua hæc, ſubaudiẽdum eſt operata eſt. (Et tu domine feciſti eam.) Car. Manum ſcilicet. i. filium quando verbum caro factũ eſt. Idẽ. Hierony. Caſſiod. Vel feciſti eã in paſſione mea ſcilicet & reſurrectione. Cũ enim me viderint reſurrexiſſe tunc cognoſcẽt ꝙ non neceſſitate ſed voluntate paſſus ſum, & ipſi

non fuerunt niſi miniſtri,quia niſi dominus permiſiſſet hoc fieri nequaquam potuiſſet impleri.

27 ✠ Hebr. celiterem in me et cõfirmantur.

MAledicẽt illi & tu benedices, qui inſurgunt ✠ in me confundantur. ſeruus autem tuus lętabitur.

Cſſiodo. Maledicent inquit illi iudęi, ſcilicet qui tranſeuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua. Et tu benedices, pater namq; tunc filium benedixit cum ait, & clarificaui & iterũ clarificabo. Auguſti. Vana ergo & falſa eſt maledictio filiorũ hominum diligentium vanitatem, & quærentiũ mendatium. Hierony. Vel hoc vſq; hodie fit, maledicunt eum iudæi in ſynagoga Chriſtus vero benedixit in eccleſia. (Qui inſurgunt in me confundãtur. (Caſſiodo. Iudęi ſcilicet qui inſurrexerunt in dominum vt eum morti traderent qui ad eos venerat pro ſua pietate ſaluandos. Iſti namque cõfuſi ſunt quando reſurrectionis eius miracula cognouerunt. Aug. Gloſ. Vel tunc cõfundantur, cum exaltatus fuero ſuper cœlos, & eſſe cœperit ſup omnem terram gloria mea (ſeruus autem tuus lętabitur. Caſſ. Seruus iſte) chriſtus eſt qui vt inquit apoſtolus ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Anguſti. Ipſe inq̃ lætabitur, ſiue in dextera patris ſiue in membris ſuis lætantibus, & inter tẽtationes in ſpe, & poſt tentationes in æternum.

28 ✠ Hebr. aduerſa in mei cõfuſione.

INduantur qui detrahunt ✠ mihi pudore, & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.

Hieroy. Caſſiodo. Induantur inquit qui detrahũt mihi pudore. Non dicit pereant, non dicit deleantur, ſed induantur pudore vt intelligant errorem ſuum & inde incipiant venire ad pœnitentiam. Nam qui pudore induitur iam pene conuerſionis munere gratulatur in quo apparet magna dei clementia. (Et operiantur ſicut diploide confuſione ſua. Hierony. Caſſiodo, Diploys genus eſt pallij ſic dictus quaſi duplex veſtis. Caſſiodo. Petit itaq; vt vtriuſq; legis intelligentia veſtiãtur qui nũc vtraq; perfidia faciente nudati ſunt. Cõfuſio enim iudęorum eſt legem non intelligere, quę toties ſaluatorem dominum pręcinnit aduenire. Augu. Glo. Vel operiantur diployde, id eſt confundantur int⁹ & foris coram deo & hominibus, iuxta illud. Duplici contritione contere eos domine deus noſter. Greg. lib. xxxi. mora. Et iuxta reatus ſui meritum & temporali & perpetua animaduerſione feriantur. Sequitur.

x xix COnfitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum,

Caſſio. Hoc dicitur a parte membrorum, quoniã poſt reſurrectionẽ ſancta dei eccleſia toto orbe diffuſa deum deprecatur & ore & confeſſione. Cardi. Lyra. Confitebor inquit domino confeſſione laudis (Nimis). Augnſti. Gloſa. Id eſt valde licet interdum ponatur pro pluſquam debet. Cardina. vnde & alia litera habet vehemẽter (In ore meo) Idẽ. Non tantum in corde ſed etiam in ore. Gloſa. Ore enim confeſſio fit ad ſalutem, & in medio multorum laudabo eum. Hierony. Non in iudæa ſolum ſed in vniuerſo orbe in eccleſia laudabo eum. Caſſ. Per hoc enim vniuerſalem deſignat eccleſiam, quę circumpoſitis adhuc perfidis non deſinit deo confiteri.

QVia aſtitit a dextris pauperis, vt ſaluam faceret a perſequentibus ✠ animam meam. 30 ✠ Hebr. a iudicibus.

Lyra. Cardi. (Quia aſtitit inquit ad dextris pauperis) id eſt Chriſti hominis qui paſſione pauper fuit rebus & amicis. Hierony. Gloſa. Auguſtin⁹. Dyabolus enim ſtetit a dextris iudæ qui diuitias augere voluit vendito Chriſto, ſed domin⁹ aſtitit a dextris pauperis vt diuitię pauperis ſint ipſe domin⁹ aſtitit autem. non vt ei multiplicaret annos vitæ quandoque finiendę neque vt augeret eius pecuniam aut eum faceret fortem. Aut ad tempus incolumẽ. Sed (Vt ſaluam faceret a perſequentib⁹ animam meam) Lyra. Me reſuſcitãdo, & mea membra protegendo & ſua gratia viuificando. Augu. Vel tunc ſalua ſic a perſequentibus animam ſi non eis conſentiatur ad malum. non eis autem cõſentitur cum aſſiſtit dominus a dextris pauperis ne ipſa paupertate, id eſt infirmitate ſuccumbat.

¶ Pſalmus .cix.

Lyra. Dicũt ali qui hebręi q; pſalm⁹ iſte eſt gratiarum actio pro victoria conceſſa Abrahæ, de quattuor regibus. Geñ. xiiij. Et q; initium pſalmi ſunt verba Elieſer ſerui Abrahę. Alij dicũt q; eſt gratiarum actio ipſius Dauid de hoc q; dominus eũ aſſecurauit in perſecutione Saulis tamẽ Lyra cõfutatis iſtis duab⁹ opinionib⁹ pſequitur expoſitionẽ hu⁹ pſalmi de Chriſto ad literam.

¶ Titulus. Pſalmus Dauid.

Hiero. Pſalmus iſte vocẽ vatis cõtinet de Chriſto loquentis. Caſſiodorus. Gloſa. Et eſt pſalm⁹ iſte ſeptim⁹ eorum qui de duab⁹ naturis ĩ Chriſto, de eius incarnatione, & omnipotenti diuinitate breuiter loquitur in hoc itaq; pſalmo propheta ſimili altitudine vel decore eructuatus eſſe videtur ſicut euangeliſta, cum ait. In principio erat verbum quapropter vt ita dixerim iſte pſalmus eſt quidam ſol fidei noſtrę, ſpeculũ cœleſtis arcani, armarium ſacrarum ſcripturarũ. vbi totum ſummatim dicitur quod vtriuſq; teſtamenti prędicatione narratur in quo ppheta intentione nos hortatur ſubijci Chriſto. & diuiditur in tres partes. In prima propheta refert verba patris de filio iu quibus natura humanitatis & diuinitatis oſtenditur. In ſecunda pater oſtendit naturam diuinitatis ſimpliciter, ibi. Tecum pricipium. In tertia propheta agit de humanitate Chriſti. ibi. Iurauit. Propheta ergo naturã deitatis primo aperiens ait. Diuiſio. Pſalmi.

DIxit dominus domino meo ſede a dextris meis. 1

Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. More noſtro loquitur propheta cum ait. dixit. vt homo inſtruatur. Nõ enim ore protulit ſed (dixit) re. i. effectu vel generatione, vel (dixit). i. æternaliter diſpoſuit (dominus). Cardina. Lyra. Deus

pater domino/meo Chriſto filio eius.quem Dauid
vocat dominum ſuum ratione deitatis . Caſſiodo.
Gloſa. His itaqꝫ nominibus ęqualitas ſubſtantiæ
& virtutis potentia declaratur . Geminatio ſiqui
dē iſta vni⁹ nominis, & pſonas cōpetēter expreſſit
& vnā naturā deitatis euidēter oſtēdit perſonas er
go diſcerne & vnā naturam.& potentiam accipe.
Cardi. Sed quid dixit dominus domino meo/ Se=
quitur.ſede a dextris meis.Gloſa.Caſſi. Id eſt poſt
laborem quieſce & conregna ſecundum ꝙ homo.
Caſſiodo.Victori enim filio & per incarnationem
triūphatori poſt reſurrectionis gloriam conſeſſus
offertur vt per hunc ſitum ſuſceptę humanitatis
gloria declaretur.Lyra.Quod impletum fuit in ſua
aſcenſione,ideo autem dicit dexteram filio datam
non vt maiorem quiſꝗ credere debuiſſet,ſed ne ar=
riani minorem(ſicut prędicant) concepto ſcelere
mentirentur.Car.Sede inquam.

2 DOnec ponem inimicos tuos ſca=
bellum pedum tuorum.

Caſſio. Cum dicit donec finitum pro infinito po
nitur in plurib⁹ enim ſcripturæ locis ,ſicut & hic
donec ſignificat temp⁹ ęternum,donec inquit po=
nam inimicos tuos.Lyra. Id eſt iudæos qui perſe
cuti ſunt Chriſtum ad mortem(ſcabellum pedum
tuorum).Cardi.Id eſt plenarie tibi ſubijciam ,vel
adoptatos vel victos vt ſub te omnes locū teneāt
ſiue gratię ſiue pœnę.Lyra.Quod videmus imple
tum quia illi qui de iudæis crediderunt ſunt Chri=
ſto ſubiecti per fidem,illi vero qui increduli remā
ſerunt ſunt membris Chriſti ſubiecti,quia in terris
principum Chriſtianorum manent tanqūam ſer=
ui & abiecti nec inter ſarracenos habitare permit=
tuntur vt a fide dignis audiui.Card. Hucvſqꝫ fue=
runt verba patris ad filium quæ recitauit prophe=
ta,qui nunc ſe conuertit ad loquendum ipſi Chri
ſto dicens.

3 VIrgam virtutis ✠ tuę emittet do
minus ex Syon,dominare in me
dio inimicorum tuorum.

✠ Hebr. fortitudinis.

Caſſiodo. Et hunc verſum propheta loquitur ex
perſona ſua laudes in eo offerens domino Chriſto
Virga enim virtutis eſt ſceptrum regię poteſtatis
qua ſuſtentantur fideles,affliguntur increduli,ter=
rentur ingrati.Et vt oſtenderet filium cuiuſlibet
rei indigentiam non habere addidit,tuę, quia po=
teſtas illi deitatis ſuę propria ęterna eſt.Hanc ita=
que virgam virtutis tuę(emittit dominus ex Syō)
Glo.Id eſt regnum potentię tuę incipiet a Hieru
ſalem iuxta illud.Ex Syon exibit lex & verbum do
mini de Hieruſalem.Non enim de illo regno (chri
ſti loquitur propheta quo chriſtus ſempet regnat
cum patre: ſed de illo diſpenſatorio & temporali
quo nos per medium ſuæ carnis vocauit in ęterni
tatem:& in nobis regnat cuius tamen non erit fi=
nis, Sequitur.(Dominare in medio inimicorum
tuorum)Caſſiodo.In hoc enim exponit quid fa=
ciet virga virtutis,emiſſa,ſ.vt domineris in medio
inimicorum tuorum,id eſt in eccleſia quę eſt inter
hæreticorum ac ſuperſtitionum rabiem conſtitu=
ta.Non autem dicit vindicare, ſed dominare quia=
tunc illis dominabitur quādo ad ipſum, delinquē
tium turba conuertitur.Hierony. Dominare ergo

virtutis virga.

domine, id eſt dignare eſſe dominus inimicorum
tuorum vt qui alieni fuerant incipiant eſſe tui.

4 TEcum principium in die virtutis
tuę in ſplendoribus ſanctorum,
ex vtero ante luciferum genui te.

Aliter legitur.

Longe aliter verita.B.Hiero.ad veritatem hebrai
cam nēpe ſic populi tui ſpontanei erūt in die for=
titudinis tuæ in montibus ſanctis quaſi de vulua
orietur, tibi eos adoleſcentię tuę. Gloſa . Cardina.
Secūda.pars vbi iudicat pater naturā deitatis Chri
ſti aliquatenus pro noſtra capacitate . Caſſiodor⁹.
Verba enim iſta verba ſunt patris qui vt coæterni
tatem filij euidenter oſtenderet dicit de filio .(Te
cum principinm).Gloſa.Quaſi dicat hoc tibi tri=
buo pluſquam alijs,quia tu es filius per naturam,
quia tecum eſt mihi principium. Caſſiodo . Pater
enim principium eſt.vnde de eo dicitur in princi=
pio erat verbum.Fili⁹ etiam princium eſt ſicut ip=
ſe in euāgelio teſtatur.Ego prīcipiū qui & loquor
vobis.Nō tamē ſūt duo prīcipia ſed vnū prīcipiū
ſicut & vnus deus hoc etiam de ſpiritu ſancto cō=
ſtat ſine dubio ſentiendum . Nam cum de princi=
pio loqueretur ſubiunxit.Et ſpiritus dei ferebatur
ſuper aquas. Idem. Gloſa.Sed quia hic ſancti quē=
admodum ſit principium,in principio nequeunt
intueri,nam cum filium videret philippus dixit.
Domine oſtende nobis patrem,cui ait integritas,
qui videt me videt & patrem,qui non hic videtur
ſed videbitur(in die virtutis tuę).Caſſiodo.Gloſa.
Id eſt i ęternitate vbi vn⁹ eſt dies vbi iam a beatis
claritas & virtus diuina conſpicitur non ab omni=
bus ſed a ſanctis. vnde dicit(in ſplendoribus ſan=
ctorum. Idem Quando in reſurrectione erunt ſplē
didi vt angeli dei fulgentes ſicut ſol in regno pa=
tris.Et ita purificati atqꝫ perſpicui, vt illam maie
ſtatem queant cordis oculis intueri , vel hoc dictū
intelligitur de ſancto ſpiritu qui ſanctos ſplendi=
ficat qui eſt coęternus & conſubſtantialis patri&
filio.De quibus dixit iam. Tecum principium. Se
quitur.(Ex vtero ante luciferum genui te).Caſſio
do.Nūc enim de filij ſancta generatione dictur⁹
ait. Pater ad filium(ex vtero)id eſt ex arcano ſubſtā
tię meæ,ex ipſa ſcilicet deitate. Gloſa(.ante Lucife
rum)id eſt ante omnem creaturam, ante omnia tē
pora.Lucifer enim qui diem ſignificat eſſe ventu
rum pro omnibus ſtellis ponitur quaſi a parte to=
tum.Hieronym⁹.Quod autem dicit,ex vtero nulli
ſcandalum faciat Pater enim vterum non habet,
ſed non poteſt ſe aliter iudicare patrem niſi homi
nis verbis locut⁹ fuerit dicendo(Ex vtero ante Lu
ciferum genui te.)Cardina.In quo oſtendit ꝙ na
turalis eſt iſta generatio . cum dicit ēx vtero Et ꝙ
ęterna,cum dicit ante Luciferum , & ꝙ ſingularis
cum dicit(genui te).Caſſiodorus. Nunc ad tertiæ
partis veniemus initium in qua iterum propheta
reloquitur dicens.

Secunda pars.

IVrauit dominus & non pœnitebit 5
eum,tu es ſacerdos in ęternum ſe=
cundum ordinem Melchiſedech.

Gloſa.Cardi. Tertia pars in qua agit de humanita
te Chriſti.Caſſiod o.Hic enim iterum propheta ſi
cut iam dictum eſt promiſſionem memorat patris
Car.Et primo agit,de eius ſacerdotio dicens(Iura

Tertia pars.

uit dominus).Caſſio. Pater filio ,ſed iam Chriſto
non ei qui ante Luciferū natus eſt. Quid enim ſo=
li verbo potuit promittere ei qui omnia cum ipſo
ſemper noſcitur poſſidere?ſed ei iurat qui ex virgi
ne natus eſt iurare autem dei eſt aliquod firmum
ſub atteſtatione promittere. Car. Iurauit inquam
id eſt firmiter ſtatuit & ꝓmiſit, & non pœnitebit
eum,id eſt non retractabit, pœnitentia enim non
cadit in deum.Auguſt.Gloſa. Scit enim quid agat
nec mutat conſilium ſed verbo pœnitentię. muta
tio rerum aliter quam ſperabatur,euenientiū ſigni
ficatur.Car.Sed quid promiſit, hoc ſcilicet quod
ſequitur,tu es ſacerdos in æternū,tu inquit o Chri
ſte es,ſacerdos non ad tēpus ſicut ſacerdotiū Aarō
quod ad tempus fuit ſed in æternum.Et hoc.Secū
dum ordinem Melchiſedech.Hierony.Cardi. Au=
guſti.Caſſiodo.Lyra Nam ſicut Melchiſedech rex
ſalem obtulit panem & vinum,ſic & Chriſtus ob=
tulit corpus & ſanguinem ſuum,verum panem &
verum vinum.Et panē & vinum in corpus & ſan
guinem ſuum conſecrauit & in hoc ſacrificio ipſe
eſt ſacerdos hoſtia.Sequitur.

secū iur re quio

vi ✠ Heb: percuſſit

DOminus a dextris tuis cōfregit ✠
in die irę ſuę reges,

Hierony.Caſſiodo.Rem nouam audio. Dicitur a
principio dixit domino meo ſede a dextris meis.
Et nunc dicitur ad eum,dominus a dextris tuis ,ſi
enim ipſe ad dexteram patris ſedet Quomodo rur
ſum pater ſedet ad dexteram filij.Quod ideo dictū
eſt vt cum hæc viciſſitudo ęqualis ponitur maius
hic aut minus aliquid nullo modo ſenciatur, ſed
æqualis filio pater oſtendatur.Cardina.Gloſa.Vel
dominus,id eſt ſacerdos exiſtens a dextris tuis ,ſi=
cut ſupra eidem dixiſti,ſede a dextris meis.(Cōfre=
git in die irę ſuę reges.)Augu. Glo. Illos ſcilicet
qui volunt vel volebant delere nomen Chriſti cō
fregit,id eſt infirmos reddidit,Caſſiodo. Couene=
rant enim in vnum aduerſus dominum & aduerſ⁹
Chriſtum eius.Lyra.Sicut in ſecundo pſalmo di=
ctum eſt.ibi.Aſtiterunt reges terrę ,Herodes ſcili=
cet & Pylatus & principes iudæorum qui fuerunt
confracti in die irę dei id eſt iuſte vindictæ, quia
fuerunt in exilium relegati, & principes iudæorū
per romanos exterminati.Caſſiodorus.Et ſic con=
fregit omnipotentiæ ſuæ virtute ſuperbiam ipſo=
rum.

7 ✠ Hebꝛ in gentibus impleuit valles p̄cuſſit caput i terra multa

IVdicabit in nationibus ✠ imple=
bit ruinas,cōquaſſabit capita in ter
ra multorum,

Caſſiodo.Gloſa.Reges confringendos in ſuperio=
re verſu dixit propter ſuperbiam tyrannicam, nūc
populos iudicari prohibet propter peccata com=
munia vtriqꝫ tamen a ſuis intentionibus fœliciter
cadunt dum a priore malignitate bono propoſito
conuerſionis abſcendunt.(Iudicabit inquit in na
tionibus).Cardi. Id eſt dijudicabit & diſcutiet mi=
nora peccata populorum gentilium qui ad eum re
uerti voluerint.Sed nunquid repellet?Non .(Sed
implebit ruynas.) Idē.i.illos qui ſe humiliant. &
a ſuperbia qua contra deum erecti fuerant cadunt.
Caſſiodo. Implet enim ruynas, quando de cordi=
bus humanis facit peccata corruere delictaqꝫ no=
xia emendatione ſaluberrima deſpicere. Cardina.

implebit ruinam

Et implet eos cariſmatibus ſuis ſicut Paulum ſed
nūquid erunt aliquæ tales ruinę?Erūt vtiqꝫ. Quia
conquaſſabit humiliando capita quę contra deum
eriguntur. Caſſiodor⁹.Et eorum qui caput nō ha
bent Chriſtum ſed dyabolum.Gloſa. Cardina. Et
hoc(In terra multorum)id eſt dum ſunt adhuc ſu=
per terram in vita iſta.Caſſiodo. Quam ideo terrā
multorum dicit quia peccatores abundanter enu=
trit quaſi meſſem germenqꝫ viciorū.Lyra.Vel hoc
intelligitur de iudicio finali in quo iudicabit ī na=
tionibus iudicio generali implebit ruynas.i.cor=
pora defunctorum quę reſuſcitabuntur conquaſ=
ſabit capita.i.grauiter damnabit tyrannos huius
mundi qui fuerunt ſuper alios principes & capita
nei(vt ſic loquar) in terra multorum quia in mul
tis terris magis viget & viguit tyrannia q̄ regnū.
Hierony.Multorum autem dicit quo ad vindictam
damnationis,non omnium vt ſpem non auferat.
Si enim omnium dixiſſet nemo vitam ſperaret.
Gloſa.Sed vnde ei vt hoc poſſit,ex humilitate paſ
ſionis de qua ſubdit.

Terra multorū

8 Alia bibet Alia exaltauit

DE torrente in via bibet.propterea
exaltabit caput.

Caſſiodo.Torrens enim fuit turbulenta perſecu=
tio iudęorum de qua dominus Chriſtus bibit in
via,id eſt in hac vita dum eam in corpore pertulit.
Cardi. Torrens enim eſt qui de guttis pluuiarum
collectus redundat,currit & deficit. Per hunc ergo
recte curſus humanę mortalitatis intelligitur vbi
homines naſcuntur viuunt & moriuntur. Et alij
ſuccedunt & inde pariter deſcendunt. Auguſtin⁹.
Gloſa.Cardina. De torrēte itaqꝫ iſto.i.de fluxu no
ſtrę mortalitatis bibit Chriſtus,naſcendo , laborā
do,moriendo. Gloſa. In via iſta quam vt gygas cu=
currit.Propterea exaltabit caput.Auguſti. Gloſa.
Quia ſcilicet humiliatus eſt & factus obediens vſ=
qꝫ ad mortem propterea exaltabit caput dando il=
li nomen quod eſt ſuper omne nomen.Grego.li=
bro.xiiij.mor.Et caput quod in ſepulchro poſuit
moriendo ſuper angelos in reſurrectione eleuan=
do.Hierony(Exaltabit inquam ipſe qui ſe humilia
uerat,& non alius exaltabit ſibi caput qui eſt om=
niū caput.Ideo non dicit exaltatū eſt,ſed exaltabit.

Pſalmus.cx.

¶Titulus.
Alleluya.✠

✠ Hebꝛ. alleluia

Caſſiodo.Gloſa.Popu=
lus dei ab omni malo li
beratus laudat & ad lau
dē dei inuitat pro ope=
ribus ſuis,Nomen autē
iſtud angelicæ laudis al
leluya. Et ſi omnibus
pſalmis congruat,ibi tamen precipue ponitur vbi
magna exultatione gaudetur,quæ laus figurā ha=
bet futurę laudis.Et eſt iſte primus pſalmus qui p
omnes literas hębraici alphabeti ſcribitur. qui iu
dicat perfectos laudatores in eccleſia, intentione
monens ad laudem dei.Et diuiditur in tres partes
In prima populus Chriſtianus dicit ſe confiteri
in congregatione iuſtorum vbi eſt æterna laus.Et
continet hæc laus alphabeti literas ſex, In ſecūda

Lyra. In iſto pſalmo
agit de euchariſtiæ effi=
catia quæ eſt regenera=
torum ſpiritualis nutri
tio.Cū hoc etiā hic agi
tur de quibuſdam alijs
operibus diuinis ex qui
bus omnibus deus eſt
laudandus.

Sectio pſalmi.

dicit fideles eius copioſo munere ſaciatos aduentum domini compromittens, vt hæreditatem pollicitam auidiſſima intentione perquirant. In qua ſunt aliæ decem literæ, ibi. Memoriā fecit. In tertia, redemptos aſſerit chriſtianos & teſtamentum nouum æterna gratia conſecratū, in qua ſunt aliæ ſex literæ, ibi redemptionem miſit. Glo. A laude ergo incipiens, in perſona fidelis populi ait.

1 Aleph. Beth.

Confitebor domino in toto corde meo, in cōſilio iuſtorum & congregatione.

Caſſiodorus. Gloſa. Auguſtinus. Confitebor tibi inquit, id eſt laudabo te. Non enim eſt hęc confeſſio peccatorum, ſed laudis. Nam illa luget hęc gaudet. Illa vulnus medico oſtendit, hæc de ſanitate gratias agit. Confitebor inquam tibi domine. Gloſa. Quia a te ab omni malo liberatꝰ ſum (In toto corde meo.) Gloſa. Hugo cardinal'. Lyra. Intellectu ſcilicet & affectu. Non labijs tantū ſicut illi. De quibus propheta ait. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Auguſtinus. Quid enim valet ſtrepitus labiorum vbi cor eſt mutum? (In conſilio iuſtorum & congregatione. Auguſtinꝰ. Gloſa. Hugo cardinal'. Id eſt non temere, ſed ex ratione ſcilicet pro ęternis. Conſilium enim iuſtorum eſt deum laudare, & illi ſeruire pro æternis bonis. Caſſiodorus. Vel conſilium iuſtorum erit in futura reſurrectione, quando beati cum domino iudicabunt, ſicut in primo pſalmo dictū eſt. ideo non reſurgūt impij in iudicio, neq; peccatores in conſilio iuſtorum, congregatio vero, ſignificat totius eccleſiæ beatam coronam de diuerſis mūdi partibus adunatam, ſequitur.

Iuſtorū conſiliū.

2 Gimel. Deleth. ✠ Hebr. exquirenda.

Magna opera domini, exquiſita ✠ in omnes voluntates eius.

Caſſiodorus. Gloſa. Quaſi dicat hęc eſt materia & cauſa confeſſionis, quia magna ſunt opera domini. Quid enim maius q̄ de impio iuſtū facere? De hoſte filium? De captiuo liberum? Lyra. Vel operum domini magnitudo patet in rerū productione, & eorum gubernatione, quæ etiam ſunt exquiſita in omnes volūtates eius. Idem. Quia ſi aliquis quærat rationē operum dei, inueniet ꝙ omnia dependent ex eius mera voluntate & gratia, propter quod ex ſuis operibus eſt magis laudādus. Auguſtinus. Gloſa. Nihil enim ſuperat voluntatem dei qui & ſi vult vt non pecces, non tamē prohibet nihil quæ facit homo, de quo nō operet̄ deus quod vult. Caſſiodorus. Gloſa. Vnde opera eius dicūtur exquiſita, quia omnia eximie facit cui nihil poteſt ſimile reperiri. Permittit enim dyabolum ſæuire, vt ex illius iniquitate ſibi debeat fideliſſimos inuenire. Gloſa. Quę autem ſint opera eius exquiſita exponens ſubdit.

3 He. Vau. ✠ Hebr. gloria et decor opꝰ eius.

Confeſſio ✠ & magnificētia opus eius, & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Gloſa. Confeſſio inquit laudis ſcilicet & peccati, & magnificētia boni operis eſt opus eius. Caſſiodorus. Gloſa. Quoniam & laudabilia ſunt valde & decora quæ dominꝰ fecit. Lyra. Vnde ex operibus ſuis eſt excellēter laudādus: nam opus dei eſt confeſſio laudis, ſiue laus ipſa & magnificētia. (Et iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.) Hugo cardinalis. Quia reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Caſſiodorus. Idem. Cum peccatoribꝰ dicet, ite in ignem æternum. Et quando fideles vocabit, dicens. Venite benedicti patris mei, quęquidē iuſtitia in vtraq; parte perpetua & incommutabilis perſeuerat. Lyra. Iuſtum eſt enim ꝙ voluntas eius ſemper impleatur.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors ✠ & miſerator dominus, eſcam dedit timentibus ſe. 4

Zai. Heth. Teth. ✠ Hebr. clemēs & miſericors.

Gloſa. Hugo cardinal'. Secunda pars, in qua dicit fideles aduētus Chriſti munere ſaciatos quod promiſſum erat in veteri lege, vt hęreditas auide quęratur, quaſi dicat. Ideo cōfiteri debemus, quia (memoriam fecit mirabilium ſuorum.) Caſſiodorus. Quando plurima noua & inuſitata mōſtrauit. Auguſtinus. Gloſa. Hunc humiliās & hunc exaltans. Et licet ſint quotidie opera eius mira, reſeruat tamen opportune inuſitata, quæ non infirmitas hominis nouitati intenta meminerit. Caſſiodorꝰ. Vt autem oſtenderet quis eſt qui fecit memoriam mirabilium ſuorum, ſubiunxit (Miſericors & miſerator dominus.) Hugo cardinal'. Caſſiodorꝰ. Miſericors, ſcilicet natura, miſerator vero effectu. Caſſio. Cum in eius aduētu humano generi larga pietate ſubuenit. Car. Deinde oſtēdit vnū ex illis mirabilibus, quorū fecit memoriā, cum dicit (eſcā dedit timentibꝰ ſe.) Caſſ. Glo. Nō corporalē quā etiā malis dat, ſed ſpiritualē cibū, corpꝰ ſcilicet & ſanguinē ſuū. Quis enim eſcam cōmunē putet fidelibus ad præmiū datā, quę & peccatoribꝰ paſſim cognoſcitur attributa. Hiero. Augu. Glo. Eſcam ergo dedit quæ non corrūpitur, panē ſcilicet qui de cœlo deſcēdit, quē nullus meruit, ſed miſericordia dedit, ꝙ ſi tantā eſcam peccator iuſtificādus accepit. Quis p̄tas in futuro ſæculo glorificatus accipiet. Car. Timētibus autem ſe dicit, quia talium eſt hæc eſca qui timent deum. Gloſa. Caſſio. Et vt de aduentu Chriſti pręmiſſa acciperes, addidit.

Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui, ✠ virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo. 5

Ioth. Caph. Lameth ✠ Hebr. pacti ſui.

Car. Quaſi dicat illa faciet quæ promiſit in veteri teſtamēto, & promiſſum nō obliuiſcetur reddere, quia (memor erit in ſęculū teſtamēti ſui.) Glo. Caſ. Nam quod promiſſum eſt in veteri teſtamēto, implet in nouo. Quod autē dicit. Memor erit humanitatis cōſuetudine dicitur, qua tunc quis aliquid in mente habuiſſe putatur cum promiſſa cōpleuerit, in ſęculum vero æternitatē ſignificat, quia verba teſtamenti ſui ſolidiſſima veritate cuſtodit vt omnia impleantur, ita autē memor erit ꝙ virtutē (operū ſuorū annunciabit populo ſuo.) Caſ. Glo. Virtutē ſcilicet illam, de qua ipſe ait in euāgelio. Cęci vident, ſurdi audiunt, leproſi mundātur, mortui reſurgunt. Quamquidē veritatē annunciauit, id eſt manifeſtauit fecit populo ſuo, vt ex ea intelligant & credant eum eſſe deum. Cardi. Annunciauit inquā per ſe & per apoſtolos, ſed propter quid hoc annunciauit, cauſa ſequitur.

vi Men. Nun. VT det illis hęreditatem gentium, opera manuum eius veritas & iudicium.

Gloſa. Vt det illis inquit apoſtolis,ſcilicet hæreditatem gentium,id eſt eccleſiam de omnibus gentibus Abrahæ promiſſam.Caſſiodor⁹.Tunc enim hæreditatē dedit,quando eccleſiam de cunctis nationibus viuis lapidibus fabricauit. Hugo car.Et gentes verbo prædicationis colendas dedit.Lyra. Vel vt det illis hæreditatem gentium, id eſt vitam beatam ad quam introducit hoc ſacramentū.(Opera manuum eius veritas & iudicium.)Caſſiodor⁹. Gloſa.Opus inquit eius veritas & iudiciū eſt veritas,ſcilicet cum fidelibus promiſſa reſtituit,iudicium vero quod impijs comminatur,quoniā qui hic præcepta eius facere negligunt. Ibi vindictam perpetuam ſuſtinebunt.Auguſtin⁹.Gloſa. Vel veritas eſt,quam ſancti martyres tenēt pro qua & iudicantur hic,& iudicium quo in futuro iudicabūt eos a quibus hic iudicātur. Teneatur ergo ab his qui iudicantur veritas,qua iudicent iudicantes ſe, & nihil ſeparet eos a Chriſto.Quia.

7 lameth. Am. FIdelia omnia mādata eius, confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.

Hugo cardinal'.Quaſi dicat bonum eſt facere mandata eius, quia fidelia ſunt, reddūt enim æternum præmium quod promittunt.Caſſiodor⁹.Nec vllo mendacio variantur,ſed abſolute nos cuſtodiunt, cum ea cuſtodire domini munere feſtinamus.Auguſti.Gloſa. Non tamen hic ſperandum eſt quod promittitur,ſed ſunt(cōfirmata in ſæculū ſæculi.) Hugo car.Cōfirmata ſcilicet vt durent.Caſſiodo. Neſcit enim ſermo titubare quæ veritas loquitur (In ſæculum ſæculi.)Hugo car. Id eſt in æternum nec mirum ſi ſunt fidelia,quia ſunt facta in veritate & æquitate. Caſſiodo. In veritate quidem, quia dicta complentur, in æquitate vero, quia iuſtitiæ pondere proferuntur, has enim virtutes manifeſtum eſt mandata continere.

8 Phe. Sade. + alia li. pactum ſuum. iij pars. REdemptionem miſit dominus populo ſuo,mandauit in ęternum teſtamentum ſuum.✠

Glo.Car.Tertia pars,in qua aſſerit redemptū populum dei & teſtamentū nouū æterna gratia conſecratum, quaſi dicat hæc prædicta dedit & vt fierent.(Redemptionē miſit dominin⁹ populo ſuo.) Miſit enim pater filium qui nos redemit,& dedit animam ſuam in redemptionē pro multis. Lyra. Quando per obedientiam patris ad paſſionem venit,per quam redemptum eſt genus humanum. Car.Tunc enim redemptionē miſit populo ſuo, id eſt populo chriſtiano,vel populo iuſtorū, quibus ſolis prodeſt iſta redemptio(mādauit in æternum teſtamentū ſuum.Glo.Car. Nouum ſcilicet duraturū in æternum,quia nullum huic ſuccedet. Caſſio.Mandare autem dicimus abſentibus verba per medias deſtinare perſonas.quod factum conſtat quando teſtamētum nouum per apoſtolos & euangeliſtas ſuos tranſmiſit ad gentes, vt vſq; in æternum a ſucceſſoribus prædicaretur.Non enim ei ſuccedit aliud teſtamentum ſicut veteri nouum ſucceſſit. Merito ergo æternum dicitur quod nullo alio indigere cognoſcitur.Car.Et qui hoc teſtamentum tenuerint,bene erit eis. Qui autem non tenuerint,male habebunt.Quia.

9 Coph. Res. SAnctum & terribile nomen eius, initium ſapientiæ timor domini.

Dei nomen dulce amatorum.

Hiero.Car. Sanctū inquit eſt nomē eius ſanctis & bonis,& terribile peccatoribus & malis.Caſſi.Vel quod dicit ſanctum,pertinet ad incarnationē,ſicut ipſe dicit.Cuſtodi animā meā,quoniā ſanct⁹ ſum, terribile vero ad omnipotentiā deitatis excelſæ,ſicut in alio pſalmo dicitur. Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi,quæ duo ad illud pertinēt vt amemus aduocatū,iudicantē timere debeam⁹,ne nos ſolus amor negligētes reddat aut tantus timor deſperatos efficiat.Car.(Vel ſanctum eſt nomē eius) quia ſanctificat(terribile)quia iudicat.Lyra.Et quia per timorem dei declinat omnis homo a malo,ideo ſubditur,initium ſapientię timor domini,quia recedens a malo,accedit ad bonum ſibi oppoſitum.

Ne damnetur homo timoratus.

Caſſio. Glo. Terror ergo iſte prodeſt,qui initium ſapientiæ eſt.Nam metus iudicij,ianua eſt conuerſionis & via ad ſapientiam ſi addatur diſcretio dilectionis. Nam ſi metus iudicij neſciatur conuerſionis,medicina negligitur.Hiero.Qui ergo non timent dominum,non eſt in eis ſapiētia.Aut qui non habent ſapientiā,non habent timorem.Glo. Et ipſe timor eſt.

Conuerſionis ianua.

10 Sin. Thau. + Hebr. doctrina bona. INtellectus ✠ bonus omnibus facientibus eum,laudatio eius manet in ſæculum ſæculi.

Caſſiodo. Intellectus itaq; ille bonus eſt & ſalutaris,qui in domini timore probatur intentus,quoniam inde naſcitur quod ad perennem gloriam perducere videatur.Auguſti.Glo.Vnde intellectus eorum bonus eſt qui ſic intelligunt,vt per timorē ad ſapientiam aſcendant.Auguſt.Dicit autem omnibus facientibus eum,quia intelligere & non facere,periculoſum eſt.(Laudatio eius manet in ſæculum ſeculi.)Caſſi.Car.Quia hic incipit & in futuro conſumatur.hic laudamus eum, quia nos liberat in futuro,quia coronat laudatio vero eius non clauditur temino,quia nec finem habere poteſt beneficium datum.Idem.Hierony.Merito ergo a laude pſalmus iſte finitus eſt,qui & a laude fecit initium.Cardi.Vnde periodalis dicitur,quia a laude incipit,& in laude terminatur.

Periculum doctorum hominum.

¶Pſalmus.cxi.

¶Titulus.

Alleluya reuerſionis Agei & zachariæ.

Lyra.In hoc pſalmo dicitur reddēda fœlicitas pro operibus miſericordię.

Hiero.Pſalmus iſte per timorē dei puocat nos in ęternę dom⁹ habitatiōe fundari.Caſ.Glo.Ageus autē,interpretatur mōtanus Zacharias ſolennis, per hęc ergo nomina,ſignificātur fideles qui ſunt mōtani,id eſt alti in virtutibus,& ſolēnes,id eſt in tribulationibus gaudentes. Sicut ergo prophetę illi dominum laudauerūt,cum reparari templum viderent poſt reuerſionem ſuam a captiuitate Babylonica,ſic chriſtiani qui per eos ſignificantur poſt abſolutionē peccatorum dominum laudant,

tanquam a captiuitate liberati, & yllares de bonis quæ habent. Oſtendit enim pſalmus poſt liberationem peccatorum, quanta ſint bona fidelium & quæ retributio perfidorum. Et eſt etiam iſte pſalmus per omnes literas hebręi alphabeti digeſtus, intentione nos monens ſicut præcedēs ad laudem

Pſalmi. Diuiſio. dei. Et diuiditur in tres partes. In prima, breuiter tangit bona timentium deum, & quanta bona domini gratia mereantur oſtendit, & continet ſex literas. In ſecūda, eadem latius exequitur de aduentu Chriſti, per quem homines ſunt beati præmittens, ibi. Exortum eſt, & habet. xiij. literas. In tertia, mala impijs aſſerit euentura, ibi. Peccator videbit, & habet literas tres. Hugo cardinal. Et quia reuerſio a peccatis, ad pœnitentiā incipit per timorem, ideo a timore incipit, dicens.

1 Aleph. Beth. ✠ alia li. beatitudines ſunt illi viro qui ⁊c.

Beatus vir ✠ qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis.

Hieronymus. Nondum dicit. Beatus vir qui diligit dominū. virorum enim inſipiētium eſt timere, perfectorum vero diligere, ſiquidem perfecta dilectio, foras mittit timorem. Caſſio. Glo. Sed quia timor mundi, miſeros facit, timor vero dei & appetere facit, per quæ homo beatus eſt, ideo dicit (qui timet dominum.) Lyra. Timore filiali, qui reformidat offenſam, quia nulla ęterna ſunt gaudia, niſi quæ domini fuerint timore pręparata. Hieronymus. Sed videamus qui timet dominum, quid

Dñm q̃s timet.

facit, in mandatis eius volet nimis: nam qui timet dominum, qui beatus eſt, mandata ipſius libenter facit. Videte ergo quid dicat. Nō enim dicit mandata eiꝰ facit. Multi enim & timore faciūt & mercedem non habent, ſed dicit volet, tanquā diceret, ille beatus eſt qui non timore pœnæ, ſed propter dei dilectionem mādata facere deſiderat, non quidem trāſitorie, ſed nimis. Lyra. Quod autem dicit nimis, nō importat vitium, ſed affectum intēſum

volūtas pro facto habetur.

ad implendum dei mandatum. Glo Sufficit itaq; velle ſi perficiēdi mandata deſit facultas, quia pax eſt hominibus bonæ voluntatis. Quale autem ſit præmium huius beatitudinis oſtendit, dicens.

2 Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur.

(Potēs inquit in terra erit ſemen eius.) Glo. Non quidem in hac terra, vbi ſancti ſunt deriſui, ſed in cœleſti vbi fulgebunt ſicut ſol. Caſſiodo. In qua cum domino regnaturi ſunt ſancti, vbi nō diuitię humanæ, nec honores temporales faciunt potentes, ſed cōtemplatio domini & ſine fine laudatio.

Semen. Per ſemen autem, mercedem ſignificat bonorum operum, quę in hoc ſæculo velut ſemina iaciūtur, vt fructꝰ futuræ meſſis adoleſcat. Glo. Quod quidem ſemen ſic potens erit vt neq; mors, neq; vita ſeparet eum a charitate dei, a ſimili, meſſis quæ nulla tempeſtate poteſt deijci. Sequitur. (Generatio rectorum benedicetur.) Caſſiodorus. Non iſta generatio carnis, ſed illa quæ imitatione iuſtorū per ſimilitudines operum noſcitur eſſe propagata.

Qui recti dicantur. Auguſtinus. Gloſa. Recti autem ſunt qui non reſiſtunt patri emendanti & credunt promittēti. Non hi qui credunt periſſe opera ſua, quia non eis merces redditur periura, & quamuis iſte vir qui timet dominum gloriam hominū non quærat nec terrenas diuitias, attamen.

Gloria ✠ & diuitiæ in domo eius, & iſtitia eius manet in ſæculum ſeculi. ‡ He. 3 Vau. ✠ Hebr. ſubſtātia ⁊ diuitie. ‡ Adde ſemper.

Caſſ. Glo. Gloria inquit & diuitiæ in domo eius, id eſt in cordis ſecreto, vbi habitat cum ſpe vitæ æternæ, & vbi diuitias ſanctas & gloriam perpetuam reponit quiſquis domini præcepta compleuerit (Et iuſtitia eiꝰ manet in ſæculū ſæculi.) Lyra. Iuſtitia, id eſt meritum ſuæ iuſtitiæ. Glo. Hæc eſt enim gloria eius, heæ diuitię eius. Caſſ. Quę tamē deo largiente pręſtatur & manet in ſęculū ſęculi, ne aliquis ſe temporaliter exiſtimaret fieri beatū. Hiero. Et ideo non ſolum dicit manet in ſæculū quaſi poſt finem habeat, ſed in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors ✠ & miſerator & iuſtus. 4 Al. Heth. ✠ alia li. clemens ⁊ miſerator. Ic ūa ps

Caſſio. Glo. Secunda pars, in qua agit de aduentu domini per quē homines ex peccatoribus in æternum fiūt beati, quaſi dicat. Hæc omnia inde ſunt, quia. (Exortum eſt in tenebris lumen.) Glo. Id eſt ſol iuſtitię, vt tenebras pellat & rectos faciat. Caſſ. Venit inquā lux quæ ſuperat omnem lucem in tenebris, vbi lux ſolet eſſe gratior. Hierony. Eramꝰ enim in tenebris & vmbra mortis, ſed lux orta eſt nobis ſecundū Eſayam. Caſſ. Glo. Sed quibus exortum eſt lumen iſtud rectis corde. Peruerſi enim ab iſto lumine ſeparātur. Hugo car. Rectis autem corde exortū eſt, id eſt eis ſeu ad vtilitatē corū qui corda ſua direxerūt ad deum per fidem. Glo. Quale autē eſt iſtud lumē? Sequitur. (Miſericors & miſerator & iuſtus, ſubaudi dominꝰ.) Caſſ. Qui enim confitētur, habēt eum miſericordē. Qui vero contemnūt iuſtū, ſine dubio ſuſtinebūt. Gloſa. Lyra. Ipſe namq; miſericors eſt natura quantum ad habitum, miſerator vero quantum ad actum dum iuſtificat, & iuſtus, quia ſemper miſericordia concurrit cum iuſtitia. Hugo cardinal. Vel miſericors dominus eſt pœnitētibus. Miſerator proficiētibus. Et iuſtus retributor peruerſe agentibus. Hieronymus. Si ergo peccator es, noli deſperare, quia miſericors eſt, ſi vero ſuperbus, noli eſſe negligens, quia & iuſtus eſt, ſed videte q̃ iuſtitia ſimplex eſt, miſericordia vero duplex. Miſericors inquit & miſerator & iuſtus. Gloſa. Sed ne terreret te iuſtitia. Sequitur.

Iocundus ✠ homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternū non commouebitur. 5 Teth. Ioth. Caph. ✠ Hebr. bonꝰ vir clemēs ⁊ feneras d ſpenſabit verba ſua in iudicio.

Gloſa. Hugo car. Iocundus inquit, id eſt gratus & placēs eſt homo. Caſſ. Non tam hominibus q̃ deo qui miſeretur. Idem. Lyra. Id eſt qui egētibus nō potentibus reddere liberaliter donat & cōmodat gratis potentibus reddere. Caſſiodo. Vel ſic intelligitur, q̃ is qui pauperibus donat, commodare videtur, dat enim tēporalia recepturus æterna. Hugo cardinal. Et ille qui ita miſeretur & commodat

(diſponit ſermones ſuos.)Gloſa.Quibus defendatur in iudicio futuro.Hugo car.Quādo dicetur ei, redde rationē villicationis tuæ.Gloſa.Tunc enim fiet ſibi iudiciū cum miſericordia,quia ipſe fecit miſericordiam.Vel ille diſponit ſermones ſuos in iudicio. qui ſe dona dei geminaſſe probauerit,dicens.Domine quinqꝫ talenta tradidiſti mihi,ecce alia quinqꝫ ſuper lucratus ſum.Non vt ille qui ſuffoſum talentū cautela ſterili & noxia parcitate ſeruauit,conſequēter autē reddit cauſam,quare vir iuſtus diſponat ſermones ſuos in iudicio,ex eo ſcilicet,quia in ęternū non cōmouebitur.Caſſio.Glo. Id eſt a gloria domini nullatenꝰ ſeparabitur.Hierony.Quia ſupra petram fundatus eſt.Gloſa.Ideo autem dicit non commouebitur.Quia.

vi Lamech Men. IN memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit.

Caſſio. In memoria vtiqꝫ æterna erit iuſtus, quia vocatur ad præmiū,impijs vero dicitur,non noui vos.Augu.Tunc ergo in memoria æterna erit iuſtus,cum ad dexterā ſegregatꝰ audiet.Venite benedicti patris mei.Et tunc(Ab auditione mala nō timebit.)Augu.Caſſi.Quā audituri ſunt impij qui a ſiniſtris erūt,cum eis dicetur,ite in ignem æternum qui paratꝰ eſt dyabolo & angelis eiꝰ. Hiero. Et diſcedite a me maledicti,ſed quare non timebit ab auditione mala? Ecce,quia.

7 Num. lamech. Nun. PAratum cor eius ſperare in domino, cōfirmatum eſt cor eius, non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

Augu.Glo.Iuſtus enim non ſua quærit,ſed quæ Ieſu Chriſti ſunt labores patiēter ſuſtinet,pręmiſſa fidenter expectat.Caſſ.Glo. Et ſi quis mala minatur,non timet,quia.(Paratū eſt cor eius ſperare in domino.Glo.Nō in mūdo.Lyra.Nō in rebꝰ caducis & defectilibꝰ.Caſſ. Et ponitur hic cor pro
Cordis nomine. recte mētis affectu(Et cōfirmatū eſt cor eius.)Idē. Cū nulla ſęculi fœlicitate molleſcit.Omnia enim caduca contēnit,qui cœleſti fuerit delectatione cōpletus.Glo.Nec vllis tētationibus frangitur(non cōmouebit͛ donec deſpiciat inimicos ſuos.(Lyra. Nō cōmouebitur inquā a ſtabilitate ſuæ virtutis deo ipſum conſeruāte Hiero.Quia fundatus eſt ſupra firmā petrā,id eſt Chriſtū,donec deſpiciat inimicos ſuos.Hiero. Id eſt peccata hęreticos,dyabolum & poteſtates eius.Lyra.Quæ tunc ab hominibus deſpiciūtur,quando de eis habet plenū triumphum,quod eſt in morte,quando decedet in ſtatu gratiæ.Et quia prædicta meretur homo per opera miſericordiæ,ideo ſubditur.

8 Phe. Sade. Coph. DIſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

Caſſ.Hæc enim ſentētia ad illud dominicū pręceptū pertinet,ſi vis eſſe perfectus,vende omnia tua & da pauperibus, & veni ſequere me. Lyra. Iuſtus itaqꝫ qui miſeretur & commodat,diſperſit propter amorē dei,ſine aliqua acceptatione dedit liberaliter abſqꝫ ſpe retributiōis terrenę.Pauperibꝰ Chriſtum repreſentātibus,nō adulatoribꝰ ſeu yſtrionibus.Glo.Nō diuitibus.Caſſi.Ipſa nāqꝫ diſperſio quæ pauperibus fit,eſt quæ fœliciter cōgregat ipſa erogatio quæ cœlorū regna mercatur,quam qui fecerit iuſtitiā,operatur,quia domini pręcepta cōpleuit.(Et iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.) Hiero. Hoc eſt opera illius,ipſa permanēt.Augu. Caſ. In ſæculū ſęculi,id eſt cuſtode & authore illo qui cōdidit ſæcula. Glo.Quo cuſtodiēte nil perit (cornu eius exaltabitur in gloria.)Augu.Glo. Cuius humilitas a ſuperbis cotēnebatur.Hiero.Cornu eius,id eſt regnū ipſius exaltabitur in gloria, hoc eſt cum deo erit. Caſſio.Lyra.Cornu enim pro poteſtate temporali,qua vſus eſt ad bonū virtutis, Cornu nomine. ſiue pro regno ponitur,iuxta illud Danielis,quatuor autem cornua,quatuor regna ſunt.

ix Res. Sin. Thau. PEccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit.

i.j.pars. Gloſa. Hugo cardi.Tertia pars, in qua contra id quod iuſto accidet,mala impijs aſſerit euentura, quaſi dicat,cornu humilis exaltabitur,& peccator videbit,hoc ſcilicet quādo exaltabitur cornu eius in gloria.Hieronymꝰ.Vel videbunt tunc peccatores formam ſerui hominis,quam Chriſtus dignatus eſt ſuſcipere de noſtra humilitate, Illam autem gloriam quam ſancti habebunt,nec habebunt,nec videbunt, & quam videbunt, ad illorum pœnam videbūt,& iraſcetur. Auguſtinꝰ.Gloſa.Sera & infructuoſa pœnitentia,dicens.Quid profuit ſuperbia & diuitiarum iactantia?Hieronymꝰ. Iraſcetur inquā contra ſeipſum ꝙ non fecerit bona,ſed ſera erit pœnitentia hæc.Caſſiodo.Vel iraſcetur,quoniam pro ſua malignitate punitur, videbit enim ſe præſumpſiſſe de gloria caduca,de poteſtate fugitiua,& alios beatitudinē accipere,quę neſcit aliquādo deſinere. Ira,certe iuſta indignatio vera,ſed nō temporibus vltionis proficua.Hugo cardina.Iraſcetur etiam contra iuſtos,quibus inuidebit.Lyra. Et non ſolum interius iraſcendo turbabitur,ſed etiam exteriori ſigno,vnde ſequitur.(Dentibꝰ ſuis fremet & tabeſcet.)Hieronymus.Auguſtinus.Vbi per ſtridorē dentium,frigus intelligitur, vt illud. Ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Calor enim & frigus erit ibi & nulla requies.Caſſiodorꝰ.Fremet inquam,& ſe iam mordet ſuis dentibꝰ,& ſe proprio dolore caſtigat exigens a ſe cruciatus,quos hic ſuſtinere cogebat innoxios.Auguſtinꝰ.Non enim fremet & vireſcet,ſicut fieret ſi opportuno eum tēpore pœniteret,ſed tunc pœnitebit(cum deſideriū peccatorum peribit.)Idem.Glo.Nullo ſuccedente ſolatio,cum tranſient omnia tanquam vmbra. Cum fœno areſcente flos decidet.Hieronymꝰ.Vel tunc peribunt omnia bona, quæ hic in præſenti habuerunt.

Pſalmus.cxij.

Lyra. Iſte pſalmꝰ inducit nos ad laudem dei ex conſideratione ſuæ excellētis prouidētię,quia abiectos & depreſſos iniuſte, aliquādo ſubleuat ad ſtatum magni honoris,vt fecit Ioſeph.

Titulus. Alleluya.

Caſſiodorus.Glo.Quia merito laudādus eſt deꝰ qui merito humilitatis gentes aſſumit titulum pſalmus exponit. Alleluya enim vt diximꝰ in-

terpretatur,laudate dominū. Hierony. In quo docet nos iſte pſalmus,vt depoſita veteri malitia, tanquā modo geniti infantes in dei laudibus glorie-

Pſalmi. Diuiſio.
mur. Et hæc, eſt intentio pſalmiſtæ. Et diuiditur in duas partes. In prima,monet ad laudē,& oſtendit a quibus,quis,& quādiu,& vbi,& quare laudetur. In ſecūda,ipſe facit quod monet alios facere, vt tanquam magiſter verus,verbo doceat & exemplo,ibi. Quis ſicut dominꝰ deus noſter. Ad laudem ergo nos monens, ait.

1 Hebrai. ſerui.
LAudate pueri dominū, laudate nomen domini.

Caſſiodo. Gloſa. Laudate inquit pueri dominū. Pueri ſcilicet non ſenſu, ſed malitia. Non enim hic ætas electa eſt,ſed puritas: nam pueri,a puritate dicti ſunt. Pueri ergo iſti,omnes innocentes fideles ſunt. Hieronymꝰ. Vnde & de eis in alio pſalmo dicitur. Ex ore infantium & lactentiū perfeciſti laudem.

Quales deū laudare volētes decet.
Hugo cardinal'. Qui ergo deum laudare volunt,debēt eſſe puri a peccato,quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Gloſa. Hinc eſt ꝙ in diuinis laudibus,poſt omnia dicit puer. Benedicamus domino. (Laudate nomen domini.) Caſſiodorus. Gloſa. Id eſt ita operamini,ꝙ alij vidētes opera veſtra bona,glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nomen enim domini laudat & virtutes eius prædicat,qui ſe probabili actione cōmendat. Ecce iam dicit,qui & quem laudare debeāt,deinde ſubdit quandiu laudandus ſit,dicens.

2 SIt nomē domini benedictum, ex hoc nunc & vſq; in ſæculum.

Caſſiodorus. Ne forte ſibi momētaneam laudem pueri crederēt imperatam, dicit enim & modo in hoc ſæculo prædicandum,& in illa quoq; æternitate laudandum. Lyra. Et loquitur hic,non de benedictione conſecrationis quæ fit tantum a maiori,ſed de benedictione laudis quæ impēditur a minori. (Sit nomen inquit domini benedictū.) Hugo car. Et quia ſunt aliqui qui ſatis incipiunt,ſed perſeuerare negligunt, ideo additum eſt (ex hoc.) Hierony. Id eſt ex quo incœperūt homines & credere & laudare. (Et nūc) hoc eſt in præſenti (Et vſq; in ſeculum) id eſt ſine fine. Hugo car. Iuxta illud, laudabit vſq; ad mortē anima mea dominū. Caſſi. Glo. Et ne putetis ad horam me imperare laudem vel localiter tantum,ideo ſequitur.

3 A Solis ortu vſq; ad occaſum, laudabile nomen domini.

Hieronymus. A ſolis ortu inquit vſq; ad occaſum, id eſt ab initio natiuitatis noſtræ vſq; ad mortē.

Solis ortus & occaſus quid.
Hugo cardinalis. Per ſolis enim ortum,intelligitur natiuitas hominis. Per occaſum vero, mors. Caſſiodorꝰ. Vel per curſum ſolis,hic declaratus eſt totus mūdus ſeu vniuerſalis eccleſia,vt per totum mundum,cuius fabricator eſt Chriſtus,eius præconia debeant non taceri. Hugo cardinal'. Vel per ſolis ortum,proſperitas. Per occaſum,aduerſitas deſignatur, in quibus omnibus eſt deus laudandus. Gloſa. Non apud Iudæos tantum,ſed a ſolis ortu vſq; ad occaſum. Hugo cardinal'. Gloſa. Sed quare laudandus eſt deus. Sequitur,quia.

EXcelſus ſuper omnes gentes dominus & ſuper cœlos gloria eius. 4

Gloſa. Caſſiodorus. Vbi per gentes,terrena cuncta intelligit,per cœlos vero,cuncta cœleſtia, vt hæc duo omnes creaturas indicet ſibi ſubiectas; ſiue per gentes carnales homines,per cœlos vero,ſpirituales,vt ſuper omnes creaturas altiſſimꝰ ſentiatur, qui cunctarū rerū cōditor eſſe dignoſcitur. Hiero. Vel hoc dicit,quia prius excelſꝰ erat in Iudæa,nūc ſuper omnes gētes & ſuper cœlos,id eſt ſuper ſanctos excelſus eſt. Aug. Glo. Vel cœlos, dicit apoſtolos,per quos regnat in gētibus. Car. Vel ſuper cœlos eſt gloria eius,quā nobis ſi boni fuerimus præparauit. Et dicitur ſuper cœlos,quia modo cælatur a nobis,ſed quando reuelabitur ſaciabimur.

QVis ſicut dominꝰ deus noſter qui in altis habitat? & humilia reſpicit in cœlo & in terra. 5

Glo. Hugo car. Secūda pars,in qua ipſe facit quod alios facere ſupra monuit, quaſi dicat vere dominus eſt excelſus. (Nam quis ſicut dominꝰ deus noſter?) Hiero. Ac ſi diceret nullus talis eſt,vt ille de quo alibi dicitur,nō eſt ſimilis tui in dijs domine. Gloſa. Qui per ſe poſſit vt ipſe. (Qui in altis habitat.) Caſſ. Id eſt in excelſis creaturis ſuis,quas ipſe magnas fecit cū in eis habitare dignat', vt ſunt angeli boni ſancti eiꝰ & reliquæ poteſtates quæ præſentiæ ipſius dignitate grandeſcūt,ſed ne putares iſtam amplitudinem humilia velle deſpicere & in eis non habitare,vide quod ſequitur. (Et humilia reſpicit.) Hiero. Super quem inquit reſpiciam niſi ſuper humilem & trementē ſermones meos. Caſſi. Ipſe enim humilia reſpicit,vt fiant eius dono ſemper altiſſima. Hiero. Sed quare non dicit in humilibus habitat ſed reſpicit,hoc ideo,quia vbi reſpicit,ibi habitat,& vbi habitat,ibi reſpicit. Lyra. Vel in altis habitat per ſuæ gloriæ refulgētiam,humilia reſpicit per ſuam prouidentiam. (In cœlo & in terra.) Caſſio. Sic enim in cœlo & in terra,humilitas deo placita reperitur,ſicut ſuperbia probatur exoſa,vbi ergo elati locum credunt habere ſuperbiam,vbi cœlum & terram ab humilitate vidēt occupatam. Hugo cardinal'. Lyra. Vel humilia reſpicit in cœlo,vnde ſuperbos angelos & in terra,vnde ſuperbum & inobedientem Adam eiecit. Sequitur.

ſcda ps

SVſcitans a terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vi

Glo. Suſcitās inquit per ſolam gratiā a terra,id eſt de labe corporis,prius inopē,id eſt eos qui prius inopes erant,& etiā adhuc ſunt quādiu gemunt in corpore. Hiero. Quos de terra & putredine peccatorū dominus erexit. Caſſi. Glo. Hoc tamē beneficiū non ſibi ſoli inopes vendicēt & egentes, nam de ſtercore & paupertate erigitur quiſquis de hac labe corporis per dei gratiā ſubleuatur. Rex enim ipſe mundanus inops eſt munerum dei, & in ſtercore voluitur,cui carnis vitia dominantur. Hugo cardinal'. Vel in hoc verſu liberatio a duobus peccatis tangitur,ſcilicet ab auaritia quæ per terram, & a luxuria quæ per ſtercus deſignantur. Gloſa. Sed ad quid erigit, ecce.

7 *Hebrai. ſedere faciat.*

VT collocet ✠ eum cum principi‑pus, cum principibus populi ſui.
Caſſiodo. In hoc enim declarat ad quid pauperis & inopis peruenire poſſit erectio, vt ſcilicet (collocet eum cum principib⁹.) Gloſa. Id eſt cum angelis (Cum principib⁹ populi ſui) id eſt cum apoſtolis. Caſſiodor⁹. Vel principes populi, ſunt patriarchæ, prophetæ, apoſtoli, & quicunq; deo probabili conuerſatione placuerunt. Non ergo per principatum honorem illum credas, qui hominū ſuffragio conquiritur, ſed illum qui domino largiente pręſtatur. Caſſiodorus. Cum autem addit populi ſui, ſignificat eccleſiam catholicam, quæ toto orbe diffuſa eſt. Gloſa. Ad hoc ergo erigit dominus pauperem, vt addat eum ordinibus cœli, qui eſt ex angelis & hominibus, vnde addit.

8 *✠ Alle halleluya ex hebræo.*

QVi habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorū lætantem. ✠
Auguſtin⁹. Gloſa. Qui habitare facit ſterilem Sarram in domo, id eſt in eccleſia quæ prius ſterilis fuit, vnde per Sarram, ſterilem figuratur. Hieronymus. De qua in propheta dicitur. Lætare ſterilis quæ non paris &c. Caſſiodorus. Fuit enim ſterilis eccleſia ante aduentū ſponſi ſui, ſed facta eſt mater læta filiorum, quando prædicationibus apoſtolorum ex aqua & ſpiritu ſancto copioſos filios in toto orbe procreauit. Hanc ergo dominus in domo ſua. Hieronymus. Id eſt in ſeipſa. Caſſiodorus. Lætantem habitare, facit de partu, ſcilicet & numeroſitate ſanctorum.

❡Pſalmus.cxiij.

❡Titulus.
Alleluya.

Hieronymus. Iſte pſalmus vocē continet prophetę oſtendētis vt quę in eo hiſtorice narrātur ſpiritualiter dicta intelligātur.

Lyra. In hoc pſalmo inducit pſalmiſta ad dei laudem ex cōſideratione beneficij populo Iſrael exhibiti in exitu de Aegypto.

Caſſiodorus. Commemorat autem hic propheta, quæ beneficia dominus hebræis præſtiterit, & ydola gentium vana eſſe demōſtrat. Et exponit deinde q̄ ſit vtilis & ſaluberrima religio domini proprijs cultorib⁹. Auguſt. Glo. Hic autē nō narrātur pręterita, ſed futura prędicūtur. quia in illis geſta futura ſignabantur, & ideo nō omnia hic dicūtur, quę ibi geſta, ſed quædā aliter ne putetur pręterita recollere. Intentio autē prophetę in hoc pſalmo eſt monere nos ad cultū & laudē veri dei. Et diuiditur in tres partes. *Pſalmi. Diuiſio.* In prima, dicit propheta, quæ mirabilia fecerit deus Iudeis in figura, & chriſtianis in ſpiritu. In ſecunda, quare deus hoc fecerit interrogat, ibi. Quid eſt tibi mare, & ſoluitur ibi a facie domini. In tertia, Simulachra gentium inania eſſe demonſtrat & religionem chriſtianā commendat, ibi. Simulachra. Incipiēs ergo propheta a mirabilium narratione ait.

1 IN exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro.
Caſſiodor⁹. In exitu inquit Iſrael de Aegypto, in quo exitum illum debemus accipere, quando nos a peccatorum vinculis contingit exire. Tunc enim ab Aegyptiorū, *Exitus Aegypti* id eſt a dæmonum turba & tenebris ignorātiæ liberamur, quando barbaricæ ſeueritatis illius iura non patimur. Hugo car. In exitu ergo Iſrael, id eſt populi chriſtiani deum vidētes per fidē, de Aegypto, id eſt de tenebris infidelitatis, & in exitu domus Iacob, id eſt eccleſię contra vitia luctantis, de populo barbaro, id eſt infidelium vel dæmonum. Omnis enim lingua quæ deum non confitetur, barbara eſt. Caſſiodorus. Nam barbarus a barbara *Barbari qui ſunt.* & rure dict⁹ eſt, q̄ nunquā in vrbe vixerit, ſed ſemper vt fera in agris habitaſſe noſcatur. Tunc itaq; domus Iacob veraciter efficimur, quādo Chriſtiani dogmatis præcepta ſeruamus. Hieronym⁹. De *Iacob domus.* bemus ergo nos primit⁹ eſſe Iacob, id eſt ſupplantatores vitiorum, vt poſtea poſſimus eſſe Iſrael, id eſt animæ videntes deum. Sequitur.

HActa eſt Iudæa ſanctificatio ei⁹, Iſrael poteſtas eius. 2
(Facta eſt inquit Iudæa ſanctificatio eius.) Hieronymus. Id eſt in illis qui confitētur fidem trinitatis & veniūt ad baptiſmū, vbi eſt ſanctificatio dei, Iudæa namq; confeſſio interpretatur. Gloſa. Caſſiodo. Vnde ſicut ille popul⁹ cum exiret de Aegypto, ſanctificat⁹ eſt in Iudæa, id eſt in terra promiſſionis colēdo deum verum, quæ terra erat ante per ydolatriam polluta, & ſicut potens factus eſt in ea, & qui in Aegypto erant ſerui, ibi facti ſunt domini. Ita exeuntes a peccato, ſanctificat Iudæa, id eſt cōfeſſio, & per eam facti, Iſrael poſſunt reſiſtere vitijs. Vnde ſequitur. (Iſrael poteſtas ei⁹.) Hugo car. Gloſa. Iſrael inquam quod interpretatur videns deum per fidem. Et poteſtas eius, quia per hoc magnam poteſtatem acceperunt, iuxta illud euangelij, dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius.

MAre vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. 3
Hieronym⁹. Mare inquit, id eſt gentilitas vidit ſanctos prædicatores ſupplātatores vitiorum, & fuit, quia animę videntes deum, fugerūt, id eſt non potuerunt reſiſtere apoſtolis, quia deus in illis erat. Caſſiodorus. Per mare namq; intelliguntur peccatores ſæculi, qui mare vndarū tumidis cogitationibus fluctuant. *Maris nomine.* Iordanis cōuerſus eſt retrorſum. Hieronym⁹. Iordanis, interpretatur deſcenſio eorum, id eſt baptizatorum qui deſcendunt in baptiſmum & humiliantur, & conuertuntur ad dominū, a gentilitate, ad fidem.

MOntes exultauerūt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. ✠ 4 *✠ Hebr. ſubſilierūt quaſi arietes. ✠ Hebr. gregis.*
Caſſiodorus. Montes, dicit apoſtolos & euangeliſtas, vel omnes verbi dei prædicatores, qui montes merito dicti ſunt, propter ſanctitatis ampliſſimū cacumen, & fidei ſolidiſſimā firmitatem, iſti enim exultauerunt in operibus ſuis tanquā arietes, qui fideliſſimū gregem ad caulas domini diuino iuuamine perducebāt. Glo. Et velut duces populi cornibus vtriuſq; teſtamēti hæreticos debellabant & ſuperſtitiones diruebant. Hiero. Qui tunc exultauerunt quādo viderūt illos cōuerſos, qui ante blaſphemi fuerāt. Caſſiodo. Hugo car. Et colles, id eſt

mediocres ſubiecti montibus prædictis qui ſemẽ
fidei receperũt, ſic dicti a colendo exultauerũt ſup=
ple cum arietibus ſicut agni ouium. i. ſicut ſimpli=
ces innocentes. & matrem eccleſiam ſequentes.

5 QVid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es re=
trorſum.

ij pars. Gloſa. Cardina. Secunda pars in qua interrogatur
quare hęc fiant vt excitet admirationem, & ſoluit
ibi, a facie domini. Videntes namq; pręmiſſa mirã
tur dicenti, quid eſt tibi mare quod fugiſti. Hiero.
In quo ꝓpheta per ſemetipſum interrogat. & ip=
ſe reſpondet, ac ſi dicat. Quid tibi fuit gentilitas ꝙ
fugiſti, & tu Iordanis hoc eſt vox Chriſtiani quid
fuit ꝙ conuerſi fuiſtis retrorſum, quare hoc Quia
vidiſti ſanctos apoſtolos & prędicatores montes
ſcilicet & arietes. i. ſupplantatores viciorum, ideo
timuiſtis & fugiſtis. Gloſa. Et quid ꝙ vos.

vi. gregis. MOntes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium,

Caſſiodo. Priorum enim verſuum ordinem cuſto=
diuit. Sic enim licet ſub alio modo & hic ſunt po=
ſiti ſicut in prima diuiſione videntur. Hiero. Exul=
tauerunt autem montes id eſt ſancti prędicatores.
Exultauerunt & arietes. i. principes gregum, apo=
ſtoli ſcilicet qui generant greges, quorũ vnus ait.
Filioli mei quos iterum parturio, & iterũ. Per euã
geliũ inquit ego vos genui. (Exultauerunt & col=
les ſicut agni ouium.) Caſſio. Id eſt mediocres ab
apoſtolis conuerſi. Car. Quęſtioni autem huic re=
ſpondet dicens.

7 A Facie domini mota eſt terra, a facie dei Iacob.

Caſſiodo. Nunc enim ſequitur ad quæſita compe=
tens reſpoſio, audite itaq; conuerſi, audite fideles
Chriſtiani commotionem iſtam. i. permutationẽ
quę humanæ terrę Fœliciter euenit. Non tremo=
re montium, ſed proſpera conuerſione populorũ,
vt in culturam dei cõuerſa fixa permaneret. (A fa=
cie inquit domini.) Cardi. Gloſa. Id eſt a pręſen-
tia eius qua cũ ſuis fidelibus erat ſicut ipſe in euã
gelio promiſerat dicens. Ecce ego vobiſcum ſum
vſq; ad conſumationem ſæculi. Gloſa. Vel a facie,
id eſt clementia dei vel ab eius cognitione, vel ab
eius ira quam præuident futuram mota eſt terra.
Cardina. Id eſt corda terrena quę prius erant pi=
gra ad bonum opus tunc mota ſunt a ſua ſuperſti=
tione & commota ad pœnitentiam. Idem. Caſſio.
Gloſa. Et quaſi quis quęreret, quis eſſet iſte domi=
nus ſubiungit. (A facie dei Iacob.) Hiero. Id eſt a
pręſentia illius quem adorauit Iacob. Cardi. Qui
non eſt deus recens. ſed deꝰ quem coluit & in quẽ
credidit Iacob. Et in hoc confundit iudæos qui ſe
dicunt eſſe filios Iacob & tamen in Chriſtum nõ
credunt. Sed quomodo mota eſt terra ſubdit.

8 ✠ Alias paludes ‡ Hebr. ſilicem. QVi conuertit petram in ſtagna ✠ aquarũ, & rupem ‡ in fontes aqua=
rum.

Gloſa. Qui conuertit inquit petram. i. dura corda
iudęorum in ſtagna aquarum id eſt ad aquam ba=
ptiſmi. Et rupem id eſt gentiles in fontes aquarũ
vt ipſi emanent irriguos fontes prędicationis.
Caſſiodo. Cardina. Petram enim vocat dura cor=
da iudæorum quę quãtum ad quoſdam conuerſa
ſunt in aquis baptiſmi de quibus in euangelio do
minus ait. Potens eſt dominus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios Abrahę. Rupẽ vero dicit arida cor=
da gentilium a quibus deus diuini eloquij manare
fecit fontes irriguos. Hiero. Vel petra Chriſtꝰ eſt
vnde exierunt quattuor flumina. i. quattuor euan
gelia totum mundum irrigantia. Augu. Glo. Ipſe
enim dominus cum prius ignoraret erat quaſi pe
tra & rupes. Apertis tamẽ ſcripturis factus eſt fõs
aquę ſalientis in vitam æternam. Gloſa. Caſſiodo
rus. Hęc autem gratia erũpentis aquę de petra, nõ
pro meritis noſtris data eſt, ſed pro tua miſericor=
dia. Et ideo.

NOn nobis domine non nobis ſed nomini tuo da gloriam. ix

(Non nobis inquit domine non nobis.) Lyra. A
tribuatur ſcilicet gloria de prędictis mirabilibꝰ &
conſimilibus. Sed nomini tuo da gloriam. Gloſa.
Non meritis noſtris ſed nomini tuo. Caſſiodo. Id
eſt propter nomen ſuum det gloriam, quia merita
non videt in hominibus. Gloria autem eſt cũ im=
meritis dat, miſericordia dum peccantibus parcit.
veritas vero dum præmia reſtituit, vel impios pu
nit. Ideo ſequitur.

SVper ✠ miſericordia tua & veri= 10 ✠ Alias propter
tua, nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum.

Glo. Card. Super miſericordia tua inquit qua im=
pios vocas & eis parcis. Et veritate tua qua nõ ve
niẽtes iudicas & bonis pręmia promiſſa reſtituis
Auguſti. Hęc autem duo miſericordiam & verita
tem aduertite in ſanctis ſcripturis q̃ ſæpe ſibi iun
gãtur, in ſua quippe miſericordia vocauit impios
& in veritate iudicat eos qui vocati venire nolue=
runt. Caſſiodo. Vtrumq; tamen ſiue dum parcit ſi
ue dum iudicat ad gloriam domini manifeſtũ eſt
pertinere, Nequando dicant gentes vbi eſt deꝰ eo=
rum. Hiero. Propter hoc enim facit deus iſta mira
bilia, vt non dicant gentes quando potuiſſet deus
illos ſaluare. Caſſiodo. Vel iſta dicit de perſecutori=
bus iuſtorum qui quoties eos affligũt dicunt, vbi
eſt deus eorum quaſi non poſſit eripere quos vt co
ronet tormenta patitur ſuſtinere. Car. Et ideo da
gloriam nomini tuo, vt per viſa opera credãt deũ
eſſe qui nõ videtur, qui licet non videatur ab ocu=
lis mortalibus eſt tamen in cœlo, vnde ſequitur,

DEus autẽ noſter in cœlo, omnia 11
quecunq; voluit fecit.

Caſſiodo. Contra dementium enim verba gẽtiliũ
qui dicunt vbi eſt deus eorum ait (Deus autem no=
ſter in cœlo.) Hierony. Hęc namq; dicunt ſancti
ad illos infideles qui ydola adorant, vos veſtros
deos manu tangitis & oculis animalibus cernitis
& noſter deus in cœlo eſt ſurſum. Cardi. Qui licet
vbiq; ſit tamẽ in cœlo ſpecialiter eſſe dicitur, quia
ibi magis relucet poteſtas eius & pręclariora ope=
ra, & quia familiaris eſt angelis. Auguſti. Glo. Vel
in cœlo. i. in Chriſto hominem ſecundum illud,
deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians.

(Omnia quecunq; voluit fecit.)Glo.Per quod;omnipotens apparet.Hierony.Vel omnia quecũq; voluit fecit dum in his quę cœleſtem vt vitam agũt & adhuc terrena claudũtur impleuit volũtatesſuas.

12 ✠ Hebr. vola. Simulacra ✠ gentium argentum & aurum opera manuum hominum.

Tertia pars. Dyapſalma. Auguſti.Gloſa.Tertia pars in qua oſtenſa potentia dei tranſit ad deos gentium viſibiles. Caſſiodorus.Gloſa. Et oſtendit inania ſimulachra & q̃ ſit vtilis religio dei dicens Simulacra gentium non vtique veri dei ſunt argentum & aurum in materia de qua ſunt.Hieronym⁹.Quę ſimulacra ideo dicũtur quia ad ſimilitudinẽ alicuiũs hominis mortui facta ſunt.Idem.Gaſſiodorus . Gloſa . Et licet inueniantur ęnea & lignea & fictilia tamen illud elegit vtilius quod gentilitas iudicabat reuerenti⁹ adorandum,vt erubeſceret colere viliora quorum & precioſa probantur irriſa opera ſcilicet manuũ hominum.Gloſa.Quo ad formam Materiam nãq; creauit de⁹,ſed ſtulticia hominum formam addidit.Cardina .Similitudo autem formę ab hominibus facta magis trahit hominũ vanitatem q̃ a deo facta precioſa materia, vt ſunt aurum & argentum Glo.Hæc enim manu hominum ſunt formata,ſed non habent membrorum officia.vnde ſubdit,

13 ✠ Alias naſum. Os habent & non loquentur,oculos habent & non videbunt.

14 ¶Aures habent & non audient,nares ✠ habent & non odorabunt.

xv ¶Manus habent & non palpabunt , pedes habent & non ambulabunt , non clamabunt in gutture ſuo.

Caſſiodo.His tribus verſibus notantur hi qui ſimulacris ſuis membra hominum aſſignare voluerunt,nam quid rogo illi op⁹ fuit os , qui loqui nõ poterat? Quid oculi ei qui conſpicere non valebat,quid aures ei qui non erat auditurus,quid nares illi qui nullaten⁹ fragantiã ſentiebat,quid manus ei qui res palpabiles ignorabat,quid pedes ei qui ſe mouere minime preualebat? Et vt talib⁹ rebus rebus augeretur irriſio addidit.(Nõ clamabũt in gutture ſuo.) Idem.Hiero.Beſtię enim & muta animalia vocem habent licet confuſus ſit & clamor eorum . Iſta autem ſimulacra nec humanum & articulatum clamorem nec confuſum vt beſtiæ habent.Auguſti.Cardi.Glo.Hęc autem omnia cõmunia ſunt hominibus cum beſtijs,nam & ſymiæ manibus contractant per quę patet non ſolum homines,ſed & beſtias ante ponendas eſſe ſimulacris eorum.Sequitur.

xvi Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt eis.

Glo.q.d.quia talia vt dictum eſt ſunt ſimulacra eorum,ideo.Similes illis fiant qui faciunt ea. Augu. Gloſa.Vt ſcilicet videant apertis & ſentiẽtib⁹ oculis,& adorent clauſis & mortuis mentibus,nec videntia,nec viuentia ſimulacra.Car. Similes enim illis fiunt.quia ſicut illa nec vident nec ſentiunt, ſic illi qui ea colunt oſtẽdunt ſe nec videre nec ſentire,nam ſi viderent & ſentirẽt inutilitatem ſimulacrorum perciperent.Et omnes qui confidunt in eis.Hierony.Non ſolum qui faciũt ſed etiam qui confidunt in eis.Gloſa.Adorantes ea.

Domus ✠ Iſrael ſperauit in domino adiutor eorum & protector eorum eſt. xvii ✠ Don' adiutum eſt.

Caſſiodo.Gloſa.Hic conſequenter oſtendit chriſtianæ religionis vtilitatem & domini celebrat preconia.Dom⁹ enim Iſrael eccleſiam ſignificat quę mente videt deum & ſperat in domino, quæ mũdana deſideria ſemper abiciens ſola ipſius domini delectatione perfruitur . Sed quid ei ex hoc proueniat exponit dicẽs,adiutor eorum,& protector eorum eſt. Idem. Adiutor enim eſt quia carne laborantes in hoc mundo inquãtum vtile nouit adiuuat. Protector vero quoniam animas ſanctas nulla ſinit diabolica fraude ſubuerti.Cardina . Vel adiutor in bonis agendis & adipiſcendis . Protector vero in malis vitandis eorum id eſt ſperantium in eo.

Domus Aaron ſperauit in domino, adiutor eorum & protector eorũ eſt. xviii

Caſſiodo. Gloſa.Domus inquit Aaron. i.ordo ſacerdotum.Aaron enim in populo iudęorum primus ſacerdos electus eſt cuius commemoratione merito ſacerdotalis ordo declaratur . Quod ergo prius generaliter dixit, hoc nunc de ſacerdotibus decora iteratione retexuit.Car. Ipſorum etenim & adiutor & protector eſt deus,vt & ipſi in ſpe & patientia perſeuerent,ne autem ſpes eorum preſumptio videatur oſtendit ꝙ ſpes non eſt ſine timore. Vnde ſequitur.

Qui timent dominum ſperauerũt in domino, adiutor eorum & protector eorum eſt, xix

Hiero . Omnes enim qui timẽt dominum & amãt & ſperant in eum vera protectione protegit & defendit.Cardi.Quoniam ipſe adiutor & protector maiorum & minorum eſt quia vtriq; timent dominum. Caſſiodo.Hęc enim duo ſpes & timor beatos faciunt & fœlices quos cõſequitur quod ſuperius dixit vt eis & adiutor ſit dominus & protector Sequitur.

Dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis. 20

Caſſiodo.Vbi cum dicit dominus memor fuit noſtri gratiam diuinæ pietatis oſtendit. Cardi . Non enim nos pręuenimus miſericordiam dei,(ſed dominus memor fuit noſtri.Hiero. Quando ſcilicet quod promiſit impleuit . Miſit enim filiũ ſuũ qui carnem ſuſcepit & nos liberauit.(Et benedixit nobis.)Car.Conuerſis ſcilicet.Quando enim deus filium ſuum incarnari miſit nõ meritis noſtris hoc fecit ſed vt errantes populos doceret & conuerſos ſua benedictione ſaluaret.Cardi.Benedixit inquã, ſed quibus ſequitur,

Benedixit domui Iſrael, benedixit domui Aaron.

(Benedixit inquit domui Iſrael . Caſſiodorus. De

ſanctæ marię virginitate naſcendo. Hugo cardinalis. Domui inquam Iſrael.i. vniuerſali eccceſiæ vidēti deum per fidem (Benedixit domui) Aarō) id eſt potificibus & prælatis. Caſſiodo. Aarō enim ſacerdotij honore erat pręcinct⁹ vt de ipſo in alio pſalmo dictum eſt. Tu es ſacerdos in ęternum ſecū dum ordinem Melchiſedech. Cardinalis. Et nullo excluſo.

22 BEnedixit omnibus qui timent dominum, puſillis cum maioribus.

Gl. Cum enim dicit, benedixit omnibus qui timēt dominum nullum genus excluditur. Caſſio. Hoc fecit deus in piſcatoribus, hoc fecit in regibus nec vllum genus hominum ei credens probatur exceptum quod ſit ab eius muneribus alienum. (Nam benedixit puſillis cum maioribus.) Hiero. Id eſt altioribus merito & inferioribus. Cardi. Nam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. Soli autem timentes deum habent hanc benedictionem quia qui ſine timore eſt non poteſt iuſtificari. Quam tamen multiplicari & augeri petit propheta cum ſubgiungit.

23 ADijciat dominus ſuper vos, ſuper vos & ſper filios veſtros.

Caſſiodo. Adijciat inquit dominus ſuper vos & ſuper filios veltros benedictionem ſcilicet quam in hoc ſæculo ſanctis ſuis domin⁹ pro parte cōcedit, vel adijciat numero veſtro populos fideles, quod eſt noſtris temporibus facit & vſq; ad finem ſæculi nō deſinit operari quo aduſq; omnes fideles in vnum gregem collecti ſimul gaudeant. Hiero. Vel adijciat domin⁹ ſuper vos alios prędicatores. Primitus enim pauci fuerunt poſt ea effecti ſunt. Gloſa. Ergo vos vtriq; patres & filij eſtis.

24 BEnedicti vos a domino, qui fecit cœlum & terrram.

Hiero. Caſſiodo. Benedicti vos inquit iuſti ſcilicet & ſancti domino. Card In quo omnis vera benedictio eſt. Caſſiodo. Et vide genus benedictionis. Domino enim poſuit quia ipſa eſt perfecta beatitudo non ſibi quēquam præparari ſed domino, (qui fecit cœlum & terram.) Car. Id eſt omnem creaturā cœli & terræ. Auguſt. Vel benedicti vos a domino dui vos fecit cœlum in magnis. Terram in puſillis. Lyra. Vel per terram deſignatur benedictio gratiæ in pręſenti, & per cœlum benedictio glorię in futuro. Sequitur.

25 COElum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum,

Gaſſiodo. Cum iuſti cœlū dicantur, domin⁹ Chriſtus cœlum cœlorum conueniēter accipitur, ſicut ſanctus ſanctorum deus deorum. Cœlum autem dictum eſt quod intra ſe cælet vniuerſa. Hiero. Per cœlum itaq; altius apoſtolos ſignificat qui ab ipſo Chriſto audierunt prædicationem, & illuminationem ſpiritus ſancti acceperunt. Cœlum iterum ſunt ſucceſſores apoſtolorum quibus illi prædicauerunt. Terra autem ſignificat ſimpliciores qui lacte nutriūtur per prædicationem, & ipſi qui terreni erant cœli efficiuntur. Glo. Car. Eſt ergo ſenſus, cœlum cœli domino id eſt maiores in eccleſia qui dicūtur cœlum propter cœleſtem vitā, & quia minores quaſi terram infundunt pluuia doctrinæ iſti inquā ſunt domino cœli, ſupple dociles quia ab ipſo per inſpirationem docentur. Terram autē id eſt quālibet creaturam viſibilem dedit filijs hominum, id eſt minoribus quibus viſibilia iſta ſūt litera, vt per cognitionem creaturę veniant ad cognitionem creatoris. Pro his autem omnibus laudādus eſt deus ab illis qui ſunt in gratia non a peccatoribus. vnde ſubdit,

Celū qd ſignat.

Terra. ſignificat.

NOn mortui laudabunt te domine' neq; omnes qui deſcendunt in infernum. ✠ xxvi

✠ Hebr. ſilentiū

Hierony. Glo. Non mortui inquit, id eſt peccatores qui peccatis mortui ſunt. Caſſi. Mortui quidē quia perpetuis cruciatibus affligēdi ſunt. Lyra. Et ſunt extra ſtatum merendi, ideo non laudabunt te domine. Caſſiodo. Quia ſicut ſalomon ait. A mortuo quaſi ex eo qui non eſt perit confeſſio. Hiero. Et peccator cum in profundum malorum venerit contemnit. Card. Id eſt nō laudat quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, neq; ſubaudi laudabūt omnes Glo. Id eſt aliquis omnium qui deſcendunt in infernum Hierony. Hoc eſt habitatores inferni. Caſſiodo. Glo. Vel neq; omnes vniuerſaliter laudabunt te, ſed particulariter, nam & ſancti in inferno deſcenderūt ſed nō in inferiori. Lyra, Hic namq; accipitur infernus pro inferno damnatorum vbi nō eſt dei laus, ſed magis blaſphemia. Nō ergo illi laudabunt.

laus in ore peccatoris vniuerſale pro particulari

infernus multiplex.

27 SEd nos qui viuimus ✠ benedicimus domino, ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. ‡

qui viuimus additū eſt ✠ Adde halleluia

Gloſa. Sed nos inquit qui viuimus vita ſcilicet gratiæ benedicimus domino, id eſt laudam⁹ dominū Caſſiodo. Qui viuorum eſt dominus non mortuorum. Non enim hic loquitur de iſta vita viuentiū quam commumem ſanctis cōſtat eſſe cum impijs, ſed de illa de qua in ſequenti pſalmo dicitur. Placebo domino in regione viuorum. Hierony. Gloſa. Nos itaq; fideles qui viuimus. i. qui fidem & opera habemus, laudamus deum ex hoc id eſt quo incipimus intelligere nunc. i. modo progrediendo. Et vſq; in ſæculum, id eſt ſine fine.

iuſtis impijs q; cōmune.

Pſalmus.cxiiij.

¶Titulus.

Alleluya.

Gloſa. Hic titulus ſæpe iteratur qa laudatio dei & dignitas eſt operū & precium laborum id eſt meritum eſt & pręmiū Et eſt pſalmus iſte conſolatio fidelium contra dolores ſeculi. Hierony. Vocem enim cōtinet fidelis animæ a deo peregrinantis quę poſt longuos labores ab eo ſuſcipitur, intentione monens ad laudem. Caſſiodorus. Et diuiditur in duas partes, in prima gratias agit quia ſe exauditum eſſe cognſcit & contra omnia pericula mortis efficaciter ſe dominum inuocaſſe teſtatur. In ſecunda iterum clamat ad dominum vt li=

Lyra. Secūdū hebręos Dauid fecit hunc pſalmū pro liberatione ſua a periculis in perſecutione Saulis, pro qua plures pſalmos fecit, & ad hunc ſenſum proſequitur expoſitionem ſuā.

Pſalmi Diuiſio.

beratus perueniat ad illam requiem ſempiternam quam fidelibus promittit domini munere concedendam, ibi. O domine libera. Gloſa. Propheta ergo in perſona captiui reuerſi gratias agẽs deo ait.

1 DIlexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis meę.

Auguſti. Glo. Dicit enim hoc ouis quę errauerat & filiꝰ ille qui mortuus fuerat & reuixit, & huius ſæculi peregrinus (dilexi inquit). Lyra. Dominum ſcilicet. Cardi. Quia nichil eſt diligendum niſi deus aut propter deum. Caſſiodo. Gloſa. Quem dilexi non propter temporalia bona mihi data, non propter regni amplitudinem, non propter mundi fœlicitatem, vt infideles qui deum diligũt, quia bona iſta dat, ſed ideo dilexi (quoniam exaudiet dominus vocem orationis meę.) Idem. In anguſtijs ſcilicet, quod ſibi prodeſſe perpetuo ſentiebat. Glo. Spes enim futuri boni dilectionẽ accendit. Hiero. Sed vide quod non dicit diligam ſed dilexi. Non promiſit ſe facere ſed teſtatur ſe feciſſe, dilexi inquit. Sed quare dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meę. Dilexi trãſacti tẽporis eſt, exaudiet autem futuri magna itaq; fuit iſta dilectio, Cardi. Nam propter ſpem de futuro bono, dicit. Dilexi qnoniã exaudiet. Et propter recordationem de pręteriro ſubiungit.

2 QVia inclinauit aurem ſuam mi-
chi, & in diebus meis inuocabo,

Augu. quaſi dicat. Ideo dilexi quoniam exaudiet & ideo exaudiet quia inclinauit aurem ſuam mihi Caſſiodo. Quam ad nos inclinare dicitur cum nos audire dignatur. Car. Nam nichil aliud eſt domine inclinatio q̃ ſua ad nos condeſcenſio. Hierony. Nos enim parui ſumus & humiles & nõ poſſumꝰ nos extendere & exaltare propterea deus inclinat aurẽ ſuam & dignatur exaudire nos, & quia homines ſumus, & non poſſumus dij fieri ideo deꝰ homo factus eſt, & inclinauit ſe ſecũdum illud quod ſcriptum eſt. Inclinauit cœlos & deſcendit. Cardi. Inclinauit ergo aurem ſuam mihi mittendo filiũ in carnem ad paſſionem pro me. Et in diebꝰ meis inuocabo. Gl. In diebꝰ ſcilicet miſerię meę quos mihi feci peccando. Caſſiodo. Noſtros enim illos dies dicimus vbi propria iniquitate peccauimus, & anxios dolores prauis rogitationibꝰ ſuſtinemꝰ. Et quia circa ſe vberem domini ſenſerat pietatem ideo in diebus ſuis, cum ſcilicet multis tribulationibꝰ angeretur inuocaſſe ſe dominum profitetur. Hugo, cardina. Et cauſam quare inuocauit ſubdit.

Ad nos deum aurem iclinare

hominis dies. qu. dicã tur.

3 CIrcundederunt me dolores ✠ mor-
tis, & pericula ‡ inferni inuenerunt
me,

✠ Hebr. funes. mortis. ‡ Hebr. munitiones infer ni.

Glo. q. d. Ideo dilexi, ideo inuocabo. Et heę ſunt cauſæ diligendi, heę clamare faciũt, quoniam Circundederunt me dolores mortis. Hierony. Gloſa. Caſſio. Id eſt peccata vnde procedit dolor & mors animæ. Hierony. Vel dolores mortis ſunt cogitationes fedę, quando enim anima cogitat & peccare deſiderat vel quando parturit peccata vicina eſt morti. Et pericula inferni inuenerunt me. Hieronymus. Pericula inferni ſunt opera praua quæ animam circundãtes peccare ſuadent. Auguſtinꝰ. Hęc inquam pericula inuenerũt me errantẽ a te, nam niſi errarem abs te non inuenirent me, ego vero qui gaudebam proſperis ſęculi non inueniebam ea, ſed poſtea q̃ ego.

mortis dolores

inferni periculũ

4 TRibulationem & dolorem inue-
di, & nomen domini inuocaui.

Cardina. Tribulationem inquit corporis exteriorem & dolorem cordis interiorẽ inueni. i. pro bona inuentione reputaui. Auguſti. Glo. Latebat eĩ me prius tribulatio & dolor vtilis vnde nobis eſt auxilium, & tunc vana ſeducebant me, ſed poſt inueni tribulationem & dolorem. i. afflictionem exteriorem eſſe vtilem. Hiero. Nouit enim iuſtus ꝙ tribulatio patientiam operatur, patientia autẽ probationem probatio vero ſpem, ſpes autem non cõfundit Et ideo nõ requiem ſed tribulationem quęrit, non tamẽ inuenitur niſi quod quęritur. Caſſ. Vnde ſupra vbi captus eſt a doloribus inuentum ſe dicit hic vero vbi remedium reperit inueni ſeſe ipſos dolores aſſerunt. vnde ille cauſas ſuæ calamitatis cognoſcit qui ſe afflictum vt conuertatur intelligit, nam & medicus tunc quęritur quando viſcera humana morbus aliquis grauare ſentitur. Et nomen domini inuocaui. Idem. Quo preſtante & dolor & tribulatio vinceretur celeriter.

tribulationis et fenus.

5 O Domine ✠ libera animam meã,
miſericors dominus & iuſtus &
deus noſter miſeretur.

✠ Hebr. obſecro domine ii. pars.

Gloſa. Cardi. Secunda pars in qua precatur vt liberatus ab his malis veniat ad requiem q. d. Et quia hęc mala ſunt mihi ideo. (O domine libera animã meam). Hierony. In quo deprecantis non vocantis eſt affectus. Caſſiodo. Gloſa. Exclamat enim ad dominum, vt anima eius quę ſine deo captiua eſt a peccatorum profunditate liberetur ſicut apoſtolus ait. Quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ ſequitur. Miſericors dominus & iuſtus, quod idẽ apoſtolus ſubdit dicẽs. Gratia dei per Ieſum Chriſtum. Caſſiodo. Qui miſericors eſt quia inclinauit aurem ſuam Iuſtus vero quoniam peccatorem corripuit ad veniam requirendam (Et deus noſter miſeretur). Idem. Gloſa. Quia recipit filium quẽ flagellat. Hiero. Si ergo peccator es audi quia miſericors dominus ſi negligẽs audi quia iuſtus. Vicit tamen miſericordia iudicium propterea ſemel iuſtus poſuit & ſecundo miſericors, vt ſemper eum miſericordem oſtendat. Sequitur.

vi.

CVſtodiens paruulos dominus, hu-
miliatus ſum & liberauit me.

Gloſa. Caſſiodo. (Cuſtodiens) inquit tanquam paſtor eximius qui gregem ſuum a rapaci lupi incurſione defendit. (Paruulos) id eſt humiles. Cardina. Qui ſe cuſtodię eius committunt. Lyra. Proprium nanq; eſt deitatis ſuccurrere paruulis, qui nõ poſſunt a potentibus ſe deffendere. Glo. Et in hoc experto credite quia ego (humiliatꝰ ſum & liberauit me.) Caſſiodo. Prius tamen humiliatum poſtea ſe dicit eſſe liberatum quia vulnera dolere non poſſunt quę ad ſanitatem cœleſtis medici munere perueniunt. Hieronymus. Eius autem non miſeretur

deitatis proprium

deus qui ſe exaltat,ſed qui ſe humiliat.Cardina.Et quia liberatus homo a peccatis debet vaccare deo & ſibi ideo ſubiungit.

7 ✠ Alias reuertet ✠ Hebr. reddet. tibi.

CONuertere anima mea in requiem tuam,quia dominus benefecit tibi.✠

Glo.Caſſiodo.In quo hortatur animam ſuam vt conuertatur ad deum vnde.ei requies.(Conuertere inquit anima mea in requiē tuam). Lyra. Ideſt in deum per gratiarum actionem in quo ſolo mens humana quietatur.Hierony. Si ergo fuerimus in anguſtia,& cœperit nos cogitatio captiuare i peccatum dicamus. Couetere anima mea in requiem tuam. Caſſiodo.Quæ data eſt tibi per gratiam. Auguſti. Glo.Non meritis aut viribus tuis. Sed quia domin⁹ benefecit tibi,id eſt quia bona dedit pri⁹ tibi liberato alias liberatus non eſſes. Benefecit dico.

8 ✠ Hebr. offenſa

QVia eripuit animam meā de morte,oculos meos a lacrimis pedes meos a lapſu.✠

Caſſiodo. In hoc enim declarantur cauſę quare ſuperius dixerit,quia domin⁹ benefecit mihi.(Quia inquit eripuit animam meā de morte.) Idem. In quo beneficium diuinæ virtutis oſtendit. quia niſi per eius potentiam non valuiſſet a morte perpetua liberari.Hierony. Eripuit ergo animam meā de morte,quia pro me paſſus eſt pro me crucifix⁹ eſt deus meus. Cardi.Eripuit inquam de morte. i. de peccato quod eſt mors animæ,Glo. Vel per fidem eripuit animam meam de morte,cum ſcilicet infidelis factus eſt fidelis.Qui enim credit de morte ad vitam tranſit,& eripuit oculos meos a lacrimis.Hiero. Ploraui enim vt rideā,luxi vt in ſempiternum gaudeam,nam qui in pręſenti non plorat in futuro lacrimabitur.Caſſiodo. Ceſſant autē lacrimę ſanctorum,quando iam mors animę non probatur eſſe ſuſpecta.Non enim in ſecuritate plāgitur,ſed in iſto agone vbi calamitas ventura metuitur (Eripuit etiam pedes meos a lapſu.) Cardi. Vt ſcilicet non caderem de via iuſtitiæ in foueam peccati.Hierony.Vel liberati ſunt pedes mei a lapſu quia conuerſa eſt anima mea in requiem ſuam Caſſiodo. Illic enim non formidatur ruina vbi iā eſt ęterna proſperitas in hoc autē ſæculo ſemper colluctatio eſt,nam etiam iuſti mortem animę timēt & aſſidue lacrimas fundunt & pedes ſuos a lapſu vllatenus alienos non credunt.Et ideo cuncta ſub metu ſunt quia non hic plene ab his periculis eruimur. Ideo ſequitur.

ix ✠ Hebr. deambulabo coram dn̄o in terris viuentiū

PLacebo ✠ domino in regione viuorum.

Hierony. Nō dicit placeo ſed placebo quia in pręſenti ſęculo perfectus iuſtus nemo eſſe poteſt,neq; Dauid neq; aliquis ſanctorum nemo enim mūd⁹ a peccato nec ſi vnius dei fuerit vita eius. Ideo nō audet dicere placeo ſed placebo. Caſſiodo. Securi. enim tūnc iuſti placebunt domino. quando vlterius de peccatorum aduerſitate non metuent. Auguſtinus. Glo. Tunc ergo placebo perfecte domino quando nullus erit lapſus ambulantium pedū, nullum infirmæ carnis lubricū. Et hoc erit in regione viuorum.)Caſſiodo. Id eſt in congregatione ſanctorum vbi omnis viuens reuera colligitur & a ſorte morientiū ſeparatur. Hiero. Hęc enī regio mortuorū eſt. Alia vero eſt terra viuorū.Car. De qua in alio pſalmo dicitur. Credo videre bona domini in terra viuentium,id eſt in cœlo. Cœlum autē ideo bene regio dicitur,quia ibi omnes erūt reges. celū cur regio dicitur.

¶Pſalmus .cxv.

¶Titulus. Alleluya.

Gloſa.Voce laudis congrue ꝑtitulatur hic pſalmus. Idem. Caſſio. In quo vox fidelium ſermo beatorum Modulatio ſancta canentiū vox inuictorum martyrum qui confeſſione viguerunt,& pręmia dei conſecuti ſunt qui glorioſam mortem pro Chriſti nomine ſuſtinuerunt. vnde& auditus delinitur,& anima feſſa recreatur. Per quod patet intētio pſalmi quæ eſt laudare deum.Et diuiditur in duas partes.In prima in perſona martyrum beneficia dei ſibi facta commemorat promittendo ſe pro retributione calicem bibere paſſionis.In ſecunda in ꝑſona eorumdem ſe filium eccleſiæ & ſeruum dei dicit,ibi O domine quia ego ſeruus tuus. Glo. Cardinalis. Propheta ergo in perſona matyrum commemorās dei beneficia. Primum beneficium ponit fidem ſecundo confeſſionem dicens. Diuiſio. Pſalmi.

Lyra. Poſt Ra.ſa.exponit hūc pſalmū de Dauid poſito ī perſecutione Abſalō in qua legitur peccaſſe ꝑ deceptionē dando ſibi bona Miphibozeth, & patienter tolleraſſe illam perſecutionē, & gratiarū actionem promiſiſſe ad ſuā liberationem.

1 ✠ Hebr. afflictus ſum.

CRedidi propter quod locutus ſum, ego autem humiliatus ✠ ſum nimis.

Hierony.Et quoniam prior pſalmus ita finitur. Placebo domino in regione viuorū,ideo nunc dicit peopheta. Credidi. quid credidi,quoniam placebo domino in regione viuorum,hoc credidi propter quod & locutus ſum.Glo.Quia credenti neceſſe eſt loqui.Caſſiodo.Gloſa. Verus autem & congruus ordo eſt. prius credere. poſtea loqui,ne nōdum credens audeat loqui ſed fidem ſequatur confeſſio. Auguſt. Non enim perfecte credit qui non loquitur quod credit & qui illud ore non confitetur.Cardina.Nā corde ait apoſtolus creditur ad iuſticiam ore autē confeſſio fit ad ſalutem.Hiero. Sed quid locutus ſum?Ego autem humiltus ſum nimis Credidi inquam quoniam placebo domino, quoniā ero angelus quoniam ero in cœlis,& non fui ſuperbus. Non ſum elatus,ſed humiliatus ſum nimis cognoſcens me ipſum quia terra ſum & cinis. Augu.Gloſa. Hugo cardinalis. Vel quia ore locutus ſum confitens & prædicans quod credidi deo humiliatus ſum nimis,quia multas tribulationes & iniurias paſſus ſum propter verbum dei quod fideliter tenebam. Gloſa. Et ne vera confeſſio viribus hominis detur,dicit proprium hominis eſſe ꝙ mendax eſt.Quod non facile ſciret niſi exceſſu mentis ad ad ſuperna vectus eſſet vnde ſubdit. Credenti neceſſaria. hominis propriū.

2 ✠ Alias in ſtupore meo ✠ Hebr. mēdaciū

EGo dixi in exceſſu meo ✠, omnis homo mendax.

Caſſiodo. Ne illam confeſſionē veriſſimam quam domino prȩſtante ſuſceperat aliquis putaret mortalium viribus applicandam. Quid proprium humanitas habeat ipſe profitetur. Omnem hominē ſcilicet eſſe mendacem. (Ego dixi inquit in exceſſu meo. Idem. Id eſt in raptu mentis meȩ in diuinam contemplationem. Augu. Gloſa. Tunc enim dicitur extaſis ſeu exceſſus mentis cum mens non pauore alienatur, ſed aliqua inſpiratione reuelationis ſurſum aſſumitur. Vel extaſim dicit pauorē cruciatos vel mortis quem comminantibus perſecutoribus & impendentibus paſſionibus humana infirmitas patitur. q. d. humiliatus ſum in illa autem humiliatione, ego dixi in exceſſu meo, vel in extaſi mea, id eſt in pauore paſſionum. Omnis homo mendax. Glo. Augu. Ex ſe ſcilicet. Eſt deo tamen verax. Cardi. Petrus enim qui de ſe preſumpſit mendax inuentus eſt, vel accipitur hic mendatium de mendatio mutabilitatis. Omne enim temporale mendatium eſt. Hiero. Quid enim veritatis poteſt eſſe in hoc mundo cum vmbra ſit vita noſtra ſuper terram? Caſſiodo. Hæc itaq; regula nos aſtringat vt quando carnis fragilitate mendaces ſumus noſtrum eſſe fateamur. Quando veraces diuinis hoc muneribus applicemus. Magna ſiquidē prudentia geritur, vt ſibi aliquis imprudēs eſſe videatur. Nā ſicut leues ac fatui ſe eſſe veraciſſimos mentiuntur, ita illuminati mēdaces ſe eſſe cognoſcunt. Sequitur.

Extaſis

3 QVid retribuam domino, pro omnibus quȩ retribuit mihi.

Augu. Gloſa. Videns enim iſte quia omnis homo mendax. Videns etiam ſe domini gratia factum veracem. Caſſiodo. Bene dubitauit quid retribuere poſſet humanitas quȩ boni proprium nihil habebat, ideo ait (Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Augu. Glo. Nō ait pro omnibus quæ tribuit, ſed pro omnibus quæ retribuit. Quȩ igitur præceſſerāt hominis bona vt omnium donorum dei, non attributio ſed retributio vocari poſſit? Quæ præceſſerant hominis niſi peccata. q. d. nulla retribuit ergo deus hominibus bona pro malis pro eis paſſus cū homines retribuāt mala pro bonis. Caſſio. Retribuere enim dicimus quando & bonis bona reddim⁹, & malis bona præſtam⁹, dn̄s autē bonū pro malo nobis retribuit vt qđ p̄dicauit verbo, moſtraret exēplo quādo alapis cȩſus, iudici traditus, flagellis immeritis verberatus, nobis reſurrectionis ſpem tribuit & cœlorum regna promiſit. Hiero. Quid ergo habeo dignum quod illi pro tantis beneficijs retribuam ego terra ſum. Ego cinis ſum, & quodcunq; illi dedero ipſi⁹ eſt, & magis illi reddo q̄ dono, nihil ergo quod illi retribuam habeo niſi vt pro ipſo ſanguinem fundam. Niſi pro ipſo martyr exiſtam. Nam hæc eſt ſola retributio digna pro ſanguine ſanguinem tribuere. vnde ſequitur.

4 CAlicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

Gl. Quaſi dicat, ego dono dei verax calicem id eſt paſſionem quæ dicitur calix quaſi placita potio, vel quia ſub mēſura bibitur, ſalutaris, quia in ęternam ſalutē p̄pinatur, vel ſalutaris, id eſt Ieſu qui prior paſſus eſt. Hiero. Vnde in hebræo habetur calicem Ieſu accipiam. Gloſa. In deſiderio. Caſſio Digna quidem promiſſio ſi dei munere promittitur. Sed ſi in humanis viribus ponitur, periculoſa præſumptio. Quis enim poteſt confeſſoribus tormentorum patiētiam dare niſi ille qui pro nobis dignatus eſt calicem paſſionis accipere. Hiero. Et propterea quia martyrium non eſt propriȩ virtutis ſed gratiæ dei ſubditur. Et nomen domini inuocabo. Caſſiodo. Quia ſine eius auxilio calicē accipere non valeo. Car. Sed quid eius auxilio faciet Sequitur.

Calix.

VOta mea domino reddam corā omni populo eius, precioſa in cōſpectu domini mors ſanctorum eius. 5

Hierony. Vota ſunt martyrum orationes. Cardi. A volendo dicta. Auguſti. Caſſiodo. Gloſa. Vota ergo mea quæ deſiderio cōcepi reddā in ipſo actu coram omni populo eius, vt exemplum patiendi a me accipiant. Card. Reddam inquam ei a quo accepi vt ſuſtinerem. Et hoc faciam, vt deo placeam, quia precioſa enim in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Caſſio. Aug. Glo. Quæ ideo bene dicitur precioſa, quia domini ſanguine noſcitur comparata. Emit enim eam Chriſtus ſanguine ſuo quē prius fudit pro ſalute ſeruorum, ne ipſi pro eo mori dubitarēt, illius ergo paſſione glorificata eſt vt in conſpectu eius eſſet eximia. Cardi. Precioſa ergo, id eſt cara, & grata eſt in cōſpectu domini mors ſanctorum eius, qui propter hoc moriebantur libēter vt Chriſto placerent. Hierony. Gloſa. Reſpondeant ergo nunc Iudȩi, qui omne corpus humanum dicunt eſſe immundum, quomodo precioſa ſit in conſpectu domini, mors ſanctorum eius. Precioſa certe, quia emit eam Chriſt⁹ precioſo ſanguine ſuo. Hoc ergo præcio comparatus, confitetur conditionen ſuam dicens.

vi Secūda pars. ✠ Hebr. obſecro domine quia &c.

O Domine ✠ quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ.

Glo. Cardi. Scunda pars vbi in perſona matyrum dicit ſe eſſe ſeruum dei, & filium eccleſiȩ. Auguſt. Glo. Et quaſi diceret, quia tanto præcio nos comparaſti, ideo o domine profiteor conditionē meā quia ego ſeruus tuus. Caſſiodo. Admiratur enim ſe talia be neficia ſuſcepiſſe, qualia ipſe pro redēptione mundi eſt dignatus aſſumere. Et vt augeat admirationem addit ſeu repetit (ego ſeruus tuus) Hierony. Grandis namq; dignitatis eſt, & meriti eſſe ſeruum domini, & non ſeruum peccati ille autem recte ſeruus dei dicit̄ in quo nō regnat peccatū (Sū inquam ſeruus tuus, & filius ancillȩ tuȩ. Caſſiodo. Glo. Id eſt eccleſiȩ quæ ancilla eſt dum ſeruit Spōſa dum ſponſo coniungitur, in quo competenter aduertimus non eſſe martyrium, niſi quod ſeruus domini & catholicæ filius meretur eccleſiæ. Aug. Gloſa. Qui autem ſunt pręter eccleſiam non ſunt filij ancillæ, & ſi ſeruos ſe dicant quales ſunt hęretici. Sequitur.

.7 Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen domini inuocabo.

Caſſiodorꝰ. In quo, virtutem exponit martyrij, cuius impetu triumphali dirumpuntur omnia vincula peccatorũ. Nulla enim macula in homine remanere poteſt, quam pius ſanguis abluerit. Gloſa. Hugo cardinal'. Dirupiſti inquit virtute martyrij, vincula mea, id eſt omnia peccata mea, quibus vinctus eram, quę omnia dimittuntur in martyrio ſicut in baptiſmo. Hiero. Nam & ſi martyr poſt baptiſmũ peccauerit, tamen ſecũdo baptiſmate martyrij ablutus, ſecurus vadit ad dominum. Cathenę enim peccatorum quibus vnuſquiſq; conſtringitur, in martyrio dirumpũtur. Gloſa. Et propter ea quia dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Hieronymus. Non quidem ſacrificabo hircum, aut vitulum, ſed hoſtiam laudis. Caſſiodorus. Hoc enim ſacrificium domino nimis videtur acceptum. Hugo cardinal'. Vel tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, id eſt meipſum dabo in ſacrificium ad laudem tuam. Hieronymus. Hæc namq; eſt laus martyrum, hæc & laus monachorum. Sicut enim martyres laudant dominum, ſic & monachi qui die ac nocte pſallunt domino, debent eandem puritatem habere martyrũ, ſi quidem ipſi martyres ſunt, quod enim faciunt angeli in cœlis, hoc monachi faciũt in terris (Et nomen domini inuocabo.) Hugo cardinalis. Id eſt, intus vocabo, non tantum ore laudabo. Caſſiodorꝰ. Gloſa. Notandum autem ꝙ verſus hic tantam virtutem creditus eſt habere, vt a nonnullis diceretur poſſe hominibus peccata dimitti, ſi in fine vitæ, ſiue tertia hunc confeſſione congemuerint. Sequitur.

8 Vota mea domino reddã in conſpectu omnis populi eiꝰ, in atrijs domus domini in medio tui Hieruſalem. ✠

✠ Secundum aliam literam verſiculus ſubiungitur ſequenti Adde halleluya ex hebræo.

Caſſiodorus. Poſtquam enim dixerat oblaturum ſe hoſtiam laudis, ne crederetur vbicunq; eſſe ſoluendam, dicit, in atrijs domus domini, id eſt in eccleſia catholica toto orbe diffuſa, qua continentur omnes veriſſimi chriſtiani non hæretici qui ſunt vana prauitate diſcreti. Quod autẽ dicit, vota mea domino reddam, ſeipſum vniuerſalem offerre pollicetur. Omnium enim fidelium votum, eſt, Chriſto ſe offerre, & in eius eccleſia recta credulitate cõſiſtere. Et vt agnoſceres quæ eſſet iſta domus domini, vide quod ſequitur (In conſpectu omnis populi eius.) Hieronymus. Id eſt coram omni cœtu ſanctorum. Caſſiodorꝰ. Gloſa. Dignum enim eſt, vt publice debeat laudari, qui pati pro omnium ſalute dignatus eſt, vt ex hoc plures ædificentur (In medio tui Hieruſalem.) Hieronymus. Cœleſtis ſcilicet ciuitatis, quæ eſt mater noſtra, cuius iam ciues, & domeſtici facti ſumus. Caſſiodorus. Vbi pax domini conquieſcit, & vnitas ſancti populi domini contemplatione lætatur. Hugo cardinalis. Vel Hieruſalem, dicitur religio, in qua eſt æternæ pacis viſio & contemplatio.

Pſalmus.cxvi.

Titulus. Alleluya.

Lyr. In hoc pſalmo monentur omnes populi, tam gẽtiles ꝗ Iudæi ad laudem dei, pro aduentu ipſius Chriſti, qui inſtituit vnam eccleſiam ex Iudęis & gẽtibus ad dei gloriã & honorem.

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Hugo cardinal'. Breuis pſalmus omnium primus atomus, id eſt ſine diuiſione. pro ſui enim breuitate diuiſionem non recipit, ſed omnes compendio ſuæ locutionis ſuperat. Et eſt quaſi punctus & centrum omniũ pſalmorum. vnde diuerſæ ſpecies formantur. Mira variatio contra tædium ſalutaria dicere, modo paucis, modo late. Hieronymus. Paruus ſiquidem habetur pſalmus iſte in numero verſuũ, ſed magnus eſt in ſpiritualis miſterij ſacramẽto. Caſſiodorus. Et conuenit martyribꝰ, qui glorioſa paſſione perfuncti, omnes gentes ad domini laudes excitant. Gloſa. Hugo cardinal'. Ne quis tamen putaret per Hieruſalem, de quo in fine præcedentis pſalmi ſolos Iudęos qui hoc nomine gloriantur ſignificari omnes gẽtes ad laudem monet in perſona martyrum, dicens.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. 1

Caſſiodorꝰ. Clamat enim chorus ſanctorũ, omnes gẽtes dominum debere laudare, dicens (laudate dominum omnes gentes.) Gloſa. Id eſt omnes gentiles. Lyra. Ad fidem Chriſti vocandi. Hieronymus. Qui relictis ſimulachris acceſſitis ad eum per fidem, quod magi ab oriente venientes incoauerũt, offerentes munera regi nato, ſicut Matheus ait. Laudate eum omnes populi. Lyra. Hugo cardinal'. Gloſa. Id eſt omnes Iudæi in duodecim tribubus diuiſi, qui quaſi ratione vtentes, eo ꝙ ſub lege viuebant dicuntur populi reſpectu gẽtium quæ quaſi pecora ſine lege viuebãt. Lyra. Præponit autem gentes Iudęis, quia pauci de Iudæis primo crediderunt, & multi de gentibus, ſicut ait apoſtolus. Caſſiodorus. Cauſa autẽ quare debeat dominus toto orbe laudari, ſubiungitur cum dicitur.

Quoniam confirmata ✠ eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas domini manet in æternum. ‡ 2

✠ alia li. confortata. ‡ Adde halleluya.

(Quoniam confirmata eſt inquit ſuper nos miſericordia eius.) Hugo cardinalis. Cum in aduentu Chriſti miſericordiã quam per prophetas promiſerat exhibuit. Caſſio. Gloſa. Quod enim per prophetas ꝓmiſerat in aduẽtu Chriſti, cõpleuit & firmauit miſericordiã, quia quicquid dedit cuſtodiuit vt nunquã moueatur. Hiero. Glo. Vel tunc cõfirmata eſt miſericordia eius, cum effudit ſuper credentes ſpiritũ ſanctũ iuxta promiſſionẽ quã Lucas euãgeliſta cõmemorat. Lyra. Et cũ dicit cõfirmata eſt, loquitur de futuro per modũ pręteriti propter certitudinẽ prophetiæ. In aduentu enim Chriſti & non ante fuit miſericordia dei confirmata per effectum, quæ ante expectabatur per magnum deſiderium (Et veritas domini manet in æternum.)

Caſſiodorus. Hugo cardinalis. Lyra. Gloſa. Id eſt Chriſtꝰ qui eſt veritas patris, ſicut ipſe ait, ego ſum via, veritas, & vita, ipſe enim manet in æternum cum patre, quod eſt cõtra Arrium qui dicit fuiſſe tempus quando non erat filius, quia ſi aliquando non fuit filius, fuit pater, ſine veritate, ſine via, ſine vita, quod nefas eſt dicere. Auguſtinus. Gloſa. Vel veritas domini manet in æternum, ſiue in eis quæ ꝓmiſit iuſtis, ſiue in his quę minatur impijs.

¶Pſalmus. cxvij.

¶Titulus. Alleluya.

Hieronymus. Pſalmus iſte vocem continet eccleſiæ Chriſti vocatione fundatæ, vel populi interempti pro Chriſti nomine deum magnificantis.

Lyra. Poſtquã recitauit opinionẽ certorum hebræorum, dicit ꝙ pſalmus iſte ad literam intelligit̃ de Chriſto, ſenſus enĩ literalis eſt, qui primo intelligit̃ a ſcriptore.

Caſſiodorꝰ. Gloſa. Et eſt iſte quintus pſalmus, de primo aduentu multis figuris decoratus, habet enim quoſdã verſus vnifines, quoſdã vnius principij, quoſdam interſcalares, & huiuſmodi ornatus. Caſſiodor. Quatuor namq; verſus primos, pari fine concludit, vt euangelico numero, totum mundum vni domino laudes reddere debere commoneret, hoc & in. cxxxv. pſalmo per omnes verſus abſolute facturus eſt, quod quare fiat, tunc euidentius monſtrabimus, intentione autem monet nos iſte pſalmus, ad laudem dei. Et diuiditur in quatuor partes. (Sectio pſalmi.) In prima, monet laudare propter miſericordiam, qua in tribulatione exauditus eſt, & adiutus, & quia per miſericordiã auditus eſt in tribulatione, ideo dicit hominem non eſſe timendum. In ſecunda, dicit confidendum eſſe in ſolo deo, & qualiter ſit adiutus exponit, ibi. Bonum eſt confidere. In tertia, quod monet alios ſe facturũ promittit. Et exponit per quem, & quem admodũ ſit facta ſalus, ibi aperite. In quarta, gaudẽs de aduẽtu Chriſti, idem quod monuerat monet. Et addit ꝙ frequenter, & ſolenniter, & in atrijs domini fiat, gaudẽs de aduentu, ibi. Benedictus ad laudem ergo monens ait.

1 **Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſęculum miſericordia eius.**

Hieronymus. Confeſſio autẽ hęc non ad peccatorum remiſſionem, ſed ad laudem pertinet deitatis (cõfitemini inquit domino.) Glo. Id eſt laudate dominũ (Quoniã bonus.) Augu. Nõ potuit laus dei breuius explicari, q̃ vt diceretur (Quoniã bonus.) Idem. Gloſa. Hoc enim propriũ deo eſt, qui per ſe, & ex ſe bonus eſt, ſicut ipſe ait. Nemo bonus, niſi ſolus deus. Cardi. Qui & peccata dimittit, & gratiã cõfert. Caſſ. Glo. In hoc autẽ patet, ꝙ bonus eſt, quoniã in ſæculũ miſericordia eius. Caſ. Quia nõ ſolũ pręſtat immeritis, ſed etiã in æternũ miſericordiæ ſuæ dona cõcedit, in ſæculũ enim, perpetuitatẽ ſignificat futuram, vbi vnum eſt ſæculũ & vna dies, nec permutatio vlla ſuccedit. Car. Quomodo autem laudãdus eſt, & quando, & a quibus ſubdit, dicens.

Dicat nunc Iſrael quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. 2

¶Dicat nunc domus Aaron, quoniam in ſæculum miſericordia eius. 3

¶Dicant nunc qui timent dominũ, quoniam in ſæculum miſericordia eius. 4

Glo. Dicat, id eſt cõfiteatur nunc. Hugo car. Id eſt, ſtatim dum licet, dum mereri poſſumus (Iſrael.) Hierony. Id eſt vidẽs deum qui prius cæcatus delictis, nunc mente ſerena dei gloriam contemplatur. Glo. Talis enim ydoneus eſt dominum confiteri (Quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius) hoc iam ſupra expoſitum eſt. Dicat nunc domus Aaron. Hiero. Quæ ante, ydolis immolauerat, nunc autem altiſſimi illecta bonitate, ſacerdotium gerit animæ ſuæ. Hugo cardinalis. Gloſa. Vel domus Aaron, id eſt ſacerdotes & miniſtri eccleſię, qui pro reuerentia ſingulariter memorantur, & qui Aaron officium in eccleſia ſuſceperunt. Hugo cardi. In his autem duobus verſibꝰ ponitur domus pro familia, & ne per Iſrael & Aaron ſolum intelligerẽtur memorati Iudęi, ideo aperte de omnibus loquens, ſubdit. (Dicant nunc qui timent dominũ.) Idem. Siue de Iudæis, ſiue de gentibus ſint. Lyra. Timet inquã timore filiali, qui patris vitat offenſam. (Filij in patrem timor.) Hierony. Vel qui prius ſimulachra timebãt, domini miſericordiã cum reuerẽtia decantent. Gloſa. Illi enim ſoli qui timent dominum, ydonei ſunt confiteri domino. Sequitur.

De tribulatione inuocaui dominũ, & exaudiuit me in latitudine dominus. 5

Glo. Caſ. Exẽplũ enim de ſe ponit, vt alios ad miſericordiã inuitet. q. d. Ecce miſericordia domini erga me, quia (de tribulatione). i. de anguſtijs huiꝰ ſęculi. Car. Vel de tribulatione. i. de corde tribulato, inuocaui dominũ petẽs ab eo veniã & gratiã (& exaudiuit me in latitudine dominꝰ.) Hiero. In anguſtijs. ſ. tribulationũ exaudiuit me in latitudie gaudiorũ. Caſ. Quæquidẽ latitudo terminũ neſcit, eripit enim nos de tẽporalibꝰ malis, & bonis nos potens eſt implere perpetuis. Car. Vel hoc dicit de tribulatione martyrũ, qui quãto magis tribulabãtur tanto plures cõuertebãtur ad fidẽ, & magis dilatabãtur & numero & merito. vnde ſupra in alio pſalmo dicitur, in tribulatiõe dilataſti mihi. Sequit̃.

Dominus mihi adiutor, ✠ non timebo quid faciat mihi homo. (vi ✠ Adiutor aditũ eſt iſti.)

7 **¶Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos.**

Caſſiodorus. Gloſa. Idem in iſtis duobus verſibus principium eſt, quãuis tamen pene videantur eſſe conſimiles, ſingulis tamen verbis omnino diſcreti ſunt. Hugo cardinal'. Et quia duplex dei adiutorium neceſſarium eſt homini, contra ſcilicet fraudulentiam, & contra violẽtiam. (Duplex dei adiutorium.) Ideo ſecundo iterat. dominus mihi adiutor, quaſi dicat, ꝙ primo eſt adiutor contra fraudulentiam hoſtis callidi. Secundo, contra violentiam fortis armati, & ego

inquit talem habens adiutorē (Non timebo quid faciat mihi homo.) Hieronymus. Id eſt dyabolus qui vtiq; & homo & vir, ſæpe in ſcripturis ponitur. Hugo cardinal'. Et a deuicto homine, ſumpſit nomen, vt homo diceretur, ſicut de eo in euangelio ſcriptum eſt, inimicus homo hoc fecit. Deſpiciam etiam inimicos meos. Hieronym⁹. Vel hæreticos vel Iudęos. Caſſiodor⁹. Vel carnales inimicos qui viſualiter religioſorum hominum propoſitū perſequuntur. Idem. Gloſa. Vel ſpirituales nequitias vult intelligi, quas in illo iudicio dicit eſſe videndas, vbi dyabolus cum miniſtris ſuis deſtruct⁹ atq; damnatus apparebit. Hugo cardinal'. Vel inimici ſunt, mundus, caro, demonia, qui debent deſpici, & merito, quia mundus vanus, caro vilis, dyabolus malignus. Gloſa. Cum autem ſupra dixerit non timebo, hic dicit deſpiciam, quod plus eſt q̄ non timere. Hugo cardinal'. Vel hoc ad literam de martyribus, ſicut de Laurentio legimus, qui Dacianum deſpexit.

hominis hoſtes caro, demones mundus.

8 BOnum eſt confidere in domino, q̄ confidere in homine.

ſcđa ps.

Gloſa. Hugo cardinal'. Secunda pars, in qua dicit in ſolo deo eſſe confidendum, per quem inimicitias gentium euadit, & ad veram vitam venit, quaſi dicat, quia dominus eſt adiutor, ergo. (Bonum eſt confidere in domino.) Hieronymus. Qui vitam largitur æternam. Lyra. Nec deficit in neceſſitate. Hugo cardi. Cum ſit omnipotens adiutor. Gloſa. Contra mala ſæculi. (Magis q̄ confidere in homine carnali.) Hieronymus. Cuius ſalus vana eſt, de quo & alius propheta ait, maledict⁹ homo qui ponit in homine ſpem ſuam. Caſſiodor⁹. Ipſe enim per ſe nec alteri, nec ſibi valet dare remediū, item

9 BOnum eſt ſperare in domino, q̄ ſperare in principibus.

Hugo cardinalis. Bonum eſt ſperare in domino inquit, id eſt gloriā expectare ab eo. Lyra. Qui reddit premium pro virtutum operibus abſq; dubio. Hugo cardinalis. Vnde ſpes iſta eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, q̄ ſperare in principibus. Hieronymus. Quorum poteſtas cum hoc mundo dilabitur. Auguſtinus. Gloſa. Vel in principibus, id eſt in angelis qui principes dicūtur, ſicut in Daniele ſcribitur. Michael princeps veſter. Cum enim videtur homo iuuare, vel angelus, domin⁹ per eos hoc facit, qui eos pro modo eorum bonos fecit, in quo eſt propterea ſperandum. Caſſiodo. Vel principes iſti, ſunt dæmones, de quibus in euangelio dominus ait, venit princeps mundi huius. vnde nec in bonis, nec in malis angelis, ſed in ſolo domino ſpem hominis dicit eſſe ponēdam. Gloſa. Hugo cardinal'. Conſequenter tribulationē quam ſuperius commemorauit exponit, dicens.

Danie.x.

x OMnes gentes circuierunt me, & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.✠

✠alia li. vlt⁹ ſum eos.

Caſſiodorus. Vox iſta, vox eccleſiæ eſt de perſecutione gentium, & de laboribus quos prius in capite ſuo, id eſt in domino Chriſto pertulerat, & poſt in ſuis paſſionibus ſuſtinebat. Gloſa. Quaſi dicat, ideo in domino ſperādum eſt, quia omnes gentes circuierunt me, quaſi ab extra explorātes blandis, minis & alijs occultis: hoc enim in pricipio actū eſt eccleſię. Caſſiodorus. Per gentes autem, hic, populi ſignificantur, & ideo genus hic nominis immutauit, dicens (Et in nomine domini, quia vltus ſum in eos.) Hugo cardinalis. In nomine Chriſti ſcilicet vltus ſum in eos, id eſt in populos. Gloſa. Dum ipſi conuerſi, pœnas pœnitendo ſuſtinent, quas ingerebant, deinde quaſi reddens cauſam, vnde tantam ſuperare potuit dicit, quid primo in capite ſuo paſſa ſit ſubdendo.

CIrcundantes circundederunt me, & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.✠ xi

✠alia li vlt⁹ ſum eas.

(Circundātes inquit circundederunt me.) Caſſio. Iudæi ſcilicet Chriſtum in paſſione. Augu. Glo. Et ideo hic non repetit gentes, quia hoc a ſolis Iudæis factū eſt. Car. De quibus ſupra in alio pſalmo dicitur. Circundederūt me vituli multi, tauri pingues obſederūt me (Et in nomine domini, quia vltus ſum in eos.) Caſ. Quādo multi ex eis pœnitentes quæ fecerūt, nomina chriſtianorū ſumere meruerunt. Car. Vel quia vltus ſum in eos per Titum & Veſpaſianū. Vt ipſi videant quid lucrati ſunt, & quia Iudæi circundederūt Chriſtum, primo occulte volentes eum capere in ſermone, ſecundo eum aperte perſequendo. Ideo repetit.

CIrcundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis, & in nomine domini, quia vltus ſum in eos.

Gloſa. Circundederūt me dicit eccleſia in perſona capitis, ſicut apes fauum. Idem. Hugo car. Apibus namq; ideo Iudæi cōparātur, quia ſicut apes alijs non ſibi mellificāt, & alios pungendo ſeipſas euiſcerant, ſic Iudæis amaris conatibus ſuis dulcem cibum alijs parauerūt, & occidendo Chriſtum intus perierunt. Caſſiodorus. Ipſe enim Chriſtus a ſæuientibus Iudęis circundatus paſſionis ſuę per totum mūdum mella profundit. Sequitur. (Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.) Hugo cardi. Nam ſicut ignis in ſpinis crepitum & ſtrepitum facit, ſic Iudæi contra Chriſtum inuidia & ira ſuccenſi volentes eum ad nihilum redigere, ſicut ignis ſpinas conſumit, clamabant crucifige eum. Auguſtinus. Glo. Vel hoc melius de eccleſia accipitur. Poſt paſſionem namq; domini, contra eccleſiam gentium Iudæi exarſerunt ſicut ignis in ſpinis peccatorum. Caſſiodorus. Spinæ enim ſæculi, peccata deſignant, quibus Iudæorū populus ferociter incitatus in delictis ſuis, velut ignis concrepās ęſtuauit. (Et in nomine domini, quia vlt⁹ ſum in eos.) Hieronymus. Cum ea quæ mihi intulerant in eos refuſa ſunt. Auguſtinus. Gloſa. Vel dum conuerſi extincta in eis malitia populo chriſtiano ſociati ſunt, ſiue quia cæteri qui contempſerunt hoc tempore vocantis miſericordiam, veritatem iudicantis in fine ſenſuri ſunt. Sequitur.

Spine ſeculi.

IMpulſus euerſus ſum ✠ vt caderē, & dominus ſuſcepit ‡ me. xiii

✠alia li. pellebar ‡ Alias. ſuſtentauit me.

Glo. Poſtq̄ enim ſupra oſtēdit q̄ dominus liberat non permittēdo cadere, oſtendit etiam q̄ liberat a caſu releuādo, quaſi dicat vltus ſum in eos, tamen

aliquando impulſus euerſus ſum hac intentione
vt caderem in æternam mortem,& dominus ſuſce
pit me. Hugo card. Vt non caderem. Hiero. Quia
confidens in eum,ipſum ſaltim adiutorem quæſi
ui. Caſſiodo. Et inſpice vim verborum,impulſum
enim ſe dicit & verſatum vt caderet,ſed domini ſu
ſceptione firmatus eſt. Nam ideo fideles tormen=
tis tradi videntur,vt cadant & a recta credulitate mu
tentur,ſed domini dextera cõfirmati non cadunt,
quoniam in fidei ſanctitate conſiſtunt. Hugo car.
Vel de eccleſia poteſt legi,quæ impulſa tribulatio=
nibus euerſa fuit,id eſt cõculcata & deſpecta,vt ca=
deret,id eſt ad nihilum deueniret,ſed non ſic fuit,
quia dominus ſuſcepit me in ſuam curam & cuſto
diam,& ideo nõ cecidi dicit Chriſtus vel eccleſia,
quia ipſe qui ſuſcepit me eſt.

xiiii **Fortitudo mea & laus mea domi=
nus, & factus eſt mihi in ſalutem.**

Caſſiodorus. Non enim poteſt impulſus cadere,
cui auxilium videtur domini fortitudo pręſtare,
fortitudo inquit mea,& laus mea dominꝰ. Hugo
cardinal. Id eſt ab illo habeo fortitudinem & lau=
dem,& ideo non mihi aſcribo,ſed ei a quo habeo,
ſine quo nec fortem,nec laudabilem me eſſe repu=
to. vnde ſequitur. Et factus eſt mihi in ſalutem. Au
guſtinus. Gloſa. Non ꝙ ipſe aliquid factus fuerit
quod ante non erat,ſed quia illis ſalus eſſe cœpit
conuerſis quod non erat auerſis. Hieronymꝰ. Ipſi
ergo cõcinam,ipſum laudabo qui mihi in hac tri=
bulatione factus eſt in ſalutem. Gloſa. Qui etiam
non ſolum facit pericula declinare,ſed & ſalutem
pręſtat. vnde ſequitur.

xv ✠ Hebr. laudis & ſalutis. **Vox exultationis ✠ & ſalutis, in
tabernaculis iuſtorum.**

Caſſiodorus. Chorus enim ille fidelium lætus ex
ultat,quoniam dum perſecutores eorum putarent
eos mœrore confici,& tribulatione cõſumi,illi di
uina contemplatione gaudentes de ſua pœna læ=
tabantur,quã ſciebant ſibi ad æterna gaudia pro=
futuram. Gloſa. Vnde qui videbantur deficere in
malis,exultant(In tabernaculis iuſtorum.)Hiero.
Caſſio. Id eſt in cordibꝰ martyrum reliquorumq;
ſanctorum, qui facti ſunt tabernaculũ domini per
inhabitantem ſpiritum ſanctum in eis. Caſſiodo.
Et quamuis forinſecus affligerẽtur,intus tamen
exultabant. Gloſa. Spe futuri præmij. Vnde de eis
dicitur. Quaſi triſtes ſemper autem gaudentes. De=
inde qualis ſic factus dominus fortitudo ſibi & ſa=
lus oſtendit,dicens.

xvi ✠ Hebr. dextera dñi excelſa dextera dñi fecit fortitudinem. **Dextera domini fecit virtutẽ, dex=
tera domini exaltauit me, ✠ dex=
tera domini fecit virtutem.**

Hieronymus. Dextera inquit domini fecit virtu=
tem,vt mihi victoriam in paſſione tribueret. Caſ=
ſiodorus. Vel dextera domini, id eſt Chriſtus qui
eſt dextera patris fecit virtutem, cum per eum pa=
ter virtutem operatus eſt in exaltatione ſanctorũ.
Caſſiodorus. Auguſtinꝰ. Sed quam virtutem,ecce
dextera inquit domini exaltauit me. Magna nãq;
virtus exaltare humilem,deificare mortalem,pre=
bere de infirmitate perfectionem, de ſubiectione
gloriã,de paſſione victoriã. Peccatoribus beatitu=
dinem,& terrenis hominibus cœlorũ regna con=
cedere,quod repetit quaſi mirũ,dicẽs. Dextera do=
mini fecit virtutẽ,quaſi dicat. Nõ homo ſe exalta
uit,non per ſe vicit, non ſibimet gloriã vel ſalutẽ
dedit,ſed dextera domini hoc fecit. Hiero. Cuius
virtute,ab humilitate diuerſarũ paſſionũ elenatus
eſt. Gloſa. Et cum ita ſit propterea.

**Non moriar ſed viuam, & narra=
bo opera domini.** xvii

Augu. Glo. Putabat enim perſecutor ſtrage fune=
rum,poſſe ſe delere nomen chriſtianũ cum potius
augeatur,ideo dicit.(Non moriar ſed viuam. Caſſ.
Non inquit moriar vt putas o perſecutor, ſed vi=
uam vita quam neſcis,ad quam mente prætumidi
peruenire non poſſunt. Hugo car. Non ergo mo
riar morte ęterna,ſed viuam vita gratię in pręſen
ti & gloriæ in futuro,& narrabo opera domini.
Caſſi. Vt ſemper augeatur eccleſia tali prædicatio=
ne vulgata. Hiero. Eſt enim vox hæc martyrum,
quorum victoriæ in omnibus eccleſijs concinun
tur. Gloſa. Cur autem tanta pertulit ſancta eccleſia
populus adoptionis indicat, dicens.

**Caſtigãs caſtigauit me dominus,
& morti non tradidit me.** xviii

(Caſtigãs inquit caſtigauit me dominus.) Hiero. Cur deꝰ caſtigat.
Caſtigat enim nos dominus ad emendationem,in
multis verberibus, vt probet & ſeruet a perpetua
morte. Augu. Glo. Non ergo quicquã viribus ſuis
licuiſſe arbitretur fremitus impiorũ. Nam iſtam
poteſtatem non haberent niſi data eſſet deſuper.
Sæpe enim filios pater familias per nequiſſimos
ſeruos emendari iubet,cum tamen illis hęreditatẽ,
iſtis compedes præparet. Caſſio. Glo. Hæc autem
geminatio caſtigans caſtigauit,genus eſt locutio=
nis in ſcripturis ſacris,vt illud benedicens benedi
cam. Sequitur. (Et morti non tradidit me.) Caſſi.
Glo, Solus enim ille morti non traditur,cuius hic
vitia commiſſa purgãtur. Augu. Glo. Quæ autem
ſit iſta hæreditas quam præparat, hinc poteſt co=
gnoſci, cum dicitur.

**Aperite mihi portas iuſtitiæ ingreſ=
ſus in eas cõfitebor domino, hęc
porta domini iuſti intrabunt in eam.** xix

Gloſa. Hugo cardinalis. Tertia pars,in qua portas iii. pars.
Hieruſalem aperiri ſibi cupit,vbi etiam de angu=
lari lapide & notat hic tria diſtingui, ſcilicet qua
intretur,& quid intus fiat,& qui intrent. Gloſa.
Quaſi ergo diceret, & quia dominus non tradidit
me morti,ideo o vos perſecutores inſtate & aperi
te mihi portas iuſtitiæ,id eſt portas mortis, per
quas iuſti intrent in requiem. Vnde apoſtolꝰ. Cu=
pio inquit diſſolui & eſſe cum Chriſto, & ego in=
greſſus in eas confitebor domino,id eſt laudabo.
Caſſio, Glo. Vel prophetis & apoſtolis qui cœlorũ
claues miſticis virtutibus acceperũt dicitur. (Ape=
rite mihi portas iuſtitię.) Id eſt doctrinã ſcripturę
ſacræ quæ docet iuſtitiam. Per has enim doctrinę
portas,ingreſſi vere laudãt: nam extra eccleſiã ca=
tholicam non eſt laus dei. Hierony. Beatus itaque
ille eſt cui portæ iſtæ aperiuntur iuſtitiæ, id eſt

vitę ęternę, in quibus iugiter deum cõfiteatur et laudet. Lyra. Vel portę iſtę ſunt ſacramẽta eccleſię per quę datur ingreſſus ad locũ glorię, hęc enim iuſtificant non ſacramenta veteris legis, ex quibꝰ nõ iuſtificabatur omnis caro vt ait apoſtolꝰ. Hęc autẽ eſt porta domini. Caſſiodorus. Gloſa. Id eſt hęc porta Chriſtus eſt per quam introitur ad patrem ipſo domino ſic dicente, ego ſum oſtium per me ſi quis introierit ſaluabitur, & alibi. Nemo venit ad patrem niſi per me. Idem. Portæ ergo iuſtitiæ, ducunt ad vnam portam quæ Chriſtus eſt, per quam iuſti intrant in cœlum. Lyra. Omnes enim articuli fidei & omnia ſacramenta eccleſiæ quæ dicuntur portæ, non habent efficatiam niſi ab vna porta quę Chriſtus eſt, ideo dicitur porta in ſingulari. Sequitur. (Iuſti intrabunt in eam.) Hieronymus. Quia non in eam ingreditur niſi iuſtus. Auguſtinus. Et nemo intrat iniuſtus in illam cœleſtem Hieruſalem, vbi dicitur canes foris. Gloſa. Quia has portas Chriſtus aperuit, ideo.

Vite eterne porta.

20 CONfitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutẽ.

Caſſio. Vox iſta eſt lætantis populi gratias agentis & dicentis (confitebor tibi.) Hugo car. Confeſſione laudis (Quoniã exaudiſti me.) Idem. Vt aperirentur mihi portæ iuſtitiæ. Glo. In aduentu filij & factus es mihi in ſalutem. Hierony. Quia vulnera peccati ſanaſti, vel aduerſus iniquum hoſtem factus es mihi in ſalutem. Hugo cardi. Id eſt meus ſaluator. Sed quomodo hoc fuit, ſubdit.

21 LApidem quem reprobauerũt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli.

Hiero. Dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus lapis verus inuentus in legis litera, reprobatus eſt ab ędificantibus Iudæis, hoc eſt literæ hærentibus, lapidem inquit. Car. Per antitheſim caſus pro caſu accuſatiuus pro nominatiuo (quem reprobrauerũt) id eſt repulerũt ædificãtes.) Caſ. Glo. Iudęi ſcilicet ipſi enim ſoli deũ colẽtes ædificabãt ſe & alios in cultu diuino, alijs per ydolatriã deſtructis, ſed nõ perfecerũt, quia Chriſtũ contẽpſerũt. Lyra. Vel ædificantes iſti ſunt Iudæorũ ſacerdotes & legis doctores, ad quorũ ſpectabat officiũ ędificare in fide populũ & in moribus. Glo. Qui volẽtes ſuam iuſtitiã cõſtituere, iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti Chriſtũ reprobãdo. Et tamẽ. (Hic factus eſt in caput anguli.) Hierony. Caſſiodo. Vnde lapis angularis dicitur, quia duos ad ſe populos venientes, gentilium ſcilicet & iudæorũ tanquã geminos parietes, vnum de circunciſione, alium de præputio in vno nouo homine, hoc eſt in ſemetipſo in vnam ſoliditatis gratiam collocauit. Lyra. Ex quibꝰ eccleſiam conſtituit, cuius ipſe caput eſt & paſtor. Glo. Quod autem Chriſtus factus ſit in caput anguli.

A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.

Gloſa. A domino inquit (factum eſt iſtud.) Lyra. Id eſt a domino Ieſu Chriſto facta eſt iſta vnio. Hugo cardinalis. Non a Iudęis & crucifixoribus, ſed a domino qui occulte ædificabat eccleſiã. Caſſiodorus. Cum autem cõmemorat iſtud a domino factum natura humanitatis oſtẽditur, quæ & creata eſſe mõſtratur (& eſt mirabile in oculis noſtris.) Gloſa. Hugo cardinal. Eſt inquã mirabile ꝙ deus homo pati voluerit pro ſalute noſtra, in oculis noſtris. Hieronymꝰ. Caſſiodorus. Non in oculis illorum qui eum reprobauerũt, ſed in oculis fidelium qui eum credendo ſuſcipiunt, & eum illuminati mente conſpiciunt. Caſſiodorus. Viderunt enim eum Iudæi, ſed non mirabilem, quia ſolam intuebantur carnem quam videbant eſſe communem, propter quod ait in oculis noſtris. ſequitur.

HAEc eſt dies quam fecit dominꝰ, exultemus & lætemur in ea. 23

Lyra. Hugo car. Hęc eſt inquit dies quam fecit dominus, id eſt, hoc eſt tempus gratiæ, in quo incarnatio & paſſio factæ ſunt, hoc enim tempus merito dicitur dies ratione veritatis reuelatæ, quæ priꝰ latebat in veteri teſtamẽto ſub figurarũ obſcuritate. Caſ. Et licet omnes dies fecerit dominus, ſingulariter tamẽ diem illam feciſſe dicitur, quæ Chriſti domini natiuitate ſacratus eſt. In quo merito exultare conuenit & lætari, quia in eo dyabolus ius perdidit & ſalutẽ mundus accepit. Glo. Hæc itaqꝫ dies eſt annus iubileus figuraliter ſub lege obſeruatus, qui dicitur remittẽs vel initians, quia ſicut tunc ſerui manumittebãtur, debita relaxabantur, poſſeſſiones dominis reſtituebãtur, ita & nos hac die a ſeruitute peccati redempti ſumus, quibꝰ etiã reſtituta eſt hæreditas æterna. Et propter ea exultemus & lætemur in ea. Hugo cardinal. Lyra. Interius ſcilicet & exterius, interius mẽte & exterius opere, tamen cum modeſtia deuotionis. Gloſa. Et ideo, quia ſalutis eſt dies. Tu.

OD domine ✠ ſaluum me fac, o domine bene proſperare, benedictus qui venit in nomine domini. 24

✠ Hebꝛ. obſecro dñe ſalua: obſecro: obſecro dñe ꝓſperare obſecro.

(Ideo o domine inquit ſaluum me fac.) Hieronymus. Ad te venientem. Gloſa. Hugo cardinal. Me a clade huius ſæculi, id eſt a peccatis liberãdo vt ſalutem illam cõſequar, quam operatus es. (O domine bene proſperare. Hiero. Id eſt proſperũ fac iter illud quo ad te poſt multos labores reuertar. Glo. Caſſio. Vt dolores iſti vertantur in ęterna gaudia, proſperari enim eſt aliquid aſperũ tranquillũ facere, vt grata nobis fiant mala præterita, quæ credimus in æterna gaudia cõmutanda. Benedictus qui venit in nomine domini. Glo. Hugo car. Quarta pars, in qua gaudẽs de aduentu Chriſti ſuadet atria dei frequẽtari. Gaudens ergo eccleſia de aduentu Chriſti dicit, benedictꝰ qui venit in nomine domini. Hiero. Chriſtꝰ ſcilicet qui venit in nomine patris, ſicut ipſe ait. Ego veni in nomine patris mei & nõ accepiſtis me. Aug. Caſ. Benedictꝰ inquã qui venit in nomine domini. Maledictus vero qui venit in nomine ſuo, in quo ſubtiliter aduẽtus Antichriſti damnatur qui nõ erit benedictꝰ, ſed maledictus. Glo. Car. Deinde quaſi in perſona ſacerdotũ & prælatorũ ſacramenta miniſtrantiũ, & loquentium ad ſubditos ſubiungit, dicens.

BEnedicimꝰ vobis de domo domini, deus dominus & illuxit ✠ nobis. 25

✠ Hebꝛ. apparuit

(Benedixim⁹ inquit, vobis de domo domini.) Gloſa. Caſſiodorus. Sacerdotes enim & eccleſiæ pręlati, ad fidelem populum loquũtur, de domo domini, id eſt de eccleſia catholica. vnde omnis benedictio vera pręſtatur, vnde & baptiſmus & pœnitentia & cętera ſacramenta miniſtrantur. Hugo cardinalis. Sed iſta benedictio non eſt a ſacerdotibus, licet per eos miniſtretur, ſed a domino, vnde ſequitur (Deus dominus.) Idem. Caſſiodorus. Quaſi dicat, non nos benedicimus, ſed dominus ipſe enim benedicit nos ore ſanctorũ (& illuxit nobis.) Caſſiodorus. Quando nos a peccatorum obſcuritatibus alienat. Gloſa. Fugãs tenebras peccati. Hieronymus. Vel deus domin⁹ illuxit nobis, cum reſurrectiõe ſua illuminauit tenebras noſtras. Lyra. Vel ſpiritum ſanctum conferendo ad ſcripturas intelligendum & ſacramenta miniſtrãdum. Gloſa. Vos igitur iam benedicti.

Benedictio nõ a ſacerdote.

xxvi Aliter legitur.

Conſtituite diem ſolennem in condenſis, vſq; ad cornu altaris.

Iuxta hebraicam veritatem ſic legitur. Frequentate ſolẽnitatem in frondoſis, vſq; ad cornua altaris. Caſſiodo. Iſtud enim iam dicit benedictis vt dies feſtos ſolenniter celebrarent. Conſtituite inquit, id eſt deliberata ſentẽtia cuſtodite diem ſolẽnem. Idem. Qui honore domini & ſanctorũ confeſſione ſacratus eſt. Hugo cardinal'. Lyra. Sicut dies natalis, reſurrectionis, aſcenſionis, & conſimiles qui conſtituti ſunt ſolemnes per eccleſiam (in condenſis.) Hieronym⁹. Hugo cardinal'. Id eſt in frequentationibus virtutum, & bonorum operum. Caſſiodorus. Vel in condenſis, id eſt in proceſſionibus crebris, quas fideliũ turba in veneratione dei condenſat, & hoc facite (vſq; ad cornu altaris. Caſſiodorus. Hugo cardinal'. Id eſt vt non exeant de eccleſia poſt lectionem euãgelij, quod multis in vſu eſt, ſed expectent communionem corporis & ſanguinis Chriſti, quæ conficiuntur in altari. Non enim ad cornu altaris accedunt, qui communicationis gratia non replẽtur. Lyra. Vel per hoc vult intelligi q; in condenſis ita eccleſia impleatur populo & clero vſq; ad cornu altaris, dicentes,

Ad quid dies ſolẽnis.

Cornu altaris.

27 Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu & exaltabo te.

Caſſiodorus. Rectum eſt enim vt deum noſtrum eſſe dicamus, quẽ pura mente non deſinimus adorare. (Deus inquit me⁹ es tu.) Lyra. Chriſte ſcilicet & ideo confitebor tibi. Idem. Hugo cardina. Confeſſione laudis. Caſſio. Vel hoc ad gratiarum pertinet actionem. Hierony. Accepta enim remiſſione peccaminum, laudes domino cõfitetur. Cardi. Et propter affect⁹ magnitudinẽ repetit. (Deus meus es tu, & exaltabo te.) Lyra. Tua mirabilia narrãdo. Caſſio. Exaltatur enim deus per ſanctorum prædicationes. Hierony. Vel exaltabo te, quia a te ab humilitate ſum ſubleuatus. Hugo cardinal'. Vel tunc exaltatur deus in corde noſtro, quando eum cunctis terrenis rebus ſuperponimus, nec tantum in præſenti exaltabo te, ſed etiam in futuro.

28 Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutẽ.

Hic verſiculus nõ reperit i hebræo.

Hieronymus. Vt me cum ſanctis in cœleſti Hieruſalem ſociares. Hugo cardina. Hic eſt verſus interſcalaris qui ſupra expoſitus eſt, & hic iterum repetitur, quia poſt beneficia recte ſequitur læta confeſſio. Auguſtinus. Idem. Hæc autem confeſſio non ſtrepitu verborũ dicetur, ſed ipſa dilectio per ſemetipſam inhærens illi clamat iſtam vocem, & dilectio ipſa vox eſt. Hugo cardinalis. Deinde innuens q; ad illud principium a quo incœpimus eſſe ſit ſemper redeundum & tendẽdum pſalmum ſicut incœpit ſic & terminat hortans nos ad laudem dei, dicens.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius. 29

Hieronym⁹. In verbis enim iſtis pſalmus iſte accepit terminum, de quibus ſumpſit & initium, vt ab initio credulitatis noſtræ vſq; in finẽ in deum noſtrum fiduciam habentes eius laudes perſeuerantes confiteamur. Caſſiodorus. Merito ergo, & in capite cõfeſſio poſita eſt, & in fine repetita, quia in omni vita noſtra ipſam nos oportet aſſumere, & in ipſius delectatione finire.

Pſalmus. cxviij.

Titulus. Alleluya.

Hieronym⁹. Pſalmus iſte magnũ in ſe miſterium continet, in eo enim continentur lex, mandata, iuſtificationes, teſtimonia, iudicia, ac viæ. Ambro. Glo. Eſt enim inſtitutor fidelium. Paradiſus omnium pomorum. Apotheca ſpiritusſancti. Idem. Hugo cardi. Et quanto pſalmus iſte in ſuperficie verborum videtur apertior, tanto miſteriorum ſublimitatibus eſt profundior. Similibus quidẽ verbis eſt contextus, ſed tamen nulla confuſione permixtus, ymo ſub diuerſis literis hebraici alphabeti in principio quorumlibet octo verſuum tanquã ſub diuerſis titulis rerum diuerſitas continetur. Tanta namq; varietas in hoc pſalmo eſt, vt moralis doctrina quæ in alijs pſalmis tanquã ſtellis minoribus aliquatenus lucet. In iſto velut ſole pleni luminis meridiano feruente calore perfecte ſplendeat, in quo ſcola Chriſti perfecta monſtratur. Sicut enim pueri in primis literis vſum dicendi accipiũt, ita & nos huius perfectæ doctrinæ elementis vſum viuendi diſcamus. Litera vero vna ſingulis octonarijs præpoſita ſignificat vnitatem quæ omnia regit. Et octonarius numerus partiũ ſuarum æqualitate perfectus in ſingulis ſignificat q; ſub vnaquaq; litera eſt perfecta doctrina, quam ſi quis ſeruauerit in vita ſeptem dierum, perueniet ad octauam reſurrectionis. Auguſtinus. Gloſa. Titulus autem pſalmi huius eſt alleluya, quia in his deus laudatur, in quibus eſt remiſſio peccatorum. Hugo cardinal'. Et habet iſte pſalmus partes .xxij. ſecundũ numerũ literarum, ſuntq; ſingulæ literæ quaſi tituli ſuorũ verſuũ continentiã eorũ declarantes. Quarũ prima eſt. Aleph. Quæ interpretatur doctrina, & ſignat q; verſus quibus pręſcribitur pleni ſunt doctrina. Lyra. Eſt quãuis aliqui exponãt totum pſalmum de Dauid ad literam, tamẽ ſecundum expoſitores catholicos pſalmus iſte loquitur de beatitudine. Et autem duplex beatitudo, vna in re quę tantũ habetur in patria. Alia in ſpe.

Quid ſignãt literæ hebraica ſingulis octonarijs affixe. Pro interpretatione alphabeti hebraici vide beatũ Hier. Tomo tertio epiſtolarum ad Paulã Vrbicã. fo 20. Beatido duplex

Et hęc habetur in via per bonorum operum merita de qua loquitur iſte pſalmus. Et diuiditur iſte octonarius in quo agitur de beatitudine in generali in duas partes. In prima agitur de beatitudinis ſtatu. In ſecunda de eius apetitu, ibi. Vtinam dirigãtur. Prima autem in duas quia in prima oſtẽditur qui ſtatum beatitudinis aſſequuntur. In ſecũda qui ab ipſo excludũtur. Ibi non enim. Ait ergo

Diuiſio. Pſalmi.

¶Aleph doctrina interpretatur.

1 BEati immaculati in via, qui ambulant in lege domini.

Hug de ſãcto victore, lib. ſentẽ. cap. vi. Omnes libeter audiũt beati, ſed non omnes libenter audiunt immaculati. Tu autem ſi vis eſſe beatus eſto immaculatus. Sed quis eſt immaculatus? Nũquam pollutus vel ablut⁹, primus quia nõ eſt auerſus, ſecund⁹ quia eſt reuerſus. Ille quia nõ eſt pręuaricatus, iſte quia eſt reconſiliatus. (Beati ergo inquit immaculati in via. Lyra.) Id eſt carẽtes macula mortalis peccati. Gloſa. Nam cum dicit immaculati non vult intelligi ꝙ ſine peccato ſint, ſed hoc de criminali intelligit. Caſſiodo. Sancti autẽ tunc immaculati fiunt quando indulgentię munera conſequuntur, quia nemo per ſe immaculat⁹ eſt niſi ſolus deus. (In via.) Lyra. Vitę præſentis. Caſſiodo. Hierony. Gloſa. Vel (in via) id eſt in Chriſto qui de ſeipſo ait. Ego ſum via & veritas. Caſſi. Ibi enim ambulare iuſtorum eſt non quidem pedibus corporis, ſed greſſibus probabilis actionis. (Qui ambulant.) Gloſa. Non ocioſi & non in lege carnis, (ſed in lege domini. Caſſiodo. Gl. Id eſt qui aut non peccant mortaliter, aut ſi peccent pœnitent, vt per gratiam reſurgant, ſe emendant, proficiunt & perſeuerãt. Hierony. In lege domini, id eſt in mandatis illius. Caſſiodo. Hoc enim dicit vt diſtingueret a lege peccati in qua peccatores ambulant, Cardina. Sed quoniam in lege nemo ambulat niſi qui legem cognoſcit, ideo ſubiungit.

quis immaculatus dicatur hoc in mundo & quomodo.

2 BEati qui ſcrutantur teſtimonia ei⁹ in toto corde exquirunt eum.

Gloſa. Beati, inquit, qui ſcrutantur teſtimonia ei⁹, id eſt ſcripturas. Lyra. Et eloquia diuina, per prophetas nobis tradita, quæ ſunt miraculis tanquã teſtimonijs confirmata. Hierony. Vel qui ſcrutantur teſtimonia eius, vt intelligant cum peccauerint ſe coram teſtib⁹ deliquiſſe, ita vt legem dei teſtem ſuorum peccatorum cognoſcant. Cardinalis. Sed quia de his loquitur q ita diuinas ſcripturas ſcrutantur, non vt docti appareant, ſed vt in deum & eius voluntatem inueniant, & cognoſcant. Ideo ſubiungit. (In toto corde exquirunt eum. Lyra. Id eſt intellectu & affectu. Hieronymus. Non leuiter neq; ſegniter. Gloſa. Non in corde diuiſo ſicut hęretici & amatores huius mũdi, (ſed in toto corde.) Cardi. Qui enim eum corde ſciſſo quęrit non inuenit. Caſſio. Prius autem dicit beatos eſſe qui ambulant, poſtea qui ſcrutantur, quia non eſt dign⁹ perquirere, niſi qui ſe probabili cognoſcitur actione tractare. Glo. Ante enim eſt vita q̃ doctrina. Nam vita etiam ſola gratiã habet, doctrina vero ſine vita, non eſt integra, quia in maliuolã animam non introibit ſapiẽtia. Propterea cœpit Ieſus facere poſtea docere. Et in lege veteri, ſacerdos pri⁹ induebat ſuper humerale, inde rationale. Vnde ſequitur.

Dei teſtimonia

Cur dei mãdata ſcrutari debeamus.

Doctor qualem doceat

NOn enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. 5

Gloſa. Quaſi dicat. Hij ſunt beati qui ambulãt in lege domini. Qui vero operãtur iniquitatẽ nõdũ ſunt beati, quia non ambulant in vijs eius, id eſt, in fide quæ plurali numero ſignificatur, quia omnes vias fides vna complectitur qua viuit iuſtus. Hierony. Gloſa. Car. Vel vię iſtę ſunt apoſtoli & prophetę & omnes prędicatores qui ducunt ad viam quę eſt Chriſtus per quam non gradiuntur impij qui ſathanę viam ſequuntur. Gloſa. Non tamẽ ſine peccato eſt, qui in vijs ambulat, ſed non ipſe illud operatur, ſed quod habitat in eo peccatum cũ non vult ꝙ agit. & ita ſine peccato non ſumus, nã ſi dixerimus ꝙ peccatum non habem⁹, nos ipſos ſeducimus. Sed non operatur iniquitatem, qui, & ſi cothidie fragilitate carnis leuiter peccat, deſiderijs tamen carnis non obedit, vt ille qui ait Quod odi hoc facio. Hugo de ſancto victore libro ſentẽtiarum. capit. lxij. Sunt autem aliqui in lege ambulantes. Alij in lege ſtantes. Alij a lege declinantes. In lege ambulant qui in bono proficiunt, in lege ſtant qui a bono non recedunt. A lege vero declinant qui non facienda pręſumunt. Sequitur.

diuerſimode ſe habent homines in lege

TV mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. 4

Gloſa. Quaſi dicat. Hij non ambulant in vijs qui operantur iniqua, & vere. Nam (tu mandaſti mandaſti mandata tua. Cardina. Per legem, per euangelium, per prophetas, & apoſtolos (cuſtodiri nimis) Lyra. Cardina. Id eſt eſt valde, & cum magna diligentia, & ſollicitudine qua carent negligentes. Et per conſequens, a mandatorum diuinorum impletione. Hierony. Non ergo tepido corde, nec diſſoluto animo ſed fortiter & attente nos ſua mandata edocet cuſtodire. Gloſa. Ideo autem dicit (nimis) id eſt, pluſquam patitur natura carnis. Aliquando autem ſumitur (nimis) pro pluſq̃ oportet, hic vero ſumitur pro valde. Ambroſius. Gloſa. Sed quia ad obſeruantiam mandatorum ſine gratia non mihi ſufficio, ideo ſubiungit.

Nimis

VTinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas 5

Hugo de ſancto victore libro ſenteñ. capi. lxiiij. Vtinã inquit dirigãtur vię meę, vię meę inquit, tres enim ſunt vię, via dei, via hominis, via diaboli, via dei eſt veritas, via hominis neceſſitas, via diaboli iniquitas, via dei & via diaboli nunquam flecti poſſunt, vt ad aliud tendant, quia nec via dei mala, nec via diaboli bona aliquando eſſe poteſt. Via vero hominis mutabilis eſt & ad diuerſa inflectitur. hoc eſt vel ad viã dei, vel ad viã diaboli. Si eĩ neceſſitas ĩtorquet ad cupiditatẽ, & cupiditas ad iniquitatem, via hominis flectitur ad viam diaboli, Si autem neceſſitas dirigitur ad menſuram, & menſura ad iuſtitiã, tunc via hominis directa eſt ad viã dei propterea ait. (Vtinã dirigãtur vię meæ) Caſſi.

vie tres maxime notande

iter dei & dyaboli & medium homo

Vtinam verbum ſemper optantis eſt vt, quod noſtris non poſſumus viribus adipiſci, diuina miſericordia largiente mereamur. (Dirigantur inquit viæ meę.) Idem. Gloſa. Vię act⁹ noſtri ſunt, quos in hac vita peragim⁹ qui per ſe tortuoſi ſunt. Hierony. Vnde niſi ab ipſo domino viæ noſtrę dirigantur, ad eius cuſtodiendas iuſtificationes, infirmiores erimus, propter fragilitatem carnis. Caſſiodo. Et ideo dicit dirigantur per hoc oſtendēs eas, quātum ad humanam imbecillitatem pertinet tortuoſas. Ambroſius. Glo. Quæ propterea cuſtodiri nō poſſunt niſi directę ſint. Dirigantur ergo ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Caſſio. In quo quod ſuperius optauit exprimit, Nemo enim poteſt ad cuſtodiēdas iuſtificationes domini peruenire, niſi cuius viæ a domino dirigi comprobantur. Car. Per iuſtificationes autem intelligit mandata domini quæ iuſtificāt. Lyra. Et quia hoc non poteſt fieri niſi pręcognoſcātur, quia ad incognitū nullus dirigitur, niſi a caſu, ideo ſubditur.

[Margin: hois vi. — iuſtificatio quid]

vi

TVnc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Ambroſi. Glo. Ante enim homo confuſus eſt cū operuit ſe adam folijs fici vidēs ſe nudum factum quia confundebatur a cōſpectu dei. Ego vero (tūc non confundar). Car. De non cuſtodiendis iuſtificationibus cum perſpexero, id eſt perfecte inſpexero ſicut in ſpeculo. Caſſiodo. Perſpicere enim, eſt mādata dei ſemp ante oculos habere, vt ſi quid tortum committitur, prothinus corrigatur. Cum autem dicit, in omnibus mādatis tuis, in nullo cōmonet eſſe peccandum ſicut ſcriptum eſt. Si quis de lege mini mū non fecerit reus eſt totius legis. Hiero. Omnia ergo æqualiter cuſtodire oportet, ne in futuro iudicio confundamur. Glo. Confunditur autem ille, qui conſpicit ſi non facit. Greg. lib. xviij. mora. Nam grauiter vnuſquiſq; confunditur, quando mandata dei vel legendo vel audiendo reſpicit, quæ viuendo contēpſit. Ego vero tūc cum ſcilicet cuſtodiero & perſpexero mandata tua non confundar. Sed.

[Margin: pſpicere dei mandata. — intelligētis & non adimplētis pa..itio.]

7

COnfitebor tibi in directione cordis, in eo quod didiſci iudicia iuſticię tuæ.

Cardina. Glo. Cōfitebor tibi inquit in directione cordis. quaſi dicat. Diriges cor meum, & in hac directione non ero ingratus, ſed confitebor tibi, id eſt laudabo te quod diſtortus non poteſt. Hugo de ſancto vic. lib. ſententia. capit. lxv. Cor autē hominis tunc dirigitur quando humana voluntas diuinę voluntati cōformatur, id eſt, vt homo id quod de⁹ odit odiat, & qđ diligit diligat. Caſſ. Cōfeſſio vero hic ſignificat laudem, quam decet populum dicere, beatorum, directio autem cordis eſt fidei catholicę ſancta regula, quia eum confiteri non poteſt hęreticorum diſtorta verſucia. Gloſa. Laudabo inquam in eo, id eſt, pro eo quod didici nō per me inueni. Caſſ. Cum enim dicit didiſci indicat a beatis patribus ſibi traditam diſciplinam, non autem vt quidam faciunt ſtudio peruerſitatis inuentam. Gloſa. Car. Didiſci dico (iudicia) quæ ſunt abiſſus multa, iuſtitię tuæ) id eſt, procedentia de tua iuſtitia. Caſſiod. Vel iudicia iuſtitię ſunt, quia famulos ſuos liberare dignatur diabolica perſecutione laborantes. Cardi. Vel confitebor tibi peccata mea, in directione cordis ſperādo veniam, & deuote petēdo miſericordiam, in eo, id eſt, propter hoc quod didiſci iudicia iuſticię tuę, id eſt, iudicia quę facies quando iuſt⁹ iudex adparebis, de quo in alio pſalmo. Pręoccupem⁹ faciē eius in confeſſione. Quis autem ſit iuſtitiæ cognitæ fructus ſupponit dicēs.

[Margin: nequit peccator deū laudare. — Cor humanum ad deum dirigi dicitur. — fidei regula — iuſticie iudicia]

IVſtificationes tuas cuſtodiam, nō me derelinquas vſq; quaq;. 8

(Iuſtificationes inquit tuas.) Lyra. Car. Id eſt mandata tua cuſtodiam opere adimplendo. Gloſa. Et opera iuſticię faciendo. Caſſiodo. Et quoniam nouerat tētationes diabolicas vndiq; circuire. Lyra. Et quia ad hoc requiritur aſſiſtētia diuinę gratię, quę facit opus meritorium. Caſſiodo. Petit ſe ſtatim a domino cuſtodiri, ne poſſit locum nocendi hoſtilis atrocitas inuenire dicens. (Non me derelinquas vſq; quaq;). Gloſa. Ambroſius. Cardina. Etſi interdum relinquis ad probationem, vt Iob, vel vt mihi infirmitatem meam notam facias ſicut petro. Non tamē derelinquas vſq; quaq; id eſt ex toto, ſicut Iudam. Lyra. Quia ſi me ad momētū dimiſeris non potero cuſtodire.

[Margin: iuſticie fructus. — iuſtūq; & quō derelinquit deus.]

¶Beth confuſio vel domus.

IN quo corrigit adoleſcentior ✠ viam ſuam? in cuſtodiendos ſermones tuos.

Card. Beth interpretatur confuſio vel domus. Caſſio. Glo. Hic enim oſtendit pręcepta dei liberare hominem, de confuſione. i. de lapſu peccati. Lyra. Et incipit iſte octonarius tractare de pertinentibus ad beatitudinem quę conſiſtit in operibus vitę actiuę & cōtemplatiuę, vt dictum eſt. Et primo de pertinentibus ad actiuam. Secundo ad contemplatiuam in vndecimo octonario ibi defecit. Prima ī duas, quia circa perfectionem vitę actiuæ primo ponitur remotio impeditiui, ſecundo aſſecutio promotiui octonario quinto. Ibi legem pone. Circa primum ſciendum, q᷈ ad perfectionem vitæ actiuę triplex eſt impedimentum ſcilicet paſſionis impulſus. Virtutis humanę defectus. Et corporis aggrauantis pondus. Primo ponitur primum, ſecundo ſecundum ibi. Retribue tertio tertiū ibi, adhęſit. Et quia iſte octonarius intitulatur a repreſſione paſſionū ſcilicet iraſcibilis concupiſcibilis, quæ magis vigēt de communi curſu tempore iuuentutis, ideo dicitur per modum quęſtionis. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. Ambroſius. Glo. Iſte enim quaſi confuſus de errore & laſciuia fluxæ ętatis, iā iuuenis deliberat quomodo viam corrigat, quomodo erubeſcenda deponat, & plenam probitatis viam aſſumat dicens. (In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? Id eſt prauam conſuetudinē. Auguſti. Gloſa. Et inde reſponſionem ſubdit propheta dicēs. (In cuſtodiēdo ſermones tuos.) Lyra. Qui inducunt ad repreſſionem paſſionum. Caſſiodorus. Cuſtodit autem ſermones domini, nō qui tantum eos memoria retinet, ſed qui eos actione tenet Gloſa. Et propterea non ait in legēdo, vel memorando ſermones tuos, ſed, in cuſtodiendo, ſcilicet opere, quia fruſtra cuſtodiret memoria ſi non cu-

[Margin: ✠ Hebr. iuuenis ſemitam ſuam. — perfectio vite ac. & eius ad eam impedimenta. — domini ſermo ad quid proſit.]

ſtodiret vita, nam in peruerſa vita non eſt correcta via. Ambroſius. Ideo autem de adoleſcẽte hoc dicit, quia melius eſt præuenire iuuentutem correctione. q̃ poſt lapſum recordatione deflere. Facilius enim eſt retrahi ab ingreſſu q̃ arrepto itinere pra uæ conſuetudinis reuocari. Sequitur.

10 In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas ✠ me a mandatis tuis.

✠ Hebr. errare facias.

Cardina. Glo. q. d. quia correctio eſt in cuſtodiendo ſermones tuos, ideo in toto corde meo exquiſiui te. Glo. Quia qui in toto corde non quærit negligens eſt & repellitur. Hugo de ſancto victo. lib. ſenten. capit. lxvi. Pagani autem & infideles, deũ non exquirunt, qui diuinum honorẽ creaturę tribuunt. Similiter falſi fideles, qui aliud pluſq̃ deum diligunt, deum non exquirunt. Deum enim exquirere, eſt, extra omnia quęrere, fide ſcilicet vt aliud eſſe credatur dilectione vt plus diligatur. Toto vero corde eum quęrit, qui hunc ſolum inuenire cõcupiſcit. Hiero. Non ergo ex parte, ſed ex toto corde deum ſe requiſiſſe fatetur ne ab eius mandatis proijciatur, quia neminem deijcit qui peccatores ſaluos facere venit. (Ne ergo repellas me a mandatis tuis.) Gloſa. Id eſt ab intelligentia legis, a qua repellitur qui a deo non adiuuatur. Caſſiodo. Ne ergo repellas me tanquam indignum beneficijs tuis ſed quem feciſti toto corde petere, tu etiam digneris audire. Lyra. Et incipiens intelligere diuina mandata afficitur ad ea. ideo ſubditur.

quis a lege repellitur.

11 In corde meo abſcõdi eloquia tua, vt non peccem tibi.

Cardi. In corde meo inquit abſcondi eloquia tua, id eſt memoriæ commendaui. Lyra. Tãquam theſaurum dilectum qui abſconditur, vt ſeruetur. Car. Nec illa communicaui indignis. Hugo de ſancto victore. lib. ſenten. capit. lxvij. In corde autem eloquium dei abſcondit qui illud per dilectionẽ ſuſcipit, per memoriam retinet, per humilitatem tegit. Sequitur. Vt nõ peccem tibi. Hugo card. Dum autem ignoro quod facere debeo, aut indignis miſteria diuina diſpenſo. Hierony. Caſſiodorus. Gloſa. Ambro. Vicium enim eſt ſecreta miſteria vulgare indignis. Sanctũ mittere canibus, & ſeminare margaritas ante porcos prout quidam faciunt, vel adulatione vt placeant, vel auaritia vt lucrentur, vel iactantia vt plura ſcire videantur, vel loquacitate incauta dum ſine iuditio volat irreuocabile verbum Lyra. Et quia talis debet eſſe gratus erga deũ ideo per modum gratiarum actionis, Subditur.

margaritas ante porcos vitio aſcribitur ſeminare.

12 Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas,

Gloſa. Quaſi diceret, quia habeo eloquia tua. ideo gratias ago dicens. (Benedict⁹ es domine.) Idem. Benedictus es inquam natura, vel in tuis quos benedicis. Caſſiodo. Benedictio enim hic laudem ſignificat. Nam tunc deum benedicimus cum eius facta laudamus. Ille vero tunc nos benedixit cum nos ſanctificare dignatur. Ne ergo quis ſanctam eruditionem ſuis viribus daret, eum propter eam laudat qui gratis dat. Et ſequitur (doce me iuſtificationes tuas.) Cardina. Caſſiodo. Gloſa. Id eſt opera quæ me iuſtum probent, & vt factis oſtendam quę didici. Cardina. Lyra. Et facit hic ſicut ſapiẽs poſtulator. Primo enim de ſuſceptis bonis gratias agit. Et poſtmodum maiora petit. Gratitudo enim, de iã accepto meritoria eſt, reſpectu accipiẽdi. Hugo de ſancto victore libro ſentẽtiarum cap. lxviij. Iuſtificationes autem dei nouit, qui intelligit eum iuſtum eſſe, vt qui mala cum delectatione perpetrauit bonum ſine labore & dolore facere nõ poſſit, nec murmurat in pœna qui humiliatur pro culpa. Lyra. Et quia habens noticiam mandatorũ vult etiam alios venire ad cognitionẽ eorũ ideo ſubditur.

dei iuſtificationes quis nouit.

In labijs meis, pronunciaui omnia iudicia oris tui. 13

Gloſa. q. d. Primo abſcondi eloquia tua, & inde videns tempus, (in labijs meis pronunciaui). Lyra. Alijs iudicando. Cardina. In quo competẽs ordo ponitur, vt ſcilicet prius doceatur. Et poſtea edoctus doceat. Hug. de ſancto victore lib. ſenteñ. cap. lxix. Duo autem ſunt. quæ homini labia tollũt vt loqui non poſſit, ignorantia ſcilicet quando neſcit. Conſcientia vero mala, per quã erubeſcit. Pronunciaui dico (omnia iudicia oris tui. Caſſiodor⁹. Hierony. Quæ ſcilicet ſcripta vel dicta didicit a ꝓphetis & apoſtolis, nam omnia iudicia eius non poteſt comprehendere, cum ſint incomprehenſibilia, vt ait apoſtolus, & abiſſus multa. Quapropter figuraliter pro parte dicitur totum. Vniuerſaliter enim, non poteſt pronunciari quod nulla noticia valet aprehendi. Augu. Gloſa. Iudicia itaq; oris eius ſunt, quibus & nunc & in fine iudicabitur mundus, quę ſunt abiſſus multa & inſcrutabilia. Sed nil horum tacui quæ per eloquia mihi innoteſcere voluiſti. Lyra. Et quia per tale exercitiũ generatur habitus qui facit delectabiliter operari Ideo ſubditur.

In dei lege periti ſpeculum.

In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. 14

Caſſiodo. Augu. Via teſtimoniorum, Chriſtus eſt in quo, ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, & in quo ſe lætaturum chorus ſanctorum narrat. Cardi. Vel via teſtimoniorum dei, eſt ſacra ſcriptura quæ continet teſtimonia iuſtorum Lyra. In his autem delectari, ſignum eſt habit⁹ generati, vel, acquiſiti in opere. (Sicut in omnibus diuitijs.) Caſſiodorus. Hugo cardinalis. Gloſa. Hic diuitias ſpirituales intellige, de quibus ait apoſtol⁹. Quoniã in omnib⁹ diuites facti eſtis in ipſo in omni verbo, & in omni ſciẽtia. Terrenas enĩ diuitijs nõ poterat domini teſtimonia cõparare quas velut ſordes cognoſcit abieciſſe. Lyr. Vel etiã de diuitijs temporalibus loquitur. Et tũc ly ſicut nõ importat æqualitatem tantum, ſed etiam ſuper abundantiam iuxta illud, diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione ilius. Et quia delectatio inducit ad fortius operandum. Sequitur.

teſtimoniorũ dei via.

hec dictio ſicut

In mandatis tuis exercebor & conſiderabo vias tuas. xv

Cardina. In mandatis tuis, inquit, exercebor, cogitando & operãdo. Hierony. Exercitatio enim aſſiduitas eſt operis. Caſſio. Nam ille exercetur in dei mandatis, qui frequenti operatione ea implere ſtu

In dei mandatis quis exercetur.

duerit. Hug.de ſancto victore libro ſentēti.c.lxx. Et qui ſemper bona quę agit conſiderat, vt per ea ſe ad bona agenda quę nedū cœpit pręparari credat.(Et conſiderabo vias tuas.)Hierony. Quod facere non poteſt conſiderare ſcilicet vias ei⁹.i.apoſtolicas propheticaſq; doctrinas,niſi exercitat⁹ in mandatis dei. Caſſiodo. Nemo enim tantum ſecretum meretur conſpicere, niſi cui datum fuerit bona conuerſatione cœleſtib⁹ ſe beneficijs proximare. Hugo vbi ſupra capitulo.lxxi. Via autē dei per quam ad nos venit,eſt,interna inſpiratio. via vero per quam nos ad illū im⁹,eſt,bona operatio. Vias ergo dei conſiderat qui aduentum eius internum ad ſe diligenter obſeruat, quando ſcilicet veniat, & ad quales veniat, vt cognoſcat tempus viſitationis ſuæ. Lyra. Et quia ceſſatio ab actu conſiderandi tandem inducit obliuionem. Ideo ſubditur.

qua via ad deum imus et q̄ ad nos venit.

16 IN iuſtificationib⁹ tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.

Cardina. In iuſtificationibus,inquit,tuis meditabor,in quo iuſtificationes appellat,quę pœnitentem iuſtificant,in quib⁹ debet homo meditari, vt in eis proficiat. Caſſiod. Gloſa. Meditabor inquā ne poſſim obliuiſci,quod expedit retineri. Caſſiodo. Glo. Obliuioni enim quę ex infirmitate originalis peccati venit,appoſita eſt meditatio, & ideo quia vicium humanitatis nouerat,contra illud auxilium meditationis repperit. Non obliuiſcar inquit ſermones tuos. Cardi. Quia non auditor obliuioſus, ſed factor operis hic beatus in facto ſuo erit.

vnde in nobis cauſatur obliuio

¶ Gimel,retributio vel plenitudo.

17 REtribue ſeruo tuo, viuifica me & cuſtodiam ſermones tuos.

Cardina. Propoſuit ſe corrigere ꝓpheta,confuſione ductus,ex cognitione dei & ſui ipſi⁹, & cuſtodire ſermones dei ſed quia propter multos defectus humanos,ad hoc nō ſufficit homo ſine dei auxilio,ideo in hoc octonario contra multiplicem defectum,petit multiplicē gratiam. Et propterea pręponitur littera Gimel quæ interpretatur plenitudo vel retributio, & ſignificat ꝙ hic petit ſibi retribui ſiue dari plenitudinem gratię diuinę,cōtra defectum humanę indigētię. Lyra. Iſte autem defectus tollitur per collationem gratię ſupplētis defectum naturę, ideo primo petitur huiuſmodi ſupplementum. Secundo tangitur huiuſmodi ſuppletionis impedimentum,ibi(increpaſti.)Caſſiodo. Gloſa. Ait ergo. Retribue,non vtiq; pro meritis bonis redde, ſed iterum da,vt qui pręſtitiſti petitionis affectum, effectum quoq; poſtulationis attribuas(ſeruo tuo(. Lyra. Id eſt homini ad bonum conanti ſecundum facultatem naturę. Caſſiodo. Seruus autem Chriſti dixi non poteſt(niſi qui non ſuis meritis,ſed diuinę gratiæ reputat, quod boni aliquod feciſſe cognoſcitur.(viuifica me.)Glo. Cardi. Per fidei gratiam, quia iuſt⁹ ex fide viuit. (Et cuſtodiā ſermones tuos.)Caſſiodo. Cuſtodire enim mandata reuera viuentis eſt,ſicut econtra mortuus in euāgelio dicitur, qui mādata nō ſeruat,dicēte domino. Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hierony. Conſtāter itaq; ſibi retribui,ob id ꝙ deo ſeruiat deprecatur. Et quia neſcit ſeruum ſe eſſe peccati, in ipſo viuere qui vita eſt optat,ſermoneſq; eius dum vita pręſens voluitur cuſtodire. Lyra. Et quia gratia illuminat intellectum ad ſupernaturalia cognoſcenda,ideo ſubditur.

deffect⁹ humani quo tolluntur pacto.

quis de iſteru⁹ dicitur.

REuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. xviii

Glo. Auguſt.q.d. Quia ſermones tui non poſſunt cuſtodiri per obedientiam niſi prius videātur per intelligētiam, ideo reuela oculos meos interiores ſcilicet quorū velamen in Chriſto euacuatur. Hierony. Reuela ergo.i.abſterge ab oculis cordis velamen litterę,& fac me ſpirituali ſenſu,legis tuæ mirabilia contemplari. Caſſio. Glo. Quodam enim operimento ignorantię,interior aſpectus obducitur. Et niſi miſericordia ꝓſius fuerit, hoc velamē ablatum,ſcripturas ſanctas lumine cordis nō poſſumus intueri. Rogat ergo vt in his tecta videat. (Et conſiderabo mirabilia de lege tua). Cardi. Noua ſcilicet in qua ſunt mirabilia præcepta. Idem. Gloſa. Augu. Vt eſt pręceptum de diligendis inimicis,de reddendo bona pro malis. Et conſilium de omnibus relinquendis & huiuſmodi. Lyra. Neceſſitatem autem huius illuminationis ſubdit dicens.

quos oculos petit reuelari.

cuius legis mirabilia debeamus cuſtodire.

INcola ego ſum in terra, non abſcondas a me mandata tua. xix

Gloſa. Quaſi dicat. Retribue,reuela,& debes,quia (incola ego ſum in terra.)Cardina. Id eſt peregrinus & aduena. Caſſio. Iuſti enim in hac terra ſunt incolę,qui propriam in mundo non habent manſionem,ſed in terra poſiti in cœlis cōuerſantur de quibus ait apoſtolus. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt Et ideo quia incola ſum(nō abſcōdas a me mādata tua.)Car. Sed mihi ea manifeſta,vt in eis delecter & reficiar dum ſum in hoc exilio, & ad patriā tendo. Caſſio. Rogat itaq; vt nullatenus ei cęlentur mandata,quæ peccatoribus probantur abſconſa. Auguſt. Gloſa. Eis enim abſconduntur qui terrena ſapiunt,nā & ſi ea audiunt,non tamen ea norunt. Caſſiodo. Mandata autem hęc eſſe dicimus. Diliges dominum deum tuum & huiuſmodi. Lyra. Et diuinæ reuelationes fiunt deſiderātibus eas. Sequitur.

Iuſti vbi habitant iuſtorū habitatio.

peccatoribus ignota dei mādata ſunt.

COncupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore. xx

Cardina.q.d. Non ſufficienter deſidero bona quæ cognoſco,ſed tātum cōcupiſco illa deſiderare(Cōcupiuit inquit anima mea deſiderare.)Caſſio. Vel hoc eſt concupiſcere quod & deſiderare.) Nemo enim deſiderat niſi qui concupiſcit qua propter pleniſſimam volūtatem iudicat geminata profeſſio. Et quia poteſt & infidelis rem bonam concupiſcere ad aliquod tempus,hoc tamen conſtat tantum perfectis conuenire quod addit.(In omni tēpore.)Glo. Nō ad tempus vt mali,ſed etiam in aduerſis. Cardi. Sed quid concupiſcit deſiderare.(Iu-

Iuſtorū & iniuſtorū deſiderii differentia.

ſtificationes tuas. Idem. Glo. Id eſt opera iuſticię non mundi vanitates. Augu. Gloſa. Vel ideo dicit, concupiuit deſiderare, quia nondum ea deſiderabat, ſed faſtidio languebat. Concupiſcentia enim eſt deſiderium, ſed non omnis, quia concupiſcentia, eſt eorum quę habentur & quę non habentur deſiderium vero abſentium tantum. Ideo vtiq; cōcupiui deſiderare. Quia.

Cōcupiſcentia.

deſiderium.

xxi Ncrepaſti ſuperbos maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Glo. quaſi dicat. Sed quare concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas? ecce. Quia increpaſti ſuperbos. Lyra. Id eſt angelos ſuperbiētes illos de cœlo eijciendo. Et primos parentes contennētes dei mandatum, de paradiſo terreſtri. Auguſti. Gloſa. Deus enim cum dixit. Adam vbi es? Cardina. Id eſt in quantam miſeriam deueniſti. Gloſa. Non ignorans hoc dicebat, ſed ſuperbum hominē increpabat, ꝙ ad tantam miſeriam deueniſſet. Cardi. Et vt ſciatur qui ſunt ſuperbi, & quę eſt increpatio ſubdit dicens. (Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Idem. Maledicti inquam maledictione culpę & pœnę. Ecce increpatio. Qui declinant a mādatis tuis, ecce ſuperbia. Nolle ſcilicet obedire mandatis diuinis. Maledictus enin homo qui nō permanſerit in ſermonibus legis. (Auguſti. Gloſa. In quo non ſoli primi parētes, ſed omnes eorum exemplo terrentur, ne in ſuperbiam declinent, ſed in omni tēpore iuſticiam diligant, vt hic recipiāt quod illi in paradiſo perdiderūt. Et propterea nō ait, qui declinauerunt, tanq̄ illorum tātum primorum hominum peccatum, in mente reduceret, ſed ait (qui declinant.) Hiero. Maledicti namq; ſunt illi qui a mandatis dei declinant (ſed tūc plenius maledictionem accipient, cum audient. Ite maledicti in ignem ęternum. Lyra. Vel ideo dicit maledicti, pro eo quod tunc dictum eſt, primo homini. Maledicta terra in opere tuo. Gloſa. Et quia maledicti ſunt qui declinant a mandatis tuis. ideo oro.

declinantiū a dei mandatis pena.

corā qui declināt dei mandatis p̄mium.

22 Vfer a me opprobrium & contemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui.

Auguſtinus. Gloſa. Hęc enim martires dicunt qui ſuperbis contennentibus crucem. & totam Chriſtianam humilitatem, ſunt opprobrio & deriſui rogantes non mala ſibi auferri cum inde veniant ad coronam. Sed quia noxiū eſt illis qui inferunt vt iam & illi conuerſi martiria ament. Caſſiodor⁹. Hęc enim oratio pro perſequentibus funditur, vt conuertantur, quia dum conuerſi fuerint tollitur a martiribus opprobrium, quando & perſecutores, ipſam religionem collunt, quam in ſanctis perſequendam eſſe putauerunt. Gloſa. Et tāquam diceret, de hac re eſt mihi opprobrium & contempt⁹ (ſcilicet quia teſtimonia tua exquiſiui.) Auguſti. Cardina, Id eſt materia tua. Teſtimonia enim gręce martiria dicuntur latine. Et ideo in pſona martirum verſus iſte legitur. Hugo cardinalis. Qui toto corde quęrebant pro teſtimonio Chriſti pati. Sed qui talia precabantur, iſta patiebantur. Vnde ſubdit.

23 Tenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur, ſeruus autem tuus exercebatur ✠ in iuſtificationibus tuis.

✠ Hebr. meditabatur p̄cepta tua.

Hierony. Quod enim in hoc verſiculo propheta in ſe loquitur futurum in apoſtolis reliquiſq; martiribus videt, qui multa coram regibus & prędidibus, domino etiā hoc prænūciante, perpeſſi ſunt. Qui licet etiam ſint diuerſis pœnis affecti vſq; ad ſectionem ceruicum, tamen ſemper ſe in dei exercuerunt iuſtificationibus. Ait ergo. Etenim ſederunt principes. Glo. Car, Tāquam ex mora machinantes, & more iudiciario vtētes. Et aduerſum me loquebantur. Caſſiodo. Glo. Car. Erant enim ijdē accuſatores, & iudices quod grauius eſt. Seruus autē tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Caſſ. Exercebatur ſcilicet in tormentis ad prouectum ſuum, non cruciabatur ad pœnam. Gloſa. Exercebatur inquam nō pro crimine, (ſed in iuſtificationibus tuis) in quibus qui cogitat vincit. Lyra. Vel principes iſti ſunt dęmones, qui frequēter tractāt qualiter poſſint homines ſanctos deijcere, per cōtemptum diuinorum mandatorum. Seruus autem tuus exercebatur in iuſtificationib⁹ tuis, quia quātomagis homo percipit ſe a dæmonibus fortius impugnari, tantomagis debet in bonis operibus exerceri, ad quod requiritur diligens mentis conſideratio. Ideo ſubditur.

p̄ncip

24 Nam teſtimonia tua meditatio mea eſt ✠, & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

✠ Aliter legitur. voluntas mea vel delectatio mea. Chriſti teſtimonia.

Sic admonet legendum. B. Hiero. ad verita. Sed & teſtimonia tua voluntas mea, quaſi viri amiciſſimi mei. Hierony. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt, vtiq; in his preſſuris erant ſanctis teſtimonia Chriſti meditatio. Gl. Id eſt martiria quæ meditata dolores mitigant. Car. Cogito enim quæ ſunt pręmia martirum & ſic vinco per patientiam tormenta principum. Et conſilium meum iuſtificationes tuę. Hiero. Quia vitam pollicentur ęternam. Auguſt. Gloſa. Vel conſilium iſtud eſt cōtra conſilium principum. Principes enim cogitant martires perdere, & martires illos acquirere. Glo. Car. Vel conſilium meum iuſtificationes tuæ, id eſt in hoc mihi ipſi conſului, & conſilium ſaluatoris tenui, ꝙ ſeruaui iuſtificationes tuas inter quas precipuum eſt diligere inimicos, Ecce conſilium contra conſilium. Cōſilium enim ſedentium principum fuit inuentos martires perdere. Conſiliū vero patientium martirum fuit illos perditos acquirere.

dei iuſtificationū p̄cipua.

Deleth, timor, vel natiuitas.

25 Dheſit pauimento ✠ anima mea viuifica me ſecundum verbum tuum.

✠ Hebr. pulueri

Caſſiodo. Gloſa. Ad quartam litteram venit in qua ſe dicit corporali quidam neceſſitate cōſtrictum ita vt tędeat eum orare vel operari. ſed ſola domini pietate ſaluandum. Ambroſius. Glo.

Deleth enim interpretatur timor, vel natiuitas eorum ſcilicet, qui in ſæculo generantur, ex qua natiuitate eſt timor quem deplorat homo deiectus in terra de cœlo. Lyra. Et ponitur tertium impedimētum, quod eſt pondus corporis, animam agrauantis ab operibus virtutis, in hoc ergo octonario, petitur primo alleuiatio ab huiuſmodi oneribus. Secundo alleuiationis confirmatio, ibi. Dormitauit tertio vtriuſq; declaratio, ibi. Viam mandatorum, ait ergo (adhęſit pauimento.) Car. Id eſt carni (anima mea.) Lyra. Quę corpori terreo & corruptibili, animam agrauanti, eſt coniuncta. Pauimētum enim eſt terra vel aliquid terreum vt ſunt lapides. Glo. Cardina. Vnde per pauimentum, terrena diuitiæ, ſcilicet delitię, & honores intelligūtur, quibus adhæſit anima mea. Qui autem huic pauimento, ſiue carni, ſiue temporalibus adhęret per peccatū, moritur. Caſſiodo. Quia caro delictis fauet. Et propterea viuifica me ſecundum verbum tuum. Hieronymus. Ideo enim a te peto viuificari, ſciēs quoniā concupiſcentia carnis, mortem operatur. Cardina. Viuifica me ergo non ſecundum meritum meum, ſed ſecundum verbum tuum. i. ſecundum promiſſum tuum quod per os prophetæ feciſti dicens in quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Et ꝙ promiſſum ſibi debeat ſolui oſtendit dicens.

Caro pauimento cōparatur.

caro non ſpiritui ſed delictis fauet

26 Vias meas enunciaui & exaudiſti me, doce me iuſtificatioes tuas

Hieronymus. Gloſa. Vias inquit meas enunciaui id eſt peccata mea confeſſus ſum. Et exaudiſti me id eſt remiſiſti dimitendo ea. Nunc ergo doctrinā indulge per quam in iuſtificationibꝰ tuis edocear. Ambroſius. Gloſa. Ordo itaq; ad iuſtificationes dei perueniendi eſt, vt primo peccata ſua fateatur, vnde alibi, dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Et iterum. Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Si enim accuſauerit ſe iuſtus vocem parati accuſatoris excludit, & obſtruit os eius, qui ſolet acerbare peccata, & cuiuſq; exagerare ſupplicia, inuerecundia enim excuſat reum pudor vero ſuum accuſat auctorem. Caſſiodo. In quo mira notatur compenſatio domino ſuo propria mala dicere, & ab eodem præmia ſalutis accipere. Cardi. Quia igitur vias meas malas tibi enunciaui, tu mihi tuas bonas annuntia. Et hoc eſt quod ſequitur. (Doce me iuſtificationes tuas. Caſſiodo. Non ad audiendum tantum ſed ad ad faciendum. Ille enim diuinarum rerum doctus oſtenditur qui ſibi credita feciſſe monſtratur. Lyra. Hęc autem doctrina fit per augmentum gratiæ amplius illuminantis, vnde ſequitur.

vt iuſtificetur homo quidquid ſuo ſcelus eſt opus.

27 Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

✠ Alias fac me intelligere

Gloſa. quaſi dicat. vias meas dānо, & ideo inſtrue (me viam iuſtificationum tuarū). Cardina. Id eſt modum & ordinem adimplendi eas. Ambro. Gloſa. Vide igitur ordinem, prius dixit doce me iuſtificationes, nunc vero dicit inſtrue me viam iuſtificationum, vt ſcilicet diſcamus gradus quoſdā & ordinem eorū, quid prius quid poſt eſſe debeat. Peccat enim qui prepoſtere agit, nam ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias, non eſt perfectæ cognitionis. (Viam ergo iuſtificationum tuarum inſtrue me.) Hiero. Vt ſcilicet iuſtificationes quas legis littera protulit ſpiritaliter capiam. (Et exercebor in mirabilibus tuis. Idem. Id eſt in apoſtolicis, cęteriſq; doctrinis eccleſiaſticis, quę in lege ſunt figuratæ. Caſſiodo. Prębent enim intellecta miraculum, quando ſic in præſenti ſunt poſita, vt longe futura ſignificari videantur. Cardi. Vel exercebor in mirabilibꝰ, hoc eſt in ipſis iuſtificationibus tuis, quæ inexpertis mirabiles vidētur. Glo. Ita vt ſe ad eas intelligendas, vel faciendas, credāt peruenire non poſſe, vnde iſte laborās earum difficultate grauatus vel fatigatus addit.

quicquid agas ordine ꝑſpedes

28 Dormitauit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis.

Sic lege

Diſtillauit aīa mea ꝑ ſtulticia, ſerua me iꝰta eloqū tuū. Hiero. Dormitauit inquit aīa mea, in huiꝰ habitaculi mortalis ſtatione. Glo. Vt feſſus expectator & hoc præ tędio dilationis. Caſſiodo. Sanctis enim hominibus tędioſa eſt ſarcina corporis Hierony. Vel præ tędio imbecillitatis corporeæ. Auguſti. Quid eſt autem dormitauit niſi a ſpe refriguit. Caſſiodo. Lyra. Cardi. Dormire enim eſt proprium pigri, dormitare vero laſſi ſeu fatigati. Caſſiodo. Vnde hanc dormitationem Caſſianus, ſeruorum dei optimus inſtitutor, accidiam vocat, quam magno ſtudio monachis ſuadet eſſe fugiendam, quā iſte timens ait. (Confirma me in verbis tuis). Hierony. Vt ablato peccati ſomno inſtāter in his vigilem. Cardina. In verbis tuis ſcilicet vt a meditatione eorum non recedam, & ſic non obdormiā vnde adhuc bene ſubiungit.

Corporis moles iuſto odio a.

Dormire.

29 Viam iniquitatis ✠ amoue a me & de lege ‡ tua miſerere mei.

✠ Hebr. mēdacii ‡ Hebr. et legem tuam dona michi

Hierony. Viam inquit iniquitatis amoue a me. i. deſiderium illud, per quod ad peccandum venitur. Lyra. Et diſpoſitionem ad lapſum per nimium cōdeſcenſum ad corpus. Cardina. Ne in viam ipſam iniquitatis incidam. (E de lege tua miſerere mei.) Hiero. Apud te enim lex hęc cōſtituta eſt vt ſemper miſerearis. Auguſtinus. Gloſa. Lege ergo tua, miſerere mei, lege inquam fidei & lege gratię, qua implemus quod per nos non poſſumus. Non lege factorum nam lex factorum eſt dei iubentis iuſtitia, lex vero fidei eſt ſubuenientis miſericordia. Caſſiodo. Gloſa. Per legem enim nemo iuſtificatur ſed per fidem Chriſti. Lyra. Huius autem miſerationis cauſam allegat ex parte ſui dicens.

Duplex lex.

30 Viam veritatis ✠ elegi, iudicia tua non ſum ‡ oblitus.

✠ vt ſi. oct ‡ Hebr. proponebam. 2 Ethicē capit. 2 atq; omnino circa ea videt ſari videtur electioque in noſtra ſunt poteſtate.

Lyra. Viam inquit veritatis elegi ſecundum partē animæ ſuperiorem. Caſſiodo. Via autem veritatis dominus Chriſtꝰ eſt, ſicut ipſe dixit. Ego ſum via veritas, & vita. Car. Cum autem dicit. elegi, notatur libertas arbitrij, Hierony. Viam ergo veritatis elegi, id eſt Chriſtum dei filium, quem audiui venturum in mundum. Caſſiodo. Eligere enim nihil aliud eſt ꝙ de multis vnum legere. Auguſti. Hanc itaq; viam elegi vbi currerem. Et iudicia tua non ſum oblitus vt currerem. Hierony. Illa ſcilicet iudicia quæ in euangelijs proferens ait. Hoc eſt iu-

dicium,vt omnis qui credit in filium,habeat vitã ęternã.Lyra.Vel iudicia tua non ſum oblitus,quibus peccatores terribiliter puniuiſti,eos ſubmergendo tẽpore diluuij,& igne ſulphuris incendendo,quando Sodomam ſubuertiſti,& in ſimilibus. Hugo car.Vel iudicia pluraliter dicit propter duplex iudicium, vnum in pręſenti,quo occulte iudicat,& aliud in futuro,quo iudicabit aperte. Lyr. Et quia ex terrore talium homo a malo retrahitur & ad bonum conuertitur,ideo ſubditur.

31 ADhæſi teſtimonijs tuis domine, noli me confundere.

Glo.Caſſio.Quaſi dicat,ego qui prius pauimento adhęſeram,nunc adhæſi teſtimonijs tuis domine. Augu.Glo.Vt currerem.Lyra.Firmiter proponẽs ea cuſtodire.Glo.Adhæret autem teſtimonijs,qui mundo renunciat, qui curas huius vitæ & tædia ſpernit,qui luxuriæ ſtudio,ac pecuniæ cupiditate non curuatur,& ideo(Noli me cõfundere.)Hiero. Quia teſtimonijs tuis adhærens, anteriorum facinorum indulgentiã merui.Quæſo ergo ne me patiaris de iteratione peccati confundi,& in iudicio tuo palam verecundiã pati.Auguſt.Noli itaq; me confundere,ſed fac vt quo curro pertendam, quo tendo perueniã.Caſſio.Glo.Non enim eſt iſte ſecurus,quãuis teſtimonijs adhęſerit.Et ideo humiliter petit quod acceperat ſeruari.Lyra.Noli ergo me confundere,id eſt permittere confundi per recidiuum peccati. Sequitur.

teſtimonijs dei quis adheret.

32 VIam mandatorum tuorum cucurri, ✠ cum dilataſti cor meum.

✠ Hebr. curram qm̃ dilataſti.

Hierony.Viam inquit mandatorũ tuorum cucurri,quando multa patiebar propter verbũ ob ſpem futurę beatitudinis.Lyra.In via virtutis facile ambulando.Ambro.Gloſa.Cucurri inquã vt bonus equus,habet enim equos ſuos Chriſtus.De quib⁹ propheta.Aſcendiſti equos tuos,& equitatus tuus ſalus.Glo.Viam ſcilicet mandatorũ tuorum, quæ anguſta eſt.Hugo car.Arta enim via quæ ducit ad vitam,& propterea,quia hanc vitam currere non poſſum⁹,niſi ipſe nos ducat & viam mõſtret,cum dixiſſet cucurri addidit (cum dilataſti cor meum.) Lyra.Per donum charitatis quæ mandata diuina facit leuia.Hugo car.Et quæ quantomagis dilatatur cor,tanto citius facit currere.Grego.Qui enim amat ardentius,currit velocius & peruenit citius. Augu.Glo.Vel cordis iſta dilatatio,eſt iuſtitiæ delectatio,vt non timore,ſed delectatione quid agatur.Vel dilatatio,eſt ſciẽtiæ latitudo,ſine qua non poteſt currere.Caſſio.Cum enim anima lumen veritatis accipit,in multifarias agnitiones dilatatur. Glo.Et nota ꝙ hic verſus exponit quomodo ſuperius dictũ ſit elegi,non ſum oblitus.Adhæſi.Dum autem ait.cum dilataſti cor meum, id eſt non per me,ſed tuo dono hæc præterita feci.

dei equi.

matthei. ſeptimo.

Vel dilatatio.

He,interpretatur eſt vel viuo.

33 LEgem pone mihi domine viam iuſtificationũ tuarum, & exquiram eam ſemper.

Aliter legitur.

Sic legem ſecundum B.Hierony. Oſtende mihi viam pręceptorum tuorum,& cuſtodiã eam per veſtigium. Caſſiodo. Glo.Hic in quinta litera precatur,Chriſto veniente ſibi,qui veterem renuit,nouam legem cõſtitui, quæ ſemper exquiretur cum tam ardẽter deſideretur.Cardina.Cum ergo ſupra petierit viuificari,& oſtẽderit a qua morte,ſcilicet a morte carnali,& tædio ſpirituali.cõueniẽter de vita in qua viuere vult ſupponit,ideo præponitur hæc litera,He,quæ interpretatur eſſe,vel viuo quod idem eſt.Nam qui vere eſt,viuit,& qui viuit,vere eſt.Lyra.Et agitur hic de aſſecutione promotiui ad perfectionẽ vitæ actiuę,quod eſt triplex,ſcilicet fides dirigens,ſpes ſubleuãs,& charitas ſtimulãs.Et primo ponit primum,ſecũdo ſecundũ,ibi.Memor eſto.tertio tertium,ibi.Bonitatẽ feciſti.Prima in duas,quia primo agitur de fide ſimplicium,quæ ſufficit ad propriam ſalutẽ.Secundo,de fide maiorũ,quæ requiritur ad fidei defenſionẽ,ibi.& veniat.Prima adhuc in duas,quia primo petitur fidei directio.Secũdo, deuij remotio,ibi.inclina cor.Et agitur hic de fide prout dirigit in operibus vitæ actiuæ.ait ergo(Legem pone mihi.)Hugo card.Non quidem legem veterem quæ firma non fuit,ſed legem fidei ſupra quam prudens architectus fundamentum poſuit. Lyra.Nam ſicut lex humana dirigit in operib⁹ iuſtitiæ politicæ,ſic fides in operibus iuſtitiæ diuinæ.Hierony.Vel in perſona eccleſię dicit propheta.(Legem pone mihi)id eſt temetipſum mihi(Pone)id eſt dona,quia lex Chriſt⁹ eſt.Caſſiodo.Sicut ſcriptum eſt de Syon exibit lex,& verbum domini de Hieruſalẽ.hanc inquã legem pone mihi(Viam ſcilicet iuſtificationũ tuarum.)Hugo car.Quę eſt fides operãs per charitatem, & hęc iuſtificat quod non faciebat lex vetus(& exquiram eam ſemper. Idem.Auguſti.Glo Id eſt habitam non contemnam,non negligam,ſed diligẽter exquirã,vt ſciam & faciam eam proficiendo,non ad horam,ſed ſemper,id eſt quandiu viuam.Hierony.Exquirã itaq; ſemper ipſam legem,hoc eſt mandata vel temetipſum.Hugo car.Et vt ſufficiẽter inuenire & exquirere poſſim.Glo.Quia non ſatis eſt quęrere,niſi intelligam quod requiro.Ideo.

Ad vite eterne cõſecutionem tramotiua.

Lex xp̃o.

DA mihi intellectum ✠ & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. 34

34 ✠ Hebr. intelligere fac me vel doce me & obſeruabo legẽ tuã.

Glo.(Da mihi intellectum)inquit ad inquirendũ, quia aliter hoc facere non poſſem.Et habito intellectu(Scrutabor legem tuam.)Hieronymus.Id eſt tua mandata.Rogat enim eccleſia,vt intelligat diſcretionem inter bonum & malum, inter vitam & mortem,inter literã & ſenſum,vt ſcilicet ea intelligat & pręedicet & opere impleat, ne ſit ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus.Auguſtinus, Scrutabor inquã legem tuam,vt ad eius alta perueniam.vnde tota lex pendet & prophetę(& cuſtodiam illam in toto corde meo.)Idem. Glo.Id eſt diligam deum ex toto corde,ex tota anima, & ex tota mente, & proximum meum ſicut meipſum. Hugo car. In toto corde ſcilicet, id eſt in omni vi animę,ſcilicet in rationali per fidem,in iraſcibili per ſpẽ,in cõcupiſcibili per charitatẽ.Caſſi.Sed cũ pri⁹ dixerit.Viã mãdatorũ tuorũ cucurri,quid eſt ꝙ iterũ petit,quę ſe pri⁹ accepiſſe memorauit,hoc ideo dicit,q̃ dona domini cõtinue ſunt petẽda vt

Totum ꝓ perfectũ idẽ ſũt.i. celi & mũdi. ca.i. qm̃ de⁹ dilige̅ dous.

conſeruentur, ſemper enim dat, qui donata conſeruat. Hugo car. Glo. Angu. Et quia hoc meis viribus perficere non ſufficio, ideo.

35 DEduc me in ſemita mandatorum tuorum, quia ipſam volui.

Auguſti. Parum enim eſt mihi, voluntas mea, niſi in eo quod volui me ipſe deducas, & ideo (Deduc me in ſemita mandatorum tuorum.) Idem. Hieronymus. Semita minor eſt q̃ via, hæc enim eſt arta & anguſta via. Hæc ſunt artiora mandata quæ ducunt ad vitam, quia lata & ſpacioſa eſt via quæ ducit ad mortem. Hugo cardinal. Sed quia dominus nolentem per hanc viam non deducit, ideo ſequitur. Quia ipſam volui. Idem. Quaſi dicat, cũ apoſtolo. Velle mihi adiacet, perficere autem bonum non inuenio. Hieronymus. Vox ergo hęc, vox eſt eccleſiæ, ac ſi dicat eccleſia. Non concupiui aliud, nec delectat⁹ ſum niſi tua mãdata implere, ideo ergo vt me deducas in tua mandata, id eſt intelligere facias illa. Caſſiodorus. Vel ſemita, nouum teſtamentum eſt, via vetus, ſpiritualem ergo gratiã petit, quæ ad cœlum ducit. Hugo cardinal. Et ne forte quis etiam bonam voluntatem ſibi aſcribat, audiat quid ſubiungit.

Semita et via.

Ad Roma. 4.

xxxvi INclina cor meũ in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

Augu. Quid eſt inclinatũ cor ad aliquid habere, niſi hoc velle? Et voluit, ergo & orat vt velit, hoc itaq; orat, vt ipſam eius voluntatem perficiat, dicens. Inclina cor meum in teſtimonia tua. Caſſi. In quo inclinari cor ſuum petit in teſtimonia domini, vbi non per rapacem auaritiã, ſed per laudabilem humilitatem pręſtãte domino peruenitur. Idem. Glo. Inclinati enim melius vident, q̃ vanitate ſupini. Hierony. Nam ſuperbi non inclinant cor ſuum in teſtimonijs dei, quia ſperant ſe altiores eſſe, & melius intelligere de præceptis dei, q̃ eccleſia, & propterea (Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiã. Caſſio. Quæ eſt temporalium rerum flagrãs omnino deſiderium. Augu. Glo. Suis itaq; teſtimonijs perſuadet deus vt gratis colatur, quod impedit auaritia radix omnium malorum. Lyra. Et eſt hoc contra concupiſcentiã oculorum, quæ reſpicit aggregationem bonorum temporalium. Glo. Et quia omnia ſub ſole vanitas ſunt, ideo addit generaliter.

Cor ad aliqd inclinatum

Cauſa hereſis.

37 AVerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.

Hierony. (Auerte inquit oculos meos) Id eſt ſenſus meos. Glo. Per oculos namq; peccamus, dum conſpecta ambimus. Mors enim intrat per feneſtras noſtrorum ſenſuum (Ne videãt vanitatem.) Lyra. Id eſt ſpectacula ad malum luxuriæ inducentia, & hoc eſt contra concupiſcentiã carnis. Caſſi. In quo notãtur illi, qui diuerſis ſpectaculis occupantur, qui mulierum fœdo amore rapiuntur, qui res alienas improbe concupiſcunt. Auguſti. Glo. Quæ non videt qui fixus eſt in illo mente, qui eſt ſuper omnia, cuius mens ſurſum eſt. Qui vero hęc cogitat, ſub ſole viuit, vbi vanitas. (Auerte ergo oculos meos ne videant vanitatẽ, & in via tua viuifica me.) Hiero. Id eſt in temetipſo, vel in tuis mandatis, viuifica me in anima. Augu. Glo. Ipſe enim eſt via, qui eſt & vita, & veritas, non vanitas. Hugo cardi. Vel in via tua, id eſt in charitate, ſine qua mortua ſunt opera mea. Glo. Deinde per quod a veritate aduertatur ſubdit, dicens.

Oculus meus deprędat⁹ eſt aiam meam. Treno. cã.31.f.

STatue ✠ ſeruo tuo eloquiũ tuum in timore tuo. 38

✠ Hebr. ſuſcita ſeruo tuo eloquiũ tuum.

Caſſ. Statue inquit, id eſt ſtare fac, infige cõſolida atq; cõfirma. Auguſt. Glo. Immobiliter ne dilabatur, ſeruo tuo. Hie. Populo ſcilicet chriſtiano (Eloquiũ tuũ.) Augu. Glo. Id eſt da facere quod loqueris. Statuitur enim nõ niſi faciẽti dicitur. Hie. Per eloquiũ autẽ mãdata intelligit. Caſſ. Quę ideo petit ſtatui, ne ſanctũ eloquiũ fugaci obliuione dilabatur, quod in noſtris debet ſenſib⁹ ſtabiliter permanere (In timore tuo.) Hie. Id eſt in timore ſancto. Ambro. Glo. Qui eſt baſis, in qua verbum dei ſtatuitur. Et ipſum verbum diſciplina eſt timoris. Nõ eſt autẽ iſte timor ſeruilis, quo tantũ pœna timetur, ſed caſtus quo timetur offenſa. Aliter enim timet adultera virũ, aliter caſta. Adultera ne veniat caſta ne deſerat. Caſ. Et ideo addidit in timore tuo, vbi nec culpa cõquiritur, nec ad deſidiæ diſcrimina peruenitur, cõtra eos qui eloquia domini negligenter ſuſcipiũt, & tanq̃ fabulas inutiles audire declinãt. Lyra. Iſte autẽ timor, facit hominẽ veraciter humiliari contra ſuperbiã vitæ. Sequitur.

Eloquij noie qd.

verbi dei baſis.

AMputa ✠ opprobriũ meum quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iocunda. xxxix

✠ Hebr. auerte opprobrium qd reuerſus ſum.

Hugo cardi. Amputa inquit opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum, id eſt fac ne malum ſuſpicer de alio, vel ſi forte ſurrepat ſuſpicio, Fac ne creſcat in iudiciũ, quod ſi faciã, eſt opprobriũ meũ, quia & falſum iudico, & me talẽ qualẽ eum ſuſpicor eſſe vel fuiſſe, oſtendo. Caſſio. Tale ergo opprobriũ & confuſionẽ petit amoueri, vnde reus poterat inueniri, ſuſpicio enim ſæpiſſime probatur incerta, quæ viro chriſtiano nõ cõuenit (Quia iudicia tua iocunda.) Augu. Glo. Id eſt vera. Hierony. Hugo cardi. Clara læta & ſuauia amatori veritatis. Lyra. Vel amputa opprobriũ meum, id eſt occaſionẽ labendi in peccatũ, quod eſt opprobrioſum. Quod ſuſpicatus ſum, id eſt timui, quia iudicia tua iocunda, decedentibus abſq; mortali culpa. Glo. Et quia iudicia tua dulcia ſunt & iocunda.

quib⁹ dei iudicia iocunda.

ECce cõcupiui mãdata tua, in æquitate tua viuifica me. 40

Hugo car. Supra enim petiſt a ſe tolli temerariũ iudiciũ, quod plerũq; ex inuidia oritur, hic vero petit ſibi charitatẽ infundi, quæ non æmulatur, ſed omnia in meliorẽ partem interpretatur. (Ecce inquit cõcupiui mãdata tua.) Lyra. Scire & operari. Glo. Hugo car. Mandata ſcilicet binæ dilectionis, in quibus cætera omnia continẽtur. (In æquitate tua viuifica me.) Idẽ. Id eſt in charitate quæ æqua eſt omnib⁹ & cõmunis, ſine qua, nihil ſum, vt iam ſupra dictum eſt. Idem. Glo. Caſſi. Vel in æquitate tua, id eſt in Chriſto qui verbum caro factũ eſt, qui eſt ęquitas patris, quia cum patre deus, & ſecundũ q̃ homo meus eſt proximus. Lyra. Viuifica me ergo, augmentãdo vitam gratiæ, per quam homo dirigitur in deum, & quæ iuſtificat impium.

¶Vau, interpretatur eſt vel & ipſe.

41 ET veniat ſuper me miſericordia tua domine, ſalutare tuũ ſecundum eloquium tuum.

Caſſiodorus. Gloſa. In hac ſexta litera precatur vt ſaluator veniat, qui eſt miſericordia peccatorum, vita fidelium, vt inimicos confundat, & in lege proficiat. Hugo cardinalis. Idem. Præmittitur autem huic octonario. hæc litera, Vau, quæ interpretatur, eſt, vel & ipſe, id eſt ſaluator Chriſtus, qui quaſi adhuc loquẽtibus nobis, dicit. Ecce aſſum, cuius auxilium petit contra hæreticos, qui ab eſſe retrahũt, exponit autem quod ſupra dixerat, in iuſtitia vel in æquitate tua viuifica me, dicens. (Et veniat ſuper me miſericordia tua domine. Hieronymus. Vt delicta remittat. Lyra. Et vt mihi fidem largiatur. Gloſa. Quę autem ſit hæc miſericordia exponit, dicens (ſalutare tuum) id eſt Chriſtus. Caſſiodorus. Salutare enim, Chriſtus dicitur, per quem ſalus gẽtibus venit, qui mundo ægrotãti, medicinã ſuæ pietatis attribuit, ſecundũ eloquiũ tuum, id eſt ſecundũ promiſſionem tuam, quam per prophetas cognoſceris fuiſſe pollicitus. Hieronymus. Cum dixiſti Abrahæ, in ſemine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Sequitur.

42 ET reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis.

Hieronymus. Et reſpondebo, inquit, exprobrantibus mihi verbum. Ac ſi dicat, ſi veneris redimere nos, reſpondebo de fide mea eis qui exprobrãt mihi, dicẽtes, vbi eſt deus tuus, & dicam, ecce deus noſter. Caſſiodorus. Vel illi exprobrant verbo, qui filium dicunt eſſe minorem, vel qui eum carne paſſum miſericordiæ crediderunt. Auguſtin⁹. Gloſa. Hoc enim nobis exprobrant hi a quibus crucifixus eſt Chriſtus, vel quibus ſcandalum eſt, vel ſtultitia, quod verbum caro factum eſt. Quibus ego reſpondebo verbum, quia parum eſt Chriſtum habere in corde, niſi interius cõfiteatur ore, nam corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio, fit ad ſalutem. Vel reſpondebo, ꝙ verbum quod erat in principio apud deum, caro factum eſt, nõ territus nec confuſus exprobratione eorum (Quia ſperaui in ſermonibus tuis.) Hieronymus. Conſtanter ergo his, reſpõdebo qui vanam dicunt ſpem meam quam in te habeo, quia illorum ſpes inanis eſt. Gloſa. Quia vero multi, vrgẽtibus malis, negant, ſubdit.

43 ✠ alia li. vſq; nimis. ET ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq;, ✠ quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

(Et ne auferas inquit.) Gloſa. Id eſt ne auferri ſinas (De ore meo verbum veritatis vſquequaq;.) Caſſiodorus. In quo rogat vt confeſſionem veritatis de eius ore nullæ pœnæ, nullus tortor extorqueat, ſed vt quęlibet tormẽta fuerint inflicta, conſtanter in fide maneat, iniqui enim cum moleſtantur, deſperant, ſancti vero viri ſi affligantur, ſpem magis ſuæ dilectionis accipiunt. Idem. Auguſti. Cum autem dicit vſquequaq;, ſignificat verbũ veritatis ad tempus aliquibus fuiſſe ſublatum, vt Petro apoſtolo contigit, qui ante gallicantum, ter dominum negauit, ſed non vſquequaq; ablatum eſt verbum veritatis de ore ipſius, quãdo culpã ſuam & fletibus diluit, & ſanguinis effuſione mũdauit. Grego. lib. xj. Mora. Iob. Vel hoc dicit, quia cum ſacerdos non agit bona quę loquitur, etiam ſermo ſubtrahitur ne loqui audeat quod non operatur. predicantiũ ſpeculum. Caſſiodor⁹. Sed quare non debeat ſibi auferri verbum veritatis, ſubiungit. Quia in (iudicijs tuis ſuperſperaui.) Hugo car. Augu. Glo. Quaſi dicat, ſupra dixi, quia ſperaui in ſermonibus tuis, ſed flagella addita non minuũt ſpem meam, ſed augent, ideo dicit ſuperſperaui, vel ſuperſperaui, id eſt pl⁹ merito ſperaui, ſciens quoniã non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futurã gloriã, quę reuelabitur in nobis. Glo. Vel in iudicijs tuis, id eſt, metu iudiciorũ tuorũ ſuperſperaui. Qui enim veretur pœnam, cuſtodit gratiam, ideoq; ait.

ET cuſtodiã legem tuam ſemper, in ſæculum & in ſæculum ſæculi. 44

Gloſa. Quaſi dicat, ne ergo auferas verbum de ore meo, & ſi non abſtuleris (cuſtodiã legem tuã) non pręcepta legis Moyſi, ſed charitatẽ, & hoc (ſemper.) Caſſio. Cuſtodire enim ſe dicit legem domini ſemper, quia in ipſa variari nephandũ eſt. Semper vero interdũ ponitur vſq; ad finem huius ſæculi, ſed hic cum dicit (in ſæculũ & in ſæculũ ſęculi) perennitatem illam, ſignificat quæ non habet finem. hec dictio ſemp. Hiero. Vnde cum dicit in ſæculum, omne tempus vitæ præſentis oſtendit, cum vero addit in ſæculũ ſæculi, futurum ſæculũ monſtrat. Auguſt. In quo oſtendit quid ſignificet quod ſupra dixit, ſemper lex autem iſta eſt, de qua dicit apoſtolus. Plenitudo legis charitas, quæ & in hoc ſæculo & in futuro à ſanctis cuſtoditur. Sequitur.

ET ambulabã in latitudine, ✠ quia mandata tua exquiſiui. 45 ✠ Alias in ſpacioſo.

Caſſ. Aug. Car. Glo. Quaſi dicat hæc prædicta cum orarẽ exaudiſti me, & exauditus (Ambulabã in latitudine) id eſt in charitate, in qua tota lex pendet & prophetæ, de qua ſcriptum eſt. Charitas dei, diffuſa eſt in cordibus noſtris. Lyra. Quę eſt tantę latitudinis ꝙ etiam ſe extendit ad inimicos. Auguſt. Gloſa. Vel in latitudine ſcientię, quam quęrendo eſt aſſecutus, & hoc, quia mandata tua exquiſiui, ex toto corde petendo, quęrendo, pulſando. Hieronymus. Diligenter ea perſcrutãdo. Ad hoc autem exquiſiui, vt ea crederem & intelligerẽ. Lyra. Exquiſiui inquam, non ſolum ſpeculatiue, ſed etiam pratice, ſequitur. latitudo.

ET loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar. 46

Caſſ. Loquebatur enim de teſtimonijs, quoniã petiuerat & acceperat, vt reſpõderet exprobrãtib⁹ ſibi verbũ, qua firmitate roborat⁹ ante reges ſęculi, qui poterãt elata poteſtate terrere nõ ſe dicit eſſe confuſum, ſed veritatẽ quã mẽte cõceperat, intrepidis ſermonibus exercebat. Hiero. Sciens quia qui dominũ cõfitetur in ſęculo, cõfitebitur eum domin⁹

coram patre & angelis eius. Lyra. Hugo car. Et loquebar inquit conſtanter & intrepide confitendo fidem, vt fecerunt martyres (in teſtimonijs tuis.) Hugo car. Id eſt in martyrijs in conſpectu regum. Lyra. Vt patet de tribus pueris corã Nabuchodonoſor de Petro, Ioanne, Lucia, Agnę, & ſimilibus (Et non cõfundebar.) Hugo car. Scilicet loqui teſtimonia crucifixi. Glo. Non enim confundebar, ita vt cederẽ ſcandalo crucis, quæ mihi eſt gloria. Ambro. Glo. Suauis itaq; eſt vox illa, quę in diuinis teſtimonijs loquebatur, decora facies, quæ in conſpectu regum non confundebatur, quæ non erubeſcit authorem, qui non cõfunditur de redemptore, ſequitur.

xlvii ✠ Hebr. et delectabor.

ET meditabar ✠ in mandatis tuis quæ dilexi.

Caſſiodo. In quo oſtendit frequẽtatæ meditationis ardorem, meditari enim mandata non poteſt, niſi qui ea aſſidua meditatione cucurrerit. Gloſa. Meditabar, inquã, cogitãdo quæ loquerer in mandatis tuis. Hugo cardi. Non in ſecretis, vt quidam faciunt, ac ſi indigeret dominus conſilio eorum. Caſſiodorus. Et vt hanc frequentiã euidentius declararet addidit, quæ dilexi, negligere enim, nunquam poteſt homo ea quæ diligit. Lyra. Nam dilectio alicuius rei, facit de illa re frequenter meditari. Hugo cardinal. Et quia parum valet loqui & meditari mandata, niſi opere impleantur & bono fine, ideo ſubditur.

Cuiuſcũq; rei meditatio.

xlviii ✠ Hebr. & loquar

ET leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi, & exercebor ✠ in iuſtificationibus tuis.

Et leuaui inquit manus meas ad mãdata tua quę dilexi.) Lyra. Ea opere adimplendo ſine quo non ſufficit meditatio. Caſſiodo. Leuare enim manus, ſignificat bonis operibus occupari. Augu. Gloſa. Leuaui ergo, id eſt bonis operibus oſtendi quod docebam. Ex boni enim operis meditatione vſus venit, in quo pulcherrim⁹ ordo oſtẽditur. vt quis primo meditetur, poſtea operetur. Glo. Leuantur autem manus, quando aliqua opera pro deo fiunt. Cum vero pro terrenis, deprimũtur (Et exercebor in iuſtificationibus tuis.) Lyra. Id eſt in operibus mandatorum tuorum quæ iuſtificant hominem, dum tamen modo debito impleãtur. Hugo cardi. Idem enim vocat iuſtificationes & mãdata. Caſſ. Exercetur autem in iuſtificationibus, qui quærit boni operis frequentatione proficere. Hiero. Vel qui in his quæ per literam iudicabantur, ſpiritualem intellectum conatur inuenire.

Leuare manus.

Zai, huc vel duc te.

xlix

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo in quo mihi ſpem dediſti.

Caſſiodorus. Gloſa. In ſeptima litera, loquitur de ſpe promiſſionũ dei, quæ facit omnia pacifice tollerari. Hugo cardinal. Gloſa. Vnde huic octonario præmittitur hęc litera, Zai, quæ interpretatur huc vel duc te, quaſi dicat. Non eſt hic quieſcẽdum, ſed ad æterna tendẽdum. Hic enim agit de ſpe, quæ non eſt de præſentibus, ſed tantum de futuris. Lyra. Ex hoc autem ꝙ ſpes ſubleuat ad expectationẽ vitæ beatæ in patria, confortatur homo in operibus vitæ actiuę in via. Eſt autem ſpes, certa expectatio futuræ beatitudinis ex gratia & meritis proueniẽs, aliter non eſſet ſpes, ſed præſumptio. Primo itaq; agitur de ſpe, prout reſpicit gratiam dei. Secundo, prout reſpicit vſum bonum liberi arbitrij, ibi. Portio mea. Prima, in duas, quia primo agitur de ſpe, prout reſpicit diuinam gratiam. Secũdo, de timore reſpiciente fragilitatem propriam, ibi. Defectio ait ergo. (Memor eſto verbi tui.) Gloſa. Id eſt cito da quod promiſiſti (ſeruo tuo.) Caſſiodorus. Ex quadam enim humana cõſuetudine, memor eſto dicitur deo, qui nihil poteſt vllatenus obliuiſci. Non quia dignum erat in illa maieſtate ponere obliuionis iniuriam, ſed per hoc precatur, vt cito ſeruo ſuo conferat clementiſſimę promiſſionis effectum. Auguſtinus. Gloſa. Non enim cadit obliuio in deum, ſed ſicut dicitur pœnitere deus, quando præter hominum ſpem res mutat, cõſilio non mutato, ita dicitur & obliuiſci quãdo tardat, & memor eſſe cum cito dat (memor inquam eſto verbi tui ſeruo tuo.) Gloſa. Ambroſi⁹. Cuius oculi ſunt in manu domini, in quo verecũde ſe dignũ oſtendit, quaſi dicat. Non vſurpatiue ſpero & peto, ſed quia ſeru⁹ tuus ſum, expecto a domino alimẽtum. Et quia miles ſum, exigo ab imperatore ſtipẽdiũ. Lyra. Vel cum dicit ſeruo tuo, per ſeruum intelligit Abraham, cui deus promiſit vitam beatam & ſemini eius (In quo mihi ſpem dediſti.) Gloſa. Quaſi dicat. Quia promiſiſti, ideo ſperare feciſti æterna & terrena deſpicere. Hugo cardinalis. Vel memor eſto verbi tui, id eſt filij tui incarnandi, in quo mihi ſpem dediſti, cum vt incarnaretur promiſiſti. Sequitur.

Spei ratio.

HAEc me conſolata eſt in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me. 50

Hugo cardinalis. Lyra. Hæc ſpes, ſcilicet futuræ beatitudinis (Me conſolata eſt.) Ambroſi⁹. Gloſa. Quiſq; enim dum meliora ſperat, nunquã leuioribus frangitur. Caſſiodorus. Quis enim temporales inſidias metuat, cum ad ęterna domini promiſſa reſpiciat? (In humilitate mea.) Glo. Quam ſibi quiſq; facit peccata confitendo, nec ſibi iuſtitiam arrogando, vel humilitatem dicit aliquam tribulationem, quam ſuſtinet a dyabolo propter ſuperbiã ſuam, vt exerceatur & probetur quæ eius humilitas & patiẽtia. Caſſiodo. Sancta namq; humilitas, omnia pro Chriſto patienter ſuſtinere probatur. Ambro. Glo. Humiliatur autẽ anima noſtra, cum traditur tentationi vt luctetur & certet, ſed in his tentationibus viuificatur eloquio dei. Vnde ſequitur. (Quia eloquiũ tuũ viuificauit me.) Caſſio. In quo cauſam ſuæ conſolationis ponit. Promiſſio namq; tanti iudicis, firmauit animũ ſuſtinẽtis, & ſpes conſolationis, viuificauit afflictum. Lyra. Et quia ex patientia & conſtãtia fidelium, affligebantur tyranni, excogitãtes adhuc contra eos grauiora tormenta, ideo ſubditur.

humilitatis efficatia.

51 ✠ alia li. vſq; valde. Hebrai. ſuperbi deridebant me nimis.

SVperbi ✠ inique agebant vſquequaq;, a lege autem tua non declinaui.

Caſſiodorus. In quo ſuperbos, id eſt malignos ac

tyrannos crudeliter egiſſe cõmemorat,dicens (ſuperbi.) Hugo cardi. Id eſt dæmones vel homines perſecutores humilium (Inique agebant.) Lyra. Quærẽtes affligere fideles multimode.Hugo car. Non quidem parum (ſed vſquequaq;.) Gloſa. Id eſt valde.Hugo car. Glo.Non enim eis ſufficit eſſe impios,niſi & pios ad impietatem trahere procurent.quãtum autem in hac humilitate conſolatus fuerit & confirmatus per ſpem futurorum ſubiungit,dicens.(A lege autem tua non declinaui.) Caſſiodorus.Vt illi putabãt qui proſequebãtur innoxios.Hugo car.Non tamẽ declinaui,quin ſcilicet eam cuſtodierim (ſciens illud quod ſupra dictum eſt.)Maledicti qui declinãt a mandatis tuis. vt autem homo non declinet, vtile eſt reminiſci iudiciorum dei.Vnde ſequitur.

52 **Memor fui iudiciorum tuorum a ſęculo domine, & cõſolatus ſum.**

(Memor fui inquit iudiciorum tuorum.) Gloſa. Quæ ſemper vera ſunt, quæ & in vaſa iræ exercentur. Lyra.Et quibus malos perdidiſti & cõfidentes in te liberaſti,vt Noe de diluuio,Loth de ſubuerſione Sodomæ & Gomorræ,& tres pueros de camino ignis. Gloſa. Quod prodeſt memoriter retinere,quia metus pœnarũ reuocat a malis. Caſſiodorus.Memor enim iudiciorũ,plectibilia non præſumit,quia metu pœnarum reuocatur,qui incentiua prauitate ſuccẽditur. Memor inquam fui (a ſæculo domine.)Hierony.Caſſiodo. Hugo car. Glo.Id eſt ab initio huius vitæ,ſeu eum adminiſtrari cœptus eſt mundus (Iudiciorum tuorum.) Gloſa.Quæ a domo tua in primo iuſto eſſe cœperunt(Et conſolatus ſum.)Lyra.Sperans ꝙ liberabis me.Auguſtin⁹.Caſſiodo.Glo. Nunquã enim ſuos deſerit diuina virtus.Vnde & alibi dicitur,iunior fui etenim ſenui,& non vidi iuſtum derelictum.Hugo cardinal'.Et quia quãuis homo iuſtus conſoletur de iudicio,ſiue futuro,ſiue præſenti, tamen condolere debet peccatoribus,ideo ſubditur.

Memoria iudiciorũ dei

53 **Defectio ✠ tenuit me pro peccatoribus derelinquẽtibus legem tuã.**

✠ Hebr. horror obliti tenuit me ab ipſis.

Glo.Quaſi dicat,in me conſolatus ſum(Sed defectio tenuit me.)Lyra. Id eſt timor magn⁹ pro peccatoribus, qui ſunt multi valde(Derelinquẽtibus legem tuam.) Caſſiodorus. In quo pietas ſanctæ conuerſationis oſtẽditur,vt dolore ſe defeciſſe dicat,quia peccatores legem domini deſerere cernebat,neceſſe eſt enim vt ſanctum virum alterius culpa contriſtet, vnde ſancta cohors martyrum, non tantum pœnis ſuis,quãtum tyrannicis torquebatur exceſſibus.Auguſti.Gloſa.Tanta enim in eis eſt pietas,vt præ dolore deficiant. Nam plus eos culpa tyrannorum,q̃ ſua pœna grauat.Hugo car. Auguſti. Si enim corpus plangitur a qua receſſit anima,magis plangenda eſt anima a qua receſſit deus.Lyra. Vel exponit̃ verſus iſte de timore propriæ fragilitatis,quia quantumcunq; debeat homo ſperare de deo, tamen debet timere, ne labatur in peccatum ex propria fragilitate,cum ſit eiuſdẽ ſpeciei & naturæ,& ſic fruſtretur ſua ſpe.Et quia ad talem caſum euitandum, multum valet oratio, per quam mens a terrenis retrahitur,& ad diuina ſubleuatur, Ideo ſubditur.

54 **Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.**

Hebrai. carmina mihi erãt præcepta tua.

Glo. Quaſi dicat,quãuis tenuerit me defectio pro peccatoribus,tamen(cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ.)Lyra. Id eſt laudes diuinæ. Caſſi.Et cum dicitur cantabiles, ſignificat pſalmodiã cum magna delectatione peragendã,ſicut dicit apoſtolus. Cantãtes & pſallẽtes in cordibus veſtris deo. Idem.Glo.Cãtus enim,ſemper releuat labores & tollit tædiũ. Sed vbi ſint cãtabiles determinat,dicens,in loco peregrinationis meæ.Glo. Id eſt in hac miſera vita.Lyra. Qua tẽdimus ad patriã ſicut peregrini.Caſſ.Hic enim peregrinatur omnis homo qui Chriſto deuotus eſt.Ambro.Glo. Sine cura terrenorũ. Glo.Præſens enim vita,ideo dicitur locus peregrinationis,eo ꝙ deiectus eſt homo de paradiſo,vbi regali honore donatus fuerat in has miſerias,vt pœnã improbitatis ſuæ fleat.Lyra.Et quia diuinæ laudes non ſolũ dicendę ſunt de die, ſed etiam de nocte. Ideo ſubditur.

55 **Memor fui nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuam.**

Glo.Nõ ſolũ in die,ſed etiã,memor fui nocte nominis tui domine,& ſic omni tẽpore. Caſſ.Augu. Vel per noctẽ,mundũ iſtũ ſignificari poſſe nõ dubiũ eſt,in quo peccatorũ regnat obſcuritas. Caſſi. In hac autẽ nocte memorẽ ſe dicit nominis dei cũ omnia eius beneficia, nõ ſuis meritis,ſed diuinis munerib⁹ applicat.Aug.Glo.Vel in nocte dicit,id eſt in tẽpore aduerſitatis,vbi magis gratias agere oportet,q̃ in die,ꝓſperitatis,& magis tũc deo adhęrendũ eſt.Nõ eni magnũ eſt ſi hoc agat in ꝓſperis. Lyra.Et qa orationẽ debet cõmutari ſancta operatio,ideo ſubdit̃.Et cuſtodiui legẽ tuã,per mãdatorũ tuorũ impletionẽ.Caſſ.Glo. Ideo cuſtodiſſe ſe dicit legẽ domini,quia memor fuit in nocte nominis ei⁹.Nõ eni eã cuſtodire valuiſſet,ſi ſuis meritis aliquid applicaſſet. Car.Qui autẽ memor eſt ſalutis æternæ,nullo modo conſentit in præuaricatione legis diuinæ.Lyra.Et quia iſta habet homo a dei gratia. Ideo ſubditur.

55 **Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui.**

Lyra.(Hæc inquit facta eſt mihi) id eſt hæc gratia mihi a deo facta eſt.Augu. Caſſio. Vel hęc nox in qua multæ tentationes oriũtur facta eſt mihi. Auguſti.Glo. Id eſt pro me,vt ſcilicet prodeſſent mihi,& vt ex hoc diſcam non ſuperbire,quo vitio cecidit homo in hanc noctem. Caſſiodorus.Vel hic ſubaudiendũ eſt conſolatio. Idem.Auguſti. Glo. Hoc autem magis de nocte q̃ de lege debet intelligi.Nam hęc fœminine apud grecos dicitur,apud quos lex maſculini eſt.Auguſtinus. Gloſa.Vel ponitur fœmininum pro neutro.Hęc pro hoc,quaſi dicat,hoc ſcilicet ꝙ memor fui tui, & ꝙ cuſtodiui legem tuam,non per me feci,ſed factum eſt mihi a te(Quia iuſtificationes tuas)nõ meas(exquiſiui.) Hugo cardinal'. Id eſt ex toto corde quæſiui. Hieronymus.Vel facta eſt mihi hæc lex conſolatio & non ſcandalum,vt diligẽtius iuſtificationes tuas ſcrutari valerem.

¶Heth,pauor vel vita.

57 POrtio mea domine, dixi cuſtodire legem tuam.

Caſſiodorus. Gloſa. In hac octaua litera faciem domini videre optat, quia mandatis eius eſt obſecutus. Hugo cardinalis. Et huic octonario præmittitur hæc litera,heth,quæ interpretatur pauor,qui difert a timore,de quo in quarta litera, illo enim præuidet ne grauatus corpore cadat. Iſto vero ſolicitus eſt acquirere bonū quod amat. Caſſiodorus. Gloſa. Pauor ergo iſte intelligitur,non pauor recidēdi,ſed ſolicitudo acquirendi illud bonum quod ſperat. Quod quia in octaua reſurrectionis prǫſtabitur, ideo octauus iſte octonarius ponitur. Lyra. Et agitur in eo de ſpe,prout prouenit ex bono vſu liberi arbitrij,vnde dicitur. (Portio mea domine.) Idem, Id eſt firmiter ſpero, ꝙ tu ſis pars,& portio mea in futura beatitudine. Caſſiodorus. Portio autem,a parte dicta eſt, illius enim partes ſumus, cuius volūtatibus obedimus, vnde merito portio piorum deus dicitur, quia in regni eius fœlicitate victuri ſunt. Hierony. Qui itaq; relinquit mundi ſuperbiam,honorum faſtigia,diuitiarūq; iactantias,& in cœlo collocat theſauros ſuos,huius portio efficitur deus. Glo. Qui alienus eſt a vitijs,& ſegregatus ab omni labe peccati,ꝗ rarus tamen eſt in terris qui hoc dicere poſſit. Lyra. Sed vnde ſurgat ei iſta ſpes,ſequitur. (Dixi cuſtodire legem tuā.) Idem. Per bonum vſum liberi arbitrij,tua gratia informati. Caſſiodorꝰ. Dixi inquam,id eſt ſtatui,decreui,atq; promiſi domini præcepta ſeruare. Auguſtinus. Gloſa. Sed quia non cuſtodio,niſi ſpiritus adiuuet,quem litera occidit, ideo ſequitur.

Spei vna origmū.

Piorum hom nū portio.

58 DEprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo,miſerere mei ſecundum eloquium tuum.

Hugo cardina. Deprecatus ſum,id eſt deuote precatus ſum (Faciem tuam.) Gloſa. Id eſt maieſtatem diuinitatis tuæ. Hugo cardinal'. Vt ſcilicet te poſſim videre facie ad faciem,vel faciem,Chriſtū appellat,quem in carne videre deſiderat. Gloſa. Cum itaq; ſupra dixerit,dixi cuſtodire legem tuam,hic dicit,deprecatꝰ ſum,quia fides impetrat quod lex imperat. Hugo cardinal'. Deprecatus ſum,dico,in toto corde meo. Lyr. Id eſt in intellectu,& affectu. Hugo cardinal'. Quod neceſſarium eſt,quia vt dicit Auguſtinꝰ. Mens diuiſa non impetrat. Gloſa. Sed quid deprecatus ſum,ſequitur. (Miſerere mei ſecūdum eloquium tuum.) Hieronymꝰ. Per quod promiſiſti,vt peccatorem in mortem non obrueres,ſed miſericordia conſolareris. Caſſiodorꝰ. Vel ſecūdum eloquium tuum, quo promittis deitatis tuæ beatam nimis & incomparabilem per omnia viſionem. Gloſa. Et ego quaſi iam adiutus & auditus quid feci. Sequitur.

Dei facies.

Fidei efficacia vnus. Affectu diſſentiente intellectui: vitium eſt.

lix COgitaui vias meas,& conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

Caſſiodorus. In quo ordinem humanæ conuerſationis exponit. Prius eſt enim vt noſmetipſos diſtrictius arguamus,& ſic a domini mādata migremus. (Cogitaui, inquit, vias meas.) Idem. Id eſt, actus humanos. Gloſa. Vel vias priores malas,vel futuras præcogitaui, quid ſcilicet agendum ſit, & quo modo,& quid non. Hugo cardinal'. Et illas diligenter conſiderans horrui,& ideo (conuerti pedes meos.) Gloſa. A vijs meis quæ malæ erant in teſtimonia tua,quę non ſinunt errare. Hugo cardinalis. Conuerti inquā in teſtimonia tua, vt ſecundum quod docent ambularem (Pedes meos) id eſt affectus. Caſſiodorus. Dicendo autem,conuerti pedes meos,oſtendit eos prius fuiſſe peruerſos. Hierony. Vel conuerti pedes meos, id eſt ſenſus meos in tua præcepta,vt illa obſeruare debeam, & vt ea opere compleam, Glo. Deniq; hoc beneficio gratiæ impetrato,

Viæ hominis vitæ iuſtiſ cet ordo.

hominis pedes deſignant.

PAratus ✠ ſum & non ſum turbatus,vt cuſtodiam mandata tua. lx

✠ Hebr. feſtinaui et nō neglexi.

Caſſiodorus. Gloſa. Paratus ſum inquit,id eſt deliberaui pro mandatis tuis cuſtodiēdis pati,& quelibet pericula ſuſtinere,& ideo non ſum turbatus. Idem. Improuiſa enim turbant, deliberata vero ſententia,animū perturbari non ſinit,integre autem mandata cuſtodit,qui aduerſa non metuit, & ideo ſubdit vt cuſtodiā mandata tua,quia tunc integre ſeruantur,cum aduerſitas nulla timetur. Auguſtinus. Qꝫ vero paratus ſit ad cuſtodienda diuina mandata,ſubdit,dicens.

FVnes peccatorū circūplexi ſunt me, & legē tuam nō ſum oblitus. lxi

Caſſiodorꝰ. Cum dicit funes peccatorum circumplexi ſunt me,oſtendit tot eſſe laqueos quot peccata cōmittimus. Funes enim ſunt tortuoſa & implicita ligamina ,quibus ſe delinquentes ſemper aſtringunt Glo. Vel funes,ſunt impedimenta inimicorum ſpiritualiū vel carnalium,quę ſunt quaſi longa reſtis quam trahūt,qui implicare ſanctos volūt,ſed non poſſunt eos qui legis non ſunt obliti. Ideo ſubdit (Et legem tuam non ſum oblitus.) Lyra. Vel funes peccatorum,id eſt,tentationes dæmonum circumplexi ſunt me,ad impediendū me in bono opere,& legem tuam nō ſum oblitus,gratia tua confortatus. Hugo cardinalis. Funes enim peccatorū,ſunt dęmōes vel mali homines,qui iuſtos quærunt ligare in pœna & in culpa. Lyra. Et quia de hoc debet homo deo eſſe gratꝰ,ideo ſubdit.

Tot punitiones quot offenſe.

Peccatorū funis.

MEdia nocte ſurgebam ✠ ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. lxii

✠ Hebr. medio noctis ſurgam.

Caſſiodorus. Media nocte ſurgebam inquit. Scit enim hoc tempore primogenita Aegyptiorū fuiſſe percuſſa. Scit etiam eo tempore Petri & Pauli & Sileæ in corpore poſitorū vincula reſoluta. Scitq; ſponſum media nocte venturum. Hieronymus. Scit etiam medio noctis tempore,vel pericula pati,vel præmia aſſequi poſſe, & ꝙ media nocte ſapientes virgines introducuntur ad ſponſum. Hugo cardinalis. Scit pariter, quia illud tempus maxime habile eſt tentamētis,quādo nullus eſt teſtis erroris . Gloſa . Nam tunc tentator retia tendit, quibus improuidam mentem turbare poſſit. Et propterea tunc maxime ſurgendum eſt . Caſſiodorus . Laudes domino decantandas, ne inter

Tentationis tēpus aptū.

fatuas virgines,ianua clauſa remaneat. Gloſa.Exēplo Chriſti qui pernoctauit in oratione,vt nos,ꝓprio ad precandum inuitaret exemplo.Lyra. Surgebam ergo ait ad confitendum tibi confeſſione laudis. Caſſiodo.Et ad laudandum te ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.Lyra.De hoc quod tuo ſancto iudicio voluiſti me in iuſticia cuſtodire. Cardina. Vel de hoc quod me iudicabas flagellādo vt iuſtificares,Gloſa.Et vt breuiter ſuperiora cōcludam.

63 Particeps ego ſum omnium timētium te, & cuſtodientium mādata tua.

(Particeps īquit ego ſum.)Lyra. Ex tua bonitate. Caſſiodo.Quiſquis enim in nouitate vitę ambulauerit,erit particeps Chriſti Cardina.Particeps in quam in ecclesia triumphante vbi omnia ſunt cōmunia,vnde in pſalmo Hieruſalem quæ ędificatur vt ciuitas,cuius participatio eius in idipſum & etiam in eccleſia militante,cuius bona ſpiritualia communia ſunt. Gloſa.Quia quodlibet membrum particeps eſt totius corporis.Lyra.(Omniū inquam timētium te)timore filiali qui caret offēſa.Caſſiodo. Ne autem illos tantum crederes eſſe participes qui dei iudicia ſeruili timore formidāt addit(Et cuſtodientium mādata tua).Gloſa. Timētium inquam corde concuſtodientium opere. Iſ enī qui timet cuſtodit. Lyra.Et quia prędicta gratia diuina confertur omnibꝰ ſe ad eam debite diſponentibus,ideo ſubditur.

Ecclesie bona cōmunia.

lxiiii Miſericordia tua domine plena. eſt terra, iuſtificationes tuas doce me.

Caſſiodo.In quo cum dicit,miſericordia tua domine plena eſt terra oſtendit dilationē fidei Chriſtianę quā deus ſic miſericorditer impleuit vt vndiqꝫ nomē vaniſſimę ſuperſtitionis euacuaſſe doceatur.Cardi.(Vel miſericordia domini plena eſt terra.),id eſt habitantes in ea. Hiero.Cū ſuper eos deus,ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Cardi.Vel terra,id eſt eccleſia,de qua dicit ꝓpheta. Plena eſt omnis terra gloria eius.Hiero.Hanc autem miſericordiā fecit deus quando redimere nos venit.Cardi. Vel terra peccator eſt.De quo etiam propheta ait. Miſericordia dei eſt ꝙ non ſumus conſumpti. Lyra. Et quia quantomagis habentur bona ſpiritualia tantomagis deſideratur,ideo ſubditur(Iuſtificatiōes tuas doce me.)Hierony.Hoc eſt tua mandata vt illa intelligam & prædicem & opere impleam. Gloſa.Et quamuis iam ſupra illa cuſtodiſſe ſe dixerit, hic tamen petit amplius doceri, quia nunquam eſt bonę rei ſacietas.

terre nomine.

Theth,bonum vel excluſio.

lxv Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine,ſecundū verbum tuum.

Alia ſua uitatem.

Caſſiodo. Gloſa. In hac nona littera gratias agit de humiliatione & patientia ſua per quā venit ad iuſticiam.Cardi. Et huic octonario præmittitur litera. Theth, quę interpretatur bonum vel excluſio quia per caritatem excluſio timore,bonum & iocundum eſt pati. Ambro. Glo.Vel quia hic agitur de patientia quę excludit triſticiam de aduerſis,& pręſtat etiam in tribulationibus iocūditatem. Lyra.Et ponitur hic, tertium promotiuū in perfectione vitę actiuę,quod eſt charitas ſtimulans ad opus bonum ex conſideratione beneficiorum dei in mēte & corpore receptorum. Et primo ponitur ſtimulatio charitatis,ex beneficijs ex parte mentis,ſecundo ex parte corporis. ibi. Manus tuę,& quia ſicut charitas ſtimulat ad bonum ita recalcitrat cōtra malum,ideo primo ponitur primū, ſecundo ſecundum ibi. Multiplicata eſt.Beneficia autem dei,ex parte mentis ſunt duplicia ſcilicet naturalia & gratuita Card.Primo itaqꝫ reddit gratias de ſibi iam colatis vt ampliora accipiat dicens(Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine. Hierony. Id eſt cum populo Chriſtiano quando in carne veniſti & nos redemiſti,quando quod promiſiſti ad Abraham & reliquos patres adimpleſti. Augu. Glo. Cardina.Vel faciendo de ſeruo filium. Lyra. Vel animam ei conferendo,ad imaginem tuā creatam,& bona gratię ſuperaddendo. Caſſio. Vel quę ſit iſta bonitas ſubter exponit,cum dicit. Bonum mihi quia humiliaſti me.Non enim de fœlicitate mundana gratias agit,ſed de afflictione ſalutari. Secundum verbum tuum. Caſſiodo.Illo ſcilicet quo dicitur Qui ſe humiliat exaltabitur.Card.Vel ſecūdum verbum quo dicit,iam nō dicam vos ſeruos, ſed amicos. Hierony,Vel verbum patris, filius eſt, quem miſiſti,vt peccantem me, non in ira punires,ſed miſericordia cūſolareris.Lyra. Et quia nō debet hoc homini ſufficere,ſed ſemper debet profectum in ſpiritualibus quęrere,ideo ſequitur.

Ex parte anime dei bona

ceſſere a malo nō ſufficit chriſtiano.

lxvi Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me quia mandatis tuis credidi.

Caſſiodorus. Gloſa. Auguſtinus. Docet enim deꝰ, bonitatem inſpirādo,deſiderium charitatis,vt nō ex timore operetur,ſed ex amore. Et diſciplinam, cum patientia,in tribulatione donat,& vt ex amore dei,& proximi,quaſlibet ferat paſſiones, & ſciētiam,cum mentē illuminat charitate,vt tribulatione non poſſit extingui.(Bonitatem ergo,& diſciplinam,& ſcientiam doce me.) Hieronymus, Vt ſciam diſcernere inter bonum & malum, inter vitam & mortem,inter corpus & animam.Hugo cardinalis.Scientia enim diſcretionis, neceſſaria eſt patienti & amanti,vt ne quid nimis, ne quid minus q̄ opporteat faciat (doce me inquit.)Lyra. Illuſtratione tuę gratiæ ampliare.Hieronymus.Vt intelligam tua mandata & illa opere impleam. Hugo cardinalis.Et quia hæc quæ dicta ſunt, ſine fide haberi non poſſunt ideo ſubdit. (Quia mādatis tuis credidi.)Hieronymus. Id eſt illa opere impleui.Gloſa.Hugo cardinalis.Vel credidi mandata eſſe tua,licet ea per hominem mandaueris. Lyra.Vel hoc dicit quia, oportet diſcipulum credere magiſtro ſuo ſi velit profficere,iuxta illud apoſtoli,accedentem oportet credere. Et quia, inter dei beneficia,ad animam pertinentia, non ſolum eſt collatio gratię,ſed etiam correctio culpę. ideo ſubditur.

67 ✠ Hebr. priuſq̃ audirẽ, nunc aũt eloquiũ cuſtodi-ui. humane vite progreſſio.

PRiuſq̃ ✠ humiliarer, ego deliqui propterea eloquium tuum cuſtodiui.

Lyra. Priuſquam, inquit, humiliarer, per tuam correctionem, ego deliqui incurrendo culpam. Caſſ. Et vide, quomodo in hoc verſu humana vita deſcribitur. Prius enim peccaſſe ſe dicit, cum originali vicio teneretur obnoxius. Prius, humiliatum ſe eſſe profeſſus eſt, vt culpa careret, quam contraxerat in radice peccati. Ad poſtremũ domini eloquium cuſtodiuit, quia humiliari meruit. Glo. Cardina. Vel ego deliqui in adam in quo omnis homo tanquam in radice viciatus eſt & vanitati ſubiectus. Lyra. Propterea inquit, eloquium tuum cuſtodiui. Ex diuina enim correctione, experitur homo, quantum bonũ ſit deo obedire, propter quod efficitur magis ſolicitus eius mandata cuſtodire. Hierony. Precedente itaq; delicto humiliamur, & per hæc erudimur vt eloquia diuina cuſtodiam⁹. Cardina. Conſequenter, captat beniuolentiam a perſona iudicis, cum ſubiungit.

lxviii BOnus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

Card. q. d. Ego deliqui, ſed o domine (bon⁹ es tu naturaliter & proprie Hye. Quia nemo bonus niſi tu ſolus Cardi. In hac ergo multiplici bonitate tua) doce me iuſtificationes tuas) id eſt opera iuſtitię. Hierony. Eo q̃ bona ſunt ſicut et tu bonus. Lyra, Vel bonitatem tuam mihi communicãdo, quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum. Caſſiodo. Petit itaq; bonum magiſtrum, vt in ſua bonitate dignetur docere diſcipulum. Ambroſi. Glo. Laudat igitur iudicem, qui bonus eſt in ſe & ex ſe, & bonus quia bona dat petentibus. Cardinalis. Neceſſe autem habeo q̃ doceas me, quia calidi hoſtes, volũt me ſeducere & trahere ad iniuſticias. Vnde ſequitur.

lix ✠ Hebr. applicabant mihi mẽdacium ſuperbi.

MVltiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum, ego autem in toto corde ſcrutabor mandata tua.

Caſſiodo. Dicit enim multiplicatam ſuper ſe perſequentium iniquitatem, & ideo petit, ne pœnis grauibus ſuperborum, eius deuota humilitas macularetur. (Multiplicata eſt, inquit, ſuper me iniquitas ſuperborum.) Lyra. Id eſt dæmonum me nitentium impellere ad peccatum. Cardinalis. Vel hominum ſuperborũ, qui vi & numero multiplicati ſunt cõtra me, videntes enim bonum propoſitum meum, eo ipſo prouocantur & iniquius mouẽtur contra me. Licet tamen abundauerit contra me ſuperborum iniquitas, non tamen refrigeſcit in me charitas, vnde ſequitur. (Ego autem.) Lyra. Charitate ſtimulatus (in toto corde meo.) Idẽ. Id eſt in intellectu & affectu. Auguſtinus. Glo. Vt tantum hæream mandatis, quantum illi volunt ſeducere. (Scrutabor mandata tua). Lyra. Ad intelligẽdum & operandum, vt ſic euadam eorum tentamenta. Auguſtinus. Gloſa. Ad hoc enim ſcrutatur, vt cognita faciat, & facienda perfectius cognoſcat. Hugo cardinalis. Deinde cauſam & modum iniquitatis ſuperborum ſubiungit dicens.

COagulatum ✠ eſt ſicut lac cor eorum, ego vero legem tuam meditatus ſum. ‡ ✠ 70 Hebr. incraſſatum eſt ſicut adeps. ‡ Hebr. delectabar.

(Coagulatũ eſt inquit.) Lyra. Id eſt in malitia cõpreſſum (ſicut lac cor eorum. Auguſtinus. Gloſa. Quorum niſi ſuperborum, qui per inuidiam & ſuperbiam, ſicut lac coagulati ſunt. Hiero. Ambro. Glo. Lac enim ſui natura ſuaue, ſpecioſum, ac ſincerũ eſt. Corruptũ tamẽ coaſceſſit & coagulatur. Sic humani cordis & mẽtis natura, ſincera eſt & pſpicua priuſquam viciorũ commixtione coaceſcat Caſſiodo. Dicitur autem lac a liquore quod de interna ſubſtantia naturali decurrat. Auguſti. Sed vide quid opponat duritię cordis eorum. (Ego vero legem tuam meditatus ſum). Hierony. Per quam ſuperbos humilias, per quam humilibus gratiam præſtas. Augu. Glo. Cuius meditatio, cõtra obſtinationem eorum, refrigerium mihi pręſtat. Caſſ. Ita vt quanto illi in malo dureſcunt, tanto ego a lege domini ſeparari non poſſim, vt illorum obſtinationem pia perſeuerentia vitam. Sequitur.

BOnum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. 71

Lyra. Bonum mihi, inquit, quia humiliaſti me, id eſt per inſultus dęmonum dediſti mihi cognitionem fragilitatis meę, ne ex donis tuis, caderem in ſuperbiam. Amb. Glo. Humiliaſti inquam me, Id eſt, diuerſis tentationibus, exercuiſti quod bonum mihi fuit. Hiero. Nam per hoc didiſci, mãdata implere in operatione. vnde ſequitur. (Vt diſcam iuſtificationes tuas). Glo. Id eſt opera iuſticię. Hiero. Quæ non in ſuperbia, ſed in humiliate diſcuntur. Hugo cardina. Quia qui nõ humiliantur legẽ dei non meditantur. Caſſiodo. Vt diſcam inquit iuſtificationes tuas, id eſt, vt facerem quę docuiſti. Tunc enim perfectę diſcũtur, quãdo pręcepta domini fideli actione monſtrantur.

BOnum ✠ mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti, 72 ✠ meliora eſt.

Hierony. Lex oris dei Chriſtus eſt, qui non venit legem ſoluere, ſed adimplere, quem pręuidens propheta ſuper omnes theſauros cõcupiſcit, quia nõ ſolũ amicos diligi, ſed etiã inimicis pręcipit ignoſci. Glo. Caſſiodorus. Hugo cardinalis. Vel lex iſta euãgelium dicitur ore Chriſti prolatum. Lyra. Vel decem pręcepta decalogi, quę locutus eſt domin⁹ in monte Sinay. (Bonum itaq; mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti.) Glo. Caſſiodorus. Id eſt infinitę. Aurum enim & argentum, cupiditatib⁹ hominum videtur eſſe precipuum, ſed quia bonitas illa comparationem ſimilem nõ poterat inuenire, pręmiſit ſuper milia, quod infinitum atq; incomprehenſibile eſt, vt auri, argentiq; comparatio tali adiectione vileſceret. Quicquid enim dixeris, ſuper ſemper excedit. Facta eſt ergo comparatio ab ſq; ſimilitudine, præcium ſine modo, amor ſine fine. Auguſtinus. Vel hoc dicit, quia amplius diligit charitas legem dei, q̃ diligat cupiditas milia auri & argenti.

Oris dei lex.

¶ Ioth confeſſio vel deſolatio.

73 Alia li. doce me

Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerunt me, da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.

Caſſi.Glo. In iſta decima litera petit intellectum mandatorum, vt vera vita fruatur. Cardina. Et huic octonario præmittitur hęc litera Iod quæ interpretatur confeſſio vel deſolatio, vel aliter interpretatur ſciētia vel principium, quod bene congruit, nam cum vir iuſtus ſupra petierit iocunditatē mentis, videns tamen ſe grauari igno rantia quantum ad intellectum, & pigritia quantū ad effectum. Ideo petit illuminationem intellect⁹ per intelligentiam mandatorum, & confortationē affectus, per diuinæ miſericordię effectū. Sed quia hoc nemo impetrat, niſi peccata cōfiteatur, quod maxime fit in aduerſis (ideo præmittitur, Iod id eſt, deſolatio ſeu confeſſio. Lyra. Vel ponitur hic ſtimulatio charitatis, ex beneficijs receptis ex parte corporis. (Manus tuæ inquit fecerūt me.) Card. Caſſio. Quantū ad animam. Et plaſmauerunt quātū ad corpus, quod de limo terræ cognoſcitur fuiſſe formatum. Auguſti. Gloſa. Manus inquam id eſt virtus operationis, vel manus dei filius, & ſpiritus qui cooperatur.. Ambroſius. Glo. Precioſum namq; opus dei eſt homo, de alijs enim operibus legitur, dixit & facta ſunt hominē vero quaſi manibus figurauit, quaſi ſtudioſius operans in hominis creatione, de quo & ſpecialis tractatus pręceſſit cum dicit. Faciamus hominē &c. Quaſi in hoc laboret deus, vt ſtudioſa operatio in hoc notetur. Cardina. Ex quo ergo me feciſti, ne deſpicias opera manuum tuarum (ſed da mihi intellectum.) Lyra. Hoc eſt eleuationem intellectus, ad te cognoſcēdum & amandum. Augu. Glo. Quamuis enim omnibus, intellectus per naturam datus ſit, tamē peccando difformatus cottidie renouatur. Tu ergo qui feciſti, refice, & intellectum da purum, vt diſcā mandata tua, ſi non poſſim, deitatem videre Caſſiodorus. Petit ergo intellectū vt domini mādata cognoſcat, quem adam per inobedientiam perdiderat. Sequitur.

Intellect⁹ illuminatio

Decimæ nus. hominis compoſitio ſeu creatio.

74 Qui timent te videbunt me & lætabuntur, quia in verba tua ſuper ſperaui.

Glo. Da inquam intellectum, quia ſi dederis, omnes qui timent te, videbunt me, & lętabūtur. Hiero. Id eſt, illi qui timent deum, & vident alios dei mandata ſeruare, magna lęticia lętabuntur. Lyra. Hi ſcilicet, qui timent te timore filiali annexo charitati, videbūt me, & lætabūtur, q̄a charitas dei gaudere facit, de bono proximi. Car. Et ideo, libenti⁹ debes mihi dare, quod poſtulo vt eos qui te timēt lætifices, iuſtos ſcilicet de quibus ſupra dictum eſt videbunt iuſti & lętabūtur. (Quia in verba tua ſuperſperaui) Idem. Id eſt pluſquam promiſiſti vel ſupra merita mea ſperaui. Hiero. Caſſio. Vel in verbo tuo. i. in Chriſto vbi nunq̄ decipit ſpes. Gloſa. Vel in verba tua, quib⁹ ꝓmiſiſti, vt ſim filius promiſſionis. Glo. Augu. Conſiderans autem eccleſia, quę adhuc timet huius vitæ miſeriam, q; caro concupiſcit contra ſpiritum. Cardi. Et q; ſunt plurimi qui ab hac ſpe cadunt propter flagella dei ſubiungit.

Cognoui domine quia ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me. 75

Glo. q. d. Ideo da intellectum, vel ideo opus eſt intellectu, quia iam (cognoui domine quia ęquitas iudicia tua.) Lyra. Cardinalis. Quib⁹ punis & in pręſenti & flagellas omnem filium quem recipis, licet aliquādo huiuſmodi iudicia ſint occulta. Glo. Vel cognoui, quia iuſta eſt animaduerſio adæ. Et in veritate tua humiliaſti me. Caſſiodo. Glo. Summa enim ęquitas eſt, vt qui ſuperbia deliqūt, purgētur humilitate quia erectus, non videt vera iudicia. Cardina. Lyra. Vel, humiliaſti me & quoſcūq; alios quātuncunq; iuſtos, quos afflixiſti, iuſte corripiendo illos. Hierony. Vel æquitas tua eſt, vt peccatores arguas, veritas vt ſuperbos humilies a proſperitatibus ſuis. Et quia me humiliaſti vt corrigeres, ideo nunc.

Sūma. equitas

75 Alia li. ſit obſecro miſericordia tua in cōſolatione mea.

Fiat miſericordia ✠ tua vt conſoletur me, ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo.

Cardi. q. d. In veritate tua humiliaſti me, ſed ne in humiliatione deficiam, quia vniuerſæ viæ tuæ miſericordia & veritas, ideo fiet miſericordia tua, vt conſoletur me. Idem. Caſſio. Glo. Non enim petit auferri erumnas, quæ ſunt ad purgationem & profectum. Ambr. Glo. Nec petit in labore profect⁹ finem, ſed petit verbum conſolationis, vt ſcilicet bene ferat. Cardi. Hæc autem miſericordia fit, cum deus animę tribulati, fidem, ſpem, & charitatem infundit, vel iam infuſas adauget & cuſtodit. Cardi. Glo. Fiat dico miſericordia tua, ſeruo tuo ſecūdū eloquium tuum. i. ſicut promiſiſti. Hierony. Promiſiſti enim, q; poſt humilitatem afflictionis, tribueres pręſidium conſolationis. Caſſiodo. Promiſiſti etiam in euangelio, te, paſſuros tormenta minime relicturum. Hierony. Vel hoc dicit propheta pręuidens Chriſtum vēturum in carnem, qui erat miſericordia vt nos redimeret ſecundum quod ꝓmiſerat. (Hoc eſt ſecundum eloquium tuum ſeruo tuo). Idem. Id eſt populo Chriſtiano qui tibi ſeruit ſpecialiter. Lyra. Promiſit enī ſeruo ſuo Abraham & ſemini eius, vitam ęternam. Sequitur.

Veniant mihi miſerationes tuę & viuam, quia lex tua meditatio ✠ mea, eſt. lxxvii ✠ Alias delectatio.

Auguſtinus. Gloſa. In quo exprimit, quid per miſericordiam detur, vita ſcilicet ęterna, quæ ſola eſt vita ſine additamento. (Veniant inquit mihi miſerationes tuę & viuam.) Caſſi. Illa enim ſola bene dicitur vita, quā nulla moleſtia ſolicitat, nec mors ſuſpecta contriſtat. Cardi. In cuius comparatione hęc quę dicitur mors eſt. Lyra, Car. Vel viuā vita gratię in pręſenti, & glorię in futuro. Quia lex tua meditatio mea eſt. Lyra. Quę quidem meditatio, eſt diſpoſitio ad gratiam habendam & habitam augmentandam. Caſſiodor⁹. Vel per meditationem, non ſolum hic accipias lectionem, ſed magis opera legis. Illa enim meditatio beatos facit, quę operibus ſanctis cœlorum regna conquirit.

Diſpoſitio ad gratiam

Gloſa.Augu.Vnde hęc meditatio,cogitatio amā tis eſt qua cogitat,vt per dilectionem operetur, & ne frigeſcat in iniquitate ſuperborū.Lyra.Et quia ex profectu bonorum cauſatur confuſio dęmonū Sequitur.

78 ✠ Hebr. iniquè cō triuerūt me.

COnfundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt✠ in me, ego autem exercebor in mandatis tuis.

Lyra.Confundantur inquit ſuperbi.i.maligni ſpiritus,qui de cœlo propter ſuam ſuperbiam ſunt deiecti,quia licet iuſte a deo permittantur nos tentare,poteſtate tamen ſibi cōceſſa,vtunturtur iniqua voluntate.Cardi.Vel per hoc optat,vt ſuperbi peccatores confundantur,bona cōfuſione.Caſſiodo. Vnde cum dicit,confundantur,ad emendationem pertinet,non ad ſupplicium ſempiternum. Tunc autem conſcientia peccantis bene confunditur, quando mala priſtina propria voluntate damnantur, & incipit adeſſe,quod videbatur ante diligere. Hierony.Confundantur,ergo in peccatis ſuis, & cognoſcant inique geſiſſe aduerſus iuſtum. Caſſ. Sequit̄ cauſa probabilis,quare peccatores debeant cōfundi ſcilicet (quia iniuſte iniquitatem fecerūt in me.)Quid enim iniuſtius dixi poteſt, q̄ eos vel le perſequi,qui mandatis videbantur ſacratiſſimis occupari.Cardi.Huic ſimile ſupra dictum eſt. Superbi inique agebant vſquequaqꝫ,& ſicut ibi legitur.A lege autem tua non declinaui.ita hic ſubiūgitur.Ego autem exercebor in mandatis tuis, nō reddens iniquis,mala pro malis, ſed ſicut mandaſti beneficiens inimicis.Caſſiodo. Vel exercebor in mandatis tuis,perſecutores crudeles per patientiam vincendo.Cardina.Sed, quia habenti veram charitatem non ſufficit ſui ſolius perfectio, ideo hanc perfectionem in alijs eſſe deſiderat. & eos ad hoc exortans ſubiungit.

79 COnuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt teſtimonia tua.

Cardi.Cōuertantur,inquit,mihi,vt exemplo meo ipſi ſimiliter exerceantur in mandatis tuis.(timētes).i.incipientes qui adhuc ſeruiliter timent.Augu.Gloſa.Vel hoc proprie caput noſtrum.i.Chriſtus dicit.Conuertantur mihi timentes te.)Caſſiodo.Id eſt ad me.Ad dominum autem bene intelligitur cōuerti,qui in eccleſiaſtica cœpit cōgregatione verſari.Lyra.Vel conuertantur mihi.i.ad auxilium meū(timentes te)timore filiali.(Et qui nouerunt teſtimonia tua.)Caſſ.Glo.Id eſt, quos lectio diuina iam imbuit, & ſi nedum operatio ſalutaris inſtruxit.Lyra.Vel qui nouerunt intelligendo & operando.Cardi.In hoc autem monet duo genera hominum ad conuerſionem ſcilicet, timētes & ſcientes,laicos videlicet & clericos,vt autē impetret ſupradicta orat dicens.

80 FIat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis,vt non confundar.

Gloſa.Quaſi dicat.Dico fiat miſericordia & viuā quod vt impetrem.(Fiat cor meum immaculatū.) Hiero.Id eſt,ſine peccato, & ponitur hic cor pro anima,quia de corde procedit numeroſitas viciorum.Glo.Cardina,Fiat dico immaculatum,nō viribus aut meritis meis.(Sed in iuſtificationibus tuis).Lyra.Id eſt,in exercitio mandatorum tuorū iuſtificantium.Vt non confundar in pręſenti per lapſum culpę,& in futuro per lapſum in foueam gehennę.Hierony.Vt non habeam confuſionem ęternam.

Cordis nomine.

Noſtra iuſtificatio vnde.

Caph incuruatus.

DEfecit in ſalutare tuum anima mea & in verbū tuum ſuper ſperaui.✠ 81

✠ Hebr. expectaui.

Caſſio.Gloſo.In hac vndecima litera peregrinus hui⁹ mūdi aduētum domini nimis deſiderat dicens, quanta in hac expectatione tulerit a ſuperbis.Petens vt in mandatis dei perſeueret.Idem.Cardi.Et huic octonario pręmittitur hęc littera,caph,quę interpretatur incuruatus,quia feſſus longa militia ſolet incuruari.& ideo cupit diſſolui, & reuerti ad principiū cuius ante meminit.Lyra,Et agitur hic de vita cōtemplatiua,quæ verſatur circa deum.Et primo agitur de eius ſuauitate,Secundo de eius ſublimitate ibi.Mirabilia.prima in duas,quia primo oſtenditur eius ſuauitas ex parte obiecti contemplati. Secundo ex modo contemplandi,ibi.Quo modo dilexi.Prima adhuc in duas,quia primo oſtenditur dicta ſuauitas,Secundo ſuauitatis ſublimitas, ibi. in ęternum domine.Prima adhuc in duas,quia primo ponitur dictæ ſuauitatis delectamentū.Secundo ſubditur eius impedimentū,ibi,Narrauerūt mihi,ait ergo(defecit.)Car.Prę deſiderio.Glo.Non a ſalutari.ſed in ſalutare tuum.Caſ.Defectus enim hic ponitur pro deſiderij nimietate,(vt ſic dicam) vt eſt illud,cōcupiuit& defecit anima mea in atria domini.Defecit itaque anima mea,ideſt,laſſata eſt atque fatigata ex deſyderio.Et vt intelligamus qd̄ defectus iſte pergat addit(in ſalutare tuum.) Card. Id eſt in chriſtum filium ſaluatorem noſtrū.Caſſ. Salutare enim hebræa lingua dicitur Ieſus.Augu. Glo.Talis ergo defectus,ſignificat nimium deſiderium boni nondū adepti,vt Symeon & antiqui iuſti Xp̄m deſiderauerūt.Lyra.Et eſt iſta defectio valde ſalutaris,dum anima in contemplatione ita eleuatur,ꝙ,quodam modo deficit ab actu exteriori.Caſſ.Et ne aliquis putaret ꝙ defectus iſte fidei videretur occaſus.Car.Quaſi exponendo illud quod ſupra dixit ſalutare tuum addidit.(Et in verbū tuū ſuperſperaui;)Caſſ.Id eſt in vnigenitum dei filiū qui eſt dei virtus,& dei ſapientia.Lyra,Vel in verbum tuum,quo,promiſiſti Abrahę & ſemini eius vitam beatam.Car.Superſperaui inquam,ideſt pl⁹ ſperaui quam dixi vel cogitari poſſit in quo notat magnitudinem ſuæ ſpei.Sequitur.

Contēplatiua vita.

DEfecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando conſolaberis me. 82

Gloſ.Defecerunt,inquit,non ex infirmitate,ſed ex fortitudine deſiderij (oculi mei) Caſ,Oculi ſcilicet cordis,qui interius cum deo loqui poſſunt.Augu. Gloſa.Quibus prophetę dicuntur videntes.Caſſ. Nam cum līgua loqui ſoleat,hic legitur oculos dixiſſe,in quo conſtat, ꝙ de oculis intellectualibus,

Senſum auditus quando ꝗ ſitte. [illegible]

qui ſunt lumina cordis,voluit intelligi. Cardina. Hæc autem vox oculorum gemitus & oratio ſunt Lyra.Et quanto iſti oculi mentis magis eleuātur in deum,tanto magis percipiunt diuinam bonitatem,& ſic accenditur deſiderium ad vidēdum deū & eo fruendum.Car.Glo.Defecerunt inquam oculi mei in eloquium tuum id eſt,in promiſſum tuū dicentes ,quando conſolaberis me,mittendo ſcilicet ſalutare tuum.Cum autem dicit. Quando, moram ſignificat,quę fit,vt res expectata dulcior ſit. Et quia dum ardēt ſpiritualia deſideria frigeſcūt carnalia,ſubditur.

83 Quia factus ſum ſicut vter in pruina, iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Caſſiodo.Superius enim ſe petiuerat conſolandū, nunc vero cauſam reddit,cur illi dominus debeat ſubuenire(Quia fact⁹ ſum inquit ſicut vter in pruina).Cardina.Id eſt quia caro mea mortificata eſt, per gratiam dei in me.Augu.Glo. Per vtrē enim carnem mortis huius . Per pruinam vero cœleſte beneficium vult intelligi,quo carnis concupiſcētię velut frigore cohibente torpeſcunt . Cardina. Fit enim vter de corio mortui animalis ,& ſpoſitū ad pruinam reſtringitur,in quo ſignificantur illi qui corpus mortale caſtigāt,& a noxijs deſiderijs reſtringunt exponendo illud pruinę.i. tribulationibus & diſciplinis.Lyra.Vel homines excellenter contemplatiui,ſunt ſicut vter in pruina derelictus,qui videtūr vltra non applicabilis humanis vſibus,ſic & ipſi reputantur quaſi ſtollidi . Caſſio. Ex mortificatione autē huiuſmodi ꝓuenit quod ſequitur.(Iuſtificationes tuas non ſum oblitus.) Glo. Iuſtificationes ſcilicet quib⁹ plenus eſt vter. Lyra.Et quia excellenter contemplatiuis,vita pręſens vertitur in tędium,ideo ſequitur.

vter. pruina

84 Quot ſunt dies ſerui tui,quando facies de perſequentibus me iudicium.

Caſſiodo.Sciens enim ſanctorum cœt⁹ vſq; ad finem ſæculi tentationibus diabolicis membra domini ſubiacere,interrogat quando mundus iſte finiatur, vt de perſecutoribus.i,diabolo cum miniſtris pręparata vltio cōpleatur. Non quia vitæ ſuę tempus volebat cognoſcere,ſed celeritatem futuri iudicij poſtulabat in quo tā beatis erit requies & gaudium ſine fine manſurum.Lyra.Tunc enim vita contemplatiua,mire incoata conſummabitur Et ideo iſtud tempus,a ſanctis & contemplatiuis deſideratur,huius autem impedimentum ſuauitatis,quæ eſt in contemplatione ſubiungitur , cum dicitur.

85 Narrauerunt ✝ mihi iniqui fabulationes,ſed non vt lex tua.

85 ✝ Hebr. foderunt michi ſuperbi foueaſque nō erant iuxta legem tuā

Caſſiodo.Cardina.(Narrauerunt inquit mihi iniqui).i.hęretici vel iudęi,vel ſęculares philoſophi Glo.Vt fidem impediant(fabulationes)quę in verbo delectant,vnde alij ponunt delectationes. Sed nō vt lex tua.)Hugo cardinalis.Quę plena eſt gratię & pacis.Lyra.Et quę nullam falſitatē continere poteſt,cū ſit a prima veritate deriuata,ideo ſubditur.

Omnia mandata tua veritas, iniqui ✝ perſecuti ſunt me adiuua me. 86

86 ✝ alia li. falſo perſecuti ſunt me

Hiero.Omnia,inquit,mādata tua veritas,quę nulla falſitate comprehenduntur. Cardi.Et ideo magis delectant cor bene diſpoſitum,q̄ fabulationes, intellect⁹ enim delectatur,in veritate,& affectus ,in bonitate,Glo . In fabulis ergo vanitas in mandatis tuis veritas.Caſſio.Et quia hęc veritas delectat me,ideo(iniqui.)Gloſa.Non ſolum (narrauerunt fabulationes,ſed etiam(perſecuti ſunt me.) Lyra. Quęrentes occidere quæ nō poſſunt verbis aduertere.Cardina. Iuxta illud apoſtoli , omnes qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patiuntur,ſed quia ipſi me perſecuti ſunt,tu domine (adiuua me).Hierony. Grauia nāq; ſuſtineo certamina,non tamen peto,vt admoueantur a me , ſed vt adiuues me ſciens neminem poſſe coronari , niſi qui legitime certauerit.Cardi . Ideo autem neceſſe eſt,vt adiuues me.Quia.

Paulominus conſummauerūt me in terra,ego autem non dereliqui mandata tua. 87

Caſſiodo.Vbi cum dicit,paulominus conſummauerunt me , & nimietate perſecutionis oſtendit & ſe tamen non defeciſſe domini munere declarauit Cardi.Paulominus inquit conſummauerunt me,id eſt,fere in nihilum redegerūt me.Glo. Auguſti.Facta multa ſtrage martirum dum confitentur & prędicāt veritatē(in terra). Caſſio .i. in hoc ſæculo vbi martires pertulerunt.Ego autem nō dereliqui mandata tua.Hiero.Valde enim me corporalia vicia in terra humiliaſſent , niſi cuſtodiſſem mandata diuina.Lyra.Cardi.Sed quia hoc nō proceſſit ex virtute humana,ſed magis ex bonitate diuina,ideo ſubditur.

Secundum miſericordiam tuam viuifica me,& cuſtodiam teſtimonia oris tui. 88

Car.Glo.Secundum miſericordiam tuam inquit. non ſecundum meritum meum viuifica me.q.d. Illi volunt me facere terrā & interficere,ſed tu domine(viuifica me)id eſt viuidum & fortem fac cōtra tribulationes.Lyra.Confirmando me in perſecutione.Glo.Ne amando vitam temporalem negem,& ſic perdam vitam ſpiritualem . Caſſiodorus . Vel viuifica me , id eſt , me in illa vita ęterna conſtitue,vbi ſanctorum vita eſt quia nulla cōtrarietate pulſantur.Hieronymus.Quia ego iam non mihi viuo,viuit autem in me Chriſtus. Et cuſtodiam teſtimonia oris tui. Idem.Lyra.Id eſt pręcepta decalogi,& verba ſancti euangelij , quę proceſſerunt ex ore dei .Augu.Vel teſtimonia,id eſt martiria.Martir enim græce teſtis dicitur latine , nullo modo enim martires teſtimonia dei,id eſt martiria cuſtodirent,niſi domini miſericordia viuificarentur. Viuificati ſunt autem,ne amando vitam negarent vitam,& negando vitam amitterent vitam.Ac ſic qui pro vita veritatem deſerere noluerunt,moriendo pro veritate vixerunt.

¶Lamech ſermo vel cor ſeruitutis.

89 IN æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo.

Caſſiodo. In hac.xij. littera plebs cœleſtis aduenit, in qua virtutem domini factaq; deſcribens dicit omnia temporalia finem poſſe ſuſcipere. Mandata vero ei⁹ terminũ nequaquam poſſe reperire. Car. Augu. Glo. Huic autem octonario præmittitur hæc littera, lamech, quę interpretatur ſeruio vel cor ſeruitutis, quia mandata dei in quibus ſeruiendum eſt ei, & prudenter intelligenda ſunt, & ſolicite cuſtodienda nihilq; eſt in eis adulterina opinione miſcẽdum. Lyra. Et ponitur hic contemplationis ſtabilitas. Et primo ponitur huiuſmodi ſtabilimentum, ſecundo tangitur impedimentum, ibi niſi ꝙ lex tua. Gloſa. Cardi. Qui ergo ſupra dixerat, palominus conſummauerunt me in terra, nunc admirans dei potẽtiã & bonitatem, qui non permiſit ipſum conſumi, ſic incipit loqui. q. d. Paratus ſum tibi ſeruire, cui omnia cœleſtia & terreſtriã ſeruiunt, & obediunt, quia (In ęternum domine verbum tuum permanet in cœlo.) Aug. Hoc eſt in angelis tuis cuſtodiẽtibus ęternam ſine deſertione militiam. Hierony. Vel in cœlo, id eſt in homine illo cœleſti qui relicta imagine terrena, factus eſt cœlum. Caſſio. Verbum domini permanet in ęternum, & facit illum viuere & de tribulatione gaudere, quia mandatis eius pia humilitate famulatur. Gloſa. Vel verbum id eſt fili⁹ in ęternum permanet in cœlo, id eſt in homine iuſto, & ſubaudi permanet.

90 IN generatione & generationem veritas tua ✠ fundaſti terram & permanet. *(marg.: ✠ Alias fides tua)*

Hierony. Caſſiodo. Cardina. Vbi cũm dicit in generatione & generationem, tẽpora illa ſignificat, in quibus duo populi domino pręſtante crediderunt, vnus legis & prophetarum, alius euangelij & apoſtolorum. In his namq; generationibus veritas permanet dei, quia nihil mẽdatij protulerũt, Cardina. Et in duobus populis legis & euangelij. vel Iudæorum & gentiũ eſt veritas Chriſtus, quia in eo tanq̃ duo parietes in angulari lapide ſunt cõiuncti. Caſſiodo. Sed cur iſtis ſęculis veritas nõ defuerit, conſequenter eponit dicens. Fũdaſti inquã terram, & permanet. Glo. Caſſio. Fundaſti inquam terram, Id eſt eccleſiam in fide Chriſti, vel animã ne defluat per concupiſcentias. Caſſio. Vel fundaſti terram id eſt conſtituiſti ſanctos homines, qui ſic fundati ſunt, vt in Chriſti domini credulitate permaneant. Cardi. Non enim ad litteram de terra, de terra intelligẽdũ eſt quæ mouẽda eſt, quia cœlũ & terra tranſibunt Chriſtus autem & fides quę eſt in eum fundamentũ eſt pręter quod nemo poteſt aliud ponere. Sequitur.

91 ORdinatione ✠ tua perſeuerat dies quoniam omnia ſeruiunt tibi. *(marg.: ✠ Hebr. iudicio tuo ſtant vſq; hodie.)*

Glo. q. d. Permanet verbum tuum, ſed hoc nõ a ſe habet ſed a te, quia ordinatione tua perſeuerat dies, ille ſcilicet vnus & ęternus dies qui non habet noctem. Caſſiodo. Quoties enim ſingulari numero dies ponitur, venturus ille ſignificatur qui vnus atq; æternus eſt, de quo ſcriptum eſt, & erit illis dominus lumen æternum. Card. Vel diem vocat ſanctos, qui in medio prauæ & peruerſę nationis lucent. Cauſam autem quare perſeuerat ſubiũgit dicens. (Quoniam omnia ſeruiunt tibi). Caſſ. Qui pro tua voluntate, & temporalia & æterna diſponis. Car. Omnia enim abſolutę tuę voluntati, obediunt. Hierony. Vel hoc dicit quia ille qui relictis mũdi tenebris in lumine dei viuit, ille in deũ qui dies verus eſt perſeuerat, & omnia quæ ex ordinatione eius perficit ei deputat ſeruiendum. Sequitur.

NIſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt tunc forte periſſem in humilitate ✠ mea. xcii *(marg.: ✠ aliali. o. lectio. Hebrai. preſſura mea.)*

Hierony. In quo dat exemplum vt etiam ſi in diuerſis perſecutionibus humiliemur, legem meditemur ne pereamus. Glo. Et quia ſupa dixit, fundaſti terram & permanet quaſi quęreretur, vnde liberetur terra vt fũdata permaneat ſubdit, niſi ꝙ lex tua meditatio mea, quaſi dicat. Talis es tu, & lex tua tã valida, cuius meditatio a tantis liberat. Caſſio. Meditatio quippe legis eſt illa, quæ pręcipit vel cogitare vel facere, vt interiore quaſi conſiliario formatus, tormenta poſſit ſequentia intrepidus ſuperare Glo. Qui enim ante in lege non exercetur, poſtea in bello ignarus eſt (tunc). Card. Glo. Quando ſcilicet paulominus cõſummauerunt me in terra, vel tunc, quando nõ meditarer in lege quæ armat animam (forte periſſem in humilitate mea.) Caſſiodorus. In humilitate dicit. i. in afflictionib⁹, quas pia intentione tollerauit, a quibus ſe gaudet ereptum quando ad ſanctum meruit peruenire martirium, humilitas enim & neceſſitate ſubitur, & voluntate ſuſcipitur. Illam ſuſtinent criminum rei. Iſtam exercent puritate ſanctiſſimi. Car. Et quia ita periſſem niſi eſſet meditationem legis, ideo. *(marg.: Chriſtiani equitis exercitium. Humilitas, pro afflictione.)*

IN ęternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me. xciii

Gl. Niſi enim meditarer in lege periſſem, ſed quia per legem viuo, non poteſt a memoria elabi. ideo in ęternum, id eſt per totam vitam meã, vel ſi ſemper viuerem (non obliuiſcar iuſtificationes tuas). Lyra. Quæ continentur in lege tua. Cardi. Caſſio. Iuſtificationes inquam legis quæ futura ſignificabant vt agnus paſcalis ꝙ mare rubrum iter prębuit, ꝙ populus terrã promiſſionis accepit, & huiuſmodi, quæ ſunt primordia fidei, ſine quib⁹ nemo perfecte gratiam nouit. (Quia in ipſis viuificaſti me.) Glo. Nihil extrat te petentem quod adam perdidit. Hiero. Et transferens me poſt certamina multa in vitam ęternam. Lyra. Vel per eorum meditationem, pręſeruando me a morte peccati. Gloſa. Et quia viuificaſti me. ideo.

TVus ſum ego ſaluum me fac, quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui. xciiii

Auguſtinus. Prius enim ex inobedientiæ primo & maximo malo meus eſſe volui & perditum me feci. (Nunc vero tuus ſum ego). Lyra. Eo ꝙ vitam meam ſeruaſti (tuus inquam ſum ego) non vitiorum non duorum dominorum, ſed tu⁹. Caſſiodo.

Quod non poteſt ille dicere qui ſe nouit pecca-to ſeruire. Seruus enim vitiorum non meretur dominum habere ſanctorum. Hugo cardi. Et propterea, quia tuus ſum. Saluum me fac, quia dum meus eſſe volui perij. Debes autē ideo me ſaluum facere, (quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.) Auguſtinus. Glo. Non voluntates meas quibus fui meus, ſed iuſtificationes tuas, vt eſſem iam tuus. Hieronym⁹. Famulus & tu deus meus, quia venter meus, nō eſt deus meus. Nec ſum inani gloriæ deditus, ſed iuſtificationibus tuis. Glo. Caſſiodor⁹. Alij enim alia quærūt, alij honores, alij coniugia, alij gaudia mundi, & huiuſmodi. Ego vero iuſtificationes tuas exquiſiui. Hugo cardi. Et ideo neceſſe eſt vt ſaluum me facias, quia.

95 ✠ Hebr. conſiderabo.

ME expectauerunt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua intellexi. ✠

peccatoris noie.

Lyra. Me expectauerūt inquit peccatores, id eſt ſpiritus maligni in peccato obſtinati, vt perderēt me, per lapſum mortalis culpę. Glo. Hugo car. Faciendo me conſentire peccato. Caſſiodo. Vel hoc ad illud reſpicit, quod mali ſuaſores blādiendo agebāt, vt eius animam prauitatis vulnere ſauciarent, ſed quomodo illa vitare potuerit oſtēdit, dicens. (Teſtimonia tua.) Auguſti. Hugo car. Glo. Id eſt martyria, intellexi, id eſt intra me legi. Lyra. Et ſic eorū inſidias euaſi, vel teſtimonia iſta ſunt. Scripturæ ſacræ deuota meditatio, quæ eſt optima armatura contra tentationes dæmonum. Caſſiodorus. Nam intelligēs teſtimonia domini, non poteſt ad vitia nephanda perduci. Intellexi autem hic accipitur pro operatiſſimi, quia intellectus mandatorū ſancta operatio eſt. Lyra. Et quia ex tali meditatione, intelligitur finis perfectionis humanæ, ideo ſubiungitur.

In tētatiōes diabolicas.

xcvi

OMnis conſummatiōis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

Hieronymus. Omnis inquit conſummationis vi⁹di finem, Chriſtum vtiq; qui finis eſt legis & prophetarum conſummatio. Auguſtin⁹. Glo. Et ideo quāuis peccatores confitentem vrgerent vt perderent, non tamen ceſſi intuēs finem ſine fine, id eſt æternam beatitudinem. Hugo car. Ad quam omnis perfectio & cōſummatio virtutis tendit. Hanc autem conſummationem vidi, dum oculos cordis ad æternam gloriam contemplandā erexi. Idem. Glo. Et ex hoc factum eſt mihi (latum mandatum tuum nimis.) Caſſiodorus. Latum mandatum eſt charitas, quam circa deum habere iubemur & proximum. Quid enim latius dici poteſt q̄, vt vniuerſam legem & prophetarum dicta concludat. Lyra. Tantæ namq; latitudinis eſt hoc mandatum, vt ſe extendat etiam vſq; ad inimicos. Grego. in Omi. ſuper Ezechi. Vnde nil lati⁹ q̄ omnes in ſinu amoris recipere, & nullos odij anguſtias ſuſtinere. Lyra. Vnde ſaluator in euangelio ait, q̄ ex iſto mandato tota lex pendet & prophetæ. Hugo cardi. Vel ideo tantæ latitudinis dicitur charitas, quia operit multitudinem peccatorum.

Omniū bonorū ſcopus.

Latū dei mādatū

Charitatis latitudo.

¶ Men, viſcera, vel ex intimis, vel ex ipſis, vel ignis.

QVomodo ✠ dilexi legem tuā domine, tota die meditatio mea eſt.

xcvii ✠ alia li. quam.

Caſſiodorus. Glo. In decimatertia litera, populus beatus, ſeu vir iuſtus loquitur, qui meditatione prophetarum & euāgelij profecit dicens, ſe ſuper ſeniores intellexiſſe, & ideo ſcripturas ſibi eſſe dulces ſupra mel. Hugo cardinalis. Et præmittitur huic octonario hęc litera, Men, quæ interpretatur viſcera, vel ex ipſis, vel ex intimis, vel ignis, per quæ omnia charitas intelligitur, quæ tanquā ex intimis medulis cordis accēditur. Et quia ſupra dixit latum mandatum charitatis nimis, vt hæc viſcera intimæ dilectionis oſtēdat, vnde latū ſit oſtēdit, ab ammiratione incipiēs ita. (Quomodo dilexi.) Lyra Vel hic oſtēditur ſuauitas, ſeu bonitas vitæ contemplatiuę ex parte modi contēplandi. Et primo oſtenditur propoſitum, ſecundo excluditur oppoſitum, ibi, iniquos odio habui. Prima, in duas, quia primo oſtenditur propoſitum, inquantum contemplatio perficit intellectum. Secundo, inquantum dirigit affectum, ibi, ab omni via mala. Ait ergo. (Quomodo dilexi legem tuam domine.) Hugo car. Glo. Quaſi dicat. Non timui vt Iudæi, nec ſpreui vt pagani (ſed dilexi.) Caſſiodo. Dicens enim, quomodo, promittit ſe dicturum, quemadmodum legem domini præcipua intentione dilexerit, quoniā per dilectionem, non per timorem mundanum præceptum domini ſanctos viros decet operari (dilexi inquā legem tuam.) Auguſti. Glo. Qui autem diligit quod iubet deus, & ipſam iuſſionem, quæ eſt lex, diligit. Cum vero addit, domine, ipſum teſtem inuocat, quem diligit. Qui enim deum diligit, legem eius diligit. Caſſiodo. Quomodo autem dilexerit, conſequenter exponit, dicens. (Tota die meditatio mea eſt.) Caſſiodo. Vbi cum dicit, tota die, continuum tempus ſignificat. Meditatur enim toto vitæ ſuæ tempore legem dei, qui omnia quæ facit, in laudē dei agit. Si quis enim cum timore dei cibos temperāter accipit, ſi ſomnos conueniēter capit legem dei meditatur in omnibus, quoniā ſe honeſta & probabili actione commendat. Glo. Quicquid enim ſanctę agitur, meditari legem eſt. Idem. Hugo car. Bene autem pro tempore ait die, quia nouum teſtamentum meditāti ſemper eſt dies, & nox ignoranti. Hugo cardinalis. Et quia ita lex tua meditatio mea eſt.

Iuſtorū in operibus ſuis intentio.

Tota vita ſua de legē dei meditat.

Cui dies & cui nox teſtamētum.

SVper inimicos meos prudentem me feciſti ✠ mandato tuo, quia in æternum mihi eſt.

xcviii ✠ Hebr. inſtruis me mandato tuo

Hieronymus. Inimici prophetæ Iudæi ſunt, qui ſpiritualiter non intelligunt. Caſſiodo. Vel inimici ſunt nedum Iudæi, ſed etiam hæretici & pagani, qui præcepta domini, aut non intellexerūt, aut caprano ſtudio non probātur operati. (Super inimicos meos inquit prudentem me feciſti.) Glo. Quia illi in ſignis ego in veritate quieſco. Caſſiodorus. Supra iſtos ergo prudētem ſe dicit effectum, quoniam iuſſa domini, & deuotus accepit, & vera illis integritate ſeruiuit. Sed vnde prudēs factus fuit ſuper inimicos ſuos addit (mādato tuo.) Lyra. Id eſt, per mandatum tuum vere intellectum, ex diuina

Dei mādato quomodo ſit prudens.

illuſtratione. Caſſiodorus. Cui dum fideliter obedi uit, cunctos errantes ſine dubitatione tranſcendit. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Nam & ſi Iudæi zelum legis habent, non tamen ſecundũ ſcientiam, quia ſuam volunt conſtituere iuſtitiam. Caſſiodorus. Adiecit etiam, quia in æternum mihi eſt mandatum tuum ſcilicet. Glo. Sic enim interpretatur vt ſit æternum, & vt ad æternitatem mihi valeat, illis vero tantum in ſæculum qui temporalia quærunt. Caſſiodor⁹. Quod autem ſit mandatum iſtud, quod ſæculo iſto deficiente permaneat. Hoc eſt dilectio dei & proximi, ibi enim & dominum ſuper omnia diligem⁹, & proximum quemadmodum nos perfectiſſime tunc amabimus. Sequitur.

xcix ✠ alia li. eruditus ſum.

SVper omnes docentes me intellexi, ✠ quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

(Super omnes docentes me inquit intellexi.) Glo. Id eſt ſuper ſcribas & phariſæos, qui erant de inimicis. Hierony. Scribæ enim & phariſęi habentes ſcientiæ clauem docebant, ſed iſte ſuper his intelligit, qui miſterium vnguentorum & feſtiuitatum atq; holocauſtomatum in euangelijs intendit eſſe complendũ. Caſſiodorus. Et ne de Moyſe, aut prophetis, vel apoſtolis, qui eccleſiã dei integerrima fide docuerunt, hoc dictum velimus intelligere, in pręcedenti verſu, non dixit ſupra patres, ſed ſuper inimicos meos, vtiq; qui legem domini praua intentione docuerunt. Hic ergo arguit, non probat magiſtros, ſcilicet phariſæos, qui ad literam ſe tenentes ſpiritalem intelligentiam negligebant. Supra tales ergo ſe melius intellexiſſe dicit, quia prauitatibus eorum repudiatis, ſinceram doctrinam domini ſaluatoris accepit. Sed cur meli⁹ intellexerit, dicit. (Quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.) Glo. Quod non illorum qui ibi falſa ſentiunt & docẽt. Dicit autem meditatio mea eſt, quaſi dicat. Non in litera quieſco, ſed ſpiritũ meditando quęro. Hugo cardinalis. Quos autem dixerit docentes determinat, cum dicit.

In hereticos.

c ✠ Hebr. ſeruaui.

SVper ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. ✠

Duplex ſenum.

Caſſiodorus. Non eſt autem hic ſuperba iactantia, ſed veritas, cum dicit. Super ſenes intellexi. ſenes enim hic dicit, non canos mente, ſed corpore, quaſi dicat. Melius intellexit populus nouus, qui fœliciter Chriſtum ſuſcepit, q̃ ſenior ille iudaicus, qui eum contemnendũ putauit. Glo. Quem enim docet deus, facile doctores & ſenes ſuperat. Caſſiodorus. Cauſa autem propter quam intellexit ſuper ſeniores, ſubiungitur, cum dicitur. (Quia mãdata tua quæſiui.) Idem. Glo. Hugo card. Non hominum peruerſorum, ſed dei quæ illi tranſgrediũtur. Ego vero illa ſeruaui. Et vt illa ſeruarem.

ci

AB omni via mala prohibui pedes meos, & cuſtodiam verba tua.

Glo. Quaſi dicat. Interi⁹ mãdata tua quæſiui, exterius vero ab omni via mala ꝓhibui pedes meos. (Ab omni inquã via mala) id eſt criminali. Lyra. Quæ ducit ad perditionem (prohibui pedes.) Glo. Id eſt affectus meos quaſi prauos & volẽtes ire in malum. Hugo car. Qui propterea prohibẽdi ſunt

Pedum nomine.

quaſi cum violentia. Caſſiodor⁹. Vel viam malam intelligit, hæreticorum prauas & peſſimas ſuaſiones. Per pedes vero, mentis aſcẽſum, qui nos quodam veſtigio ducit ad culpam, & ad vias malas, niſi nos inde abſtraxerit diuina pietas (Sequitur vt cuſtodiam verba tua.) Lyra. Id eſt mandata negatiua quę prohibent malum. Hugo cardi. Et docent declinare viam peccati. Caſſiodor⁹. Aliter enim verbum domini nõ potuit cuſtodiri, niſi cum illa peſtifera ſuaſio probaretur expulſa. Gloſa. Sic autem prohibui pedes meos a via mala. ꝙ.

cii ✠ Hebr. quia tu illuminaſti.

A Iudicijs tuis nõ declinaui, quia tu legem poſuiſti ✠ mihi.

A mãdatis dei nõ declinare qd.

(A iudicijs inquit tuis non declinaui.) Caſſiodor⁹. Id eſt ab eo non declinaui, quod tua voluntas conſtituit, ad regulam bene viuendi. Ab his enim nõ declinare: eſt in via recta conſiſtere, & ad cœlorum gaudia peruenire. Glo. Cuius cauſa eſt: quia tu nõ Moyſes legem: id eſt euangelium poſuiſti michi, id eſt ſcripſiſti in corde: vt non ſicut ſeruus timerem ſed diligerem in quo totius plenitudinis donauit effectum. Lyra. Et quia ex tali exercitio, expectatur optima retributio, delectans animũ. Ideo ſubditur.

ciii

QVã dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.

Glo. quaſi dicat. Intellexi verba tua mente impleui opere: & inde alijs annunciaui. Ideo dicit (Quã dulcia faucibus meis) Glo. Cordis nõ carnis. dulcia dico mihi loquenti eloquia tua in quibus remiſſio & vita prędicatur. Lyra. Hic enim fauces & os accipiuntur methaphorice. pro viribus ſuperioribus animę quibus dulcedo cœleſtium in pręſenti aliquo modo ſentitur & pręguſtatur (Super mel ori meo.) Hugo car. Non dicit ſicut mel, ſed ſuper mel, ſicut ſupra dixit. Super milia auri & argenti, hæc enim licet pręcipuũ aliquid habere videantur, ſpiritualibus tamen æquari non poſſunt. Caſſiodorus. Super mel itaq; id eſt præ omnibus quę dixi poſſunt dulcia ſunt (ori meo.) Hierony. Ex eo maxime, quia tranſito melle vel alio cibo per palatum nullum habet vltra ſaporem. Eloquia vero domini, ſiue in ore, ſiue in faucib⁹, vel in archano abditi pectoris, ſemper dulcia ſunt meditantibus ea. Caſſiodorus. Cum enim omnis guſtus corporalis ſit in faucibus tantum & palato, eloquia tamen domini deglutita in cordis dulceſcunt faucibus. Glo. Non autem mãdata ipſa dico me intellexiſſe, ſed.

ciiii ✠ Aliter ſic. Precepta tua cõſiderabã: propterea odiui omnẽ ſemitam mẽdacij.

A Mandatis ✠ tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Hieronymus. Supradictã enim mandatorum tuorum dulcedinem hauriens, iniquæ amaritudinis viam odiui. (A mãdatis tuis inquit intellexi.) Lyra. Dulcedinem tuę retributionis. Hugo car. Quia qui mãdata implet, illuminatur ad intelligendum ſecreta. Augu. Glo. Faciendo autem mandata dei, perueniſſe ſe dicit ad altitudinem ſapientiæ, quia non venitur ad intelligentiã occultorum, niſi per obſeruantiã mandatorũ. Caſſio. A mandatis itaq; tuis intellexi, non licere ambulare cum impijs. Et ꝙ perdet deus omnes qui fornicantur ab eo. Et ꝙ

Fructus obſeruãtie mandatorum dei.

qui diligit dominũ,odit malum &c.quæ in hunc modum diuina lectione prolata ſunt.(Et propterea odiui omnem viam iniquitatis.)Lyra.Quæ impedit conſecutionem prædictæ dulcedinis & ſuauitatis.

¶Num, vnicus vel paſcua.

cv LVcerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.

Caſſiodor9.Glo.In decimaquarta litera lumen verbi perdibus radiare gaudet,animam de humilitate commendãs, & ex deſiderio retributionem petens non terrore vindictæ.Hugo cardinal'.Glo.Et huic octonario præmittitur hæc litera,Num ,quæ interpretatur vnicus,vel paſcua,quia ipſe Chriſtus,cui hic attribuit bona ſua,eſt vnicus filius patris verus Dauid, humilis in carne,vt humilitatẽ doceret, qui oues patris ſui ducẽs ad paſcua ſcripturarum,ſecundum eas aduẽtum ſuum probabat,& cæteris fidei ſacramentis oues paſcebat,iſte ergo vnus,a quo omne bonum habet initium & perfectionem,ſemper debet haberi prę oculis.Lyra.Et ponitur hic directio contemplationis in proſecutione boni.Et primo ponitur huiuſmodi directio.Secũdo impedimenti reuocatio,ibi humiliatus ſum.Ait ergo.(Lucerna pedibus meis verbum tuum.)Caſſiodor9.Glo. In quo teſtatur beata cohors pedib9 ſuis verbum dei,id eſt ſcripturas ſanctas lucere,ne abſentia veri luminis incidat in ruynam,quam per ſuam prouidentiam vitare non poterat in nocte huius ſæculi vbi ſunt laquei & foueę.Glo.Verbum ergo tuum, id eſt omnes ſanctæ ſcripturæ,vel Chriſtus qui eſt verbũ in principio apud patrem.Hugo cardinal'. Glo.Qui eſt & lucerna & lumen,ſed lucerna dum ore noſtro recenſetur,in nobis enim tanquã in vaſe fictili lucet,in ſe vero lumen eſt inextinguibile, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum(Pedibus)id eſt affectibus meis,ne in tenebris huius mundi offendãt ad ſcandala qui ponũt inimici(Et lumen ſemitis meis.)Hugo car. Id eſt operibus,quia non ſolum docet me bonum appetere interius,ſed & operari exterius.Glo.In quo verborum notatur congrua diſtinctio.Lucerna enim ſufficit pedibus ad ambulandum.Semitis vero opus eſt luce expenſa ad illuminandum.Hieronym9.Hoc ergo lumine pręeunte,ſic vitę iſtius ſemitas gradimur,vt in eam quę via vera eſt perducamur.Glo.Et propterea tanquã bene ambulans ad lucernam & quaſi rectas ſemitas habens.

ſine intermiſſione oculis obiiciẽda.

xp̃s ⁊ nobis ⁊ ſibi lucerna.

cvi IVraui, & ſtatui ✠ cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.

✠ alia li. et pſeuerabo vt cuſtodiã

(Iuraui inquit & ſtatui.)Idem.Hugo car.Id eſt firmiter quaſi per ſacramentum ſtatui,& ponitur, & pro id eſt.Caſſiodorus.Ponitur etiam hic iurare, pro iure orare,id eſt ęquitatem dicere.Non autem ſignificat ſacramentum præſtare.Glo.Et ideo exponẽdo,iuraui,dixit.Et ſtatui,quaſi dicat,ꝙ ita fixus eſt,vt ſtatuere habeatur pro iuratione.Hugo cardinal'.Sed quid ſtatui,cuſtodire iudicia,iuſtitiæ tuæ,id eſt iuſta iudicia tua inter quælibet pericula & aduerſa,quod fit per fidẽ,dum ſub deo iuſto iudice,nec bonum ſine remuneratione,nec malum ſine punitione prætereundum creditur.Caſſiodorus.Iudicia enim iuſtitiæ ſunt,cum exaltat humiles,deiicit ſuperbos.Vnde ſequitur.

Iurare.

HVmiliatus ſum vſquequaq; domine, viuifica me ſecundum verbum tuum. cvii

Quaſi dicat.Et ideo,quia cuſtodio iudicia iuſtitiæ tuæ(humiliatus ſum vſquequaqꝫ.)Hugo car.Et legitur hoc,vel de humilitate virtutis,vel de humiliatione affectionis.Qui enim cuſtodit iudicia,& etiam qui alios iudicat,neceſſe eſt vt ſe humiliet,& tunc placet deo quod agit(Vſquequaqꝫ dico)id eſt ex toto corde,ſcilicet & corpore.Glo.Vel humiliatus ſum a perſecutore vehementi perſecutione,ſed ne fides deficiat,quia ſic humiliatus ſum,viuifica me ſecundum verbum tuum,vt ſcilicet ſecundum verbum tuum viuam,& omnia cum ratione faciã. Hugo car.Viuifica me inquit vita gratiæ,illam in me augendo.Hieronym9.Vel viuifica me,vt ſicut Chriſtus poſt humilitatem vitæ ſeruilis exaltatus eſt in gloria dei patris,ita & ego ab hac humilitate corporea,in vitam tranſferar ęternam(Secundum verbum tuum.)Caſſiodorus.Id eſt,ſecundũ illam promiſſionem quę dicit.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos,& his ſimilia.Hugo car.Vel ſecundum promiſſum illud, cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.Oſtẽdit autem ſe inter tribulationes non deficere,ſed magis deum laudare,cum ſubiungit.

VOluntaria oris mei beneplacita fac domine, & iudicia tua doce me. cviii

Glo.Humiliatus enim viuificatur ſecundum promiſſum dei,& viuificatus ſpiritu voluntatis eſt miniſter,vnde dicit.Voluntaria oris mei.Augu.Hugo car.Id eſt ſacrificia laudis,quæ tibi offero,non timore neceſſitatis,ſed cõfeſſione charitatis,vnde dictum eſt.Voluntarie ſacrificabo tibi Beneplacita fac domine.)Lyra.Vt accepta ſint coram te.Caſſiodorus.Petit itaqꝫ,vt eius deuotio domino reddatur accepta,quatenus hac oblatione placatus,iudicia ſua eum doceat,quæ fidelibus dignatur mentibus aperire,ideo addit (Et iudicia tua doce me.) Hugo car.Quæ ſunt inſtructibilia.Lyra.Vt non ſolum illa intelligam ſed etiam opere adimpleam. Caſſiodorus.Gloſſa.Et licet illa ſe ſępius accepiſſe dixerit.Illa tamen ex ardore cordis auide petit, ſicut ſupra iã alio loco dicit.Bonitatem feciſti cũ ſeruo tuo,& inde ſequitur bonitatem & diſciplinã & ſcientiam doce me.

ANima mea in manibus meis ſemper, & legẽ tuam nõ ſum oblitus. cix

Hugo car,quaſi dicat.Doce me iudicia tua,quia anima mea parata eſt ad ſuſcipiendam doctrinam. Et hoc eſt in manibus meis, hoc eſt in mea poteſtate.Vel in manibus,id eſt in operibus,quaſi dicat quecunqꝫ facio,facio pro ſalute animę meę.Hierony.Et habeo animam meã,in bonis operibus paratã,ſecundum ꝙ lex tua iubet,& parat9 ſum martyriũ ꝑpter te ſuſtiere.Lyra.Vel cũ dicit,aĩa mea in

Manus, mea.

manibus meis ſemper, intelligit periculū animę, de lapſu ex carne aggrauāte cōtinue, propter quod diuino auxilio indiget vt obtineat quod ſubdit. (Et legem tuam non ſum oblitus.) Lyra. Meditās eam in corde & exequens in opere. Hugo cadina. Ideo doce me amplius iudicia tua, quia legem tuā non ſum oblitus, ſed eam didiſci more boni magiſtri qui eum qui bene retinet libenter docet, quod autem legem dei non ſit oblitus, probat per effectum, dicens.

cx **P**Oſuerūt peccatores laqueum mihi, & de mādatis tuis non erraui.

Peccatores. Lyra. Hugo car. Poſuerūt inquit peccatores, id eſt dæmones & mali homines (Laqueū mihi.) Lyra. Id eſt deceptionem ad impediendum me a proſecutione boni. Hugo car. Et illecebras ſæculi quæ ſunt concupiſcentia oculorum, concupiſcētia carnis, & ſuperbia vitæ, quæ dicuntur laquei, quia alliciunt & capiunt imprudētes. Hieronym⁹. Nihil itaq; aliud ſunt iſti laquei, niſi tendiculæ dyaboli vel ſuggeſtiones eius. Caſſiodorus. In hac enim ſylua mundi huius, tot laqueos inuenis, quot vitia contueris, ſequitur tamen antidotū cœleſte quod contra iſtius ſæculi venena cognoſcitur pugnare, cum dicitur. (Et de mādatis tuis nō erraui.) Idem. Glo. A quibus qui non declinat, vlla deceptione non capitur, quia iuxta ipſa mandata, non in ipſis inſidiæ ſunt. Hierony. Laqueus enim iuxta viam non in via ponitur. Si ergo de via mandatorum egreſſus fueris, cades in laqueū. Lyra. Cum autem dicit, non erraui, ſubaudiendū eſt, per gratiā tuam me pręſeruātem. Et quia hoc tenendum eſt firmiter. Sequitur.

Laquei mūdi omnes. Iuxta mādata et non in ipſis inſidie.

cxi **H**AEreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt.

Glo. Hugo car. Hęreditate inquit, id eſt firma poſſeſſione acquiſiui (teſtimonia tua in æternum.) Hieronym⁹. Quia tua teſtimonia & tua præcepta ſunt mea hæreditas & hic & in futurum. Caſſiodo. Iſta enim hæreditas æterna poſſeſſio eſt, teſtimonia vero ſanctiſſima præcepta ſunt. Merito ergo exultationem ſui cordis eſſe dicebat hæreditatem regni cœleſtis, ad quā meretur peruenire, qui probatur de tali acquiſitione gaudere. Gloſa. Acquiſiuit autem iſtam hæreditatem a deo, cuius eſt hęres qui prius fuit hæres Adæ. Idem. Hugo cardinal'. Vel teſtimonia, id eſt martyria acquiſiui hæreditate, vt ſcilicet martyr, id eſt teſtis dei eſſem, & hoc in æternum, quia non eſt in eis gloria temporalis vana quærentiū, ſed æterna gloria ad tempus patientium & ſine fine regnantium. vnde ſequitur. Quia exultatio cordis mei ſunt, licet ſint afflictio corporis, vt patet in apoſtolis, qui cum cęſi fuiſſent pro nomine Chriſti, gaudentes ibant a conſpectu conſilij. Lyra. Et quia ad hoc requiritur diligentia magna & labor, ideo ſequitur.

cxii **I**Nclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum propter retributionem. ✠

✠ Alias propter eternā retributionem.

Gloſa. Quaſi dicat. Et cum teſtimonia tua ſint exultatio cordis mei, ideo (Inclinaui cor meum.) Hieronymus. Id eſt non fui ſuperbus, ſed humilis, & ideo inclinaui cor meum, vt intelligerem te. Lyra. Et non ſolum inclinaui, ad audiēdas, ſed etiam ad faciendas iuſtificationes tuas, ſciens, quia non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Glo. (Inclinaui autem cor meum) per humilitatē ſciens q; ſuperba reſpuit deus. Hieronymus. Sed ad quid inclinaui illud, ecce, ad faciendas iuſtificationes tuas, id eſt mandata (in ęternum.) Lyra. Id eſt perſeueranter. Caſſiodorus. Vel ideo dicit in ęternū, quia opera bona quæ quis in præſenti vita facit, ſtudio charitatis in ęternum illa facere comprobatur, quia fructum earum rerum pro æternitate recipiet, & ideo addit (Propter retributionem.) Hugo cardinal'. Lyra. Quæ eſt ſalus ęterna. Hieronymus. Vt illam merear accipere. Hugo cardina. Non pro temporali quam qui mercenarius eſt expectat, ſed pro ęterna. Caſſiodor⁹. Quam tunc recipient cum dicetur eis. Venite benedicti patris mei &c.

¶Samech, audi, vel, firmamentum.

INiquos odio habui, & legem tuam dilexi. cxiii

Alia ſra. tumultuoſos odiui.

Caſſiodorus. Glo. In decimaquinta litera, agit de odio iniquorum, qui legi dei aduerſantur. Hugo cardi. Glo. Et præmittitur huic octonario hæc litera, Samech, quæ interpretatur, audi, vel, firmamētum, in hoc enim octonario diligenter monemur, vt conſideremus quæ hic dicuntur. Lyra. Et cum ſupra oſtēderit bonitatem contemplationis ſacræ ſcripturæ, hic conſequēter excluditur oppoſitum, ſcilicet malitia deceptionis erroneæ doctrinæ. Et primo oſtendit deteſtabilis, & ſecundo formidabilis, ibi. Feci iudicium, dicit ergo primo in perſona cuiuſlibet fidelis (Iniquos odio habui.) Hieronymus. Lyra. Gloſa. Non quidem naturam qua homines erāt, ſed vitia & peccata quibus legi dei contrarij fuerant. Natura enim quam deus creauit in omnibus eſt diligenda, & adiuuāda. Iniquitas autem, & infidelitas deteſtanda. Auguſtinus. Gloſa. Iniquos itaq; quicunq; ſint, quia nec amici contra deum audiendi ſunt. Caſſiodorus. Sæpe enim quos flamma non terruit, quos ferrum non ſubdidit, neceſſitudinum blandimēta flexerunt, contra deum quippe perſona nulla debet recipi, iniquos ergo odio habui, non quia homines, ſed quia mali, ſicut nec Dauid Saūl oderat hominem, ſed perſecutorem. Lyra. Et quia ſicut eſt deteſtanda infidelitas, ita diligenda veritas ideo ſubditur, & legem tuam dilexi. Hieronymus. Id eſt opere impleui. Lyra. Et quia ad hoc requiritur auxilium dei, ſubditur.

deteſtanda hoīs vitia.

ADiutor ✠ & ſuſceptor meus es tu, & in verbum tuum ſuperſperaui. ‡ cxiiii

✠ Hebr. protectio mea & ſcutū meū: ‡ Hebr. expectaui

Hugo car. Quaſi dicat. Ideo legem tuam dilexi, quia adiutor ad bona faciēda, & ſuſceptor meus es tu ad mala fugienda. Vel adiutor per legem & ſuſceptor per euangelium. Hieronymus. Vel adiutor in præſenti, & ſuſceptor in futuro. Lyra. Vel

adiutor in euitatione falſitatis & ſuſceptor in fide veritatis. Caſſiodor⁹. Sine cuius adiutorio, nec inchoare quicquã boni poſſumus, nec implere præualemus. (Et in verbum tuum ſuperſperaui.) Hieronymus. Hoc eſt in Chriſto, quia verbum patris filius eſt. Caſſiodorus. Vel in verbum tuum, id eſt in deitatis tuæ preſidium, ſummum meum deſiderium collocaui. Lyra. Vel in verbum tuum quo vitam beatam promiſiſti Abrahæ & ſemini eius, & omniu fidem eius imitanti. Et quia infideles ratione infidelitatis, non ſolum ſunt odiendi, ſed etiam fugiẽdi propter periculum corruptionis ab eis. Ideo ſubditur.

cxv ✠ Hebr. cuſtodiã.

DEclinate a me maligni, & ſcrutabor ✠ mandata dei mei.

Hugo car. Quaſi dicat, & quia ita ſpero, & deum vt dictum eſt adiutorem & ſuſceptorem habeo. Ideo. Declinate a me maligni, quia ipſo me adiuuante, aduerſum me præualere non poteſtis. Augu. Glo. Vel hoc dicit, quia qui in Chriſtum ſperat, a perfidis ſe ſeparat. Nam vbi eſt malignitas, non poteſt mandatorũ eſſe cuſtodia. Hierony. Et ideo volentes perfecte pœnitere, ſegregare ſe debẽt a conſortio peccatorum. Malignos autẽ dicit dęmones vitia & peccata, vel aduerſarias poteſtates, quia dum mala ſuggerunt, mandata dei non poſſumus ſcrutari. (Declinate ergo a me maligni, & ſcrutabor mãdata dei mei.) Hugo car. Glo. Non dicit faciam, ſed ſcrutabor. Maligni enim, ſuis perſecutionibus, bonos exercent ad facienda mãdata, ſed tamen a ſcrutandis eis eos aduertunt, quia eos alijs intendere cogunt, & tempora quæ legi ſcrutandæ debentur terrenis negotijs impendere faciũt. His autem fugatis ab adiutore ſuo precatur ſuſcipi dicens.

cxvi ✠ alia li. cõfirma me.

SVſcipe ✠ me ſecundũ eloquium tuum & viuam, & nõ confundas me ab expectatione mea.

Gloſa. Illis enim permixtus ſuſcipi non poterat, ideo orat, dicens. (Suſcipe me ſecũdum eloquium tuum &. viuam.) Hugo car. Glo. Quãuis ſupra dixerit. Adiutor & ſuſceptor meus es tu, hic tamẽ magis ac magis ſe a ſuſceptore ſuſcipi, & in ſequenti verſu ſe ab adiutore adiuuari poſtulat (Secundum eloquium tuum.) Gloſa. Auguſti. Id eſt ſecundum promiſſum. Quod enim promiſit ſibi fieri petit (Et viuam.) Lyra. Hugo car. In præſenti vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ, quam deſidero, quam expecto. Caſſiodorus. Vnde cum dicit (Viuam) Futurum tempus oſtendit. Hic enim vere non viuitur, vbi carnis fragilitate peccatur. Hugo car. Cum ergo tu hoc promiſeris & ego hoc ſecurus expectẽ. Sequitur (Et non confundas me ab expectatione mea.) Idem. De qua in prouerbijs. Expectatio iuſtorum lætitia. Lyra. Non ergo confundas, id eſt cõfundi permittas ab expectatione mea. Eſt enim ſpes certa expectatio futuræ beatitudinis. Caſſiodorus. Vnde expectatio iuſtorum, eſt cœlorum regna & angelorum conſortia promereri, & quod ſupra totum eſt, ipſum iugiter videre, qui in beatorũ ſolet ſemper corde dulceſcere. Hierony. Vel Dauid hæc verba dicit (Suſcipe me) id eſt ſuſcipe a me carnem, ſecundum quod promiſiſti, ꝙ de mea carne acciperes, & me redimeres. Lyra. Et quia hoc non poteſt virtute propria hanc beatitudinem conſequi, orat dicens.

ADiuua me & ſaluus ero, & meditabor ✠ in iuſtificationibus tuis ſemper. cxvii ✠ Hebr. delectabor.

Glo. Quaſi dicat. Non confundas me ab expectatione mea, ſed adiuua me & ſaluus ero. Qui enim ſperat, præſumit de auxilio eius, in quo eſt certa ſalus. Lyra. Dicit ergo (adiuua me) quaſi dicat. Nullo modo poſſem ſine tuo auxilio ſaluus eſſe, ideo (adiuua me. Hugo car. Et ſic per auxilium gratiæ tuæ non per ſufficientiã operum meorũ (Saluus ero.) Glo. Et quãuis ſupra dixerit. Adiutor meus es, hic tamen iuuari ſe petit, quia quãuis hic accipiamus, tamen ſemper eſt rogandus, nequando per negligentiam perdamus, & ne adiuti in aduerſis poſtea negligẽtes ſum⁹ in ſecũdis (Adiuua me) ergo, & accepta ſalute. (Meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.) Hierony. Meditabor, inquã, in tuis iuſtificationibus, id eſt, in tuis mandatis (Semper) id eſt ſine fine. Augu. Glo. Vel ſemper dicit, id eſt quandiu viuet, vel quando cum angelis laudes dei cantabit. Hugo cardi. Ideo autem dixi, adiuua me, vt poſſim facere quod tibi placet. Et neceſſe habeo adiuuari. Quia.

SPreuiſti ✠ omnes diſcedentes a iudicijs tuis, quia iniuſta ‡ cogitatio eorum. cxviii ✠ alia li. ad nihilum deduxiſti. ‡ Hebr. mendax cogitatio eorũ.

(Spreuiſti inquit.) Glo. Id eſt ad nihilum deduxiſti, quod ex græco habetur. Omnes diſcedentes a iudicijs tuis, id eſt qui non confitẽtur peccata ſua. Caſſiodorus. Merito enim ſpernuntur a domino, qui ab eius iuſtificatione quæ fit in confeſſione peccatorum diſcedunt. Lyra. Qui ideo dicuntur a deo ſpreti, quia non ſunt ad gratiã ſuam admiſſi, nec per conſequens ad gloriam, cuius cauſa ſubditur (Quia iniuſta cogitatio eorum.) Caſſiodorus. Gloſa. Iniuſta quippe eſt cogitatio velle peccare, & iuſtiſſimo iudici ſatiſfacere nolle. Hugo cardi. Vel velle defendere peccata ſua per naturę infirmitatem. Auguſtinus. Gloſa. Sufficientem autem diſcendi a deo cauſam appoſuit cogitationẽ, quia per cogitationẽ, aut acceditur, vel diſceditur a deo, a qua omnia bona, vel mala procedũt. Et quia ſpreuiſti omnes diſcedentes a iudicijs tuis, ideo.

PRæuaricantes ✠ reputaui omnes peccatores terrę, ideo dilexi teſtimonia tua. cxix ✠ Hebr. quaſi ſcoriã cõputaſti oẽs impios terre.

Lyra. Præuaricãtes, inquit, reputaui omnes peccatores terræ, id eſt a lege dei variãtes ſeu declinãtes. Glo. Et quãuis præuaricatio non ſit vbi non eſt lex, & non omnes habuerunt legem ſcriptam per Moyſem, habuerunt tamen naturalẽ legem dicentem, quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, contra quam omnes faciũt. Omnis ergo peccator eſt præuaricator. Hieronymus. Vel præuaricãtes fuerunt omnes qui ante aduentum Chriſti erant, quia ſub debito tenebãtur præuaricationis Adæ primi hominis & omnes ad infernũ deſcendebant. Glo. Car. Ideo autẽ dicit peccatores terræ, ad differẽtiã peccatorũ cœli quæ magna eſt. Nam Adam peccauit in terra, & veniã cõſecutus eſt. Lucifer in cœlo peccatores terre & celi.

& dyabolus factus eſt. Peccator ergo terræ dicitur, qui terrenis delictis inuoluit, Sequitur.(Ideo dilexi teſtimonia tua.)Hieronymus. Ne in his præuaricator appaream. Lyra. Et ideo illa dilexi, quia recte faciunt incedere per viam veritatis & iuſtitiæ. Gloſa. Vel quia lex ad gratiam ducit, quę ſola liberat. Cogita ergo hac gratia, quæ liberat a præuaricatione legis, orat, dicens.

120 Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui.

Hebr. horripilauit a timore tuo caro mea.

(Confige inquit timore tuo carnes meas.)Gloſa. Hugo cardinalis. Timore ſcilicet caſto qui permanet in ęternum, & qui foras mittit timorem ſeruilem, quo pœna timetur, non amatur iuſtitia.(Confige dico carnes meas) id eſt carnalia deſideria & carnales concupiſcētias, vt Chriſto confixus ſum cruci. Caſſiodor⁹. Et vt moriēdo viuam, qui prius viuendo moriebar. Gloſa. Ideo autem dixi, timore tuo, quia timor legis, hoc non valet efficere, iam enim.(A iudicijs tuis timui.)Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinal'. Id eſt timor pędagogus me præceſſit qui ducit ad caſtum, ſed non crucifigit carnem quia viuit adhuc peccādi voluntas, quam ſequeretur opus ſi ſperaret impunitas.

¶Ayn, oculus vel fons.

cxxi Feci iudicium & iuſtitiā, non tradas me calumniantibus me.

Caſſiodor⁹. Gloſa. In decimaſexta litera petit aduentum Chriſti, quia tempus eſt ſuperbos deſtrui. Hugo cardinalis. Gloſa. Et præmittitur huic octonario, hæc litera, Ayn, quæ interpretatur oculus, quia contra aduentum Chriſti, ad iudicium vigilandum eſt & ſagaciter agendum. Iſto ergo oculo præuidēs iuſtus illum aduentum, & iuſtum iudicium, quo nemo bonus perit, nemo malus euadit, bona frętus conſcientia dicit(feci iudicium.)Gloſa. Qui enim prius petebat configi carnes, quæ impediunt iudicium, iam facit iudicium.(Feci inquit iudicium.)Hugo cardinalis. Gloſa. Diſcernendo, & iuſtitiam operādo, vel ideo addidit iuſtitiam, quia iudicium rectum aut prauum ſolet dici. Iuſtitia vero, eſt magna virtus animi, quam qui habet, recte iudicat. Caſſiodorus. Vel facit iudicium quiſquis, iudicat contra ſe, & prauitates ſuas ante examen domini iuſta execratione condemnat, ſed ne hoc iudicium adulatorium, magis putares eſſe q̄ verum, addidit. Et iuſtitiam, quoniam per iuſtitiam, nos iudicam⁹, quando delictorum noſtrorum vindices ſumus. Auguſtinus. Gloſa. Nec eſt in hoc, cum ſcilicet dicit, feci iudicium & iuſtitiam, iactantia glorioſi & inſolentis, ſed aſſertio innocētis. Qui autem confiſus facit iudicium & iuſtitiā, debet orare, ne cedat inimicis vt faciat mala. Ideo ſubditur.(Non tradas me calumniātibus me.)Caſſiodorus. Id eſt, dyabolo & eius miniſtris, qui ideo iraſcūtur, quia vident ſuaſiones ſuas & immiſſiones damnari. Hugo cardinalis. Quibus traderetur ſi timendo pati mala crederet, & cederet inimicis vt faceret mala. Idem. Glo. Orat ergo, vt qui dedit vincere carnem ne voluntate trahatur. Det etiam pati, ne dolore frangatur. Non igitur tradas me calumniantibus me, ſed potius vt patronus.

cxxii Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi.

Hebrai. ſpōde pro ſeruo tuo

Caſſiodorus. Hugo cardina. Gloſa. In quo beniuolentiam captat, cum ſeruum ſe nominat. Hoc enim nomē liberationis eſt iudicium. Nam, ſeruus, non tantum a ſeruiendo, ſed a ſeruādo dicitur, eo ꝙ captus ab imminenti ſeruatur interitu. Me ergo ſeruum non alterius, ſed tuum ſuſcipe, tanqua bon⁹ dominus & patronus. In bonum, quia illi impellunt in malum. Caſſiodorus. Domini autem miſericordia tunc ſuſcipimur, quando peccatorum noſtrorum compulſione percutimur. Vnde iſte merito ſe ſeruum dicit, qui fuerat ab animę deceptione liberatus. Hugo cardinal'. Sic autem ſuſcipe vt ſcilicet(Non calumnientur me ſuperbi.)Lyra. Id eſt ſpiritus maligni, qui ſunt ſuperbiſſimi. Caſſiodorus. Et qui nobis improbe calumniantur. Et quāuis ipſi maxime ſint noſtrorum criminum rei, nolunt tamen nos conceſſa venia liberari. Nam cum ipſi nos decipiant, ſemper tamen nos accuſant, ex quo calumniatores merito nuncupātur. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardina. Vel ſuperbi ſunt Iudęi, gentes, hæretici, & ſciſmatici, quos omnes de corpore Chriſti ſuperbia præcidit, qui calumniātur, id eſt calumniando, legem chriſtianā impugnant. Calumniarū autem eorum maxima eſt, ꝙ dicunt a nobis mortuum coli, ſed quod eis eſt ad ſcandalū & ruynam, hoc nobis eſt ad profectum & medicinam. Vnde addit.

Oculi mei defecerūt in ſalutare tuū, & in eloquium iuſtitiæ tuæ. cxxiii

(Oculi mei inquit.)Gloſa. Interiores ſcilicet defecerunt a ſe ſcienter & ardenter intuendo(In ſalutare tuum)id eſt in Chriſtum. Caſſiodorus. Oculos enim cordis dicit, defeciſſe propter aduentū Chriſti, quē tanto deſiderio expectabat, vt nullam requiem habere potuiſſet. Hugo cardi. Pluraliter autem dicit oculi, quia iuſtus in anima duos habet oculos, dextrum ſcilicet & ſiniſtrum. Dexter, videt Chriſti gratiam iam nobis factam & præuidet faciendam, ſiniſter vero, malorū ſupplicia intuetur, vnde dexter dicitur gratiæ, ſiniſter pœnæ. hos ergo oculos in Chriſtum dicit defeciſſe, quia licet ardenter intueantur in eum, non tamen poſſunt ad plenum gratiam & iuſtitiam eius videre. Hieronymus. Defecerunt itaq; in ſalutare tuum, id eſt in Ieſum Chriſtū, qui hebraice ſaluator dicitur. Hugo cardinal'. Eum expectādo & deficiendo primo deſiderio, ſubaudi defecerūt(Et in eloquium iuſtitię tuæ.)Caſſiodorus. Gloſa. Id in verbis euangelicis quæ dicturus erat populo credituro vt nos iuſtificaret. Hugo cardina. Per hęc enim iuſti efficimur. Hieronymus. Vel in eloquium iuſtitiæ tuæ, id eſt in verbū illud quod erat in principio apud deum qui iuſtitias legis non venit ſoluere, ſed implere, & quia defecerunt oculi mei, propterea.

Hac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam, & iuſtificationes tuas doce me. cxxiiii

Glo. Quaſi dicat non ſolum non tradas me calumniantibus me,ſed etiam.(Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiã tuam.) Augu. Glo. Non ſecundum iuſticiam meam. Lyra. Sed ſupplẽdo defectũ humanę naturę per tuam gratiam. Caſſiodo. Gloſa. In aſſiduis autem præcibus perſeuerat,quia petendi nunquam debet eſſe faſtidium. Vbi largitor donatoris non poteſt habere defectum, infininita vero petiſt,dum ſibi bona fieri ſecundum miſericordiam domini poſtulauit.nam ſicut illa ęterna ſic eius munera probantur eſſe perpetua, iuſtũ ergo eſt vt iugiter rogetur,qui ſi non petat oſtenditur. Caſſiodo.(Cum) vero dicit(fac, dei potentiam & ſuam propriam impotentiam confitetur quaſi dicat. Ego facere non poſſum, cum vero dicit(cũ) ſe cooperatorem dei recognoſcit per vſum liberi arbitrij. Caſſiodo. Glo. Dicit autem ſeruo tuo,quia ſtatim corruit qui ſeruus alteri⁹ eſſe voluerit Quid autem petat vt faciat.ſequitur. Et iuſtificationes tuas doce me quibus tu iuſtos facis non homo ſe. Lyra. Vt poſſim eas intellectu capere, & opere adimplere. Glo. Iuſtificationes autem quas iam accepit ſemper petit,vt ſcilicet quod iam dedit conſeruet ſicut eſt illud in oratione dominica. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Auguſti. Illas autem iuſtificationes petit quibus deus facit iuſtos nõ ipſi ſe. Lyra. Et ad hoc ratio allegatur cũ ſubditur.

125 SEruus tuus ſum ego, da mihi intellectum. vt ſciam teſtimonia tua.

Caſſiodo. Nouit enim, omnipotentem dominum ſubiectis ſuis eſſe largiſſimum,Et ꝙ ſolitus eſt dare quę iuſte ac fiducialiter petũtur. Ideo dicit(Seruus tuus ſum ego. Gloſa. Non peccati. Auguſtinus. Gloſa. Neq; enim mihi bene fuit quando eſſe volui liber meus & non ſeruus tuus. Lyra. Et quia ſeruus tuus ſum,ideo teneor implere mandatum, quod non poſſum niſi intelligam. Ideo ſequitur. (Da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.) Caſſiodorus. Id eſt vt accepta retineam, ſcire enim illud eſt,quod in noticiam noſtram manifeſte veniens nulla obliuione deletur. Auguſti. Vnde non ſufficit accepiſſe intellectum & dei teſtimonia didiciſſe niſi ſemper accipiatur,& quodãmodo ſemper bibatur de fonte lucis ęterne. Teſtimonia quippe dei quanto fit quiſq; intellectu tanto magis magiſq; ſitiuntur. Gloſa. Da ergo intellectum quia modo eſt.

cxvi + Illas preuaricati ſunt TEmpus faciendi domine, diſſipauerunt + legem tuam.

Caſſiodo. Clamat hoc populus fidelis & deuotus dicens(Tempus faciendi domine). Caſſio. Gloſa. Non differendi non iam iubendi,quia legis iuſſa prodeſſe,non potuerunt, ſed faciendæ. Faciendi quidem,vt ſcilicet mundo ſalutaris appareas peccata diſſoluas Mortem vincas,ipſumq; dyabolum cum ſua cohorte proſternas. De quo tempore alibi ait. Tẽpore accepto exaudiui te,& iterũ apoſtolus. Ecce nunc tẽpus acceptabile. Addit deinde cauſam cur debeat facere quæ rogatur dicens(Diſſipauerunt legem tuam). Hiero. Glo. Iudæi vtiq; qui de ſe preſumentes,& ſuam iuſtitiam cõſtituere volentes, eam ſpiritualiter non intellexerunt. Caſſiodo.(Diſſipare)enim legem eſt aliter viuere q̃ ipſi⁹ pręcepta mõuerũt,& facere quod lex damnat. Cardina. Vel diſſipauerunt legem tuam, puerſe illam exponendo vt Iudęi & hęretici. Non recipiendo vt pagani,& trãſgrediẽdo vt mali Chriſtiani. Idẽ. Et quia tempus eſt faciendi. Legem diſſipare

IDeo dilexi mandata tua. ſuper aurum & topazion. 127

Auguſti. Glo. Gratia enim dei id agit, vt dilectione impleantur mandata dei,quę timore non poterant(Ideo inquit dilexi mandata tua. Cardina. Vt ea ex amore facerem,& notat hic, ideo, nõ cauſam ſed occaſionem. q. d. Quia diſſipauerunt legẽ tuã Ideo dilexi mandata tua,quia peccata malorũ plerumq; ſunt iuſtis occaſio bene agendi iuxta illud. Dum ſuperbit impius incẽditur pauper. Lyra. Vel (Ideo dilexi)quia veraciter intellexi. (Super aurũ & topazion.) Hiero. Sicut enim aurum cunctorũ metallorum excellit præciũ. Ita topazius omniũ gemmarum in ſe continens pulchritudinem omniũ,vincit honores,ideo propheta ſuper hęc omnia mandata diligit,quia in his aduentum domini qui mundũ redẽpturus eſt nũciatum intelligit. Glo. Et hoc eſt quod alibi dixit. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem præcioſum multum. Card. Recte autem dicitur ſuper aurum quoniam cũ mãdata amãtur omnis terrena poſſeſſio vilis eſt & incomparabilis reputatur,& quia illa ſuper aurũ diligebam.

PRopterea ad omnia mandata tua dirigebar. omnem viam iniquã + odio habui. 128 + Hebr. mendacii.

Caſſiodorus. Qui enim legem dei ſuper aurum & gemmas diligebat, neceſſe fuit vt ad omnia mandata eius rectiſſimus appareret. Congruum etiam fuit. vt odiſſet peruerſam viam qui meruit amare rectiſſimam,iniqua ſiquidem via eſt quæ nos ducit ad vicia. Recta vero quę ad ſalutem trahit & virtutes indulgentiamq; tribuit & ſalutem. Glo. Car. Propterea inquit quia ſcilicet dilexi ad omnia mãdata tua quibus dilectione cohærebam dirigebar, vt ex rectis rectus fierem. Sed vnde hoc, quia omnẽ viã iniquã,per peccatũ odio habui. Qui enim amat rectã viã, neceſſario odit iniquã, quaſi naufragium rectę viæ. Aliter ad omnia mãdata nõ poteſt dirigi. Vnde alibi dicitur. Qui diligitis dominum odite malum.

¶Phe Erraui, vel os apperui.

MIrabilia teſtimonia tua, ideo ſcrutata + eſt ea anima mea. cxix + Hebr. cuſtodiuit.

Caſſiodo. Gloſa. In. xvij. litera dicit aperuiſſe os ſuum, & attraxiſſe ſpiritum. vt eius audiatur oratio, & ploraſſe quia non ſit a Iudæis cuſtodita lex domini. Cardi. Glo. huic octonario præmittitur hęc litera, phe, quę interpretatur erraui, vel os aperui huic enim literę miſerabilem ſubijcit pſalmum cũ infra dicit. Aſpice in me & miſerere mei. Et redime me a calumnijs hominum & huiuſmodi. Lyra.

Vel deſcripta bonitate vitę contemplatiuæ. Hic
deſcribitur eius ſublimitas. Et ſecũdo annexa eiꝰ
iocunditas, ibi. Prĩcipes, & quia ad ſublimitatem
contemplationis aſcenditur frequenti meditatio
ne & feruenti oratione igitur primo ponitur pri=
mum. Et ſecundo ſecundum, ibi, clamaui. Prima
in duas quia primo ponitur contemplationis aſcẽ
ſus. Secundo ex hoc conſequens zelus, ibi. Iuſtus
es domine. Prima adhuc in duas, quia primo cir=
ca contemplationem deſcribitur mentis eleuatio.
Secundo petitur impedimenti ablatio, ibi, Greſſꝰ
meos. Et quia aſcenſus cõtemplationis incipit ab
amiratione. Ideo dicit. (Mirabilia teſtimonia tua)
Idem. Id eſt mirabiles ſcripturę ſacræ teſtimo=
nijs diuinis communitę. Cardi. Glo. In quibꝰ mi
ror, dũ video, quæ & qualia & quot & quãta olim
in Abraham, & in filijs Iſrael & in cęteris feciſti.
In tuę teſtimonium bonitatis. Auguſti. Glo. Cui
teſtimonium perhibent cœlum, terra, & omnia vi
ſibilia opera tua, quę omnia admiratione digna
ſunt. Caſſiodo. Gloſa. Mirabilia plane quoniam p
ea cœleſtis virtus hominibus terrenis innotuit.
Et noſce dederunt paruulis, vnde angeli beata de=
lectatione complentur. Quę ideo ſemper ſcrutati
licet, & aſſidua meditatione perquiri. Vnde ſequi=
tur (Ideo). quia ſcilicet Mirabilia ſunt. (Scrutata
eſt ea anima mea. Hierony. Vidi enim in his aliud
agi, aliud figurari. Et ideo quia mirum mihi eſt di
ligentius perſcrutatus ſum. Augu. Glo. Quaſi factꝰ
ipſa inueſtigandi difficultate curioſior quãto ei
res obſcuriores habet cauſas tanto enĩ mirabilior.
Cardinalis. Anima autem mea ipſa ſcrutando in
uenit ꝙ.

130 ✠ alia lt. oſtiũ ſermonum tuorum lucidum docens paruos

DEclaratio ✠ ſermonum tuorum
illuminat, & intellectum dat par=
uulis.

Glo. (Declaratio inquit ſermonum tuorum) id eſt
noua lex, declarans figuras veteris legis & pellens
tenebras noſtras. Hierony. Caſſiodo. Cardina. Glo
Sermones autem dicit, quos iuſtorum propheta=
uit auctoritate, vt, eſt illud. Ecce virgo concipiet,
& illud, videbit omnis caro ſalutare dei Iſtos autẽ
ſermones qui fuerunt longi temporis obſcuritate
reconditi. Aduentus domini illuminatio declara=
uit, quia per ipſum manifeſta ſunt facta quę ſacris
literis tenebantur abſcondita, tunc enim verbum
caro factum eſt, virgo peperit, muti locuti ſunt
ſurdi audierunt, claudi recto inceſſere veſtigio, &c.
miracula facta ſunt quę domino ſeruiere, virtutũ.
Cardinalis. Et tunc manifeſtata ſunt quę ꝓphe=
tę prędixerant. Quę quidem declaratio tenebras
noſtras illuminat (Et intellectũ dat paruulis). Idẽ.
Glo. Id eſt humilibus. Caſſiodorus. Non enim di=
cti ſunt paruuli iſti ætate ſed ſimplicitate & humi=
litate cõſcientię. De quibus alibi dicitur, ſinite par
uulos venire ad me. Hieronymus. Gloſa. Auguſti
nus. Lyra. Soli enim paruuli iſti illuminãtur. iux=
ta quod in euangelio dicitur. Confitebor tibi do=
mine cœli & terrę, quia abſcondiſti hęc a ſapien=
tibus & reuelaſti ea paruulis. Gloſa. Et quia facere
mandata, recte nemo poteſt niſi per ſpiritũ in cor=
de eius dilectio ſit diffuſa. Lyra. Vel quia cognitio
veritatis excitat appetitum ad amplius cognoſcẽ=
dum, ideo ſubditur.

OS meum aperui & attraxi ſpiritũ, 131 ✠ alia lt. reſp.rã
quia mandata tua deſiderabam.

Gloſa. Quaſi dicat cum deſiderarem facere manda
ta, non erat mihi vnde poſſem, & ideo (Os meum
aperui). Caſſio. Id eſt mentis introitum qui tunc
aperitur quando aliquid dicere feſtinamus. Augu
ſtinus. Glo. Os ergo meum aperui confitens quod
per meipſum facere non poſſem, & attraxi vnde fa
cerem. Aperui dico os meum quærendo, petendo,
pulſando, & ſitiens (Attraxi ſpiritum) bonum ſcili
cet vnde facerem quod per me ipſum non poterã.
Caſſiodo. Attrahitur autem ſpiritus, quãdo mens
ſalutaris deſiderij completur affectu & incipit fir=
ma mente velle quod ante, per gratiam tamen do=
mini viſus eſt appetiſſe. Idem. Gloſa. Aperuit ita=
ꝙ os infirmus. Traxit ſpiritum validus, id eſt vir=
tutem faciẽdi quam per ſe habere nõ potuit. Glo.
Attraxit autem dicit ad ſimilitudinem illius qui
æſtu capit aurã. Glo. Et quomodo aperuit & attra
xit ſubdit. (Quia mandata tua deſiderabam. Glo.
Card. Scire ſcilicet & facere. Et ex hoc deſiderio ac
cenſus & quia quanto ſuauius ſenſit tanto arden=
tius ſitit, ſubiungit.

ASpice in me & miſerere mei, ſe= 132
cundum iudicium diligẽtium no
men tuum.

Glo. Quaſi dicat quia deſiderabam mandata, ideo
(Aſpice in me) id eſt da ſpiritum. Caſſiodorus. Glo
ſa. Frequenter tamen dominꝰ aſpicit iratus vt per
dat, ſicut Sodomã & Gomorã, & ſicut caſtra Aegy
ptiorum Aſpicit etiam propicius ſicut in muneri
bꝰ ſ fecit Abel. Et ideo poſtquã dixit. Aſpice in me.
Ne in partem ſumeretur aduerſam ſtatim ſubiun=
xit. (Et miſerere mei ſecundum iudicium diligen
tiũ nomen tuum.) Hierony. Vt ſcilicet illo me
iudicio numeres quo reliquos qui diligunt nomẽ
tuum. Gloſa. Quos tu prior dilexiſti vt ipſi te dili
gerent. Caſſiodorus. Iudicium autem domini eſt
vt nomen ſuum diligentibus miſericordiæ ſuæ
largiatur auxilium. Hugo cardinalis. Sed in quo
attendatur effectus huiuſmodi miſericordię ſub=
iungit dicens.

GReſſus meos dirige ✠ ſecundum cxxiii ✠ Hebr. firma in ſermone tuo.
eloquium tuum, & non domine=
tur mei omnis iniuſticia,

Caſſiodorꝰ. Vbi cum dicit greſſus meos, ſignificat
motus animę. Nam ſicut per iſtos de loco ad locũ
tranſferimur, ita & in illis quibuſdam paſſibus ſi=
ue ad meliora ſiue ad deteriora progredimur (Greſ
ſus meos inquit dirige). Cardi. Quos ego non poſ
ſum dirigere, quia non eſt hominis via eius (Secũ
cundum eloquium tuum.) Caſſiodorus. Id eſt ſe=
cundum iuſſa quæ pręcipis ad vitam hũmani ge=
neris corrigendam. Hierony. Et non ſecundũ cor=
poreas voluntates Lyra. Nec ſecundum motum
animi curioſum & preſumptuoſum (. Et nõ domi=
netur mei omnis iniuſtitia). Gl. Sciebat enim gra
dientem tentandum eſſe, ideo non ait. excludatur
penitus (ſed non dominetur,) Caſſiodo. Cardina.
Nam vt non ſit ex toto caueri non poteſt ſed do=
minium eius vitari poteſt. Cum autem dicit. Om
nis vniuerſaliter negatur dominiũ omnis iniqui

tatis,quia non ſufficit omnia peccata præter vnū vitare ſi vnum regnet, quia offendens in vno factus eſt omnium reus iniuſtitia autem dicitur peccatum per quod iniuria fit deo.Cardi. Dirige dico greſſus meos,ſed quia multa ſunt impedimenta in via. Ideo.

134 Redime me a calumnijs hominum vt cuſtodiam mandata tua.

Cardi.Glo.(Redime me inquit a calumnijs hominum)id eſt a falſis impoſitionibus eorum erue me ne terroribus vincar,& a tuis mandatis ad ſua malefacta traducar.Caſſiodo.Glo.Sunt autem calumniæ hominum cōmenta periculoſæ falſitatis obiecta & controuerſię contra veritatem quibus vbique agitantur Chriſtiani.Hierony.Cum eis crimen impietatis obijcitur.Glo.Vel calumnia eſt,quando non ſolum falſum componitur verum etiam quæ pie geſta ſunt decolorantur,vt in Ioſeph impudica domina fecit, & in Suſannam duo preſbyteri. Ab his ergo me redime,vt cuſtodiam mādata tua. Cardina.Glo.Quæ non facile ſeruat qui opprimitur calumnia.Lyra. Et quia illuminatus a deo in cognitione veritatis deſiderat amplius illuſtrari ſubditur.

135 Faciem tuam illumina ſuper ſeruū tuum,& doce me iuſtificationes tuas.

Caſſiodorus. Gloſa. In quo precatur videre faciem domini,non velatā vt iudei.Deſiderat enim cohors ſanctorum ſaluatoris aduentum, cuius facie illuminata ſunt tenebroſa peccata, & quæ vitam confert mortuis,& certiſſima remedia deſperatis.Faciem tuam inquit illumina ſuper ſeruum tuum).Augu. Id eſt tuam manifeſta ſubueniendo & opitulando præſentiam.Gloſa. Mittendo filiū tuum vel ſpiritualem legis intelligentiam mihi dando. Cardina.Facies enim patris filius dicitur de qua ſupra in alio pſalmo dictum eſt. Oſtende nobis faciē tuā.(Et doce me iuſtificationes tuas). Hierony.Vt quod in illis cerno per ſpeculum certa contemplatione conſpiciam. Auguſti. Gloſa. Vel doce me vtique iuſtificationes tuas, vt faciā eas. Qui enim audiuit,licet memoria teneant quod audiunt,nequaquam didiſciſſe putandi ſunt, ſi non faciunt.Recolens autem dolores pœnitentię præuaricationis ſuę ait.

Facies dei.

136 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non cuſtodierunt legem tuam.

Alia ſra. riuulaqua rum fule bant de ocul'is meis.

Cardina. Non repellas orationem meam, qua oro faciem tuam illuminari ſuper ſeruum tuum propter pręcedentia peccata mea, quia, de his doleo intantū quod(exitus aquarum deduxerūt oculi mei). Caſſiodo. Gloſa,Exitus inquam aquarum.i.copioſas lachrimas quaſi fluēta fontium pro recordatione peccatorum.Hierony.Hęc eſt enim vera pœnitentia iugiter fletibus commiſſa diluere, & abluta non iterare.Cardina.Deduxerunt inquit, id eſt de corde interius contrito eduxerunt oculi mei, per quos ad cor intrauit peccatum. Caſſiodo. Vt per illos mundentur per quos,& exceſſus admittitur. Cardi. Ideo autem lachrimas eduxerūt),quia non cuſtodierunt legem tuam. Idē.Glo. Ipſi oculi ſcilicet,quia ſunt occaſio quod lex non cuſtodiatur dum per eos ſubintrat peccatum,vel quia non cuſtodierunt legem tuam impij ſcilicet Iudęi & alij pręuaricantes. & calumniantes quibus intantum compatior quod pro eis exitus aquarum deduxerunt oculi mei,quod eſt magni meriti. Nam vt gregorius ait apud deum perfecte diluit propria qui pie plangit aliena.

Meatus peccati ad cor

Aliena delicta plāgere propria delere eſt.

¶Sade conſolatio.

cxxxvii Iuſtus es domine & rectum iudicium tuum.

Caſſiodorus,Glo. In. xviij. litera, iudicia dei laudat,& eloquia ignita veneratur,petens intellectum vnde viuat & ſe conſoletur.Cardina. Glo.Vnde congrue huic octonario pręmittitur, hęc litera ,Sade, quæ interpretatur conſolatio. Ambro. Glo. Poſt lacrimas enim conſolatio ſequitur. ¶Nam & qui in dolore ſunt conſolatione indigent.Lyra.Et deſcribitur hic zelus contemplationis.Caſſio. Glo. Supra ergo triſtis de errore,ſic ſe conſolatur per iuſticiam dei dicens.(Iuſtus eſt domine.) Caſſiodo. Qui iubes peccatores ſic ſe affligere, vt eos debeat tua medicina ſaluare,iuſtū eſt enim vt delinquens per ſatiſfactionem corrigatur,& iuſtitia dei humili confeſſione declaretur.Ambro.Glo.Nā qui ſua delicta non reſpicit iniuſte putat ſe grauari. Bonus vero ſe accuſat,digna ſibi inferri a iuſto dicit, in quo & ſperat. quia ſicut iuſtus punit, ſic & ſuſtinentem remunerat,vnde ſubdit & rectum iudiciū tuum,Glo.Cardina. Quo iubes peccatorem ſe affligere pro peccatis quę recolit,& pro eis quę ignorat ipſum corripis & affligis.Iuſtus inquam eſt dominus qui non mādat niſi iuſticiam, vnde ſequitur.

Dei rectitudo.

cxxxviii Mandaſti iuſticiā teſtimonia tua,& veritatem tuam nimis.

Lyra.(Mādaſti inquit iuſticiā).i.legē tuā iuſtitiā cōtinētē.Et pro.i.teſtimonia tua,quę ſunt idē quod ipſa lex a deo data & teſtificata.(Et veritatem tuā) id eſt veritatem legis tuę ſubaudi cuſtodiri nimis id eſt valde.Caſſiodo.Glo.Cum ergo dicit mandaſti ſignificat præcepiſti. Teſtimonia vero ſunt ſicut iam dictum eſt,quę ſub teſtificatione prolata ſunt id eſt pręcepta quę continent iuſtitiam & veritatem(iuſtitiam)quoniā ęqualiter omnia diſcernūt (veritatem)vero quia promiſſa retribuūt.Hierony Vel mandaſti iuſticiam & teſtimonia,& veritatem tuam cuſtodiri nimis,quaſi dicat.Omnia quę mādante te patimur iuſta,recta,ac vera ſunt, quia autem pro peccatis noſtris ingruunt aut vt probati manifeſtemur eueniunt.Lyra.Et quia zelatores legis videntes eam tranſgredi interius accendūtur, ideo ſubditur.

Dei iuſtitia. Dei veritas.

Cur flagelemur

cxxxix Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

Tabeſcere inquit,id eſt liquefieri me fecit zelus meus circa legē tuam. Caſſiodorus. Tabes enim,eſt alicuius morbi cōtracta neceſſitas,quę nos facit paulatim defluere,dum corporis ſoliditatem, pœnali

afflictione conſumit. Quod ſibi accidiſſe teſtatur, cum non patiebatur perfidorum laceratione violari legem domini. Idem. Ambro. Cardi. Et zelus iſte bonus eſt, non liuoris, ſed amoris, pro domo dei, quam nõ patiebatur a perfidis lacerari (vt Phinees. Augu. Bonus ergo intelligendus eſt iſte zel⁹ cuius cã ſubiungitur cũ dicitur, (Quia obliti ſunt verba tua inimici mei.) Cardina. Lyra. Faciẽtes cõtra legem ac ſi eam pro nihilo reputarent. Et omnes tales reputat inimicos quia ſunt aduerſarij veritatis. Glo. Ideo autem zelus iſte eſt mihi. Quia.

140 ✠ Hebr. probatus ſermo tuus nimis, & ſeruus tuus dilexit illum. Dei verbũ ignitum.

140 IGnitum ✠ eloquium tuum vehementer & ſeruus tuus dilexit illud.

(Ignitum inquit eloquium tuum vehementer.) Cardi. Et ideo calefacit & liquefacit. Lyra. Et inflãmat ad amorem diuinum, qui proprie dicitur zelus, eo ꝙ eſt amor ſingularis. Ambro. Glo. Caſſio. Quod ideo dicitur ignitũ, quia purgat corda mortalium, mundana fece ſordentia, vt fornax aurum, & accendit ad amorem dei vehementer. Glo. Ita vt etiam corpus vrat. Caſſiodo. Sed vt ad hoc nõ ad mortem crederes ſed ad ſalutem addidit. Et ſeruus tuus dilexit illud. Idem. Qui vtiq; diligebat quod vitam conferre nouerat & honorem, quod ſciebat ad remedium humani generis attributum. Hieronymus. Eloquium nãq; præceptorum peccata conſumit, & cor peccantis ſi conuertatur illuminat. Sequitur.

141 ADoleſcentulus ſum ego & contẽptus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Hiero. Et qq̃ hæc Dauid ex perſona ſui dicat, qui adoleſcentior cæteris fratribus, quaſi contempt⁹, ad oues paſcendas directus, de hinc in regnum electus eſt, tamen hæc ad populum Chriſtianum referenda ſunt, qui prius contemptus, & de domo patris elect⁹, recolẽs iuſtificationes dei, accepta prioris primogenita, prior effectus eſt. Lyra. Populus nãq; chriſtianus, in primitiua eccleſia fuit multipliciter afflictus, & contemptus a tyrãnis, & tamẽ per hoc a fide catholica nõ receſſit. Glo. Qui ideo ait (Adoleſcentulus ſum ego) .i. iunior (& contemptus) id eſt deſpectus, non tamen ſum oblitus iuſtificationes tuas, vt illi maiores inimici mei. Augu.

Duo populi.

Cardi. Sunt enim duo populi maior ſcilicet ſub lege, minor vero ſub gratia, iſte ętate ſequitur, ſed fide pręcedit qui contemptus eſt ſicut Ioſeph inter fratres. &. Dauid inter ſuos Et ideo maior fact⁹ eſt. Glo. Qui propterea ait iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus. Et merito, quia.

142 IVſtitia tua iuſtitia in ęternum, & lex tua veritas.

Caſſiodo. Glo. Iuſtitia, inquit, tua iuſtitia in æternum quia quiſquis eam cuſtodierit æterna fœlicitate gaudebit. Iuſtitia enim hominum quantacũq; ſit temporalis eſt, iuſtitia vero domini æterna

Dei iuſtitie & hominũ differentia

Lyra. Quia iuſtitia quę eſt per fidem, ducit ad ęternitatem beatitudinis. Et lex tua veritas. Idẽ. Quia nullam poteſt continere faſitatem propter quod non ſolum dicitur vera, ſed veritas in abſtracto ad deuotandum veritatis puritatem. Caſiodorus. Vel veritas iſta eſt dominus Chriſtus qui deſeait, ego ſum via veritas & vita. Auguſtinus. Gloſa. Vel lex tua, lex ſcilicet euangelica veritas eſt, non vmbra, non figura ſicut moſayca, ſed res. Car. Et quia qui diligit veritatem pro ea patitur tribulationẽ, ideo ſequitur.

Legis veritas.

143 ✠ Hebr. delectatio vel volũtas mea eſt

TRibulatio & anguſtia inuenerũt me, mãdata tua meditatio ✠ mea eſt. 143

Caſſiodo. Tribulatio & anguſtiæ ſanctis viris munera ſunt magna, quia norunt ſe pondere talium compreſſi exudare peccata, & ad illa gaudia tendere, quę non habent finẽ. Hęc enim duo ſunt beatis viris, velut quoddam antidotum, quod dũ aſpere bibitur, munimenta ſalutis operatur. Cardi. Ait ergo. Tribulatio exterior ſcilicet, & anguſtia interior (inuenerunt me.) Idem. Caſſiodo. Quaſi expectãtem quaſi fixum, quaſi ad earum certamina pręparatum. Glo. Et tamen quãtuncunq; ſęuiant (mãdata tua meditatio mea eſt,) hoc enim eſt ſummũ contra tribulationes remedium. Lyra. Nam meditatio diuinę legis, prębet conſtãtiam in aduerſis. Hierony. Et ideo quãtũlibet tribuletur in pœnis, coartetur in vinculis, dei tamen mandata meditatur aſſidue, quia.

Tribulationis effectus.

In tribulationes remediũ

AEquitas teſtimonia tua in ęternũ, intellectum da mihi & viuam, 144

Lyra. AEquitas, inquit, teſtimonia tua in ęternum Tantam enim ęquitatem continẽt, ꝙ non ſolum dicuntur æqua in concreto, ſed ęquitas in abſtracto. Car. Glo. Teſtimonia autem iſta ſunt martiria & tribulationes quę ſemper iuſta ſunt. Et æquitas in ęternum, id eſt cauſa æternę iuſtitiæ, quia iuſtificant hominẽ, vt in ęternum iuſtus ſit. In his ergo tribulationib⁹ (intellectum da mihi & viuam.) Hierony. Hoc eſt., vt pro eorum intelligentia vitã poſſim capere ſempiternam. Lyra. Intellectum inquit da mihi, ad teſtimonia ſeu mãdata tua cognoſcendum & opere implendum. Et viuam vita gratię in pręſenti & glorię in futuro.

❡ Coph concluſio vel aſpice.

CLamaui in toto corde meo exaudi me domine iuſtificationes tuas requiram. ✠ 145

✠ Hebr. cuſtodiã

Caſſ. Glo. In. xix. litera iuſtificationes domini promittit ſe exquirere. Adijciens ſe, ſcire teſtimonia dei in ęternũ fũdata eſſe. Cardina. Glo. Et huic octonario pręmittitur hęc litera Coph, quę interpretatur cõcluſio, vel aſpice, quoniam diabolus iuſtos ex omni parte conatur concludere, ne poſſint ad bona exire. Concluſus vero, debet circunſpicere ſe, & cauſam periculi non diſſimulare. Lyra. Et agitur hic de ſublimitate contemplationis, prout acquiritur oratione feruenti. Ad quod duo faciunt ſcilicet conditio orationis, & humiliatio orantis. Primo ponit primum. ſecundo ſecundum, ibi. Vide humilitatem. Prima in duas, quia primo ponitur orationis conditio Secundo impedimenti remotio, ibi. Appropinquauerunt. Car. Propheta ergo in perſona generalis iuſti vndiq; obſeſſi, & quaſi infirmi, minime de ſua virtute confidentis dicit. Clamaui.

clamor ſpiritualis. Hiero. Hunc autem clamorem non corporeę vocis ſed ſpiritalis mentis intellige per quam iuſti a deo exaudiuntur. Caſſiodor⁹. Eſt enim clamor iſte deuotę mentis affectus, qui non tantũ ſermone ꝓmititur, ſed magna cordis intẽtione ꝓfertur. Car. Glo. Clamaui inquam quia vndiqꝫ ſunt hoſtes nõ ſolum viſibiles, ſed quod grauius eſt ſpirituales. Et ideo (clamaui in toto corde meo. Caſſiodo. Hoc dicit ne putares aliud cogitandum quãdo clamatur ad dominum. In ſola enim religioſa cogitatione debet totus ſpiritus occupari, ne mens diuiſa nequeat quod poſtulat impetrare. Auguſti. Eſt autẽ clamor cordis magna cogitationis intẽtio, qui cũ eſt in oratione, magnum exprimit deſiderantis & petentis affectum, vt non deſperet effectum. Tũc igitur (in toto corde) clamatur quando aliunde nõ cogitatur. Lyra. In toto ergo corde. i. intellectu & affectu feruẽter & deuote, (clamaui.) Et ideo (exaudi me domine.) Idem. Eleuando me ad cognitionem tuę veritatis. Glo. Deinde ad quid proficiat ſuus clamor adiungit. q. d. Ad hoc clamaui (vt iuſtificationes tuas requiram.) Idem. Quę quanto plus cognoſcuntur, tanto plus requiruntur. Caſſi. Et attende ꝙ non diuitias, non honores, nõ dignitates ſed iuſtificationes domini requirebat, nõ lectione tantum, ſed opere, iuſtificationes enim veraciter non requirit niſi ille qui eas deuota mente complenerit. Cardi. Iuſtificationes autem iſtę, dicuntur mandata quę facientes iuſtificant & viuificant. Glo. Deinde repetit.

(Margin: Spirit⁹ occupatio. — toto clamore corde quid)

146 ✠ Alias inuocaui

Clamaui ✠ ad te ſaluum me fac, & cuſtodiam mandata tua.

Car. Repetitio enim clamoris nota eſt magnę affectionis & cõtinuationis. (Clamaui inquit ad te) Gloſſa. In qua exoponit quid ſit ad dominum toto corde clamare. Caſſiodo. Gloſſa. Ad illum enim non clamat, niſi qui petitionem ſuam dirigit toto cordis affectu. Card. Glo. Quid autem petat clamãdo ſubiungit (ſaluum me fac.) Caſſio. Glo. In anima ſcilicet, quæ cuſtodiet mandata. Non enim ſalutem carnis petere poterat, qui libẽter corporeis paſſionibus ſubiacebat. Lyra. (Vel ſaluum me fac) illuſtrando me tua veritate. Cardina. Vel ſaluũ me fac in pręſenti ſalute gratię, & ĩ futuro ſalute gloriæ. (Et cuſtodiam mãdata tua.) Idẽ. Corde & opere. Lyra. Quæ cuſtodiri nõ poſſunt niſi pręcognita. Glo. In eo autẽ quod dicit. Clamaui notat prõptum affectum. In eo vero quod ait, cuſtodiã mandata tua. Sedulitatis obſequium. Sequitur.

147 ✠ ſurgebam ad huc intenebris & clamabã verbum tuum expectans.

Preueni ✠ in maturitate & clamaui, quia in verba tua ſuper ſperaui.

Lyra. Pręueni ĩ maturitate & clamaui quaſi dicat. Iſte clamor feſtinus non procedit ex impetu paſſionis, ſed ex deliberatione rationis. Cardi. Gloſa. Vel pręueni tempus aptum ad operãdum. Et clamaui clamore mentis, hoc eſt magno mentis affectu in maturitate. id eſt de nocte antequam ſit tempus operãdi. Eſt enim immaturitas nox intempeſta, vt ait (. Auguſti.) Humanis actionibus importuna. Idem. Caſſiodorus. Vel præuenit in maturitate quiſquis in annis puerilibus modeſtiam ſenectutis anticipat. Et ante facit grauiſſimam mentẽ,

(Margin: Maturitas.)

ꝗ poſſit annorum numeroſitate caneſcere. Et ideo clamaui, (quia in verba tua ſupſperaui.) Lyra. Car. Id eſt pluſquã in verbis aliorũ quorũcunqꝫ, quia verba tua falſitatem non poſſunt continere cum poſſis facere quod ꝓmittis. Caſſi. Vel hoc eſt quod maturitate pręuenerat, quia in verbo ipſius, id eſt in aduentu domini ſaluatoris fixa mente ſperare non deſtitit. Glo. Deinde ſubaudit de tempore peccandi dicens.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. 148 ✠ Hebr. preueniebant oculi mei vigilias. vigilias oculi.

Caſſiodo. Cardi. Lyra. Pręuenerunt inquit oculi mei, id eſt, intellectus & affectus, intellectus ſcilicet cogitando & meditando. Affectus vero, deſiderando, directi ſunt ad te cognoſcendum & diligendũ (diluculo.) Lyra. Id eſt a tempore iuuentutis. Caſſiodo. Vel diluculum initium diei ſignificat. q. d. Pręuenerunt oculi mei orientem ſolem Nam pudor eſt ſi radi⁹ ſolis in ſtrato ocioſum quem inueniat. Card. Poteſt ergo accipi pro diluculo temporis vel virtutis. Tunc enim eſt bona hora meditãdi vel orandi, vnde ſequitur, (Vt meditarer eloquia tua) Caſſiodorus In quo cauſam reddit, cur ante diluculum mens deuota ſurrexerit, non ſcilicet vt agrum coleret, non vt ſaluationes potentium pręueniret, ſed vt domini meditaretur eloquia. Cardinalis. Ad intelligendum & faciendum ea. Lyra. Et quia oratio talium debet exaudiri, ſequitur.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam domine, & ſecundum iuditium tuum viuifica me. cxlix

Glo. q. d. Quia ita ſtudioſe a te vigilo, ideo o domine, vocẽ meã audi ſecundum miſericordiã tuã Cardina. Glo. Quia quãuis ſtudioſe vigilem & clamen ad te, non tamen in hoc confido, ſed magis in miſericordia tua, quę ſemper parata eſt iuuare petentes. Caſſiodo. Et propterea cum nõ habeam quod contra peccata mea confidenter obiciam, illam miſericordiam peto quę ex miſeriis beatos facit, ex captiuis liberos ex mortuis viuos, ex tẽporalibus ſempiternos. & ſecundum iuditium tuum viuifica me. Caſſiodo. Glo. Cardi. Non ſecundum iuditiũ illud quo in futuro iudicabis, ſed illo quo ſupplicantibus parcis. Quo ſe dãnantes clemẽter abſoluis, cum autem addidit. viuifica me, confitetur ſe mortuũ eſſe lege peccati, quia viuificari non poteſt, niſi qui in ſe propriam non habet vitã. Auguſti. Glo. Prius itaqꝫ deus ſecũdũ miſericordiam aufer a reis pœnam & eis poſtea ſecundum iuditium dabit vitam, licet nunc tempus miſericordię non ſit ſine iuditio, nec tempus iuditij poſtea erit ſine miſericordia. Gloſa. Neceſſe autem eſt vt viuifices me, quia.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati, a lege autem tua lõge facti ſunt. cl

(Appropinquauerunt inquit perſequẽtes me iniquitati.) Lyra. Id eſt appropinquauerunt mihi perſequentes, me inique. Augu. Caſſiodorus. Appropinquant enim perſequẽtes quando poſt omnia vſqꝫ ad carnis lacerationem videtur accedere ſicut in. xi. pſalmo dictũ eſt. Ne diſcedas a me quoniam

tribulatio proxima eſt,& in euangelio,ſurgite eamus, appropinquauit enim qui me tradet, a lege autem tua longe facti ſunt. Hiero. Augu. Caſſi. Iſti ſcilicet perſecutores qui quãtomagis ad ſanctorum pœnas appropinquabant tanto a lege domini recedebant. Neceſſe eſt enim vt deſerant iuſticiã qui ad prauas ſemitas malitiãq; feſtinant, quia deo proximare non poſſunt niſi qui eius regulis obſecundant. Glo. Hoc autem ideo dicit, vt cauſa ſua melior q̃ illorum videatur. Sequitur.

151 ✠ Hebr. oia mandata tua veritas

PRope es tu domine, & omnes ✠ vię tuę veritas.

Card. Gloſa. q.d. Illi appropinquauerunt,ſed nõ nocuerũt,quia (prope es tu domine) mihi ſcilicet tribulato intus adiuuans & confortans. Caſſiodo. Prope es inquã quia vbiq; plenus, vbiq; totus es, non ſpacijs incluſus, ſed ſpacia cuncta replens atq; complectens. Cum ergo hoc dicit confitetur non enim ignorare ſi peruerſe gerim⁹, nec declinare cum fugimus, vna eſt ergo ſalus ad ipſum feſtinare, quem non poſſumus effugere, addidit quoq; & omnes vię tuę veritas. Auguſt. Lyra. Nã ſiue dimittas me in tribulatione, ſiue liberes, totum facis iuſte, ſanctorum enim hęc eſt vſitata confeſſio, etiam in tribulationibus ſuis, q; eas non immerito patiuntur tribuere deo veritatem, ita; regina Heſter, ita ſanctus Daniel, ita tres viri in camino, ita eorum ſanctitatis alij ſocij confitentur. Cardi. Vel omnes vię tuę. i. omnia opera tua per quę venitur ad te, per cognitionem & amorem, & tu ad nos per potentię ſapientię & bonitatis tuę declarationem, ſunt veritas id eſt in veritate exhibita vel exhibenda. Sequitur.

vſitata ſctõꝝ cõfeſſio.

deum ad nos venire.

152 INitio cognoui de teſtimonijs tuis quia in ęternum fundaſti ea.

Car. In quo oſtendit ꝓpheta quomodo ſcit, q; omnes vię domini ſũt veritas. Et quaſi domin⁹ quæſiuiſſet ab eo, quando & quomodo ſcis q; omnes viæ meę ſunt veritas? Reſpõdet. Initio cognoui de teſtimonijs tuis, id eſt ab initio humani generis. Ex tunc enim fuit eccleſia, id eſt, generalis iuſt⁹ in cuius perſona loquitur propheta. Hierony. Ab Adam ergo in omnibus patriarchis & prophetis. Glo. Qui tenendo teſtimonia tua, venerũt (ad ęternitatẽ cognoui de teſtimonijs tuis.) Lyra. Vel ab initio. i. a principio ex quo habui vſum rationis, & incepi teſtimonia tua intelligere. Auguſt. Glo. Teſtimonia autem iſta ſunt quibus promiſit ſe daturum regnum ęternum filijs, vel teſtimonia ſunt pręcepta quæ dicuntur fundata in æternum quia pro eis neglectis vel ſeruatis merces ęterna vel pœna ęterna redditur (. Quia in ęternum fũdaſti ea.) Card. Id eſt talia feciſti, vt per ea veniatur ad ęternitatem ſi contemnantur pœnę, ſi vero cuſtodiantur ad ęternitatem glorię.

¶Res, caput, vel primatus.

153 ✠ Hebr. afflictionem.

VIde humilitatem meam & eripe me, quia legẽ tuam nõ ſum oblitus.

Caſſio. Glo. In. xx. litera petit viuificari, quia mãdata dei ſummo ſtudio quæſiuit quod longe eſt a malis qui non ſimiliter egerunt. Et quia nemo viuificatur niſi per humilitatem quæ eſt caput omnium virtutum, ideo huic octonario præmittitur. Hæc litera res. Idem. Cardi. Quæ interpretatur caput, vel primat⁹. & ſignificat humilitatem quæ eſt caput omniũ virtutum, ſicut & ſuperbia caput eſt omnium viciorum. Lyra. Et agitur hic de altitudine contemplationis, prout acquiritur humilitate orantis, vnde dicit. Vide humilitatem meam. Car. Glo. q.d. Prope eſto domine, & ideo vide humilitatem meam. i. placeat tibi humilitas mea qua clamo ad te & quam libenter reſpicis (& eripe me). Lyra. De tenebris ignorantię eleuando ad contemplationem veritatis tuæ. Augu. Et quãuis iſta vox videatur martirum, tamen eã nemo a ſe putat alienam, qui in Chriſti corpore eſt conſtitutus. Caſſiodo. Eripe me itaq; de neceſſitate pœnarũ & de periculo mortis, de quibus beati martires ſe liberari petierũt, vel de periculo peccatorum (Quia legem tuam non ſum oblitus). Hiero. Auguſtinus. Caſſi. Car. q̃ dicit, q; omnis qui ſe humiliat exaltabitur. Et qui ſe exaltat humiliabitur. Sequitur.

IVdica iuditium meum & redime me, propter eloquium tuum viuifica me. 154 Alia lra. cauſam meam.

Cardi. In quo oſtendit qualiter vult eripi ſcilicet vt ſua cauſa iudicetur, & ipſe redimatur vt viuificetur. Siquidem hæc tria petit in hoc verſu iudicari ſcilicet, redimi, & viuificari, ait ergo. Iudica iudicium meum. i. dicta vel da ſentẽtiã de cauſa mea quã habeo contra diabolum, quia licet ego peccauerim tamen ipſe non habet iuſtã cauſam vexandi me. Et redime me a vexatione eius iniuſta. Idẽ. Auguſtinus. Glo. Vel exponit de futuro iudicio, vir enim iuſtus conſcius de innocentia ſua, & ſperans in miſericordia dei, petit feſtinari iudiciũ vt ſic liberetur a malis. (Propter eloquium tuum viuifica me.) Caſſiodorus. Glo. Propter eloquiũ ſcilicet illud in quo promittit. Qui credit in me non morietur, ſed habebit vitam æternã. Lyra. Et quia peccatum dæmonis non eſt ſic remediabile, ideo ſubditur.

LOnge a peccatoribus ſalus quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. clv

Lyra. (Longe inquit a peccatoribus ſalus). i. a dæmonibus in peccato obſtinatis. Cardi. Vel a peccatoribus qui peccandi habent conſuetudinem, longe eſt ſalus gratiæ & glorię, quia dator vtriuſq; ſalutis ab eis diuiſus eſt propter peccatorum multitudinem. Hierony. Caſſiodo. Vel ſalus noſtra Chriſtus eſt, qui a negligentibus iudęis elongatur, eo q; in iuſtificationibus legis non intelligunt eum figuratum. Et quia ſalutis auctorem reſpuerunt, & latronem barrabam quales ipſi fuerunt dimitti ſibi obduratis mentibus elegerunt. Et ideo longe eſt ab eis ſalus, quia longe fecerũt ſe ab ea (Et quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt). Cardi. Id eſt mandata tua, & legem tuam quę facientes iuſtificant. Dicit autem non exquiſierunt, id eſt in corde non quęſierunt ad faciendum licet forte aliqui peccatores quærãt ad ſciẽdũ. Gl. Iſte ergo vidẽs ſe ab eo accepiſſe vt cuſtodiret iuſtificatiões iſtas ait.

clvi Miſericordiæ tuæ multæ domine, ſecundum iudicium tuum viuifica me.

Glo. Quaſi dicat, Et ſi longe ſit a peccatoribus ſalus, tamē nemo deſperet, quia (miſericordiæ tuæ.) Hugo car. Quibus miſereris ſunt multæ domine, quia multis & in multis. Multotiens & multis modis & multis de cauſis miſereris, ſunt & magnæ, quia magnas miſerias miſerādo releuat, & magna peccata miſerando relaxat. Glo. Qui enim ſuo peccato peremit, miſericordia domini liberantur, qui non quærentibus apparuit, refugientes vocauit, ignaros congregauit, & pro omnibus ſe obtulit. Hierony. Vel multæ ſunt, quia de multis periculis eruunt. Hugo car. Et ne forte miſericordia videatur omnino excludere iudicium, ſubiūgit. (Secundum iudicium tuum viuifica me.) Idem. Secundū iudicium tuum, ſcilicet, quo in præſenti parcis peccantibus. Caſſiodor⁹. Glo. Non autem ſecundum iudicium illud quod omnes timēt, de quo in alio pſalmo. Nō intres in iudicium cum ſeruo tuo, ſed ſecundum illud, quo parcis confitentibus. Hiero. (Vel ſecundū iudicium tuum viuifica me.) Ne ſcilicet inueniatur in me quod iudicium mortis aſſumat. Auguſti. Vel hoc dicit, quia ſcit ꝙ iudicium dei ſine miſericordia non erit ſuper eum. Caſſio. Quando enim miſeretur & iudicat, & quando iudicat miſeretur, quia neq; ſine iudicio miſeretꝰ, neq; ſine miſericordia iudicat. Hugo car. Et quia poſſet aliquis quærere, quare petis hoc. Subiungit, quia.

Iudiciū mia non excludit.

157 Multi qui perſequuntur me & tribulant me, a teſtimonijs tuis nō declinaui.

Auguſti. Glo. Multi inquit ſunt, ſcilicet qui perſequuntur me & tribulāt me, in quo notatur grauis perſecutio, quæ fit a multis in vnum. Impletū eſt autē iſtud in eccleſia, quæ tot habuit perſecutores martyrum, quorum ſanguine purpurata eſt terra. Floret cœlum coronis eorū, ornatæ ſunt eccleſiæ memorijs: inſignita ſunt tempora natalibus. Creſcunt ſanitates eorum meritis. Caſſiodo. Quorum numerus creuit quantum ſe tyrannorum ira ſuccendit. Glo. Quāuis tamen multi ſint qui perſequntur & tribulāt, tamen a teſtimonijs tuis non declinaui. Hugo car. Id eſt ab obſeruantia mandatorum tuorum. Lyra. Fultus robore auxilij tui. Hieronymus. Quāuis ergo ſæuiant odijs impugnent iurgijs, ego tamen a teſtimonijs tuis erigor, non inclinor. Gloſa. Ego inquam non declinaui, ſed tamen.

158 ✠ Hebr. merebā.

Vidi præuaricātes & tabeſcebā, ✠ quia eloquia tua non cuſtodierūt.

Lyra. Vidi inquit præuaricantes, id eſt impios legem tuam tranſgredientes. Caſſiodo. Glo. Vel vidi aliquos debiles in perſecutionibus fidem, quam tenuerunt abnegātes & perſecutoribus credentes. Idem. Hieronym⁹. Vel vidi Iudæos præuaricātes qui dixerunt ad Moyſem. Omnia quæ dixerit nobis dominus, faciemus, & tamen non fecerunt, ſed & nunc nos paſcimur in baptiſmo, vt abrenunciemus dyabolo & operibus eius. Pro tranſgreſſoribus ergo huius pacti, propheta tabeſcit, & Paulus qui dicebat, quis vritur & ego non vror? (Et tabeſcebam inquit.) Lyra. Id eſt lachrymis fluebam. Glo Zelo amoris. Hugo cardi. Et præ dolore deficiebā, prout iterum ſupra dixit, defectio tenuit me pro peccatorib⁹, & tabeſcere me fecit zelus meus. Cauſam autem doloris ſui ſubiūgit, dicens. (Quia eloquia tua non cuſtodierunt.) Caſſiodo. Quibus dicitur. Qui perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Hugo cardi. Eloquia ſiquidem tua, id eſt præcepta tua quæ ideo data ſunt vt ſeruentur, vt iam ſupra dixi. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Gloſa. Non cuſtodierunt, ſed in tribulatione negauerunt. Glo. Vidi itaq; iſtos præuaricantes & tabeſcebam. Et ideo O domine.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in miſericordia tua viuifica me. clix

Hugo cardinalis. Vide inquit, id eſt te videre oſtende, quoniam mandata tua dilexi, id eſt ex dilectione impleui. Lyra. Zelās pro eis & in me & in alijs. Caſſiodor⁹. Dominus enim animorum qualitates gratius reſpicit, q̄ cruciatus carnalis paſſionis intēdit. Nam legi dominicę quodammodo videtur ingratus, ſi quis tormēta martyrij cum murmuratione pertulerit, quia debet hoc ipſum diligere, per quod ſe credit ad æterna gaudia peruenire, vnde ſi non diligens mandata domini martyrium pateretur, non eſſet ei fœlix corona, ſed vitioſa iactantia. Hieronym⁹. Iſte ergo dilexit ea, nō per meritum, ſed per bonæ voluntatis affectum, & ideo ſe in his viuificari depoſcit, dicens (viuifica me.) Hugo cardinalis. Vita gratiæ in præſenti, & vita glorię in futuro. Gloſa. Non quidem meritis meis, ſed in miſericordia tua. Caſſiodor⁹. Merito namq; viuificandum ſe petebat a domino, qui vitam ſæculi pro vera religione contempſerat. Lyra. Et ad hoc conſequendum allegatur veritas diuina, ad quam pertinet implere promiſſa augmētationis gratiæ diſponentibus ſe ad eam, cum dicitur.

Principium ✠ verborum tuorum veritas, in ęternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. clx

✠ Hebr. caput verborū tuorū veritas.

Hugo cardina. Principium, inquit, verborum tuorum, id eſt primū verbum tuum, a quo, omnia verba formantur, ſcilicet filius eſt veritas. Ipſe enim via veritas & vita eſt. Et ideo neceſſe eſt, vt omnia verba eius ſint vera, quia a vero non exit niſi verum. Lyra. Vel principium verborum tuorum veritas, id eſt, verba tua procedunt a mente tua, quæ eſt veritas increata, & omnis veritatis creatæ regula, & ideo ſunt ſtabilia. Auguſtinus. Gloſa. A veritate enim tua verba procedunt, & ideo vera ſunt & neminem fallunt, quibus prænūciatur vita iuſto pœna impio. Hæc ſunt quippe in ęternum iudicia iuſtitiæ dei. Caſſio. Glo. Vel principiū verborum eſt principiū ſcripturarū, vt Geneſis, a quo principio vera dixit, & vſq; in finē verba veritatis ſeruat. Vnde cœlum & terra tranſibūt, verba autem mea non tranſiēt. Quicquid enim ex illo veritatis fonte deſcēderit, incōmutabili virtute cōſiſtit. Et quia tetigit quod in princio geſtum eſt, addit quod poſt finem ſæculi fiet, dicēs. In ęternū omnia iudicia iu-

ſtitiæ tuæ. Perpetuo enim ſtabunt, quia ſentētiam de bonis vel malis datam, nec tempus, nec vlla res ſubuertet, & iudicia iuſtitiæ ipſius erunt ſine dubitatione perpetua. Et ſic in vno verſu, initia noſtrę fidei, & adhuc ventura concluſit in veritate complenda.

¶Syn, ſuper vulnus.

161 PRincipes perſecuti ſunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meum.

Caſſiodo. Glo. In viceſimaprima litera gratas ſibi dicit perſecutiones, quibus tanquā emplaſtris (vulgo dictis) vulnera peccatorum curantur. Hugo cardi. Glo. Et ideo huic octonario præmittitur hæc litera, Syn, quæ interpretatur ſuper vulnus, quia ſicut emplaſtrum (ſic vulgo dictum) ponitur a medico ſuper vulnus vt ſanet, ſic tribulationes a deo mittūtur, vt ſanent vulnera peccatorum, quia ſunt medicamēta timorem reprimentia, dolorem mitigantia, famem expellentia, & fracturam conſolidantia. Ambroſius. Gloſa. Vel vulnus, intelligitur ipſa tribulatio. Super vulnus, conſolatio eloquiorum dei & medicamen cœleſtium pręceptorum. Lyra. Et deſcribitur hic vitæ contemplatiuę iocunditas. Et primo, ponitur huiuſmodi exultatio. Secundo, eius augmentatio, ibi appropinquet. Ait ergo. (Principes.) Caſſiodorus. Lyra. Hugo car. Id eſt dæmones, qui malis hominibus principantur, & primatum ſibi in ſceleribus vendicarūt, de quibus apoſtolus, non eſt inquit nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarum harum. Glo. Vel principes, id eſt homines regnis terrenis præſidentes. Caſſiodorus. Et cæteri perſecutores, qui cruentas chriſtianorū inſecutiones regnantiū authoritate fecerunt, perſecuti ſunt me. Hugo cardi. Mala occulte ſuggerendo & aperte quādoq; ſemendo. Gratis, id eſt ſine culpa mea, & ſine ratione, aut vtilitate ſua. Glo. Caſſiodo. Vel gratis principes perſequebātur martyres, qui nec eis tributa dari prohibuerant, nec obedientiā ſubtraxerant, verum etiam pro eis orabant. Et tamen licet taliter perſequantur. (A verbis tuis formidauit cor meum) plus timens verba tua, q̄ eorum minas, ne abſolutus humana ſentētia incurrerē æterna iudicia. Hierony. Formidauit autem a verbis illis, quibus ait. Qui me negauerit coram hominibus, negabo, & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Et ideo perſtiti fortis in paſſione. Glo. Et ſic vici perſecutiones eorum, vnde multa ſpolia inueni. Et ideo.

Catha= plaſma= tis locū tribula= tiões oc= cupant.

clxii LAEtabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Hugo cardi. Lætabor inquit ego inter perſecutores ſuper eloquia tua me in tribulatione conſolantia, & coronam ſi vicero promittentia. Eloquia enim hæc ſunt, quibus dixit. Cum vos perſequentur & maledicent, & dicent omne malum aduerſum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, & ideo lætabor. (Sicut qui inuenit ſpolia multa.) Hugo cardi. Lyra. Victis hoſtibus, vbi eſt duplex gaudium, vnum de victoria hoſtium, alterū de inuentione ſpoliorum. Caſſiodorus. Sic martyres, quamuis humili ſorte morerentur, inueniebant tamen ſpolia multa, quando & præmia diuina recipiebant, & ipſos quoq; perſecutores ſuos conuerſos domini miſeratione gaudebant. Glo. Vel ſpolia dicit ſcripturas, ſapientiā, iuſtitiam, reſurrectionem, & omnia in Chriſto, quæ iſte a Iudæis abſtulit, & quaſi ſine labore inuenit, quæ ante non habuit. Lyra. Et quia amor vnius contrarij, inducit amorem alterius, & econuerſo, ideo ſubditur.

Odium dei dyaboli amorem inducit: et contra.

clxiii INiquitatem ✠ odio habui & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi.

Hugo cardi. Quaſi dicat. Formidaui a verbis tuis, & ideo (iniquitatem) quam eloquia diuina teſtantur (odio habui.) Idem. Caſſiodo. Non hominem iniquum, ſed iniquitatem ſe dicit odiſſe, quod fas eſt. Iſtud enim eſt perfectum odium, de quo infra, perfecto odio oderam illos. (Et abominat⁹ ſum.) Caſſiodor⁹. Vt a ſe longe redderet alienam. Hugo cardi. Et ideo illam a ſe euomuit, relinquēdo, confitendo, fugiendo. Lyra. Tanquā quid vile. Legem autem tuam dilexi. Idem. Tanquā quid vtile & honorabile & meditādo iugiter. Hugo car. Quia docet fugere malum & facere bonum. Hierony. Dum ergo iniquitatem odit, & dei iuſtitiam diligit, in maiori officio ſe extendit, dicens.

clxiiii SEpties in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Lyra. Septies inquit in die laudem dixi tibi, id eſt in ſeptem horis canonicis. Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Vt mos eſt religioſis. Hugo cardinalis. Glo. Vel in omni tempore vitę meę, quod ſeptem diebus agitur. Hieronym⁹. Septies enim per diem deum laudat, cuius mens in pleno ſplēdore perdurans, ad illum ſeptimum diem feſtinat qui eſt ſabbatum ſabbatorū, id eſt requies æterna. Hugo cardinalis. Vel ſepties in die, id eſt, ſeptiformi gratia ſpiritus illuſtratus (laudem dixi tibi) a quo omne bonum eſt. (Super iudicia iuſtitiæ tuæ. Idem. Gloſa. Id eſt propter flagella & verbera, quib⁹ corrigis & iuſtificas filios tuos quos recipis, ſicut in alio pſalmo. Exultauerūt filiæ Iudeæ, propter iudicia tua domine. Flagella enim, dicuntur iudicia iuſtitię, quia iuſte infliguntur. Ideo etiam legem tuam dilexi. Quia.

clxv PAx multa diligētibus legem tuā, & non eſt illis ſcandalum.

Gloſa. Hugo cardinalis. Pax inquit multa eſt interius in mēte, licet non exterius in mūdo, diligentibus legem tuam, id eſt ex amore eam facientibus, & ex amore in ea ſtudentibus. Idem. Ambro. Charitas enim, pellit omnes tribulationes, non vt nō eueniant, ſed vt non noceant. Hieronym⁹. Vel qui deū amāt, pacem cum fratribus neceſſe eſt habeāt. Et non eſt illis ſcandalum. Nam deum falſo amore diligit, qui ſcandalizatur in fratre. Gloſa. Auguſtinus. Illi vero qui diligunt, non ſcandalizantur, quia non ſunt puſilli, quorum eſt ſcandalizari, iuxta illud euangelium. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis. Idem. Hugo car. Vel non eſt ſcandalum ipſa lex ſcilicet, quia qui legem diligit, ſi quid

in ea non intelligit,honorat.Et quod abſurde ſo nare videtur,iudicat magnum & ſe neſcire.Et ideo non eſt illis ſcandalum.Sequitur.

clxvi ✠ Zel. ȝ feci. EXpectabam ſalutare tuum domi= ne,& mandata tua dilexi. ✠

Hugo car.Quaſi dicat. Ideo iniquitatem odio ha= bui,& legem tuam dilexi, quia expectabā ſalutare tuum domine,id eſt Chriſtū,qui in primo aduētu ſaluauit animas. In ſecūdo ſaluabit corpora.Caſſ. Glo.Augu.Expectabāt nāq; aduentū Chriſti ſan= cti patres veteris legis.Expectāt & iuſti nouę legis, ſecundū Chriſti aduentū,vt ſecū in gloria coronē tur,pro quo & illi & nos mādata diligimꝰ.Vnde ſe= quitur.(Et mādata tua dilexi.)Hugo car. Per quæ ſalus acquiritur.Lyra.Et tanquā rem chariſſimam diligenter cuſtodiendo.Vnde ſequitur.

clxvii CVſtodiuit anima mea teſtimonia tua,& dilexit ea vehementer.

Hugo car.Quaſi dicat.Dilexi mandata tua.& ideo cuſtodiuit anima mea corde per iugem memoriā & opere per efficientiā.Teſtimonia tua,id eſt ſcri= pturas ſacras,quæ de te teſtificātur. Caſſiodo.Vel cum dicit cuſtodiuit,ad tollerantiā pertinet marty rij.Augu.Cuſtodiuntur enim teſtimonia dei dum non negātur,& hoc eſt martyrū officiū,quia teſti= monia græce martyria nuncupantur,ſed quia pro teſtimonijs dei,etiā flāmis cōcremari,ſine charita te nihil prodeſt,ideo addit.(Et dilexit ea vehemen ter.)Caſſiodo.Quod ad charitatē pertinet,quæ tor= mentis omnibus fortior eſt,quæ flāmas vincit gla dios ſuperat,& cœleſti virtute cuncta tranſcendit. Auguſt.Glo.Et ideo plus eſt diligere q̄ cuſtodire. Nam quod ait.Cuſtodiuit,ad tollerantiā pertinet. Quod autē ait,dilexit,ad charitatē tormētis omni= bus fortiorē.Caſſio.Ideo autem vehementer dicit, quia perfecta dilectio nō habet modum,ſed totius animi niſibus explicatur,ita vt nec tēpore aliquo ceſſet,nec animi torpore lenteſcat.Gloſa.Et quia dilexi ea,ideo.

clxviii SEruaui mādata tua & teſtimonia tua,quia omnes viæ meæ in con= ſpectu tuo.

(Seruaui inquit mandata tua.)Hugo cardi.De deo & proximo diligēdo ad quæ omnia alia reducun= tur. Et teſtimonia tua,id eſt ſacra eloquia. Caſſio. Glo. Cum itaq; ſupra dixerit, mandata tua dilexi. Et poſt teſtimonia cuſtodiuit & dilexi.Nūc vtraq; ſimul ponit, & vtraq; ſimul cuſtodita ſeires. Qui enim diligit ipſa,veraciter & libenter ſeruat.Man data autem in iubendo,teſtimonia vero in prohi bendo accipe,vel mādata præcepta ſunt.Teſtimo= nia vero martyria.Hierony.Seruat autem manda= ta & teſtimonia, qui vias dei recto curſu incedit, nec quicquam in actu vel dicto,vel cogitatu agit, quod diuinæ contēplationi habeatur indignum. Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.Lyra.Hu= go car. Id eſt omnia facta dicta & cogitata mea pa= tent in conſpectu tuo, quod debet monere homi= nem ad tuę legis obſeruantiam.Caſſiodo.Vel hoc dicit,vt non ſuis viribus,ſed diuinæ potēti ę ſuum poſſe deputaret.Gloſa.Nam aliter nulla via bona eſt,niſi,quam illuminat deus.

Motiuū ad legis dei obſeruantiā.

¶Thau.

APpropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo do mine, iuxta eloquiū tuū da mihi intellectum. clxix

Caſſiodo. Glo. In poſtrema litera Chriſto deſiderat proxi mare,precās vt veniat & ouem perditam reuocet, ſtudioſius ſe purgās quanto fruitur vicinitate vir= tutis.Hugo car.Glo. Et huic octonario præmitti= tur hæc litera,Thau,quæ interpretatur errauit vel conſummauit,quia hic dicit vir iuſtus ſe olim er= raſſe,ſed nunc velle deo appropinquare,per quod habetur conſummatio. Ambro. Gloſa.Id eſt vita æterna.Lyra.Et petitur hic augmentatio iocundi= tatis annexæ contēplationi.Ait ergo.Appropin= quet deprecatio mea in conſpectu tuo. Caſſiodo. Idem.Per effectum exauditionis. Glo. Hugo car. Dilexi,cuſtodiui,ſeruaui mandata tua. Iniquitatē odio habui,&,ſepties in die laudem dixi tibi(Ideo appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo.) Caſſiodo.In quo oſtēdit multum eſſe longe a deo præſentiam peccatorum,quoniam illi nulla fiunt proxima,niſi,quæ fuerunt ſanctitate purgata.Et ideo non ait appropinquē ego,ſed appropinquet deprecatio mea.Hugo car.Quæ autē ſit iſta depre= catio oſtendit ſubdens(Iuxta eloquiū tuum da mi hi intellectum.)Auguſti.Glo. Id eſt iuxta promiſ= ſum tuum,promiſit enim hoc dominꝰ,vbi ait.in= tellectum tibi dabo & inſtruam te.Hierony.Da mi hi ergo talē intellectū, vt nihil aliud q̄ quod opor= tet exorem.Caſſiodo.Non enim petit intellectum mundanum,ſed intellectum ſecundum eloquium dei,qui proficit ſemper ad vitam, ne per humanā prudentiam vaneſcat.Lyra.Ad exprimendum au tem magnum deſideriū petitionis ſuæ,ſubiungit.

Que deo proxima dicātur.

INtret poſtulatio mea in conſpectu tuo,ſecundum eloquium tuum eri= pe me. clxx

Caſſiodo.Hugo car.Glo.Gradatim enim aſcendit ſancta petitio,nā qui ante dixerat.Appropinquet nunc dicit,intret quod plus eſt. Prius enim fuerat vt appropinquaret,deinde vt ad conſpectū dei in= trare potuiſſet,& nihil applicemus,humanæ virtu ti,ſed omnia per eius gratiā cognoſcamus imple= ri. Hugo cardi. Intret ergo poſtulatio mea, id eſt oratio pro amouendis malis,tam culpæ q̄ pœnæ. Idem.Glo.Eſt enim deprecatio,de adhibēdis bo= nis,poſtulatio vero de amouendis malis(In con= ſpectu tuo.)Hugo cardi. Id eſt in corde,vbi tu con ſpicis,vel vſq; ad conſpectum tuum.vt ſcilicet con ſpicias,id eſt exaudias(Et ſecundum eloquiū tuum eripe me.) Glo. A labe,ſcilicet carnis per eloquia tuæ legis. Hugo car. Secundum eloquium tuum, id eſt promiſſum quo promittis tribulatis auxiliū & liberationem & etiam glorificationem,iuxta il= lud,cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.Glo. Ideo autem hæc duo petit, ſcilicet,da mihi intellectum & eripe me,quia acci= piendo intellectum eripitur, qui per ſeipſum non intelligendo decipitur.Da ergo mihi intellectum, quia tunc.

Appropinquet intret differ

Quod ſit depræcatio et poſtulatio.

171 ✠ Alias fũdant.

Ructabũt ✠ labia mea hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas.

(Eructabunt inquit labia mea hymnum.) Hugo car. Id eſt laudem diuinam & iocundam. Caſſio. Hugo car. Tunc enim hymnum eructuat, quando non humano ſenſui, ſed diuino famulatur. Hugo car. Hymnum autem tunc eructabo(cum docueris me iuſtificationes tuas)id eſt præcepta tua facientes iuſtificationem. Caſſiodo. Tunc enim gratiam ſuę deuotionis promittit, cum domini dona ſuſceperit. Ambro. Hugo car. Aliter enim non eructaret, niſi, ille qui vnus eſt magiſter doceat. Grego. Quia mutum eſt os quod loquitur, niſi deus aſpiret verba quæ loquatur. Hierony. Si vero per puram conſcientiam reſerata fuerint a te labia mea, tunc dignum laudationis proferent hymnum. Gloſa. Qui autem didiſcit, iam vult docere. vnde ſubdit.

Hymnũ cantare.

Os mutum licet loquat.

172 Ronunciabit lingua mea eloquiũ tuum, quia omnia mandata tua æquitas.

Hugo car. Quaſi dicat. Cum me docueris iuſtificationes tuas, dicit vir iuſtus, nõ ſolum laudabo, ſed edoctus alijs prædicabo(pronunciabit inquit lingua mea eloquiũ tuum.) Idem. Non mea vel philoſophorũ verba, quæ plus habent vanitatis q̃ veritatis, vel vtilitatis. Glo. Caſſiodo. Non ocioſum verbum vnde reddẽda eſt ratio, ſed eloquiũ tuum. vnde ſalus, nimis enim culpabile eſt, relictis diuinis eloquijs tantis muneribus plenis, ad ineptas mundi fabulas & ocioſa verba tranſire, quæ non ſolum non proſunt, ſed etiam obſunt, dicente domino, de omni verbo ocioſo nos reddituros rationẽ. Quare autem diuina eloquia, ſemper pronunciari debeant. Sequitur. (Quia omnia mãdata tua æquitas.) Hugo cardi. Id eſt æquitatis plena, quia quicquid præcipis eſt ęquum. Hierony. Nihil eſt enim aliud in eloquijs tuis domine, niſi pax, & æquitas, & vita, hoc ergo corde credam, hoc labijs loquar, hoc lingua pronunciabo. Glo. Sciens autem iſte quæ pericula ſequantur docentem a contradicentibus, addit.

Matt.12

173 Iat manus tua vt ſaluet me, quoniã mandata tua elegi.

Hugo car.(Fiat inquit manus tua)id eſt auxiliũm tuum, vt ſaluet me a periculis & malis ingruẽtibus, vt ſine timore pronunciem eloquia tua. Caſſiodo. Glo. Vel cum dicit man⁹ tua (dominum deſignat ſaluatorem, per quem facta ſunt & regũtur vniuerſa.) Manus enim patris Chriſtus eſt. vnde Eſayas. Et brachium domini cui reuelatũ eſt, & alibi. Dextera domini fecit virtutẽ. Fiat ergo manus tua ex ſemine Dauid, vt qui eſt creator ſit & ſaluator. Gregorius ſuper Ezechielem. Ideo autem dicit(fiat) quia manus dei quę per diuinitatem non eſt facta ſed genita. per humanitatẽ facta eſt, vt humani generis vulnera ſanaret. Caſſio. Glo. Poſtulat itaq; dominum ſaluatorem, hac ſcilicet fiducia(Quoniã mandata tua elegi.) Caſſiodo. Hoc enim dicẽs omnia ſe pericula amore domini poſtpoſuiſſe teſtat. Hugo car. Elegi itaq;, id eſt, extra omnia alia legi

Brachiũ domini. Eſaye. 53. pſalmo. cxvii quomodo xp̃s genit⁹ et factus.

mãdata tua, in quibus promiſſa eſt incarnatio. Ex quo fiducialiter peto. Quia.

Oncupiui ſalutare tuum domine, & lex tua meditatio ✠ mea eſt. 174

✠ Alia li. volũtas mea eſt.

Augu. Caſſio. Glo. Hugo car. Concupiui inquit ſalutare tuum domine, quaſi dicat. Alij alia quærũt. Ego autem non niſi ſalutare tuum, id eſt Chriſtũ, per quẽ ſit ſalus. Quem nunc aperte petit qui pri⁹ in enigmate petierat. Et eum quem prius antiqui patres cupierũt naſciturum, eccleſia nunc cupit a dextra patris venturum, & ideo lex tua meditatio mea eſt. Augu. Glo. Quia lex perhibet teſtimoniũ Chriſto. Ambro. Glo. Qui autem cupit ſalutẽ dei, meditatur in lege, nec inde auertitur aliqua cura ſeculi huius, cui iugis eſt meditatio diuinorum ſecretorum. Gloſa. Et licet occidatur caro quæ te prædicat. Tamen.

Iuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. clxxv

Hugo car. Quaſi dicat. Fiat man⁹ tua vt ſaluet me, quia per eam(viuet anima mea.) Idem. Lyra. Vita gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro(Et laudabit te) Lyra. Laude ſcilicet imperfecta in pręſenti vita, & perfecta in futura. Caſſ. Laudabit inquã cantico nouo, quod homo ille ſalutariter innouatus cãtare debet. Ad ipſum enim loquitur, quẽ deſiderat intueri, promittẽs animã ſuã in ęternũ viuere, quã ſalutariter nouerat crediſſe, cum autẽ dicit(Et iudicia tua adiuuabũt me.) Caſſ. De iudicijs illis dicit, quæ ſe in famulis ſuis domin⁹ promiſit eſſe facturum, cũ ſcilicet dicet. Venite benedicti patris mei. Tũc enim perfecte credit ſe adiuuãdũ, quãdo erit iuſtorũ numerus ad dexterã collocãdus. Hugo car. Vel iudicia illa, quib⁹ iudicabit deus bonos & malos, reddẽs ſingulis iuxta opera ſua, adiuuabũt me, in præſenti per timorẽ, & in futuro, quia a malo liberabũt, & vitã æternã dabunt, vel iudicia, ſunt flagella, quib⁹ diſcernit in præſenti filios a nõ filijs. Nã illos flagellat, iſtis parcit. Ambro. Glo. Vel adiuuabũt me per fidem, quia, qui credit non damnabitur. Proderit enim illi fides, & ſuffragabitur ad veniam. Etiam ſi qua in operibus offenſa ſit. Hugo cardi. Conſequenter & nouiſſime aperitur, quæ perſona per totum pſalmum loquebatur, ſcilicet generalis iuſtus, qui ne de bonis prędictis ſuperbire videretur, hic humiliter ſe erraſſe cõfitetur, nec poſſe redire, niſi a domino quæreretur, ſicut ouis errans ad ouile non reuertitur, niſi a paſtore reducatur. Dicit ergo.

Rraui ſicut ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum domine, quia mãdata tua non ſum oblitus. clxxvi

Alia lſa. perierat

Caſſi. Vox enim iſta, vox eccleſiæ eſt & omniũ electorũ, ſicut & totus pſalmus iſte. Ait enim ille homo generalis qui in Adam errauerat lege peccati, & ad caulas domini, ſuis viribus redire nõ poterat, quoniã munus illud ſapiẽtiæ perdiderat quod habebat(Erraui.) Idem. Glo. Id eſt quaſi a via tua diſceſſi, & vitiorum inuias ſolitudines cęcus intraui. Et ſubiungit illam euangelicã comparationẽ, vbi dicitur, q̃ paſtor relictis nonaginta nouem ouibus in deſerto, iuit quęrere centeſimam perditam.

(Sicut ouis inquit quæ perijt.) Caſſiodorus. Ouis enim iſta, vnica eſt cunctorum fidelium congregatio, quoniam vnus grex, & vnus eſt paſtor. Hugo cardinalis. Recte autem error hominis, errori ouis comparatur. Nam ſicut ouis perdita, per ſe nō valet reuerti ad caulā, niſi a paſtore repetatur, ſic nec homo poſt peccatum redire valet ad eccleſiam, niſi a Chriſto requiratur. Caſſiodorus. Et vide q̄ infirmæ rei comparati ſunt homines quando Chriſti gratia deſeruntur. Oui ſcilicet erranti quæ periculis patet, quæ direptionibus luporum expoſita, quam non fuga eripiat, nec corporis defendat valitudo, ſed quicquid libitum eſt inſidiāti perferat, cum eam vis corporis nulla defendat. Vnde bene dictum eſt quæ perierat, vt cognoſceres eam miſericordia domini fuiſſe repertam, qui errantia recolligit & perdita bonitate ſuæ pietatis acquirit. Gloſa. Quod vt perficiatur, orat, dicēs. (Quære ſeruum tuum domine.) Caſſiodorus. Chriſto hoc dicitur. Quære inquit tu Chriſte, quoniā homo infirmus te non poteſt quęrere, additur quoq; requiſitionis cauſa, quia ſcilicet. (Mādata tua non ſum oblitus.) Idem. Quoniā iſte iuſte requirit, qui mandata dei non probatur oblitus. Hugo cardinalis. Et licet ea non fecerim cum erraui, tamen non ſum oblitus. Vnde & ſi aliquando peccet homo, non tamen debet dimittere alia quæ tenetur facere.

¶ Pſalmus. cxix.

¶ Titulus.

Canticū graduū.

Lyra. Dicit ꝙ ſibi videtur ꝙ pſalmꝰ iſte ſit oratio alicuiꝰ ſancti viri pro liberatiōe populi Iſrael de captiuitate Babylonica. Et ſic proſequit eius expoſitionē ad literam.

Auguſtinꝰ. Glo. Caſſiodorus. Hugo cardinal. Beatitudinem quam ſuperior pſalmus vnita varietate meritorum cantauit. Iſti ſequentes pſalmi, ordinatis quindecim gradibus, tam pſalmorum q̄ meritorū, in ſacramentum veteris & noui teſtamenti explicant. Septenarius enim ad vetus propter ſabbatum, octonarius ad nouum teſtamentū pertinet. Patres namq; veteris teſtamenti hebdoadi, id eſt ſeptenario ſeruiebant. Obſeruabant enim ſeptimum diem, id eſt ſabbatum ſeptimam ſeptimanam, ſeptimum mēſem, ſeptimum annum, & ſeptimū annum ſeptimę decadis qui iubileus dicitur. Patres vero noui teſtamenti obdoadi ſeruiunt, id eſt octonario, quia ſeruant octauam diem quæ dominica dicitur. Et octauam martyrū. Et octauam reſurrectionis expectāt. Ideoq; per octonarium & ſeptenarium duo teſtamēta ſignātur. Vnde Salomon. Da partes ſeptem, necnon & octo. Quindecim ergo graduū fit diſtinctio, vt per hoc ſignificetur duorum teſtamentorum doctrina in his gradibus cōtineri. Et ſunt hic quindecim gradus, ſicut in templo Salomonis totidem erant gradus, quibus aſcendebatur in templum, quod eſt figura cœleſtis templi, ad quod his gradibus aſcenditur, hæc etiam eſt ſcala Iacob, in qua vidit aſcendentes & deſcendentes angelos. Caſſiodorus. Cum autem gradus audimus in pſalmis, non terrenum aut corporeis greſſibus ſubeundum nobis aliquid ſuſpicemur, ſed mentis accipiamus aſcenſum. Et ideo præmiſſum eſt canticum, vt hoc potius ad animæ prouectum applicar debeamus. Sed gradus iſte humilitatis eſt aſcēſu e confeſſio peccatorū, ſicut in octuageſimo tertio pſalmo dictum eſt. Aſcenſiones in corde ſuo diſ poſuit in valle lachrymarum. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Primus itaq; gradus eſt a malis ſæculi exire & vniuerſæ vanitati renunciare. Caſſiodorꝰ. Glo. Nam initium profectus eſt, carnalia vitia relinquere, & domino ſupplicare. Idem Hugo cardinalis. Vnde in veteri lege, quando emebatur mancipium gentile, radebantur vngues eius, & capilli tondebantur, quia oportet vanitatem quanq; exuere, vt quis dei obſequio mancipetur, intentio igitur authoris in hoc pſalmo eſt, monere ad aſcēſum virtutū & gaudiū ſpirituale. ¶ Et diuiditur in duas partes. Nam primo, quia aſcendere incipiens multos inuenit obſiſtētes, & maxime detractores & malos conſiliarios, propterea a linguis eorum petit liberari. Secūdo, de permixtione malorum conqueritur, ibi. Heu mihi. Gloſa. Iuſtus ergo volens exire, de malis quibus præmebatur, Ait.

Septenarius numerꝰ.

Gradus in pſalmis.

Pſalmi Diuiſio.

1 AD dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Caſſio. Hic enim inchoatur primus virtutum gradus, in quo ꝓpheta terrena vitia derelinquēs, confeſſione lachrymabili, petit ſe de mundi iſtius tribulatione liberari, dicens. (Ad dominum.) Hugo cardinalis. Qui omnia poteſt & omnia ſcit & benignus eſt. (Cum tribularer.) Suggeſtionibus dæmonum. Linguis aduerſantium. Et iniurijs perſequentium (Clamaui) corde, vt Suſanna, quia nō clamor, ſed amor clamat in aure dei. Ore, vt Chriſtus. Et opere, vt Moyſes (Et exaudiuit me) id eſt ad effectum audiuit liberando me, & ad gradum aſcenſionis conſtituendo. Caſſiodorus. Exauditum enim ſe dicit, quoniā in tribulatione clamauit. Dominus enim neſcit differre, quem compuncto corde ſibi ſenſerit ſupplicare. Hieronymꝰ. Oportet autem vt non vocis elatione, ſed cordis humilitate proclamemus ad deum, ſi cupimus exaudiri. Caſſiodorus. Et inſpice q̄ ſit pulcherrimꝰ ordo dictorum. Primo namq; poſita eſt tribulatio. Deinde exclamatio. Tertio exauditio, vt per ordines certos ad dominum conſtet vota peruenire fidelium. Sequitur.

Danielis.13.

2 DOmine libera animam meam a labiis iniquis, ✠ & a lingua doloſa.

✠ Hebr. a lab o mēdacij.

Hugo cardinalis. Quaſi dicat. Quia me poſuiſti in gradu aſcenſionis, incipiunt contra me irriſiones, detractiones, & aduerſiones, a quibus per me expediri nequeo. Idcirco. Domine qui omnia ſcis & potes & benignus es, libera animā meam, quam creaſti ad ymaginem tuam, & redemiſti ſanguine tuo. A labijs iniquis quę derridēt, quę iniqua ſuadent, & prohibendo deterrent. Et a lingua doloſa, quæ ſub ſpecie conſulendi plus nocet, dum dicit. Vide quid facias. Magnum quippe eſt. Forte deficies & turpe erit. Caſſiodorus. Quid te crucias, vt ſæculi honores fugias, & humana blandimenta dere=

linquas,vt & iſtum mundũ perdas,nec ibi ad quod deſideras,aliquando peruenias.Noli ergo te claudere.Noli te ieiunio fatigare,reſtat enim tempus cum iſta facias.Auguſt.Glo.Hæc & his ſimilia patitur homo,cum incipit, id eſt cum cogitat proficere contẽpto ſæculo ſoli hærens deo. Tunc enim incipit pati linguas aduerſantiũ,quas qui non patitur,nondum proficere conatur.Caſſiodorus.Petit ergo propheta ſe liberari a malis & iniquis ſuaſionibus, vnde humanũ genus corruit ſuggeſtio, ne ſcilicet ſerpentis ad Aeuam dicentis.Comedite & eritis ſicut dij.Hugo cardinalis.Deinde vir iuſtus more deliberantis & quærentis remedium ſibi ipſi quaſi alteri,ait.

3 QVid detur tibi aut quid apponatur tibi, ad linguam doloſam.

Caſſiodorus.More enim nimis cogitãtis hæſitat, & quærit remedium contra facinus tam immaniſſimum,dicens. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi. Hugo cardi. Glo.Vel dominus loquitur volens eum exercere,quaſi dicat.Tu petis auxiliũ, & quid detur tibi aut quid apponatur tibi, id eſt quid poterit tibi dari auxilij,vel conſilij,vel remedij,quo minuaris (Ad linguã doloſam)id eſt,contra linguam doloſam,quę iniqua ſuadet,vel conſulendo nocet,vel deterrendo prohibet.Auguſtin⁹. Interrogauit ergo exercens & ipſe dicturus quod interrogat,reſpondet ſubiciens ſibi interroganti. Gloſa. Vel ipſe dominus reſpondens interrogationi,ait.

Lingua doloſa.

4 SAgittę potentis acutę,cum carbonibus deſolatorijs. ✠

✠ Hebr. iuniperorum.

Caſſio.Ecce illud remediũ inuenit quod labia iniqua deſtruat.Hugo car.Et poſſunt hæc eſſe verba viri iuſti, vel domini interrogationi ſuæ reſpondentis.Sagittæ inquit potentis acutæ,quaſi dicat, tu quęris quod remediũ poteris inuenire,ne impediaris ab aſcẽſu, duo poteris habere,ſcilicet,verba ſacræ ſcripturæ & exempla ſanctorũ. Caſſio.Verba enim diuinæ legis ſunt,quibus corda aduerſantiũ velut quibuſdã iaculis transferãtur,ſicut ſcriptum eſt.Sagittæ paruulorũ factæ ſunt plagæ eorũ.Auguſti.Glo. Quibus etiã ſagittatur cor ad amorem dei,vt fiat in eo vulnus amoris,non liuoris,vnde vulneraſti cor meum charitate.(Cum carbonibus deſolatorijs.) Augu.Glo. Hugo car.Carbones iſti ſunt exempla conuerſorũ ad deum,qui prius mali fuerũt,& poſtea de morte peccati,ad vitam gratiæ conuerſi ſunt,& multũ in virtutibus profecerunt, vt Paul⁹,Mathe⁹,Maria,Dauid,& multi alij prius delicati.Qui bene dicũtur carbones,quia,de mortuis reuiuiſcũt,igne charitatis calefacti,& ſuo exẽplo alios accendunt vt viuant. Hi etiam bene poſt ſagittas apponũtur,quia poſt exhortationem verborum,exemplis agendum eſt.Hugo card. Iſti autem carbones, ideo dicuntur deſolatorij,quia per applicationem inflammant & incendunt ad amorem dei,& vaſtant ſibi & proximis carnalem affectionem & ſæcularem amorem.

Claua ꝗ inimico tũ in uiſ pulſam⁹

carbões.

5 HEu mihi quia incolat⁹ ✠ meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantib⁹ Cedar multũ incola fuit anima mea.

✠ Alias peregrinatio mea eſt ꝓlõgata

Hugo car. Secũda pars,in qua de incolatu & permixtione malorũ conqueritur. Hiero. Cuius enim cõuerſatio in cœlis eſt,peregrinatur in hoc corpore,& hęc peregrinatio lõga ſibi videtur,quia quod ſuſcepit per ſpem nõ contẽplatur in ſpecie,ideoq; quaſi triticũ inter paleas gemens,ait.(Heu mihi.) Caſſ.Sermo naq; iſte dolẽtis eſt,ꝙ huius mũdi ꝓlixitate fatigetur.Augu.Glo.Hugo car. Quaſi dicat accepi ſagittas & carbones iã factus triticũ:ſed adhuc in area,adhuc iter malos ſum. Et ideo(Heu michi quia incolatus meus prolongatus eſt)id eſt huius ſęculi peregrinatio,in quo video multa mala quę ante non viderem.Nulli enim homini apparent mali,niſi ipſe factus ſit bonus,quod dominus docet in parabola qua dicitur,ꝙ cũ creuit hęrba & fructũ fecit apparuerũt zizania.Caſſ. Incolatus autẽ,ideo ſignificat peregrinationẽ,quia incolas dicimus eos,qui,ad tẽpus alienas terras colunt, & a patria ſua longe ſe iuncti ſunt.Quod autẽ dicit prolongatus eſt,affectũ nimiũ deſiderãtis expreſſit. (Habitaui cum habitãtibus Cedar.) Hiero.Caſ. Hugo car. Id eſt cum malis & inquietis hominib⁹ (Cedar)enim hebræũ nomen eſt,quod noſtra lingua interpretatur tenebræ,ſignificat præſentem mundũ,in quo malitia regnat,& amatores ipſius tenebroſis actibus inuolutos occupat.Caſſio.Glo. Et vt verbi huius noſcamus originẽ,Cedar fuit filius Iſmael,qui genti ſuæ nomẽ dedit,cuius fines vſq; ad Medos,Perſaſq;,Protelati,ſunt hi nũc Sarraceni appellãtur,quo vocabulo ſignificat peccatores,inter quos ſe adhuc habitare ſuſpirat,dicẽs. (Multum incola fuit anima mea.)Hugo car.Quaſi dicat.Nõ eſt mirum ſi doleo & gemo,quia multũ (Incola fuit anima mea)in hoc mũdo,vbi eſt peregrina quadiu ibi eſt.Hiero.Deſiderabã enim diſſolui & eſſe cum Chriſto.Caſſ.Et ne iſtam peregrinationẽ corporis tantũ fuiſſe iudicares,adiungit (Anima mea)quia ſanctorũ mens hic incolatũ patitur,vbi ſub nulla delectatione habitare cognoſcitur.Augu.Glo. Nam ſicut corpus peregrinatur locis,ita anima peregrinatur affectibus,quæ ſi deum amat, aſcendit ad deum, ſi vero terram amat,a deo peregrinatur. Sequitur.

CVm his qui oderunt pacem eram pacificus, ✠ cum loquebar illis impugnabant me gratis. 6

✠ Hebr. ego pacificus loquebar illi bellabant.

Caſſ.Glo.Quaſi dicat,non ſolũ longus,ſed & grauis fuit incolatus iſte.Quia.(Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.)Hiero. Implens illud apoſtoli. Si poſſibile eſt cum omnibus hominibus pacem habẽtes,Caſſiodo. Ille autem odit pacem qui non amat Chriſtum.Qui(vt ait apoſtolus)eſt pax noſtra qui fecit vtra vnum. Hugo cardi. Tunc vero vera pax ſeruatur,cum mali patienter ſuſtinentur a bonis cum his dico eram pacificus. (Et cum loquebar illis.)Admonendo & corrigẽdo illi(Impugnabant me)verbis & factis(Gratis)id eſt ſine cauſa. Hierony.Ego enim annunciabam illis pacem, ſed pacis inimici,non ſolum eam non recipiebãt, verumetiam prædicatorẽ pacis,ſuis nequitijs impugnabant.Caſſiodorus. Impugnare autem a pugna tractum eſt quod furioſis reuera cõuenit & ſuperbis. Gratis vero dicim⁹quod nullis culpis pręcedentibus ſuſtinemus.

Pacem qs odit.

Pſalmus.cxx.

¶Titulus. Canticum graduum.

Lyra.Pſalm⁹ iſte eſt oratio pro bono ſtatu populi de captiuitate reuerſi.

Caſſiodorus.Glo.Car.
Iſte eſt ſecundus gradus, id eſt ſecundus pſalmus gradualis, in quo vir iuſtus petit diuinam defenſionem, cui nihil poſſe obuiare mōſtratur. Idem. Aug. Cui enim de mundo exeunti pericula occurrunt, expoſcere debet diuinum auxilium. Et ideo qui ſupra gemebat cōtra malorum inſidias hic cōtra eas orat iuuari. Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Et diuiditur in duas partes. In prima oculos leuat & orat. In ſecunda quod orauit confirmat, oſtendens virtutem auxilij impetrati. ibi. Dominus cuſtodit. Glo. Qui ergo ſupra quaſi inclinatus clamauit, iam reſpirans, oculos ad interceſſores leuat dicens. *Pſalmi. Diuiſio.*

1 Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. *Secūda pars.*

(Leuaui inquit). Car. Ideſt ſurſum direxi. Caſſiodo. Leuare enim eſt aliquid ad altiora traſferre (Oculos meos). Hiero. Spirituales vtiq;. Cardi. Glo. Et interiores. i. deſideria & cogitationes. Caſſiodo. Seu cordis aſpectū de quibus in alio pſalmo. Reuela oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua, & iterum preceptum domini lucidū illuminans oculos (In mōtes). Cardi. Caſſiodorus. Id eſt ad ſanctos viros, qui dicuntur montes propter eminentiā vitæ, & quia prius radios ſolis recipiunt. Caſſiodorus. Hiero. Vel ad libros diuinos prophetarum ſcilicet & legis. Caſſiodo. Vel ad angelos, qui magnitudine & firmitate ſua, vere montes ſunt. Vnde veniet auxilium mihi. Card. (Vnde) id eſt a quibus ſanctis ſcilicet (Veniet auxilium mihi) Sicut a montibus humoris & ſplendoris beneficium deſcendit ad valles. Hierony. Vel a ſcripturis auxiliū mihi veniet, quia in eis dominum auxiliatorem omnium venire ſuſpicio. Caſſiodorus. Sed ne forſitam ſpem noſtram in montibus conſitis ſyluis, aut ſaxis ſcalentibus poneremus, vnde nobis veraciter venire poſſit auxilium ſequēs verſus oſtendit, cū dicitur. *Interiora lumina.* *vnde nobis auxilium.*

2 Auxilium meum a domino qui fecit cœlum & terram.

Glo. Card. Auxilium inquit meum, per quoſcūq; detur eſt a domino, non ergo de illis eſt preſumendum, immo de domino, quia & hi de plenitudine eius accipiunt, illi tamen miniſtri ſunt illuminationis, ſed deus auctor eſt, qui lux eſt vera. Caſſio. Et ne putares dominum alterū, quoniā hoc equiuocum nomē eſt, dicit. (Qui fecit cœlum & terrā) ſignificans verbum per quod facta ſunt omnia. Hiero. Ab illo ergo auxilium preſtolor, per quem pater cœlum terrāq; locauit huic iam vir iſte pro fide ſua ab ſpiritu ſancto reſponſum accepit conſolationis. Ait enim. *quoniā. omnes dii gētiū demonia pſal. xcv.*

3 Non det in cōmotionem pedē tuū: neq; dormitet qui cuſtodit te.

Glo. Letus enim iſte ſcilicet vir iuſtus de tali auxilio, ſibi ipſi loquitur dicens (Non det) Card. Id eſt non dabit dominus ſcilicet (In cōmotionem) ruynę (Pedem tuum) id eſt affectum tuum. q. d. Dominus non ſinet te cadere quādiu ſperabis in eo. Caſſiodor⁹. Pes enim eſt pars vltima corporis noſtri, qui mentis imperio, nos permutatione locorum tranſponens, ſignificat cogitationes noſtras per quas in bonas malaſq; partes accedimus. Hos itaq; pedes optat propheta ne peccatorū lubricatione vertantur, & ne ſtante corpore ruynam ſuſtinere videatur in corde. Glo. Nō ergo det in commotionem pedem tuum. vt cadas per ſuperbiam qua cecidit angelus, & de angelo factus eſt dyabolus. Ad proficiendum enim non mouet pedem niſi charitas, nec ad cadendum niſi ſuperbia (neq; dormitet) Car. Hoc eſt nō permittet te dormittare. i. pigritare, ſi fas eſt dicere quod plus eſt nec ſinet te cadere a fide domin⁹, qui cuſtodit te omni tempore. Augu. Caſſio. Glo. Dormitare autem dicitur deus quando nos in eius fide tepeſcimus in quo enim non dormit fides vigilat Chriſtus. Nam ſi nos ab eius contemplatione diſcedimus, ipſe quoq; a noſtra defenſione ſubtrahitur. Glo. His autem duobus duo alia reddit, ſubdens. *hois pes* *dormire*

4 Ecce nō dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael.

Car. Quaſi dicat bene dico q nō dormitabit quia (ecce) palā eſt q nō dormitabit, id eſt nō ſinet dormitare te (Neq; dormiet). Glo. Qui eſt cuſtos qui non dormit, qui ſcilicet cuſtodit Iſrael. Hiero. A quo ſine vlla intermiſſione cuſtoditur qui eū ſpiritualium oculorū intentione perſpexerit. Caſſiodo. Si ergo fueris Iſrael, id eſt vir videns deum nō dormitabit tibi de⁹, quia reuera talis in nobis aſpectus eius redditur, qualis in ipſo fuerit noſtræ mentis intuitus. Iſrael enim interpretatur, vir videns deum. Illi autem veraciſſime vident deum, qui non ſolum eius humanitatem, ſed etiā diuinitatis contemplantur abſq; dubitatione potētiam Gloſa. Sed ne forte putares hoc dictum de aliquo hominum, ſubdit. *deum ergo noſſe habere.*

5 Dominus cuſtodit te, dominus ꝓtectio tua ſuper manum dexterā tuam. *Secūda pars.*

Glo. Cardi. Secunda pars in qua quod orauerat affirmat. Et quaſi quis quęreret. Quis eſt ille cuſtos ſubdit. Dominus cuſtodit te. Hierony. Caſſiodo. Ipſe ſcilicet qui fecit cœlum & terrā, quia tamen qui eā non fecerunt pereunt ex ea. Glo. Cuſtodit ſiquidem. primo per fidem, poſt videntes per ſpeciem. Caſſiodo. Et ne iſta cuſtodia aliquid dubietatis habere potuiſſet. Addidit (Dominus protectio tua). Idē. Vbi eſt enim diuina protectio, quis dubitet ſecurā illi eſſe cuſtodiā. (Super manū dexteram tuā.) (Hiero. Ille igitur te protegit, ne opus tuum dextrum. i. bonum, pars impediat inimica. Auguſti, Caſſiodo. Gloſa. Per dexteram ſen im. hic ſpiritualia bona intelliguntur quę per ſiniſtram id eſt per temporalia impediuntur, niſi deus cuſtodiat. Dextra namque dei eſt æterna fœlicitas. Siniſtra vero mundana. & quę a deo eſt, ſicut in ꝓuerbijs dicitur. Longitudo dierum & anni vitæ *opus dextrum.*

in dextra eius, & ſiniſtra eius diuitiæ & honor. Ideoq; ad dextram locandi ſunt qui æterna quæſierunt, ad ſiniſtram qui terrena. Glo. Et ideo neceſſe eſt vt te protegat quia ſi te protexerit.

vt + hebr: ...

PEr diem ſol non vret te + neq; luna per noctem.

Card. Per diem inquit proſperitatis, ſol non vret te, id eſt ę ſtus inanis glorię vel auaricię vel luxurię, neq; luna. i. triſtitia, vel deſperatio ſubaudi vret te (per noctem) aduerſitatis. Cardina. Per diē enim & noctem, quod eſt ſol & luna, intelligimus aduerſa vel proſpera, quibus vita humani generis varia viciſſitudine continetur. Hiero. Iuſtus autem nec in proſperis eleuatur, nec in triſtib⁹ dicitur quod in die & nocte. hoc eſt in ſole & luna ſignificatur. Caſſio. Auguſti. Vel ille die ac nocte nō vritur, qui nec in bonis nec in malis actibus proximi ſcandalizatur. Auguſti. Glo. Vel deus eſt ſol dies ſapiētia, luna eccleſia, nox caro Chriſti. Qui ergo errat in deo a ſole vritur, & per diem, quia in ipſa ſapientia errat. Qui vero in eccleſia & in carne Chriſti ſcādalizatur, a luna per noctem vritur. Dominus ergo id eſt Chriſtus proteget te ne ſcandalizeris in cognitione deitatis ſuę vel humilitatis ſuę, ſed quare ſol & luna non vret te. Ecce quare. quia.

interdiu ac nocti non vri.

7 DOmin⁹ cuſtodit te ab omni malo. cuſtodiat animam tuam dominus.

Cardi. (Dominus) inquit qui omnipotens & omniſciens & benignus eſt (cuſtodit te ab omni malo). Idem Augu. Gloſa. Id eſt a ſcādalis in ſole & luna & a perſecutionibus ne ſcilicet noceat. Hierony. Ab omni malo inquam. i. ab omnibus inſidijs inimici. Caſſiodo. Per malum autem hic accipe non temporalia corporis incōmoda, quę amatores huius ſęculi ęſtimant eſſe grauiſſima, ſed illud malum quod diuinam gratiā tollit, animam perdit, totaſq; domini promiſſiones euacuat, deus enim permittit ſanctiſſimos etiam viros dolorib⁹ ingentibus cruciari. Animam vero cuſtodit, ideo addit. (Cuſtodiat animam tuam dominus. Quam ſolam ſeruat in ſanctis, qui corporis detrimento ęterne lucis munera cōſequūtur. Hierony. Ne eis pars poteſtatis aduerſę dominetur. Cardi. Iuſtorum enim animę in manu dei ſunt, & non tanget illos tormentum malicię. Idem. Glo. Deinde vir iuſtus ſibi ipſi loquens cuncta concludit, dicens.

8 DOminus cuſtodiat introitum tuū & exitum tuum ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.

Caſſiodo. Glo. Bonis enim initijs bonos exit⁹ adiungens ait (Dominus cuſtodiat introitum tuū). Caſſiodo. Hoc autem de martyrib⁹ dicit quorum intratus a domino cuſtodiendus eſt. Ne ante tormentorum violentia cedant, aut blādimentorum illectione ſeducantur, ſubiungit quoq; (& exitum tuum). Caſſiodo. Vbi eſt tota perfectio quando ſcilicet vſq; ad finem vitę permanet in eis vera irreprehenſibiliſq; confeſſio. Ipſe ergo tuetur introitum, ipſe cuſtodit, & exitum & vt vera, martyres profiteantur, & vt nulla pœnarum nimietate vincatur. Glo. Augu. Vel hoc dicit quia quando tentamur intramus, quando vero vincimus eximus intrantes ergo cuſtodit, vt ſana fide intrem⁹ & humiles ne vento ſuperbię crepemus, & etiam dum non ſinit nos tentari ſupra vires, exitum vero cuſtodit. Cardina. A tentatione vt victoriam det, & victorem remuneret. Glo. Ex hoc nūc & vſq; in ſæculum, quia cum exierimus ab omni tētatione, iam in æternum nihil nocebit. Caſſiodo. Vel quia quicunq; perſeuerauerit æterna beneficia poſſidebit. Hierony. Vel cuſtodit exitum tuum vt cum a corpore receſſeris ſua cuſtodia protegaris ne in chaos illud pręcipiteris vbi conſpicitur diues ardēs, ſed in ſinu Abrahę cum lazaro ſempiterna requie perfruaris.

¶Pſalmus.cxxi.

¶Titulus. Canticum gradu=um. +

+ addd dauid ex hebreo.

Caſſiodo. Glo. Cardinalis. Tertius gradus hic eſt confidere ſcilicet de peruentione in domū

Lyra. Dicit ꝙ ad literā pſalmus iſte eſt oratio Dauid exultantis in domino de ędificatiōe ciuitatis & templi quam pręuidit fiendā, per Salomonem filium ſuū.

domini quo aſcendit. Primum enim cāticum fuit gaudium de exitu a mundo. Secundum de impetrato diuino auxilio, Tertium de ſpe perueniendi in locum in quo aſcendit, in hoc enim cātico gaudet de diuino reſponſo, ꝙ poſſit libere peruenire quo tendit, intentione monens ad aſcenſum & deſideriū cœleſtis Hieruſalē. ¶Et diuiditur in duas partes in prima dicit ſe gaudere ſuper certificatione diuina, ꝙ ibit in domum domini, in ſecunda aſcenſuros ſe cum monet ad pacē, ibi. Rogate quæ ad pacem ſunt. Quia ergo de cœleſti ciuitate iam a multis multa audierat ipſum ad eam velut ad ſolemnem feſtiuitatem ire monentibus ex auditis ad modum lętus ait.

Pſalmi. Diuiſio.

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus. 1

1 Tertius gradus.

Glo. (Lętatus ſum inquit per ſpē quam habui) & gaudium (In his) Cardina. Id eſt pro his quę dicta ſunt mihi. Caſſ. Car. A ſpiritu ſancto qui corde meo tacita voce loquebatur. Audieram nāq; non a aure, ſed mente, nō ſermone ſed diuino ſpiramine. Hierony. Vel audieram per legem prophetas & apoſtolos. Cardina. Qui priores viderunt patriam, & inuitant nos vt curramus ad eā. Sed quæ ſunt illa quę dicta, ſunt Sequitur (. In domum domini ibimus) non manu factam. Hierony. Id eſt in cœleſtem Hieruſalē vbi ciues efficiemur ſanctorum, & domeſtici dei. Caſſ. O digna exultatio illuc ire contendere. vnde nunquam aliquis velit exire, domus enim hæc iuſtos tantū recipit, angelos continet in qua creaturarū omnium conſpicere merentur auctorem. Cardinalis. Et quia poſſet quæri vbi eras quando illa audiſti vnde ſic lætaris. Reſpondet dicens.

STantes erāt pedes noſtri, in atrijs tuis Hieruſalem. 2

Cardi. Ipſe enim quaſi ſecurus de peruentione, & quaſi elatus de gaudio ait (Stantes erāt pedes no=

ſtri).Glo. Id eſt affectus noſtri.Car.Quando illa dicta ſunt mihi, in atriis tuis,id eſt in introitu portarum tuarum,vel in penetralibus tuis.Hieruſalē. Non in illa quæ occidit prophetas & lapidat eos qui ad ſe miſſi ſunt. Caſſiodorus Sed in illa cœleſti domo ad quam deſiderat ſtudio ſummo peruenire,ibi enim ſtatur,vbi ſemper firma volūtate cōſiſtitur,& ibi vere dicitur ſtare in qua nullus poteſt cadere,hic autem ponuntur atria pro penetra- Atrium. libus.Nam atrium introitus domus eſt,in quo cōmorari nequeunt habitantes, ideo hic dictum eſt a parte totum.Hiero.Sed ne iſtam terrenam Hieruſalem putares,audi quid ſubiecit.

3 ✠ Hebr. ſimul. **Hieruſalem quę ædificatur vt ciuitas,cuius participatio eius in idipſum. ✠**

Glo.Non quidem illius Hieruſalem quę ſeruit cū filijs ſuis,quæ corporeis parietib⁹ erigitur.Idem. Auguſti.Non illius quæ prophetas occidit,ſed illius Hieruſalem,quæ ædificatur vt ciuitas.) Hierony.Caſſiodo.Aedificatur plane cœleſtis Hieruſalem quotidie de lapidibus viuis,ſuper fundamē tum apoſtolorū & propherarū,ab ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.Caſſio.Id eſt de confeſſoribus.Martyribus,& qui domino ſincera mente deuoti ſunt.Addidit autem vt ciuitas quatenus ſimilitudinē ciuitatis in illa eſſe monſtraret.Nam cum ſit omnis ciuitas dicta a ciuibus. Illa tamen verius ciuitas dicitur quę vnanimes ciues continere mōſtratur(Cuius participatio eius in idipſum).Auguſtinus,Caſſiodo. Id eſt ciuitatis ipſius participatio eſt in dominum ſaluatorem, qui eſt proprie in id ipſum(in idipſum) enim ſignificat In idipſum. ęternitatem quę nunquam deſinit eſſe quod eſt. Hie.Vel in idipſum,id eſt in vno eccleſię corpore per Chriſtū.Glo.Vel hoc dicit quia bonum quod erit ſingulorum erit omnium.Car.Glo.Nō enim potuit expreſſius dicere ſtabilitatem, & continuitatem & communitatē illius ciuitatis, q̄ vt diceret in idipſum,ibi enim bonum ſingulorum vnū erit & idipſum omniū,nec modo hoc,nec modo illud, ſed ſemp in idipſū. Gl.Sed qa quæri poſſet, vnde ſcis ꝙ illic ibimus.Reſpondet.

4 **Illuc enim aſcēderūt tribus tribus domini teſtimoniū Iſrael ad confitendum nomini domini.**

Caſſiodo. Vbi dicēdo illuc ſignificat ciuitatē Hieruſalem quā ſupra dixit,ad quā beati ſemper aſcendūt qui iugi exercitatione proficiūt illuc inquit aſcenderunt tribus in quibus erat Iſraeliticus populus diſtributus.Hierony.Glo.Cardi. Non quidem omnes.Nō peccato obnoxiæ(ſed tribus domini).Hierony. Quę cognoſcentes dominum ſequi non diſtulerunt quod etiam ad gentes eſt referendum.Caſſiodo.Quæ vtiq; ipſius eſſe non poterant niſi ei pura mente crediddiſſent.Caſſio.Car. Vnde quales eſſent iſtę tribus domini breuiter indicauit dicens(Teſtimonium Iſrael). Caſſiodor⁹. Id eſt qui teſtimoniū prębebāt ſanctitatem vt fuit probatio eorum qui deum vident. Teſtimonium enim confirmationem pręſtat ignorātibus vt credant qui viderint eos eſſe dei famulos actuū probitate conſpicuos.Non quidem ad ſe laudandum ſed(ad confitendum nomini domini.)Idē. Id eſt ad laudandum quia cum angelis omnes ſancti laudes domini celebrabūt.illud eſt enī verū teſtimonium Iſrael cū laudes domini deuotiſſimo amore cantantur.Car.Et quaſi aliquis quęſiuiſſet, iterum quomodo ſcis ꝙ ibitis in domum domini & ꝙ illic aſcenderunt tribus tribus domini.Reſpondet.

**Quia illic ſederunt ſedes in iudi- 5
cio ſedes ſuper domum Dauid.**

Car.Quia illic.i.in illa ciuitate ſuperna(ſederunt) Caſſiodo. Id eſt ſedebunt pręteritum pro futuro, quia omnia verba dei ſic firma ſunt,vt quāuis credātur eſſe vētura ſtabilitate ſui ęſtimes eſſe iā factā (Sedes in iudicio).Aug.Gl.Caſſ. Car.i.iuſti i quib⁹ de⁹ ſedet,& vnde iudicat quicquid iudicat vnde in libro Sapiētiæ.Anima iuſti thron⁹ eſt ſapiētię.Hi enim ſedebunt cū Chriſto ſuper.xij.ſedes vt iudicent,iuxta illud eiuſdem ſapiētis, iudicabūt ſancti nationes,iudicabunt autem illi qui omnia reliquerunt Chriſtum ſequentes.Caſſiod. Honorabilis profecto ſeſſio,& admiranda dignitas, per dei gratiā homines iudices fieri qui prius fuerāt peccatis faciētibus rei.Car. Deinde quæ ſint iſtę ſedes declarat repentes(Sedes ſup domum Dauid.) Idē.i.iuſti viri qui ſunt ſedes dñi, & ſunt ſup domū Dauid.Caſ. Gl. Id eſt ſuper familia Chriſti,cui dederunt eſcam in tempore. Verbū dei firmitas.

Rogate quę ad pacem ſunt Hieruſalem & abundantia ✠ diligētibus te. 6 ✠ Hebr. & bñ ſit his qui diligunt te.

Secūda pars. Car.Secunda pars in qua aſcēſuros ſecum monet, ad pacem ſine qua,non poteſt videri deus.Caſſio. Glo.Vel eos alloquitur qui ſunt,domino pręſtante,iudicaturi optās abūdātiā pacis.q.d. Vos qui ſedetis vt iudicetis rogate.i.interrogate. Rogate eī ſignificat hic nō ſupplicare ſed interrogate, interrogate ergo non quidem vocis interrogatiue,ſcilicet tacita mentis cōſideratione. Vos o ſedes qui ſedebitis vt iudicetis,iudicantē enim oportet cūcta rimari,interrogate dico(quę ad pacē ſunt Hieruſalem).Caſſiod.Pacificos enim quęrit domin⁹ qui charitate pleni ſunt & modeſtia pollent hæc enim & ſanctos vult quęrere quæ nouit dominū poſſe diligere. Quos dominus querit. Hugo cardinalis. Iſti ſunt qui miſericordię opera fecerunt qui recipientur in Hieruſalem ſupernam,de quib⁹ fiet diſceptatio in iudicio.Hieronymus.Rogate ergo hāc pacem & ſequimini eam vt,per dilectionem pacis fructū conſequamini ęternę beatitudinis.Hugo cardinalis. Vel rogate dominum vos qui vultis aſcendere ad domum dei vt det vobis ea quæ ad pacē ſunt Hieruſalem,id eſt ſine quibus non poteſt haberi pax ſupernę Hieruſalem,vbi eſt pax ſumma,pax continua pax pulchra, rogate etiam ea per quę eſt habundantia diligentibus te.Hieronymus. His ſcilicet qui relictis omnibus caducis deum ſuper omnia,diligūt. Ipſi enim abundantia bonorum cœleſtium perfruentur.Caſſiodo. Vel hoc dicit quia omnia bona illis abundare manifeſtum eſt qui diligunt Hieruſalem.Nam qui hic pauperes fuerūt ibi diuites.Qui hic temporales. Illic ęterni qui debiles illic indefecti.Cardina. Vir itaq; iuſtus deſi-

derans q ecclesia pacem haberet, & ea quę pacem conſeruant & faciunt, ait.

7 Fiat pax in virtute tua ✠, & abundantia in turribus tuis.

✠ Hebr. in muris tuis & abundātia in domibus tuis.

Augu. Glo. Fiat pax in virtute tua. i. in charitate, virtus enim iſta eſt charitas quę fortis eſt vt mors cui nil reſiſti cum venit, licet regibus & ignib⁹ & alijs poſſit reſiſti, quæ & occidit quod fuimus vt aliud ſimus. Et ideo comparatur morti & per hoc etiā quia per hanc reguntur infirma a firmis. Fiat ergo pax in virtute tua. Caſſiodo. Pax inquam illa quam nulla bella concutiunt, quam ſeditio nulla cōturbat, ſed ſine fine poſſidebitur, quod ibi Chriſti miſeratione confertur. Vnde pax iſta a paſcendo ſiue a parcendo dicta eſt. Sequitur. (Et abundātia in turribus tuis. Cardi. Id eſt in perfectis viris qui alios defendunt. Caſſiodo. Hęc autem eſt abūdantia de qua ſupra dixit, & abundantia diligentibus te. Per turres tamen hic ſignificantur martyres qui per abundantiam charitatis oppoſitione ſui corporis ciuitatem dei pia confeſſione deſcendunt, & quaſi eminētia ædificia ita hoſtibus fidei repugnare noſcuntur. Glo. Sed quia charitas eſt non noſtra ſed quæ aliorum ſunt quęrere, ideo cū de charitate diceret, ſubdit.

8 Propter fratres meos & ꝓximos meos, loquebar pacem de te.

Caſſiodo. Non enim propter vtilitatem ſuam temporalē, aut propter laudes vel cōmoda ſua locutū ſe dicit pacē illā futuri ſęculi, ſed. Propter fratres meos & proximos meos. Idē. Glo. Vt ſcilicet fratres & ꝓximi pacē iſtā deſiderantes, vnanimitatis ſe vinculo colligarēt (Loquebar pacē de te). Car. O Hieruſalē. Caſſ. In qua ſanctorū cœt⁹ eſt id eſt adunatio beatiſſima populorum & ſumma pax. Glo. Loquebar inquam, id eſt fratrib⁹ & proximis prædicabam. Hiero. Vt & ipſi ad conſummationē huius ędificij ſe perfectos exhibeant. Cardi. Deinde idem iterum repetit. dicens.

deſiderium pacis finis.

ix Propter domum domini dei noſtri, quęſiui bona tibi.

Auguſti. Glo. Quod non propter me quæſiui bona tibi. Nā nō tibi quęrerē, ſed mihi ideo nec ego haberē, quia nō tibi quærerē, ſed ꝓpter domū domini dei noſtri. Idē. Car. Glo. i. ꝓpter eccleſiā, propter ſanctos, ꝓpter peregrinos, propter inopes ei⁹ vt & ipſi cōſcendant, quia diximus eis. In domū dñi ibim⁹. Propter ipſam ergo domū, quęſiui bona tibi. Caſſ. Hieruſalem ſcilicet quę domus eſt domini. Ad quem bene refertur quicquid dilectionis impenditur. Hiero. Quęſiui inquam bona tibi. precando pacem proximis & fratribus.

¶ Pſalmus. cxxij.

¶ Titulus.

Canticum graduum.

ad te Dauid.

Caſſiodorus, Hugo cardina. Glo. Quartus grad⁹ eſt inter quaſlibet anguſtias de domino conſtanter confidere donec miſertur exaudiat, vnde qui prius ad montes oculos leuauit, nūc ad ipſum dominum lumina ſui cordis erexit, vt qui ſpiritualibus greſſibus celſiora nitebatur aſcendere, diuinæ ſe miſericordię fœliciter ꝓximaret. Titulus & intentio eadem quæ ſupra. Et diuiditur in duas partes, in prima dicit ſe in deum tantum confidere & non in alijs. In ſecunda vir iuſtus dominum deprecatur, vt donet ſibi miſericordiam ibi. Miſerere noſtri. Card. Igitur vir iuſtus ſicut ſeruus ſapiens qui flagellatus imperio domini ad ſolum dominum intendit donec iubeat parcere ait.

Lyra. Videtur pſalmus iſte eſſe oratio alicuius ſancti prohetę pro liberatiōe populi Iſrael ab afflictione inductam ꝑ Anthiocum illuſtrem primi Macab, ſecundo.

Pſalmi Diuiſio.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. 1

Quart⁹. gradus.

Hierony. In quo notandum q per ſingulos pſalmos quidam graduum ſunt profectu. Qui enim in primo dixerat. Ad dominum cum tribularer clamaui. Et in ſecūdo oculos ad montes ſe eleuaſſe narrauerat. Lętatus quoq; fuerat quia ſibi ingreſſus in domo dei fuerat repromiſſus. Nunc ad maius profecit, vt ad ipſum deum oculos leuet dicens (Ad te). Car. Nō ad aliū nec ad aliud (leuaui) Fide ſcilicet & ſpe quaſi duabus manibus (oculos meos) interiores ſcilicet affectionem & intentionem. Caſſiodo. Leuant enim oculos ſuos ſancti, in quacunq; tribulatione poſiti, ad dominum, & ad illū reſpiciunt a quo ſe veraciter poſſe ſaluari confidunt. Hiero. Aſcendēs nāq; quo leuaturus erat oculos niſi illuc quo tendebat & aſcēdere deſiderabat. Leuaui dico oculos meos ad te (qui habitas in cœlis). Cardina. Id eſt in angelis & ſanctis animabus qui per gratiam dicuntur cœli, ſicut & cupidi terra. Glo. Et quaſi aliquis quæreret. Quomodo leuaſti. Subdit per ſimile.

Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum. 2

Caſſiodo. Attendunt enim ſerui ad man⁹ dominorum ſuorum ſiue quando per eos deſiderant enutriri, ſiue quando pro culpis ſuis vapulare iubentur donec audiant parco. Cardina. Vel vt reddant eis mercedem ſuam. Caſſiodo. Quæ nos pariter cōuenit facere, vt ſcilicet oculos noſtros ſemper leuemus ad dominum. Et cum aliquam indigentiā ſuſtinemus, & cum pro aliquibus verberamur exceſſibus. Augu. Glo. Boni namq; attendūt & ſentiunt ſe cędi, & ideo oculos leuant ad dominum Mali vero perdiderunt ſenſum doloris, & eo ipſo grauius vapulant atq; cæduntur. Per manus autē hic poteſtatem accipe.

nomine manus

Sicut oculi ancillę in manibus dominę ſuæ, ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum donec miſereatur noſtri. 3

Hierony. Augu. Glo. Nos enim & ſerui ſumus & ancillę, & ille dominus eſt & domina, virtus enim dei eſt dei ſapientia. Caſſiodo. Glo. Vtrumq; autē ſexum ideo concludit, quia ſicut ſeru in manibus dominorum ſuorum, ſic & ancillæ attendunt in manib⁹ dominę ſuę. Ideo etiam ad ſimilitudinē de ſeruo & ancilla, domino & domina ne femine⁹

dei virt⁹

& debilior ſexus ſe exceptum putet. Caſſiodo. E quia omnes nos ſiue cum aliquid a domino proſperum petimus, ſiue cum torměta animi vel corporis ſuſtinem⁹, ad dominum ſemper oculos eleuare debemus, addidit autem noſtri, vt hoc de ſe dictū vterq; ſexus acciperet, ſubiecit pariter (donec) vt oſtenderet ſub patientia nos debere beneficia
dictio donec. domini perquirere, & ei iugiter ſupplicare. Iſtud enim donec ſemper ſignificat, quamuis temporaliter dictum eſſe videatur. Cardina. Donec inquit miſereatur noſtri nos a præſenti miſeria & opprobrio liberando, & ad gloriam tranſferědo vbi honor eſt & gloria.

4 Miſerere noſtri domine miſerere noſtri, quia multū repleti ſumus deſpectione.

Secūda pars. Glo. Cardina. Secunda pars in qua precatur miſericordiam contra inſultantes dicens Miſerere noſtri domine. Caſſiodo. Ille enim famulus qui aſſidua malorum afflictione laborabat, oculoſq; ſuos in domini miſeratione poſuerat, miſerendum ſibi gemina petitione deplorat, quia corpus eius paſſionibus, anima vero laborabat opprobrijs. Miſerere iquit noſtri domine miſerere noſtri. Et huic repetitę miſericordię cauſa ſubiūgitur cū dicitur. Quia multum repleti ſumus deſpectione). Augu. Omnes enim qui ſecundum Chriſtum pie volunt viuere, neceſſe eſt patiantur opprobria, neceſſe eſt contěnantur ab his qui volunt impie viuere quorum fœlicitas tota terrena eſt, Idem. Glo. Irriditur itaq; a tenente quod amat, qui non viſa ſperat
carnalis hominis irriſio in iuſtum. & dicitur ei. Quid credis inſane, vides quod credis? Reuerſus eſt aliquis ab inferis & retulit tibi quid ibi agatur ecce quod ego amo video & fruor eo: & ſimilia. Caſſiodo. Vnde cum dicit multum ſignificat abundantiam paſſionum quam tamen ſe cupide ac libenter pertuliſſe teſtatur. Glo. Car. Vnde exagerando ſubdit.

5 Quia multū repleta eſt anima noſtra, opprobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis.

alia li. opprobrio. abundātium & deſpectione ſuperborū. Car. q. d. Ideo poſtulo miſereri, quia multum repleta eſt anima noſtra deſpectione ſcilicet & opprobrio, non ſolum corpus tribulatione & perſecutione, Glo. Ita q; nulla pars eſt immunis. Glo. Car. Deinde a quibus & quare deſpiciatur ſubdit dicens (Opprobriū) ſumus quia pauperes (abundātibus). i. diuitibus qui hic fœlices ſunt (& deſpectio ſuperbis). Hier. Sěper enim diuites deſpiciūt pauperes. Et ſuperbi deſpiciunt humiles. Non autem dicit diuitibus ſed abundantibus, vt in malitia abundantes acciperes.

Pſalmus.cxxiij.

Titulus.

alia Dode dauid. Canticum graduum. ✠ Caſſiodo. Glo. Car. Hic eſt quintus gradus cantici, vel quintū canticū graduū in quo vir iuſt⁹ aſcědés, nō ſibi ſed deo attribuit ſuā liberationem

Lyra. Dauid fecit hunc pſalmū gratias agěs de ſua liberatione & populi ſui a Philiſtęis aſcendětib⁹ cōtra eū quando audierūt eū eſſe inūctū in regě ſuper Iſrael. ij. Reg. v.

pro qua in precedenti pſalmo orauerat dicěs. Miſerere noſtri domine. Cuius intentio eſt monere nos omne bonum deo attribuere, & ſic aſcendere. Et diuiditur in duas partes. In prima vir iuſtus attribuit deo ſuam liberationem. In ſecunda gratias agit. ibi. Benedictus dominus. Dicit ergo. Diuiſio Pſalmi

1 Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael, niſi quia dominus erat in nobis. Quint⁹ gradus

Caſſiodo. Subita letícia quę de præteriti periculi recordatione deſcendit ſolet verborū ordinem non tenere Admirantur enim confeſſores quomodo euaſerunt inſequětes. Quemadmodum fragilitatem humanam tormenta non vicerint. Quomodo deficiente corpore mens fide ſolidata non ceſſerit, & dicūt. Gloſa. Iam ſecuri reſpicientes quæ paſſi ſunt quomodo tranſierūt & quomodo venerunt (Niſi quia domin⁹ erat in nobis) Cardi. Sicut gubernator in naui fluctuante, ſicut dux in exercitu cōfligente, aut ſicut caput in corpore. Supple non euaſiſſemus pericula occurrentia, vnde quod euaſimus per ipſum eſt (Et hoc dicat nūc Iſrael). Caſſiodo. Hęc eſt enim charitatis & vnitatis virtus vt ſi quid vni proſperum acciderit omnes ſibi proueniſſe congaudeāt. Si quid vero contrarium ingeritur vniuerſi ſibi accidiſſe condoleant, Hugo cardi. Dicat ergo corde, ore, opere, nunc poſt euaſionem rei vel ſpei Iſrael, id eſt vir viděs deum fide vel facie, hic inquā dicat. Niſi quia dominus erat in nobis nullatenus ſcilicet euaſiſſemus, Soli namq; deo attribuendum eſt, q; bonū facimus, & malum cauemus, q; pericula euadim⁹ & quicquid habemus. Nam reuera hoc fecit dominus, quia.

Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutiſſent nos. 2

Caſſiodo. Hunc autem verſum & alios tres qui ſecuntur pij confeſſores Iſraelem commouent dicere qui in pſalmi capite loqui cœperunt. q. d. Niſi ſcilicet quia dominus erat in nobis (cum exurgerent.) Cardina. Id eſt ex malitia interiori in exteriorem ſurgerět. Homines carnales ſcilicet in nos in quibus deus erat (forte viuos.) Idem. Auguſti. Glo. Id eſt ſcientes malum & tamen facientes, deglutiſſent nos. Hiero. Non carnes noſtras ſed animas per inſtigationem ſcelerum. Caſſiodo. Humana enim conſuetudo non eſt homines deglutire, de glutimur. ſed tunc viui deglutimur cum in hereticas prauitates aut in foueam culparum demergimur, quod ſanctis viris potuiſſet accidere niſi eos virtus ſuperna liberaſſet. Quomodo enim caro fragilis ſufficeret, aut mutabilitas humani animi firma conſtaret niſi quia dominus erat in eis. Hiero. Cui ob hoc gratię referendę ſunt quia gratia eius ſaluati ſumus. Cardina. Cum autem dicit. Forte nota eſt liberi arbitrij, quia nemo peccat niſi volens. Sequitur.

Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitā aquę abſorbuiſſět ✠ nos. 3 alia li. circunde diſſent. nos.

Cardi. Sicut enim in primo cantico dolus, ita in hoc furor vincitur, vnde ait. (Cum iraſceretur fu-

ror eorum in nos). Idem.Glo. Furor ſcilicet qui eſt ſine iudicio ratiõis ſicut inuidia, in nos,id eſt contra nos innocentes,& in quib⁹ deus erat. Caſſiodorus. Iraſceretur autem ideo dicit, quia cauſas iuſtiſſimas nõ habebāt. Ira ei & iuidia iudicio carent dum voluntates ſuas mente præcipiti ſubſequuntur(forſitam aquæ).Car. Id eſt populus peccator(abſorbuiſſent nos)ſicut aquę maris abſorbuerunt Aegyptios. Caſſiodo. Per aquam enim iniquos populos vult intelligi paganorum qui ſeruos dei abſorbere cupiebant, cum in deorum ſuorũ culturas terrena corda trahere nitebantur,aquā autem dixerunt antiqui aqua ſunt omnia credentes ex inde omnia fuiſſe procreata. Glo. Sed qualis eſt iſta aqua,torrens eſt, fluit cum impetu, ſed cito tranſit,vnde ſubdit.

4 Alia lr̃a ara. ✠ Hebr. torrens ſiſſet ſuper noſtrā animam forſitā tranſiſſent ſuperbie.

TOrrētē ✠ pertranſiuit anima noſtra, forſitam pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem?

Car. Torrētem inquit.i.impetum tribulationum vel tentationum inſurgentium. Caſſiodo. Quę merito dicuntur torrens qui ibernis ymbribus cito concitatus rapidus efficitur, & terrenis infectionibus ſordidatur. Cardinalis. Pertranſiuit.i.perfecte tranſiuit(anima noſtra) licet corpus obrutũ fuerit ad tempus(Forſitam pertranſiſſet anima noſtra aquam intollerabilem). Car. Interrogatiue legendum eſt.q.d. Anima noſtra pertranſiuit torrētem,quia ſcilicet dominus erat in nobis forſitam, vel ſecundum aliam literam, ara id eſt putas ne pertranſiſſet anima noſtra etiam ſi dominus non eſſet in nobis aquam intollerabilem.q.d. manifeſtum eſt ꝙ nõ,latini tamen ponunt forſitam propter liberi arbitrij falcultatem quę neceſſaria eſt, quia ſi homo vult poteſt perire. Si vero vult ſe iuuare,cum gratia dei poteſt pertranſire. Caſſiodo. Intollerabilis autem aqua dicitur, quando noſtra infirmitas cogitatur ſine dei adiutorio.Nam peccatorum gurgites. Criminumq; tempeſtates tollerare quis non valet niſi cum confugerit ad defenſionem Chriſti. Fiũt enim omnia tollerabilia cũ deus in nobis habitat,quia tũc nec error ſurripuit nec luxuria trahit nec ſuperbia ventoſa pręualet, nec hoſtis maligni ſuggeſtio graſſatur.

5

BEnedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Secũda pars.

Glo.Car. Secunda pars in qua ſancti gratias agũt deo,quia non pro inimicorum voluntatibus corruerunt,ſed illi potius cõtrita ſunt qui eos perdere maluerunt. (Benedictus inquit dominus qui non dedit nos in captionē dentibus eorum). Cardi. Id eſt qui non permiſit nos ab hoſtibus deuorari,qui more ferarum frendentium dentibus lacerare nos volunt,vel more venantium capere,vt feras qui eſcam in muſcipula ponunt. Hiero. Per dentes autem horum torrētium hic ſignificatur vniuerſitas viciorum a quib⁹ ne capiamur gratia dei eruimur. Glo. Non dedit nos dico in captionē ſed potius.

6 ✠ Hebr. auis.

ANima noſtra ſicut paſſer ✠ erepta eſt, de laqueo venantium.

Glo. Non inquā dedit nos in captionem dentib⁹ eorum. Nam & ſi corpus paſſum ſit,tamen animā noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātium. Hiero. Tenduntur nobis laquei in concupiſcentijs ac diuerſis aſtutiæ diabolicę dolis, ſed contrito ſathana ſub pedibus noſtris ſicut paſſer a capiēte euolam⁹ ab illis. Caſſiodo. Paſſer enim eſt auis cautiſſima quę inſidias poſitas ſolerter euitat nec facile capitur,quæ ad eſcas quęrendas ſemper noſcitur venire ſolicita(laqueus) vero venātium mũdi huius eſt dulcedo in qua tunc capimur quando ſuauis eſſe iudicatur. Auguſti.Glo. Venantes vero ſunt perſequentes. Sicut ergo aliquo faciente ſtrepitum magnum paſſer volat de muſcipula venantium ſic anima noſtra quę ante vitæ hui⁹ dulcedinem tenebatur domino faciente ſtrepitũ maximum gehennarum erupta eſt de muſcipula, id eſt de dulcedine huius vitę quæ eſt quaſi laqueus. Et iſte.

LAqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. 7

Caſſiodo.Cardi. Laqueus inquit contritus eſt,nõ dicit ruptus ſed contritus vt ferreus, in quo fortitudo perſecutionis & virtus liberantis oſtēditur. Contritum enim non dicimus aliquid ſtupeũ aut laneum niſi quod alicuius metalli duritiam habere monſtratur. Et nos liberati ſumus. Glo. Qui ante in muſcipula hęſeramus ſed quare contritus eſt laqueus,& nos liberati. Quia.

ADiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cœlũ & terram. 8

Cardi.(Adiutorium inquit noſtrum) ad laqueorũ contritionem & noſtram liberationem. In nomine domini.i.in virtute eius. Glo. Contra quā nullus pręualet. Hiero. Hoc eſt enim nomē quod eſt ſuper omne nomen cuius adiutorio mortis vincũtur laquei ſi in illo maneamus affixi. Qui fecit cœlum & terram. Glo. Hugo cardinalis. Et quę in eis continentur omnia,ſcilicet cœleſtia & terreſtria. Et ideo nemo reſiſtere poteſt ei.

¶Pſalmus.cxxiiij.

¶Titulus.

Canticum graduum.

Lyra. Exponit hũc pſalmum de Hieruſalē ſpirituali de qua dicit̃ apocal.xxi. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, in qua habitāt per fidem chriſtiani.

Caſſiodorus.Glo. Car. Sextus gradus eſt confidētia fideliſſimi chriſtiani quā habet in domino in quo omnis fidutia eſt ponenda tanquā in eo qui ſemper liberat ſperantes in ſe. Auguſtinus. Glo. Et docet nos nõ intenderein proſperantes in ſæculo vnde ſuperbia. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit non poſſe moueri eum qui confidentia in dei virtute ponit more montis. In ſecunda rectis corde proſperitatem. Malis vindictam precatur ſeu pręedicit ibi. Benefac. Gloſa. Oſtendens ergo fidentem in deo nõ poſſe moueri ait.

Pſalmi Diuiſio.

1 Sextus gradus. ✝ Hebr. immobilis: eternum habitabilis

QVi confidunt in domino ſicut mons Syon, non commouebitur ✝ in æternum qui habitat in Hieruſalem.

(Qui inquit confidũt in domino.) Lyra. Non in ydolis vanis, nec in rebus mũdanis. (Sicut mons Syon.) Hiero. Syon, eſt eccleſia, mons autem, iuxta Danielem Chriſtus dominus. Ergo qui in eum totam ſpem ponunt, non commouentur in perpetuum, quia conformes efficiuntur corpori gloriæ eius. Lyra. Hugo cardi. Et qui ex toto corde confidunt in domino, non poſſunt moueri a ſtabilitate fidei, ſicut nec mons Syon a loco ſuo. (Non commouebitur in æternum qui habitat.) Lyra. Per fidem charitate formatã in Hieruſalem. Hierony. In ipſam, ſcilicet eccleſiam matrem noſtram, quæ ſurſum eſt libera. Caſſiodo. Hugo car. Hęc eſt enim Hieruſalem, id eſt viſio pacis, de qua nullus poteſt vllo modo cõmoueri, qui meruit in eius ſoliditate conſtitui. Non enim intelligi debet de Hieruſalem ciuitate iſta terrena, quæ ſæpe fuit ſubuerſa & eius ciues captiuati. Caſſiodo. Glo. Et aduertendum ꝙ prius dixit confidunt pluraliter. Poſt non commouebitur ſingulariter, vt numeroſam chriſtiani populi oſtenderet vnitatẽ, qui multi ſunt & vnum. Lyra. Cauſam autem huius ſtabilitatis ſubdit, dicens.

2 MOntes in circuitu eius, & domin⁹ in circuitu populi ſui, ex hoc nũc & vſq; in ſæculum.

Glo. Quaſi dicat. Et quare nõ commouebitur qui habitat in Hieruſalem? (Quia montes in circuitu eius.) Hierony. Caſſiodo. Glo. Hugo car. Id eſt angeli, prophetę, apoſtoli, martyres, cõfeſſores, & cæteri ſancti qui Hieruſalem illam cœleſtem inhabitant. Et in modum montis alios ſupereminẽt ſanctitate. Hi ſunt in circuitu eius, quaſi murus defenſionis, & eccleſiam muniunt, & defendunt ſuis doctrinis, exemplis, miraculis, & orationibus, de quibus dictum eſt ſupra, Fundamenta eius in montibus ſanctis, & iterum. Leuaui oculos meos in montes. Caſſiodo. Vt autẽ per montes, beatos viros intelligere debuiſſes, addidit. Et dominus in circuitu populi ſui. Ille enim non circuit, niſi quem ſibi fidelem eſſe cognoſcit. Auguſt. Glo. Nam quos aſſumit, vt ſint populus ſuus conſtringit in vnum vinculo charitatis & pacis, vt in æternũ non moueantur, vnde ſequitur. Ex hoc nunc & vſq; in ſæculũ. Hierony. Sicut ipſe polliceri dignatus eſt, dicens. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationẽ ſæculi. Caſſio. Cum enim dicit ex hoc nunc, iſtud ſæculum ſignificat, cum vero dicit. Et vſq; in ſęculum, illud dicit, vbi iam ſanctis in maieſtate ſui luminis apparebit. Sed cur præbeatur iſta defenſio, conſequenter exponitur.

3 ✝ Hebr. quia nõ requieſcet virga impietatis.

QVia non relinquet dominus virgam peccatorum ✝ ſuper ſortem iuſtorum, vt non extẽdant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Glo. Quaſi dicat. Vere non cõmouebũtur, quia nõ relinquet dominus. Hugo car. Diu, ſcilicet, licet ad tempus, aliquãdo relinquat virgã peccatorũ. Aug. Glo. Qui aliquãdo dominãtur propter diſciplinã bonorũ. Caſſio. Virga enim hic in malo ſumitur, quia datur interdum malis, qui ſemper fideles ſtudio prauitatis affligũt, vnde & perſecutores virga dicũtur. Super ſortẽ iuſtorũ. Caſſ. Glo. Card. Id eſt ſuper iuſtos ſorte electos, vel qui ſunt ſors & hæreditas dei, ſupra quã nõ ſinit diutius crudeles tyrannos inſurgere, ne poſſint eccleſiã domini longiſſima perſecutione cõterere, vnde ſequitur. Vt nõ extendãt iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas. Hierony. Id eſt vt nõ cogitẽt. Quid mihi prodeſt ꝙ iuſtus ſum, ſi ſemper perſequũtur me iniqui? Sed vt ſuſtineãt malos & non faciant mala. Hugo car. Intelligẽtes ea eſſe ad tempus. Si enim crederent tribulationes eſſe perpetuas, forte deſererẽt iuſtitiam murmurando per impatientiam, vel ſeipſos vindicando per ſuperbiam. Lyra. Et quia boni merentur prę miari & mali puniri, ſubdit.

BEnefac domine bonis, & rectis corde. 4

Glo. Hugo car. Secũda pars, in qua cõfirmato populo precaẽ, quod ſcit futurũ, ſcilicet vt bonis proſperitas, malis vindicta veniat. q. d. Et quia ſic eis placet deus per omnia, ideo. Benefac domine. Car. Id eſt bona da tẽporalia ad ſuſtentationẽ, ſpiritualia ad iuſtificationẽ, cœleſtia ad remunerationem (bonis.) Idẽ. Glo. Opere, qui ſcilicet bona faciũt. Caſſi. Boni enim ſunt homines, cum gratia diuina præuẽti cœperint deſiderare & implere quæ iuſſa ſunt. (Et rectis corde.) Car. Hi ſunt qui in ſuis operibus rectã intentionẽ cuſtodiũt. Augu. Qui ſuam voluntatẽ diuinæ volũtati conformãt, non diuinã voluntatẽ ad ſuam curuare volũt. Caſſ. Qui dominum ſequuntur, non præ ire contendũt. Illi enim qui præcedere volunt, errare non deſinunt. Hieronymus. Vel benefac illis, qui vel boni ſunt in opere, vel recti habentur in fide. Sequitur. ſcda ps

5 ✝ Hebr. qui declinant ad prauitates ſuas

DEclinãtes autem in obligationes ✝ adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax ſuper Iſrael.

Car. (Declinãtes autẽ) a recta via, qua boni & recti incedunt. Lyra. Et a rectitudine fidei & virtutis, in obligationes, id eſt ad peccata quæ obligãt ad pœnam. Cardi. Vel in obligationes culpæ & pœnæ. Caſſ. In quo pulchre definita ſunt opera iniquitatis eſſe operatiões, quæ nos vinculis prauitatis inuectunt, vt eſſe liberi nequeamus, cum talibus, tantiſq; laqueis cõſtringimur (adducet domin⁹.) Car. Vel permittẽdo, vel faciendo (cum operãtibus iniquitatem.) Idem. Caſſio. Pari enim ſententia perimit, declinãtes, id eſt iuſſa domini non perſequentes & malitiã operãtes, vtrũq; enĩ malũ eſt. Hiero. Vel hi quia pręceptis dei declinãt, adducũtur cum his qui deum ignorãt, vt ſimili ſententia feriãtur. Augu. Glo. Hæc inquã veniẽt malis. Sed quid rectis corde, ſequitur. Pax ſuper Iſrael, vno ſolo verbo omnia bona, dicens. Caſſio. Hęc enim pax, ipſe ſaluator eſt. Hiero. Qui auferẽs macerã inimicitiæ de medio Iudæorũ ac gentium, fecit vtraq; vnum quod erat ante diuiſum. Cardi. Pax autem iſta erit ſuper Iſrael, id eſt ſuper bonis deum videntibus in fide, & tandem eum viſuris in ſpecie.

¶Pſalmus.cxxv.

¶Titulus.

Canticũ graduũ.

Lyra. Pſalm⁹ iſte loquitur de reuerſione populi Iſrael a Babylonica captiuitate.

Caſſio. Glo. Hugo car. Iſte eſt ſeptim⁹ gradus, in quo agit de conſolatione reuertentis a ſpirituali captiuitate vitiorum, quaſi de Babylonia intentione monẽs ad gaudium pro ſpirituali liberatione. Auguſti. Glo. Redempti enim ſangnine Chriſti & conuerſi a captiuitate, hęc cantant. Et diuiditur in duas partes. In prima, magnitudo facti ex magnitudine gaudij oſtenditur. In ſecunda, orat illam reuerſionem, & quid in ea futurum ſit oſtendit, ibi. Conuerte domine. Gloſa. In perſona ergo redemptorũ, quaſi redeuntium de Babylonia, ait.

1 Septimus gradus. ✠ Hebr. ad cõuertendum vel vt cõuerteret. ✠ Hebr. ſomniantes.

IN conuertendo ✠ dominus captiuitatem Syon, facti ſumus ſicut conſolati. ✠

Caſſiodo. (In conuertẽdo inquit captiuitatem Syon) vtiq; illam captiuitatem dyaboli, qua mũdus tenebatur obnoxius. Captiuitas enim Syon, fuit cum eccleſiam dei, quæ tunc in paucis erat ydolorum premebat iniquitas, quæ conuerſa eſt in libertatẽ, quando aduẽtu domini inferni vincula dirrupta ſunt. Facti ſumus. Hugo car. Nos liberati, ſicut conſolati, id eſt vere conſolati, hoc enim loco, ſicut non dicit ſimilitudinem, ſed veritatis expreſſionem. Caſſiodor⁹. Vel ideo non dicit. Facti ſumus conſolati, ſed ſicut conſolati, quia quãuis captiuitas illa a nobis fuerit auxilio diuinitatis exploſa, ſicut conſolatos tamẽ nos reddit, non omnino ſecuros habemus, & tamen inter iſtas mundi ambiguitates maximam conſolationẽ, quãdo illum cõſeruare dona ſua credimus, quę nobis gratis peperciſſe ſentim⁹. Augu. Glo. Cõſolatio aute non eſt niſi miſerorũ, vnde gemimus hic in re, & cõſolamur in ſpe. Et ſi nondũ ſecuri, facti tamẽ ſumus ſicut cõſolati, id eſt gauiſi, conſolationen accipientes in reſurrectione Chriſti, qui præceſſit vt nos ſequamur. Sequitur.

Quorũ eſt conſolatio.

2 Hebrai. tunc implebitur riſu os noſtrũ et lingua nrã laude

TVnc repletum eſt gaudio os noſtrũ, & lingua noſtra exultatione.

Hugo car. Tunc inquit, id eſt in illa & ex illa conuerſione. Caſſiodo. Quando, ſcilicet Chriſti aduentus, captiuitatem noſtram in gaudiũ mutauit (Repletum eſt gaudio.) Hugo car. Non vano, ſed vero, non carnali, ſed ſpirituali (os noſtrum.) Caſſiodo. Glo. Id eſt cordis arcanum, vbi primũ gaudia ſeminata caleſcũt, quæ poſt officio linguæ in fructũ vocis erumpunt. Augu. Glo. Inde enim procedit bonum vel malum, quod nos mũdat vel inquinat, vnde in euangelio dominus dicit. Quod procedit de ore, inquinat hominem, non de ore carnis, ſed cordis, non enim ſi nominas furta & alia mala immundus es, ſed dum ea cogitas, & ſi ſileas. (Et lingua noſtra exultatione.) Hugo cardi. Subaudi impleta eſt. Glo. Lingua, ſcilicet corporis. Hugo car. Grego. Ex gaudio enim cordis, gaudium ſequitur oris. Hierony. Ideo autem dicit, & os noſtrum, & lingua noſtra, quia non ſufficit tantas explicare laudes pro gratia qua ſaluamur. Sequitur.

TVnc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. 3

Hugo car. Tunc, ſcilicet poſt conuerſionẽ & non ante (dicent inter gentes.) Caſſiodo. Non dicit dicent gentes, ſed inter gentes, quia in aduẽtu domini, gentes vniuerſaliter non crediderunt, ſed inter gentes erant ex gentibus fideles facti, cum quibus dominũ magnalia facere cernebãt alij gẽtiles infideles. Et quoniã illos videbãt, etiã virtutes operari dicebãt. (Magnificauit domin⁹ facere cum eis.) Hugo car. Scilicet cum cõuerſis eis, peccata dimittendo, virtutes cõferẽdo, miracula per eos operando, & gloriã ꝓmitẽdo. Glo. Magnũ quippe & firmum teſtimoniũ eſt ab aduerſario, & ne dubites de verbis gentiũ, præbẽt & ipſi teſtimoniũ, dicentes.

MAgnificauit dominus facere nobiſcum, facti ſumus lętantes. 4

Hugo card. Magnificauit, id eſt magna fecit dominus, cui ſubeſt poſſe cum vult, facere nobiſcũ, id eſt nobis ipſis cooperãtibus. Caſſi. Vel magnificauit domin⁹ facere nobiſcũ, id eſt decreuit nos magnos oſtẽdere gentibus donatione virtutũ. Augu. Glo. Nos enim nobis male fecim⁹, qui ſub peccato nos vendidimus, ſed magnificauit dominus facere nobiſcum (vnde facti ſumus lætantes.) Caſſio. Vtiq; de tanta gratia. Erat enim nimirum copioſa lætitia, quãdo ſe videbãt ſpecialiter diligi, qui fuerant a peſſima captiuitate liberati. Hugo car. Non autẽ dicit lætati ſumus, ſed facti ſumus lætantes, quia qui facit beneficium, facit & gaudium. Et qui eos liberat, eos & lætificat. Hierony. Vel ideo facti ſumus lætantes, quia ſeruiebamus prius Pharaoni, id eſt exterminatori in duris operibus. Nunc autẽ ſeruimus regi cœleſti, cuius iugũ ſuaue eſt & onus leue. Sequitur.

COnuertere domine captiuitatẽ noſtram, ſicut torrens ✠ in auſtro. 5 ✠ Hebr. riuus.

Secũda pars.

Glo. Hugo car. Caſſi. Secunda pars, in qua aduentus domini redemptione prędicata fideles populi deprecãtur ſua iterũ peccata dimitti, dicẽtes. (Conuertere domine captiuitatẽ noſtrã.) Hugo cardi. Et qui iam de cõuerſione captiuitatis, quaſi iam facta eſſet gaudẽtes laudauerãt, iterũ orant pro tota conuerſione, vt quod nondũ factũ erat, fiat. Et vt quod factum eſt, ipſe qui fecit cuſtodiat, quia vt inquit. Grego. Cito bonum amittitur, niſi a largiente cuſtodiatur. Glo. Captiuitatẽ autem iſtam intellige non corporalẽ, quia nulla ad litterã in diebus Dauid fuit, ſed ſpiritualẽ, qua ſcilicet mundus ſub dyabolo captiuus tenebatur. Caſſ. Deinde ſequitur decora comparatio. Sicut torrẽs in auſtro, cõuertitur ſcilicet in liquorẽ. Hierony. Auguſti. Caſſio. Glo. Hugo car. Sicut enim flante auſtro, ſoluuntur glacies, & impletis torrẽtibus omnis error cum impetu ſuo defluit, ſic flante ſpiritu ſancto, ſoluũtur peccata noſtra accepta remiſſione per lamenta. Auſter enim, eſt vẽtus calidus, qui frigore ligatas aquas vaporis ſui virtute diſſoluit. Hugo card. Et quia poſt conuerſionẽ debent inſiſtere cõuerſi bonis operibus, vt ſic poſſint redimere tẽpus amiſſum & promereri gaudium æternum ideo ſequitur.

vi Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.

Hugo cardi. Qui inquit ſeminant opera bona. Caſſiodor⁹. Hæc autem, ſunt opera bona, pacem quęrere. Charitatis ſtudio omnia ſuſtinere, ieiunijs corpus edomare, eleęmoſinis ſe & pietate reficere. Auguſtinus. Gloſa. Opera miſericordiæ implere. Caſſiodorus. Et quicquid poteſt ad diſciplinam fidelium pertinere. Auguſtin⁹. Gloſa. In quibus ſufficit voluntas ſi deſit facultas, non enim dicit angelus, pax in terra diuitibus, ſed bonæ voluntatis hominibus. (Qui ſeminant inquit in lachrymis.) Auguſtinus. Caſſiodorus. Gloſa. Duas enim ſeminationes eſſe in hoc ſæculo, apoſtolo docēte cognoſcim⁹, nam ſicut ipſe ait. Qui in carne ſeminat, de carne metet corruptionem. Et qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam, de ſpirituali ergo hic ſeminatione loquitur, quæ ſemper in lachrymis eſt. Sancti enim, ſemper aut deplorāt prępterita peccata, aut cruciātur timore futurorum, aut perſecutionibus agitantur. Hugo car. (Qui autem ſeminant in lachrymis) id eſt in hac vita lachrymoſa in exultatione metent. Idem. Caſſiodo. Glo. Fructum, ſcilicet æternæ beatitudinis, quem colligent ex operibus bonis quæ ſeminant, iuxta illud prophetæ. Serite vobis iuſtitiam, & metite miſericordiam. Hugo cardi. Glo. Et quia laborantium in lachrymis, tanta erit merces. Ideo iam liberati.

Seminatio duplex.

7 Euntes ibant ✠ & flebant, mittentes ſemina ſua.

✠ Hebr. qui ambulans ibat & flebat portās ad ſeminādū ſementē;

(Euntes inquit.) Hugo cardi. Id eſt proficientes Caſſiodo. Cum enim dicit euntes, prouectus vitæ ſanctiſſimæ deſignatur, in qua bene ambulando ſemper acceditur (ibant.) Hugo card. De virtute in virtutem continue proficiētes (& flebant.) Idem. Auguſti. Quia adhuc inter miſeros, miſeri erant, & a patria exulabant, quam tota mente aſpiciebāt. Caſſiodo. Vel flebant, quando pauperes aſpiciebāt nuditate detectos frigore conſtrictos, & in opia ſæua maceratos (mittentes.) Idem. Glo. Hugo cardi. Id eſt ante ſe in illo futuro ſæculo præmittētes in terra, ſcilicet viuentiū, vbi ante facta noſtra perueniunt, q̄ nos illic perueniamus (ſemina) id eſt miſericordiæ opera, per quæ aſcenditur (ſua.) Glo. Caſſiodor⁹. Hugo car. Quia non de rapina, ſed de proprio labore eleęmoſinam facere debemus. Gloſa. Illi inquam in via flebant.

8 Venientes autē veniēt cum exultatione, portātes manipulos ſuos.

Hugo cardi. Glo. Venientes autem inquit ad iudicium, ſcilicet quod erit commune omniū, venient cum exultatione euaſis periculis & inuento portu ſalutis. Glo. Quod tantūmodo bonorum eſt, quia ad gaudium non niſi boni venient. Caſſiodorus. Quibus iam miſericordia diuina pręparatur, quia hic taliter egerunt, qualiter diuina iuſſa pręcipiūt. Omnib⁹ enim venire cōmune eſt, ſed ad gaudium peruenire dum taxat beatorum. Hugo card. Euaſis itaq; periculis & inuento portu ſalutis, veniēt beati cum, exultatione (portantes manipulos ſuos.) Idem. Glo. Id eſt fructum ſeminum ſuorum, coronam ſcilicet gaudij & exultationis. Caſſiodo. Fœlix ergo ille qui triticeis pōderibus ingrauatur, ne leuitas ſtipularū vota meſſorum eludat, & tunc deprehendat inanitatem laboris ſui, quādo iam non valet operari.

¶Pſalmus. cxxvj.

¶Titulus.

Canticū graduum Salomonis.

Caſſiodor⁹. Glo. Hugo card. Octauus gradus, in quo agitur de ſpirituali eccleſia facta in nouo teſtamento quod ſeruit Egdoadi, & eſt congruus ordo, quia de reuerſis a captiuitate fit eccleſia. Auguſt. Glo. Hic autem additur Salomonis, quia his ędificauit templum in figura pacifici Chriſti, qui ædificauit eccleſiam de duob⁹ parietibus. Et diuiditur in duas partes. In prima, docet non eſſe confidēdum, niſi in domino, a quo ſolo eſt ædificatio & cuſtodia eccleſię. In ſecunda, oſtēdit quæ ſit hæreditas domini, & quomodo collecta, ibi. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas. Glo. Ne quis ergo alium ędificatorem acciperet, niſi dominum, ait.

Lyra. Dicit q̄ Salomon fecit hunc pſalmū, quia reputabat ſe indignum ad ædificationē templi, ij. Parali. ij. Ideo dicit. Niſi dominus.

Diuiſio Pſalmi.

1 Niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Octau⁹ gradus.

(Niſi dominus inquit.) Hugo cardi. Id eſt Chriſtus ædificauerit ex viuis lapidibus, id eſt conuerſis fidelibus (domum) id eſt eccleſiam, de qua ſupra dixit aſcendens. Lætatus ſum in his quę dicta ſunt mihi, in domum domini ibim⁹. Augu. Gloſa. Hæc enim eſt domus dei, populus dei, templum dei, ciuitas dei, ad quam aſcendit omnis qui proficit, cadit vero omnis qui deficit, amando deū aſcendis, amando ſæculum, cadis. Sunt autem iſta cantica amantiū, & quodam deſiderio flagrantium. Caſſiodo. Vel ædificatores domus huius, debemus accipere eos qui vnumquēq; chriſtianum veritate fidei fabricare contendunt, qui tamen ſi ſuis viribus ędificare pręſumunt, in vacuum laborare videntur, niſi gratia domini donet veriſſimæ credulitatis effectum, vnde ſequitur (In vanum laborauerunt qui ędificant eam.) Caſſio. Glo. Hugo cardi. Quia neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementū dat deus. Glo. Poſtquā autem egit de ædificatione, ſubdit de cuſtodia, dicēs.

Duorū ſunt cantica.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. 2

Glo. Caſſ. Ecce de domo trāſit ad ciuitatē quę plures habet domos, vt nec in ſingulis, nec in munita collectione ſit pręſumptio, dicēs. (Niſi domin⁹ cuſtodierit ciuitatē.) Card. Id eſt eccleſiā, vbi eſt vnitas ciuium in fide & charitate vna. Caſſio. Vel de ciuitate Hieruſalem cœleſti hoc dicitur, cuius adhuc pars peregrinatur in terris, in qua epiſcopi vigilare contendūt ſuper gregem ſuum, vt peruigili cura eum cuſtodiāt quibus idem dicitur quod ędificantibus ne credant ſolas humanas vigilias pręualere cum ſola diuinitas icurſionis pericula poſſi tarcere, Hiero. Vel fidelis anima ciuitas dicitur ęterni regis, quæ ciuibus bonis, id eſt honeſtis moribus frequētatur, quā tamē niſi dominus cuſtodie-

rit.(Fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.)Hugo cardinalis. Quia ſicut doctores & prælati ſine Chriſto non poſſunt ædificare eam, ita nec cuſtodire, quia ſine me inquit dominus nihil poteſtis facere. Gloſa. Et ne aliqui velint exaltari ante humiliationẽ, conuerſus ad illos, ait.

3 VAnum eſt vobis ante lucem ſurgere, ſurgite poſtquã ſederitis qui manducatis panem doloris.

Caſſiodorus. Adhuc enim ipſos doctores alloquitur, vt efficatius populi corrigãtur, cum etiam magiſtros viderint eſſe præmonitos, dicens. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Auguſti Glo. Id eſt ante Chriſtũ, lux enim iſta Chriſtus eſt, poſt quem ſurgendum eſt non ante, vt ille facit qui ſe ei præponit volẽs hic eſſe altus, vbi ille humilis fuit. Caſſiodo. Qui ergo ante lucem iſtam ſurgunt, in tenebris ambulant, & iter ſuum expedire non valent; his ergo dicitur (Surgite poſtquã ſederitis.) Idem. Id eſt prius humiliationem ſuſtinete, & poſt aſcenſum præmia quærite gaudiorũ. Glo. Augu. Reſurrectio enim, id eſt exaltatio, ſequitur seſſionem, id eſt humiliationẽ. Grego. ſuper Ezech. Quia quiſquis nunc ſeſe ſponte non humiliat, nequaquam hunc ſequẽs gloria exaltat. Surgite ergo poſtquã ſederitis qui mãducatis panem doloris. Caſſiodo. Auguſt. Glo. Hugo car. Quem perfecti comedunt Chriſtiani, cum ſe lachrymis fidelibus caſtigãt, de quibus alius pſalmus dicit, fuerunt mihi lachrymę meæ panes, illis enim dolor panis eſt, qui ſe de afflictione reficiũt, & de mundana triſtitia conſolantur, deinde ſequitur, quando debeant ſurgere, qui prius iuſſi ſunt ſedere. tunc ſcilicet.

4 CVm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hęreditas domini filij merces fructus ventris.

✠ Hebr. ſic dabit dilectis ſuis ſomnum. Decima pars.

Hugo cardi. Secunda pars, in qua oſtendit quæ ſit hæreditas domini. Et quomodo collecta, & quando danda, & quibus, quaſi dicat. Poſt seſſionem ſurgendum eſt & non ante, quia cum dederit dominꝰ, ſcilicet dilectis ſuis ſomnũ. Idem. Glo. Id eſt mortem temporalẽ, quæ recte ſomnus dicitur, quia terminus eſt laboris. Caſſio. Tunc enim ſurgendum eſt, quando fideleles ſuſcipiũtur in requiem; quibus mors, ſomnus eſt & ſecura penſatio, dilecti autem dei ſunt, qui cum nimia charitate perquirunt. Hierony. Tunc ergo cum ſcilicet ſancti ab hoc ſæculo accepto quietis ſomno deceſſerint, tũc inquã fiant hæreditas domini, qui iam non ſubiacẽt tentationibus. Hugo car. Vel ecce hæreditas domini, ſubaudi parata eſt, & tunc illis ſtatim dabitur, filij merces, id eſt quam filius reddet pro mercede amicis ſuis, fructus ventris, id eſt Chriſtus, qui eſt fructus vẽtris virginis. Merces enim eius ait propheta cum eo, vel cum dederit dilectis ſuis ſomnum, id eſt æternã requiem. Ecce hæreditas domini, ſcilicet filij erit tunc. Merces fructus vẽtris, id eſt Chriſti, nati de virgine, qui hanc acquiſiuit per obediẽtiam paſſionis, vnde pſalmiſta. Poſtula a me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Caſſiodo. Et hęc eſt merces humanitatis Chriſti. Hugo car. Qualiter autem & quorum miniſterio fuerit acquiſita, iſta hæreditas oſtendit, dicens.

SIcut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.✠ 5

✠ Hebr. iuuentutis.

Hugo car. Caſſio. Sagittę iſtę, ſunt ſancti apoſtoli, vel cæteri prædicatores, in manu potentis, id eſt in poteſtate Chriſti tranſmiſſi ad prædicandũ, qui velut ſagitta a potente emiſſa, cito quo mittebantur peruenerunt & iuſſa impleuerunt. Idem. Auguſt. Glo. Excuſſores autem, dicuntur prophetæ, qui ſecreta domini perquirentes prophetauerunt populis ſtupenda miracula. Filij vero excuſſorum, ſunt apoſtoli & prędicatores, qui clauſa ſacramẽta prophetarum excuſſi ſunt accedente eorum diligẽtia, & domino aperiente abſcondita. Ideoq; prophetę, dicuntur excuſſi, apoſtoli, filij excuſſorum, qui manu dei miſſi ſunt vſq; ad finem terræ. Sequitur.

Excuſſorum. filii

BEatus vir qui impleuit deſideriũ✠ ſuũ ex ipſis, non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. vi

✠ Hebr. pharetrã ſuã ex ipſis.

Hugo card. Quaſi dicat. Filij excuſſorum, Apoſtoli ſcilicet & prædicatores filij prophetarũ miſſi ſunt a manu dei. Et ideo beatus eſt ille, ſupple, beatitudine ſcilicet ſpei in præſenti. Et erit in futuro beatus, beatitudine rei, vir, id eſt homo virtute virens. (Qui impleuit deſideriũ ſuum ex ipſis.) Hugo car. Prædicatoribus, id eſt conſilijs & monitionibꝰ & præceptis & verbis eorũ, quod faciũt illi qui amore mundi corda ſua euacuãt. Idem. Glo. Qui, enim amore mundi pleni, ſunt verba ſeu conſilia, prædicantium non recipiunt. Et vere beatus eſt qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis, quia non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Caſſio. Et hoc ad filios pertinet excuſſorũ, qui mundi terminos ſanctis prædicationibus impleuerũt. (Non inquit cõfundetur cum loquetur.) Glo. Nõ enim erubeſcit qui in Chriſto loquitur, & eius honorem quærit non ſuum. Cum loquetur inimicis ſuis, id eſt hæreticis, in porta, id eſt in Chriſto. Hiero. Caſſiodo. Porta enim iſta, Chriſtꝰ eſt, qui ait. Ego ſum oſtium, in ipſa autem loquitur, qui de eo recte prędicat. Ergo qui de filijs excuſſorum fixus in Chriſto eſt, non confundetur in die iudicij, cum exprobrauerit inimicos legis dei, inobedientiam & peruerſitatem, vel omnem malitiam ipſorum. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Vel in porta, id eſt in publico, vt omnes nouerint quid loquatur.

¶Pſalmus. cxxvij.

¶Titulus.

Canticũ graduũ.

Lyra. Dicitq; pſalmꝰ iſte eſt quędã inuitatio ad timorem dei, promittẽs deum timẽtibus proſperitatem temporalem.

Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinal. Nonus gradus, eſt timor domini, qui aſcendentem beatum facit, vt ſcilicet pacificus caſte timeatur qui ſolus exaltat, cuſtodit, ædificat. Et bene ſequitur gradus iſte pręcedentem ſcilicet ſpiritualem lęticiam in qua homo ſentit dulcedinem dei. Et ideo timet ab ipſo ſeparari, vel ideo lęticię iungitur timor, ne cor humanum per lęticiã euaneſcat. Et diuiditur ĩ duas partes. In prima bona timentis enumerat. In ſecunda bona timẽti optat: ibi. Benedicat ad timorem ergo dei monẽs ait.

Pſalmi Diuiſio.

1 Bonus gradus. Beati omnes qui timēt dominum, qui ambulant in vijs eius.

Caſſiodor⁹. Primo enim timorem domini ab hui⁹ ſeculi terrore diuiſit, dicens. (Beati omnes qui timent dominū, in quo oſtendit non eſſe beatos, qui mundi huius pericula in amiſſione rerum temporalium ſolicita mente formidāt. Hugo cardinal. Sunt autem ſeptem ſpecies timoris. Primus, eſt naturalis, quo timet quicquid naturæ nocinum eſt. (Multiplex timor.) Et hic omnibus communiter ineſt, hoc enim timore timuit Chriſtus. Secūdus, humanus, quo timetur contrarium carnis, propter quod delinquitur, & iſte eſt malus. Tertius, mundanus, quo timetur amiſſio rerum mundi, propter quas prius peccatur q̄ amittātur, & iſte eſt malus. Quartus, ſeruilis, quo tantum pœna timetur, & hic bonus eſt, inquantum per eum aſcenditur in conſuetudinem iuſtitiæ. Quintus, initialis, quo peccatum dimittitur, partim amore iuſtitiæ, partim timore pœnæ. Sext⁹, filialis, ſeu caſtus, quo peccatum timetur, ne a ſponſo ſeparemur, vel ne ipſum offendam⁹, & de iſto loquitur hic propheta. Septimus, eſt timor reuerentialis, quo iam non peccatum timetur, ſed pater in reuerentia habetur, & omnia facit ad honorem patris. Et hic ſolus erit in patria. Omnes vero alij deficiunt in via. Glo. Beati ergo omnes qui timent dominum timore caſto, ne ſcilicet tardet, ne diſcedat, ne offendam⁹, ne eo careamus, ſed qui ſunt illi, ecce. (Qui ambulant in vijs eius) id eſt in fide & bonis operibus. Caſſiodorus. Illi enim ſoli hoc timore timent dominum, qui ſcilicet ambulant in vijs eius, & mādata ipſius deuota mente perficiūt. Cum autē pluraliter dicit (vijs) Apoſtolos & prophetas ſignificat, per quos venitur ad vnam viam, id eſt ad Chriſtū, qui eſt via, veritas, & vita. Hugo cardinal. Vel qui ambulant in vijs eius, ſcilicet domini, per quas ipſe domin⁹ venit ad nos, quæ ſunt miſericordia & veritas. (Quibus ad nos xpus venit viis.) Caſſiodorus. Deinde in tribus ſequentibus verſibus, bona huius timoris enumerat, dicens.

2 Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.

Caſſiodo. Glo. A pluribus enim cœpit, dicens, beati, ſed quia omnes vnū ſunt in Chriſto, ideo nunc ſingulariter. ſequitur. (Labores manuū tuarū quia manducabis.) Caſſio. Vbi per labores, intelligūtur opera bona, quæ in hoc mundo ita fiunt, vt epulū ſuaue, in futura retributione concedāt. Glo. Ideo autē Labores manuū tuarum) dicit, cum debuiſſet dicere fructū laborū tuorū, quia labores cum gaudio ſumūtur propter ſpem. Et ipſi iocundāt, & modo ſunt cibus. Caſſi. Et ne iſtud pabulū carneū putares, addidit. Beatus es & bene tibi erit. Nemo enī de carnali refectione beatus efficitur, niſi qui per ſpiritualia bona ſaginatur (Et bene tibi erit) cū ſcilicet acceperis, q̄ ocul⁹ nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, quæ præparauit de⁹ diligētibus ſe. Glo. Beatus ergo es inquit in præſenti de labore, & bene tibi erit in futuro de fructu. Deinde qualiter beatus ſit, oſtendit, dicens.

Vxor tua ſicut vitis abundās, in lateribus ✠ domus tuæ. 3 (✠ Hebr. in penetralibus dom⁹ tue)

Caſſiodo. Gloſa. Et ſi hoc ad literam accipi poſſet, tunc nec omni timēti deum conuenit, nec ſoli, ſed miſtice bene accipitur, & omni timēti generaliter conuenit. Gloſa. Quaſi ergo diceret (Vxor tua) id eſt ſenſualitas. Hugo cardinalis. Seu caro tua, quæ debet eſſe ſubiecta ſpiritui, ſicut vxor viro (Sicut vitis abundans) quæ ex ſuffoſſione & putatione fœcundatur (In lateribus domus tuæ) id eſt in conſcientia tua, cuius latera ſunt quatuor virtutes cardinales, in quibus vxor abundat, quādo conſcientia dictarum virtutum operibus flagrat. Caſſiodorus. Gloſa. Vel vxor, dicitur ſapientia viri, ſic dicta, quaſi vt ſoror, de qua Salomon ait. Ama ſapientiam tanquam ſponſam, & ipſa amplexabitur te. Ipſa ergo vxor, eſt iuſtorum, quæ caſto amplexu amplectitur maritū. vitis autem, mater eſt vuarum, quæ dulcia vina profundens corda noſtra recreat, ſic & iſta vxor, id eſt ſapientia fructus infercus iocundos ſuaui nos delectatione lætificat. in lateribus domus tuæ, id eſt in cogitatione propria. Domus enim noſtra, recte dicitur propria cogitatio, (Domus noſtra.) quando in eadem defixi, quaſi in quibuſdam ædibus commoramur, iſtius autem domus parietes, ſunt duo teſtamenta, in quibus mens ſancta, velut quibuſdam lateribus firmata ſolidatur. Gloſa. Vel vt ſermo dirigatur ad Chriſtū caput. Per vxorem, intelligitur eccleſia, quæ eſt fertilis vinea, ſed non in omnibus, ſed in lateribus domus tuæ, id eſt in illis qui tibi Chriſte adhærēt, & propterea latera domus tuę ſunt, ſicut dicim⁹ de his qui bonis aut malis conſilijs vtuntur, ꝙ habent bona vel mala latera, quia eis adhærent. Sequitur.

Filij tui ſicut nouelle ✠ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ. 4 (✠ Hebr. germina oliuarū.)

Hieronymus. Hugo cardina. Filij tui inquit, id eſt opera tua bona, quæ ex vxore prędicta genita ſunt in circuitu doctrinę cœleſtis aſſiſtentes, cum pinguedine pacis & obumbratione virtutis, ſunt (Sicut nouelle oliuarum.) Hugo cardinalis. Caſſiodorus. Id eſt ſimiles ſunt nouellis oliuis, quę ſunt viridiores & fortiores, & ex omni parte firmiſſimę, fructum quoq; copioſius inſerētes, de quo fructu, & cibus conditur, & lumen accenditur, & feſſo corpori ſubuenitur. Hic autem, vitis oliuę iungitur, ſicut & in euangelio, his qui a latronibus vulneratus fuerat, infuſo vino & oleo legitur eſſe curatus. Quouiam hæc duo vitæ noſtræ, miſtica præſidia ſubminiſtrant, in vino enim auſteritas iuſtitiæ, in oleo vero lenitas miſericordię. Illud ad vet⁹, iſtud ad nouum poteſt reſpicere teſtamentū. Nam quod vxori vitem, filijs comparat oliuas. Gloſa. Deinde ſequitur concluſio beati, cum dicitur.

Ecce ſic benedicetur homo, ✠ qui timet dominum. 5 (✠ Hebr. homini.)

Caſſiodorus. Sic enim meretur benedici, qui ſuum timet authorem, qui formidare deſinit inania, qui caſto domini timore completur. Hugo cardinal. (Ecce) inquit, id eſt in breui, & in patulo (ſic) vt dicetur infra. (Vel ſic) id eſt ad ſimilitudinē vitis abundantis (Benedicetur) id eſt in bonis multiplicabit. (Homo q timet dominū.) Caſſ. Hoc addidit, ne ſibi

hanc benedictionem vſurparent contumaces & fatui. Hugo cardi. Sed quia homo non poteſt per ſe habere hanc benedictionem, orãdus eſt dominus, vt eam tribuat. Ideo orando ſubiungit.

6 BEnedicat tibi dominus ex Syon, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Secũda pars. Gloſa. Secunda pars, in qua ex pietate poſtulat benedici timentes. Caſſiodorus. Benedicat inquit tibi dominus ex Syon, id eſt dominus Chriſtus, qui in hoc monte hominibus apparere dignatus eſt, & pro nominis ſui qualitate, tanquã paſtori optimo ſemp aſcribitur (Syon) enim, ſpeculatio interpretatur. Augu. Glo. Ne autem quęras benedictiones illas quæ non ſunt ex Syon, vt ſunt filij abundantes in circuitu menſæ patris, & vxores fœcundæ, quæ etiã malis dantur, dicit. (Benedicat tibi dominus ex Syon.) Hugo cardi. Id eſt benedictione cœleſti. Et ex illa benedictione, videas bona Hieruſalem, videas inquã facie ad faciem. Glo. Tunc in re, nunc vero in ſpe (Bona Hieruſalem.) Hugo cardinal'. Id eſt triumphantis eccleſiæ, hoc eſt ipſum dominũ, quem videre eſt eſſe beatum, & a quo ſunt omnia bona. Caſſiodo. Hieruſalem enim, interpretatur viſio pacis, quæ tunc videbitur, quãdo ipſius author Chriſtus beata mente conſpicietur, in quo cuncta quæ bona ſunt videbuntur, ſed ne hoc crederes temporale additum eſt omnibus diebus vitæ tuæ, vt in effabili dono æternitatis cumulus adderetur. Hugo car. Non fit autem hic mentio de nocte, quia ibi non erit nox, ſed tantum dies, id eſt plena cognitio. Sequitur.

7 ET videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſrael.

Hugo car. Et etiam videas in præſenti, hoc eſt in eccleſia militanti (Filios filiorum tuorum) id eſt genitos de doctrina tua. Caſſiodor⁹. Filij enim filiorum, ſignificant nepotes, quod vtiq; beatis viris contingere poteſt, qui prędicationibus ſanctis populos multos generant. Hugo car. Glo. Vel videas in futuro in cœleſti Hieruſalẽ. filios filiorum tuorum, id eſt fructum operum tuorum (Pacem ſuper Iſrael.) Hugo cardi. Id eſt maiorem q̃ ſit in Iſrael, hoc eſt q̃ poſſit aliquis contemplari. Iuxta illud prophetę. Oculus nõ vidit deus abſq; te, quę præparaſti his qui expectant te. vel (videas pacem ſuper Iſrael) id eſt Chriſtum, qui eſt pax fidelium. Caſſiodorus. Qui inſidet illam beatam Hieruſalem, & cuncta bona facit quęcunq; maieſtatis ſuæ virtute complectitur. Hugo car. Vel videas illam pacẽ quę erit in ſuperiore Iſrael, quæ eſt pax æternitatis.

Pſalmus. cxxviij.

Titulus.

Canticũ graduũ.

Lyra. Dicit q̧ pſalmus iſte eſt gratiarum actio pro liberatione populi Iſrael a perſecutionib⁹ ſuis, quæ frequenter legitur facta a deo.

Caſſiodorus. Gloſa. Hugo car. Decimus gradus eſt patiẽtia in aduerſis, qui recte ſequitur pręcedentem. Neceſſe eſt enim, vt qui caſte deum timet, omnia pro ipſo patienter ſuſtineat, quod nunc expedit eccleſię inter malos. Monet ergo pſalm⁹ iſte ad patientiam. Et diuiditur in duas partes. In prima, oſtenditur quæ tulerit, & conſolatur infirmos ne deficiant inter aduerſa. In ſecunda, ponit perſequentium reprobationem, ibi dominus iuſtus. Ait ergo.

SAEpe expugnauerunt me a 1
iuuentute mea, dicat nunc Iſrael.

Decim⁹ gradus.

Gloſa. Hugo cardinal'. Vir enim iuſtus vel eccleſia, quaſi reſpondens querelis infirmorum murmurantiũ, q̧ tot ſuſtineãt mala, oſtendit non eſſe mirandum, cum hoc non ſit nouum, q̧ ſcilicet boni tribulentur, ymo diu eſt quod incœpit (Sæpe inquit.) Caſſiodorus. Cum hoc dicit, ſignificat frequentiam paſſionum (Expugnauerũt me.) Hugo cardinal'. Qui hoc non merui (A iuuentute mea.) Caſſiodor⁹. Id eſt a tempore primæ ætatis, quando a fratre peruerſo Abel occiſus eſt. Hugo cardi. Tunc enim cœpit perſecutio iuſtorum. Caſſiodo. Cæteri etiam plures inde perſecuti ſunt, vt Loth, Iob, & cæteri ſancti. Et inde ipſius quoq; Chriſti paſſione, impugnata eſt eccleſia. Glo. Expugnauerunt dico, ſed non nocuerunt, & iſtud (Dicat nunc Iſrael.) Caſſiodorus. Scilicet in hoc ſæculo, quando tempus eſt pœnitentiæ, vt inſtruantur reliqui fideles, patienter hic ferre perſecutiones. Nam poſt reſurrectionẽ generalem non expugnabitur ſanctus, ſed ſolas domini laudes cantabit ſemper eccleſia. Et iſtud quod hic poſitum eſt (Dicat nunc Iſrael) per tres verſus qui ſequuntur vbiq; ſubaudiendum eſt. Hugo cardi. Quid ergo dicat ſequitur. Iterum.

SAEpe expugnauerũt me a iuuen 2
tute mea, etenim non potuerunt mihi.

Hugo car. (Sæpe inquit expugnauerunt me, id eſt multotiẽs, & multis modis, & multi inimici a iuuẽtute mea.) Caſſi. Hoc merito dicit eccleſia, quæ creſcit in perſecutionib⁹ improborũ, ſuaq; cõtritione grãdeſcit. Nã & ſi videatur ſanctos viros in hac vita amittere, tamẽ eos futuræ patrię probatur acquirere. Glo. Sed quare tam ſępe expugnauerũt. Quia ſcilicet nõ cõſenſi eis. Et hoc eſt quod ait. (Etenim nõ potuerũt mihi.) Augu. Glo. Scilicet præualere vt me traherẽt in cõſenſum peccati. Caſſ. Glo. Nec ex hoc potuit eccleſia finiri, quæ creſcit in aduerſis. Imperfecta eſt enim expugnatio, quæ iterũ ad certamẽ reddit. Nec victoria poteſt dici ex quo cõſtat iterũ poſſe cõfligi. Gl. Et ideo, quia nõ potuerũt facere vt cõſentiã, cum publice nõ poſſent nocere, fecerunt vt portem eos. Et hoc eſt quod ait.

SVpra dorſum meum fabricaue 3
runt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Aliter legitur:

Supra ceruicẽ meam arabãt arantes, prolõgauerũt ſulcũ ſuum. Caſſ. Car. Supra dorſum meũ inquit fabricauerunt peccatores, id eſt poſt impugnationes verborum, de quibus ſupra actum eſt addiderunt impugnationem verborum. Caſſiodorus. Gloſa. Vel ſupra dorſum dicit, quia quod mali nequeunt, publice omnibus occulte ſingulis tentãt ſuadere. vt qui a facie venientes viderẽtur, a tergo non ſen-

tiantur. Et vt ſic vel paucos decipiant,qui eccleſiam totam ſubuertere non poſſunt. Et ſicut ſæpe expugnauerunt ita & diu. Vnde ſequitur. (Prolongauerunt iniquitatem ſuam).Non enim ſunt mometaneę eorum inſidię.ſed longę & diutinæ.Glo.Cardi. Vel prolongauerunt iniquitatē ſuam.dicit iuſtus,id eſt a me elongauerūt eā, quia quanto mali perſequuntur iuſtum tanto amplius ab eo elongatur iniquitas eorum dum patiēter ſuſtinet verbera,& ſapienter reſpondet ad verba.

4 ✠ Hebr. laqueos.

DOminus iuſtus concidet ceruices ✠ peccatorū, confundantur & cōuertantur retrorſum omnes qui oderunt Syon.

ſcda ps.

Car.Secunda pars in qua agitur de reprobatione & pœna perſequentium. q.d. vir iuſtus. ita expugnauerunt me peccatores, ſed non facient ſemper hoc,nec inpune.quia dominus iuſtus,id eſt qui habet poſſe & velle. Poſſe quia dominus & velle quia iuſtus (. Concidet ceruices peccatorum)id eſt ceruicoſos peccatores deſtruet. Aug.Glo. In hoc enim ſup bos & ceruicoſos peccatores notat.Caſſ. Vel cum dominus ſit patiens & miſericors. in bono intelligitur ꝙ ſcilicet ceruices peccatorum,.i. ſuperbiam illorum concidet dominꝰ cum eos ad miſericordiam per humilitatem & ſatiſfactionem redire permittet(Confundantur). Cardina. Bona cōfuſione quæ adducit gratiam & gloriam. Et cōuertantur retrorſum a via ſua mala ad viam iuſticię omnes qui oderunt Syon.i.eccleſiam fide deū ſpeculantem. Idem.Caſſiodo. Vel confundantur ęterna confuſione quæ nunquam delebitur, & cōuertantur retrorſum vt inefficaces & impotentes appareant.(Omnes qui oderunt Syon). Cardi. Id eſt ex odio perſecuti ſunt finaliter eccleſiam. Hieronymꝰ.Quę eſt corpus Chriſti cuius nos mēbra ſumus.

5 ✠ Hebr. ſtatim. vt viruerit areſcet.

FIant ſicut fœnum tectorum.quod priuſquam euellatur exaruit.

Caſſiodo.Fœnum in tectis antiquis creſcens ante tempus collectionis areſcit & perit,quia nulla firma radice viguit. Huic ergo fœno peccatores merito comparatur.quoniam & hic frequenter diſpereunt antequam de hac luce tollantur. Naſcuntur enim in cacuminibus ſuperbiæ vbi nulla ſoliditate conſiſtunt. Hieronymus. Et vbi nullum bonū granum exoritur.Verum etiam antequam ad incrementum aliud veniant exſiccantur.Cardina. Fiāt ergo perſecutores iſti ſicut fœnum tectorū quod cito oritur & cito moritur cuius viror parum durat.Sic ergo fiat gloria ſuperborum ſicut.fœnum tectorum quod priuſquā euallatur exaruit.Et quāto citius creſcit tanto citius areſcit. Et cum viret ex vna parte areſcit ab alia.

vi ✠ alia li. meſſor.

DE quo non implebit manum ſuā qui metet, ✠ & ſinum ſuum qui manipulos colliget.

Glo.Cardi.De quo inquit fœno ſcilicet, id eſt de malis & aridis ab humore gratiæ Non implebit manum ſuam qui metet & ſinum ſuum qui manipulos colliget.Caſſio.Glo. Augu. Mentētes angeli ſunt qui vltimo die iudicij frumētum electorū in orreo cœleſtis patrię recondent, bonos fructus vt deo offerant colligent. Et grana a paleis ſeparabunt,ſed de iſtis,id eſt ſuperbis manum non implebunt nec ſinum onerabunt.i. non colligēt ex eis bonam operationem,vel bonam cogitationem,& ideo eos a ſocietate ſanctorum reprobatos ſegregabunt. Et ſicut de beatis ſupra dictum eſt ꝙ venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos,ita de reprobis nunc dicitur ꝙ nec manu nec ſinu fructus aliquos offerent. Manꝰ nāꝙ pertinet ad operationem ſinus vero ad conſciētiam.In malorum autem actibus neutrū frugi potuit inueniri.Sequitur.

ET non dixerunt ✠ qui præteribāt benedictio domini ſuper vos benedicimus vobis in nomine domini. 7 ✠ alia li. de quo non dixerunt trāſeuntes.

Glo.Cardi.Quaſi dicat quos non colligēt angeli. Quibus non prædicauerunt apoſtoli. Et hoc eſt quod ait.Et illi non colligentur quibꝰ non dixerunt qui pręteribāt apoſtoli ſcilicet & prophetæ & eorum ſequaces qui per mundum currentes ad patriam tranſierunt.& tranſeunt non muſitantes in terra illi in quā non dixerunt(Benedictio domini ſuper vos).Caſſiodo.Car.Glo.Cōſuetudo enim inter hebręos erat vt agentes viam laborantibus benedicerēt.vnde hic econtrario dicitur quia inaniter operantibus benedictio nulla datur. Prætereuntes autem ſunt ſancti dei qui hunc mundum prętereunt quia eum pro nihilo habent.Et ad illa cœleſtia toto amore tranſeunt.a quibus ſceleratis inaniter operantibus benedictio nulla præſtatur Caſſiodo.Glo.Bonis autem benedicunt ſancti nō in ſuo ſed in nomine domini. Benediximus inquit vobis in nomine domini. Ipſa eſt enim vera & firma benedictio quę ſub domini cōmemoratione pręſtatur a quo venit omne quod expedit. Cardi. Non ergo ſancti hoc dixerunt iſtis impijs qui inaniter operantur nec ſuam eis benedictionem dederunt.

¶Pſalmus.cxxix.

¶Titulus.

Canticum graduum.

Lyra. Dicunt aliqui ꝙ iſte pſalmus eſt oratio Dauid pro ſua liberatione a pecatis. Alij vero ꝙ pro liberatione a captiuitate Babylonyca.

Caſſiodo.Car.Glo. Vndecimus gradus. Pœnitentialis ſuppplicatio qui recte poſt prædictos gradus ponitur,quia nec deum timens nec mali patiens propter deū dignꝰ eſt omnino gratia vel gloria dei quia in corpore nullus ſine peccato eſt. Et ideo vna ſecuritas eſt precibus inclinari. Et eſt iſte pſalmꝰ ſextus inter pœnitentiales. & vndecimus inter graduales.in quo notatur ꝙ quantuncunqꝫ ſit homo perfectus quod notat ſenarius numerus in quo deus perfecit mundum.tamen debet ſe reputare peccatorem quod notat vndenarius qui denarium excedit ꝑ quod intelligitur tranſgreſſor pro quo neceſſaria eſt pœnitētia,intētio ergo pſalmi eſt monere peccatores ad pœnitētiam. Et diuiditur in duas partes.In prima ponitur pœnitētis deuota oratio. In ſecunda oſtēditur lata concluſio cum certitudi

Sextus pſalmus penitentialis.

Pſalmi Diuiſio.

ne veniæ.ibi. Speret Iſrael in domino. Innocen. tertius. Oſtendit autem pœnitens in hoc pſalmo vnde clamauerit quoniam Deprofundis, nō vno tantum ſed multis, ad quem Quoniam ad te domine qui ſolus preuales liberare, quid hoc videlicet. Exaudi orationem meam. Quo affectu certe humili & deuoto. Vnde Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſerui tui. Quanta neceſſitate. Magna quidem & multa. Quoniam ſi iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit. Qua fiducia, plena pariter & ſecura. Quoniam apud te propiciatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te domine. Quomodo, Sperando & ſuſtinendo. vnde. Suſtinuit anima mea verbum tuum, ſperauit anima mea in domino, quandiu, A cuſtodia matutina vſq; ad noctem, in proſperis videlicet & aduerſis, qua de cauſa, quia deus & volens & valēs eſt liberare. Quia apud dominū miſericordia & copioſa apud eum redemptio, quo deniq; fine, vtiq; grato & ſalutari. Quia ipſe redimet Iſrael ex omnibꝰ iniquitatibus eius. Glo. Hic ergo pœnitens ſciēs ſe eſſe in profūdo peccati a ſimili Ionę clamat dicens.

1 DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Cardi. Iſte enim pœnitens volens aſcendere conſiderans infirmitatem ſuā, & miſerię profunditatem in qua eſt clamat, ad deum qui ſolꝰ potes liberare eum dicens. Deprofundis clamaui, de profundis dicit pluraliter ne tantum de profundo. quia multiplex eſt profundum a quo ſe petit liberari, malicię ſcilicet perfidiæ, ignorantię & miſerię. Innocen. tertius. Vel de profundis. i. de intimis viſceribus & occultis medulis cordis. Caſſio. De quibus pias fuderunt lachrymas. Petrus publicanus Ionas & cęteri vt exaudiri mererētur. Grego. Clamaui autem dicit non clamo, in quo datur perſeuerantiæ documentum vt ſi primo non exuditis, ab oratione tamen non deficias ymo precibus & clamori inſiſtas, vult enim deꝰ rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci, ideo namq; Chananea a domino exaudiri meruit quia prima domini reſponſione repulſa nequaquā clamare ceſſauit. Inno. tertius. Car. Clamaui inquam ad te domine, & non ad alium quia tu ſolus cū ſis omnipotēs potēs es liberare clamātes, fiducialiter ergo clamaui, hoc ſcilicet domine exaudi vocē meā. Grego. Repetitio autem iſta cum ſcilicet dicit bina vice ſi fas ſit ſic loqui, dn̄e, dn̄e precādi adauget affectum, mouentur enim deſideriū ſi nomē quod diligitur replicatur. Hiero. Deprofundis ergo clamat qui ſcit altitudinem diuitiarum ſapientiæ dei qui perſecutiones patitur, qui cūm miſericordi ſuſpirio deprecatur. Glo. Deinde alijs verbis, idem repetit dicens.

2 FIant aures tuę indentes, in vocem deprecationis meæ.

(Fiant inquit aures tuę). Innocen. iij. Card. Id eſt auditus miſericordiæ tuę vnus ad remittendū culpam. alius ad dimittendum pœnam. Fiam dico intendentes in vocem deprecationis meę. vt & culpam dimittas & pœnā, quia ſeruꝰ tuus ſum & filiꝰ ancillæ tuę. Hiero. Non enim hic carnalem aurē propheta poſtulat ſciens deum incorporeum eſſe ſed virtutē qua ſuos exaudire dignatur expoſcit. Greg. Et vt quaſi quodāmodo aures inclinās orationi ſuę deus intendat ne forte ſit mora in exauditione ſi longe ſint aures ab oratione, inter orationem autem & deprecationē hoc inter eſt quia oratio pro virtute perſeueratię, deprecatio vero fit pro peccatorum impunitate deprecatur ergo iſte aſcendens deum vt peccatorum ſuorum obliuiſcatur, & vt pater eſſe velit non iudex. Ideoq; ſubiunxit dicens.

SI iniquitates obſeruaueris domi 5
ne, domine quis ſuſtinebit.

(Si iniquitates inquit obſeruaueris domine). Innocen. Cardi. Glo. Id eſt ad pœnam & vindictam ęternam ſeruaueris iniquitates cuiuſlibet. Grego. Quas tūc deus obſeruaret ſi peccatoribꝰ veniā negaret, & ſi oſtenderet ſolummodo ſeueritatem nō adhiberet pietatem. Caſſio. Per iniquitatem autē vult intelligi omne peccatum quod poteſt aliqua prauitate commiti, iniquum eſt enim quod iuſtū non eſt. Si ergo obſeruares iniquitates (Domine quis ſuſtinebit). Innocē. Glo. Te iudicem. Nō ait non ſuſtinebo, ſed quis ſuſtinebit. q. d. pœne nullꝰ quātominus ego qui ſum iniquitatibus plenus. Augu. Gloſa. Omnis enim humana vita peccatis circūlatratur Omniquiſq; conſcientia ſuis cogitationibus accuſatur. Et no eſt caſtum cor quod preſumit de iuſticia ſua, preſumat ergo de dei miſericordia. Cardi. Caſſiodo. Quia nemo ſolam dei iuſtitiam ſuſtinere poſſet. Car. Et licet nullus hoc poſſet tamen non deſpero dicit iuſtus. Et hoc ideo.

QVia apud te propiciatio eſt, & p= 4
pter ✠ legem tuam ſuſtinui te do- ✠ Hebr. cū terribilis ſis neq; hec 2. pars reperitur i hebreo
mine.

Caſſiodo. Tertium enim iſte iuſtitia domini per quam pœnas nulli fas eſt euadere ad patronā miſericordiam cōuolauit (. Quia apud te inquit propiciatio eſt) Inno. Vnigenitus ſcilicet dei filiꝰ Ieſus Chriſtus qui eſt propiciatio pro peccatis noſtris quem habemus aduocatum apud patrē. Caſſ. Non enim in noſtris actibus eſt vt mereamur abſolui, ſed ipſius propitiationis eſt vt confitentē reum liberare dignetur. Auguſti. Glo. In hoc ergo mihi ſpes eſt. Nā ſi iudex ſolum eſſe velles & miſericors eſſe noles, omnes iniquitates obſeruares, & quis ante te ſtaret. Vna ergo ſpes eſt. (Quia apud te propiciatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui domine). Greg. Auguſt. Glo. Id eſt propter legem miſericordię & charitatis tuę quę viuificat peccata donat, reuertentibus æterne vitæ aditum patefacit & de cętero monet ne offendat homo, & ſi titubauit remedium donat orandi. Caſſiodorꝰ. Cum enim dicit (ſuſtinui) iudicat charitatem quæ totum ſuſtinet totum patitur & ſpem ſuam deſideranter expectat. Glo. Sine qua nullus ſuſtinet vt fruſtra ſuſtinet. Cardi. Suſtinui inquam te domine flagellantem & præmia differentem, expectās miſericordiam liberentem & iuſtitiam retribuentem. Innocen. Alioquin prę multitudine ac turpitudine iniquitatū mearū pœnitꝰ deſperaſſem.

Glo.Cardi.Deinde quaſi quis quæret eſt ne verũ ꝙ propter legem illam ſuſtinueris, conuerſio fit ad auditores,& ait vtiq;.

5 SVſtinuit anima mea ĩ verbo eius, ſperauit anima mea in domino.

aliter, ſic legitur

Suſtinui dominum, ſuſtinuit anima mea, & verbum eius expectaui,anima mea ad dominũ. Caſſ. Repetitio autem iſta ſuperioris ſenſus explanatio eſt,ſuſtinuit inquit anima mea in verbo ei⁹ id eſt in Chriſto quia incarnationem eius credebat eſſe venturã.Nemo enim ſuſtinet niſi qui promiſſum cupit accipere. Auguſti.Glo.Caſſiodo.Vel in verbo id eſt in promiſſo eius quod regnum promittit poſt veniam.Accepimus quidem veniam peccatorum,ſed ęternam vitam nondum tenemus. debita ſũt deleta,ſed merces eſt adhuc futura q uã ſperamus in verbo eius. Grego . Nam qui manet in verbo non fraudatur a regno aliter autem fructũ facere non poſſum⁹ niſi in verbo maneamus ſuſtineam⁹ igitur.Et ſi moram fecerit expectem⁹ ne contingat nobis quod per prophetam dicitur ve his qui perdiderunt ſuſtinentiam. Caſſiodor⁹. Et ne hoc verbum tranſitorium aliquem putares eſſe ſermonem addidit.Sperauit anima mea in domino qui eſt verbum patris,ſperauit enim anima mea quod futuris tẽporibus de maria virgine propter interitum generis humani auferendum naſci dignaretur.Innocen. Sperauit inquam anima mea,non in ſe,non in homine,non in mundo,ſed tantum in domino qui ſolus ſaluare poteſt nec derelinquit ſperantes in ſe.Glo.Si enim verbũ noſtrum eſſet deberem⁹ timere,ſed quia verbum dei eſt quod fallere non poteſt ſecuri ſperare debem⁹. Ideo ſequitur.

6 ACuſtodia ✠ matutina vſq; ad noctem,ſperet Iſrael in domino.

✠ Hebr. a vigilia matutina vſq; ad vigiliam matutinam expectet iſrael dominum

(Acuſtodia inquit matutina vſq; ad noctem). Cardi.Id eſt a pueritia,quãdo primo incipit ſe homo cuſtodire, & ratione vigere,vſq; ad mortẽ. Inno. Vel ab infuſione gratię vſq; ad finem vitę, vel ab hora incarnationis vſq; ad tempus iudicij vel a iuſto vſq; pecatore,ſiue a ſtatu proſperitatis vſq; ad aduerſitatis articulum,homo fidelis ſperare debet in domino,vt in illo confidens nec proſperis eleuetur nec deiciatur aduerſis.Caſſiodo. Vel(cuſtodia matutina)eſt reſurrectio Chriſti qui cuſtodientibus militibus ſepulchrum matutino tẽpore ſurrexit.Glo.Augu. Et ex tũc cœpit hęc anima noſtra ſperare & ſperat vſq; ad noctem,id eſt quouſq; moriamur. Caſſiodorus.Ex quo enim Chriſtus reſurrexit ſpes eccleſiæ confirmata eſt in domino, vſq; ad noctem,id eſt vſq; ad finem mundi. Gregorius.Et vſq; ad vniuerſalem reſurrectionem. Lyra.Et ponitur ly vſq; incluſiue.Gregorius. Tunc enim illuc nos peruenturos ſperamus quo caput noſtrum præceſſiſſe cognoſcimus.Sequitur. Speret Iſrael in domino.Glo.Cardi.Secunda pars in qua ponitur læta concluſio.vbi de ſe ſecurus prędicat aliis vt ſemp ſperent in domino. q.d. Sicut anima mea ſperauit ſimiliter(ſperet Iſrael in domino . Car.i.omnis popul⁹ Chriſtian⁹ fide vidẽs deum.Lyra.Miſericordiam eius patienter expectãdo cuius rationem aſſignat dicens.

Secũda pars.

7 QVia apud dominum miſericordia & copioſa apud eum redemptio.

Caſſiodo . In quo reddit cauſam mirabilem quare Iſrael in domino ſperare debuiſſet(Quia apud dominum inquit miſericordia. Lyra . Quæ ſuper exaltat iudicium. Car. Fuit nãq;,& eſt & erit apud dominum miſericordia ſicut apud fontem viuum riuulus iugiter emanat quem ſola ingratitudo deſiccat.Grego.Quia ergo nobis patet fons miſericordię redemptor noſter,toto, hunc pectore hauriamus vt extinguere ſitim carnalium deſideriorum valeamus.Sperandum namq; nobis eſt quia ibi pœnitentiæ noſtræ locus non deerit vbi innumerabilium hominum compunctio locum inuenit.Ad hoc enim patet fõs vt lauet . Iſte ad hoc fluit vt lętificet.Ad hoc redundat vt purget . Vnde addidit.(Et copioſa apud eum redemptio). Inno. Id eſt aſperſio ſanguinis eius de quinq; partibus abundanter effuſi ad plenam redemptionem ſufficiens vniuerſis.Hierony.Non enim auro neq; argento,ſed precioſo nos ſanguine redemit. Auguſt.Vel copioſa dicit ne quiſquam deſperaret de venia arbitrans non ſe poſſe peruenire vſq; ad redemptionis precium Gloſa. Caſſiodo. Quid autẽ ſit facturus ille quem ſuperi⁹ dixit miſericordem & copioſum ſubdit,dicens.

ET ipſe redimet Iſrael, ex omnib⁹ iniquitatibus eius.

Car.Quaſi dicat.Ab eo eſt, & apud eũ copioſa miſericordia & redemptio eſt, quia ipſe & nõ alius. Caſſiod.Et in hoc oſtendit pręter ipſum euadendi impoſſibilitatem.Redimet proprio ſanguine Iſrael,id eſt populum fidelem.Innocẽ.Iſrael enim interpretatur vir videns deum. Vnde hic non carnalis ſed ſpiritualis Iſrael debet intelligi, quia ſpiritus eſt qui viuificat.caro autem nõ prodeſt quicquam. Ipſe inquam redimet.) Iſrael ex omnibus iniquitatibus eius). Auguſti.Quod Iſrael per ſe facere non potuit Poterat quidem ſe vendere ſed non redimere.ille vero ſolus qui ſine peccato eſt potuit redimere.Redimet ergo non ſolum ab illa vel ab illa iniquitate(Sed ab omnibus iniquitatibus).Hierony.Vel redimet Iſrael ipſe ſcilicet fili⁹ introunte plenitudine gentium, reliquum Iſrael remiſſa iniquitate ſaluabit.

¶Pſalmus.cxxx.

¶Titulus.

Canticum graduum.

Caſſiodo.Glo. Cardinalis.Duodecimus. grad⁹ eſt humilitas quam intus & extra hic ſe habere oſtendit,& recte poſt pſalmum pręcedentem

Lyra.Dicit ꝙ Dauid cõſiderans ꝙ populus Iſrael fuerat percuſſus ꝓpter peccatũ ſuum proponit coram deo meritũ vitæ ſuę non ad iactãtiã ſed in ſe recognoſcẽs diuinam miſericordiam.

iſte ponitur quia pœnitentia ſine humilitate inutilis eſt,intentio monet ad humilitatem interiorem & exteriorem Et diuiditur in duas partes. In prima remouet a ſe vir iuſtus omnem ſuperbiam vel ſigna ſuperbię.Et proponens ſe humilem, pœ

penitentie humilitas affecta. Diuiſio Pſalmi.

nam proponit non humili. In ſecunda ſuo exemplo ad ſpem monet.ibi.Speret.Oſtendens ergo ſe humilem intus & extra,ait.

1 Duodecimus gradus.

DOmine non eſt exaltatum cor meum,neq; elati ſunt oculi mei.

Cardina. Domine inquit cui ſoli patent corda & renes hominum (Non eſt exaltatū cor meum)minus dicit & plus ſignificat, id eſt humiliatū eſt cor meū. Idē.Gl.Quod eſt verū ſacrificiū deo vnde ſupra ſacrificiū deo ſpirit⁹cōtribulat⁹cor cōtritū & humiliatū deus nō deſpicies(Neq; elati ſūt oculi mei)qđ eſt ſignū interioris ſuperbię.q.d. interiorem & exteriorem ſuperbiam expuli a me. Lyra.Diſpoſitio eni cordis magis apparet in oculis q̄ in alijs membris. Caſſiodo. Eſt ergo ſenſus q́ ſi non eſt exaltatum cor meū,nec oculi mei elati,a ſuperbia reddor pœnit⁹ alienus.Cū enim negat deeſe viciosa confitetur omnino laudanda.

2 NEq; ambulaui in magnis,neq; in mirabilibus ſuper me.

Caſſiodo. Neq; ambulaui inquit in magnis.i.cū magnatibus,vel in pomposa ſocietate quorū vtrūq; eſt ſignum ſuperbiæ,vel non ſuperbiui de magnis factis.vel dictis vel virtutibus.Caſſiodo. Ambulauit autem tunc in magnis Pylat⁹.cum domino dixit. neſcis quia poteſtatem habeo dimittere te,Neq; in mirabilibus ſuper me.Car. Id eſt ſupra virtutem meā vt homines admirentur. Ille enim ſuper ſe ambulat qui pluſquam poſſit attentat vt mirandus appareat.Auguſtinus. Glo. Non itaq; quæſiui aliquid ſup vires meas vnde me apud imperitos iactarem. vt ſunt qui miracula ſibi optāt. Idem.Glo.Caſſiodo. Sicut Symon magus qui in mirabilibus ſupra ſe voluit ire delectatus potentia apoſtolorum non iuſtitia. voluit enim talia agere qualia apoſtoli,ſed non talis eſſe.Sequitur.

3 ✠alia lr. verū ſi nō propoſui & ſuperfeci aiam meam.

SI non humiliter ſentiebam ſed exaltaui animam meam.

Cardi.q.d.Non ambulaui in magnis neq; in mirabilibus ſupra me(ſi non),i.ſed(humiliter ſentiebam)de me ipſo quod eſt vere humilitatis. Gloſa. Vel humiliter ſentiebā beneficia mihi data a deo. Vel ſic vt tot⁹verſ⁹ ſub vna clauſula legat̄,ſi nō humiliter ſentiebam,ſed exaltaui animam meam iactando ſcilicet vel gloriādo,ne male accidat mihi. Hierony.Vel humiliter ſentiebā in ſeculo. ſed animam meā exaltaui in cœlo, humilis fui corde ſed excelſus ſenſu.Sequitur.

4 ✠alia lr. ablactata eſt a mē aīa mea.

SIcut ablactatus eſt ſuper matrē ſuā, ita retributio ✠ in animam meam.

Hugo.Car.Glo.quaſi dicat.Si non humiliter ſentiebam ſed econtra exaltaui animam meam.Sicut ablactatus, id eſt a lacte ſeparatus. erit ſuper matrē ſuam indigēs adhuc lactari a matre & quærēs lac & non datur ei ita retributio in animam meam. fiat ſcilicet vt cū quæſierit non detur ei ſi eā exaltaui. Car. Vel.q.d.Sicut humiliter ſenſi & animā meam.Non expectaui Ita fiat retributio in animā meam vt ſicut ablatus qui non cibatur lacte ſed cibo meliore & honorabiliore,ita & fiat in anima mea,vt cum ſe humiliat circa minima eleuetur ad maiora,& plus ei detur q̄ ſperet. Caſſiodo.Vel talis eſt ordo verborum. Si non humiliter ſentiebā ſicut ablactatus ſub matre ſua,ſed exaltaui animam meam,tūc ita retribues,vt ſi ego te pręſumpſi cōtēnere,tunc merito videaris me abijcere. ſequitur. ✠alia lr. expecta.

SPeret ✠ Iſrael in domino ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. ſcđa ps.

Glo.Hugo.Car.Secunda pars in qua ponitur concluſio pſalmi vbi ſuo exemplo alios inuitat vir iuſtus aſcendens,ſperare in domino.q.d. Et quia ita ego,Ergo meo exemplo(Speret Iſrael in domino Caſſiodo. In quo docet propheta vnum quemq; fidelium vt confidentiam ſuam ſemper in domino ponat & in ea cunctis ſeculis perſeueret. Car. (Speret inquam Iſrael) id eſt populus Chriſtian⁹ (in domino)& non in alio, quoniam omnes qui ſperant in eum non confundentur(Ex hoc nūc). Caſſiodo. In hoc enim mūdo licet ſperare. illic autem deſiderata pręmia cōtueri(Et vſq; in ſeculū). Idem.Car. Id eſt in omni tempore quouſq; ſcilicet veniat ad æternitatē vbi non erit ſpes ſed res. Hiero.Docet ergo vt nullo fine temporis ſpes noſtra claudatur vt per ſpem pręſentis æui bona futuri ſeculi capiamus.

¶Pſalmus.cxxxi.

¶Titulus.

Canticum graduum.

Caſſiodo.Hierony.Car. Glo.xiij.gradus eſt ſollicitudo ædificandi domū dei & recte iſte gradus poſt duos pręcedētes ponitur. Nā in illis ędificauit ſe ipſum vir aſcendens per pœnitentiam & humilitatem hic autem intēdit ędificare ſpiritualem domum.ideo congrue de eius ędificatione poſt gradum humilitatis ſubiungitur(quia per humilitatem quis efficitur domus dei. Vnde in Eſaya. Super quem requieſcet ſpiritus me⁹ niſi ſuper humilem & quietum.Hierony. Caſſio.Et in hoc pſalmo propheta incarnationis dominicæ ſacramenta deſcribit. Cuius intentio eſt monere nos & alios vt ędificemus domum deo. Et diuiditur in tres partes. In prima precatur vir iuſtus dominum vt voluntatem ſuam de ædificando domum deo impleat. In ſecunda oſtēdit domum ędificatam Et vbi ſit ędificata.ibi.Ecce audiuim⁹. In tertia dicit promiſſiones dei factas ędificatæ Syon ibi. Iurauit dominus. Glo. Volens ergo ædificare domū domino.ait in perſona totius Chriſti.

Lyra. Dauid fecit hunc pſalmum faciens in eo principaliter mentionem de duobus videlicet de deuotione quā habuit de ædificatione tēpli. Et de promiſſione ſibi facta a deo quātum ad ſucceſſionē regni in filijs ſuis.ij.Reg.vij.

Pſalmi diuiſio.

MEmento domine Dauid, & omnis māſuetudinis ✠ eius. 1 Decimus tertius gradus. ✠alia lr. afflictionis eius.

Caſſiodo.Memento illi dicitur ex humano more. qui nihil aliquando potuit obliuiſci ante quē eſt omne pręſens pręteritum & futurum. Cardina.Glo.

Memento inquam domine Dauid,ſpiritualis ſcilicet,id eſt Chriſti qui Dauid,id eſt manu fortis & deſiderabilis eſt. Hierony. Filius enim omnipotentis dei aſſumptur⁹ carnem pro redemtione populi Dauid ſe voluit nuncupari. Eius ſcilicet nomine vocitatus de cuius ſanguine aſſumpturus erat, & corpus.(Et omnis manſuetudinis eius.). Glo. Quia in manſuetudine dyabolum vicit. Hierony. Non contendit neq; clamauit ſed ſicut agnus manſuetus deductus eſt ad victimam. Caſſiodo. Iuxta illud prophetę. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt in quo in menſę manſuetudinis & patientiæ virtus oſtenditur ſequitur.

✠ Hebr. qui vel eum.

2 SIcut ✠ iurauit domino votum vouit deo Iacob.

Glo. Cardina. q.d. Ad hoc memento Dauid ſpiritualis.i.Chriſti vt impleat, ſicut iurauit domino, & ſicut votum vouit deo Iacob.i.quem coluit Iacob.hoc eſt da vt Chriſtus quod firmiter propoſuit & voluit impleat. Caſſiodorus. Iurauit enim de Chriſto domino dicitur,cuius ſacramētum eſt firma promiſſio,iurauit igitur, id eſt iure orauit hoc eſt veraciter firmeq; promiſit ſe redempturū genus humanum. Hierony. Iuramentum autem ac votum propter firmitatem dictionis poſuit ne nos dubitaremus ſequi. Caſſiodo. Votum autē filij fuit vt propriæ incarnationis aduentu reconciliaret patri genus humanum quod peccatis exigentibus reddebatur in ſenſum hoc tamen votū non eſt a patre diuiſum. Nam omnia quę vult pater vult filius,vult & ſpiritus ſanctus quoniā vna natura vna poteſtas. vna cognoſcitur & volūtas. Sed quid vouerit ſubter exponitur, cum dicitur.

✠ Hebr. aramei.

3 SI introiero in tabernaculum domus meę,ſi aſcendero in lęctum ſtrati mei.✠

Caſſio. In verſu iſto & duobus alijs qui ſequntur, propheta referente verba intelligēda ſunt domini Chriſti a parte humanitatis eius, negat enim & tabernaculum ſe introire, & ſtratum lecti conſcendere donec illa quę patri ꝓmiſit cognoſcatur implere. Glo. Cardi. Et ſuſpenditur litera vſq; ibi,donec inueniam locum domino. Vnde ſenſus eſt,ſi hoc vel illud fecero de cętero non credatur mihi. dicit ergo.(Si introiero in tabernaculum domus meę). Caſſiodo. Id eſt in cœleſtem habitationem vbi poſt reſurrectionem ſuam cum aſſumpta carne videntibus apoſtolis aſcendit. Et ideo addidit domus meę,vt cœleſtem ſignificaret habitationē cum vero dicit.(Si aſcēdero in lectum ſtrati mei). Idē. Glo.i.ad dexteram patris. vbi lect⁹.i.requies eſt & finis laborum. Gloſa. Cardina. Vel per Dauid intelligitur vir iuſtus & ſpiritualis qui manu forti in manſuetudine dyabolum vicit,ſicut iurauit domino,id eſt firmiter promiſit ex voto volūtatis. Votum vouit deo Iacob,id eſt futura quęrētium,ſupple ſic reddet alioquin non eſſet iuſtus. Si introiero in tabeanaculum domus meæ, id eſt ſi quęſiero quę mea ſunt nō quæ dei,ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.i.ſi acquieuero carni quaſi dicat. Non acquieſcam. Sequitur.

SI dedero ſomnū oculis meis & palpebris meis dormitationem. 4

Caſſiodo, Glo. Si dedero(inquit in perſona Chriſti)ſomnum oculis meis,id eſt requiem mortis triduanę,de qua in alio pſalmo dicitur. Ego dormiui & ſoporatus ſum. Et exſurrexi quia dominus ſuſcepit me,quod ſufficientius exprimitur, cum dicitur.(Et palpebris meis dormitationem. Idē. Io hoc enim conſuetudo ſomni potenter exprimitur. Nā palpebrę a palpitando dictę ſunt quę niſi tremula quadam remiſſione quieuerint ſomnus oculos non poteſt introire. Glo. Cardina. Vel de viro iuſto ſic. Si dedero ſomnum oculis meis, id eſt oculis mentis carnalem vel terrenam delectationē. Terrenę enim fœlicitates ſunt ſomnia dormientium quę cito tranſeunt,quaſi dicat non dabo, & vt pl⁹ dicā nec pariter dabo palpebris meis dormitationem,id eſt non ero leuis & inconſtans vt modo retraham me ab amore & cura temporalium,& poſtea relabar in idē ſicut ille qui dormitat frequenter releuat caput & frequēter inclinat dormitatio eni̇̄ min⁹ eſt q̄ dormitio. Nā dormitio cōtinua eſt,dormitatio vero interpolata. Glo. Et vt etiā min⁹ dicā,id eſt quod min⁹ eſt remoueā. Sequitur.

ET requiem temporibus meis donec inueniam locum domino tabernaculum deo Iacob. 5

Et req̄e temporibus addituū eſt.

Hierony. Primo enim in tabernaculis dom⁹ cœleſtem ſedem indicat. In ſtrato vero lecti in oculorū ſomno,in dormitione palpebrarum, vel in tēporum requie,de qua hic dicit. Et requiem temporibus meis ęternam quietem quæ nunquam abrūpitur demonſtrauit,in quibus non ſe redditurum pollicetur Chriſtus,niſi prius in homine dignū deo patri locum vel eccleſię congregationem ſua reſurrectione conſtrueret. & hoc eſt quod ſequitur (Donec inueniam locum domino tabernaculum deo Iacob). Caſſiodor⁹. Locus enim eius eſt tabernaculum pectoris Chriſtani,& atria eccleſiæ catholicæ quæ ille tanquam cœlum ſemper in habitat. Gloſa. Car. Vel de viro iuſto intelligitur qui ait. & non tantum non dormitabo ymo nec requiem dabo temporibus meis.i.non ero torpēs vel ocioſus,vt etiam minus dicā vel quod minus eſt a me remoueam.(Donec inueniam locum domino taberbernaculum deo Iacob). Cardi. Et ponitur hic donec excluſiue.q.d. illam nō faciam donec locū inueniam domino(Tabernaculum deo Iacob)id eſt inquietis & pacificis mentibus. Gloſa. Augu. Secundum pręſentem ſtatum vbi militatur in futuro domus pacis erit vbi pauſabitur, inueniam dicit quia diu quęſiuit locū domino qui ſuper humilem requieſcit & quietū,qui locus dei eſt ſi ſua deſerit rem vel ſaltem amore,& ſi ſe non amat,ſed deum.

ECce audiuimus eum ✠ in Ephrata,iuuenimus eum in campis ‡ ſyluæ. 6

✠ alia li. eam
‡ Hebr. in regione ſalt⁹
Secūda pars.

Cardina. Glo. Secūda pars in qua oſtenditur ędificata dom⁹,& locus ędificationis & precatur, vt exaltetur.q.d. Iurauit Dauid vt nō quieſceret do

nec eſſet ędificata dom⁹ domini. & compleuit vt apparet(Nam ecce inquit audiuimus eum). Idē. Glo. Scilicet locum & domum, vel ipſum deum. Auguſti. Glo. Vel eam.i.ſedem domini(in Ephrata)Hiero. Caſſiodo. Id eſt in Bethleem vbi primū eccleſia eſt audita, & in qua dominus Chriſt⁹ carnē aſſumpſit, in qua & Rachel Iſrael dilecta quieſcit quę typum geſſit eccleſię. Caſſiodo. Et interpretatur ſpeculum. Cardi. Vel audiuimus eum in Ephrata.i. in lege in qua ymago & vmbra futurorum videtur quaſi in ſpeculo, ibi enim audiuim⁹ ſed inuenimus eum in campis ſyluę. Caſſiodor⁹. Cardina. Id eſt in gentibus incultis & inſtructuoſis plenis ſpinis & vepribus ydolatriæ & omniū peccatorum. Hierony. Quę prius erāt diaboli cubilia, nunc autem ſunt campi dominum colentes & fructiferi. Glo. Cardina. Quia quod in imagine prædicatum eſt Iudæis, in fide gentium inuētum eſt. Vnde miſit domin⁹ verbū in Iacob & cecidit in Iſrael. Caſſio. Glo. Qui ergo prius in Bethleem auditus eſt propter fidem gentium in cāpis ſyluę compertus eſt. Cardina. Vel audiuimus eum in Ephrata id eſt in clericis qui deberent eſſe ſpeculum eccleſiæ, ſed inuenimus eum in campis ſyluæ, id eſt in campeſtribus, hoc eſt in laicis. Sequitur.

7 INtroibimus in tabernaculum ei⁹, adorabimus in loco, vbi ſteterūt pedes eius.

Hierony. Introibimus inquit nos ſcilicet qui in vna domo eccleſię per dominum aggregamur in tabernaculum ei⁹. Car. Scilicet dei Iacob & erim⁹ de militibus eius pugnantes pro eo & cū eo. Glo. Auguſt. Qui autem intrat vt habitet a domino habitatur, intrat vero qui diligit, & qui intrat dom⁹ dei efficitur. Caſſio. Sed quia non ſufficit intraſſe addidit. (Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius). Idem. Chriſti ſcilicet cuius pedes ſignifiant euangelicas iuſſiones ſicut ſcriptum eſt. Q̃ ſpecioſi pedes euangelizantium pacem. Hiero. Adorabimus ergo in loco in quo prędicationes apoſtolicę audiuntur quę vt pedes ſuſtinent totū corpus eccleſiæ. Auguſti. Glo. Vel locus in quo debet deus adorari domus dei eſt præter quam non audit deus ad vitam ęternam. Ille autem ad domum iſtam pertinet, qui eſt Charitate cōpaginat⁹ alijs. Caſſiodo. Stare vero pertinet ad ſoliditiſſimam mētem, vnde ſcriptum eſt. Qui perſeuerarit vſq; in finem ſaluus erit, nam peccatores in fide conſtare non poſſunt iuxta illud. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem expulſi ſunt nec potuerunt ſtare. Gloſa. Deinde conuerſus ad dominum ait.

8 SVrge domine in requiem tuam, tu & archa ſanctificationis tuę. ✠

✠ Hebr. fortitudinis tue.

(Surge inquit domine in requiem tuam). Hiero. Caſſio. quaſi dicat. Iam impleſti iuramentum reddidiſti votum, iam inueniſti locum deo, iam produxiſti ex latere tuo eccleſiam. Exurge ergo nunc ab inferis reuertere in tabernaculum abiens in requiem tuam. Et in deitatis tuę beatitudinem ſempiternam. Caſſiodo. Tuam dico quam ſcilicet tibi tua maieſtas attribuit Et ne putares caput membra ſua poſſe relinquere adiecit. (Tu & arca ſanctificationis tuę). Caſſi. Glo. Nō quidem archa Noę nō archa teſtamēti quę figura fuit, ſed archa ſanctificationis tuæ, hoc eſt eccleſia quam membra tua faciēs ſanctificare dignat⁹ es. Aug. Vel archa iſta corpus Chriſti eſt, vnde dicit. Surge cum corpore tuo ſcilicet vt palpent qui non credebant. Caſſio. Deniq; vide quid ſequitur.

9 SAcerdotes tui induantur iuſticiā, & ſancti tui exultent. ✠

✠ Hebr. laudent.

Auguſti. Glo. Quaſi dicat. Te reſurgēte a mortuis & emitte ad patrem, ſacerdotes tui regale ſcilicet ſacerdotium genus electum de quibus apoſtolus loquitur(induantur iuſticiam) id eſt fidem Iuſtus enim ex fide viuit. Cardina. Vel iuſtitiam generalem quę omnes virtutes complectitur. Hierony. Caſſiod. Vt induti lorica iuſtitię & charitatis nō ſaucientur a iaculis inimici. Caſſiodo. Vel iuſtitia ipſum ſignificat Chriſtum qui vt inquit apoſtolus factus eſt nobis a deo ſapientia & iuſtitia. Ipſum ergo decet ſacerdotes indui & ſemper corde geſtare qui tamen ſic induitur vt intus eſſe dignetur. Sequitur. (Et ſancti tui). Augu. Glo. Id eſt mēbra tua accepto pignore ſpiritus ſancti) exultent) id eſt lętentur, ſpe reſurrectionis quæ pręceſſit in capite. Caſſ. Conſequens enim erat vt ſancti exultarent cum ipſum Chriſtum dominū induiſſent. Glo. Hic autem accipit eoſdem ſacerdotes & ſanctos ſcilicet omnes fideles, vel p ſacerdotes ſignificat prelatos eccleſiæ. Per ſanctos vero ſubiectos fideles, deinde ex perſona ipſius Dauid rogantis deum patrem ſubditur.

10 PRopter Dauid ſeruum tuum nō auertas faciem Chriſti tui.

Hiero. Hoc eſt propter illum qui ex ſemine Dauid formam ſeruilem ſuſcepit non auertatur claritas imaginis tuę a ſanctis in quibus ipſe Chriſt⁹ inhabitat, ſed illuminet eos. Auguſtinus, Caſſio. Cardina. Gloſa. Vel petit propheta vt a gente iudęorum non auertat faciem ſuam propter mortē Chriſti, vt ſaltem reliquię ſaluę fiant quod in apoſtolis & alijs multis impletum eſt quaſi dicat. O deus pater propter Dauid ſeruum tuum non auertas pœnitus a Iudęis faciem Chriſti tui id eſt noticiam vel clementiam filij tui, & ait propter Dauid, quia & iurauit dominus veritatem, vnde ſequitur.

11 IVrauit dominus Dauid veritatem & non fruſtrabitur ✠ eum, de fructu vētris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Gloſa. Cardina. Tertia pars in qua oſtēdit promiſſiones dei factas, ędificatę Syon id eſt eccleſię Et loquitur Dauid in ſua vel totius Chriſti perſona quaſi dicat. Bene dico propter Dauid quia iurauit domin⁹ Dauid illi actuali filio Yſay. Caſſ. Quid autem firmius, quid ve poteſt dixi coſtātius, q̄ quādo ille iurat p quē iuratur ille pmittit qui nō poteſt falli? Iurauit inquit dñs Dauid veritatē). Car. i. immobiliter pmiſit, vel Dauid literali, vel Dauid ſpirituali id eſt Chriſto(Et non fruſtrabitur eum) id eſt non mutabit promiſſum. Caſſiodor⁹. Fruſtrare enim eſt in irritum promiſſa deducere quod hic merito negat, poſſe prouenire, quoniam dece-

✠ Fruſtrare.

ptionis locus eſſe non potuit,vbi promiſſio veraciſſimi declaratur authoris. Sed quid iurauit,ſequitur.(De fructu vētris tui,ponā ſuper ſedem tuam.) Hugo cardi. Id eſt ex te naſcetur qui erit rex ſuper Iſrael,ſcilicet Chriſtus. Auguſti. Glo. De fructu autem ventris dicit, non de fructu femoris, quia de fœmina natus eſt Chriſtus,ad quam vir non acceſſit. Hierony. Vel nos ſumus fructus eius,quos ſpiritualiter tanquā ex vtero generauit. Qui ſi ſequētia cuſtodiamus,ſedebim⁹ ſuper ſedem eius. Et nō ſolū nos verumetiā & filij noſtri,vnde ſequitur.

12 ✠ Hebr. pactum meum.
SI cuſtodierint filij tui teſtamentū meum, ✠ & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos.

13 ¶Et filij eorum vſq; in ſęculū, ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Caſſiodor⁹. Explanauit quod ſuperius dixit. Nam & hic de apoſtolis loquitur,cæteriſq; fidelib⁹,qui Chriſti filij dixi fidei integritate meruerunt. His enim ſedes domini dabitur,qui & participes eius regni eſſe meruerint. Glo. Non ergo omnibus,ſed teſtamentum eius cuſtodiētibus. (Si cuſtodierint inquit filij tui teſtamentum meum.) Id eſt pactum baptiſmi(& teſtimonia mea)id eſt præcepta vitæ. Auguſti. Glo. Non enim hoc dicitur de filijs Dauid ſtirpe,ſed cultu dei & fide. Gloſa. Si cuſtodierint dico teſtimonia mea,hæc ſcilicet quæ docebo eos,non quæ ipſi ſibi conſtituant. Et filij eorum, ſubaudi,ſi cuſtodierint vſq; in ſæculum,ſedebunt ſuper ſedem tuam. Hoc autem gratis promiſit,nō pro meritis,vſq; in ſæculum ſcilicet, id eſt in æternum, non enim eſt temporale hoc præmium,ſed æternum. Hierony. Si ergo teſtamentum eius cuſtodiamus,ſedere nos faciet in cœleſtib⁹,vbi ſedebunt & filij noſtri,id eſt opera noſtra. Rememorabuntur enim opera bona, quæ ob amorem illius operati ſumus in conſpectu eius. Sequitur.

14 ✠ Hebr. deſiderauit.
QVoniam elegit dominus Syon, elegit ✠ eam in habitationē ſibi.

15 ✠ Hebr. deſideraui eam.
¶Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi ✠ eam.

Hugo cardi.(Quoniam elegit dominus)ſola gratia nullo merito præcedente Syon,id eſt eccleſiam per ſpeculum & in enigmate videntem. Hierony. Caſſiodo. Vel per hoc vocabulum Hieruſalem ſuperna declaratur concors in populis vnita virtute charitatis purificata per remiſſionis gratiā,quam elegit dominus in habitationem ſibi. Glo. Caſſio. Elegit inquam eam,vt ibi ſpiritualiter habitet qui vbiq; eſt,dicens. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, verba iſta, verba ſunt dei patris,quæ non ad literam de iſta terrena Hieruſalē,quæ ſæpius euerſa eſt,ſed de eccleſia intelligūtur,quæ durat in æternum. Hic habitabo,in eccleſia ſcilicet. Hugo card. In præſenti per fidem, & in futuro per ſpeciem (quoniam elegi eam.) Idem. Glo. Non ex meritis, ſed quoniam elegi eam per gratiam dans benedictionem,vnde ſubdit.

16 ✠ Hebr. venationem ei⁹.
VIduam ✠ eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus.

Auguſti. Vox patris hæc,eſt de filio ſuo.(Viduam eius inquit benedicens benedicam.) Caſſiodorus. Vidua enim Chriſti,dicitur eccleſia,quæ omni auxilio deſtituta mundano ſolam ſpem ſuam ponit in domino,vel vidua,dicitur ſynagoga, quæ nunc eccleſia eſt,quoniam deſinente lege, ſub qua velut quodam marito tenebatur obnoxia veniente gratia,Chriſto eſt ſine dubio copulata. Auguſti. Glo. Vel vidua,eſt anima,quæ ſe intelligit deſertam omni auxilio,niſi ſolius dei. Hugo cardi. Cui tamen dum hic corporaliter viuit, fidem ſeruat coniugalem,quia ſperat eum aliquando reuerſurum,& eam ſecum in domo ſua ducturū. Caſſiodo. Gloſa. Hanc inquit benedicens benedicam. Nam benedicēs benedicit, qui iugi benedictione ſanctificat. Hugo cardi. Vel benedicens benedictione gratiæ in præſenti, benedicam benedictione gloriæ in futuro. Pauperes eius ſaturabo panibus. Caſſiodo. Pauperes Chriſti ſunt,qui terrenis rebus ſemper indigēt, ſed cœleſti copia perfruuntur. Hugo car. Qui non de ſuis meritis præſumentes, ſed iugiter defectus ſuos conſiderātes in ſola dei miſericordia ſpem ſuā ponunt. Hos ſaturabo dicit dominus panibus tribus,ſpe ſcilicet,fide,& charitate,vel panib⁹ quinq;, ſcilicet,doctrinæ,pœnitentiæ,euchariſtiæ,gratiæ, & gloriæ. Auguſti. Glo. Vel deus,eſt panis,qui in carne ſe lac fecit. Ipſe enim eſt panis pauperum,id eſt humilium,qui quanto plus eſuriūt,tanto plus manducant. Et tanto plus eſuriunt,quanto inanes ſunt a ſæculo. Sequitur.

Christi pauperes qui. — quot ſūt panes.

xvii ✠ Hebr. laude laudabunt.
SAcerdotes eius induam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabunt. ✠

Hugo card. Sacerdotes inquit,id eſt omnes fideles eccleſiæ,qui corpora ſua offerunt deo hoſtiam viuam,ſanctam,& beneplacentem. Idem. Glo. Vel ſacerdotes eius,id eſt prælatos eccleſiæ, ſacra dantes, id eſt ſacramenta gratis miniſtrantes,induam ſalutari,id eſt Chriſto,ſecundū illud. Quicūq; in Chriſto baptizati eſtis Chriſtū induiſtis(Et ſancti eius) Hugo cardi. Id eſt baptiſmo ſanctificati. Glo. Vel ſancti eius,idem ſunt qui & ſacerdotes,vel primum dicit de prælatis. Iſtud de ſubditis(Exultatione exultabunt.) Hugo cardi. Id eſt iugiter, vel dupliciter interius ſcilicet & exterius,vel in pręſenti & in futuro. Caſſiodo. In hoc enim perpetuam lætitiam vult ſignificare ſanctorum, vnde ſubditur.

xviii ✠ alia li. oriri faciam.
ILluc producam ✠ cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo.

Caſſiodorus. Cum enim dicitur illuc,illa beatitudinis requies ſignificatur,de qua ſuperius dixit. (Hæc requies mea in ſæculum ſæculi.) Hugo cardinalis. Vel illuc,id eſt ad viduam & pauperes & ſacerdotes & ſanctos(producam)id eſt extendam(cornu Dauid.) Hieronymus. Regnum,ſcilicet Chriſti, quod in illis extenditur,quibus dictum eſt. Beati pauperes ſpiritu,quoniā ipſorum eſt regnum cœlorum. Card. Quibus dabo eandē gloriā & dignitatem,quam dedi filio meo. Et hoc ideo paraui lucernam Chriſto meo, id eſt ad tantam celſitudinem venient,ꝙ erunt vaſa,in quibus lucebit Chriſtus, cui attribuēt quicqd boni habebūt,vel illuc ī eccleſia ſcilicet(ꝓducā cornu Dauid)id eſt dabo illi for=

titudinem Chriſti, vt ſicut cornu carnem excedit, ſic fortitudo eccleſiæ omnem excedet fortitudinē carnalem. Hierony. Auguſti. Caſſiodo. Hugo car. Gloſa. Vel hęc lucerna, eſt Ioannes, qui Chriſtum oſtendendo prædicauit, & eum in huius mundi tenebris venturum nunciauit. Sic enim & ipſe dominus eum vocitat, dicēs, ille erat lucerna ardens. Ipſe namq; eſt preco verbi paranimphus ſpōſi & lucerna Chriſti. Sequitur.

rit ✠ alia li. diadema eius.

INimicos eius induam confuſionē, ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio ✠ mea.

Hugo cardi. Inimicos inquit eius Chriſti, ſcilicet vel eccleſię. Hieronym⁹. Cuius inimici ſunt Iudęi non credētes. Caſſiodo. Hæretici pagani, vel quicunq; contra eius inſtituta vixerunt iſtos induam confuſione. Hierony. Cum viderint dominum in maieſtate ſua. Caſſiodor⁹. Et quando audient eum dicentem beatis. Venite benedicti, ipſis vero. Ite maledicti in ignem æternū. Idem. Glo. Hoc quidem faciet fili⁹, cui omne iudicium datum eſt. Sed nota patrē qui hic loquitur, vt intelligas patrem facere, quod filius facit. (Super ipſum autem.) Hugo cardina. Id eſt ſuper Chriſtum integrum, vel ſuper Chriſtum caput efflorebit, id eſt efficaciter, apparenter, & excellenter florebit, ſanctificatio mea, id eſt effectus ſanctificationis meę in anima & corpore. Vel poteſtas ſanctificādi, quoniā ſolus Chriſtus ſanctificauit per ſanguinem ſuum eccleſiam ſuam. Auguſti. Gloſa. In eo enim eſt ſanctificatio, quia ſine eo, homo qui fœnum eſt, non poſſet florere.

¶Pſalmus.cxxxij.

¶Titulus. Canticum graduum. ✠

✠ Adde: Dauid.

Caſſiodo. Gloſa. Hugo cardina. Decimuſquartus gradus, eſt charitas fraterna, quæ facit fratres habitare in vnum, vnde eſt benedictio & vita. Caſſiodorus. Et eſt hic pſalmus athomus, id eſt ſine diuiſione, vbi commendatur charitas proximi, quæ nullam admittit diuiſionem. Intentione autem monet ad cōcordiam & vnanimem habitationem, hic ergo vir iuſtus de fratrum cohabitatione exultans, ait.

Lyra. Dicit q; pſalmus iſte loquitur de vnitate populi Iſrael ad inuicē per charitatem ſub vno rege, & ſub cultu vnius dei.

Hic pſalmus non diuiditur

1 Decim⁹ quartus gradus. ✠ Hebr. decor.

ECce q̄ bonū & q̄ iocundū, ✠ habitare fratres in vnum.

Caſſiodor⁹. Gloſa. Ecce oſtendentis eſt potius q̄ loquētis, quaſi plus oſtēſione q̄ lingua explicetur. (Ecce inquit q̄ bonum.) Hugo cardina. Id eſt q̄ vtile (& q̄ iocundum) id eſt q̄ delectabile. Sunt enim quædam bona quæ non delectant. Hieronym⁹. Et ideo hæc duo poſuit, bonum ſcilicet & iocundum. Et quod ſibi videbatur contrarium, vno ſermone coniunxit. Martyrium enim bonum eſt non iocundum, voluptas vero iocunda eſt, non bona. Hic autem bonum & iocundum eſt habitare fratres in vnum. Caſſiodor⁹. Habitare ſcilicet, id eſt in bono propoſito permanere, cum vero dicit, fratres, non de fratrib⁹ carnalibus hoc dicit, ſed de his qui fidei ſocietate ſub vno patre ſunt conſtituti, quibus eſt cor vnum & anima vna, & ideo addidit in vnum. Hugo cardinal. Glo. Id eſt concorditer recte diſpoſitis ſingulorum diuerſis officijs. Hieronym⁹. Auguſti. Glo. Idem. Et quāuis hæc de omnibus dixi poſſunt chriſtianis, qui in vnum debēt habitare mente & fide. Proprie tamē cenobijs & monaſterijs ſeu fratribus in vnū cohabitantibus conueniunt, vbi vnum propoſitum, vnus & animus eſt, a quibus tamē ad cæteros benedictio deſcendit. Glo. Et quia oſtendendo dicerat, ecce. Oſtendit q̄ bonum ſit & q̄ iocundum, ſubdens.

SIcut vnguentum ✠ in capite, quod deſcēdit in barbā, barbā Aaron.

2 ✠ Adde optimū ex hebreo.

Caſſiodor⁹. In hoc enim incipit ſuperioris verſus per ſubtiliſſimas comparationes facta declaratio. Glo. Quaſi dicat. Ita bonum & iocundum eſt habitare fratres in vnum (ſicut vnguētum in capite.) Caſſiodo. Vnguentum enim in capite, eſt ſpiritus ſanctus, qui deſcendit ſupra Chriſtum in baptiſmo in ſpecie columbę, qui caput eſt corporis eccleſię, de quo in.xliiij. pſalmo dicitur. Vnxit te deus de⁹ tuus oleo lætitiæ. Quod ſcilicet vnguentum, id eſt ſpiritus ſanctus (deſcendit in barbam.) Idem. Auguſtinus. Gloſa. Id eſt in apoſtolos & alios primitiuos ſanctos, qui primo pro fide certauerunt, ſed vinci non potuerunt, quia iam caput præceſſerat. Caſſiodo. Barbam ſiquidem benedicimus apoſtolos, quoniam hoc robuſtiſſimę virilitatis iudicium eſt, & fixa ſub ſuo capite perſeuerat. Gloſa. Ideoq; cum fortem aliquem deſcribimus, dicimus barbatus eſt. Caſſiodo. Sed ne hanc barbam cuiuſq; hominis fortaſſis aduerteres addidit. Barbam Aaron qui Chriſti ſpeciem geſtabat in ſuo ſacerdotio. Auguſtinus. Gloſa. Sacerdos enim Chriſtus eſt, qui ſe obtulit in ſuo ſacerdotio, qui fuit & victima & ſacerdos, a quo tanquā a capite ad cœlos aſcendētem venit vnguentū id eſt ſpiritus ſanctus, in barbam, id eſt i apoſtolos fortes & ſtrenuos & alacres, quos barba ſignificat, qui primos impetus ſæculi ſuſtinuerunt, ſed vinci non potuerunt. Et deinde ab ipſis deſcēdit in oram veſtimēti eius, vnde ſequitur.

Nomine barbe.

QVod deſcendit in oram veſtimenti eius, ſicut ros Hermon qui deſcendit in montem Syon.

3 ✠ Hebr. mōtana Syon.

Caſſiodo. Gloſa. Quod deſcendit inquit in oram veſtimenti eius, id eſt in illos perfectos qui in vnū habitant. Per oram enim veſtimenti, ſignificatur eccleſia, in cuius ora deſcendit vnctio iſta, quando baptizatos vſq; in finem ſæculi miſericordiæ ſuæ dignatione ſanctificat. Auguſti. Glo. Veſtis enim Chriſti, eccleſia ſine macula & ſine ruga. Ora, vero veſtis, finis eſt, in quo veſtis perficiť, hi itaq; ſunt perfecti, qui in vnum habitant, qui legem Chriſti implēt, qui erunt in nouiſſimis dieb⁹, ſcilicet tempore Antichriſti. Caſſiodorus. Figurati in illa veſte Chriſti, quæ diuidi non potuit tempore paſſionis, deinde alijs verbis diuerſa notātibus idem dicit. (Sicut ros Hermon' qui deſcendit in montem Syon. Hiero. Hermon hebręum, nomē eſt montis vltra iordanem fluuiū conſtituti. Et interpretatur

anathema,id eſt condemnatio. Significatq; populum Iudæorum a deo reprobatum (ros vero Hermon) diuina ſcriptura quæ prius Iudæis credita eſt,& poſtea ad montem Syon,id eſt ad Chriſti eccleſiam tranſcendit.Caſſiodo. Syon enim,ſignificat eccleſiam catholicam, quæ recipit gentes quæ erant ſub anathematis periculo conſtitutę.Ros ergo montis iſtius nutriens peccatores,qui ſub anathematis execratione iacuerunt deſcendit in montem Syon,quando ad conuerſionis remedium domino largiente peruenerũt.Idem.Glo.Ros namq; tenuis,eſt aqua vnde terra germinat, & ſignificat gratiam,qua peccatores conuertũtur.Eſt ergo ſenſus. Ita eſt illud bonum & iocundum habitare fratres in vnum,ſicut ros Hermon,id eſt ſicut gratia nutriens peccatores. (Qui deſcendit in montem Syon.) Id eſt quo illi conuertuntur ad eccleſiam. Augu. Vel ros iſte,fides eſt a Iudæa in gentes deſcendens,quæ nunc ſpeculantur deum fide,& ideo Syon ſunt.Sequitur.

4 QVoniam illic mandauit dominus benedictionem, & vitam vſq; in ſæculum.

Glo.Hugo car.Quaſi dicat.Ideo bonum eſt & iocundum habitare fratres in vnum, quoniam illic, id eſt in vnanimi cohabitatione fratrum. Caſſio. Vel illic,id eſt in Syon ſeu in eccleſia,quæ fratrum ad imationem conſiſtit.(Mandauit dominus benedictionem.) Idem. Hoc eſt dominum ſaluatorem, qui credentiũ vita eſt & beatitudo perpetua.Nulla enim diſcordantibus benedictio præſtatur,ſed vbi concordia eſt benedictio dei mandatur.Gloſa.Hugo cardi.Vel illic mandauit dominus benedictionem,vt ſcilicet concordes benedicerent deum,concordes enim benedicunt,diſcordes vero non:nam in diſcordia vera,nõ eſt benedictio, quia ſi lingua ſonat,cor ſilet (& mandauit) id eſt promiſit vitam in futuro duraturã(vſq; in ſæculum)id eſt in æternum. Hierony. Vel vita iſta,Chriſtus eſt, vnde qui confidit in Chriſtum,vitam accipiet in ſæcula ſæculorum.

Dei benedictio.

¶Pſalmus.cxxxiij.

¶Titulus.

Canticũ graduũ.

Lyra.Dicit q pſalm⁹ iſte eſt quędam inuitatio ſacerdotum & læuitarum ad laudem dei.

Caſſio. Glo. Hugo car. Decimuſquintus & vltimus gradus eſt charitas dei,qui eſt cõſummatio viri euangelici,ad quam omnes gradus præcedentes ordinantur,ſine qua omnia prędicta inutilia ſunt & imperfecta . Et ideo vltimo loco ponitur, ſicut perfectio omnium.Et eſt iſte tertius pſalmus.Qui agit de charitate dei.Primus enim eſt.xli.Secundus vero eſt.lxxxiij.Et iſte eſt tertius,in quo monet fideles ad diligendum deum. Et diuiditur in duas partes.In prima,inuitat pluraliter benedicere deum.In ſecunda,optat benedici,ibi. Benedicat te.Monens ergo ad benedicendum,ait.

3. ps de charitate.

Pſalmi diuiſio.

1 ECce nunc benedicite dominũ, omnes ſerui domini.

Decim⁹ quintus gradus

Caſſiodorus.Gloſa.Ecce demonſtrantis eſt,vt rebus certis atq; perfectis,nõ ſolum ſermo,ſed & articularis prę ſtaretur oſteſio, (nunc.)Caſſiodor⁹.Tot ſcilicet gradibus aſcenſis, vnde ille ſolus laudari debuit,qui tot dona conceſſit.Idem. Glo. Vel nunc,id eſt in hoc tempore,in iſto ſæculo,in his aduerſis,vbi exercendus eſt animus,vt ibi eternis ac perpetuis laudib⁹ occupetur. (Benedicite.)Caſſiodo. Id eſt laudate.Nos enim illum benedicendo laudamus, ille vero nos benedicendo ſanctificat dominum.Hugo card.Qui ſolus eſt benedicẽdus(omnes ſerui domini.)Idem.Quos emit quos in prælio cepit,& ad ſeruiendum reſeruauit,quibus prior ipſe ſeruiuit.Hierony. Quibus ira non imperat,in quibus libido aut alia peccata non regnant.Quibus non dominãtur vitia.Caſſi. Qui iam ita perfecti ſunt, vt & amici ſine dubio nuncupentur. Glo. Benedicite vos dico.

Quomodo laudamus & quomodo nos ſanctificat.

2 QVi ſtatis in domo domini, in atrijs ✠ domus dei noſtri.

✠ In atrijs domus dei noſtri additum eſt.

Glo.Qui ſtatis inquit,id eſt perſeueratis.Hugo cardinalis.Parati ambulare,ſeruire,pugnare,nõ enim eſt ſeruorum iacere vel ſedere,ſed ad omnia paratos eſſe.Caſſiodorus.Vnde ſtare illi dicuntur,qui a bono propoſito facilitatis crimine non labuntur(in domo domini.)Gloſa.Hugo cardinalis.Id eſt in eccleſia.Et qui ſtatis in atrijs domus dei noſtri,id eſt in latitudine charitatis.Hugo cardinalis.Gloſa.Per domũ enim, intelligitur eccleſia(per atria) vero, latitudo charitatis, vbi nullus anguſtiatur. Caſſiodorus. Vel atrium,ingreſſus eſt manſionis, & ſignificat eos ſiue qui iam in penetralibus ſunt eccleſiæ,ſiue qui in ingreſſu eius eſſe meruerunt, addidit autem dei noſtri,hoc eſt non quem gentilitas colit,ſed quẽ vera religio cõfitetur.Sequitur.

Qui ſtare dicantur.

Atrium quid ſignet.

IN noctib⁹ extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite dominum. 3

Gloſa. In noctibus inquit,id eſt in aduerſis,non ſolũ in diebus proſperitatis,cum enim dicit,in noctibus,ſignificat huius mũdi teterrimum tempus, quod ſemper creberrimis tribulationibus obſcuratur:in hoc ergo ſæculo leuãdæ ſunt manus,vbi bona operatio domini meretur auxilium,vnde ſubditur(Extollite manus veſtras.)Hugo cardinalis. Id eſt opera veſtra.Caſſiodorus.Dominus enim,non tantum exigit a nobis pia verba , ſed etiam facta. Glo.Vel extollite manus etiã corporis,ſicut Moyſes manus ſuas leuauit pugnãtes populo Iſrael cõtra Amalech (Extollite inquam manus veſtras in ſancta.)Hugo cardinal'.Gloſa.Vt ſcilicet intentione æternorũ bonorũ operemini,aliter enim non valent(Et benedicite dominum.)Gloſa.Nihil boni vobis tribuentes,ſed totum deo. Hugo cardinalis. Omnia ei attribuendo,bona de ipſo dicendo,gratias de bonis collatis reddẽdo,bene conuerſando,& bona faciendo.

Noctiũ nomine.

BEnedicat tibi dominus ex Syon, qui fecit cœlum & terram. 4

Gloſa.Hugo cardinal'. Secunda pars,in qua optat propheta benedici fideles.Hiero.Iſtum autẽ verſiculum ſpiritus ſanctus loquitur,ſiue ꝓpheta ad illum,qui per quindecim gradus aſcendit ad benedictionẽ,vt recipiat mercedẽ.Glo.Hugo car.Quaſi dicat.Dixi benedicite dominũ,& vt hoc poſſitis, benedicat tibi domin⁹ ex Syon,id eſt benedictiõe

Secũda pars.

uenienti ex Syon ſuperiori, qui hoc poteſt, quia ipſe eſt (qui fecit cœlum & terram.) Hugo car. Id eſt viſibilia & inuiſibilia, corporalia & incorporalia. Et ideo potens eſt dare benedictionem. Hierony. Hoc autem dicit ad diſtinctionem eorum qui ſunt dij falſi. Caſſiodo. Prius tamen omnia pluraliter dixit, nunc vero pſalmum ſub ſingularitate concluſit, vt qui ante fideles fratres in vnitate collegerat, modo illi populo iam diligenti dominum benedictionis munera præſtaretur. Glo. Caſſiodo. Vt qui tot gradibus aſcendit, benedictionē ſupernam loco remunerationis accipiat, quia omne munus aſcendentium benedictio eſt.

¶Pſalmus.cxxxiiij.

¶Titulus. Alleluya. Lyra. Pſalm⁹ iſte eſt quędam inuitatio fidelium ad laudem dei.

Caſſiodo. Gloſa. Cardi.
Poſt gradus qui ducunt ad æternitatem, congrue ponitur alleluya, vt eccleſia fruatur laudib⁹ dei, cui tale munus paratū eſt. Qua propter ſinceris mentibus alleluya dicamus, vt illi ſancto populo per diuinam gratiā miſceamur. Pſalmus iſte monet nos ad laudem. Et diuiditur in tres partes. In prima, demōſtratiua oratione monet deum laudare pro
Diuiſio Pſalmi pter eius potentiam, enumerās eius magnalia. In ſecunda, cultores ydolorum redarguit, ibi ſimulachra. In tertia, omnes ordines monet ad laudē ibi domus Iſrael. Glo. Propheta ergo quaſi intentionem ſuam aperiens, poſt gradus prædictos ſtantes in domo alloquitur, vt poſt beneficia laudent deum, dicens.

1 Pſalm⁹ ... L Audate nomē domini, laudate ſerui dominum.

Hugo card. Laudate inquit vita & lingua, nomen domini. Hierony. Quod per fidem cognouiſtis eſſe ſuper omne nomen. Lyra. Ipſum laudibus extollendo. Caſſiodo. Et ne quibuſlibet hoc putates iniunctum, addidit, laudate ſerui dominum, id eſt qui ſerui ipſius eſtis prona voluntate deuoti, & dominum vos habere ſentitis, quem nulla ſuperſtitione contemnitis. Hierony. Quicq; peccati famuli eſſe deſiſtitis. Gloſa Laudate dico, non quidem omnes, ſed,

2 QVi ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri.

Auguſt. Qui ſtatis dicit, non qui ruitis peccando. Caſſiodo. Sed qui perſeueranti voluntate conſiſtitis in eius crudelitate. Hierony. Et qui immobiliter in eo plantati eſtis. Augu. Ille enim ſtare dicitur, qui in mandatis eius perſeuerat. Qui fide non ficta, ſed ſpe firma, & charitate perfecta ſeruit deo & honorat eccleſiam eius. Et non dat offenſionē male viuendi eis qui venire volūt (In domo domini.) Hugo cardi. Id eſt in eccleſia dei, vt columnæ fortes, vel vt parietes. Vos etiam qui ſtatis in atrijs domus dei noſtri. Idem. Id eſt vos minores qui eſtis in ingreſſu domus domini (Laudate nomē domini.) Caſſiodorus. Eſt autem atrium ampliſſimę domus primus ingreſſus, vbi habitantes focum facere ſolebāt, vnde ab atrio fumo atrium dicitur quaſi atrum. In hoc ergo dicit illos debere dominū laudare, qui in primum membrum domus dominicæ videntur ingreſſi. Hugo card. Deinde ad maiorem exhortationem repetit idem, vt continua ſit laus dei, dicens.

L Audate dominū quia bonus dominus, pſallite nomini eius quoniam ſuaue.✠ 3 ✠ Hebr. quoniā decens.

Glo. Propter hoc inquā laudate dominū, quia bonus dominus, in quo vno verbo laudis cauſa explicata eſt. Ille enim proprie bon⁹ eſt, a quo ſunt omnia bona. Augu. Glo. Si igitur omnia laudantur, quia bona ſunt, precipua cauſa laudis eius eſt, quia bonus eſt ex ſe & in ſe, cuius bonitas, non qualitas, ſed natura eſt. Lyra. Sūme ergo laudandus eſt, cum infinitæ ſit bōnitatis. Caſſiodo. Conſiderandum tamē eſt, ꝙ laudate tertio poſuit, vt per laudis ſimilem qualitatem ſanctæ trinitatis indiuiſibilem nobis oſtenderet vnitatem, ſequitur. (Pſallite nomini eius quoniam ſuaue.) Bernardus. Lyra. Eſt enim nomen domini mel in ore, melos in aure, & iubilus in corde. Caſſio. Cum autem dicit pſallite, ad bonas corporis operatiões refertur, vt ſcilicet in hac mundi conuerſatione, dominum videamur de noſtra probitate laudare, ſed quare hoc dicit, ſequitur.

Q Voniam Iacob elegit ſibi dominus, Iſrael in poſſeſſionem ſibi. 4

Auguſti. Glo. Quaſi dicat. Ideo laudate & pſallite, quoniā Iacob elegit ſibi domin⁹, id eſt Iudaicum populum, qui intelligitur per Iacob, qui interpretatur ſupplātator ſeu luctator, & ſignificat illos qui contra ſpirituales nequitias luctantur. Caſſio. Vel elegit dominus Iacob, dum populum eccleſiæ de diuerſis gentibus adimauit. Hugo car. Elegit eam gratia, non merito Iſrael, id eſt quemcūq; fidelem deum fide videntem. Caſſio. Iſrael enim, interpretatur vir vidēs deum (In poſſeſſionem ſibi.) Hugo car. Id eſt vt poſſideret eum & poſſideretur ab eo. Augu. Glo. Ad literam enim cæteras gentes poſuit dominus cuſtodiēdas ſub angelis. Iacob vero ſibi elegit, quem vt agrū coleret, quē ſeminaret, quem poſſideret, quem ſeruaret. Et quaſi aliquis quæreret, vnde ſcis hoc. Subdit.

Q Via ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus & deus noſter præ omnibus dijs. 5

(Quia ego inquit cognoui.) Hugo cardi. Spiritu prophetico illuminatus. Glo. Raptus ad ſuperna. Hugo cardi. Vel cognoui notitia fidei & prophetię & experiētię, ꝙ magnus eſt dominus, id eſt immenſus potentia, ſapientia, miſericordia, & natura, vnde potuit & ſciuit & voluit hoc facere. Et de⁹ noſter præ omnib⁹ dijs. Hiero. Id eſt ſup omnes ſanctos, angeloſq;, qui dij digni ſunt vocari. Lyra. Quibus pręeſt ipſe de⁹ tanq̄ miniſtris domin⁹, ſequit.

O Mnia quecunq; voluit dominus fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abiſſis. vi

Glo. Quaſi dicat. Magnus eſt domin⁹ in eſſentia, magnus quoq; in operibus (quia omnia quecunq; voluit dominus fecit.) Card. Id eſt in eſſe producit

voluntate beneplaciti. Augu. Glo. Cauſa enim omnium quæ fecit voluntas eius eſt, non neceſſitas. Et ſi omnia comprehēdere non poſſumus, hoc tamen de eis firmiter teneam⁹ q; omnia a deo facta ſunt (in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abiſſis. Caſſiodo. Hic cœlum poſitum eſt pro omnibus cœleſtibus. Terra, pro omnibus quę in humo gignūtur. Mare, pro iſtis finibus, quos commeantium diſcurſus inuiſitat. Abiſſus vero, oceanū deſignat, qui & nobis ignotus & vt quidam referunt altitudine magna profundus eſt, in quibus omnibus volūtas domini ſine dubitatione completur. Hugo car. Lyra. Vel in cœlo luciferum & complices eius eijciendo, & bonos confirmādo, & in terra aliquos homines per gratiam ſuam vocando, & alios iuſto dei iudicio licet occulto dimittendo (in mari.) Hugo cardi. Super illud ambulando. Lyra. Vel alios a tempeſtate liberādo, alios vero non (Et in omnibus abiſſis.) Hugo cardi. Vinctos de inferno educendo. Augu. Glo. Vel per cœlum, ſpirituales, per terram, carnales creaturas intelligimus, ex quibus conſtat eccleſia. In his enim facit quecūq; vult domin⁹. Et etiā in mari, id eſt in infidelibus, in quibus nihil fit, niſi iuſſu dei. Non enim ſęuiūt niſi permittantur a deo, nec vindicatur in eos, niſi deus iuſſerit. Et in omnibus abiſſis, id eſt in latentibus cordibus & profundis cogitationibus hominum, in quibus etiam facit deus quod vult. Caſſiodorus. Quid autem fecerit dominus, conſequenter enarrat, dicens.

7 EDucens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit.

Hugo cardi. Gloſa. Secreta enim naturæ quæ fecit deus, enarrat ad literam. Caſſiodo. Hugo card. Sed quoniam hæc plana ſunt ad literam, & quia de hebræo populo dicit inferius, cōuenit hoc quoq; hominibus applicare. (Educens inquit nubes ab extremo terræ.) Hierony. Caſſio. Id eſt ab humilitate terrena, eleuans apoſtolos & prophetas ad prædicationis faſtigium, qui nubibus comparantur, quia ymbre ſui eloquij a futuri iudicij nos calore defendunt. Hugo car. Nubes enim merito dicūtur prędicatores, quia pluunt doctrinis, tonant minis, corruſcant miraculis, eleuantur a terra, volant per aera. Grego. De quibus ſcriptū eſt, mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper vos ymbrē. Et iterū. Qui ſunt iſti qui vt nubes volāt? ſed quid de iſtis nubibus fecit, ſequitur. (Fulgura in pluuiā fecit. Caſſio.
fulgura. Fulgura, ſunt prædicationes prophetarū, cum percutiunt inimicos. Pluuiæ vero, cum deuotos a peccatis diluunt, & ymbrem eis ſalutis infundūt, vnde ſpirituales germinent fructus. Hugo car. Vel fulgura, id eſt cōminationes prędicatorū, in pluuiam, id eſt in conſolationē vertit, & poſt tempeſtatē tranquillum facit, vnde Grego. Si fulgura comminationis dominus emittit, ſtatim pluuiam conſolationis effundit. Grego. Ipſe eſt etiam.

8 QVi producit ventos de theſauris ſuis, qui percuſſit primogenita Aegypti ab homine vſq; ad pecus.

Hierony. Qui producit inquit ventos de theſauris ſuis, id eſt angelos ſanctos de archanis cœleſtibus dirigens, qui his nubibus ymbribuſq; roborē atq; incrementum impenderent. Caſſio. Vel ventos, dicit apoſtolos, quorum prædicatio totum mundum tanquā ventus celerrimus percucurrit. (Qui percuſſit primogenita Aegypti.) Lyra. Hoc ad literam in Exodo factum fuiſſe narratur. Caſſio. Aegyptus, hic mundus eſt, qui diuerſis cladibus affligit populum chriſtianū, ſed domini virtute, potentiaq; terretur. Primogenita autem Aegypti, hoc eſt mundi huius percutit dominus, quando natos homines in originali peccato potētiæ ſuæ inſpiratione correxerit. Hierony. Vel primogenita Aegypti, dicit principalia vitia atq; crimina mundi. Caſſio. Correxerit dico ab homine vſq; ad pecus, id eſt a prudentioribus huius ſæculi vſq; ad manſuetos & viros ſimplices. Omnes enim, niſi per gratiam domini liberētur a dyabolo, velut Pharaonis impia dominatione deprimuntur. Sequitur.

ET miſit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem & in omnes ſeruos eius. 9

Lyra. Hoc ad literā factū eſt in decem plagis Aegypti. Caſſio. Hierony. Et miſit inquit ſigna & prodigia in medio tui Aegypte, quando in paſſione ipſius terra contremuit, ſaxa dirupta ſunt, tenebrę factæ ſunt, & multi ſanctorum ad ciuitatem domini ſuperata mortis lege venerūt, quod in medio mundi, id eſt palam & viſibiliter eueniſſe manifeſtū eſt. Dicuntur autem ſigna ab eo q; ſignificēt, ſicut veſtigio viſo tranſiſſe animal, cuius veſtigium eſt cogitamus. Prodigia vero dicuntur quaſi prodicia, vel porrodigia, id eſt longe prædicentia (in Pharaonem.) Gloſa. Id eſt contra dyabolum. Hieronymus. Affligens eum & principatus eius cruci ſuæ. Caſſiodor⁹. Pharao enim, interpretatur diſſipatio, quod dyabolo conuenit, qui humanum genus crudeli voto perſequitur. Et in omnes ſeruos eius. Idem. Gloſa. Id eſt in malos homines qui illi ſeruiunt. Illius enim ſerui ſumus, cui ſpōtanea mente ſeruimus. Et ideo dyabolus cum miniſtris ſubmergitur, quando fonte baptiſmatis chriſtianus populus liberatur. Sequitur.

Prodigij ethimologia

Pharaonis interpretatio

QVi percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes. 10

Lyra. Hoc etiam ad literam de Amalechitis & alijs regibus hic nominatis intelligitur. (Qui percuſſit inquit gentes multas.) Hieronymus. Caſſiodorus. Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt innumera vitia quę mundum oppeſſerant, & multitudinem gentium gentiliter viuētium, quæ terram poſſidebāt, quam populo ſuo dare volebāt. (Et occidit reges fortes.) Caſſiodorus. Id eſt ſpiritus immundos, quos occidit domin⁹, cum nos mūdat a delictis, & illos a nobis extraneos reddit. Gloſa. Occidit inquam reges fortes, hoc ſcilicet.

SEon regem Amorreorum, & Og regē Baſan, & omnia regna Chanaam. 11

Gloſa. Lyra. Hugo cardi. Hoc ad literam ſub Moyſe factum fuit, cum prohiberent filios Iſrael tranſire per fines ſuos. Caſſ. Cum autē multos reges filij Iſrael proſtrauerint, hic duo tantum nominantur, vt per interpretationē nominū ad illā ſignifi=

cationem duceremur,quæ hodie in nobis agitur. Idem.Glo.Seon enim,interpretatur tentatio colorum,Amorrei,amaricantes deſignantur.Ama ra ſiquidē vitia ſunt,quæ nos ab illa beatitudine iocundiſſima deducunt,hæc habent dyabolū regem, qui eſt tentatio colorum, quando in angelum lucis ſe tranſformat,vt per colorem atq; ſpeciem bonitatis deuotorum animas aſſidua tentatione ſubuertat. Iſta autem diuinitas in nobis occidit,quando fidelium mentes a tali ſeruitute liberauit.Glo. Vel occidit deus iſtum regem,quando homo ſimulationem damnat & diligit veritatem.Hugo card. Vel Seon,interpretatur calor vel germen inutile, & ſignificat luxuriā,quæ eſt rex Amorreorū,id eſt luxurioſorū,qui ſtatim poſt peccatū amaritudine torquētur & dolent (Et Og regem Baſan.)Caſſio. Glo. Og, concluſio dicitur,Baſan,confuſio,vnde eius ciuitas,Babylon dicitur,quæ cōfuſio interpretatur.Merito ergo confuſionis,rex concluſio perhibetur,dyabolus enim, quando nobis iter ſalutare concludit,in confuſione nos nephanda derelinquit,in qua ille teterrimus regnat,ſed hæc omnia virtus diuina deſtruit,quando nos ad miſericordię ſuæ dona perducit.Hugo card.Vel Og,interpretatur congregās,& ſignificat auaritiam,quæ dicitur rex Baſan, id eſt confuſionis, quæ debetur auaris, iuxta illud,opprobrium abundantibus(Et omnia regna Chanaam.) Lyra.Hoc ad literam fuit quando dominꝰ per Ioſue & filios Iſrael interfecit triginta vnum Reges.Caſſiodo.Glo.Chanaam,interpretatur humiliatio,non quidem humiliatio quæ virtus,ſed quæ pœna eſt,id eſt omnis qui male humiliatur,de qua dicitur, qui ſe exaltat, humiliabitur.Chanaam ergo,omnis eſt ſuperbus,qui modo exaltat cor ſuum,ſed in die iudicij humiliabitur,id eſt damnabitur.Hiero.Vel interpretatur commotio,quia regna dyaboli,cōmouent nos a deo.Caſſ. Hugo car.Hæc autem omnia percuſſit ille qui crucem pro omnium ſalute ſuſcepit. Sequitur.

12 ET dedit terram eorum hęreditatē, hæreditatem Iſrael populo ſuo.

Glo.Quaſi dicat. Illos dominus expulit, & dedit terram eorum hæreditatem.Glo.Hugo car.Terra iſta eſt cœleſtis patria,in qua dæmones creati fuerunt,quam pro ſua ſuperbia perdiderunt.Et quam deus ipſis deiectis dedit fidelibus in perpetuū poſſidendam. Caſſio. Et propterea addidit hæreditatem Iſrael populo ſuo,populo vtiq; chriſtiano,qui dicitur Iſrael,id eſt fide videns deum.Hiero. Hæc ergo omnia deleuit deus atq; ſubuertit, noſq; per cognitionem ſuam in hæreditatem adſciuit, & vt ipſis qui nos afflixerant dominaremur indulſit. Hugo cardi.Caſſiodo.Pro his igitur factis laus iuſtorum digna ſubiungitur, cum dicitur.

13 DOmine nomē tuum in ęternum, domine memoriale tuum in generatione & generationem.

(Domine inquit nomen tuum.) Glo.Hugo card. Id eſt operatio potentię tuę,qui malos deiecisti,& bonos potenter ſublimaſti(In æternum.) Hugo cardi.Subaudi durabit.Gloſa.Dum non ceſſat manus tua in ſæculum hæc facere,quæ tunc prænunciaſti in figura.Caſſiodo. Vel in hoc precatur,vt in humano genere ſemper nomē eius debeat permanere, quantū ab aduentu Chriſti dixi debeant perhenniter chriſtiani (Domine memoriale tuum in generatione & generationem. Hugo car. Id eſt factum tuum dignum memoria,ſcilicet expulſio malorum & ſublimatio bonorum , vel deletio vitiorum,& infuſio virtutum,quæ figurata ſunt in expulſione gentium,& introductione Iudęorum in terram promiſſionis (Vel memoriale tuum) id eſt eucharistiæ ſacramētum in paſſionis memoriam inſtitutū. Caſſio. Vel memoriale tuum,id eſt quicquid in ſcriptura ſacra continetur,quod ſemper in nobis permanet,cum fideliſſima deuotione ſeruatur,ſicut ſcriptū eſt,cœlum & terra trāſibūt,verba autē mea nō pręteribūt.Aug.Glo.Hoc inquā memoriale tuū in generatione & generationē, id eſt in generatione præſenti & in generationē futurā, eſt enī generatio vna,qua fideles efficimur, & per baptiſmū renaſcimur,& generatio altera,qua a mortuis reſurgemus,& angelis coniūcti in æternū viuemus,in vtraq; autē eſt memoriale tuum domine, quia nec nunc nos oblitus es vt vocares,nec tunc obliuiſceris vt corones. Sequitur.

QVia iudicabit dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis deprecabitur.✠ 14 ✠ alia li. placabitur.

Hierony. Quia iudicabit inquit dominus populū ſuum, Iudæos ſcilicet non credētes, qui nunc iam iudicati ſunt cum nō crediderūt. Glo.Caſſio.Quia quāuis eis dominus tot & tanta fecerit,prophetas miſerit,& inde filiū tamē duri fuerūt,& non crediderunt, ideo iudicabit eos in futuro(Et in ſeruis ſuis.) Idem. Id eſt fidelibꝰ quibus dictum eſt. Qui credit in me nō iudicabitur,ſed trāſiet de morte in vitā(Deprecabitur.)Glo.Hugo car. Id eſt propiciabitur vel aduocabitur,vel conſolabitur.Caſſ. Vtiq; dum illis promiſſa reſtituet,qui hic laborioſa contentione vexati ſunt. Glo.Hugo car.Vel iudicabit populū ſuum in præſenti iudicio diſcretionis bonos aſſumendo & alios reſpuendo ſeu reprobādo.

SImulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominū. xv

¶Os habent & non loquētur, oculos habent & non videbunt. xvi

¶Aures habēt & non audiēt,neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. xvii

Gloſa.Hugo cardinal. Secunda pars,in qua poſtquam ſe laudibus dei expleuit. Idolorum cultores irridēdo redarguit,quia perfecta laus eſt veritatis, deſtructio falſitatis.Hieronymꝰ.Gentilium enim execrāda commemorat irridens, quia cum nullius membri vegetationem haberent, auri, argentiq; metallo illos nobilitare voluerunt.Glo. Sunt autem ſimulachra gentium,argētum & aurum,quantum ad materiam . Et opera manuum hominum, quantum ad formam.Gloſa.Caſſiodorꝰ. Et quanuis hæc eadem ſupra in alio pſalmo dicta fuerint, hic tamen ad maiorem eorum verecūdiam referuntur.Caſſiodorus.Quid enim prodeſt os quod non loquitur? quid oculus qui non videt? quid auris quę non audit?& huiuſmodi. Vocabula enim vana ſunt,hæc non officia,præſumptio caduca,non Secunda pars.

veritas firma. Gloſa. Cum autem dicit, neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum omnia concludit. q.d. ꝙ nec hominibus nec pecudibus poſſunt comparari. Gloſa. Illa enim exteriora artifex potuit facere ſed non ſpiritum dare, nec auditum auribus nec lucem oculis nec vocem ori. Sequitur.

xvii Similes illis fiãt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Cardina. In quo oſtenſa inutilitate ydolorum prędicit cæcitatem ydolatrarum, & licet imprecari videatur, tamē prędictio magis eſt. vnde dicit. Similes illis ſcilicet ſimulachris fiant qui faciũt ea, ad colēdum, & omnes qui cōfidunt in eis, quod reuera eſt, quia ſicut illa nec vident nec ſentiunt exterius ſic illi nec vident nec ſentiunt interius. Caſſiodo. Dignum eſt enim vt careant collatis ſenſibus, qui deos inſenſatos ſibimet effecerunt Et intuere quoniam fabricatores & cultores ydolorum omnes vna complectitur damnatio, dum dicit qui faciunt & qui confidunt in eis. Lyra. Quia confidunt in nihilo. eo ꝙ ydolũ nihil eſt vt inquit apoſtolus.

xix Domus Iſrael benedicite domino domus Aaron benedicite domino.

Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum benedicite domino.

Tertia pars. Caſſiodo: Glo. Cardina. Tertia pars in qua poſtq̃ gētium ſimulachra derriſit laudes dominicas ſanctorum ore dicit celebrandas: q.d. cultores ydolorum ſimiles illis fiant ſed vos qui eſtis domus Iſrael & reliqua quæ ſequũtur (Benedicite domino). Caſſiodo. In Iſrael enim generaliter omnis ponitur iuſtus qui diuina contemplatione gratulatur. In Aaron ſacerdotes ſancti, Leui reliqui miniſtri, id eſt dyaconi ſignificantur, ad poſtremum vero qui domino in qualibet conuerſatione famulātur. Sic omnis populus per diuerſas partes deuotus dominum laudare pręcipitur. Hierony. Qui timetis inquit dominum, benedicite domino, vt ſicut maieſtatem metuitis, ita cum charitate laudetis. Auguſtinus. Glo. Domus ergo Iſrael qui ſunt ſcilicet ſemen Abrahæ non carne ſed fide, domus Aaron, id eſt prępoſiti, domus Leui. i. miniſtri domꝰ domini, & generaliter omnes qui timēt dñm qui omnes generaliter ſunt domus Iſrael, omnes vna voce dicamus quod ſequitur.

xxi Benedictus dominus ex Syon, qui habitat in Hieruſalem.

Glo. Et loquitur in perſona omniũ fidelium, vel in propria perſona. Caſſiodo. Benedictꝰ inquit dominus, & qualis ſit iſte dominus euidenter demōſtrat cum dicit (Ex Syon). Idem. Hierony. Chriſtꝰ ſcilicet qui ex Syon eccleſiam ſuam ſancta incarnatione viſitauit ipſe enim eſt qui habitat in Hieruſalem quę diuerſorum ſanctorum congregatione cōſtruitur, & regis ſui pſentia æterna fœlicitate lętatur. Auguſt. Glo. Vel iuxta interpretationē nominũ Syon interpretatur ſpeculatio, Hieruſalē viſio pacis, nunc ergo ex Syon. i. a nobis benedictus eſt qui quãdiu ſpe viuimꝰ ſumus in Syō quia ſpeculamur ꝙ veniat finita vero via erimꝰ cũ illo in æterna ciuitate Hieruſalem cœleſti vbi ipſe habitat quę nunquã reditura eſt vbi videbimꝰ eum in ęterna pace.

Pſalmus.cxxxv.

Titulus. Alleluya.

Lyra. Pſalmꝰ iſte eſt inuitatio ad dei laudem ſicut & pręcedens.

Hiero. Augu. Glo. Pſalmus iſte laudem dei cōtinet, vbi & ſi multa in laudem dei dicantur maxime tamē hic miſericordia dei commendatur. Caſſiodo. Glo. Hinc eſt ꝙ diuerſa initia verſuum in vnum finem conueniunt quia quicquid hic dicitur ad miſericordiam dei refertur ſine qua nō ſubſiſtitur. Merito ergo ſæpiꝰ ipſa miſericordia repetitur quæ omnia in nobis operatur. In qua perſeuerare monemur quia miſericordia domini eſt omne quod viuimus, & miſericordia quod valemus. Magna autem virtus huius pſalmi in Paralipomeno oſtenditur vbi legitur ꝙ cum cœpiſſent deum laudare & dicere. Confitemini domino quoniam bonꝰ, quoniam in ſæculum miſericordia eiꝰ, impleuit gloria dei domũ dei, in quo oſtenditur q̃ pręſens ſit dei gratia pure cantantibus pſalmum iſtum, cuius intentio eſt monere nos ad laudē. Et diuiditur in tres partes. Diuiſio Pſalmi. In prima magnificentiam dei & totius orbis conditionem exponit. In ſecunda dicit quæ in Aegypto & gēte iudęorum fecit in figuram noſtri, ibi. Qui pcuſſit. In tertia de beneficijs exhibitis Chriſtianis agit, ibi. Et dedit terram eorum hęreditatem. Ad laudem ergo dei inuitans ait.

Confitemini domino quoniam bonus quoniã in ęternum miſericordia eius. 1

Caſſiodo. Cōfitemini inquit domino ꝙ tam de confeſſione peccatorum q̃ laudis intelligitur quorum vtrũq; hic accipiendum eſt. Glo. Confitemini ergo laudes & peccata, domino ſcilicet qui laudes audit & peccata dimittit, ideo omnes & ſemper laudare debemꝰ modo ergo laudemus vt cum angelis laudare mereamur. Ipſa enim laus refectio noſtra eſt vt nulla videatur ſimilis delectatio. Ipſa eſt & remuneratio quæ & operatio (Quoniam bonus). Cardina. Quia ab ipſo fluit omne bonum. Caſſiodo. Bonꝰ inquam eſt qui & laudes ſuas clementer audiat, & ſupplicantibus miſeratus indulgeat. Glo. Nec ꝓ hac confeſſione eſtis quid temporale ſumpturi, quoniam in æternum miſericordia eius. i. beneficium quod miſericorditer pręſtat ęternũ eſt quia data per miſericordiam beatitudo ęterna eſt. Caſſ. Miſericordia nãq; ipſius ęternũ occupat tēpus, hic enim præſtat vt recreet. Parcit vt corrigat, ibi vero bonis miſericordiam tribuit vt coronet. Cardina. Hic dat gratiam, ibi gloriam, hic incipit, ibi perficit. Glo. Deinde oſtendit excellentiam illius cui confiteri nos monet, ſubdens.

Confitemini deo deorum, quoniam in ſeculum miſericordia eiꝰ. 2

Caſſ. Deus ille dorum eſt cui nullus ſimilis inuenitur. Lyra (Deorum) inq̃, id eſt angelorum, qui di

cuntur dij participatiue. Cardi. Glo. Vel hominũ iuſtorum qui dicuntur dij adoptiue. De quibus in alio pſalmo dictum eſt. Ego dixi dij eſtis & filij ex celſi omnes.

3 **Confitemini domĩo dominorum, quoniã in ęternũ miſericordia ei⁹.**

Caſſiodorus. Dominos ſanctos dicimus angelos, ſed dominus dominorum ille ſolus eſt cui cuncta deſeruiunt qui eſt ſanctus ſanctorum, & rex regum Hugo. Cardi. Alij enim ſunt multi domini ſecundum quid, ipſe autem dominus eſt ſimpliciter omnium in cuius ditione cuncta ſunt poſita. Vnde cum dicit.

4 **Qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam,**

Hugo. Car. Oſtendit propheta ꝙ ipſe eſt deus deorum & domin⁹ dominorum per opera ſua quæ ipſe ſolus facit & null⁹ alius poteſt per ſe facere. Qui ergo facit virtute propria non mutuata (Mirabilia magna ſolus) non indigens auxilio aliorum. Auguſti, Caſſiodo. Glo. Et per iſtos omnes verſus vſq; in finem ſubaudiendum eſt. Confitemini ei, ſcilicet qui fecit hęc vel illa, & hoc ideo quia miſericordia eius ęterna eſt vt finis ſingulorũ verſuum referatur.

5 ✠ Hebr. in ſapientia. **Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam.**

Glo. Car. Id eſt cœlos intelligibiles vel itellectuales ſcilicet cœlum empireum quod licet ſit corporeum tamen tantę eſt tenuitatis vt a mortali videre non poſſit. Lyra. Vel in intellectu cœlos fecit, id eſt per intellectum & voluntatem, & non per naturę neceſſitatem. Caſſiodo. Vel quia nulla confuſione nulla in ordinatione nulla informitate creati ſunt, ſed diſtincti atq; compoſiti in ſapientia creatoris. Auguſtinus. Gloſa. Et quamuis vniuerſam creaturam per ſe fecerit, excellentiores tamen partes ponit ex quibus omnia cogitentur. Hierony. Cardina. Vel cœli ſũt viri ſancti qui enarrãt gloriam dei quos dominus fecit in intellectu, id eſt intellectuales non carnales.

vi **Qui firmauit terram ſuper aquas, quoniam.**

Glo. Subaudi in intellectu. Caſſiodo. Qui firmauit inquit terram ſuper aquas, id eſt iuxta aquas ſecundum communem modum loquendi, quo dicitur talis ciuitas eſt ſupra mare & talis ſupra ſecanam, Glo. Non ꝙ mare ſub ea ſit, ſed quia mari ſupereminet ſicut dominus ſuper puteum ſedet, id eſt iuxta puteum. Cardi. Vel hoc ideo dicitur quia quãtuncũq; terra fodiatur ſemper aqua inuenitur, vel firmauit terram. i. eccleſiam ſuper aquas diuerſarum gentium, vel ſuper aqua baptiſmi ſeu ſuper fidem quę datur in baptiſmo, quę eſt fundamentum ſupra quod fundata eſt eccleſia. Caſſiodorus. Terra enim noſtra, id eſt corpus noſtrum per hanc aquam reficitur dum religionis ſtabilitate firmatur.

7 **Qui fecit luminaria magna quoniam.**

Glo. Car. Scilicet ſolem & lunam, & alia cœli aſtra Caſſiodo. Vel per magna lum inaria ſignificat, angelos, poteſtates, thronos, dominationes, qui pietate ſanctiſſima cœleſti lumine radiantur. Car. Vel apoſtolos, martyres, pręlatos, doctores prędicatores, qui vita & doctrina totum mundum illuminãt cum boni ſunt alias mali patiuntur eclipſim.

Solem in poteſtatem diei, quoniam. 8

Caſſiodo. Poteſtas eſt diei ſolis aduẽtus, quia per eum omnis viſibilis creatura declaratur. Poteſt & de Chriſto accipi qui illuminat mẽtium tenebras quando ſan ctis ſuis ſolem ſapientię miſeratus infundit. Cardina. Ipſe enim eſt fons totius caloris & totius ſplendoris factus in poteſtatem diei quia ipſe ſolus diem gratię facit in bonis quos iuſtificat & illuminat.

Lvnam & ſtellas in poteſtatem noctis, quoniam. 9

Car. Lyra. i. ad illuminandam noctem. Hierony. Caſſiodo. Glo. Vbi per lunam eccleſiam debemus accipere per ſtellas diuerſos eius ordines ſanctitate pollentes vt ſunt epiſcopi, preſbyteri, dyaconi & huiuſmodi. qui velut ſtellę cœleſti noſcuntur conuerſatione radiare quæ omnia in poteſtatem noctis. i. in ſæculi iſtius tenebris data ſunt vt per eos reluceant caliginoſa corda mortalium. Card. Vel per lunam intellige mariam quæ poſt ſolem plus habet luminis per ſtellas reliquos ſanctos angelos qui in nocte huius ſęculi peccatores illuminant vt poſſint ad dominum reuerti.

Qui percuſſit Aegyptum cũ primogenitis eorum, quoniam. 10

ſcđa ps. Glo. Car. Secunda pars in qua dicit quæ in Aegypto fecit & in gente iudęorum in prędenti autem parte oſtenſum eſt quę fecit dominus per ſe, in hac ponũtur quæ fecit per angelos vel per homines. q. d. Confitemini ei qui percuſſit Aegyptũ cum primogenitis eorum, Lyra. Cardi. Hoc ad literam de decẽ plagis Aegypti intelligitur. Caſſiodo. Et quoniam hiſtoria nota eſt videamus quid hic poſſit ſpiritualiter intelligi, percuſſit itaq; dominus Aegypti primitiua quando ſęculi iſti⁹ dãnauit gloriam quę putabatur eſſe pręcipua. Idẽ. Cardina. Cuius primogenita ſũt luxuria, ſuperbia, auaricia, quæ ſunt radices omnium peccatorum, quę primo generat venter, & caro tanquam filios amplectitur ſed deus ſe excludit. Sequitur.

Qui eduxit Iſrael de medio eorũ, quoniam. xi

Lyr. i. AEgyptiorum. Caſſiodo. Eduxit inquam Iſrael, id eſt ſanctos ſuos quãdo eos a conuerſatione liberat peſſimorũ, & a mundi huius habitatione teterrima in lucem ſuę veritatis adducit. Cardina. Ne malis moribus imbuantur.

In manu potenti & brachio excelſo. xii

Lyra. Vnde ad literam timebant omnes Aegyptij mori ſi populus Iſrael amplius detineretur in Aegypto, Hiero. Miſtice vero in virtute potentię ſuę verberato mundo eduxit nos dominus ab operibus eius. Caſſiodorus. Vel manus fortis ad inuin-

cibilem pertinet actionem brachium vero excel=
ſum ad omnipotentiam domini ſingularem quę
ſemper demonſtrat omnium rerum authorē. Glo.
De quo ſcriptum eſt brachium domini cui reuela
tum eſt?

xiii ¶Qui diuiſit mare rubrū in diuiſiones.
Cardina. Gloſa. Caſſiodo. Duodecim pro nume=
ro tribuum vt quelibet tribus haberet viam ſuam
ad tranſeundum citius & expeditius quaſi omnes
tranſirent per eandem viam. Lyra. Quod tamē eſt
improbatum, quia non fuit niſi vna via, ſed diui=
ſiones dicit quia aquę erant eis pro muro a dex=
tris & a ſiniſtris. Auguſt. Glo. Vel diuiſit mare ru=
brum, id eſt baptiſmum in diuiſiones vt vnꝰ idē=
qꝫ baptiſmus alijs ſit in pœnam alijs in vitā. Caſſ.
Vel mare rubrum, eſt iſtius ſæculi permixta pro=
funditas quā multis diuiſionibus tranſimus quā
do conuerſi ad terram viuentium domini mune=
re feſtinamus per orationes eleęmoſinas & huiuſ
modi.

14 ¶Et eduxit Iſrael per medium eius.
Lyra. Præbens ei iter ſicum. Cardina. Aquis hinc
inde ſtantibus ad modum murorum. Vel eduxit
Iſrael (id eſt populum chriſtianum, per mediū eiꝰ
id eſt per pœnitentiā in eccleſiam de peccato. Caſ
ſiodo. Et quia iſte verſiculus ſupra iterum poſitꝰ
eſt, expoſitio ſuperius dicta ſufficiat.

15 ET excuſſit ✠ Pharaonem & virtu
tem eius in mari rubro quoniam.
✠ Hebr. & inuoluit.
Lyra. Virtus hic pro exercitio ponitur. Cardina.
Quem excuſſit dominus in mari rubro vbi Iſrael
libere trāſiuit. Idem. Caſſiodo. Vel excuſſit domi=
nus Pharaonem, id eſt dyabolum & miniſtros eiꝰ
vel peccata per quę potens eſt dyabolus. In mari
rubro, id eſt in pœnitentia, vel in paſſione ſua, vel
in baptiſmo aquę. Auguſti. Recte namqꝫ per Pha
raonem qui maſculos necat & feminas ſeruat dya
bolus intelligitur qui virtutes prefocat & concu=
piſcentias nutrit.

xvi QVi traduxit populum ſuū per de
ſertum.
Lyra. Cardina. xl. annis poſt tranſitum maris. Car
dina. Vel traduxit populum ſuum Chriſtianū ſci=
licet dominus per deſertum huius ſęculi ne ibi pe
reat vel amore adhęreat. Caſſio. Per deſertū enim
nos traijcit quando per hoc ſęculum illeſos tran=
ſire facit, Deſertus autē ideo dicitur mundus, quia
diuina electiōe priuatꝰ. Et merito ſic vocatur qui
ad ſe venientem non recepit authorem.

xvii QVi percuſſit reges magnos quo=
niam.

xviii ¶Et occidit reges fortes. quoniam.

xix ¶Seō regem Amorreorum, quoniam.

20 ¶Et Og regem Baſan, quoniam.
Lyra. Iſta fuerunt expoſita pſalmo precedēti vſqꝫ
ibi. Hereditatem Iſrael ſeruo ſuo. Cardina. Et ad
literam ſeptem fuerūt reges in terra illa quos per
cuſſit dominus & occidit per quos ſignificantur
ſeptem peccata mortalia quæ dominus in euange
lio & verbo & exemplo percuſſit & in multis oc-
Septem peccata mortalia a deo ſuffocata.
cidit. Caſſiodo. Percutit enim reges magnos, quā=
do in corde noſtro impia deſideria cœleſtis miſe=
rator extinxerit. Tunc vero nos viuimus cum illi
moriūtur. Reges ergo fortes occidit, quando a no
bis dęmonia expellit quorum voluntas mala tunc
extinguitur ſi fidelium animę ab eorum poteſta=
te tolluntur. Cardina. Et quia omnia vicia origi=
nē ſumunt ex duobus ſcilicet ex ſuggeſtione dya=
boli & ex corruptione carnis, quorū alterum mo=
net interius, aliud exterius, ideo has duas radices
oportet extinguere qui vult pœnę peccata vitare
Et hoc fecit dominus. Vnde ſequitur. (Seon regē
Amorreorum). Idem. Seon interpretatur germen
inutile & ſignificat carnis concupiſcentiam quæ
eſt fons interior omnis mali. Amorrei ſunt pecca
tores amaritudine prauæ cōſcientię infecti ſupra
quos carnis concupiſcentia regnat. Caſſiodo. Vel
Seon interpretatur tentatio oculorum, ſiue arbor
īfructuoſa, Amorreꝰ exacerbatio, quę omnia vidē
tur ad dyabolum pertinere, Idem. Car. Og inter=
pretatur concluſio ſeu coaceruās. Baſan confuſio
& dyabolum pariter ſignificat, qui recte confuſio
dicitur, quoniam ſuos ſequaces confundit, & pec
cata noſtra coaceruat vt accuſet, & viam ad deum
concludit nē videatur quem dominus tunc occi=
dit quando nos ad inſtituta ſua morum ſanctifica
tione perduxerit.

ET dedit terram eorum hæredita= 21
tem, quoniam.

¶Hereditatem Iſrael ſeruo ſuo, quoniā. 22
Caſſiodo, Cardina. Glo. Tertia pars in qua deſcen Tertia pars.
dit ad chriſtianos exponens beneficia eis data, vt
ſic vnum authorem omnium ſcias & vnum deum
veteris & noui teſtamenti. Et dedit inquit. Cardi.
Ex ſola gratia nullo merito ſufficiente pręceden
te. Terram eorum hęreditatem ſcilicet terram vi=
uentium, quæ fuit dyaboli & ſociorum eius ante
caſum. Caſſiodo. Vel data eſt illa terra ęternę bea=
titudinis, q̄ fuerat pollicita Iudæis populo Chri=
ſtiano. illis enim in ſua iniquitate, pieċtis ſanctis
fidelibus promiſſę hęreditatis præmia conferun=
tur. Hereditatem Iſrael ſeruo ſuo. Idem. Car. Id
eſt populo, Chriſtiano ſeruiēti deo qui per Iſrael
ſignificatur, quia ipſe ſolus inter omnes populos
deum vidit oculo verę fidei. Caſſiodo. Cum enim
dicit ſeruo ſuo illos ſequeſtrat qui domini iuſſio=
nibus iniquis conatibus reſtiterunt. Cardi. Quod
autem geminat hæreditatem iudicium eſt firmita
tis in poſſidenda iſta hęreditate.

QVia in humilitate noſtra memor 23
fuit noſtri, quoniam,
Hugo cardina. Quia in humilitate noſtra inquit,
id eſt nobis a Chriſto tradita, cum dicit. Diſcite a
me quia mitis ſum & humilis corde. Hugo cardi=
nalis. Ipſe enim Chriſtus monſtrauit nobis & hu
militatis viam & patiētię diſciplinā, quapropter
in humilitate poſitorum memor fuit quando in
aduentu ſuo eos proprio ſanguine liberauit. Tūc
quoqꝫ latius cœpit deſiderari humilitas quando,
eam in ſe dominus ſaluator oſtēdit. Cū autē dicit=
memor fuit ſignificat ſanctæ ſuę incarnationis ar
chanum, quando ſuos liberare dignatus eſt.

24 ET redemit nos ab inimicis noſtris, quoniam.

Cardina. Redemit inquam nos Chriſtianos ſanguine ſuo ab inimicis noſtris. Vel dæmonib⁹ vel peccatis. Caſſiodo. Tunc ſcilicet redemit nos de diuerſis iniurijs a poteſtate dyaboli quando alapis cæſus, flagellatus, verberatus eſt, & ſanguinem in precium dedit.

25 QVi dat eſcam omni carni, quoniam.

Lyra. Hic ponitur inuitatio ad dei laudem ex beneficio collato omni viuenti vita ſenſibili. Cardina. Qui dat inquit eſcam corporalem & ſpiritualē omni carni, i. omni generi hominum. Caſſiodo. Vel non tantū de hominibus hoc dicit, ſed ꝙ vniuerſaliter dat eſcam omni carni quia omnia eius largitate ſaciantur ipſe enim & creator & paſtor animantium probatur eſſe cunctorum, ſiue cum dicit omni carni dat eſcam de fidelibus tantum debemus accipere quos corpore & ſanguine ſuo ſaginare dignatur. Auguſtinus. Glo. Vel omni carni, id eſt omni generi hominū, Iſrael ſcilicet & gētiū, nō ſicut mana ſoli iudęo. Et quia ſic fecit, ergo

26 COnfitemini deo cœli, quoniam.

Hierony. Id eſt debitas ei reddite laudes qui nos a terrenis ad cœleſtia commutauit. Lyra. Qui licet ſit deus totius creaturę, tamen ſpeciali modo dicitur deus cœli, eo ꝙ videtur ibi clare. Auguſti. Gloſa. Et eſt idem ei quod ſupra dixit. Confitemini deo deorum, vnde & hic repetit quod ibi ſubiunxit, ſcilicet.

27 Prior pſalmus in hebreo non eſt.

COnfitemini domino dominorū, quoniam in ęternum miſericordia eius.

Cardina. Ecce pſalmus iſte ad laudem dei incepit & i laude dei finitur, quia ipſe eſt alpha & o. principium & finis, qui debet laudari pro principio & fine omnis boni, quia vtrumq; ab eo eſt. Caſſiodo. Vel hoc ideo dicit nequid pręter eius laudem & miſericordiam fieri poſſe crederetur.

¶ Pſalmus.cxxxvi.

¶ Titulus.
Pſalmns Dauid ꝑ pter Hieremiam.

Lyra. Exponit iſtū pſalmum de templi deſtructione & de Babylonyca captiuate.

Hierony. Pſalm⁹ iſte ex voce prophetica prolatus docet mentes omnium fugere a peccatis in exemplum illi⁹ terrenæ Hieruſalem quæ a gentibus adducta in captiuitatem deflebat. Auguſti. Glo. Car. Sicut enim olim duæ fuerunt ciuitates adinuicem repugnantes Hieruſalem ſcilicet & Babylonia, ita & modo duę ſunt ciuitates vna bonorum altera malorum, permixtę quidem loco ſed diuiſę merito, coniunctę corpore ſeparatę mente. Et ſicut Hieruſalem materialis olim ter fuit deſtructa primo a Nabuchodonoſor Secundo ab Anthiocho, Tertio a romanis ita nūc Hieruſalem ſpiritualis tripliciter impugnatur a carne ſcilicet mundo & dyabolo. Vel a tyrānis hæreticis & falſis fratribus quorum omnium rex eſt dyabolus. Glo. Caſſio. Cardina. Et ideo tres pſalmi ponuntur in hoc libro qui agūt de triplici deſtructione Hieruſalem, tam materiali ꝙ ſpirituali, ſed de materiali propter ſpiritualem de deſtructione facta ꝑ romanos agitur in illo pſalmo. vt quid deus repuliſti. De deſtructione facta per Anthiocū in pſalmo. Deus venerunt gentes hic vero agitur de deſtructione facta per Nabuchodonoſor quam Hieremias quadruplici alphabeto deplorauit, ideo in titulo dicitur propter Hieremiam. Materia ergo huius pſalmi eſt deſtructio Hieruſalem nō materialis ſed potius ſpiritualis, intētio vero eſt monere non conformari huic ſæculo, ſed ad ſupernā Hieruſalem ſuſpirare. Et diuiditur in duas partes. Pſalmi Diuiſio. In prima oſtendit bonos quaſi captiuos flere in hoc mundo, tum pro incolatu pręſentis miſeriæ, tum pro dilatione patrię. In ſecunda contra hoſtes dominum deprecatur, ibi. Memor eſto. Propheta ergo in perſona iuſtorum pro incolatu huius miſeriæ, & dilatione lamentantium dicit.

SVper flumia Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur Syon. 1

Hieronymus. Super flumina inquit Babylonis. Babilon confuſio interpretatur & ſignificat præſentem mundum flumen ſignificat vnū queq; pulchrum ad horam cuius flos ſicut flumen tranſit & aquę ſuccedentes ſibi veniētes & recedentes pereunt & iterum alię oriuntur & ipſe pereunt ita & in hoc mundo quo ad momentum aliquid fuimus ſicut aqua tranſit & perit. Cardi. Vel flumina ſunt bona temporalia quę more fluminum defluunt (Illic ſedim⁹) Idē. Glo. Non erecti per ſuperbiam nec deiecti per deſperationem, ſed humiliati, attendentes præſentem miſeriam in qua ſumus & futuram gloriam a qua diſtamus. Caſſiodorus. Et notandum ꝙ non dicit in fluminibus vbi ſunt qui adhuc peccatorum inundatione rapiuntur, ſed (Super flumina) Vbi tanquam ad ripam ſedent fideles, qui captiuitatem in hoc mundo patiuntur & ſuſpirantes deſiderio patrię cœleſtis Hieruſalem amaras lachrymas fundunt, ideo dicit (Et fleuimus). Cardi. Fletu contritionis pro peccatis proprijs, fletu compaſſionis pro peccatis & miſerijs alienis deuotionis pro beneficijs exibitis. & pręmijs obtinendis (Dum recordaremur Syō). Idem. Id eſt eccleſiæ triumphantis vbi in ſpeculo videtur deus ſine medio. Auguſt. Glo. In hoſtili autem terra, dulcis eſt recordatio patriæ. Sequitur.

IN ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra. 2 ✝ cytharas nſas

Glo. Cardi. In ſallicibus inquit. i. inter ſalices inter homines ſcilicet mundanos infructuoſos & ſteriles qui rigantur fluminibus Babylonis, ſed ſteriles ſunt in bono opere (In medio eius) poſitis. ſ. id eſt ex omni parte concupiſcentijs circundati. Hiero. Salix enim lignum eſt infructuoſum. Et dicitur ꝙ ſi quis ex illa accipit potionem aut manducet, filios non facit dicitur etiam ꝙ ſalix radicem non habet. Cum tamen abſcinditur & ſecus aquā plantatur ſtatim vireſcit ſic peccator licet peccauerit & ceciderit ſi tamen plantetur ſecus aquam

id eſt ſi legit ſcripturas ſacras, ſtatī vireſcit anima eius,& in pœnitentiam conuertitur. Augu. Glo Ab his itaq; valde malis infructuoſis mundanis porcis & canibus(ſuſpendimus)id eſt diſtulim⁹ & ſubtraximus (Organa noſtra.)Cardi. Id eſt dimiſimus cantica lętitię vel doctrinę, quia non ſunt digni,vel quia impediunt doctores. Idem. Greg. Propter enim peccata populorū claudit deus ora prophetarum. Glo. Sed quare ſuſpendimus organa. Sequitur.

3 QVia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos verba cantionum.

(Quia illic inquit). Cardi. Glo. In Babylonia ſcilicet.i.in vanitate mundi(Interrogauerunt nos)tētantes & derridentes. illi ſcilicet(Qui captiuos duxerunt nos)ſcilicet mali quorum exemplis & verbis captiuantur boni in peccatum. Hierony. Vel demones qui deceperūt nos & captiuos duxerūt. Nunc vero quaſi deridentes & gloriantes dicunt nobis,reddite nobis verbum de fide veſtra. Glo. Cardina. Illic inquam interrogauerunt nos tentātes non proficientes(Verba cātionum). Cardina. Id eſt ratiões fidei & profeſſionis noſtrę ſic enim quęrūt mali a bonis,quid valet fides,veſtra? Quid eſt alia vita? Quid eſt infern⁹? Quid eſt paradyſus? Quid prodeſt Chriſt⁹?. Nōne ex quo venit Chriſtus peiora ſunt in rebus mundanis q̄ antea? & huiuſmodi queſtiones faciunt in deriſionem bonorum,ſequitur.

4 ET qui abduxerunt nos ✠, hymnum cantate nobis de canticis Syon.

✠ Hebr. & qui affligebāt nos leti cantemo bis.

Gloſa. Cardina. Et qui abduxerūt nos,id eſt a deo & ſocietate angelorum & bonorum ſeparauerunt vel ſperare voluerunt vel alia litera adduxerūt ad iſtas, ſcilicet miſerias in quibus ſum⁹,quandiu in hoc mundo viuimus. Ipſi inquam interrogauerunt nos dicentes.(Hymnum cantate nobis de cāticis Syon). Cardi. Id eſt qui cantantur in eccleſia Caſſiodo. Vel qui abduxerunt nos ſunt concupiſcētię carnales quę nos iure captiuitatis illaqueant & frequenter ſuadēt vt verba pſalmodię in locis immundis canere debeamus. Hiero. Quibus reſpōdent qui peccauerūt, & decepti ſunt dicētes quod Sequitur.

5 QVomodo cantabimus canticum domini,in terra aliena.

Hiero. In peccatis ſcilicet conſtituti qui cecidim⁹ de Hieruſalem in Babylonem. Peccator enim nō debet cantare domino ſed lugere peccata ſua ,quia non poteſt niſi ſanctus vere deum laudare. Caſſio. Illis ergo reſpondendum eſt. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena, nos ſcilicet in peccatis conſtituti inter actus vicioſos qui ſunt a deo alieni. Cardina. Vel in terra aliena.i.in hoc mundo vbi non eſt gaudendum & cantādum ſed magis lugendum & gemendum. Auguſti. Gloſa. Cauendū eſt itaq; ne quis timens mundo.i.mūdanis hominibus diſplicere, affectet amicitias eorū & incipiat cantare hoc eſt delectari in Babylonia Paſſus igitur iſte interrogantes,adulantes, irriſores & reprehēſores quaſi inter eos periclitans iterum ſe erexit ad recordationem Syon & conſtrinxit ſe iuramento dicens.

SI oblitus fuero tui Hieruſalem, obliuioni detur dextera mea. 6

Caſſio. In hoc enim pollicetur propheta eccleſiā dei nunquam pœnitus obliuiſci,conditionem ſibi grauiſſimam ponens & dicens, Si oblitus fuero tui Hieruſalē obliuioni detur dextera mea. quia neceſſe eſt ita fieri ſi Hieruſalem contigerit non amari ipſa enim eſt mater fidelium patria fideliū regio beatorum. Nam qui obliuiſcitur in regnum minime collocatur. Auguſtinus. Gloſa. Dextera enim noſtra,eſt vita ęterna,ſiniſtra vero vita temporalis,vnde quicquid facit homo pro ęternis dextera facit,ſi alio intenderit ſiniſtra ſe immiſcuit & ſi in ea delectatus fuerit quaſi in dextera, perdit ęterna. Hierony. Et ideo ſi vis ſemper in memoria dei eſſe opera fac dexterę. Cardina. Eſt ergo ſenſus. Si oblitus fuero tui Hieruſalem obliuioni detur dextera mea.i.virtus & operatio mea virtuoſa per dexteram ſignificata, remuneratione careat, & non acceptetur a deo Vel filius dei qui eſt dextera patris obliuiſcatur mei. Gloſa. Item ait.

ADhęreat līgua mea faucib⁹ meis ſi non meminero tui. 7

¶Si non propoſuero Hieruſalem in principio lęticię meę. 8

Glo. Car. (Adhęreat inquit lingua mea faucibus meis).i. obmuteſcam & mutus fiam in laudibus dei ſi non meminero tui. Mutus enim fit qui memor dei non eſt. Nam vt quid ſonat vt quid loquitur qui canticum Syon non loquitur. Caſſiodo. Quid autem probatur eſſe deterius,q̄ illud nō poſſe loqui? Vnde conſueuit medicina præſtari, pſalmodia enim eſt conſolatio flentium, cura dolentium,ſanitas ægrotorum hoc animę remedium hoc miſeriarum omnium cognoſcitur eſſe ſuffragium. Nam qui tali munere priuatur ab omni beneficio conſolationis excluditur. Auguſti. Glo. Dicit autem lingua mea,quia canticum Hieruſalem lingua noſtra eſt, cāticum vero ſæculi lingua barbara eſt. Sequitur. Si non propoſuero Hieruſalem in principio lęticię meę. Caſſiodo. Glo. Id eſt ſi non eſt mihi de te,& in te precipua lęticia o Hieruſalem. Ibi enim eſt ſumma læticia, vbi deo fruimur,vbi morietur omnis neceſſitas,& orietur ſumma fœlicitas.

Flentium catha plaſma.

MEmor eſto domine filiorū Edō in die Hieruſalem. 9

Secūda ps.

Gloſa. Cardi. Secunda pars in qua cōtra hoſtes deprecatur.q.d.ita me habeo vt dixi, ſed o domine memor eſt o filiorum Edon. Idē. Glo. Auguſtin⁹. Lyra. Secundum literam filij Edon ſunt filij Eſau qui & Edon dictus eſt, inde Idumei qui fuerunt impedimento filijs Iſrael reędificantibus Hieruſalem in redditu de Babilonia vel in deſtructione Hieruſalem fuerunt coniuncti Babylonijs, & eſt ſenſus,memor eſto illorum id eſt puni eos pro eo ꝙ fecerunt in die reſtitutionis Hieruſalem quam tantum impediunt vel in die quo euertere volūt Hieruſalem iuncti Babylonijs. Caſſiodo. Miſtice

vero Edon alij ſanguineum, alij terrenum interpretandum putauerunt quod ad carnalia vicia refertur. Iſti ſunt ergo filij Edon qui Chriſtianum populum ſunt grauiſſime perſecuti, nec aliqua ſatiſfactione conuerſi ſunt. Glo. Iſti enim ſunt inimici ſanctorum qui ad illicitos motus nos inducunt. Hieronymꝰ. Vel per Edon dyabolus intelligitur qui decipit genus humanum, cui petit propheta retribui vt ſentiat pœnam quam ipſe ſua malicia homini adduxit trahens & adducens eum in Babylonem. Augu. Glo. Memor ergo eſto .i. libera nos ab illis (In die Hieruſalem). Caſſiodorus. Glo. Hugo cardinalis. Id eſt in die ſequeſtrationis Hieruſalem, quando ſcilicet ſeparabunt̃ mali vt puniantur a bonis vt pręmientur. Nam ecce quid faciunt.

10 QVi dicunt exinanite ✠ exinanite, vſq; ad fundamentum in ea.

✠ Hebr. euacuate euacuate vſq ad fundamentũ eius.

Caſſiodo. Verba enim iſta filiorum ſunt Edõ perſequentium populum Chriſtianũ. Qui dicunt exinanite, exinanite, hoc eſt vitam temporalem eripite, vſq; ad fundamentum in ea. Glo. Ita ꝙ nullus remaneat. Caſſiodo. Gloſa. Hoc enim dictũ eſt ad ſimilitudinẽ ciſternę, vnde ſi aqua hauritur ad fundamentum peruenitur, ſed quid illis proderat ſęculi iſtius lucem adimere talibus, quando magis in ipſo fundamento ęternam vitam poſſidere videbantur occiſi, fundamentum ſiquidem fidelium Chriſtus eſt qui non poteſt iuſtis eripi ipſe enim vita ęterna eſt, dum ergo mali nocere putant coronas dant. Glo. Deinde auertens ſermonẽ ad ipſam ciuitatem malorum, ait. Sed o

11 FIlia Babilonis miſeria ✠, beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuã quam retribuiſti nobis.

✠ Hebr. vaſtata.

Lyra. Filia Babilonis ad literam eſt gens Babilonica. Car. Vel eſt Idumea quę adhæſit Babylonijs & coniuncta eſt eis in deſtructione Hieruſalem. Lyra. Beatus qui retribuet retributionem tuam .i. tibi pœnam debitã (quam retribuiſti nobis) .i. propter mala quę feciſti nobis. Caſſiodo. Myſtice vero filia Babylonis caro noſtra eſt quę confuſionẽ nobis ingerit peccatorum quę ideo miſera eſt dicta, quia illicitis concupiſcentijs ſauciat animas vulnere peccatorũ. Hiero. Vel filia iſta anima eſt quę ſemper in motione eſt & in confuſione, & nõ habens ſtatum ſed eſt in vicijs & peccatis quę vere miſera eſt. Sequitur (Beatꝰ qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis). Idẽ. Caſſiodo. Glo. Carni enim retribuere beatorũ eſt vt ſicut illa nos concitat ad vicia, ita nos eam ieiunijs & diuerſis tribulationibus ſubditam eſſe faciamus, vt ſaltem coactã faciat, quod in delitijs implere diſſimulat, & vt quæ traxit ad culpam adiutorio dei trahatur & perducatur ad gloriã, ſequitur.

12 BEatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.

Caſſiodo. Adhuc enim ad ipſam loquitur carnem beatum eſſe commemorans qui filios eius .i. vicia nocentia teneter cohibet, & non permittit ſibi nocere (beatus inquit qui tenebit & allidet paruulos ſuos). Idem. Glo. Qui de carne naſcuntur .i. motꝰ malos antequam creſcant ne ſint liberi, & allidit eos ad petram Chriſtum vt confracti diſpereant. Auguſti. Glo. Beati itaq; ſunt qui naſcentes cupiditates antequã robur accipiant elidunt, ſic enim facilius vincuntur quamuis & maiores ad petrã elidẽdę ſint & occidendæ. Idem. Caſſiodo. Hierony. Petra autem iſta Chriſtus eſt.

¶Pſalmus.cxxxvij.

¶Titulus.

Pſalmus ipſi Dauid. ✠

✠ Hebr. ſolũ ponitur pro titulo Dauid.

Lyra. Ex circunſtantia literę videtur ꝙ iſte pſalmus ſit gratiarum actio ipſius Dauid poſtq̃ liberatus fuit a perſecutione Abſalon & rebellione Sybæ. Et venit in tẽplum ad adorandum ſicut habetur .ij. Regum decimo quinto.

Glo. Car. Captiuus qui ſupra fleuerat ſedens ſuper flumina Babylonis iã quaſi reędificata Hieruſalem & templo reſtituto, & quaſi factus conciuis illius ciuitatis quę non fuit captiua exultat & laudat deum pro libertate & beneficijs ſibi datis Pſalmus igitur iſte monet ad laudem. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit & commẽdat beneficia ſibi data. In ſecunda dicit quomodo hæc ad omnes dilatẽtur, ibi. Confiteantur tibi domine. Ex voce ergo eccleſiæ quæ in ſuperioribus eſt ſpe expectans ibi eſſe in re ait.

Diuiſio Pſalmi.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo, ✠ quoniã audiſti verba oris mei. 1

✠ quoniam audiſti verba oris tui additum eſt nec habetur i hebræo.

Glo. Cardi. Cõfitebor inquit tibi domine, id eſt laudabo te. Non enim hoc intelligi poteſt de confeſſione fraudis. Lyra. Sed de cõfeſſione laudis & gratiarum actionis (In toto corde meo. Id eſt in toto intellectu & affectu. Car. Caſſiodo. Cum enim hoc dicitur nulla pars cordis occupata in ſęculi huius ambitione relinquitur ſed vniuerſum vt dignum eſt creatoris laudibus occupatur. Hierony. Cardina. Vel de confeſſione peccatorum hoc intelligitur. vnde ex toto corde dicit, quia ſicut multæ ægritudines in vno ſunt corpore ſic multę paſſiones in vna anima. Et ſicut ſanari non dicitur corpꝰ multis ęgritudinibus, ęgrum niſi ſecundum omnes ſanetur, ſic nec anima ſanari dicitur niſi oĩa peccata peccator cõfiteatur. Bene ergo dicit in toto corde meo Et quare (quoniam audiſti verba oris mei). Caſſiodo. In quo ad oſtendendam diuinam pietatẽ, Pſalmiſta vſus eſt prius ſanctos viros auditos dicere, & eos poſtea diuina pręconia perſonare. Glo. Cardi. Audiſti dico verba oris mei interioris, ſcilicet vbi prope eſt deus. Longe enim a deo te nõ facit niſi iniquitas ſola cui adhærens intus non clamat ad deum etiam ſi extra vociferetur. Et ideo quia ſic me exaudiſti.

IN conſpectu angelorum ✠ pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum & confitebor nomini tuo.

✠ Hebr deorum.

Hiero. Vnde perfectionem pœnitentis, quia poſt confeſſionem & pœnitentiam cum angelis meretur pſallere. Qui autem pſallit iam non agit pœ

nitentiã,ſed gratias agit & benedixit.(In conſpe-ctu inquit angelorum pſallam tibi.)Glo.Auguſt. Hugo car: Hoc eſt in laudando propono mihi angelos,vt imiter eos quibus æquari,ſicut nunc laude ita poſt dignitate expecto,hi autẽ in laude dei nihil aliud ſibi proponunt q̃ ipſum.In conſpectu ergo angelorũ,id eſt in ea puritate,qua te conſpiciunt angeli & laudãt,vt in te ſolo ſibi acquieſcãt. Pſallam tibi.Caſſi. In quo magna pſalmodiæ virtus oſtenditur, vt qui puro corde inter homines pſallit,etiam ſurſum cum angelis canere videatur, adiecit quoq;.Adorabo ad templũ ſanctum tuum. Hugo car.In templo,ſcilicet materiali propter efficatiam orationis vel proter deuotionem excitandam.Idem.Auguſt.Glo.Vel templum iſtud intra nos eſt,de quo dicit apoſtolus.Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos.Et anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.Qui ergo de ſpiritualibus non de terrenis gaudent,ad illud templum angelicum vbi angeli ſunt adorãt futuri ſocij illorum,pro quibus venit dominus angelorũ,ſequitur(& confitebor nomini tuo.)Lyra.In laude,ſcilicet,& gratiarum actione.Cuius cauſa ſubditur,cum dicitur.

3 SVper miſericordia tua & veritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum ✠ tuum.

✠ Hebr. eloqu.ũ tuum.

Glo.Hugo card.Hoc eſt inquã de quo confitetur & laudat deũ.Super miſericordia,ſcilicet qua peccatorem reſpicis & parcis,& veritate tua qua remuneras.Caſſiodo.Miſericordia enim eſt q̃ ſine cuiuſquã meritis ad liberandos nos venire dignatus eſt,veritas vero,quia prophetarũ ſuorũ promiſſa compleuit.Hugo card.Augu.Glo.Vnde ſcriptum eſt.Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Nam non ſunt aliæ viæ quibus ad nos veniat dominus,nec quibus nos ad eum veniamus.Hugo card.Sed in quo maxime appareat miſericordia & veritas dei in nobis oſtendit,dicens(quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctũ tuum.)Caſſ. Cum,ſcilicet nobis culturę ipſius virtus innotuit, & dum de vniuerſis mundi partibus fidelis populus eſt collectus.Hugo car.Glo.Nomen autẽ iſtud Chriſtus eſt,cui omne genu flectitur,cœleſtiũ,terreſtrium,& infernorũ.Hiero.Peccator ergo audiat miſericordiã,iuſtus autem & ſuperbus,audiat veritatem.Glo.Et quia ita feciſti domine.Ideo.

IN quacunq; die inuocauero te exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem.

Glo.Car.In quacũq; die inquit,id eſt in quocũq; tẽpore,vel quãdo ſine nube cupiditatis inuocauero te exaudi me,quia iam non terrena peto,ſed virtutes quibus non poteſt ſubeſſe malum.Caſſ.Dies enim hic ſignificat lucidam ſinceramq; petitionẽ, quam non cupiditas nec vlla auaritia nubilat,ſed de illo ſole radiat,qui omnes caligines mortalitatis emundat.In talibus ergo petitionib⁹ deuotus hic populus ſe precatur audiri.Car. Quid autem ſit illud in quo ſe precatur audiri,ſubiungit,cum dicit.Multiplicabis in anima mea virtutem.Non enim petit temporales diuitias,non ſalutem corporis,ſed multiplicitatem virtutis.Gloſa.Et quia in anima poteſt fieri carnalis multiplicatio,ideo addidit,virtutem quaſi dicat,Non aliud in anima peto,niſi virtutem.

Dies nomine.

COnfiteantur tibi domine omnes reges terræ,quia audierunt omnia verba oris tui. 5

Hugo car.Secunda pars,in qua exemplo ſui inuitat omnes iuſtos ad laudem dei,dicens.Confiteantur tibi omnes reges terræ.Glo.Hugo card.Id eſt moderati viri qui reges terræ dicuntur,quia ſe bene regere norunt qui carnem ſuam regunt & ſpiritui ſubdunt.Caſſi.Reges enim terræ ſunt,qui corporibus ſuis diuinitatis munere dominãtur,nam ille rex,vere non dicitur,qui vitijs ſeruire monſtratur.Hierony.Vnde quod dicitur cor regis in manu dei eſt,non de Iuliano,Nerone,Maximiano,Decio,& ſibi ſimilib⁹,ſicut nec iſtud intelligitur,ſed de illis qui dominantur peccatis,qui vincunt paſſiones,& hoc ideo(quia audierũt omnia verba oris tui)id eſt cuſtodierunt mandata tua.Caſſio.Audire enim,ad illos pertinet,qui obedientes eſſe noſcuntur,quoniam illos audiſſe non dicimus,quos contumaces ſacris iuſſionibus ſcimus.Hugo car. Beati itaq; dicuntur illi qui audiunt verbum dei, & cuſtodiũt illud.Idem.Glo.Confiteãtur reges.

Secũda pars.

Moderati reges ſunt.

ET cantent in vijs domini, quoniã magna eſt gloria domini. 6

Glo.Hugo car.Et cantẽt inquit reges,ſcilicet terræ,tanquã viatores more eorũ,qui ad terminũ optate patrię tendũt,cantẽt dico in vijs domini.Caſ. Glo.Car Quę ſunt miſericordia & veritas,in quibus cantare & laudare regibus & religioſis & vere chriſtianis paſſionũ animę & cõcupiſcentiarũ rectorib⁹ pręcipitur.Car.Sed quid cãtare debeãt,ſequitur.(Quoniã magna eſt gloria domini.)Caſſi. Gloria quippe domini eſt,vt ſęculũ reſpuẽtes ei⁹ laudes cãtare nõ deſinãt,qui primi hominis inuia deſerẽtes ad ſalutares ſe regulas trãſtulerũt.Augu. Glo.Qui itaq; humiles ſunt,hoc amant & cantãt, qui vero ſe extulerint,timeant quod ſequitur.

QVoniam excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit. 7

Glo.Caſſ.Quãuis enim dominus excelſus ſit,humilia tamẽ reſpicit,ne quis ſubiectorũ putaret nõ ſe ab excelſo domino reſpici,cum ſe cognoſceret magna deuotione proſterni,nõ enim eſt ſimilis diuinæ potẽtiæ humana cõditio,vbi humilis deſpicitur,ſuperbus reſpicitur.Car.Reſpicit inquã humilia oculo miſericordiæ,quia humilitas eſt color oculi dei angelorũ & hominũ gratiſſimus.Caſſi. Et vt hanc humilitatẽ in cõſpectu eius precioſum eſſe ſentires addidit,& alta a longe cognoſcit,vbi per alta ſuperba ſignificat,quę ideo a longe cognoſcit,quia eius gratię minime proximãtur,& vt terreret ſuperbos poſuit cognoſcit ne forte putarent demẽtes incognitum eſſe deo quod ipſi malignis cogitationibus operantur.Auguſti.Glo.Superbi quidem non eum latent,ſed a longe videntur,cum non ſit cum eis per gratiam.Et ideo dicit q̃ alta a longe cognoſcit.Sed ſi contingit iuſtis tribulatio adeſt deus viuificator,& hoc eſt quod ait conuerſus ad deum.

8 SI ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua.

(Si ambulauero inquit in medio tribulationis.) Glo. Quæ ſemper inſtat ſaltem a dyabolo. Si ergo in hac vita fuero, quaſi in medio tribulatiōis, eam totam miſeriam reputans, & veram patriam quærens (viuificabis me.) Caſſiodo. Viuificatur namq́ populus chriſtian⁹, id eſt lætificatur, dum in diuerſis fuerit anguſtijs conſtitutus, & æternorum gaudiorum ſuauitate recordatus reficitur. Glo. Hugo cardi. Aliter non viuificatur, niſi in medio tribulationis, vnde beati qui lugent, & ve ridētibus, ſequitur. Et ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam. Hugo car. Augu. Glo. Id eſt hoc ipſum quod iraſcuntur mihi inimici, tua eſt in eos animaduerſio, id eſt punitio. Eſt enī eis iraſci pœna, non tantum culpa, dum ergo hoc permittis, ſuper eos vindictæ manū extendis, vel ſuper id quod poſſunt inimici, eſt manus tua. Poſſunt enim ad plus occidere, ſed non ad te ſeparare. Caſſiodo. Vel extēdit deus manum ſuper iram inimicorū, quando illi conuerſi hic grauius tribulātur, q̄ contriſtauerant ſubiectos humiles. Et incipiūt ſe iuſte perſequi, qui prius innocentibus parcere noluerunt. (Et ſaluum me fecit dextera tua. Glo. Caſſio. Hugo cardi. Dextera iſta, Chriſtus eſt, qui eſt dei virtus & dei ſapientia, non enim habet deus dexteram vel ſiniſtram, ſed dextera eius dicitur fœlicitas æterna. Siniſtra vero, fœlicitas temporalis. Aliquando ergo nō ſaluat deus in ſiniſtra ſanctos ſuos, ſed ſemper ſaluat eos in dextera. Gloſa. Et quaſi quis diceret, quare tu nō vindicas te de inimicis. Reſpōdet.

ix ✠ Hebr. orrabatur pro me.

DOminus retribuet ✠ pro me domine miſericordia tua in ſæculū, opera manuum tuarum ne deſpicias.

Glo. Quaſi dicat. Non ego, ſed dominus retribuet pro me. Augu. Glo. Hugo car. Id eſt pœnam mihi aduerſantibus debitam, quia ego non poſſum, nec debeo retribuere mala pro malis, vnde apoſtolus, non voſmetipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, & dominus ait. Mihi vindictam & ego retribuam. Glo. Augu. Vel dominus retribuet pro me precium, ſcilicet redemptionis, Chriſtus enim quod nō rapuit pro nobis ſoluit, pro nobis ſoluit qui pro ſe nihil debuit, domine miſericordia tua in ſæculum. Hugo car. Lyra. Quia ſemper paratus es recipere ad te recurrentes. Caſſio. Perfecta certe nimis & quam fundere monemur, oratio eſt, commendare, ſcilicet domino cauſam noſtram, & orare vt qui nos perſequuntur inaniter, ſicut nos pro Chriſti nomine vidētur affligere, ita & illi confeſſionis munere cruciari debeant ad ſalutem quod pertinet ad miſericordiā. (Opera inquit manuum tuarum ne deſpicias) Hugo cardi. Id eſt meipſum ſubtrahēdo a me manum protectionis tuæ. Idem. Glo. Ne inquā deſpicias nos, quia homines ſum⁹, ſed reſpice ꝙ a te creati ſumus & iuſtificati. Opera ergo tua in nobis videas, quia opera noſtra ſi videris, damnas, tua vero ſi videris, coronas. Caſſiodo. Vel opera manuum tuarum ne deſpicias, id eſt inimicos noſtros, quia & ipſi ſunt opera manuū tuarum. Rogat ergo pius populus pro inimicis ſuis, vt eis miſerat⁹ indulgeat, qui in ſe peccauerūt perſequendo, vt indulgentia percepta conuertantur.

¶Pſalmus. cxxxviij.

¶Titulus.

In finē ✠ pſalmus Dauid.

✠ Hebr. victori vel inuitatorium ad inuitādū idem

Lyra. Pſalmus iſte, vt videtur ex circunſtātia literæ, eſt quędam aſſurrectio diuinę laudis ex cōſideratione eminentiæ diuinæ.

Caſſio. Glo. Hugo car. Pſalmus iſte, profunditate miſteriorū plenus eſt, vnde & obſcuriſſimus in quo Dauid in perſona Chriſti loquitur. Chriſtus autem & eccleſia tanquā ſponſus & ſponſa ſunt vna caro. Ideo in hoc pſalmo, aliquando eſt vox capitis, aliquando vox membrorum. Loquitur enim totus Chriſtus tanquā vnus & integer vir propter nimiā vnionem capitis & corporis. Quicquid ergo loquitur ex perſona ſuſceptæ carnis, & ad caput ꝑtinet quod iam aſcendit in cœlum, & ad membra quæ peregrinantur in terra, vt ſunt duo in voce vna, ſicut duo in carne vna, ſenſus autem tituli talis eſt, in finem, id eſt in Chriſtum, pſalm⁹ Dauid dirigens nos in ipſum finem qui Chriſtus eſt. Cuius intentio eſt monere nos nō fugere a deo, ſed ad ipſum per ipſum.

Diuiſio pſalmi.

¶Et diuiditur in quatuor partes. In prima, agit de notitia dei, quæ omnia opera comprehendit, & ſuperioris captiui reuerſi & exultantis, quæ quaſi cogit eum qui latere non poteſt reuerti, maxime cum manus dei eum ibi tetigerit. In ſecunda, dicit non eſſe a deo fugiendum, ſed ad ipſum recurrendum, ibi. Quo ibo. In tertia, quanta ſit exultatio reuertenti ad deum, dicit ibi. Confitebor. In quarta, quomodo mali ei non noceant aperit, ibi. Si occideris. Et eſt iſte octauus pſalmus de duab⁹ naturis in Chriſto. Ait ergo propheta prius ex perſona capitis loquentis ad patrem.

DOmine probaſti ✠ me & cognouiſti me, tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. I

I ✠ Hebr. inueſtigaſti me.

Caſſ. Et eſt vox Chriſti clamātis ad patrē ab illa parte qua ſeruus eſt. (Domine inquit probaſti me) probauit enim pater filiū, id eſt manifeſtā fecit humilitatē ipſius, quādo a Ioanne baptizari voluit, qui peccata non habuit. Glo. Card. Vel probauit eum experimentis, in tentatione ſcilicet dyaboli, in deſerto in perſecutionib⁹ Iudæorum, & in paſſione. (E cognouiſti me.) Glo. Car. In reſurrectione, non ꝙ ante non nouerat, ſed quia alijs tunc notum fecit eum. Caſſio. Tunc enim deitas eius etiam illis innotuit qui eam antea credere dubitabant, vel cognouit eum, id eſt oſtēdit quando dixit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cōplacui ipſum audite. (Tu inquit cognouiſti ſeſſionem meam.) Hugo cardinalis. Gloſa. Auguſtinus. Id eſt voluiſti & approbaſti humilitatem meam in paſſione. (Et reſurrectionem meam) id eſt glorificationem meam in reſurrectione. Caſſio. Bene autem appellata eſt ſeſſio mors ſaluatoris, in qua non pœna, ſed requies fuit, Hugo cardinal. Tu inquā domine probaſti me & cognouiſti me, & etiā.

2 INtellexiſti cogitationes meas ✝ de longe, ſemitam meam & funiculũ meum ‡ inueſtigaſti.

✝ Hebr. malum meum. ‡ Hebr. accubationem euentilaſti.

Caſſi.Glo. In his enim duobus verſibus preſcientia ſanctę diuinitatis oſtenditur. Glo. Hugo card. Et loquitur hic Chriſtus ex perſona membrorum, vbi incipit agere de exilio ſuo ſub ſimilitudine filij prodigi, quaſi dicat. Probaſti me & cognouiſti me, & intellexiſti cogitationes meas de longe. Lyra. Id eſt ab æterno. Caſſio. Glo. Hugo cardi. Cum enim dicit de longe, non locum, ſed tempus ſignificat, quia omnia antequam facta ſint videt deus, & non ſolum facta noſtra, ſed etiam cogitationes cognoſcit. Augu. Glo. Vel de longe, cum ſcilicet adhuc in peregrinatione ſum antequã ad patriam veniam, vt filio minori redeunti occurrit pater, quia intellexit cogitationes de longinquo, qui apud ſe dixerat egeſtate confectus. Surgã & ibo ad patrem meum, ſequitur. (ſemitã meam.) Idem. Hugo card. Scilicet malam, quam tanquã occultus iui, patrem deſerens. Caſſio. Vel quod dicit ſemitam, ad tacitas cogitationes pertinet. Glo. Hugo car. Vel ad artiora præcepta. (Et funiculum meum inueſtigaſti.) Hugo car. Funiculum, ſcilicet quo traham peccata in longum. Idem. Augu. Glo. Vel limitem meum quouſq; perueni, longe quidẽ ieram, ſed tu ibi eras a cuius oculis longe non eram. Et loquitur vt deprehenſus fugitiuus ſequente ſe vindicta dei. Caſſ. Glo. Vel funiculus iſte eſt directio ad iuſta iudicia. Hugo car. Vel funiculũ, dicit hæreditatẽ æternam, quam obſeruãtibus artiora præcepta, hoc eſt ſemitas promittit deus. Inueſtigaſti inquam, id eſt perfecte cognouiſti. Sequitur.

3 ET omnes vias meas præuidiſti, quia non eſt ſermo in lingua mea.

(Et omnes inquit vias meas preuidiſti.) Lyra. Anteq̃ eſſem in rerum natura. Aug. Glo. Car. Vel opera mea preuidiſti anteq̃ irem i eis, & permiſiſti ire in laborem, vt redirem ſi laborare nollem. Caſſio. Vię enim ad actus humanos pertinent (Quia non eſt ſermo in lingua mea) Lyra. Cardina. Sufficiens ſcilicet ad explicandam celſitudinem tuę ſapiẽtię. Caſſiodo. Vel hoc de Chriſto dicitur. Omnes vias meas præuidiſti, id eſt omnia opera mea quę prophetata ſunt longe anteq̃ fierent. Quia non eſt ſermo in lingua mea. Sermo vtiq; falſitatis, quia nunquã ſub aliqua falſitate locut⁹ eſt Chriſtus. Vel non fuit ſermo in lingua eius, cum ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & tanquã agnus coram tondente ſe obmutuit. Gloſa. Et vere præuidiſti omnes vias meas. Quia.

4 ECce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua, tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Hebrai. ecce dñe noſti oĩa: retroſũ et añ formaſti me

Caſſiodo. Vbi cum dicit, ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima ad Chriſti incarnationẽ pertinet, quę facta eſt nouiſſimis temporibus, ſicut legitur, q̃ agnus occiſus eſt ad veſperam, & apoſtolus ait. Filioli nouiſſima hora eſt, cũ vero dicit & antiqua, ad deitatem pertinere non dubiũ eſt, quę nec initio, nec fine clauditur (tu formaſti me) id eſt genuiſti. (Et poſuiſti ſuper me manũ tuam.) Quãdo in me virtutem tuę maieſtatis oſtendiſti. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinal'. Vel ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima mea loquẽs ex perſona membrorum, quando ſcilicet porcos paui, & antiqua, quando partem ſubſtantię petij, vel antiqua noſtra fuerunt, quãdo per antiquum peccatum lapſi ſumus. Nouiſſima vero hæc pœna, quando in hanc mortalitatem venimus, quæ eſt vltima ſi redire volumus, alioquin reſtat æterna (tu formaſti me.) Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Ad labores, ad quos omnes nati ſumus. Et poſuiſti ſuper me manum tuam grauantem ſuperbum ſalubriter vt erigat humilem.

MIrabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me cõfortata eſt & nõ potero ad eã. 5

Hebrai. ſuper eũ ſcientia & excelſior eſt nõ potero ad eam.

Caſſi. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, ait Chriſtus de ſciẽtia patris, quę per eũ prędicata eſt vbiq; terrarũ, & facta eſt mirabilis, dum terrigenis ſacramenta ſanctę legis narrata ſunt. Gloſa. Et dum hominibus tot archana patuerunt, confortata eſt. Hugo car. Scientia tua, ſcilicet in pectoribus hominũ cum firmiter crediderunt. Et non potero ad eam, quia homo aſſumptus diuinę ſubſtantiæ, non poteſt æquari in ſcientia vel in alio. Auguſti. Gloſa. Hugo cardi. Vel ex perſona filij prodigi, ex me, id eſt ex peccato meo, mirabilis & incomprehenſibilis mihi facta eſt ſcientia tua, ideo non eſt mihi facile contẽplari, quem ſuperbus reliqui, vt prius erat cum eſſem apud te, quando dixi, da mihi portionẽ ſubſtantiæ. Confortata eſt, id eſt inualuit a deo, q̃ non potero ad eam attingere, ſcilicet ex me.

QVo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam. 6

Caſſiodorus. Secunda pars, in qua per enumerationes miſticas oſtendit a nulla creatura diuinam falli poſſe preſentiam. Gloſa. Hugo cardinalis. Et ideo iam delibérat a deo nõ eſſe fugiendũ, ſed ad eum. Ab ipſo, ſcilicet irato ad placatum. Caſſiodor⁹. Primo ergo ex perſona Chriſti, ait. Quo ibo a ſpiritu tuo, ſignificãs naturam humanitatis non ſe habere quo fugiat, cum ſpiritus ſanctus vbiq; ſit totus. Et quo a facie, id eſt a pręſentia tua fugiam. Facies enim, pro pręſentia ponitur, ſubſtantiam deitatis ſignificans, quę cuncta cognoſcit, omnia complectitur, omnia intuetur, omnia penetrat. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinal'. Vel ex perſona prodigi pœnitentis. Quo ibo inquit a ſpiritu tuo, quo plenus eſt mundus, iuxta illud. Spiritus domini repleuit orbem terrarum (Et quo a facie tua fugiam.) Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt ab ira & pręſentia tua, quaſi dicat nuſquã. Idem. Lyra. Hoc enim eſt impoſſibile quod probat conſequenter, dicens.

ſcđa ps.

Domine faciei.

SI aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ✝ in infernum ades. 7

✝ Hebr ſi iacuero.

Caſſiodorus. Chriſtus enim per id q̃ homo eſt, ait, ſi aſcendero in cœlum, vbi ipſe erat ad patris dexteram collocãdus (tu illic es.) Lyra. Per refulgẽtiam tuę glorię (Si deſcendero in infernum.) Caſſiodorus. Vbi Chriſt⁹ deſcendit cum inferni clauſtra diſrupit, & humano generi ſubuenit (ades.) Lyra. Per exercitium tuæ iuſtitiæ. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Vex ex perſona pœnitentis prodigi.

Si aſcendero in cœlum,id eſt ſi me ſuperbiẽdo extulero,inuenio te repreſſorem per iuſtitiam. Si deſcendero in infernum,id eſt in profundum malorum nolens confiteri;dicens:quis me videt ades vt vindices? Quo ergo iturus ſum vt te iratum non ſentiam? Tandem inuenit iſte conſiliũ,vnde ſubdit, vt poſſit fugere iratum quid facturus ſit.

8 SI ſumpſero pẽnas meas diluculo,
& habitauero in extremis maris.

Augu.Glo.Hugo car.Si ſumpſero inquit pennas meas,id eſt duas alas charitatis,quas perdideram,& hoc diluculo virtutum, vel in directum, vt ſcilicet nec erigar ſuperba prĕſumptiõe,nec demergar deſperatione.Et habitauero in extremis maris,id eſt mente in fine ſĕculi,non in medio,vt illud amen, quia ibi mergerer,ſed in fine,vbi ſit mihi requies. Caſſio.Glo.Vel vt de Chriſto intelligatur.Pennas dicit celeritatem diuinæ maieſtatis, quæ ſanctum corpus ſuum ad ſuperna virtute diuinitatis eleuauit,Dum autem dicit meas,intellige gloriam propriæ poteſtatis,quia propria poteſtate deitas,non angelico adiutorio humanitatem ad dexteram patris collocauit.Et habitauit in extremis maris,hoc eſt ſupra iſtius ſæculi ampliſſimũ finem,vbi eum manus paterna deduxit,vnde ſequitur.

9 ETenim illuc man⁹ tua deducet me
& tenebit me dextera tua.

Idem.Dextera ſiquidem patris omnipotens verbum eſt,quod aſſumptam & ſibi vnitam humanitatem in æterna ſæcula continebit.Glo.Auguſti. Hugo car.Vel ex perſona prodigi pœnitentis.Etenim inquit illuc manus tua deducet me,vt erigar quaſi in aere non tangens cœlum per elationem nec terram per deſperationẽ(& tenebit me)ne reincidam,ſed perſeuerẽ(dextera tua) id eſt gratia tua. Glo.Hugo car.Sed quia conſiderat longinquitatem viæ.Et ꝙ abundãte iniquitate refrigeſcit charitas,ſubdit.

10 ET dixi forſitam tenebrĕ conculcabunt me , & nox illuminatio mea in delitijs meis.

Hebrai. ſi dixero forte tenebre operient me. Diuiſio.

Caſſiodo.Prima pars huius verſus,de Chriſto ſub yronia ꝓnunciãda eſt.Quomodo enim eum tenebræ cõculcare poterãt qui eſt lux mundi,ſed cõculcauit ille potius tenebras, qui cæcitatẽ primi hominis ad eius poſteros trãſeuntẽ miſericordiæ ſuæ luce ſuperauit.Glo.Et dixi inquit yronice ſic opinantes irridẽdo(forſitã tenebræ)id eſt tot mala huius ſæculi cõculcabũt me,& nox illuminatio mea in delitijs meis.Caſſi.In hoc præcedentẽ ſenſum explanat.Quomodo enim poterat a tenebris conculcari , cui nox erat illuminatio in delitijs ſuis? Per noctẽ,ſignificat inferni clauſtrũ,quod reuera illuminauit,quãdo poteſtatem dyaboli cõtriuit,& hominẽ ſua miſericordia liberauit. In delitijs autẽ meis,paradiſum ſignificat,vnde primũ hominem peccata pepulerũt,ſed confeſſionis beneficio animĕ ſanctorũ præſtãte domino reuerſĕ ſunt. Aug. Vel pœnitẽtis verba ſunt a tenebroſis actibus male ſuadentiũ ſeduci timẽtis.Idem.Glo. Hugo car. Dixi inquã dum cogitarem volare,forſitã tenebrĕ, id eſt tot mala ſĕculi conculcabunt me.Abundat enim iniquitas ſĕculi,quã do pennĕ charitatis refrigeſcere poſſunt,& quia in nocte deſperaui tranſire mare per me,ideo nox mihi facta eſt illuminatio in delitijs meis.i.per delicias meas.Noſtrĕ eñ deliciĕ Chriſtus eſt,de quo exultamus,venit enim mulier id eſt ſapientia dei quĕ dragmã,vbi eſt imago regis.i.hominẽ factum ad imaginẽ dei perdiderat.& accendit de ſe lucernam quĕ de luto eſt.i. carnẽ luce diuinitatis repleuit noctẽꝗ illuminauit,& nocte illuminata inuenit dragmam.

xi QVia tenebrĕ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebrĕ eius & lumen eius.

Hebrai. nec tenebre habẽt tenebras apud te,& quaſi dies lucet: ſimiles ſunt tenebre et lux.

Caſſ. Cauſa redditur cur nox ſit illuminatio in delitijs(quia tenebrĕ)inquit.Glo.Car.Augu. Id eſt peccata vel homines mali.Qui enim peccant vtiꝗ tenebrĕ ſunt,non obſcurabũtur a te qui flagellando erudis hominem & vera luce illuminas vt confiteatur peccata ſua.Qui enim nõ confitetur in tenebris eſt,eum vero qui cõfitetur deus illuminat. Caſſiodo. Vel tenebras dicit miſtica & profunda queꝗ ſcripturarum diuinarum quĕ fuerant quaſi nox, ſed a domino illuminantur in eius aduentu dum prĕdicatio prophetarũ ipſo veniente cõpleta eſt. vnde ſequitur(Et nox ſicut dies illuminabitur) Idem. Glo.Dum dicta eorum patefient ſicut apertus ſermo(Sicut tenebrĕ eius ita & lumẽ eius)quia in vtroꝗ veritas fuit,ſiue cum obſcura viderentur ſiue cum illuminata patuerunt.Auguſt.Glo.Car. vel nox illa quam ſupra poſuit.i. hĕc vita miſera, & noctem habet & diem. Nox eſt ſĕculi aduerſitas dies eiuſdẽ proſperitas. Sed ſi deus habitat in anima promittens aliam lucem,& docens non lĕtari proſperis vel frangi aduerſis,incipit homo his indifferenter vti,& ſic eſt ei nox huius noctis vt dies eius,& in omni tempore benedixit deum vt Iob. Et ſic hoc eſt tenebrĕ non conculcabunt quẽ lumen non extollit.Et quaſi quis quĕreret,vnde hĕc indifferentia tibi.Reſpondet.

xii QVia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti ✠ me de vtero matris meĕ.

✠ Hebr. o[?]ſuiſti me.

Auguſti.Glo. Car. Quia tu poſſediſti inquit non ſolum cor & cogitationes,ſed etiam renes meos id eſt delectationes,vt ſcilicet nõ delectet lux noctis, ſed lux ſapientiĕ tuĕ. Glo.Car.Vel de Chriſto.Tu poſſediſti renes meos,vt ſcilicet ſine peccato fieret conceptus meus. Caſſiodo. Vel renes ſignificant fortitudinem corporalem,vnde merito dicit renes ſuos eſſe a patre poſſeſſos quoniam cœleſtis iuſticiĕ firmitate cõſiſtens peccatum fragilis corporis ignorauit.(Suſcepiſti me de vtero matris meĕ) Gloſa. Virginis Mariĕ ſcilicet.Caſſiodo. Vel de vtero matris meĕ id eſt de ſynagogĕ finibus, quia ipſe per ſuſceptam carnem a ſynagoga generatus eſt ſuſceptum ſe perhibens a deitate patris, quĕ in eo cum patre vna eſt. Nam ſi de virginali vtero velis accipere,non ſolum quando eſt de caſtiſſimo vtero egreſſus,ſed & quãdo ſpiritu ſancto conceptus eſt a dño probatur aſſumptus. Auguſt. Car. Glo.Vel verba pœnitẽtis ſunt. Suſcepiſti me de vtero matris meĕ.i. de conſuetudine ciuitatis meĕ Babilonię i qua prius nat⁹ ſum captiuus,vbi nõ indifferenter habebam lucẽ & tenebras noctis.

Ipſe de ſynagoga natus.

Præpoſtere tamen dicit poſſediſti,& inde ſuſcepiſti. Prius enim eſt ſuſcipere,poſtea poſſidere.

13 Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis.

Caſſiodorus. Tertia pars,in qua laudat Chriſtus patrem,qui in eum miracula tanta monſtrauit. Glo. Hugo car. Vel vbi dicit quanta eſt exultatio pœnitentis ad deum redeuntis(confitebor tibi inquit.) Idem. Id eſt laudabo te.Quoniam terribiliter magnificatus es. Caſſio. Terribiliter namq; magnificatus eſt pater,quãdo paſſionẽ domini Chriſti tenebrę ſunt ſecutę,terra cõtremuit,ſaxa dirrupta ſunt, ſepulchra patuerunt, mortui reſurrectione lætati ſunt. Cum ipſe Chriſtus in eodem corpore a mortuis reſurrexit,dum ad diſcipulos ſuos ianuis clauſis intrauit,dum cœlos ſub hominum viſione conſcendit,quæ licet propria deitate cõpleuerit,more tamen ſuo paternis hoc virtutibus applicauit. Sequitur.(Mirabilia opera tua.)Neceſſe enim fuit,vt illum mirabilem cognoſceret,quem tantorum beneficiorum piiſſimum largitorem humanitas eius plena diuini luminis claritate cernebat.(Et anima mea cognoſcet nimis.)Idem. Glo. Quia nemo cognouit patrem,niſi filius,& cui voluerit filius reuelare,vel pœnitens dicit in conuerſione peccatorum deum magnificari terribiliter & mirabiliter. Hugo car. Augu. Glo. Terribiliter inquit magnificatus es,id eſt eo ipſo quo te miramur terribilis es,& ita cum tremore gaudemus,quia timemus ne ſuperbi perdamus,quod humiles percepimus(mirabilia opera tua.) Idem. Non ſolum tu mirabilis, ſed etiã opera tua. Et anima mea cognoſcet nimis. Ante enim erat mira ſcientia tua ex me,& non poteram ad eam,ſed modo poſſum, quia noctem illuminaſti,renes poſſediſti,de vtero me ſuſcepiſti, id eſt,quia venit mihi gratia tua,& illuminauit me,& ideo cognoſcit anima mea nimis. Et hoc,quia.

14 ✠ Aliter ſic lege.

Non eſt occultatum os meum ✠ a te quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Hebra. non ſunt operta oſſa mea a te,quib⁹ factus ſum in abſcõdito, imaginatus ſum in nouiſſimis terræ. Caſſio. Nõ eſt inquit occultatũ os a te quod feciſti in occulto, vbi per os domini eccleſiã vult intelligi,cuius ſacramẽta,vt ſunt,baptiſmus,eucha riſtia,& huiuſmodi quæ prius occulta erant Chriſto veniẽte claruerũt. Idem. Augu. Glo. Hugo car. Vel ſumitur hic os ab oſſe non ab ore,quaſi dicat. Eſt quædã firmitas interior,quæ eſt abſcõdita hominib⁹,ſed tu qui feciſti eam vides,quæ frãgi non poteſt. Occidi enĩ poſſũt ſancti,ſed flecti nequeũt, vnde hominibus extra triſtes eſſe videntur,deo autẽ qui intus videt gaudẽt,vnde apoſtol⁹. Quaſi triſtes ſemper autẽ gaudẽtes.(Et ſubſtãtia mea in inferioribus terræ.)Aug. Glo. Car. Id eſt ego in carne corruptibili ſubſiſto, & tamẽ os nõ cędit malis huius inferioris mũdi. Non ita eſt mirum ſi angelus eſt fortis,q̃ ſi caro fortis eſt,quod eſt ex oſſe occulto & ex inferioribus terræ. Caſſiodo. Vel inferiora terrę fuerũt gentium culturæ, quibus nota facta eſt ſubſtantia ſaluatoris, quando per apoſtolicam doctrinam in eo eſſe diuinitatem crediderunt.

Imperfectum ✠ meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur dies formabũtur & nemo in eis. ‡ 15 ✠ Hebr. informẽ adhuc. ‡ Hebr. et nõ eſt vna i eis

Caſſi. Dicit ex perſona eccleſiæ ſuum imperfectũ patrem vidiſſe, quia illa vſq; finem ſæculi congregabitur & perficietur,ſed deitas iſta iam vidit quæ adhuc longis poſt temporibus futura ſeruantur. Aug. Glo. Car. Vel hucuſq; ex perſona membrorũ, nunc iam loquitur ex perſona capitis,quaſi dicat. Mihi feciſti os occultũ,ſed quid de eis fiet,in quib⁹ non eſt hęc fortitudo,dicit itaq; Chriſtus patri ex perſona ſua(Imperfectũ meum viderũt oculi tui) quia etiã titubãtes reſpicit deus miſericorditer ne pereant,ſicut reſpexit Petrum(& in libro tuo)id eſt in me qui ſum liber vitæ,in quo prædeſtinati ſaluantur(omnes ſcribẽtur)id eſt inſtruẽtur & nominabuntur,non ſolũ perfecti,ſed & imperfecti,ideo non deſperẽt. Caſſ. Vel in libro tuo omnes ſcribentur,qui æterna fœlicitate gaudebũt(dies formabũtur)id eſt ſancti in perpetua fœlicitate. Cardi. Glo. (Vel dies) id eſt maiores,vt apoſtoli,de quibus dicitur. Dies diei eructat verbũ,formabũtur in me,a quo perfectionẽ gratię ſumũt(& nemo in eis)quia non dicuntur Petri vel Pauli,ſed Chriſti, a quo dicti ſunt chriſtiani. Caſſ. Vel cum dicit,nemo in eis, ſubaudiendum eſt,infirmabitur,id eſt infirmus,& defectuoſus erit in cœleſti patria,quia omnis mortalitas conſumpta diſperibit.

Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui deus, nimis cõfortat⁹ ✠ eſt principatus eorum. 16 ✠ Hebr. q̃ fortes ſunt pauperes eorum.

Caſſ. Amicos dei dicit apoſtolos. Cum autem dicit mihi ſe deſignat, cum vero dicit amici tui, patrem declarat. Iſti ergo amici ſunt patris,quorũ honor ad dominũ reuertitur ſaluatorem,quia nemo ſanctos eius veneratur,niſi qui Chriſto domino pura mente deuot⁹ eſt,nimis vero,valde ſignificat. Glo. In hoc autem nimis honorificati ſunt,quia amici tui facti ſunt o de⁹. Greg. in Mora. Iob lib. xxviij. Amicus autẽ,quaſi animi cuſtos vocatur. Quia igitur pſalmiſta proſpexit electos dei a mundi huius amore ſeparatos cuſtodire in mandatis cœleſtibus voluntatẽ dei admirãs,ait. Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus, & tanquam ſi ab eo protinus cauſas honoris tanti nobis inſinuari quæreremus,illico adiunxit. Nimis confortatus eſt principatus eorũ: nam ecce electi dei,carnẽ domant,ſpiritum roborãt,dæmonibus imperãt,virtutibus coruſcant,præſentia deſpiciũt,æternã patriã cum voce moribus prædicãt,eam etiã moriẽdo diligunt, atq; ad illam per tormẽta pertingunt. Occidi poſſunt & flecti nequeũt(nimis ergo.)Glo. Id eſt valde,vel vltra q̃ dixi poſſit cõfortatus eſt. Hugo. Cardina. Id eſt firmiter ſtabilitus, quia ſunt iduti virtute ex alto(principatus eorum. Caſſiodo. Quam præſtante domio perceperunt. Idem. Cardinalis. Ipſi enim dicũtur duces eccleſiarum. Arietes gregum,& pricipes fidelium populorum. Aug. Glo. In eo autem confortatus dicitur principatus eorum, quia pro eius nomine paſſi ſunt. Et verbum eius vbiq; prædicauerunt in cuius paſſione prius trepidauerunt. Hugo. Car. Et quia chriſtus ſic eos honorauit & confortauit. Sequitur.

Amici ethimologia.

xvii D Inumerabo eos & ſuper arenam multiplicabūtur, exſurrexi & adhuc ſum tecum.

Gloſa.Quaſi dicat.Merito confortatus eſt,quia dinumerabo eos Augu. Glo.Ego ſcilicet nō aliquis homo.Car.Dinumerabo dico,nō ſolū apoſtolos, ſed etiā eos,quos ipſi in fide genuerunt. Et ſuper arenā multiplicabūtur. Idem.Aug.Glo.Cū enim dicit dinumerabo,oſtēdit ꝙ deo numerabiles ſūt. Subdēs vero ſuper arenā multiplicabūtur,oſtēdit nobis innumerabiles eſſe,ſicut innumerabilis eſt arena maris.Lyra.Quos ſi numerare vellemus,nō poſſemus ſicut nec arenā maris.Grego. vbi ſupra. Totum enim mundum aſpicimus,martyribus plenus eſt, ita ꝙ iam pene,tot qui videamus,non ſumus ꝙ veritatis teſtes habemus.Augu.Glo.Card. Caſſio.Vel per arenā maris,intelligit Iudęos propter intellectū terrenum,& ariditatem fidei.Arena enim,ab ariditate dicta eſt.Promittit ergo Chriſtus ſe dinumeraturū populum fidelem, quia numeroſior populo iudaico inuenitur.Glo.Hoc autem totum factum eſt,quia exſurrexi,a morte ſcilicet(& adhuc ſum tecum)nondū cum ipſis per notitiam, quia nō mox poſt reſurrectionem Chriſtum agnouerunt.Idem.Card.Vel adhuc tecum ſum occultus ad dexteram tuam,donec ab hominibus videar in iudicio.Caſſi.Adhuc enim,futurum ſignificat tempus,non ꝙ ab ipſo Chriſtus aliquādo diuidendus ſit,ſed quoniam qui eſt modo nobis inuiſibilis,omnibus poſtea gentibus apparebit.Auguſtinus. Gloſa. Vel adhuc ſum tecum,ſicut ante mortem eram,quod putauerūt ſe tuliſſe Iudæi,tecum autem,cum dicit,id eſt,vbi tu. Deinde ſubdit ex perſona membrorum quid in terra patitur pro commixtione malorum in eccleſia,dicens.

xviii S I occideris deus peccatores, viri ſanguinum declinate a me.

xix Q Via dicitis in cogitatiōe, accipiāt in vanitate ciuitates ſuas.

Hebrai. qui dicēt tibi ſcelerate: eleuati ſunt fruſtra aduerſarii tui. Quarta pars.

Glo.Hugo car.Quarta pars,vbi dicitur quomodo a malis non noceatur ei.Ordo itaqꝫ verborum talis eſt,quaſi dicat.Adhuc tecum ſum,ſed tamen adhuc patior ab hæreticis in corpore meo, quod eſt eccleſia dico ergo,o deus ſi,id eſt quādo occideris peccatores,id eſt hęreticos,qui faſtu ſuperbię ſe ab illis diuidunt,cum per ſuperbiam qua tumeſcunt gratiam amittunt.Caſſio.Non tamen putemus ex hoc dominū Chriſtum deprecari interitum peccatorū,qui ad ſaluandos peccatores venerat,ſed tunc occidit deus peccatorē,cum moritur peccato,vt viuat deo,ſicut Paulus ait.Mortuus ſum legi vt viuā Chriſto.Idem.Augu.Card.Si ergo occideris deus peccatores, id eſt ſi eos a malis cogitationibus in bona ſtudia transferas,tunc accipiēt in vanitate ciuitates ſuas,id eſt priores ſuperſtitiones conſuetudines & peccata quę pertinēt ad Babyloniā,in quibus prius habitabāt,& dicēt his qui adhuc in illis, vanis & malis permanēt.Et his qui adhuc credere noluerūt.Viri ſanguinū declinate a me.Glo.Non tamē ex hoc monet,vt ante nouiſſimā ventilationem,vt hæretici putāt ſe corporaliter a malis diuidant,ſed vt per vitę diſſimilitudinē ſe ſeiungant a viris ſanguinū:viri autem ſanguinū,ſunt qui oderunt fratres,ſicut Ioannes ait.Qui odit fratrē ſuū, homicida eſt. Viri ergo ſanguinū declinate a me, quia dicitis in cogitatione.Caſſi.Id eſt contra illa murmuratis,quæ vobis ſpiritꝰ ſancti virtute prædicata ſunt.Et ideo,quia ſic loquimini in cogitatione contra deum declinate a me. Si itaqꝫ iſtum ordinem teneas,omnem a te caliginem confuſionis emendas. Sequitur.

N Onne qui oderunt te domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? xx

Caſſ. Inimicos enim noſtros amare iubemur,dei autē inimicos odiſſe deuotū eſt,quoniā in vtriſqꝫ magna diſtātia eſt.Merito ergo noſtros inimicos iubemur diligere,quos nos noſtro vitio contingit offendere,dei vero inimici,quando obſtinati ſunt, competēti & religioſa execratione damnātur, qui ſuorū beneficiorū memores non fuerunt.Grego. in comme.rege.paſto.ti.xlvij.Quos perfecto odio odiſſe eſt,& quod facti ſunt diligere,& quod faciūt increpare,mores prauorū præmere,vitæ vero prodeſſe.Augu.Glo.Car. Inimici autē iſti,ſunt hęretici,qui non intelligētes accuſant in bonis communionem malorū,de his ergo ait. Nonne qui oderunt te domine oderam(quaſi dicat.Sacramentis malorū non factis cōmunico. Et zelo domus tuæ ſuper eos tabeſco,vnde ſequitur. (Et ſuper inimicos tuos tabeſcebā.)Car. Id eſt reſoluerbar interius zelo iuſtitiæ tuæ iratus contra eos.Caſſ.Hoc enim verbum tabeſcere,ſignum eſt magni doloris,vnde illi tabeſcunt,qui pene vſqꝫ ad interitum vitæ corpore deficientes perueniunt.Et ideo.

P Erfecto odio oderam illos, inimici facti ſunt mihi. xxi

Caſſio.Augu.Glo.Car. Perfecto inquit odio oderam illos, id eſt iniquitates eorum odi nō naturā. Perfectū enim eſt odium homines diligere, & eorum vitia ſemper odire,vt nec ꝓpter vitia odio habeantur,nec propter homines vitia diligantur,dictum eſt autem odium quaſi oris repudium. Quomodo ergo cōmixtione malorum contaminabor, ſicut calumniantur mihi hęretici,de quibus adiungit(Inimici facti ſunt mihi.)Car. Ipſi,ſcilicet hęretici, qui non tantum dei,ſed & mei inimici ſunt. Caſſ.Vel Chriſtus inimicos etiam factos ſibi dicit, qui contrarij paternis iuſſionibus extiterūt, vt oſtēderet vnitatē ſuę diuinitatis cū patre.ſequitur.

perfectū odium.

P Roba me deus & ſcito cor meum, interroga me & cognoſce ſemitas meas. xxii

Aug.Gl.Car. Hucuſqꝫ de hæreticis egit & alijs eorū ſequacibꝰ ab eccleſia ſeparatis,nūc agit de malis vel fictis ſibi cōiūctis,quos patiť eccleſia & gemit, q.d.Hæretici ſe & alios ſeparāt,ergo cum ſeparatis occiſis & ſuis ſequacibꝰ reſtant mali inſeparati,inter quos gemit eccleſia,vide ergo quid ait.O tu deꝰ proba me,& pro,id eſt ſcito cor meū, quia ſcilicet non cōſentio factis malorum.Scito inquā tu qui rimaris corda hominū quod facere non poteſt homo.Caſſ.Vel ſcito cor meum,quia te derelinquere in perſecutione non noui (interroga me.) Idem.

Car. Hoc ad inquiſitionē pertinet minutiſſimam, pręmiſit enim ſcito cor meum, ſciens vero acute interrogat & falli non poteſt quia nemo ſcienti interrogatus poteſt negare quæ geſta ſunt & cognoſce ſemitas meas. Glo. Cardina. Id eſt perſcrutare conſilia & cogitationes, ſed ad quid Ecce.

23 ET vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in v a ęterna,

Lyra. Et vide inquit .i. fac me videre ſi via iniquitatis in me eſt, i. aliqua latens culpa. Cardi, Gloſa. Faciendo vel conſentiēdo, & ſi quid inueneris in via mea quod oculis tuis diſpliceat, quia via mea mortalis eſt tu deduc me ī via ęterna quę eſt, Chriſtus qui eſt via veritas & vita, & qui eſt ęternus in hac enī via nulla eſt iniquitas quia ſi quis peccat aduocatum habemus apud deum patrem Ieſum Chriſtum.

Pſalmus. cxxxix.

℄ Titulus.

In finem ✠ pſalm⁹ Dauid.

✠ Hebr. victor.

Caſſiodo. Glo. Pſalmus iſte monet vt contra mala ſęculi deum oremus.

Lyra. Exponit iſtū pſalmum factū a Dauid in perſecutione Saulis petens ab eo diuinitus liberari, ꝑ quo fecit multos alios pſalmos.

Et per totū pſalmū ſancta eccleſia loquitur Chriſto, tanquam corpus capiti. Aug. Glo. Car. Et eſt hic conqueſtio gemitus & oratio corporis Chriſti inter malos conſtituti nec dum humilis in re, ſed in ſpe bonum vbi eſt plena exultatio. In hoc ergo pſalmo ſonat vox corporis Chriſti quæ eſt vox noſtra ſi tamē ſumus in corpore Chriſti vbi quiſquis nō fuerit in illis erit inter quos illud corpus gemit, & eſt ſenſus tituli. Pſalmus hic dirigēs nos in finem, id eſt Chriſtū id eſt Dauid, id eſt eccleſię qui hic loquitur vt corpus eius. ℄ Et diuiditur in tres partes. In prima ꝓponit qui hoſtes quę mala mouent opponens eis preces. In ſecunda dicit. Quod auxilium habeat contra mala, ibi dixi domino. In tertia quę ſunt mala inimicorū apetit, ibi. Capud circuit⁹. Eccleſia ergo inter malos laborans clamat. O domine.

Diuiſio pſalmi.

1 ERipe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me.

Caſſiodo. Sciens enim mater eccleſia quanta in membris ſuis diaboli infeſtatione pateretur ſollicitate clama ad dominum qui ſolus poteſt eius ſuperare nequitias, vt ab ipſius multiplici tentatione liberetur, ne diutius fatigata ſuccunbat. (Eripe me inquit domine ab homine malo.) Idem. Id eſt a diabolo. Teſte enim euangelio malus homo diabolus eſt. Augu. Glo. Car. Eripe me inquam non ab vno ſolo, ſed a toto genere malorum cum principe ſuo diabolo, qui homo dicitur in figura zizaniorum vbi legitur ꝙ inimicus homo hoc fecit. Hiero. Vel ideo dicitur ab homine malo, quia non intantum poteſt nos decipere diabolus, quantum per organū hominis, ideo ab hoc deprecatur ſe propheta liberari, ſequit. A viro iniquo eripe me. Caſſ. Iniquus eſt homo ſequax diaboli. Aug. Gl. Car. Iniqu⁹ enī eſt qui nocet, vnde cum dixiſſet ab homine malo quaſi exponens ſubiunxit. A viro iniquo ſignificare volens ꝙ omnis malus iniqus eſt quia vel ſibi vel alteri nocet, vel facto vel malo exēplo. Glo. Deinde qualiter mali perſequntur exponitur. Impugnant enim tribus modis ſcilicet lingua manu corde, & de corde præmittit dicens.

homine malo quem cō pręhēdimus.

Dyabolus neſſe. lia iniqu⁹ dicitur

2 QVi cogitauerunt iniquitates ✠ in corde, tota die conſtituebant prælia. ‡

✠ Hebr. malicias ‡ Hebr. verſari ſunt in pręlis. In corde ſecreto.

Gloſa. q. d. Eripe me a populo malorum & maxime ab his (qui cogitauerunt iniquitates in corde) Idem. Car. Ab his inquam eripe me qui cogitāt multis machinationibus nocere. Facilius enim vitaretur aperta inimicitia q̄ occulta. ℄ Quia nulla peſt is efficatior ad nocendum q̄ familiaris inimicus. Caſſiodo. Vnde grauiora ſunt ſemper pericula quę habētur occulta, quia ſubito irruunt quādo velut torrentia flumina improuiſa deſcendunt Et ſignificat hęreticos qui prauis dogmatibus in ſacrilega certamina prorumpunt. Glo. Et ſi interdum tales in labijs bona dicant tamē in corde (tota die conſtituebant prelia). Car. Id eſt ſciſmata & hæreſes. Idem. Caſſiodo. Quod autem dicit tota die eorum nequitiam continuam demon ſtrat, vt nulla eos laſſitudo nulla temporis longinquitas mitigaret. Glo. Cardina. Deinde qualiter lingua perſequantur oſtendit cum dicit.

Secrete

3 ACcuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labijs eorum.

A lingua

(Accuerunt inquit linguas ſuas). Glo. Cardi. Id eſt verba nequitię ſuę poluerunt. Caſſiodo. Per linguas enim ſignificat verba hęreticorum quibus vulnerare contendunt corda ſimplicium (Addit autem ſicut ſerpentes). Augu. Glo. Cardi. Congrue eos ſerpentibus comparans, nam in ſerpente aſtutia & dolus nocendi eſt, ideo & ſerpit non habens pedes, vt non audiatur cum venit in itinere Leuis eſt eius tractus ſed non rectus, ſic ergo mali ſerpunt ad nocendum ſub leui contractu verborū habentes occultum venenū, vnde ſubdit (venenū aſpidum ſub labijs eorum.) Hiero. Quoniam vidētur amicitiæ verba habere, & plena ſunt veneno mortifero. Cardi. Glo. Venenum enim aſpidum eſt inſanabile deinde ſubdit de perſecutione quæ fit manu, id eſt opere dicens.

vt heretici qui occulte pdicant vt iccāt

4 CVſtodi me de manu peccatoris, ab hominibus iniquis eripe me,

Ab opere.

Caſſio. Glo. Car. Cuſtodi me inquit de manu peccatoris. i. diaboli qui validus eſt ad nocendum. Et ideo princeps mūdi huius dicitur, quoniam multis dolis multiſq; fallit inſidijs ita vt pręcaueri nequeant qui lubrice ſe veſtigio ſemper tectus inſinuat, & ab hominibus iniquis eripe me. Idē. Id eſt a membris & miniſtris eius per quos publice conatur implere quod per ſe nequiuit mentibus noſtris inſpirando ſurripere. Car. Eripe me ergo vt non noceant, non dico in factis ſæculi, ſed in via domini. Vnde ſubdit.

5 QVi cogitauerūt ſupplātare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueū mihi.

Glo.Cardi Qui cogitauerunt inquit ſupplantare greſſ⁹ meos.i.decipere & a via dei retrahere & im pedire opera mea bona parantes peccatorum mi ni vicinas foueas.Caſſiodorus.Supplantari enim Supplātari. tunc proprie dicimur quando plantis noſtris ter ra ſubducitur, vt in tenebroſis cauernis grauiter incidam⁹,quod nobis facit dyabolus. Vnde ſequi tur(Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi). Aug. Glo.Cardi.Hoc ſcilicet ſuperbi nomine breuiter totum corpus explicans dyaboli. Omnis enim ſu perbus etiam inuidus eſt,ſicut dyabolus qui inui dit homini quod perdidit. Et quia regnu amiſit hominem illuc peruenire noluit.Caſſiodo. Vel ſu perbi hęretici ſunt qui viā domini deſerentes pra uis dogmatibus populos decipere potius q̄ doce re feſtinant,& laqueos ponunt ſanctę plæbi,quā do eos vanis,enigmatib⁹ obligare cōtendūt. Glo ſa.Sed illi ſuperbi quid fecerunt.Ecce.

vi ✠ alia li extēde rūt rete ✠ Hebr: ſemper.

Et funes extenderunt ✠ in laqueū iuxta iter ſcandalum poſuerūt mi hi. ‡

Glo.Car.Et funes inquit extenderunt in laqueū, id eſt peccata ſua quæ mihi ſuadent facere. de qui Eſai.v. bus Eſayas ait.Ve his qui trahunt peccata in funi culis vanitatis,& bene peccata dicūtur funes,quia in peccatis perſeuerantes addūt peccata peccatis, vel defendunt & excuſant quod male agunt,& ſic producitur reſtis detortis filijs, vt ſit eis vnde in fine ligentur pedes & manus & ſic mittātur in te nebras exteriores. Caſſiodo. Vel per funes ſignifi cat tortuoſas & doloſas obiectiones quib⁹ capiūt hęretici ſenſus humanos vt ſicut pedibus laqueū ita mentibus tendere probentur ſcandalum,vnde ſequitur,iuxta iter ſcandalum poſuerūt mihi quo niam non capiunt niſi illos qui a recto virtutum calle deſcendunt. Cardinalis. Gloſa. Non dicit in itinere ſed iuxta. Iter,iter autē dicit pręcepta dei.Non ergo exeas a via.i.a pręceptis dei & non ruis in ſcandala.

7 Diapſalma.

Dixi domino deus meus es tu, ex audi domine vocem deprecatio nis meę.

Secūda ps. Augu.Glo.Card.Secunda pars vbi dicit quod au xilium ſit cōtra prędicta mala,quaſi dicat tot mo dis impugnant mali. Quid igitur reſtat in his pe riculis hoc ſcilicet clamare ad dominum, ideo er go(Dixi domino deus meus es tu).Aug.Glo. Ma gna fiducia hoc dicit, quamuis enim omniū de⁹ ſit per creationem proprie tamen deus eorum eſt qui eo fruuntur.Caſſiodo. Hoc autem nō poſſunt dicere qui caducis erroribus implicantur. Sequi tur(Exaudi domine vocem depręcationis meę). Idem.Suffeciſſet dicere exaudi deprecationē meā ſed altius quid inoteſcere volens dixit, vocem de precationis meę.Vox enim deprecationis eſt pu ritas orationis,& clamor ille tacitus qui aſcendit ad dominum. Vnde dicitur tacenti Moyſi. Quid clamas ad me.dicitur & Cayn vox ſanguinis fra tris tui clamat ad me de terra Qua propter ſanctæ operationis vox eſt rerum ipſarum loquaciſſimus clamor.non hominibus notus ſed ſoli deo cogni tus.Auguſtinus.Gloſa. Cardina. Deprecationes autem malorum ſunt ſine voce quia ſine vita, id eſt affectu charitatis.Qui vero de deo bene ſentiūt eorum deprecatio vocem habet. Tales itaq; dicūt.

Domine dn̄e virt⁹ ſalutis meę obū braſti ſuper caput meum in die belli. 8

Caſſio.Repetitio iſta domine domine affectū pię pręcationis oſtendit.Augu.Glo.Cardi. Oſtendit etiam ipſum eſſe verum dominum. Non enim eſt vt homines dominus qui ſeruos emūt ſacello, id eſt pecunia, ſed vere domin⁹ eſt qui ſuos emit pre cioſo ſanguine ſuo.Caſſiodo.Glo. Cum autem di cit virtus ſalutis meę. Patientiam ſuam perſeuerā tiam q̄ demōſtrat domini eſſe domū,virtus enim a viriditate dicta eſt quę neſcit aliquo labore mar ceſcere. Augu.Glo.Quia ergo difficile eſt in lon ga via perſeuerare,ideo tu es virt⁹ ſalutis meę, id eſt tu das vires vt perſeuerando ſim ſalu⁹, ſed vn de ſpero q̄ es virtus,quia obumbraſti ſuper caput meum in die belli).Glo. Car. Id eſt in pugna fo ris contra fictos & intus contra legem membro rum de gratia tua feciſti mihi vmbraculum refri gerans ab æſtu tentationum.Caſſiodo. Vel caput ſuum obumbratum cum dicit eccleſia ſignificat beatam domini paſſionem qui in illo die crucifi xionis ſuę ſic obumbrat⁹ atq; defenſus eſt, vt nec animus eius cōfuſionem aliquam pateretur nec caro ipſius corruptionis iniuriam ſuſtineret.Glo ſa.Ad hoc enim valebit mihi hoc vmbraculū.vt.

Non tradas me domine a deſide rio meo peccatori, cogitauerūt cō tra me ✠ ne forte exaltentur. ix ✠ Hebr. ſceleratus ne effundātur exaltentur ſēper.

Glo.Card.Non tradas me inquit a deſiderio meo peccatori,id eſt non ſinas me tradi per meum deſi derium dyabolo,ſine quo nihil facit quātumcun q̄ ſæuiat hoſtis.Caſſiodo. A deſiderio enim ſuo traditur peccatori,id eſt dyabplo quiſquis per cō cupiſcentias carnis ei relinquitur poſſidēdus. Nā talis niſi quod vult dyabolus deſiderat. Et ideo in deſiderijs ſuis dyabolo traditur poſſidendus.Car. In quo nuſquā eſt locus dyabolo niſi ex deſiderio ſuo. Sequitur.(Cogitauerūt contra me).Glo. Car di. Inimici ſcilicet & ideo ne derelinquas me, ne forte exaltentur,id eſt ne de me victo triumphent & gaudeant,ſeducto enim homine gaudet & triū phat dyabolus & ſui.Caſſiodo. Iuſte ergo peto do mine ne derelinquas me ne ſcilicet exaltentur im pij in perditione iuſtorum qui de fidelis populi ſubuerſione glorjantur.Et vt ſicut illi faciunt cō ſilium in malum ita virtus diuina præſtare digne tur auxilium.

Caput circuitus eorum, ✠ labor labiorum ipſorum operiet eos. x Dyapſalma. Tertia pars. ✠ Hebr. amaritudo cōuiuarum meorum q̄ omnis ſuperb⁹ mendax.

Tertia pars vbi dicit quę ſunt mala inimicorum quaſi dicat Me tegit vmbra tua in die belli, ſed il los tegit caput circuitus eorū,id eſt ſuperbia.Ma li enim vadunt in gyrum erroris vbi eſt iter ſine fine,huius autē circuitus ſuperbia eſt caput. Caſ ſiodo.Vnde caput circuitus eorum dicitur dyabo lus qui ſemper circuit quęrens quem deuoret.Car di.Glo.Et quia omnis ſuperbus fictus eſt & om nis fictus mendax,ideo ſubdit. Labor labiorū ip ſorum,id eſt mendatium & falſa ac mendax affe

ctio eorū quæ labor dicitur,quia laborat qui fingit quid dicat veritas autem facile dicitur. Greg in paſto.ti.xxxvi. Vnde nihil eſt ad defendendū puritate tutius,nil ad dicendum veritate facilius. Nam dum fallaciam quis tueri cogitur, duro cor labore fatigatur Ideo dicit ꝙ labor labiorum ipſorum operiet eos. Caſſiodo. Glo. Quia de ſua falſa aſſertione ſuperantur. Nunquam enim ſic eſt cauta malicia, vt ipſa ſibi non loquatur aduerſa. Sequitur.

xi ✠ Hebr. in foueas vt nō cōſurgant.

Adēt ſuper eos carbones, in ignē deicies eos,in miſerijs ✠ non ſubſiſtent.

Caſſiodo. Eorum enim errores prius dixit, nunc pœnas commemorat omnino ſalutares,cadent inquit ſuper eos carbones,id eſt pœnitentiæ cruciatus,quod tamen incendium ex imbre naſcitur lachrymarum,in ignem deicies eos(tūc ſcilicet)quādo flamma charitatis accenduntur,& feruere ſanctis operibus incipiunt qui pridem deſidioſo nimis tempore vixerunt quibus euenit vt in miſerijs non ſubſiſtant,quando in bonam partem diuino munere transferuntur. Augu. Glo. Cardina. Vel in malum ſic carbones.i.ardores concupiſcētiarum iræ & luxiriæ cadent ſuper eos, id eſt conterent eos in hac vita antequā veniat ignis ęternus. Et poſtea deicies eos permiſſiue in ignē æternum, & ſic illo igne inuoluti in miſerijs non ſubſiſtent, quia ſuperabuntur preſſuris quas iuſti ſuperabunt. Greg. in mora. Iob. lib. ſecundo. Hoc enim de reproborū inter flagella in patiētia pſalmus, teſtatur, qui in miſerijs ſubſiſtent, ſi æquanimiter aduerſa tollerarent, ſed poſtquā mente inter flagella corruunt quaſi inter illatas miſerias ſubſiſtendi concupiſcentiam perdunt, ſequitur.

12 Ir lingoſus non dirigetur in terra, virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cardina. Vir lingoſus dicitur qui linguam habet præcipitem & ſubito irrumpit in ſermonē. Glo. Cui voluptas eſt loqui, nec attēdit quid dicat. Cardi. Et qui poſtquā loqui cœperit cohiberi nō poteſt, talis inquam (Non dirigetur in terra. Glo. Id eſt in hac vita. Caſſioda. Quia in multiloquio nō effugiet peccatum, & difficile eſt indeliberatū rectum eſſe ſermonem. Augu. Glo. Cardi. Quiſquis ergo vult dirigi magis optet audire q̄ loqui. Non ſolum autem non dirigetur vir lingoſus ſed etiā (Virū iniuſtum mala capiēt in interitu). Caſſiod. Virum dico iniuſtū, id eſt qui diuinas regulas cōtemnit, & propriæ voluntatis feruore traducitur. Iſte enim capitur malis ſuis quia ſemper ſibi noxia cogitat qui domini pręcepta declinat. Augu. Glo. Car. Mala itaq; iniuſtum capient in interitu quod non fit bonis qui ſi capiūtur a malis nō tamen in interitum, flagellat enim deus omnem filium quem recipit. Glo. Hæc autem mala modo ſunt malis, ſed & de futuro.

xiii Ognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

Glo. Cardi. (Cognoui inquit) ego ſcilicet quod illi non prævident (quia faciet dominus) tādem & ſi non modo facit (Iudicium inopis). qui eſurit iuſticiam & quærit & pulſat. Caſſio. Faciet itaq; tūc (Iudicium inopis) quando in illa iudicatione promiſſa reſtituet (Et vindictam pauperum). Glo. Cardi. Spiritu ſcilicet. Deinde ſequitur cōcluſio pſalmi, cum dicitur.

Eruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo. 14

Cardi. Quamuis enim boni fuerint a deo liberati & de hoſtibus vindicati non tamen hoc ſibi attribuunt, ſed deo, & hoc eſt quod dicit. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo hic & in futuro laudem deo tribuendo. Glo. Vel confitebuntur nomini tuo, hic inter grauia quod laudabilius eſt. Confitebuntur dico quia meritis ſuis nihil tribuent, ſed tuæ miſericordiæ. Caſſiodo. Tūc enim magna virtus eſt laudare dominū quando ſe iſti⁹ ſæculi blandimenta ſubducunt. Et propterea tūc amplius deſiderem⁹ gratias deo agere quādo nos tētator conatur affligere. Sequitur, (Et habitabūt recti cum vultu tuo). Hierony. Vultus dei Chriſt⁹ eſt, & cogitatio diuinitatis ipſius. Caſſi. Ille enim vultus præmiorum omnium min⁹ eſt, nec poteſt eſſe cuiuſquam bonitatis indignus qui illum meruerit habere conſpectum.

¶Pſalmus.cxl.

¶Titulus.

Pſalmus ipſi Dauid.

Caſſiodo. Intelligens propheta humanā fragilitatem, diuerſis peccatorum nexibus implicatam, ſupplicat quatenus, inter actus iſtos mundanos a diuerſis liberetur erroribus, ne in peccatorum rętiaculum cadat cum quibus ſe non optat aliquam habere portionem. Augu. Glo. Pſalmus iſte ſuboſcurus eſt. Sūt enim in ſcripturis ſanctis profunda miſteria quę ad hoc abſconduntur ne vileſcant. Adhoc quærūtur vt exerceant. ad hoc aperiūtur vt paſcant. Propheta autem in perſona Chriſti ſiue membrorū loquitur per totum hunc pſalmum, & intentione monet ad deū clamare. Et diuiditur in duas partes. In prima ſciens propheta hominem implicari peccatis, orat vt audiatur ſubdens aquibus maxime vult liberari. In ſecunda dicit ꝙ a iuſto correptus, ſpernet falſos laudatores, ibi Corripiet me iuſtus. In perſona ergo hominis peccatis circunuenti. Ait. Diuiſio Pſalmi

Lyra. Ex circunſtātia literæ videtur ꝙ Dauid expertus ſe peccaſſe peccato linguæ vt apparebit in proſequendo fecit hunc pſalmum petēs a domino vt nō pateretur ampli⁹ recidiuū.

Omine clamaui ad te exaudi me ✠ intende voci meæ dum clamauero ad te,

✠ Hebr. feſtinaui [illegible] exaudi vocē meā clamantis ad te.

(Domine inquit clamaui ad te. Lyra. Corde & ore deprecando. Exaudi me petitionem meam adimplendo, & ad maiorem affectus expreſſionem eandem ſententiam repetit dicens (Intende voci meæ dum clamauero ad te). Caſſiodo. Volens enim propheta affectum

orationis cōtinue humano generi infundere duo tempora videtur diſcrepantia poſuiſſe dicit enim de præterito (clamaui) quod perfectam ſignificat orationem & iterum repetit dum clamauero ad te quod vtiq; cōſtat poſitum de futuro, vt ſicut nullum tempus a culpis eſt vacuum, ita nec a deuotis precibus reddatur ocioſum. Auguſti. Glo. Cardi. Nondum enim finitus eſt clamor, quia nōdum finita eſt tribulatio. Caſſiodo. Quid autem proderit dimiti pręterita ſi videantur obligare ventura. Sequitur.

2 DIrigatur oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinū.

Cardina. (Dirigatur inquit oratio mea, id eſt tibi placita ſit igne charitatis accenſa (Sicut incenſum in conſpectu tuo) Hierony. Hoc eſt vt recta ad te perueniat nō habens aliquas ſordes aut vicia aut cogitationes dyabolicas, incenſum enim orationes ſanctorum ſignificat ſicut in apocalipſi legitur. c. xxiiij. ſeiores tenebāt thuribula & dicebāt, hæc ſunt orationes ſanctorum. Caſſiodo. Eſt autē incenſum odoriferi pigmenti ſuauis aduſtio, quę carbonibus concremata gratiſſimum fumum porrigit ad ſuperna in quo ſanctorum oratio ſignificatur quæ igne charitatis incenſa diuinis conſpectibus pręſentatur. Et quę nos a culpis liberat iudicis animum conſiliat delicta mundat, nec oranti deeſſe poteſt miſericordia, quod nos humilitas vt iugiter deprecemur inſtigat. (Et eleuatio manuum mearum). Glo. Cardi. Id eſt operatio mea bona quę fit pro æternis ſit tibi ſacrificiū veſpertinum id eſt placeat tibi vt ſacrificium quod in veteri lege veſpere offerebatur quod erat acceptabilius quia figura erat illi⁹ veteri ſacrificij quod in fine mundi in cruce oblatum eſt. Caſſiodo. Vel eleuatio manuum ſignificat opera pia quę aliqua ꝓbabili conuerſatione ꝑ eraguntur. Sacrificium vero veſpertinum illam oblationem forte ſignificat quam in fine vitę domino ſolet offerre religioſa deuotio, cum pœnitentiā gerimus, & humili nos ſupplicatione purgamus veſpera enim noſtra eſt quando iſtam lucem morte veniente deſerimus. Nemo ergo deſperet, ſi vltima ſua lachrymarum fonte detergat. Glo. Cardi. Deinde ſubdit ex voce corporis.

Jncenſum

3 POne domine cuſtodiam ori meo & oſtium ✠ circunſtantiæ labijs meis.

✠ Hebr. ſerua paupertatem labiorum meorum.

Hiero. Glo. Hoc enim poſtulat propheta vt omne quod loquitur non ſit ocioſum ſed ſanctum & dignum. Deo ſciens q; mors & vita ſunt in manibus linguæ, & q; mors intrauit per feneſtras noſtras. Caſſiodo. Petit ergo ne quid tale dicat quod peruenire debeat ad reatū. (Pone inquit domine cuſtodiam ori meo). Glo. Cardi. Id eſt cordi meo, ne iniqua cogitet. Et oſtium circunſtantię labijs meis, ne ſtulta promant. Oſtium autem dicit circunſtantię ad ſimilitudinem illius qui circunſtat oſtium, ne intret vel exeat cui nō licet. Claudatur ergo tale oſtium ad excuſationē peccati aperiatur vero ad confeſſionem, & ſic erit oſtium continentiæ non ruynæ. Caſſiodorus. Glo. Nam ideo cordi ſuo & ori in verbis iſtis cuſtodiā petit apponi, vt nec cogitatio iniqua ſapiat, nec praua volūtas in fatu a verba erumpat, q; ſi forte fragilitate peccauerit ſaltem hoc precatur ne illud excuſſet. Unde ſequitur.

4 NOn declines cor meum in verba malicię, ad excuſandas ✠ excuſationes in peccatis.

✠ Hebr. volucre cogitationes impias.

Caſſiodo. Non declines inquit cor meum in verba malicię ad excuſandas excuſatiōes in peccatis, quaſi dicat. Ad hoc pone oſtium vt nō excuſetur peccatum, quod vicium in hominibus plurimum dominatur impudentium enim cōſuetudo eſt vt cum deprehenſi fuerint primum ſe aliqua falſitate excuſent. Et cum fuerint inde cōuicti alias aſſumunt excuſationes tempori vel neceſſitati vicia imputantes ne veritati cedant. Hiero. Maximum ita q; vicium eſt peccata excuſare, naturæ imputātes quod peccamus, & domino adiuuante nō peccare, cum in poteſtate noſtra ſit & peccare, cum in poteſtate noſtra ſit & peccare & domino adiuuante non peccare. Cum ergo peccata excuſamus pro quibus potius debueramus pœnitentiam agere & dicere domine peccaui. Peccata peccatis iungimus.

Impudētium modus.

5 CUm hominibus operātibus iniquitatem, & ✠ nō cōmunicabo cum electis eorum.

Alia lra combinabor. ✠ alia li. neq; credere i delitus eorum.

Glo. Cardi. Quaſi dicat. Ad hoc pone oſtiū vt nō excuſem peccatum meum, cum hominibus operātibus iniquitatem, id eſt ſicut faciūt homines qui operantur iniquitatem. (Et non cōmunicabo cū electis eorum ſcilicet peccatorum. Hierony. Sicut enim dominus habet electos ſuos ita & dyabolus habet electos ſuos principes hereticorū, qui apud eos electi putantur. Car. Vel electi eorum ſunt qui ſe iuſtificant & alios deſpiciunt ſicut phariſæus. Cum talibus ergo non vult iſte cōmunicare. Caſſiodorus. Glo. Vel alia litera habet combinabor. combinati enim dicuntur, quando duo ſimul ligātur, vt alter alterum impediat ne ſit fuga libera, orat ergo propheta ne cum talibus illigetur, qui implicatione mutua ſe impedire noſcuntur.

vi CORripiet me iuſtus in miſericordia & icrepabit me oleum autem peccatoris ✠ non impinguet caput meū.

✠ Hebr. amaritudinis.

Secūda pars.

Cardi. Secunda pars in qua fidelis iſte iam econtra a iuſto correptus ſpernit falſos laudatores petens ſe cuſtodiri quaſi dicat. Non communicabo cum malis, vt deffendam peccatum meum, ſed potius (Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me). Caſſ. Vir enim ſanctus præelegit iuſtorum increpationes peccātiū blandimentis. Ideo ait (Corripiet me iuſtus). Gloſa. Hugo cardinalis. Id eſt Chriſtus vel quilibet frater. Caſſiodor⁹. Sed quę ſit correctio iuſti breuiter intimat dicens. In miſericordia, vir enim ſanctus nō ita corripit, ſed per dilectionem increpator accedit. Nam & ſi vultum irati oſtendit, cor tamen placati ſemper aſſumit (Et increpabit me). Auguſti. Glo. Non enim odit qui arguit, & eo magis arguit quia non odit. Car. Vnde iſte emēdari magis ſe vult miſericordi-

ter quam laudari fallaciter,ſciens meliora eſſe vulnera amici quam fraudulenta oſcula inimici. Vnde ſequitur(Oleum autem peccatoris). Caſſiodo. Cardina. Glo. Id eſt adulatio deceptoris & ſimulata dilectio quę mẽtes a rigore veritatis emolliũt ad noxia. Greg. In expoſitione euã. Omilia.xij. Quid enim per appellationem capitis, niſi ea quæ principatur corpori mens vocatur impinguat ergo oleum caput peccatoris cum demulcet mentẽ fauor adulãtis(Nõ impinguet inquit caput meũ) Glo. Cardina. Id eſt mentem meam,q.d.Nõ creſcit de falſa adulatione mens mea, non me delectat oleum peccatoris. Hinc dici ſolet cum quis falſa laude aliquem irriſerit,vnxi illi caput. Sed quare non impinguet illi caput.Sequitur.

7 ✠ Hebr. malicus eorum.

QVoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ, ✠ abſorti ſunt iuncti petrę iudices eorum.

Hierony.Quaſi dicat illi in beneplacitis manent. Ego autem pro ipſis orabam vt conuertantur. Auguſti,Glo.Car.Vel quaſi dicat. Primis temporibꝰ vituperabantur chriſtiani,ſed veniet tempꝰ quo placeat eis oratio mea,vt dicant Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris. Hoc autem dicent Chriſto quem habemꝰ aduocatum apud patrem, vel oratio capitis Chriſti quam ipſe docuit vel quia ipſe interpellat pro nobis placebit eis. Sequitur.(Abſorti ſunt iuncti petrę iudices eorum).Hierony. Augu. Caſſiodo. Cardina,Glo.Potentes ſcilicet & docti, qui de moribus iudicant, vt Plato Ariſtoteles & alij Philoſophi. Abſorti ſunt.i.deuicti iuncti petrę.i.comparati Chriſto,per ſe enim videntur aliquid dicere,ſed compara illos Petræ,id eſt Chriſto & nihil ſunt. Mortui iacent ſtulta eſt eorũ ſapientia. Surrexit enim Chriſtus vincit,regnat,& imperat quem omnes colunt. Hiero.Abſortio enim pro victoria dicitur, ſicut ait apoſtolus. Abſorta eſt mors in victoria. Vbi eſt mors victoria tua. Glo. Quid ergo erit de his.Ecce ipſi tandem.

8 ✠ Hebr. qm̃ decora ſunt ſicut agricola cũ ſcĩdit terrã

AVdient verba mea quoniam potuerunt ✠ ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.

Hierony. Audient inquit verba mea quoniam potuerunt. Ipſe dominus hoc dicit. Quia ad me venerunt victi ſunt & delectati ſunt meis verbis, & conuerſi ſunt ad me,& ſunt in eccleſia mea. Aug. Glo. Audient inquam quoniã ipſa verba mea potuerunt, id eſt potentiam habent & prępaluerunt verbis eorum. Nam & ſi illi locuti ſũt diſerte,ego vere. Aliud eſt enim laudare loquacem,aliud commendare veracem. Audient dico aute obedientię non ſicut Adam qui audiuit,ſed nõ obediuit. Caſſio. Vnde valde rei ſunt qui verba domini audiũt & ea facere contemnunt. Potuerunt enim totiẽs admoniti cognoſcere,ſi non decreuiſſent ſuis magis perſuaſionibꝰ inhærere, & hoc eſt quod dicit (Quoniam potuerunt.) Lyra. Scilicet ſe corrigere ad monitionem verborum meorum. Card. Vel potuerunt hoc eſt ex verbis meis martyres tantã potentiam acceperunt, ꝙ pro eis mori non metuunt ſed quid mortes eorũ faciũt. Sequitur.) Sicut craſſitudo terrę erupta eſt ſup terrã.) Idẽ. Id eſt verba

Vel verbum audientes & non facientes.

meorum & mortes eorũ ſunt ſicut craſſitudo terrę erupta vel dirupta ſuper terram Vnde prouentus fertilitatis euenit,licet ipſa craſſitudo res vilis ſit. Augu.Glo.Craſſitudo enim terrę,eſt terra contemptibilis, vnde tamen terra accipit pinguedinem,ſic de eo quod contempſit mũdus accipit eccleſia pinguedinem,vt inde ſeges eius pullularẽt, mors namq; ſanctorum contemptibilis eſt mundo precioſa autem agricolę,qui ibi nouit precioſum fructum,vnde creuit eccleſia. Caſſio. Vel craſſitudo terræ eſt ſuprbia thyrannorum quę graſſabatur in ſanctos martyres. In quorum perſona,ait eccleſia.

DIſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum,quia ad te domine domine oculi mei,in te ſperaui non auferas ✠ animam meam. ſr ✠ Hebr. enaciues

Caſſiodorus. Martyres enim oſſa fidelium dicit eſſe propheta quia conſtat eos Chriſtianę fidei eſſe validiſſima firmamenta. Glo. Cardina. Diſſipata ſunt inquit oſſa noſtra, id eſt corpora teſtium ſeu martyrum Chriſti(Secus infernum). Caſſio. Glo. Non dixit in infernum, quia licet mori communi ſorte videantur non tamen deſcendunt in infernum vt mali,ſed vita illis æterna concenditur. Glo. Cardi. Vel ſecus infernum.i.pro velle profũdorum,hoc eſt pro voluntate eorum qui ſunt infernum,id eſt profundi in vicijs. Sequitur.(Quia ad te domine,domine oculi mei.)Caſſiodo. Glo. Cardi. Dicta enim fragilitate hominis ad diuina remedia confugit dicens. Ad te domine domine oculi mei non ad minas peccatorum. Noui enim quid pro me paſſus ſis,& quid promiſeris, & per hoc ſecure(In te ſperaui). Lyra. Et ideo decens eſt vt me preſerues quia modus eſt magnifici liberare ſperantes in ſe. Non ergo auferas animam meã Glo. Sciebat enim multos aduerſis cedere, ideo dicit(& ſi corpus perimitur. Non tamẽ auferas animam meã. Caſſiodo. Glo. A bonis tuis ſcilicet, ſed ſpes mea ſemper ſit in te & oculi mei ſemper intẽdant te. Non enim petit contra hoc quod ſancti volunt,ſed de ſęculo eripi & eſſe cũm Chriſto. Sequitur.

CVſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi, & a ſcandalis operantium iniquitatem. 10

Glo. q.d. Ne auferas animã meã,ſed potius. (Cuſtodi me a laqueo perſecutionis ſcilicet quem ſtatuerunt mihi. Auguſtinus. Glo. Perſecutores huius ſæculi qui eſcam vitæ huius quaſi in muſcipula ponũt. Vnde ſi amat auis hanc eſcã in muſcipulam cadit quia timore mortis perſecutioni ſuccũbit,ideo dicit. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi,& a ſcandalis operantium iniquitatem id eſt a ſcãdalo eorum qui conſentiendo illis labuntur,& ita iniquitatem operãtur. Cuſtodi ergo me a perſecutoribꝰ qui terram & a lapſis qui territi ſunt. Caſſiodorus. Vnde per laqueos & ſcandala totius mundi mala breuiter propheta complexus eſt,a quibus ſe ſupplicat cuſtodiri,ne per inſidias eorum poſſit intercipi. Auguſtinus. Glo. Per ſtatuentes enim laqueos perſecutores manifeſtos

laqueos ſtatuentes.

volũit intelligi. Operantes autem conſentientes ſunt qui timore perſecutionis deficiũt. Sequitur.

xi Cadent in rætiaculo eius peccatores ſingulariter ✠ ſum ego donec tranſeam.

✠ Hebr. in ui autẽ ego tranſibo.

Glo. Card. Quaſi dicat. Me cuſtodi ſed peccatores ruentes de vicio in viciũ cadent in rętiaculo ei⁹. Caſſiodo. Rętiacula dicta ſunt quaſi retinẽtia. In dyaboli itaq; rætiacula cadunt qui peccatorũ circuitione clauduntur, ſingularis autem eſt qui cũ peſſimis hominib⁹ non ambulat, qui ſpem ſuam in nullo alio ſed tantum ponit in domino. Vnde dicit (Singulariter ſum ego). Cardina. Quaſi dicat illi cadunt, ſed ego ſingulariter vel ſingularis ſum quia cum malis non ambulo, nec conſenſum eis præbeo (Donec tranſeam). Caſſiodorus. Id eſt quã diu fuero in hoc mundo commoratus hoc enim ſæculum beati velut viantes tranſire dicũtur quia in ipſo nulla mundi delectatione tenentur. Aug. Glo. Cardi. Vel Chriſtus dicit, ſingularis, id eſt ſolus ſum ego in tempore paſſionis, quia tunc apoſtoli defecerunt, donec tranſeam de mundo ad patrem. Tunc enim confirmabo columnas eius vt diſcant non timere mortem. Nam granum frumẽti cum mortuum fuerit nõ manet ſolum ſed multum fructũ affert. Vnde multi poſt ea crediderũt. Nemo tamen ante chriſtum occiditur propter cõfeſſionem nominis Chriſti, ne pro nomine Chriſti moriendo antecederet Chriſtum. Vnde nec Ioannes ꝑ Chriſti teſtimonio ſed pro Herodis adulterio & pro iuſtitia martyr efficitur ſic & alij antiqui. Proprie tamen martyres dicuntur, qui pro cõfeſſione nominis Chriſti multa patiuntur.

¶Pſalmus.cxli.

¶Titulus.

Intellectus ✠ Dauid cum eſſet in ſpelunca oratio.

✠ alia li. eruditio.

Lyra. Dauid fecit hunc pſalmũ in ſpelũca odollã poſtq̃ fugit poſtquã euaſerat manus Philiſtinorum volentium eum occidere in Geth. i. Regum. xxj. & xxij.

Hierony. Auguſti. Caſſ. Glo. Ad literam Dauid Saulem fugiens cum in ſpelunca lateret orauit. De quo tamen hic non agitur, ſed de ſignificato. Dauid enim Chriſtum ſignificat. Spelunca vero ſæculum vel carnem, vel ſepulchrum, Dauid ergo in ſpelunca, Chriſtus cum membris eſt in ſęculo, vel Chriſtus in carne vel in ſepulchro, & eſt ſenſus tituli, hic eſt intellectus Dauid, id eſt totius Chriſti quẽ habuit cũ eſſet in ſpelũca. i. in ſæculo vel in carne vel in ſepulchro. Sũt ergo ĩ hoc pſalmo verba domini ſaluatoris. Et eſt iſte quintus pſalmus eorum qui nomine orationis intitulantur, cuius intentio eſt monere nos ad laudem. ¶Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur oratio contra mala. In ſecunda agit de fine malorũ, ibi. Clamaui in perſona ergo totius Chriſti quaſi de ſpelunca ad deum clamantis. Ait.

5. ps est titul⁹ eſt orationis. Diuiſio Pſalmi.

1 Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus ſum.

Hiero. Omnia autem verba hęc in humilitate corporea loquitur Chriſtus vt ſe verum hominem ſicut ſæpe diximus manifeſtet (Voce mea inquit). Glo. Cardi. Id eſt interiori ſcilicet non ſtrepitu labiorum, ad dominum clamaui, & quia interdum ad dominum clamant etiam qui blaſphemãt, ideo quid clamauerit exponit dicens (Voce mea ad dominum deprecatus ſum). Idem. Augu. Glo. q. d. Clamor meus deprecatio mea eſt, nõ murmur nõ blaſphemia. Caſſio. Dicit autem (Deprecatus ſum) ne clamor, videretur trãſitori⁹. Eſt ei deprecari frequenter ſupplicare. Cardi. Et repetit voce mea ad maiorem affectus expreſſionem. Et quid adhuc facio.

Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meã ante ipſum pronuncio. 2

(Effundo inquit). Glo, Cardi. Cum toto conatu copioſe vt purum fontem (Orationẽ meam). Caſſiodo. Non vt yma petat ſed vt ad pietatis ſupernæ altitudinem perueniat (In conſpectu eius). Augu. Cardi. Glo. Id eſt in abſcondito conſcientiæ, vbi ſolus videt ille qui reddet ſi homines reddũt vtiq; coram eis effunde. Si vero redditurus eſt de⁹ in occulto ora. Sequitur. Et tribulationem meam id eſt orationem meam quæ fit in tribulatione, ante ipſum pronuncio, id eſt intus in cõſcientia vel in innocentia ſecurus in occulto ad eum dirigo. Caſſiodo. Vel pronunciat pius aduocatus ante patrẽ tribulationes ſuas vt veniam pro noſtris poſſit obtinere peccatis. Glo. Hugo cardi. Et hoc facio dicit eccleſia.

In deficiendo ex me ſpiritum meũ & tu cognouiſti ſemitas meas. 3

Alia lrã cũ anxi⁹ ĩ me fueait ſpiritus me⁹

Caſſiodorus. Cum enim dicit in deficiẽdo ex me ſpiritum meum hoc a parte membrorum debem⁹ accipere, quoniam ſpiritum eius nunq̃ legimus defeciſſe. Cardi. Glo. Hoc autem dicit ne de virib⁹ ſuis preſumere videatur, & ne virtutem quam habet ſibi arroget, ſed vt ſciat ꝙ alius in eo operatur ſi enim ſpiritus tuus deficit loquitur in te ſpirit⁹ dei, & quia propter hoc verbum putarent audientes cum deiectum addidit. Et tu cognouiſti ſemitas meas iuſtitiæ ſcilicet & preceptorum quas illi non vident. q. d. Si illi putant me deiectum quia ſpiritus meus defecit, tu me ſtantẽ vides cui⁹ ſpiritus me viuificat. Gloſa. Vel tu cognouiſti ſemitas meas per quas illis cadentibus ſecurus ambulo.

In via hac qua ambulabam, abſcõderunt laqueum mihi. 4

Caſſiodo. Dyabolus ſicut ſępe dictum eſt, iuxta viam tendit laqueum vt eos decipiat qui rectas ſemitas declinare preſumunt. Chriſtus vero quia nũquam a ſua ſanctitate diceſſit, neceſſe fuit vt in ipſa via rectitudinis tentationes pateretur inualidas, a qua minime probatur exire vt aſſumendę carnis iã tunc veritas panderetur. Hieronymus. Sæpius etiã ei a Iudæis abſcõditos tentationum laqueos preſentis vitæ, & in alijs declarauimus pſalmis. Augu. Glo, Cardi. Vel ſic in via hac qua ambulabã, id eſt in Chriſto qui eſt via, vel in charitate, quę in me omnia tollerat. Abſconderũt laqueum mihi, non ſecundum veritatem, ſed quãtũ

ad opinionē ſuam,quia in via ponere intendunt, ſed extra viam ponunt.Non enim ſinit dominus eos laqueum ponere in via,vt non ſit quo eamus. Sinit tamen ponere iuxta viam,ne a via declinemus.Et notandum ꝙ ſupra ſemitas pluraliter poſuit,nunc in via ſingulariter dicit,quia multæ ſunt viæ & vna.Multæ ſunt viæ,quia multa ſunt præcepta,ſed vna eſt via, quia omnia ad vnum,id eſt ad charitatem rediguntur. Sequitur.

5 Hebrai. reſpice ad dexteram & vide.

COnſiderabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me.

Caſſio.Cum dicit,conſiderabam ad dexteram,illud tempus facit intelligi quādo ibat ad crucem,quia nullum illic fideliū potuit intueri,ideo enim non ſunt viſi ad dexterā ſtare,quia carnali trepidatione diſperſi ſunt,ſicut ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis.(Et non erat qui cognoſceret me.) Hierony.Caſſiod. Deum,ſcilicet carne contectum,hoc eſt qui cognoſceret illam in ipſo deitatem,quæ omnia hæc in aſſumpta carne voluntarie ſuſtinebat. Glo.Hugo car.Vel quaſi dicat. Ego illis vndiq; fremētibus conſiderabam,id eſt reſpicebam,ad dexteram,id eſt ad æterna,& videbam ipſam dexteram, ſcilicet quam mali non videbant. Qui enim in dextera attendit,videt,qui vero ſiniſtram attēdit,excæcatur. Et hoc eſt quod ſequitur.Et nō erat qui cognoſceret me,id eſt attenderet ad me,reſpiciēs illa bona quę ſunt in dextera.

6 PErijt fuga a me, & non eſt qui requirat animam meam.

Hierony.Caſſiodo. Perijt vtiq; fuga eius,cum delatus a Iudæis ſæpius,vltro ſe iterum obtulit,nec eſt agnitus ab eis,ſed ſe impiorum manibus permiſit occidi. Auguſti. Glo. Hugo cardi. A duobus enim perit fuga,a cōcluſo ſcilicet,vel a forti. Concluſus fugere non valet.Fortis vero non vult.Et duplex eſt fuga,vna quæ fit corpore,quam dominus permittit,alia quæ fit animo,quam idem dominus vituperat. Talis autem fuga ab illo perijt qui ait,perijt fuga a me,qui tanquā fortis nō fugit,quia noluit.(Et non eſt qui requirat animā meam.)Hiero. Corpus quidem accipiunt ad crucifigendū,ſed animam non requirunt,id eſt non attingunt. Gloſa. Hugo cardi. Non eſt inquā qui requirat animam meam,non dico ad perſequendū,ſed ad imitandū. Quæritur enim anima duobus modis,& a perſecutoribus,& ad dilectoribus,ſicut fuga perit duobus modis,& a capto,& a forti.Caſſio. Vel nemo quæſiuit animam eius,dum illi nulla conſolatio præberetur,ſed ſolus ad paſſionem relictus eſt,qui erat pro omnium ſalute moriturus.

Duplex fuga.

Animā querentes multiplices.

7 CLamaui ad te domine, dixi tu es ſpes mea,portio mea in terra viuētium.

Secūda pars.

Glo.Hugo car. Secunda pars,vbi dicit de fine malorum,quaſi dicat ita mihi,& ideo.(Clamaui ad te domine.)Hierony.De cruce.Caſſiod.Clamaui inquā ſpem ſuam ponens in dominum,quando dixit.Pater,in manus tuas cōmendo ſpiritū meum. (Dixi tu es ſpes mea.)Glo.Quia te ex omnibus eligo. Tu es inquā ſpes mea hic,vbi omnia tollero. Portio vero mea.Non hic,ſed in terra viuentium, vbi ſeipſum videndum dabit. Caſſio.Glo. Humiliter enim & communiter hoc dicit portionem ſibi eſſe in terrā viuentium,cum tota ipſius eſſe noſcatur. Probat autem hoc ſpecialiter locus ille,cum in cruce poſitus latroni dixit,hodie mecum eris in paradiſo. Paradiſus enim,terra viuentiū eſt,quam ſoli beati fœliciter introibunt,qui ſub æternitate & ſecuritate victuri ſunt. Deinde ſequitur ex perſona totius Chriſti.

Viuētiū terra.

INtende ad deprecationem meam, quia humiliatus ſum nimis. 8 Hebrai. auſculta

Glo.Hugo cardi. Quaſi dicat,quia tu es ſpes mea, ideo intende ad deprecationem meam. Et neceſſe eſt,quia humiliatus ſum nimis,intus ſcilicet inuiſibiliter,& extra a perſecutoribus viſibiliter. Vnde dicit.(Quia humiliatus ſum nimis.)Caſſiodo. Ipſe enim ſemetipſum exinaniuit formā ſerui accipiēs, & factus obediens vſq; ad mortem,aliter enim crucifigi non potuiſſet qui cœlum & terram creauit, niſi ſe humiliaſſet, noſtram aſſumendo naturam. Sequitur.

LIbera me a perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me. 9

Caſſiodorꝰ.Hęc enim dicens orat,vt reuerentiam patri exhiberet,qui ſeipſum poterat liberare,& vt humilitatem carnis euidenter oſtenderet,orat inquā vt a perſequentibus Iudæis liberetur, diuina virtute,qui vſq; a deo corporaliter facti fuerāt fortiores,vt & manus inijcerēt in eum & de eius morte gauderent,ſed hoc miſeri fecerunt nōn conſiderantes virtutem diuinæ poteſtatis in eo. Auguſti. Hugo car. Glo. Vel ex perſona membrorū. Libera me inquit a perſequētibꝰ me,tam dæmonibꝰ,ꝙ miniſtris ſuis. Nō vt corpꝰ nō ruat,ſed anima. Ad hoc enim dyabolꝰ,per filios diffidētię agit perſecutionē corporis,vt intus fiat ruyna cordis. Et ideo neceſſe eſt vt me liberes,quia confortati ſunt ſup me. Creuit enim numerꝰ perſequentiū,abūdat iniquitas,refrigeſcit charitas,deinde in perſona eccleſiæ loquens exponit,vnde ſit liberandus,dicens.

EDuc de cuſtodia animam meam ad confitendū nomini tuo,me expectant iuſti ✠ donec retribuas mihi. 10 ✠ Hebr. in me coronabuntur iuſti.

Glo.Hugo car.Educ inquit de cuſtodia,vel de carcere animā meā.i.de mundo iſto,vbi omnia vanitas,vel de corpore quod corrūpit & aggrauat animā,de qua corruptiōe vult iſte eduxi,vt fiat incorruptibilis,& in incorruptibili carne quieſcat anima(Ad cōfitendū nomini tuo.i.vt cōfitear & laudē nomen tuū,me expectāt iuſti.i.ſancti angeli,& beati omnes qui iam ſunt cū Chriſto,donec retribuas mihi,in reſurrectiōe generali pręmia ęterna. Vel totū ex perſona capitis. Hiero.Caſſ.Vbi cū dicit,educ de cuſtodia animā meā,petit patrē a parte qua mortuꝰ eſt,vt de carcere inferni animā educat ad corporis reſurrectionē,ſed cur hoc. (Ad cōfitendum nomini tuo.)Hiero. Hoc eſt vt paternus honor in omnes,eſſet eius reſurrectio . Caſſiodorus, Iſta enim confeſſio laudis patri exhibita a fidelibus oſtenditur, quando eum reſurrectionis miraculo de inferni carcere conſtat eductum. Gloſa.

Et ideo debes(me educere,quia me expectāt iuſti.) Hieronymus. Apoſtoli,ſcilicet vel reliqui ſancti, quorum expectationi cum reſurrexero ſatiſfaciā. Donec retribuas mihi claritatē,ſcilicet illam quā habui priuſquā mundus fieret apud te.Caſſiodo. Gloſa. Vel hoc dicit,quia reſurgentis gloria,retributio fuit beatiſſimæ paſſionis.

¶Pſalmus.cxlij.

¶Titulus. Pſalmus Dauid cū perſequebatur eum filiꝰ ſuus Abſalon.

Lyra.Exponit hūc pſalmum factū a Dauid pro perſecutione Abſalon, iuxta literam tituli.

Hieronymus. Pſalmus iſte vocem continet illius qui pro humana redemptiōe ſeipſum exinaniuit accipiēs formam ſerui vt nos erueret a ſeruitute. Gregorius.Et orat hic caput pro membris,Chriſtus pro eccleſia,Virtus pro infirmitate,orat quippe vt non ſeuere iudicentur,ſed miſericorditer exaudiantur. Gloſa.Et eſt iſte ſeptimus pſalmus pœnitentialiū,qui ideo ſunt ſeptem,vt eodem numero quo peccauimus,peccata diluamus. Hugo car. Dauid autem,Chriſtum ſignificat & eccleſiā eius. Abſalon vero,Iudam vel perſecutores eccleſię,vel prauos motus. Sicut ergo Abſalon perſecutus eſt Dauid,& Iudas Chriſtū,& falſi omnes perſequuntur corpꝰ eius,quod eſt eccleſia,vel ipſi illiciti motus & carnis deſideria & praua operatio vnūquēq; fidelem,intētione ergo monet iſte pſalmus ad pœnitentiam & orationē. ¶Et diuiditur in quatuor partes. In prima,orat captans beniuolentiam. In ſecunda,narrat mala ſua,& quid contra egerit,ibi. Quia perſecutus eſt. In tertia, ponitur deprecatio cauſis cōfirmata,ibi velociter exaudi me. In quarta,ponitur lęta cōcluſio,ibi ſpiritus tuus.Ad orandum ergo monēs in perſona totius Chriſti.Dicit.

Pſalmi Diuiſio

a

DOmine exaudi orationē meā,auribus percipe obſecrationem meam,in veritate tua exaudi me ī tua iuſtitia.

Hieronimus. Humilia verba ſunt hæc & plena humilitatis & miſericordię,quę ad aures domini peruenire merentur(domine inquit exaudi orationē meam.) Innocētius tertius. Quam proſterno coram te,non in iuſtificationibꝰ meis,ſed in miſerationibus tuis,quod deinde alijs verbis repetit,dicēs.(Auribus percipe obſecrationem meam)per repetitionē huiuſmodi exprimēs deſiderium. Gregorius. Cum autem dicit auribus percipe,delinquentium deſignat debilitatem, qui ad ſimilitudinem ægrotantium,quadam omnipotentis medici indigent condeſceſiōne,cum ſe non valeat ad eum peccator leuare,hoc tamen intereſt, inter orationem & obſecrationē, quia oratio pro perſeuerantia virtutum,obſecratio vero,fit pro indulgentia peccatorū.Innocētius tertius. Vel oratio eſt,quæ cum ſupplicatione proponitur,vt exaudi domine ſupplicum preces. Obſecratio vero, quæ cum admiratione profertur,vt per crucem & paſſionem tuam libera nos domine.Percipe dico obſecrationem meam in veritate tua non in mea.

Hiero.Hoc eſt in Chriſto qui dicit.Ego ſum via, veritas,& vita.(Et exaudi me in tua iuſtitia.)Non enim confido mihi,ſed veritatem& iuſtitiā tuam peto,vt ipſa mei miſereatur.Gregorius.Qui enim in ſe gloriatur non exauditur,nec exaudiuntur illi qui ignorantes dei iuſtitiā & ſuam volentes ſtatuere,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti,exemplo phariſęi. Innocentius tertius.Exaudi me ergo in veritate tua vt verax appareas, quia promiſiſti quacunq; hora peccator conuerſus fuerit non recordabor iniquitatum eius. Et exaudi me in tua iuſtitia qua decreuiſti,nolo mortem peccatoris,ſed vt magis conuertatur & viuat.Sit itaq; veritas ſecundū promiſſum,& iuſtitia ſecundum decretum,vt inueniaris verax & iuſtus. Gloſa.Caſſiodorꝰ.Vel iuſtitiam & veritatem dicit,qua parcit pœnitētibus & ſe damnātes abſoluit.Vel veritas & iuſtitia dei eſt, ne cum rogāte diſceptet.Et ne eum qui ſe hic damnat iudicet.Innocentius tertius.Et ideo notanter dicit,in iuſtitia tua,diuina ſcilicet,non humana: nam ſecundū humanam iuſtitiam,cum reus confitetur peccatum conuictus a iudice,condemnatur ſecundum vero diuinam abſolutus a domino liberatur. Sequitur.

ET non intres in iudicium cum ſeruo tuo,quia nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis viuens. a

Caſſiodorus. In quo apperit qua voluntate iuſtitiam domini petebat qui nunc dicit.(Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo)nam ſi iuſtitia iudicium ſignificaſſet,hoc petere non poterat q̄ paruebat(Et non intres inquit in iudicium cum ſeruo tuo.)Innocētius tertius.Id eſt non diſcutias in iudicio merita mea,quia ſi ſecundū exigentiā meritorum meorū me volueris iudicare,abſq; dubio iuſtificari non potero,cum ſint merita mea mala, non gratia digna,ſed pœna,non indulgentia, ſed vindicta,Glo.Hugo car.Non ergo intres in iudicium mecum,quia nec ego volo intrare tecum.Innocen.ter.Nec expedit,quia nullus eſt in hac vita qui non ſit aſtrictus vinculis peccatorum. Grego. Ille autem cum deo in iudicio ingreditur,qui cum orauerit,murmurat,ſi nō exauditur,ſicut illi faciebant qui dicebāt,quare ieiunamus & non aſpexiſti. Humiliamus animas noſtras & neſciſti, vnde ſtultū eſt ab oratione deficere, etiā ſi deus differat cum rogatur audire.Vel qui contra conditoris flagella murmurat,quaſi cum eo in iudicium intrat. Et dei accuſat iudicium,qui ſe ęſtimat iniuſte percuſſum.Innocentius tertius.Glo.Hugo cardinal. Vel illi in iudicium intrāt cum domino,qui iuſtitiam ſuam conſtituentes iuſtitię dei non ſunt ſubiecti.Ego igitur nolo tecum contēdere in iudicio, qui meam iuſtitiam non conſtituto,ſed iuſtitiam meā damno ſciens(quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.) Gregorius. Nam & ſi apud ſe iuſtus quis videatur aut in cōſpectu hominum,non tamē in conſpectu tuo,quia & ſi non delinquant homines in opere, labuntur tamen aliquando vana aut peruerſa cogitatione.Non ergo in conſpectu dei iuſtificatur, qui corde delinquit quod deus intuetur. Lyra. Quantumcūq; enim ſibi caueat homo, tamen frequenter labitur ſaltem venialiter, iuxta illud ſapieñ. Septies in die

Cū dño iudicium intrare.

cadit iuſtus. Innocētius tertius. Meticuloſum eſt igitur coram te cauſam agere criminalē, quia cum ſis potentiſſimus manus tuas nemo poteſt effugerē, cum ſis ſapientiſſimus oculos tuos nihil poteſt latere, cum ſis iuſtiſſim⁹ animum tuum nemo poteſt corrumpere, coram quo accuſatrix eſt conſcientia, rea mens, aduocatrix ratio, teſtis memoria. Tu iudex, iuſtus, potens, & ſapiens. Caſſiodorus. Glo. Cum autem dicit omnis viuens, omnem hominē ſignificat, etiam quemlibet infantem nondum baptizatū, vnde Iob ait. Nemo mundus ante te, nec infans vnius diei qui originali tenetur, vnde nullus per ſe, niſi per gratiam dei poteſt liberari. Glo. Vel non iuſtificabitur in conſpectu tuo, id eſt in comparatione tui omnis viuens, quia non apoſtolus, non propheta, non angelus, non throni, non cæteræ virtutes. Solus enim deus eſt in quo peccatum non cadit, in cuius conſpectu aſtra non ſunt munda. Sequitur.

Nō ſeſe iudicare poteſt nō diſſidēs a diuina ſentētia.

3 QVia perſecut⁹ eſt inimicus animā meam, humiliauit in terra vitam meam.

Secūda ps.

Glo. Hugo cardina. Secunda pars, vbi narrat mala quæ patitur, & dicit quid contra egerit, quaſi dicat exaudi, libera, & neceſſe eſt dicit eccleſia, quia perſecutus eſt aperte vel occulte (inimicus animā meā.) Hierony. Grego. Caſſiodo. Gloſa. Inimicus, id eſt dyabolus, qui perſequitur humanū genus circuiēs quærens quem deuoret. Grego. Ipſe enim eſt qui animas perſequitur, & eis mortem perpetuam inferre molitur. Ipſe eſt inquā qui incautos decipit & in via huius vitæ gradientibus laqueos tendit. Et quos in vijs dei ambulātes viderit & in propoſito iuſtitiæ cognouerit fortiores graui⁹ perſequitur, & eos a ſtatu rectitudinis ſubruere conatur. Innocentius tertius. Vel perſecutus eſt inimicus animam meam, non tantum vnus, ſed multiplex, dæmon, ſcilicet & homo, mundus, & caro. Vitium & peccatum & perſequēdo me multum inualuit contra me, quoniam humiliauit in terra, id eſt in terrenis voluptatibus vitam meam, vt terram comederem, quaſi ſerpens maledictus a domino. Caſſiodo. Ille enim humiliatur in terra, cuius vita carnalib⁹ delectationibus polluitur, non quidem humilitate probabili, ſed declinatione vitioſa. Grego. Qui enim contemptis cœleſtibus ad ima appetenda deducitur eius vita in terra humiliatur. Innocentius tertius. Non ſolum autem humiliauit in terra vitam meam, ſed etiam.

4 COllocauit me ī obſcuris ſicut mortuos ſæculi, & anxiat⁹ eſt ſuper me ſpiritus meus in me turbatū eſt cor meū.

Glo. Collocauit me inquit inimicus, ſcilicet quantum in ſe eſt in obſcuris. Idem. Hugo cardinalis. Innocentius tertius. Id eſt in tenebris vitiorum, quæ mentem obtenebrant & obſcurāt (Sicut mortuos ſæculi.) Idem. Id eſt ſicut cæteros deſperatos in corpore quidem viuentes quātum ad ſeculum, ſed in anima mortuos quantum ad deum. Hieronymus. Ideo autē dicit, ſicut mortuos ſæculi, quia nedum mortuus eſt qui in pœnitentia ſtat. Si quis autem peccans non agit pœnitentiā, hic mortuus eſt ſæculi, & non ſicut mortuus, ſed perfecte mortuus. Hoc ergo putauit inimicus, quia nō ago pœnitentiam pro peccatis quæ ipſe mihi ſuggeſſit vt faciam. (Et anxiatus eſt ſpiritus meus.) Innocentius tertius. Vehementi timore correctus. Caſſiodorus. Gloſa. Propter vicinitatem periculi. Hugo cardinal'. Vel præ dolore culpæ meæ. Hieronym⁹. Nam ſi quis ſolum ſuſpirauerit pro peccatis ſuis, ſaluus erit. (In me turbatum eſt cor meum.) Propter conſcientiam meam, quia peccaui. Caſſiodor⁹. Vel in hoc teſtatur humanam ſapientiam eſſe confuſam, vt ſpem amplius in domino reponeret. cum virium ſuarum confidentiam non haberet. Hugo cardinal'. Gloſa. Vel turbatum eſt ad pœnitentiam, ſed quare turbatum. Quia.

Mortui ſeculi.

MEmor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditabar. ✠ 5

✠ Hebr. loquebar.

Gloſa. Hugo cardinal'. (Memor fui inquit dierum antiquorum) quibus punitus eſt Adam, vnde mihi timor eſt. Caſſiodorus. Iuſte namq; cor eius fuerat conturbatū, quoniam memor erat ingenitum peccatorum. Ipſi ſunt enim antiqui dies veteris illius hominis antiquitate fuſcati. Innocentius tertius. Vel memor fui dierum antiquorum, quibus deus antiquis patribus multa conſolationū remedia præſtitit, in quo mihi magna conſolatio inter anguſtias tribulationum fuit. (Et meditatus ſum in omnibus operibus tuis.) Quę ad creationē pertinent & naturam, ita vt vniuerſitas extendatur, non ad ſingula generum ſed ad genera ſingulorū. Caſſiodorus. Opera enim ſua dicit, quibus cœlum, terramq; fundauit, quibus patriarchis bona fecit. Et populum per mare tranſtulit hebræorum, quæ ſe dicit frequenter iteraſſe, vt amaritudinem mundi ſuauitas excluderet lectiōis. (Et in factis manuū tuarum meditabar.) Gloſa. Hugo cardinalis. Attendens enim quę in naturalibus feciſti, & quanta bona antiquis contuliſti, conſolationem habeo ex tua bonitate ſpem veniꝫ aſſumens. Et ideo.

EXpandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. ✠ 6

✠ alia li. ſitiēs ad te. Add e ſemper.

Glo. Hugo car. Cum enim viderē omne bonū a te eſſe dicit eccleſia. (Expādi manus meas ad te) id eſt dilataui affectus, vel opera prius cōtracta. Grego. Quid eſt enim manus expādere ad deum, niſi operationē ad omnipotentē leuare? & ideo aditum eſt ad te, quia hi vere ad deum manus expandunt, qui per opera ſanctitatis deum non mūdi gloriā quęrunt. Caſſiodo. Hugo card. Glo. Vel dum dicit, expandi manus meas ad te, formam crucis ſignificat quę eſt ſalus. Qui enim expanſis manibus, orat, illam crucem redēptoris imitatur, quę a perfidis Iudęis data eſt Chriſto ad pœnā credētibus ad ſalutē. Hiero. Ligatus autē ab inimico, nihil aliud poteſt facere, niſi pœnitentiā agere, & manus ſuas ad te leuare. Innocen. ter. Et ideo manus meas ad cœlum in oratione expādi, quia anima mea ſicut terra ſine aqua tibi, quę carēs humore virtutū, germen boni operis nō pducit. Gre. Quaſi enim terra ſine aqua eſt anima ſine gratia. Nam ſicut terra quę ymbre non perfūditur, non veſtitur herbis, non venuſta-

Ad deū manus extēdere.

Terra ſine aqua.

tur floribus,non abũdat meſſe,ſic anima gratia ca
rens,non operitur virtutibus,non cogitat de cœ-
leſtibus ,non inſiſtit vtilibus. Caſſiodor⁹. Pulchra
ergo comparatio,cum dicit animam ſuam ſic deſi
derare deum,quemadmodũ ſolet ſicca terra copio-
ſas pluuias ſuſtinere;dixit autem, tibi non alteri,
ne iſtud deſiderium malis voluntatib⁹ applicares.
Gloſa. Et quia nec ego,nec aliquis alius præter te
rigare poteſt , tu complue eam vt fructum faciat.
Innocẽtius ter. Ne vero prorſus areſcat & ſterilis
fiat,rorem gratiæ ei non differas diſtillare,& ideo.

7 **V**Elociter exaudi me domine, defe
cit ſpiritus meus.

Tertia pars. Gloſa.Hugo card.Tertia pars,in qua ponitur de-
precatio cauſis confirmata,quaſi dicat. Quia ſic ſi-
tio,ideo (Velociter exaudi me domine.) Caſſiodo.
Imbre miſericordiæ tuæ celerrime ſubueniendo.
Gregorius . Velociter autem dicit,quia parum eſt
deſideranti iuſtificationes dei vt exaudiatur , niſi
etiam velociter exaudiatur. Cupiditati enim ipſa
celeritas tarda eſt. Addit etiam cauſam quare exau
diri debeat,quia defecit inquit ſpirit⁹ meus.Augu.
Glo.Hugo card.Et ideo impleat me ſpiritus tuus,
quia defecit meus.Nam ſuperbus,eſt in quo viuit
ſpiritus proprius,vnde extollitur.Ego autem iam
pauper ſum ſpiritu ,quia defecit ſpiritus meus.
Gregorius. In hoc enim ſe pauperem ſpiritu teſta
tur eſſe,& non de ſe præſumere,ſed ſacrificium deo
ſpiritum contribulatum offerre. Glo. Hugo card.
Et ideo,quia defecit ſpiritus meus ,id eſt,quia nõ
ſum ſuperbus.

8 **N**On auertas faciem tuam a me, &
ſimilis ero deſcendẽtibus in lacũ.
Augu.Glo.Hugo car.Non auertas inquit faciem
tuam a me. Auertiſti enim olim a ſuperbo,vt pro-
barẽ quod erat eſſe a te,quod ergo abſtuliſti ſuper-
bo iam redde humili. Caſſiodor⁹.Conuenit enim
miſericordię dei,vt humiles reſpiciat qui ſuperbo
rum corda contemnit. Gregorius. Nam qui abicit
delinquentem conuertitur ad pœnitentem,vt per
prophetã dicitur.Conuertimini ad me & ego con
uertar ad vos.Sed quia conuerti ad eum ſine ipſo
non poſſumus quotidie cum propheta clamem⁹.
Non auertas faciem tuam a me.Glo. Hugo cardi.
Et pro quia ſi auerteris ſimilis ero deſcendentibus
Quis in profũdũ. in lacum ,id eſt in peccati profundũ. Ille enim de-
ſcendit in profundum qui etiam confeſſionẽ per-
dit, vt qui proponit ſibi licentiam peccandi ſine
ſpe veniæ habens iniquitatis effuſis. Gregorius.
Auertente autem domino faciem,peccator in la-
cum deſcendit,quia niſi illum deus miſericorditer
reſpexerit,in deſperationis foueam cadit . Nam &
Petrus amare non fleuiſſet, niſi eum dominus re-
ſpexiſſet. Hugo cardina. Non ergo auertas faciem
tuam a me,ſed potius.

9 **A**Vditã fac mihi mane miſericor-
diam tuam, quia in te ſperaui.
Caſſiodorus.Auditam inquit fac mihi mane miſe
ricordiam tuam(mane)id eſt poſt noctem peccato-
mane q̃d ſignat. rum. Mane enim,tẽpus veniæ deſignat,quod ma-
ne merito dicitur,quãdo culpa laxatur. Gregori⁹.
Vel mane ſequentis,diei initium ſignificat,de qua
propheta ait. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſu-
per milia. Glo. Hugo cardi. Hæc itaq; eſt dies fu-
turæ reſurrectionis, quando poſt finem ſæculi vi-
debimus quod modo credimus. Gregorius. Hanc
autem diem verus ille ſol illuminat qui neſcit oc-
caſum quæ recte vna dicitur quæ nullius finis ter-
mino anguſtatur. Quod vero ait(quia in te ſpera-
ui)quaſi cauſa eſt iuſtæ petitionis,quia cum ſpem
ſuam quis in deo poſuerit ad exorandum eum con
fidentior erit.Caſſiodor⁹. Qui neſcit probabiliter
in ſe decipere confidentes. Glo. Et quia non ſatis
eſt in hac nocte ſperare,ſed aliquid eſt opus agere,
quod per me non poſſum, ideo precor.

NOtam fac mihi viam in qua am- 10
bulem , quia ad te leuaui animam
meam.
(Notam fac mihi inquit viam in qua ambulem.)
Hieronymus. Chriſtum,ſcilicet tuum notum fac
mihi,qui dixit. Ego ſum via. Gregorius. Sciebat
enim viam eſſe,quæ recta videtur hominibus, cu-
ius nouiſſima ad mortem ducunt. Caſſiodo. Ideo
a deo petit notam ſibi fieri viam vitę. Illius enim
lucerna & lumen hoc iter oſtendit, qui illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum.
Glo.Hugo cardi.Et quia fidutia hoc petit,ſubdit.
Quia ad te leuaui animam meam. Non ad mundũ
inclinaui,nec contra te leuaui,ſed ad te,apud quem
eſt fons vitę, vas itaq; ad fontem attuli,imple ergo
illud.Et ideo.

ERipe me de inimicis meis domine 11
ad te confugi, ✝ doce me facere vo ✝ alia li. protect⁹ tuus.
luntatem tuam quia deus meus es tu.
Gregorius. Is enim qui viam noſce ſalutis deſide-
rat,vt ab inimicis eripiatur exorat,dicens. (Eripe
me de inimicis meis.) Glo. Hugo car. A dyabolo,
ſcilicet & a ſuis quos implet. Caſſiodorus. Inimi-
ci enim noſtri dæmones ſunt, qui iugiter fideles
circundãt,vt eis poſſint ſpem diuinitatis auferre.
Innocentius tertius.(Eripe me)dico ne impediãt
viam meam,quoniã ad te confugi, qui es refugiũ
ſperantiũ in te,nemo enim te poteſt effugere, vn-
de quilibet ad te debet cõfugere,quia ad te venien-
tes,foras non eicis,ſed intrare permittis.Glo. Hu-
go cardinal. Ad te inquã confugi,non ad te ſicut
fecit Adam qui abſcondit ſe intra ligna fugiẽs do-
minum ſuum,& conſecutus eſt vmbrã,ego autem
ad te confugi.Et ideo doce me facere voluntatem
tuam,non meam . Si enim me non doces faciem
voluntatem meã & deſeret me deus meus.Caſſio-
dorus.Nolebat itaq; prorſus errare qui tanti ma-
giſtri cupiebat eſſe diſcipulus,cauſam autem addit
cum dicit(quia deus meus es tu.) Innocen. Gloſa.
Hugo car. Ad alium quippe fugerem,ſi ab alio fa-
ctus eſſem,ſed quia tu es deus meus, creator meus,
ideo ad te confugi. Caſſi. Fida ſiquidem petitio &
competens ratio a clemente domino ideo poſtula
re beneficium,eo q ipſe ſit dominus ſupplicãtis.

SPiritus tuus bonus deducet me in 12
terram rectam propter nomẽ tuũ
domine, viuificabis me in æquitate tua.
Glo.Car. Quarta pars,vbi eſt læta concluſio,quaſi Quarta pars.
dicat. Doce me vt magiſter meus,quod vtiq; facies
quia ſprit⁹ tuus bon⁹ deducet me in terrã rectã,nõ

vt ſpiritꝰ meus malus qui deduxit me in terrã perverſa m. Grego. De quo ſupra dixit, defecit ſpiritꝰ meꝰ. Qui eni a ſpiritu ſuo deficit, a ſpiritu dei deducitur. Caſ. Hiero. Vnde cũ dicitur ſpiritꝰ tuus bonus deſignat̃ per hoc nomẽ deũ eſſe ſpiritũ ſanctũ quia nemo bonꝰ, niſi ſolꝰ deus. Igitur ſi ſpiritꝰ ſanctus bonus dicitur, deum eſſe neceſſario cõfitetur. Innocen. ter. Spiritus ergo tuus bonus quidẽ in ſe, quia eſt ipſa bonitas, & bonꝰ in nobis, quia nos efficit bonos hic. Deducet me in terrã rectã. i. in viã mãdatorũ tuorũ, per quã recte itur ad patriã. Caſſ.

Terra recta. Tunc enim deducitur homo in terrã rectã, quãdo corpus eius dei regulis ſubditur, quod peccatorũ fuerat prauitate diſtortũ, vel per terrã rectam intelligit futurũ ſæculũ, vbi recti ambulabũt & cum domino magna ſemper exultatione gaudebũt. Glo. Innocen. ter. Card. Et hoc propter nomen tuum, non ꝓpter merita mea, ſed vtrem tui nominis impleas quod eſt Ieſus. i. ſaluator. Ego enim me occidi per culpã, tu vero viuificabis me per gratiã, ſed ipſa gratia nõ erit ſine iuſtitia, quia viuificabis me in æquitate tua, non mea quidẽ, ſed tua. Auguſti. Caſſio. Glo. In quo gratia dei commendatur, quę nihil noſtris meritis reddit, ſed totum indulgẽtiæ ſuę largitate cõcedit. Et ideo dicit in ęquitate tua, quaſi dicat, hoc fit, non meritis meis, ſed nominis Chriſti gratia. Grego. In quo viuificatur qui mundo moritur. Caſſiodo. Glo. Qui quãuis omnia gratis donet, iuſtitiæ tamen ipſius eſt ſupplicantes viuificare, quos ſpiritus immũdos crudeliter cernit impetere. Sequitur.

13 ✠ alia li. anguſtia

Educes de tribulatione ✠ animam meã, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

(Educes inquit de tribulatione animã meam.) Innocen. ter. Nam quãdiu anima in hoc mortali corpore manet incluſa multis afflictionibus tribulatur, ſed cum ab illo educitur de tribulatione huiuſmodi liberatur. Caſſ. Educuntur enim de tribulatione tanquã de carceribus animæ ſanctę, quando conceſſa venia de iſto ſæculo præcipiuntur exire: nam hic affligũtur deuoti, cruciantur iuſti, ſed defectus iſtius lucis ſanctis terminus eſt laborum. Gregorius. Vel hoc dicitur, quia inter multiplices humanæ animæ tribulationes, nulla maior eſt afflictio q̃ conſcientia delictorum, vnde ſingulare remedium tribulatis eſt, vt ingreſſi interiora mentis penetralia, ibi deum inuocent, vbi nemo videt, & ad eum recurrant, in quo ſolo vera eſt conſolatio, ſequitur (Et in miſericordia tua.) Gloſa. Hugo cardinalis. Non in merito meo diſperdes inimicos meos, dyabolũ ſcilicet & omnes obſtinatos, quos diſperdes, quia nihil poterunt contra me in futuro iudicio. Caſſiodorus. Vel tunc in miſericordia diſperduntur inimici, quando compũctionis ſtudio a ſceleratis cogitationibꝰ abſtrahuntur. Innocentius tertius. Vt qui prædeſtinati ſunt fiant de inimicis amici, ſecundum illud, verte impios & non erunt. Gregorius. Vel tunc inimicos clementia diuina diſperdit, cum eis vires nocendi adimit, & cum aduerſus iacula dyabolicæ tentationis ſcutum ſuæ protectionis opponit, vt quaſi confuſi abſcedant, cum ſe ad præualendum impotentes agnoſcunt. Innocentius tertius. Deinde de reprobatis prophetandi ſpiritu, ait.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam, ✠ quoniam ego ſeruus tuus ſum. 14 ✠ Hebr. ligentes animam meam.

Gloſa. Caſſiodorus. In hoc enim dicit eſſe perdendos in futuro iudicio dyabolum & omnes impios qui in ſua obſtinatione moriuntur. Illi namque prius tribulant iuſtos viros, vnde neceſſe eſt illos in iudicio perire, qui eos ideo perſecuti ſunt, quia dei eos famulos eſſe cognoſcunt. Gregorius. Vel quod ait. (Et perdes omnes qui tribulant animã meam.) Ad illam beatæ vitæ fœlicitatem referendum eſt, in qua nullum habebimus aduerſarium, nullum metuemus inimicum, cum abſorbebitur mors in victoria, & cum inuitati fuerimus æquales angelis effecti. Addidit autem quoniam ego ſeruus tuus ſum. Nam æquum eſt vt bonus ſeruus a bono domino adimatur, & contra hoſtiles muniatur incurſus, & a periculo liberetur. Adimit malus a

¶Pſalmus. cxliij.

¶Titulus. Pſalmus Dauid ad Goliam.

Lyra. Exponit hũc pſalmum ad literam de victoria Dauid contra Goliam, cuius hiſtoria habetur. j. Reg. xvij.

Caſſiodorus. Gloſa. Dauid Goliam, Chriſtꝰ vero occidit dyabolum, & humilitas ſuperbiam, deus autem ideo fit humilis, vt ſuperbi qui humiles ſanctos dedignarentur ſequi, hunc ſaltem velint imitari, de ſua ergo figurali & myſtica gloria Chriſti agit hic propheta ex qua proceſſit & ſua. Agẽs ita ꝙ deo gratias de ſua victoria precatur, vt ille veniat qui diabolũ vincat & ſuos fideles liberet, non enim inſoleſcit de victoria vt ſolet homo ſed virtuti dei dat. Et eſt iſte quartꝰ pſalmꝰ qui per actus Dauid ſignificat domini futura miſteria. Gloſa. Hugo cardinalis. Monet ergo nos ad gratiarum actiones pro tali victoria. ¶Et diuidit̃ in duas partes. Pſalmi diuiſio. In prima, agit de victoria ꝙ Dauid ſingulariter vicit Goliam. Spiritualiter vero ipſe cum alijs ſanctis dyabolum quæ tota victoria inde eſſe dicitur, quia Chriſtus de eius ſemine venit vincere ſuperbiam mundi, vnde aduentum eius precatur. In ſecunda, promittit ſe victor cantare in nouo & veteri teſtamento. Precans per eum liberari, ibi deus canticum. Dauid ergo non inſoleſcens de victoria ſed humiliter gratias agens deo, ait.

Benedictus dominꝰ deus meꝰ qui docet manꝰ meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Glo. Hugo car. Benedictus ſit inquit dominꝰ omnium (deus meus) cui me ſubiecti & dedi. Caſſio. Victor enim immaniſſimi hoſtis poſt triumphum nulla ſe præſumptione iactauit, ſed totum domini virtutibus applicans laudes eius deuota exultatione concelebrat, dicens. (Benedictus dominus deus meus.) Et

quę ſit.cauſa benedictionis adiecit.(Qui docet ma
nus meas ad præliū.) Idem. Sic namq; docuit ma=
nus eius ad prælium,vt deſideratæ victoriæ conſe=
queretur effectum.(Et digitos meos ad bellum.)
Idem,Manus enim,operationem ſignificāt,digi=
ti vero,ſalutaria cōſilia,quæ de corde noſtro velut
quidam radij proſiliunt. Hierony. Bellum autem
iſtud,non carnale eſt,ſed ſpirituale,quo anima iu=
ſti aduerſus dæmones & paſſiones carnales inuiſi=
biliter dimicat.Auguſt.Glo.Benedictus itaq; qui
per ſpiritum ſanctum dat mihi dona gratiarū,qui=
bus me facit & docet pugnare & procedere ad bel=
lum contra principes tenebrarum.Et quia in pu=
gnando periclitatur,id eſt periculū patitur,ne vin
catur dicit quod ſequitur.

2 MIſericordia mea & refugiū meū,
ſuſceptor meus & liberator me⁹.

Hugo carninal.Lyra. Miſericordia inquit mea in
beneficijs conferendis.Et refugium meum in pe
riculis euitādis(Suſceptor meus)ne cadem tanquā
pater miſericordiarum.Et liberator meus in peri=
culis occurrentibus.Auguſti.Gloſa.Vel miſericor
dia mea tu es deus,qui das mihi vt miſericors ſim
& ſic vnicam,quia de nullo alio ſic vincitur dyabo
lus,ſicut de miſericordia,quæ in duobus conſiſtit,
in dando ſcilicet & in dimittēdo.Qui enim dimit
tit & ſi peccauit dimittetur ei.Qui vero dat dabitur
ei,quia in quo fuerit inuentū opus miſericordię.
Et ſi habuerit forte in iudicio quo puniatur,vnda
tamē miſericordiæ quaſi aqua peccati ignis extin=
guitur. Sequitur.

3 PRotector meus & in ipſo ſperaui,
qui ſubdit populū meum ſub me.

Hebrai. ſcutū ſuū

Hugo cardinal. Protector meus inquit contra in=
ſultus dyaboli.Hierony.In tantis itaq; nominib⁹
appellatur deus,quia tot beneficia eius ſunt quot
nomina(Et in ipſo ſperaui.)Hugo cardinal.De vi
ctoria obtinenda. Caſſiodorus. Gloſa. Poſt tanta
nāq; beneficia vir ſanctus ſciuit a tali ſpe non eſſe
ceſſandum,ſed quanto plus ab eo acceperat,tanto=
magis amplius expetebat(Qui ſubdit populū meū
ſub me.)Hugo cardinal.Hominis populi dici poſ
ſunt animi motus,qui ſubduntur ſibi quādo obe=
diunt rationi. Hieronymus.Vel hoc poteſt ex per=
ſona Chriſti dici ex aſſumpto homine,vel ex per=
ſona apoſtolorum,vel ex perſona patris in mona=
ſterio gratias referentis deo qui ſuos ſibi ſubicit.
Gloſa.Deinde poſt tot beneficia,non ſolum fate=
tur ſe exiguum,ſed etiam totum genus humanum
beneficijs dei indignum,dicens.

Hominis populus

4 DOmine quid eſt homo quia inno
tuiſti ei, aut filius hominis quia re
putas eum?

Hebrai. agnoſcis eum.

Caſſiodorus,Cum enim dicit,domine quid eſt ho=
mo,ſub interrogatione & deſpectu pronūciandū
eſt,quaſi dicat.Quid eſt homo qui quaſi puluis vē
to flante tranſfertur,& quaſi limus in terram liqui
dam reſolutus nullam habens firmitatem?Gloſa.
Hugo cardina.Quia per ſe fragilis eſt & peccator.
Quid inquam eſt homo quia innotuiſti ei? Idem.
Gloſa.Per aſſumptam humanitatem. Caſſiodor⁹
In quo ineſtimabile deitatis archanum per aſſum
ptam carnem rectis fide oſtendiſti. Quod autē ſe=
quitur ſimili modo pronunciandum eſt. Gloſa.
Hugo cardinal.Quaſi dicat.Aut quid eſt filius ho
minis,quia reputas eum?id eſt quem tanti facis,vt
pro eo filium dederis,cui etiam fit panis qui eſt pa
nis angelorum.Caſſiodor⁹.Vel quia reputas eum
vtiq; in ouibus tuis in numero prædeſtinatorum
in illa Hieruſalem beata,vbi ſemper iuſti de domi
ni contemplatione gaudebunt. Hugo cardinalis.
Subdit autem quid homo per ſe fit, cum dicit.

HOmo vanitati ſimilis fact⁹ eſt, dies 5
eius ſicut vmbra prætereunt.

Caſſiodor⁹.In quo exponit quod ſuperius breui=
ter dixit.Quid eſt homo(homo inquit vanitati ſi=
milis factus eſt.Caſſiodorus.Gloſa.Hugo cardina
lis.Adam enim quādo creatus eſt,ſimplex,purus,
& verax,& immortalis fuit,ſed poſtquam fœmina
ſuggerēte peccauit,factus eſt vanitati ſimilis,quo=
niam & mutabilis & mortalis effectus eſt. Vanum
enim illud dicimus quod de ſua ſubſtantia cadens
in aures tenuas euaneſcit vt vmbra & fumus.Glo
ſa.Hieronymus.Vana quidam ſunt omnia tranſi=
toria comparatione ſemper manentis deitatis.Caſ
ſiodorus.Humanę autem vanitatis comparationē
dedit,dicens.(Dies eius ſicut vmbra prætereunt.
Idem.Hugo cardinal.Gloſa. Sicut vmbra inquit
quę videtur,ſed firmitatem non habet permanen=
di:nam diſcedente corpore per quod vmbra fit ip=
ſa quoq; euaneſcit,ſic & vita noſtra vmbra eſſe vi=
detur & ſubſtantiam non habet.Quod autem ſub=
ſtātiā nō habet cito perit,vnde nos quotidie per
momenta mutamur,& ſemper creſcimus aut decre
ſcimus,nec vno quidem momento in ſtatu noſtro
ſtamus.Caſſiodorus.Talis itaq; eſt hominum vita
poſt peccatum Adæ,niſi beneficio domini fuerit
reparata,ideo ait.

vanū qd

DOmine inclina cœlos tuos & de= vi
ſcēde, tāge mōtes & fumigabūt.

Augu.Glo.Humilis enim Dauid ex perſona eccle
ſiæ plen⁹ gratia.i.corpus Chriſti præſumēs de deo
pugnās in hoc ſæculo inuocat adiutoriū dei.q.d.
In lucta ſumus,ſed ne deficiamus(Domine inclina
cœlos tuos & deſcēde.)Caſ.Glo.Car.Ad nos incli
natio enim cœlorū fuit quādo ad hominē liberan=
dum honor ſupernorū,virtuſq; deſcendit,dei ſcili
cet fili⁹,& cū forma dei formā ſerui ſuſcepit quod
niſi inclinata diuinitate fieri poterat,ſequitur.
(Tāge mōtes & fumigabūt.)Glo.Car.Vel o domi
ne inclina cœlos tuos.i.contēpera hominib⁹ apo
ſtolos,vt humiles dicāt alijs excellentiā tuā.Et per
eos deſcēde in notitiā aliorū,& tāge tua gratia,mō
tes.i.ſuperbos.& fumigabūt.i.fatebuntur peccata
ſua per cōpunctionē & lachrymarū effuſionē.Caſ.
Montes enim iſti ſunt ſuperbi,quos dominus teti
git quādo eis compunctionē piæ cōuerſionis tri=
buit.Fumigauerūt autē quādo crebris ſuſpirijs cō
tinuiſq; gemitibus ſua peccata plorauerūt. Gloſa.
Cardi.Dic itaq; tange montes iſtos.Contra eos ve
ro qui conſpirauerunt contra te.

Celos inclinare.

FVlgura corruſcationem ✠ & diſ= 7
ſipabis eos, emitte ſagittas tuas &
conturbabis ‡eos.

✠ Hebr. mica fulmine et diſſipa eos.
‡ Hebr. interfice eos.

Cardi. Glo. Ecce bellum Chriſti contra diabolum quaſi dicat. Contra eos qui conſpirant contra te fulgura corruſcationē, id eſt clareſce miraculis, & ſoluetur conſpiratio eorum quia crebris miraculis territi nihil audebunt, & diſſipabis eos adinuicem. Emitte ſagittas tuas, id eſt verba tua, verbum enim dei ſagittis cōparatur. Et conturbabis eos ad pœnitentiam. Caſſiodorus. Vel deus fulgura corruſcationis dedit quando tenebroſis peccatoribus prophetarum prędicatione lumen ſuæ veritatis infundit, diſſipauit autē id eſt diſperſit eos qui ante fuerant cultores ydolorum, vt ad eccleſię ſepta confugerent. Sagittas vero apoſtolos dicit qui prædicationum veritate, quaſi iacula pennata hominum pectora tranſfoderunt ſanitatem mentium ſacris vulneribus operantes. Et cōturbabis eos mōtes ſcilicet quos in verſu ſuperiore memorat. Glo. Cardi. Deinde propheta aduentum Chriſti precatur, & ad patrem conuertit verba dicens.

8 EMitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis & de manu filiorum alienorum.

(Emitte inquit manum tuam.) Caſſio. Glo. Cardina. Id eſt Chriſtū quē venire precatur Ipſe enim manus eſt patris per quem facta conſtat vniuerſa. Emitte inquam manum tuam, de alto id eſt de poteſtatis excelſo, vbi eū patre regnat parilitate virtutis & vnitate ſubſtantiæ vt induat carnem. Hiero. De cœlo ſiquidem mittit manum ſuam in terram, & tamen de cœlo non recedit. Glo. Demum ex perſona eccleſię ſubdit, (eripe). q. d. (Emitte manum tuā & per eā eripe me & libera me de aquis multis). Caſſio. Id eſt de populis vndoſis & quaſi procella ſæuiſſima concitatis. Auguſti. Glo. Foris & intus impugnantibus. Caſſiodo. Sed a quo populo ſe petierit liberari ſubiecit dicens (Et de manu filiorum alienorum). Glo. Caſſiodo. Id eſt de poteſtate eorum qui fidelibus parcere neſciūt quia de diabolo generantur & filijs dei aduerſantur. Recte igitur diaboli filij alieni dicuntur a filijs dei, quia hæreditatem cum ipſis in cœlo nullam habent. Augu. Glo. Vel de ſecundo aduentu agit in perſona eccleſię. q. d. Ita fac modo, in fine autem, emitte manum tuam de alto, id eſt Chriſtū de cœlo ad iudicium cętera non mittantur. Gloſa. Conſequenter exagerat filiorum iſtorum malitiam dicens. — filii alieni.

9 QVorum os locutum eſt vanitatē, & dextera eorum dextera iniquitatis. ✠ — ✠ Hebr. mēdacii.

Caſſiodo. De ipſis enim adhuc populis hoc dicit a quib⁹ ſe petijt debere liberari, vt quāto illi ſunt crudeles & peſſimi tāto iſte celeri⁹ audiatur. Quorum os inquit locutum eſt vanitatem, quoniam a diuinis regulis declinare preſumunt. Vanum eſt enim omne quod veritati contrarium eſt. Cardi. Vel locutū eſt vanitatē, vanū ſcilicet amorē terrenorum mundanis hominibus ſuggerēdo (Et dextera eorum dextera iniquitatis. Hierony). Vtrūq; enim condēnatur & os & man⁹, & ſcientia & opera eorū. Caſſ. Et quāuis dextera frequentiſſime in bonis ponatur impiorum tamen ſic iniquām dicit vt poti⁹ ſiniſtra eſſe videatur, nam ipſi proſpera æſtimant quecunq; virtuti contraria ſunt. — loqui vanitatem. — Dextera

10 DEus canticum nouum cantabo tibi, in pſalterio decacordo pſallā tibi. — D iuiſio.

Caſſiodo. Glo. Secunda pars in qua poſt liberationem ſpiritualium nequitiarum per nouum canticum propheta gratias agere domino pollicetur (Deus inquit canticum nouū cantabo tibi). Glo. Cardi. Id eſt noui hominis canticum noui teſtamenti canticum de noua gratia. Caſſiodo. Quod nouum canticum ideo dicitur, quia dum Chriſt⁹ a Iudęis non eſt receptus quibus promiſſus fuerat tranſiuit a gētes. Nouum etiam eſt quod nos corpore & ſanguine ſuo ſaginare dignatur. Nouum pariter quod per aquam regenerationis abſoluit & his ſimilia que per aduētum domini noua inſtituti ne patuerunt. Hierony. Non autē dicit cāto, ſed cantabo, quia in preſenti ſcit certamē eſſe non canticum, vnde nunquam cantat exercitus niſi quando vicerit. Ergo quoniam in preſenti pugno non mihi vacat cantare, cum autem vicero tunc cantabo (& in pſalterio decacordo pſallam tibi). Gloſa. Cardi. Id eſt in lege decem preceptorum. Caſſiodo. Pſalterium enim decem corda rum eſt decalogus qui datus eſt tribubus hebręorum, & ideo vt ambo teſtamenta vnū habere manifeſtaret auctorem, in vtriſq; ſe Chriſto domino pſallere compromiſit. Glo. Cardi. Vel pſalterium decem cordarum eſt charitas quæ eſt plenitudo legis qua qui caret pſalterium quidem portare poteſt cantare non poteſt, ſequitur. — ſcda ps.

QVi das ſalutem regibus qui redemiſti Dauid ſeruum tuū de gladio maligno eripe me. xi

Glo. Cardi. q. d. Tibi cantabo qui das ſalutem regibus, id eſt montibus iam fumigantibus. Hiero Caſſiodo. Vel per reges iuſtos homines ſignificat & veraces qui regnat adiutorio domini corpora ſua, & in ſeruitutē redigunt quibus dominus dat ſalutem cum eos a vicijs carnalibus liberos facit de quibus in prouerbijs dicitur dat regnum regibus (Qui redemiſti Dauid ſeruum tuum). Caſſio. Iſtud ad literam ad pugnam reſpicit Golię. Gloſa. Cardi. Vel per Dauid totum Chriſtum intelligit caput ſcilicet & corpus. Caſſiodo. Vnde ſpiritualiter de redemptione a vicijs intelligitur. Glo. Et tu qui hæc facis (de gladio maligno eripe me). Caſſiodor⁹. Id eſt de gladio diaboli qui malign⁹ eſt quoniā diuidit a bonis. Eſt enim gladi⁹ Chriſti qui benignus dicitur, quia diuidit a malis. Auguſtinus. Glo. Hugo cardinalis. Et ideo hic addidit maligno quo illi loquntur vanitatē vnde alibi, & lingua eorum gladius acutus. Quos ergo ſuperius dixit aquas hic dicit gladium, vnde & hic ſubdit quod ibi dixit. — regū nomine.

12 ET erue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. ✠ — ✠ Hebr. mēdacii.

Caſſiodo. Glo. Hug. car. Hunc enim verſum & in prima parte iam dixit quem ideo hic repetit vt de

teſtabiliores iniquos homines reddat ipſa gemi-
natio, conſequenter vero ponit qui ſunt alieni, &
quæ illorum dextera iniquitatis & qualiter, locuti
ſunt vanitatem, dicens.

xii vt ſui f... noſtri quaſi pla... tio cre... centes.
QVorum filij ſicut nouellæ planta-
tiones in iuuentute ſua.

(Quorum inquit filij ſicut nouellę plantationes.) Gloſa. Cardi. i. filij eorum ſunt nouella plantatio qui nō de apoſtolis ſunt fundati, ſed de perverſione nouitatis generati. Caſſiodo. Filios enim eorū dicit eos qui praui dogmatis prędicatione generātur, qui propterea nouellis plantationibus exequantur, quia nulla veteri & a patrib⁹ tradita prædicatione viguerunt, ſed exquiſitis nouellis erroribus pullularum. Hierony. Plantatio enim hęreticorum non eſt de veteri lege, non eſt de prophetis, non eſt de apoſtolis ſed de nouis magiſtris ſuborta. Glo. Car. Vel ad litteram hæc & quę in quatuor alijs verſibus ſequuntur intelliguntur de inimicis de quibus ſupra factus eſt ſermo qui terrena habent pro dextera quorum filij ſunt pulchri & fortes ſunt nouelle plantationes in iuuentute ſua.

14 ✠ Hebr. quaſi anguli.
FIlię eorū compoſitę ✠, circūornatæ vt ſimilitudo templi,

Car. Ad literam, id eſt curioſę ſunt, & ornatæ ſicut imagines depictæ in tēplis vt arte iuuent ſpeciē. Hierony. vel filiæ eorum ſunt verba hęreticorum quę ſunt compoſita & ornata ſapientia ſęculari. ſed quia filiæ ſunt non filij vires non habēt. Caſſiodo. Filię quidem ſunt non naturaliter pulchrę ſed hominum voluntate compoſitę. Hiero. Sunt etiam circumornata, vt ſimilitudo templi, & pulchre dicit vt ſimilitudo templi, non enim habent veram eccleſiam aut templum ſed ſimilitudinem templi. Caſſiodorus. Similitudo autem non habet veritatem, ſed alicuius rei ſubſiſtentis portat imaginem.

15 ✠ Hebr. noſtra. ✠ Hebr. ſuperfundantia.
PRomptuaria eorum ✠ plena eructantia ✠ ex hoc in illud.

Cardi. Ad literam promptuaria, id eſt cellaria eorum plena ſunt vino oleo & frumento, eructantia, id eſt ſuper effundentia ex hoc in illud in quo tangitur proſperitas in terrę naſcentibus. Caſſiodo. Idem. Hieronymus. Glo. Vel prōptuaria iſta ſunt hæreticorum corda vbi diuerſarum rerum ſpecies vel doctinarum epulæ repoſitæ ſunt, & inde emittunt diuerſas eructationes quos ſi authoritate conuincas ad interpretationum nequitias transferūtur & ad ſophiſtarum ſe calumnias verſuciaſq; cōuertunt, & ſi eos in ſcripturis tenueris ad Ariſtotelem fugiūt vel Platonem, & ſic ſemper vagi & inſtabiles ſunt quia radicem non poſſunt habere veritatis.

prōptuaria.

16 ✠ alia li. pecora noſtra in milibus et innumerabilia in cōpitis noſtris tauri noſtri pingues
OVes eorum fœtoſę ✠ abundantes in egreſſibus ſuis, boues eorum craſſæ.

Card. In hoc etiā ad literam tangitur proſperitas eorum in animalibus. Glo. Card. In quo vult eos oſtendere caducis inhærere, quaſi dicat. Peculium eorum eſt fœtoſum cū ipſi ſint fide ſteriles (oues inquit eorum fœtoſæ). Hugo cardi. Id eſt fœtib⁹ plenæ, hoc eſt agnis abūdantes in egreſſibus ſuis quando exeunt de ouili. Caſſiodo. Abūdans quippe dictus eſt ab vnda quaſi redundans, ipſa quoq; pecora quę habere cernūtur non dixit eos in ingreſſib⁹ ſed i egreſſib⁹ poſſiderūt, quia totū ab eis egreditur quando ipſi quoq; perituri eſſe monſtrātur. Hiero. Vel ideo dicit in egreſſibus quia hęretici non ingrediuntur eccleſiam ſed egregiūtur pulchre autem dicit boues eorum craſſæ quorum deus venter eſt & gloria in confuſione eorū. Caſſiodo. Glo. Vel ad literam in hoc affluens facultas eorum oſtenditur quorum boues non aſſiduo labore macri ſed delicioſa ocioſitate piguiſſimi ſūt, ipſi vero veritate tenues atq; ieiuni eſſe monſtrantur, ſequitur.

NOn eſt ruina maceriæ neq; tranſitus neq; clamor in plateis eorum. ✠ xvii ✠ Hebr. noſtris.

Caſſiodo. Cardi. Maceria eſt clauſura murorū ſine cemento quæ claudit vineas vel ortos, in quo notatur tanta eorum fœlicitas, q ipſa maceria non ruit quamuis ſit ſine cemento. Non eſt inquit ruyna maceriæ, neq; tranſitus aduerſariorum, neq; clamor alicuius aduerſitatis in plateis eorum, ne ſomnus eorum importuna loquacitate rumpatur, ſed ſilentium fit cum volunt quieſcere. Hiero. Vel de hæreticis hic ait. Non eſt ruyna maceriæ, difficile enim hęreticū inuenis imperitū. Omnes enim magiſtri ſunt & ſcientia ſęculari inſtructi, & inimici doctrinis apoſtolorum. Si tecum diſputant verba eorum breuia ſunt ſic artificioſo ſermone concluſa vt euadere inde difficile ſit. Cū enim te ligauerint & clauſerit ſillogiſmis ſuis, & quaſi maceriam ſillogiſmū texuerint teneris incluſus nō potes exire. Nō eſt ruyna neq; tranſitus. Cūq; eis conſenſeris & ibi concluſus fueris eris in plateis eorum, & in lata via quæ ad infernum ducit, & nō in anguſta via quæ ducit ad vitam, quę eſt tranſitus ſanctorum. Neq; clamor Ieſu qui ad ſe omnes vocat in plateis hæreticorum eſt, ſed in anguſta via. Lyra. Vel in his verſibus ab illo loco, quorum filij vſq; hic, Dauid pſperitatē filiorū Iſrael depoſcit quaſi dicat vt ſint filij Iſrael iuuenes ſicut nouellę plantationes, & reliqua quę ſequuntur ad ſenſum litere, vel alij exponūt iſtud de Philiſtęis coniungendo literę præcedenti, quia ipſi gloriabantur, vt iſti expoſitores dicunt de multitudine & pulchritudine prolis, & de alijs quę hic ſequūtur, de quibus ſe iactabant, & in hoc beatitudinem ſuam ponebant, vnde ſequitur.

maceria quid.

Fucatus hereticorum ſermo.

BEatum dixerunt populum cui hęc ſunt, beatus populus cuius dominus deus eius. xviii

Glo. Hugo cardi. Filij namq; alieni habentes pręmiſſa, (beatum dixerunt populum cui hæc ſunt) ſed ego dico inquit propheta (beatus populus cuius dominus deus ei⁹) id eſt qui ſeruit domino fideliter & deuote. Glo. Non autem in his reprehēdit eos qui iſtis abūdant, ſed eos qui illa pro dextera habent. i. pro beatitudine. Et hęc eſt vanitas quam locuti ſunt filij alieni. His enim. Abraham Yſaac, Iacob & cætari patres plures abundauerūt non tamen his pro dextra vſi ſunt. Hieronym⁹.

Multi itaq; neſcientes, beatos tales hæreticos ſcilicet putant. Et dicunt beatum populum cui hæc ſunt. Nos autem dicamus. Beatus populus cuius eſt dominus deus eius, quia ille eſt beatus qui pro omnibus diuitijs habet Chriſtum & illum diligit & cui dominus dominatur.

Beatus quid eſt.

¶Pſalmus.cxliiij.

¶Titulus.

Laudatio ipſi Dauid.

Lyra. Dauid fecit hunc pſalmum ad dei laudem cũ cãtico & exultatione.

Caſſiodo. Glo. Breuiter continet hic pſalm⁹ quæ in ſcripturis diuinis ad laudem dei pertinentia late diffunduntur, vbicũq; enim de laudib⁹ dei agitur legitur vel opera vel potẽtia, vel aliquid cætero ad cuius prӕconia ſequentes pſalmi pertinent qui cum iſto ſeptem ſunt, vt ſeptem ſunt ſpiritus gratiarum qui laudes concinũt ſicut in Apocalipſi legitur. Et in his ſufficiẽter docemur quomodo velit deus laudari, ne quis in ei⁹ laude errare poſſet. Sicut enim ſunt ſeptem pſalmi pœnitẽtiales, ſic & ſeptem ſunt pſalmi laudis, iuxta illud quod prӕcepit dominus Moyſi in tabernaculo ſeptem lucernas ponere perpetuo lumine lucẽtes. Et eſt ſenſus tituli. Hæc laudatio fit ipſi Dauid, id eſt Chriſto qui de ſemine Dauid natus eſt, intentione auctem monet ad laudem. ¶Et diuiditur in tres partes. In prima propheta præmittit infinitam laudem. In ſecunda omnes perfecturos dei laudẽ nouem modis dicit, ibi Generatio. In tertia eadem latius explicat, ibi. Miſerator & miſericors dominus. Gloſa. Propheta ergo in Perſona eccleſiæ ſeptiformi ſpiritu plene laudem promittit dicens.

Diuiſio pſalmi.

1 Aleph. EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſeculum & in ſæculum ſæculi.

(Exaltabo te inquit.) Caſſiodorus. Glo. Id eſt notum te faciam prædicando quod es, nam quemadmodum putetur aliqua laude deus altior fieri cũ diuina perfectio non poſſit augeri. Lyra. Exaltabo te dico deus per creationem. Me⁹ per fidem & ſpecialem deuotionem. Rex per omnium gubernationem, rex enim dicitur a regendo. Hierony. Vel regem eum dicit, quia eum iudicem mũdi nouit. Caſſiodo. Vel cum dicit rex meus profeſſio fuit. Caſſiodo. Vel cum dicit rex meus profeſſio fidei eſt quoniam ab ipſo ſe dicebat regi cui ſe no⁹ uerat pura mente famulari. (Et benedicam nomini tuo.) Lyra. Non benedictione conſecrationis quӕ a maiore minori impenditur ſed benedictione gratiarum actionis & laudis quӕ a minore maiori exhibetur. Gloſa. Benedicam ergo nomini tuo, id eſt laudabo te. Caſſiodorus. Benedicere enim nomen eius eſt per pſalmodiæ gratiã illi ſupplicare, quod qui fecerit, & in æternitate eum laudare merebitur. Et ideo ſubditur in ſeculum & in ſeculũ ſæcũli, vbi iam nullus eſt finis, ſed quod hic fœliciter incipitur ꝑpetua iocũditate ſeruatur. Idẽ. Gl. Qui vero hic nõ icipit i futuro mut⁹ erit Deinde qđ dicerat in ſæculũ ſeculi exponit dicẽs.

Duplex per ſit benedictio.

2 Beth. PEr ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

(Per ſingulos dies inquit benedicam tibi.) Augu. Glo. Cardi. Id eſt ſine intermiſſione in lætis & triſtibus, lauda ergo & benedic dominũ deũ tuũ per ſingulos dies, vt cũ finiti fuerit ſiguli dies & venerit ſine fine dies eris ex laude in laudẽ ſicut itur ex virtute in virtutẽ. Vnde ſequitur (& laudabo nomẽ tuũ in ſæculũ & in ſæculũ ſæculi.) Gl. Caſſ. De hac laude alibi dicitur, in ſæcula ſeculorum laudabunt te, quia ſemper amabunt quem ſemper videbunt, qua viſione nihil delectabilius. Deinde cauſa laudis ſubditur, quia.

3 Gimel. MAgnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ eſt finis. ✠

+ Hebr. inuẽtio.

(Magnus inquit dominus.) Glo. Cardi. In eſſentia. Lyra. Vel magnus nõ magnitudine molis ſed virtutis. (Et laudabilis nimis). Idem. Id eſt pluſq̃ poſſit a creatura laudari. Glo. Hoc autem vno verbo dedit cogitare, quod nõ poteſt capi plene. Hiero. Et propterea quia ſine fine magnus eſt, ſine fine laudabilis eſt. Glo. Nunquam ergo ceſſemus a laudibus. Et (pro quia) magnitudinis eius nõ eſt finis, quia incomprehẽſibilis eſt cogitatione vel loco. Caſſiodo. Cuius virtus inexplicabilis eſt Pietas incomprehenſibilis, ſapientia vero infallibilis. Cuius propterea vera deffinitio eſt finẽ in ſanctis laudibus nõ habere, vnde cum dicitur magnitudinis eius finem non eſſe nunquam nos prӕcipit ab eius prædicatione ceſſare.

ꝙ infinitus infinita debent ur.

4 Deleth. GEneratio & gñatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt.

Hebrai. generatio ad generatio nem laudabit ac dictiõs pais.

Glo. Car. Secunda pars in qua præmittit laudem dei nouem modis. Nouẽ enim ſunt modi, ſeu materia laudis. Opera ſcilicet potentia, magnificentia, ſanctitas, mirabilia, virtus terribilium, magnitudo, memoria & iuſtitia, ex quibus tanquam ex locis & ſeminibus trahitur omnis laus, ait ergo generatio & generatio id eſt omnis generatio. Repetitio enim dicentis in infinitum miſit animũ cogitantis. Hierony. (Generatio) quam fides protulit (Et generatio.) Idem. Quã Chriſti paſſio procurauit. Caſſ. Vel hoc ad duos populos debet applicari Iudæorum ſcilicet & gentium, ipſi enim ſunt qui domini bñficia ſuſceperũt. Glo. Agu. Vel (gñatio) qua in prӕſenti naſcuntur filij dei. Et generatio futura qua filij reſurrectiõis erũt laudabit opera tua). Aug. Gloſa. Quæ licet intueri vt tu laudẽris qui talia operaris. Si ergo in magnitudine defi cim⁹ cui⁹ nõ eſt finis, ſaltẽ inde operib⁹ laudem⁹ operãtẽ, de cõditis conditorẽ, de creaturis creatorem. Sequitur. (Et potẽtiam tuam pronũciabũt.) Aug. Car. Hic eſt ſecũdus locus laudis. q. d. laudabunt opera & in illis laudandis ꝓnunciabũt potentiã tuã. Non enim opera laudant niſi virtutẽ operantis annunciẽt, ſed quidam eloquẽtes creaturam laudant creatoris obliti ſancti vero laudatores, ſi opera amant & laudant, & hoc propter illum amant. Sequitur.

quot modis ad dei laude m.

5 He. MAgnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquẽtur, & mirabilia tua narrabunt. ✠

+ Hebr. loquar.

Glo.Cardi.Vbi cum dicit magnificẽtiam glorię, tertius locus laudis eſt, cum vero dicit ſanctitatis tuæ loquentur, ecce quartus. Et mirabilia tua narrabunt, ecce quintus. Hiero. Loquentur itaq; magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ, quia tu ſanctos nos eſſe vis dicẽs, ſancti eſtote quoniam ego ſanctus ſum. Et mirabilia tua narrabunt quę cotidie in eccleſijs operaris.

vi Vau. ET virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

Glo.Cardi. (Et virtutem inquit terribilium tuorum dicent.) Ecce ſextus locus laudis (Et magnitudinem tuam narrabunt) Ecce ſeptimus. Hiero Virtus enim Chriſti eſt terribilis cum impios vlciſcetur vt in Pharaone Magnitudo vero eſt cum iuſti erũtur, vt Iſrael ab aduerſarijs erutus eſt. Augu. Glo. Car. Dicent ergo virtutem terribilium, de impiorum punitione. Et magnitudinem de iuſtorum liberatione. Non enim tantummodo blanditur, ſed etiam punit & minatur, Blãditur vt exhortetur, minatur vt terreat & corrigat. Si enim non minaretur nulla eſſet correctio. Si vero non blandiretur nulla eſſet exhortatio. Dicent ergo virtutẽ diſciplinantis & puniẽtis, Et quia amabilis & terribilis eſt. Nam ſi prędicãt regnum ęternum, nõ tacent ignem æternum.

7 Zain. memoriam multe bonitatis tue loquentur. Hebrai. laudabunt. MEmoriam abundantię ſuauitatis tuę eructabunt, & iuſticia tua exultabunt. ✠

Gl. Car. Ecce octauum & nonum loca laudis (Memoriam inquit abundantię ſuauitatis tuæ eructabunt). Hiero. Quia eos fouere dignaris. Aug. Glo. Cardi. Ipſe enim per abũdantem ſuauitatem ſuã prius memor noſtri eſt nos vocãdo. Et gratia ſua nos præueniẽdo. Vnde nos eius memores eſſe debemus eructando memoriam ſuauitatis ſuæ. Non autem dicit manducabunt ſed eructabũt, nam mãducat qui diſcit. Eructat vero qui docet, hoc tamẽ eructuat quod mãducat. Sequitur (Et iuſtitia tua exultabũt). Hiero. Quia in impios vlciſceris. Car. Et quia tu ſolus iuſtus punis malos & corrigis bonos. Auguſti. Glo. Tua autem non ſua dicit. q. d. Nemo deo tribuat quia eſt & ſibi quia iuſtꝰ eſt ſed totum illi det totum illi tribuat & in toto laudet ipſum.

3 Beth. MIſerator & miſericors dominus patiens & multum miſericors.

Tertia pars. Glo. Cardi. Tertia pars in qua latius explicat quę breuiter expoſuit. q. d. in his quę dicta ſunt merito laudabunt, quia (miſerator & miſericors dominꝰ.) Car. (Miſerator) effectu (miſericors) natura. Lyra. Vel miſericors quantum ad effectum. Caſſiodorus. Nam quod miſericors dicitur, naturę ipſius eſt virtus, ꝙ miſerator fragilitati noſtrę cauſa ſalutis eſt. Miſericors itaq; eſt cum creat quia nullis beneficijs prouocatur vt præſtet, miſerator vero cum res cadentes ſua pietate reconſtruit, vt qui p culpam corruunt, per gratiam ſubleuãtur (patiẽs) Glo. Card. Lyra. Quia tollerat peccatores vt conuertantur nec ſtatim eos punit. Caſſiodo. Exceſſus enim humanos qui puniri poſſent lege iuſticię per patientiam ſuſtinet, quia non vult mortẽ peccatorũ, ſed vt magis conuertantur & viuant. Aug. Gl. Car. Vel miſerator & miſericors eſt his quibꝰ iam veniam dedit, per quod laudant & exultant, & eſt patiens his quibus nõdum dedit, ſed expectat vt det (& multum miſericors.) Glo. In quo iterum repetit de miſericordia. Lyra. Tamen totum benefacit ſecundum ordinem ſuę ſapientię. Gloſa. Hugo cardinalis. Eſt inquam multum miſericors. Et generaliter.

SVauis dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. 9 Teth. Alias bonus.

Caſſiodo. Quid enim magnificentius ꝙ ſuauem eſſe vniuerſis qui tamen eum deuotis ſenſibꝰ ipſiꝰ munere guſtauerunt. Glo. Card. Suauis namq; eſt vniuerſis) bonis ſcilicet & malis, ſed maxime guſtantibus. (Et miſerationes eius ſuper omnia opera eius.) Aug. Gl. Car. Vnde ſi tollas opera tua mala & non in te remaneant niſi opera eius, non te dimittet miſeratio eius. Si autẽ non dimittis erit eius ſæueritas in opera tua cum dicet ite maledicti in ignem ęternum. Caſſiod. Si ergo dicis quare peccatores damnat, hoc ideo facit quia ſua opera non fecerunt ipſe enim per miſericordiam coronat, quod in nobis gratia ſua operatur. Illud vero damnat, quod dyabolo machinante conſtruitur. Gloſa. Et quia miſeratio eſt ſuper omnia opera tua. Ergo. Quibus ſuauis eſt deus

COnfiteantur tibi domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. 10 Ioth. Diuiſo.

Glo. Car. Lyra. Confiteantur tibi (inquit) domine omnia opa tua, id eſt laudet te omne quod eſt, vel per ſe, vel rationales creaturas. Ea enim quę non habent ſenſum laudandi, ſunt tamen materia laudis intelligibilibus creaturis. Caſſiodo. Vt iumenta, ſaxa, ligna, terra, vel his ſimilia, quæ omnia confitentur, dum ſuum glorificari faciũt auctorem qui omnia admirabili diſpoſitiõe perfecit (& ſancti tui benedicãt tibi.) Idẽ. i. boni angeli, dominatiões, poteſtates, & principatꝰ vel iuſti homines. Lyra. i. fideles cõſecrati p ſacramẽta noui teſtamẽti quę ſunt efficacia ad ſanctificationem. Hieronymus. Vt per ſanctos qui te iugiter benedicunt intelligaris omnium eſſe creator & cõditor. Gloſa. Hugo cardinalis. Deinde quid confitendo dicant ſubdit.

GLoriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. 11 Caph.

Hugo cardinalis. Gloriam inquit regni tui dicẽt id eſt ꝙ glorioſum eſt regnum tuum. Caſſiodorus. Gloſa. Et ꝙ mirabilis ſit deus qui fecit cœlum & terram. Eaq; diuerſis bonis ſtupenda varietate cõpleuit. Hieronymus. Vt per hoc deus ab omnibus deſi deretur (& potentiam tuam loquentur. Idem. Vt ab omnibus timeatur. Auguſtinus. Loquentur itaq; ꝙ potens ſit deus qui fecit terram & impleuit eam bonis. Qui dedit vitam animalibus & ſemina diuerſa terrę viſceribus. Glo. Hæc inquã loquentur ad hoc.

12 Lamech ✠ Heb. decoris regni ei.

VT notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentię regni tui.✠

Hierony. Ne excuſatio per ignorantiam adhibeatur, vt notam faciant inquit filijs hominum potentiam tuam. Caſſiodo. Glo. Sanctis enim prædicantibus, nota facta eſt potentia dei qua vindicat in malis, & gloria regni qua coronat bonos, ne ignorata minus quæreretur. Nota etiam facta eſt quando apoſtoli virtutes fecerunt, & per notitiam vtriuſq; quidam timore pœnæ quidam ſpe glorię conuertuntur & nota ꝙ poſt potētiam cōmendat decorem regni, dicens quod ideo facit vt potentia nominata amātē nō terreat, habet enim regnum quo delectemur, de cuius magnitudine, ſubdit.

xiii Mem.

REgnum tuum regnum omnium ſæculorū, & dominatio tua in omni generatione & generatione.

Glo. Hugo car. Regnum tuum inquit regnū omnium ſæculorum. q.d. Non huius ſæculi regnum prędicari ab eis dico, quod habet decorem, ſed nō eſt ibi, magnitudo decoris, ſed regnum tuū quod eſt omnium ſæculorum, id eſt in ęternum. Caſſiodo. Glo. Si enim magnum eſt ad tempus imperare. Maius eſt dominationis terminum non habere. Hiero. Regnum autem tuum regnū eſt omnium ſęculorum, quia omnia ſæcula huius regni dominatione voluūtur (Et dominatio tua in omni generatione & generatione.) Glo. Hugo cardi. Per ſucceſſionem, vel in hac generatione, & futura. Augu. Vel regnum iſtud eſt regnū cœleſte vbi de omni generatione & ſæculo vna generatio erit æterna, & vnum ſolum æternaliter glorioſum regnum. Lyra. Cuius (vt euangeliſta teſtatur) non erit finis.

14 Num.

FIdelis dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnib⁹ operibus ſuis.

Hierony. Fidelis (inquit) dominus in omnib⁹ verbis ſuis quia omnia quę per prophetas locut⁹ eſt adimpleuit. Glo. Cardi. Et quicquid promiſit dedit, & per data fidem fecit cęteris dandis quæ promiſit, & quaſi in cyrographo ſcribi fecit. Lyra. Vnde ſemper implentur eius promiſſa & non tranſeunt in vacuum (& ſanctus in omnibus operib⁹ ſuis.) Caſſiodo. Glo. Card. Idem. Nam ſicut verax eſt in promiſſis ita ſanctus in omni operatione. Hieronymus. In quo inſtruimur vt ſicut ille ſanctus eſt ita & nos qui opera eius ſumus ſancti efficiamur in illo.

15 Sameck. Alias ſuſtentat.

ALleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos.

Hierony. Alleuat (inquit dominus omnes qui corruunt.) ne in æterna ruyna mergantur. Augu. Caſſiodo. Glo. Cardi. Alleuat dico eos qui nondum corruerunt, ſed corruere incipiunt, quos omnes alleuare dicitur, non ꝙ omnes alleuet, ſed quia quicunq; alleuantur hoc fit per eum, alleuare autem dei dicitur miſereri. Lyra. Qui corruētes in culpā ſemper paratus eſt releuare quantum in ſe eſt, licet aliquando tenuant (& erigit omnes eliſos.) Caſſiodo. Glo. Qui iam ruynam ſuſtinuiſſe noſcūtur, & merito ipſe hæc facere dicitur, quoniam ne cadam⁹ ipſo cuſtode defendimur, vt vero proſtrati ſurgere valeamus, eius virtute ſubleuamur. Hieronymus. Erigit itaq; eliſos, quos corporeę voluptatis precipitauit ſtimul⁹, ſi tamē pœnitentiā agāt. Glo. Et quia hæc facis, ideo.

OCuli omnium in te ſperant domine, & tu das eſcam illorum in tempore oportuno.✠ xvi Ain. ✠ Heb. ſua.

Augu. Caſſiodo. Glo. Car. Oculi inquit, id eſt intentiones omnium in te ſperāt domine, hic enim de iuſtitia lati⁹ agit vt qui miſericordem audit iuſtum timeat Et quia iuſtitia eſt vt ſperantes ſaciet corporaliter & ſpiritualiter, & vt qui in ipſo ſperare non deſinunt, ab ipſo ſacietatis munera conſequantur, ideo addit (& tu das eſcam illorum. Glo. Cardi. Corporalem & ſpiritualem. Caſſiodor⁹. Vel per eſcam vniuſcuiuſq; rei cōtinētia debet intelligi, alia enim corporaliter, alia ſpiritualiter expetunt gubernari, ſed his omnibus vna eſca, eſt largitas diſpēſata creatoris, & ne crederes ſemper dādum eſſe quod petitur adiecit (in tempore oportuno) Multi enim petunt, ſed ſalubriter differuntur. Glo. Augu. Dat enim medicus ęgro quod conuenit, & quando conuenit non vt æger deſiderat & petit, ne obſit ſi det. Hugo cardinalis. Quam autē eſcam det ſubiungit.

APeris tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. xvii Pe ✠ Heb. refectione.

Glo. Cardi. Aperis inquit tu manum tuam, id eſt benignitatem potentię tuę, quia omnia in tua poteſtate ſunt. Caſſiodo. Per manum enim eius intelligimus poteſtatem in qua omnium creaturarum vita conſtituta eſt & eſſe (Et imples omne animal benedictione.) Car. Lyra. Id eſt conuenienti refectione. Caſſiodo. Glo. Omne animal dico rationale ſcilicet quod poteſt benedici. Auguſtinus. Glo. Et ſi non das aliquando, das tamen in oportunitate, quod ſi differs non tamen aufers. Sequitur.

IVſtus dominus in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. xviii Sade.

Caſſiodo. Glo. Ipſo nomine iuſtitiam aperit vt manifeſte oſtendatur hic laus de iuſtitia eſſe iuſt⁹ inquit dominus in omnibus vijs ſuis. Caſſiodo. Viæ domini ſunt diſpoſitiones & volūtates quas ſi vere intelligimus ſemper iuſtas eſſe ſentim⁹. Augu. Glo. Nam & quando cędit & quando curat iuſtus, eſt & apud eum iniquitas non eſt ſic confeſſ⁹ eſt Daniel, ſic omnes ſancti dominum in ſuis tribulationibus laudauerūt, laudauerūt vtiq; flagellantē, & ſic ſenſerūt cibātē. Nemo ergo putet eum iniuſtum, quādo, mali aliquid forte patitur, ſed ip ſi⁹ iuſtitiā laudet & ſuā iniuſtitiā accuſet, ſequitur (Et ſanctus in omnibus operibus ſuis) Glo. Card. Sanctus inquam eſt, quia pius patiēs & dator omnium bonorum eſt vir autem pertinēt vt dictum eſt ad diſpoſitionem, operatio vero ad effectū, ſed hoc pro noſtra imbecillitate diuiditur, nam apud illū hoc eſt velle quod facere, hoc diſponere quod

iubere,quia ex eius voluntate res habent eſſe.Et.

xix Coph. PRope eſt domibus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.

Hie.ꝑpe eſt ĩquit dñs omnib⁹ inuocãtib⁹ eũ,ipſe ſcilicet qui ait,ego ſum de⁹ de prope,& nõ deus de longe. Caſſiodo.Glo.Hugo cat. Qui prope dicitur,id eſt proximus quando eſt propicius,irat⁹ vero longinquus,Augu.Glo. Prope dico omnibus inuocantibus eum, qui & ſi non ſtatim facit quæ petũt,ideo non magis facit quia prope eſt, & hoc de iuſtitia ſumitur.Caſſiodo. Sed quoniam & illi inuocant qui ſua cupiunt deſideria vana implere, additum eſt(omnibus inuocantibus eum in veritate. Auguſtinus. Glo. Non ſecundum vana deſideria quæ aliud q̃ ipſum quęrunt.Caſſio.Sed omnibus inuocantibus eum in veritate. Nam ille ſolus veraciter inuocat qui ab eo petit quæ ipſe poſtulanda docuit & profutura nouit.Lyra. Hij autẽ qui enim pie, id eſt de pertinentibus ad ſalutem inuocant, fideliter & perſeueranter exaudiuntur tempore tamen debito,ideo ſubditur.

deũ qui inuocat.

20 VOluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet & ſaluos faciet eos.

Augu.Voluntatem inquit timentium ſe faciet.Et ſi non faciat ad horam tamen faciet, nam certe ſi ideo times deum vt tu facias ipſius voluntatẽ,ecce & ipſe quodãmodo miniſtrat tibi & facit voluntatem tuã. Lyra. Voluntatem dico timentium eum timore filiali qui eſt annexus charitati quia tales ſupponunt voluntatem ſuam diuinę voluntati,& ſic ſicut diuina voluntas impletur ita & ſua(Et deprecationem eorum exaudiet.)Idem.Cardi. Dum modo ſit pia pro ſe & perſeuerans(& ſaluos faciet eos). Idem. In pręſenti & in futuro ſalute æterna. Hiero.Saluos enim eos in pręſenti facit dum eos eruit vel ab inſtigatiõe dyaboli vel ba ardore peccati. Augu. Ad hoc autẽ exaudi ſicut medicus vt ſaluos faciat. Glo.Deinde cõcludit de iuſtitia dicens.

xxi Sin. CVſtodit dominus omnes diligentes ſe, & oẽs peccatores diſperdet.

Caſſiodo. Vtrumq; enim iſtorum ad domini pertinet ęquitatem vt ſcilicet diligentes ſe cuſtodiat: & peccatores pro eorum iniquitate diſperdat. Cuſtodit inquit dominus omnes diligentes ſe. Hierony.Qui ſcilicet dilectionem eius mundanis delectationibus prætulerunt. Glo. Cardina. In quo apud eum ſuauitas eſſe oſtenditur.(Et omnes peccatores diſperdet.)Hiero. Qui ſcilicet amori eius amorem ſæculi prępoſuerunt. Car. Glo. In quo apud eum eſſe ſæueritas demonſtratur. Caſſiodo. Quod autem dicit omnes peccatores eſſe perdendos hoc de illis intelligit qui in ſua obſtinatione perſiſtũt. Lyra. Et ĩ mortali peccato decedũt quos diſperdet perditione gehennę. Sequitur.

22 Thau. LAudationem domini loquetur os meum & benedicat omnis caro nomini ſancto eius, in ſæculum & in ſæculum ſæculi.

Cardi. Glo. Caſſiodo. Expoſitis enim omnibus locis laudis ſequitur breuis concluſio qua concludit quod non poteſt explicari. Glo. Cardi. Quaſi dicat. Quoniam ita ſe habent. Ideo(Laudationem domini loquetur os meum.)Hierony. Nunc ſcilicet & in futurum retributionis tempore. Lyra. Et ſuo exemplo alios pariter ad laudem inuitat dicẽs. (Benedicat omnis caro nomini ſancto eius.)Card. Glo. Id eſt omnis homo cũuerſus ad deum. Lyra. Per carnẽ enim homo in ſcripturã ſacra ſæpe intelligitur vt eſt illud. Et recordatus eſt quia caro ſunt. Et illud, Non permanebit ſpiritus meus cũ homine in æternum,quia caro eſt. Hierony. Vnde quod dicit omnis caro non ad inſenſibilia,ſed ad omne corpus eccleſiæ quod nos ſumus refertur, qui deum laudare,benedicere, extollere & prędicare debemus,per quem viuimus, per quem alimur & ſumus in ſæculum. Glo. Cardi. Id eſt in præſenti. Et in ſæculum ſæculi)id eſt in futuro. Lyra. Et ęternaliter vbicunq; enim fit talis replicatio hui⁹ dictionis,ſæculum æternitas deſignentur, ſecundum opinionem hebræorum.

carnis nomine.

¶Pſalmus.cxlv.

¶Titulus.

Alleluya.

Caſſiod. Glo. Propheta ĩ hoc pſalmo hortatur animam ad laudem dei dicẽs in hominib⁹ nõ eſſe confitẽdum,ſed totam ſpẽ in domino eſſe ponendã. Ne aliquid ab eo peteretur tepide ſi & ali⁹ crederetur poſſe præſtare. Et diuiditur in tres partes. In prima ꝑpheta ſibi quaſi omnibus conſulit laudare, ne in vanis ocietur. Et quaſi acquieſcens cõſilio aſſerit ſe laudaturum, ibi vbi poterit plene. In ſecunda alios monet nõ ſperare in homine,ibi. Nolite cõfidere. In tertia docet omnium ſpem in omnipotenti ponendam,ibi. Beatus cui⁹ deus. Gl. Vir itaq; iuſtus animam ſuam ad laudem exhortans. Ait.

Lyra. Author hui⁹ pſalmi conſiderans ꝙ quãdiu filij Iſrael ſpẽ ſuã poſuerunt in domino bene ſuit eis, quãdo vero diffidẽtes de diuino auxilio recurrerunt ad humanum male. Ideo in hoc pſalmo declarat ꝙ nõ eſt in hominib⁹ ſed in deo confidendũ.

Pſalmi Diuiſio.

LAuda anima mea dominũ, laudabo dominnm in vita mea pſallam deo meo quãdiu fuero. 1

Augu. Glo. Cardi. Pars enim ſuperior animæ ſcilicet mens quę cogitat ſapientiam diuinam illi inhęrens & in illã ſuſpirans,videt quaſdam ſui partes perturbari motibus ſæculi, & cupiditate terrenorum ad exteriora rapi. Vnde eam ad interiora & ſuperiora reuocat,ſe ergo ſecundum ſenſualitatem exhortans animam, ſecundum rationem dicit,Lauda anima mea dominum quaſi dicat.Quid tibi placet in hoc ſæculo, vnde diuiſa es per tot ſecularum rerum amores. Collige te ad auctorem tuum vbi tibi erit pax & ſecuritas(lauda ergo anima mea dominum.)Hiero. Non dicit lauda corpus ſed lauda anima, non ꝙ corpus damnauerit ſed quia carnis opera condẽnauit. Lyra. Vel ideo dicit lauda anima, quaſi dicat non laudent labia

tantum,ſed anima.Auguſtinus.Hieronymus.Glo ſa.Deinde reſpōdet anima menti,ipſa enim ſe hortatur,& ipſa reſpondet, dicens (laudabo dominum in vita mea.) Hieronymus.Caſſiodorus. Laudabo dicit,non laudo.Modo enim laudare nō poſſum quia peccatis premor,& quotienſcūq; labia in laudes dei aperio,totiens illa conglutinat conſciētia peccatorum,ſed tunc quando,ſcilicet quando cum domino meo fuero,tunc. (Laudabo dominum in vita mea.)Glo. AEterna,ſcilicet quæ vere vita eſt. Hieronymus.Nunc enim in morte ſum,& laudare non poſſum (vel laudabo dominum in vita mea , id eſt in Chriſto,qui eſt vita noſtra.Caſſiodo.Glo. Illic ergo laudabo dominum,in pręſenti vero vita pſallam deo meo quandiu fuero.)Hugo car. Id eſt dum vita viuam ſuper terram.Hieronym⁹.Vel ideo dicit quādiu fuero,quia quando iuſte aliquid agimus,ſumus,quando peccamus,eſſe deſiſtimus. Caſſiodorus.Hugo cardinalis. Quod autem dicit pſallam,ad bona opera pertinet.Sequitur.

2 NOlite cōfidere in principib⁹, nec in filijs hominum,in quibus non eſt ſalus.

Secūda pars. Hugo cardinalis.Gloſa.Secunda pars,in qua monet ſperandum non eſſe in hominibus,ſed in deo, quaſi dicat.Ego laudabo,vos autē puſili qui nondum de deo ſperatis(Nolite confidere in principibus.)Caſſiodorus.Gloſa.Id eſt in dęmonibus qui ſunt principes tenebrarum harum, qui temporalia amare ſuadent.Hieronymus.Vel nolite confidere in principibus generaliter,non in imperatore,non in præfectis,non in iudicibus ſæculi,non in filijs hominum,in quibus non eſt ſalus.Caſſiodorus.Per filios enim hominum,ſignificat mortales,qui ſalutē dare non poſſunt,quia debita morte ſuccumbunt. Idem.Auguſtin⁹.Gloſa.Vnde ſolus eſt filius hominis,id eſt ſanctæ virginis,qui tribuit vnicuiq; ſalutem. Non quia filius hominis eſt,ſed quia filius dei eſt,nec propter illud quod ſuſcepit ex te,ſed propter illud quod ſeruauit in ſe. Caſſiodorus.Deinde cauſam reddit cur dixerit,in hominibus non eſſe cōfidendū,cum ſubditur,q.

3 EXibit ſpiritus eius & reuertetur in terrā ſuam,in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

(Exibit inquit.)Hugo cardi.Gloſa. Subito quando non vult,vel quādo neſcit(Spiritus eius.)Hieronym⁹.Caſſiodo.Id eſt anima eius,quæ poſtquā egreſſa fuerit de clauſtro corporis,in terrā remeat caro defluēs,vnde ſumpſit initium,ideo addit(Et reuertetur in terram ſuam)vnde ſumpta eſt.Hieronym⁹.Non enim ſpiritus reuertetur in terrā,cum non ſit de terra,ſed egredietur ſpiritus,& homo reuertetur in terram ſuam.Hugo card.Anima ergo tanquā depoſitum reddēda eſt deo a quo eſt,ſicut corpus terræ vnde eſt(In illa die.)Glo.Hugo car. Mortis ſcilicet.Lyra. Dum anima ſeparabit a corpore.(Peribunt omnes cogitationes eorum.)Hugo car.Peribunt,id eſt fruſtrabuntur omnes cogitationes eorum.Caſſiodo. Quæ ſe in diuerſis ambitus ſæculi extendebant. Hierony. Tunc quoq; peribunt principum & hominum confidentia,& cogitationes illorum qui in eis ſperabant,hęc autem de illis dicit,qui confidunt in principibus,ſed de ſancto quid dicitur?

Deo anima redēda eſt deo.

BEatus cuius deus Iacob adiutor eius,ſpes eius in domino deo ipſius qui fecit cœlum & terrā, mare & omnia quæ in eis ſunt. 4

Tertia pars. Glo.Hugo card.Tertia pars,in qua docet omnem ſpem in deo ponendam,& quaſi quis quęreret,in quo ergo eſſet ſperandum reſpōdit q; in domino quia (Beatus cuius deus Iacob adiutor eius.) Non angelus vel homo,ſed(deus Iacob.)Caſſiodo. Iacob autem ipſe eſt Iſrael,id eſt vir vidēs deū, quod vocabulum ad omnes electos competenter aptatur.Glo.Hugo cardi.Beatus ergo ille qui ſperat in eo qui fuit de⁹ Iacob.Lyra.Magis autem nominatur de⁹ Iacob quam aliorum patriarcharum quia ipſe pſalmus loquitur de confidentia in deo qui promiſit Iacob dicens , noli timere deſcendere in Aegyptum ego deſcendam tecum illuc, & adducā te in de reuertentem. Caſſiodo. Adiutor autem dicitur deus illorum qui ipſo donante gradus virtutum aſcendere nituntur . Hugo cardi. Sed cur iſte eſt beatus.(Quia ſpes eius in domino deo ipſius.) Lyra. Tāquam in ſuo protectore & ſaluatore.Caſſiodo.Dicendo autem ſpes, patientiam præſentiū ſignificat & deſideria futurorum.Idem.Hugo cardina.Sed quia etiam cultorib⁹ dęmonum ſpes eſt in deo ſuo determinat in quo debet ſpes poni dicēs(Qui fecit cœlū & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt,id eſt in Chriſto,& ſic vſq; ad finē pſalmi deſignat in quo debeat ſpes poni. Lyra. Deſcribens illum primo ex diuina poteſtate,cum dicit, qui fecit cœlum & terram,mare,& omnia quæ in eis ſunt.Hieronym⁹.Ad quorum comparationem nos homines ſumus ſicut formicæ & pulices ſecūdum cōditionem carnis. Qui ergo fecit cœlum & terram,hominem non poteſt liberare quem fecit. Lyra.Secūdo,deſcribit ex diuina veritate,quę adimplet promiſſa,vnde ſequitur.

De⁹ Iacob.

QVi cuſtodit veritatem in ſæculū, facit iudicium iniuriam patientibus dat eſcam ✠ eſurientibus. 5 ✠ Hebr. panem.

Auguſtinus.Caſſiodorus.Gloſa.Hugo car.Qui cuſtodit inquit veritatē in ſæculum,hic eſt Chriſtus qui eſt veritas, quia omnis homo mendax,ſed in quo cuſtodit veritatem. Sequitur.(Quia facit iudicium iniuriā patiētibus.)Lyra. Eos vindicādo,& in hoc tertio commēdatur ex æquitate.Caſſio.Ad iuſtitiā enim eius manifeſtum eſt pertinere,quando æquitatē ſuam omnibus prout vult diſtribuit, & iudicij ſua dona cōcedit.Augu. Glo.Hugo car. Dicitur autē iniuria,quaſi iuri cōtraria,Non enim omnis moleſtia eſt iniuria:nam pœna quam latro patitur,ſupplicium eſt,non iniuria.(Dat eſcam eſurientibus.) Lyra.Supplens defectum nutrimenti, & in hoc quarto cōmendatur ex pietate.Hugo car. Glo. Dat inquā eſcam ſpiritualem & corporalem eſurientibus,quibus in euāgelio dicitur.Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Hierony. Dat enim cibum corporum,dat & cibum corpus ſuum in ſacramento,dat deniq; cibum doctrinam cœleſtem, ſed ſolum eſurientibus.

Iniurie etymologia.

vi. DOminus ſoluit compeditos, dominus illuminat cæcos.

Hieronymus. Caſſiodor⁹. Dominus inquit ſoluit compeditos. Nam qui prius ligati erant in peccatis ſuis, poſt ea ad Chriſtum conuerſi per ipſum ſoluti ſunt. Hugo cardinal'. Gloſa. Vel ſoluit compeditos, dum de mortalibus facit immortales (Dominus illuminat cæcos.) Hugo cardinal'. Illuminat inquam ſapientia ſua cæcos ignorantia propria, faciens eos ſapientes. Caſſiodorus. Vitioſi enim omnes cæci ſunt, quia peccatorum obſcuritatibus implicātur, hos ergo illuminat, ille qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sequitur.

Cecorū vitio.

7 DOminus erigit eliſos, domin⁹ diligit iuſtos.

Gloſa. Hugo cardinal'. Dominus inquit erigit eliſos. Nam quos dyabolus elidit, domin⁹ erigit, vel eliſos per ſuperbiam, erigit per humilitatē (dominus diligit iuſtos.) Gloſa. Hugo cardinal'. Quos locat in ęterna beatitudine. Hugo cardinalis. Gloſa. Diligit etiam eos gratiam infundendo, & faciendo iudicium eis iniuriam patientibus.

8 DOminus cuſtodit aduenas, pupillum & viduā ſuſcipiet, & vias peccatorum diſperdet.

Auguſtinus. Hugo cardinal'. Gloſa. Dominus inquit cuſtodit aduenas, eos ſcilicet qui dicunt, non habemus hic manentem ciuitatem. Caſſiodorus. Vel aduenas, id eſt eos qui de Babylonica ciuitate dyaboli ad Hieruſalem ciuitatem dei confugerint (Pupillum & viduam ſuſcipiet.) Idem. Pupilli & viduæ, ſunt qui dominum pura mente reſpiciunt humanis ſolatijs deſtituti. Hugocardinal'. Gloſa. Hi etiam qui terrena habent, ſed in eis non confidunt. Caſſiodorus. Quos recipit Chriſtus ſuo numinine vendicandos. Hieronymus. Vel pupillum ſuſcipiet, id eſt eum qui patrem deum perdiderat per peccatum, & viduam, hoc eſt eam animam quę Chriſtū virum perdiderat, hunc enim ſaluat ſi reuertatur ad patrem, hanc ſi redeat ad maritum. (Et vias peccatorū diſperdet.) Idem. Caſſiodorus. Omnium peccatorū via dyabolus eſt, illum ergo perdet dominus, quod etiam vnicuiq; impiorū in futuro iudicio venturum eſt. Nos vero ſaluabit qui ambulauimus per eas, ſed ambulare deſinimus. Gloſa. Hugo cardinal'. Vel vias latas peccatorum diſperdet, qui hic noſtrā viam artam irrident, quorum via exterminata eſt. Nobis vero quid nunc reſtat, vtiq; regnum dei, de quo ſupponit.

Aduena

Pupilli. Vidue.

ix REgnabit dominus in ſæcula deus tuus Syon, in omni generatione & generatione. ✠

✠ Add halleluya.

Caſſiodorus. Hieronym⁹. Regnabit inquit dominus in ſęcula, cum dicit regnabit, futurum tempus videtur oſtendere, quādo iam in ipſo corda noſtra firmiſſima ſtabilitate conſiſtēt, modo enim in mēbris ſuis pleniſſime regnare non dicitur Chriſtus, quia corda eorum interdum inanibus cogitationibus occupātur, ſed cum hoc mortale corpus induerit immortalitatē, & noxias iſtas cogitationes cum mundi iſtius amiſſione reliquerit, tunc perfecte in ſanctis regnaturus eſt Chriſtus, quando erit omnia in omnibus qualis autem ſit iſte dominus, exponit, dicens. (Deus tuus Syon.) Caſſiodorus. Syon, eccleſiam catholicam ſignificat propter ſpeculationem quam exhibet populo chriſtiano, ipſe enim & cum ea & in ea regnabit. (In omni generatione & generatione.) Hugo cardinal'. Id eſt ſemper, in hoc enim exponit quod ſupra dixerat, in ſęcula. Vel in generatione pręſenti per gratiam, & in generatione futura per gloriam,

¶Pſalmus.cxlvj.

¶Titulus.
Alleluya.

Lyra. Iſte pſalmus, eſt alleluyaticus, inuitās ad laudem dei.

Auguſtinus. Gloſa. Hic iterum agit de laude dei, vbi propheta monet laudare colligentem Iſrael. Caſſiodorus. Hortatur ſiquidem populū deuotum laudare dominum, qui ſupplicationibus beneficia profutura concedit, quoniam qui de ſuis viribus confidunt, ei placere non poſſunt. ¶Et diuiditur in duas partes. In prima, oſtendit quos dominus colligat, & quomodo. In ſecunda, poſt prædicta, quaſi adhuc hæſitantes & dubios increpat oſtendens vnde poſſint laudare deum, ſi ſcilicet ſint humiles. Ibi. Præcinite. Omnes ergo tam maiores q̃ minores ad laudem inuitans. Ait.

Pſalmi Diuiſio.

LAudate dominū quoniam bonus eſt pſalmus, deo noſtro ſit iocūda, decoraq; laudatio.

t Alia bonum.

Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardi. Laudate inquit dominum, hoc dicitur omnibus, & quaſi quæreremus, quare laudabimus? laudis cauſam attulit, dicens (quoniam bonus eſt pſalmus.) Lyra. Id eſt bonum eſt pſallere ad honorem diuini nominis. Hieronymus. Vnde alia litera habet bonum, non bonus, quaſi dicat, bonum eſt pſallere & laudare dominum, pſallere quidem non voce, ſed corde. Multi enim bonam vocem habent, ſed quia peccatores ſunt, male pſallunt. Auguſtinus. Glo. Hugo cardinal'. Ideo ergo laudate, quoniā bonum eſt laudare: nam ipſa laus dei, noſtra eſt beatitudo. Et notandum ꝙ non dicit, quoniā bona eſt laus, ſed vt laudis modum exprimeret, dixit. (Quoniam bonus eſt pſalmus.) Ipſe enim pſalm⁹, laus dei eſt, quæ fit non ſola voce, ſed in organo manibus vocī concordātibus, per quod ſignificatur ꝙ voci debent opera conſonare, quorū laus ceſſare non debet, etiam laudis voce intermiſſa. Semper ergo laudat, qui ſemper bene operatur, qui vero male agit, blaſphemat, quia ergo bonus eſt pſalmus, ideo. (Deo noſtro ſit iocunda, decoraq; laudatio.) Hieronymus. Non voce, ſed conſcientia. Caſſiodorus. Tunc ſiquidem deo iocunda fit laudatio, quando actus noſtri, a ſanctorum verborum qualitate non diſcrepant, ſed in vnam ſocietatem vox & vita conueniunt. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardina. Quod non conuenit peccatori, de quo ſcriptum eſt ꝙ nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſequitur.

dei laus noſtra iuſtificatio eſt.

2 AEdificans Hieruſalem dominus, diſperſiones ✠ Iſraelis congregabit.

✠ alia. ſi. electos.

Caſſiodorus. Per hunc enim & duos alios verſus qui ſequuntur ex mirabilibus,factiſq; glorioſis,dominus commendatur. AEdificans inquit Hieruſalem dominus. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinalis. Quaſi dicat. Ideo laudandus eſt deus,quia ædificat Hieruſalem ſpiritualem,ſcilicet cœleſtem eccleſiam,quam de viuis lapidibus ſtruit,ruynam angelicam reparans,& eam ſic ædificat,quia congregat diſperſiones Iſrael,id eſt fideles diſperſos de toto mundo in fine ſæculi congregabit ad regnum, vel Hieruſalem, id eſt generalem eccleſiam, cuius pars triumphat in cœlis, vbi ciues angeli ſunt, & pars militat in terris, quorum peregrinationẽ reſpexit deus diſperſos precio ſui ſanguinis colligendo. Lyra. Vel ad literam loquitur de ædificatione Hieruſalem per Neemiam. Gloſa. Hugo cardinalis. Quomodo autem diſperſos congreget, declarat, dicens.

3 QVi ſanat contritos corde, & alligat contritiones ✠ eorum.

✠ Hebr. plagas eorum.

Hieronymus. Hoc dicitur de his qui agunt pœnitentiam. Qui ſanat inquit contritos corde. Idem. Gloſa. Hugo cardinal'. Id eſt eos qui offerunt deo ſacrificium,cor contritum & ſpiritum contribulatum,quos hic ſanat ex parte, & i futuro plena erit ſanitas,quando corruptibile hoc induet incorruptionem,ſed quomodo eos ſanet,ſequitur (& alligat contritiones eorum.) Inſtar medici qui frangit quod tortum eſt,& inde alligat vt fiat rectum. Caſſiodorus. Sic cœleſtis medicus,cum inuenerit pœnitentiũ corda,graui afflictione contrita,quaſi quadam faſcia ſua pietate ſuperducta conſtringit atq; conſolidat, & ad firmiſſimam ſpem ſanitatis adducit. Auguſtin⁹. Gloſa. Contere ergo cor tuum confitẽdo & puniendo,& dominus alligat contritiones tuas. Hieronymus. Inſtar Samaritani qui alligauit vulnera ſauciati,ſequitur. Et ipſe etiã eſt.

Quæ contritũ ſanat de⁹.

4 QVi numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis ✠ nomina vocat.

Alia. ſtat. et omnes noie ſuo vocat.

Hugo cardi. Lyra. Hoc ad literam eſt planum,quia fecit ſtellas in certo numero, & nomina eis impoſuit a proprietatibus rerum, ipſe etiam cognoſcit vſq; ad minimã omnes proprietates & virtutes earum. Glo. Nec eſt hoc a deo magnum ad literam,ſi deus omnes ſtellas numerat,cui capilli capitũ numerati ſunt. Caſſio. Glo. Hugo cardi. Ideo miſtice per ſtellas, viros ſanctos intelligit,hoc eſt luminaria ſeu electos in eccleſia, qui lucent in medio nationis prauæ atq; peruerſæ, velut aſtra in nocte huius ſæculi,tales autem numerat dominus in ſuos: nam ipſe nouit qui ſunt ei⁹,ſi quis vero adumbrata fidei ſpecie ſe talibus interſerit,nouit ille qui numerat,quia ſupra numerum eſt,vnde alibi. Multiplicati ſunt ſuper numerum, intra namq; parietes præſentis eccleſiæ, plures ſunt q̃ futuri ſint in regno dei. Ideoq; ait (qui numerat). i. diſcernit (multitudinem ſtellarum) id eſt electorum (& omnibus eis nomina vocat.) Glo. Hugo car. Numeratis ſcilicet quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitę, id eſt in dei prædeſtinatione. Reprobos autẽ hac notitia nõ nouit, quibus dicturus eſt. Non noui vos. Hieronymus. Si tamen contriti fuerint, vertit eos in ſtellas, & tunc numerat eos, non quidem vulneratos, ſed eos qui iam in ſtellas verſi ſũt, qui numero eius digni ſunt. Sequitur.

Stellarũ noie.

Al te ſi ber.

5 MAgnus domin⁹ noſter & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus.

Glo. Hugo cardi. Plenus namq; gaudio propheta eructat quod non poteſt explicari. Quod tamen cogitabat, prout valebat, dixit. (Magnus domin⁹ noſter & magna virtus eius.) Caſſi. Vtiq; magnus eſt, cuius nec facta numerari, nec laudes præualent apprehendi, virtus etiam eius magna eſt, quia ſingularis, quia omnipotẽs, quia rerum omnium gubernator & conditor eſt (Et ſapientiæ eius non eſt numerus. Glo. Id eſt finis. Caſſiodo. Numerus enim, hic pro fine ponitur: nam quod numeratur, finitur, ſapientię autem eius, non eſt numerus, neq; finis. Auguſt. Glo. Hugo car. Qui nemo poteſt metiri, vel numerare, vel appendere, menſuram & numerum & põdus, vbi deus omnia diſponit, in hac ergo difficultate intelligendi, eſto manſuetus, & quare? Subdit.

Numeri nomine.

6 SVſcipiens manſuetos dominus, humilians autem peccatores vſq; ad terram.

Hugo cardinal'. Gloſa. Suſcipiens inquit manſuetos dominus ad gratiam, ſcilicet vel ad intelligentiam archanorũ ſuorum, quæ qui intelligere vult, oportet vt manſuetus ſit & humilis. Si ergo vis intelligere & mitis eſſe, non obſcura ſcripturarum, accuſes quæ fecit deus, vt te exerceat, neq; dicas, ſic diceretur melius, ſic enim dictũ eſt vt dixi debuit, ei ergo crede qui te curat, & hæc pietas faciet te capacem. Caſſiodorus. Vel manſueti, ſunt patientes & afflicti per multas tribulatiões, vnde rectum eſt vt hi ſuſcipiantur in cœlum, & vt ſuperbi deiiciantur in terram, vt permutatione vicaria vnde humilis leuat⁹ eſt, inde ſuperbus corruat, vnde ſubditur. (Humiliãs autẽ peccatores vſq; ad terrã.) Glo. Hugo car. Id eſt vt terrena tantum de deo ſapiãt. Qui enim reprehẽdunt intelligibilia, ideo de deo incorporeo ſentiunt terrena. Hierony. Videtẽ ergo differentiã: nam manſuetudo ad cœlum vocat, ſuperbia vero in terrã detrahit. Caſſio. Et vnde ſathanas elatus, cecidit, fidelis homo ſubleuatus, aſcendit.

Volentĩ dei mandata intelligere qualem decet. Quo mãſuetudo quo ſuperbia ducant.

7 PRæcinite domino in confeſſione, pſallite deo noſtro in cythara.

Caſſio. Glo. Hugo car. Secũda pars, in qua ex prędictis increpat adhuc heſitãtes, oſtendẽs vnde poſſint intelligere, ſi ſcilicet ſint humiles & nõ ſuperbi, quaſi dicat, ergo vt intelligere valeatis. (Præcinite domino in cõfeſſione.) Glo. Hugo car. Peccatorũ & laudis, & ſic peruenietis ad intelligentiã veritatis. Te ergo prius accuſa, inde deum lauda, & poſt confeſſionem ſequãtur opera, vnde ſequitur. (Pſallite domino in cythara.) Idem. Vt ſicut ibi manus vocem ſequitur, ita vocem laudis ſequãtur opera. Hierony. Caſſiodor⁹. Cythara autem, ſigni

Secũda pars.

Cythare noie.

ficat virtutes morales conſona operatione præcinentes, quæ tunc veram cytharam reddunt, quando ſe federata ſocietate coniungũt: nam ſicut integra lyra dici nõ poteſt, cui aliqua chorda ſubtrahitur: ſic nec vir ſanctus perfect⁹ ęſtimatur, cui virtus vlla minuitur. Hugo cardi. Deinde de virtute huius domini, cui pſallendum eſt, ſubdit.

8 ✠ Præbet.

QVi operit cœlum nubib⁹, & parat ✠ terræ pluuiam.

Caſſiodorus. Hugo cardinalis. In hoc enim & ſequentibus verſibus eius, cui pſallendum eſt, opera cõmemorat, dicens. (Qui operit cœlum nubibus.) Hieronymus. Caſſiodorus. Hugo cardinal'. Id eſt ſcripturam ſacram obſcuritatibus figurarum. Per cœlum enim, hic ſanctam prophetiã intelligim⁹, quam diuina prouiſione ſimilis nubibus tegit obſcuritas, vt ſenſus noſtros incitet ad quærendum, dum gratius accipitur, ad quod fatigato deſiderio peruenitur. Hugo cardi. Sancta enim ſcriptura, partim facilis eſt vt paſcat, partim vero difficilis vt exerceat. Caſſiodo. Sed quid nubes iſtæ parturiant, ſequitur. Et parat terræ pluuiam, hoc eſt fontes diuinæ prædicationis irriguos. Hieronymus. Indiget enim pluuia terra noſtra, id eſt doctrinarũ fonte. Quem autem fructum terra afferat, cum humecta fuerit huiuſmodi doctrinarum fonte, ſequitur.

ix ✠ Hebr. germen. ce ſiquũ adit.i. eſt

QVi producit in mõtibus fœnũ, ✠ & hęrbam ſeruituti hominum.

Caſſiodorus. Vbi cúm dicit, qui producit in montibus fœnum, per montes, ſignificat viros ſanctos in quibus dominus fœnum, hęrbamq; producit, vnde ſimpliciores in eccleſia catholica, tanquam ſimplicia iumenta paſcantur fœnum, pertinet ad pręd icatiões robuſtas, hęrba vero admonita molliora, fœnum ſiquidem erat quod dicebat apoſtolus. Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum, hęrba vero cum dicit. Qui ſe non continet nubat. Et iterum volo adoleſcentulas viduas nubere, & rurſus. Lac vobis paratum dedi nõ eſcam. Gregorius in Mora. Iob libro. xxix. Vel in montib⁹ fœnum, & ſeruituti hominum hęrba producitur cum ſublimes huius ſæculi ad fidei cognitionem vocati ſanctis prædicatoribus in huius vitæ itinere ſpiritualiter ſibi ſeruientibus tranſitoria alimenta largiuntur. Sequitur.

x ✠ Hebr. panẽ ſuũ

QVi dat iumentis eſcam ✠ ipſorũ, & pullis coruorum inuocantibus eum.

Iumentorũ noie

Gloſa. Hugo cardinalis. Qui dat inquit iumentis, id eſt ſimplicibus eccleſiæ, qui ſunt greges domini, eſcam ipſorum, id eſt pabulũ diuini verbi, quia eos paſcit deus per homines qui accipiũt fœnum, id eſt per prędicatores, quia largiuntur eis ſpiritualia, a quibus metunt carnalia. Caſſiodor⁹. Et alios paſcunt lacte, alios ſolido cibo, prout diſpenſatori viſum fuerit, qui ſolus nouit, quæ ſunt profutura pręſtare. (Et pullis coruorum inuocantibus eum.) Caſſiodorus. Auguſtinus. Gloſa. Hugo cardinal'.

Coruorũ nomine.

Corui, ſunt gentiles nigri peccatis, vnde Iudæi ſe ſolos iuſtos omnes vero gentes peccatores eſſe dicebant. Et vere patres noſtri corui fuerũt, quia ydolatrę. Nos vero pulli coruorũ ſumus, quia de coruis, id eſt de gentilibus venimus. Caſſiodorus. Paſcuntur ergo a deo filij coruorum, dum deum inuocant, quem patres eorum contẽpſerant. Illi autem eum inuocant, qui regulas ſcripturarum nulla hęretica prauitate ſubuertunt. Hieronym⁹. Vel corui, qui ſemper inſequuntur cadauera mortuorum, dęmones ſunt, & qui dæmonibus ſeruiunt. Pulli vero, coruorum dicũtur de rore viuere, quorum nos filij ſumus, qui non cadauera expectamus, ſed cœli rorem. Lyra. Hugo cardinalis. Ad literam enim, vt inquit Yſidorus, corui non miniſtrant cibum pullis ſuis, donec videant eos nigreſcere plumis, quia tunc recognoſcunt eos tanquã ſuos, interim vero nutriũtur rore cœleſti, & ſic dicũtur a deo nutriri. Gregorius in Mora. Iob libro. xx. Iumenta ergo, eſcam accipiunt, dum ſacræ ſcripturę pabulo mentes dudum brutæ ſatiantur. Pullis vero coruorum filijs, ſcilicet gentium, eſca datur, cum eorum deſiderium noſtra conuerſatione reficitur. Sequitur.

NOn in fortitudine equi voluntatẽ habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. xi

Caſſiodorus. Hugo cardi. Poſtquã enim narrauit illa quæ fecit dominus, nunc dicit quæ ei poſſunt modis omnib⁹ deſpicere. (Non in fortitudine inquit equi voluntatem habebit.) Gloſa. Id eſt in ſuperbia contumacium. Caſſiodor⁹. Equus enim, ſuperbum & tumidũ hominẽ ſignificat: nam equus ceruice præſumẽs, frenis incumbit, & ad curſus rapidos feſtinat. Auguſtinus. Gloſa. De equo etiam altior incedit homo, & ceruix eius vere indicat ſuperbiam. Caſſiodorus. Huic ergo ſuperbus homo comparatur, cui diuinitas non poteſt eſſe placabilis, quę mãſuetos eligit & deuotos, ideo dicit. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, & ſequitur. (Nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.) Hugo cardinalis. Id eſt in incompoſito habitu hominis præſumptuoſi & audacis, & in eius inceſſu elato, in tibijs ſignificato. Hieronymus. Vel tibię hic ſicut & femora libidinem ſignificant, quę vllo modo in viro aut in fœmina deo placere non poteſt, vel per equi fortitudinẽ, & tibias viri, pręſumptio de viribus poteſt intelligi, nõ enim placet vir deo confidens in virtute ſua, ſed potius qui in timore dei ambulat, vt ſequens indicat verſus.

Equi nomine.

Fortitudĩe equi.

BEneplacitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius. xii

Hugo cardinalis. Gloſa. Quaſi dicat. In ſuperbis & hęreticis, & incompoſitis, nõ eſt beneplacitum deo, ſed beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum. Hugo cardinalis. Timore filiali. Caſſiodor⁹. Amat itaq; deus qui eum formidãt, ſed non timore de genere. Vnde ſequitur. (Et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.) Idem. Auguſtin⁹. Gloſa. Timori autem ſpem coniunxit, nam multi timẽt, ſed quia deſperant de miſericordia eius, minime diliguntur. Iudas enim timens, ſed deſperãs laqueo ſe ſuſpẽdit. Ille ergo timor deo probatur acceptus, qui cum amore maximo & pia ſpe coniungitur. Timeat ergo vnuſquiſq; ne peccet, Amet vt ſupplicet, non tamen deſperet.

ℭPſalmus.cxlvij.

ℭTitulus.

Alleluya. Aggei & Zachariæ.

Hugo cardinal'. Gloſa. Agge⁹ & Zacharias ꝓpherauerunt in Babylonia reparationē Hieruſalē, quæ vt Hieremias prædixit poſt. lxx. annos facta eſt, in qua intellexerunt ſpiritualem inſtitutionem cœleſtis Hieruſalem. Et propterea dominum laudauerunt, & eſt ſenſus tituli. Alleluya, id eſt laus dei. Laus dico Aggei & Zacharię de reparatione cœleſtis Hieruſalem quam illi prædixerunt. Et facit iſte pſalmus amorem in nobis futurę Hieruſalem, quam multipliciter commendat. Totuſq; pſalmus potentiam dei prędicat. Caſſiodorus. Iſte autē titulus. Alleluya ſępius repetitur: nam verbi huius tantus honor eſt vt quanuis ſit hebreum, nullo tamen alio ſermone reperitur eſſe tranſlatum. Hoc enim Gręcus, hoc Latinus, hoc Caldeus, hoc Syrus, hoc Perſa, hoc Arabs tenet, & pia deuotione veneratur. ℭDiuiditur autem pſalmus iſte in duas partes. In prima, dicit bona futurę Hieruſalem. In ſecūda, dicit quę bona his dantur ſanctis, ibi. Qui emittit. Gloſa. Hugo cardinalis. In captiuitate ergo huius ſęculi, adhuc propheta conſtitutus videns beatum populū ęternę Hieruſalem pręmiſſo gaudio ſpei ante gaudium ſpeciei quaſi coniungens cor & ſi non corpus angelis, dicit.

Lyra. Totus iſte pſalm⁹ loquitur de ædificatione ſpiritualis Hieruſalē quæ eſt eccleſia quę ædificata eſt a Chriſto, non de lapidibus materialibus, ſed ſpiritualib⁹, qui ſunt fideles adinuicem charitate coniuncti.

Pſalmi Diuiſio.

1 Hic ps cō preceden̄ti vn' eſt: nec diſtinguitur titulo aut numero.

LAuda Hieruſalum dominum, lauda deum tuū Syō

Gloſa. Hugo cardinalis. Lauda inquit Hieruſalem, cœleſtis ſcilicet & tam ſecura, lauda inquam dominum, hoc eſt enim negociū tuum. Hoc autem dicit propheta, vt exultem⁹ in ſpe modo, & deſideremus ipſam, cum audimus eam ſic laudantem. Et repetit (lauda deum tuum Syon) Syon eadem eſt quę Hieruſalem. Caſſiodorus. Hieruſalem autem, interpretatur viſio pacis, quę proprie ad illam ciuitatem pertinet, quę vitiorum & ſcandalorum conſortia non habebit, ſed iſta viſio pacis erit domini contemplatio ſaluatoris, quam nemo alter merebitur, niſi qui ab vniuerſa mentis perturbatione liberatur, vnde merito hęc duo nomina futurę illi conueniunt ciuitati. Lyra. Poteſt etiam hoc ad literam intelligi, de Hieruſalē & Syon iſta terreſtri quam inuitat ad dei laudem, vbi eccleſia incepit per doctrinā Chriſti, & quia ibi paſſus eſt, ibi reſurrectionem ſuam diſcipulis manifeſtauit. Ibi etiam ſpiritum ſanctum apoſtolis dedit. Glo. Et quaſi quis diceret, quare laudabo. Reſpondet.

2 ✝ Hebr. vectes. ‡ Hebr in medio tui.

QVoniam confortauit ſeras ✝ portarum tuarū, benedixit filijs tuis in te.‡

Caſſiodorus. In quo cauſam futuræ beatitudinis indicat, cum dicit. (Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum.) Idem. Gloſa. Hugo cardinalis In hoc enim clauſas ianuas beatæ ciuitatis oſtendit. Nam ſera, a ſero dicta eſt, quo tēpore in oſtium mittitur, vt intrandi licentia (vt ita loquar) denegetur, quod illo tempore accidet, quando ſponſus & quæ paratæ ſunt virgines, cum eo ad nuptias intrauerint, vnde nec quiſquā ſanctus vlteri⁹ exibit, nec aliquis poſt ea nouus intrabit. Auguſtinus. Gloſa. Clauſa igitur ianua Hieruſalem ſecure laudat, quia nemo inde exit, vnde doleat. Nemo illic intrat quem timeat. Lyra. Vel portę Hieruſalē ſunt ſacramenta nouę legis, maxime ſacramentum baptiſmi per quod fit ingreſſus ad eccleſiam. Serę autem portarum iſtarum ſunt virtutes ſacramentorum. Sequitur. (Benedixi filijs tuis.) Gloſa. Hugo cardinal'. Quos olim peperiſti qui iam quieſcunt in te non foris peregrinantur. Caſſiodo. Vel ideo dictum eſt in te, quia nunquam ab illa Hieruſalem exire poterunt, qui æterno munere conſecrantur. Lyra. Vel hoc dicit, quia in pręſenti benedixit eis benedictione gratiæ. Sequitur.

QVi poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te. 3

Lyra. Qui poſuit inquit fines tuos pacem, quam nato Chriſto angeli nunciauerunt, dicentes. Gloria in altiſſimis deo. Et in terra pax hominib⁹ bonę volūtatis, quę eſt pax cordis interna, per quam acquiritur pax cœleſtis & ęterna. Caſſiodorus. In qua ęterna tranquilitate perfruitur, quod intus habitare mōſtratur, ſicut econtra, quicquid pręter ipſam eſſe contigerit, gehenna eſt. Hugo cardinalis. In pace autem illa eſt ſaturitas & nulla indigentia, ideo ſuddit. (Et adipe frumēti ſatiat te.) Lyra Nam in ſacramēto euchariſtię quod conficitur in pane de frumento eſt ſpiritualis refectio. Gloſa. Hugo cardinal'. Iſte inquā eſt panis qui de cœlo deſcendit, qui carne clauſus in mundo ſola fide eſt cognitus. Tunc autem videbimus eum ſicuti eſt, & erit ibi perfecta ſaturitas, ſecuritas, & pax. Caſſiodor⁹. Adipem enim dicit illam contuibilem deitatem, vnde ſic iuſtorum ſenſus reficitur, vt omnem ſatietatem ſuperare noſcatur.

QVi emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo eius. 4

Gloſa. Hugo cardinal'. Secunda pars, in qua ſubdit quę munera hic dantur electis, per quę veritas futuri poſſit agnoſcit, quaſi dicat. Hęc prędicta erūt in patria, ſed quid interim in peregrinatione iſta dat nobis, ecce ipſe eſt inquit. Qui emittit eloquiū ſuum terrę, id eſt verbum aſſumpta carne. Caſſiodorus. Eloquium enim domini, verbum patris eſt quod ad terras miſit, quando humilitatem pię incarnationis aſſumpſit. Gloſa. Hugo cardina. Alioquin niſi mitteret verbum terrę qua grauamur & impedimur a reditu, ad adipem frumenti ſatiantē non leuaremur. In terra ergo vbi laboramus feſſi, languidi, pigri, frigidi, nos non deſerit, ſed manna pluit, quia emittit eloquiū ſuū terrę. (Velociter currit ſermo ei⁹.) Caſſ. Dum ſanctę trinitatis agnitio mirabili velocitate mundū compleuit ydolorum cultores veritatis ipſius manifeſtatione conuerſ

Scd̄a ps.

tens. Lyra. Vel verbum iſtud eſt verbum euan=
gelicum,quod fuit per apoſtolos & diſcipulos bre
ui tempore per totum mundum publicatum.

5 pruinas quaſi cinerem ſpargit.

QVi dat niuem ſicut lanam, nebu=
lam ✠ ſicut cinerem ſpargit.

Caſſiodor⁹.Qui dat inquit niuem ſicut lanam,dat
dicit,id eſt facit niuem ſicut lanam,quod fit vtiq;,
quando frigidiſſima peccatis corda mortalium ad
ardorem ſatiſfactionis adduxerit.Nix enim eſt ho
mo,cum recedit a domino. Lana vero cum ad eius
venerit medicinam.Glo. Hugo cardi. Sicut ergo
nix ſurſum gelat & in yma deſcēdit,ſic refrigeſcen
te charitate decidit humana natura in terras,& pi=
gro corpore inuoluta,vt nix facta eſt,ſed in hac ni
ue ſunt prædeſtinati qui ſunt velut lana,de quibus
fit tunica Chriſti ſine macula & ruga.Vnde in euā
gelio dicitur,ꝙ in tranſfiguratione veſtimēta eius
facta ſunt alba ſicut nix.Eſt ergo ſenſus,ꝙ deus fa=
cit per verbum ſuum de prędeſtinatis peccatorib⁹
ſibi veſtem ad ornandam eccleſiam & calefacien=
dum frigidos flamma verborum ſuorum.Et nebu
lam ſicut cinerem ſpargit. Caſſiodo. Hugo cardi.
Glo.Id eſt nebuloſos & obſcuros peccatores præ=
deſtinatos tamē ſpargit,id eſt diſſoluit in cinerem
pœnitentiæ. Nebula enim,ſignificat omne pecca
tum,quod ſemp caliginoſa obſcuritate peragitur,
ſed velut cinis diſpergitur, dum pura confeſſione
Chriſti ex gratia diſſipatur. Cinis enim, ad pœni=
tentiam pertinet,quia cinis & cilicium,arma ſunt
pœnitentium.

Lane ac niui comparatur homo.

vi Hebr. proijcit glaciem ſuam.

MIttit criſtallum ſuam ſicut buccel
las,ante faciem frigoris eius quis
ſuſtinebit?

Caſſiodorus. Mittit inquit criſtallum ſuam ſicut
buccellas.Criſtallum eſt in modum vitri per nume
roſas hyemes glacies condurata,& in duritiem ſa=
xi perducta ſubſtātia.Cui obſtinati peccatores me
rito comparantur,qui algore perfidiæ conſtricti
per ſingulos dies coagelaſcunt . Hos itaq; mittit
dominus ſicut buccellas,quando conuerſos prædi
care facit ſua magnalia,vnde populus eſuriens cœ
leſti paneveſcatur.Per bucellas enim,fruſtra panis
intelligūtur,quæ ſunt diuerſa doctrinæ dona,quæ
ex peccatoribus in ſanctis ſuis dominus ſæpius
monſtrare dignatus eſt. Gloſa. Hugo cardinalis.
Eſt ergo ſenſus(mittit)id eſt facit(criſtallum)id eſt
obſtinatos quos p̄deſtinauit(ſicut buccellas)id eſt
ſicut fruſtra panis' quæ alios paſcunt verbo dei
quod prius impugnabant . Criſtallus enim erat
Paulus obſtinatus ſpirans minarum & cędis qui
deindeq; factus eſt panis niue nebula & criſtallo ſo=
lutis a deo. Auguſtinus.Gloſa.Hęc itaq; ſunt quę
deus ſoluit,quia niſi ſolueret.(Ante faciem frigo=
ris eius quis ſuſtinebit?) Gloſa. Hugo cardinalis.
Quaſi dicat.Si deus non ſoluerit niuem nebulam
& criſtallum . Quis ſuſtinebit vim frigoris vitio=
rum & obſtinationis? Frigoris dico eius dei ſcili=
cet. Idem. Caſſiodorus.Non ꝙ deus frigus illud
faciat,ſed quia fieri ſinit,quia deſerit peccarorem,
& non vocat,non aperit ſenſum,non infundit gra
tiam quale eſt illud indurauit cor Pharaonis.Niſi
ergo ipſe ſoluat nullus ſuſtinebit.Vnde & hic ſub=
dit.

Panis bucellas

EMittet verbum ſuum & liquefa= 7
ciet ✠ ea,flabit ſpiritus eius & flu=
ent aquæ.

✠ Hebr. diſſoluet illa.

Augu.Glo.Hugo car.Quaſi dicat.Et ſi nullus poſ
ſit per ſe ſubſiſtere ante faciem frigoris, non tamē
deſperandū eſt, quia emittet dominus,ſcilicet ver
bum ſuum carne aſſumpta. Et liquefaciet ea,niuē
ſcilicet nebulam & criſtallum.Caſſio.Glo.Venien
te namq; verbo,id eſt prædicatione verbi liquefa=
cit ea,vt compuncti incipiant agere pœnitentiā.
Ex quo nec frig⁹,nec obſcuritas,nec duritia deſpe
rare debent.Salubriter enim liquefiunt & fluenta
ſpiritualis beneficij profundūt alijs,vnde ſubdit.
(Flabit ſpiritus eius,& fluent aquæ.) Hugo cardi.
Glo.(Flabit inquit ſpiritus eius)id eſt calidus au=
ſter,calor ſcilicet amoris dei.Et fluent aquæ,id eſt
fluenta doctrinæ & gratiæ,vt inde bibāt alij,iuxta
illud. Omnes ſitientes venite ad aquas.Caſſio.Si=
cut factum eſt de perſecutore Saulo.Gregorius in
Mora. Iob libr.xxvij.Qui quos perſequēdo prius
premere ſtuduit,hos poſtmodum fluentis ſanctæ
exortationis infudit.Caſſio.Sic & fit hodie de plu
rimis,vt qui modo ſunt obſtinata voluntate ſicci,
fiant poſtea fluxi prædicationis irrigui.Sequitur.

QVi annunciat verbū ſuum Iacob, 8
iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.

Glo. Hugo car. Id eſt nouo populo chriſtianorū.
Caſſiodor⁹. Per Iacob enim & Iſrael,ſignificatur
eccleſia.Nam & modo Iſraelita,eſt quicunq; fide=
lis eſt,& ante Iacob fuit,qui domino pura deuotio=
ne complacuit,hæc enim duo nomina vnius exti=
tere perſonæ. In quo bene ſignificat eccleſia,quę
ex duobus populis facta eſt. Hugo car. Glo. Iſtis
ergo annūciat deus iuſta iudicia ſua,ꝙ ſcilicet nō
tantum iniuſti,ſed & iuſti patiuntur hic pro meri=
to iuſto iudicio dei, vel ad literam per Iacob & Iſ=
rael Iudæos accipit, quibus per ſeipſum Chriſtus
verbum ſuum annunciauit, & iuſtitias , & iudicia
ſua manifeſtauit,quod non fecit alijs.

NOn fecit taliter omni nationi , & 9
iudicia ſua ✠ nō manifeſtauit eis.

✠ Hebr. non cognoſcent halle luia.

Hugo cardinal.Non fecit inquit taliter omni na=
tioni, ſicut ſcilicet fecit populo chriſtiano,cui be=
neficia excellentiora præſtauit,iuxta illud apoſto=
li.Quomodo & cum illo non omnia nobis dona=
uit. Auguſti. (Vel non fecit taliter omni nationi)
ſicut nationi Iacob qui ex Abraham deſcendit,in
cuius fide omnes chriſtiani ſunt. Caſſiodor⁹.Hu=
go cardinalis.Lyra.Vel ad literam,non fecit taliter
omni nationi,ſicut fecit populo Iudæorum,quia
licet omnes gentes religio chriſtiana complexa ſit
tamen nulli facie ad faciem locut⁹ eſt,aut mare di=
uiſit,aut manna pluit,aut tabernacula nube com=
pleuit,aut holocauſta igne conſumpſit,niſi tantū
Iſraelitico populo.Lyra. Cui & legem dedit,& per
prophetas reuelationes fecit,Hugo cardinalis. Et
inde per ſeipſum illis prædicauit, quod non fecit
alteri nationi.(Et iudicia ſua nō manifeſtauit eis)
Gloſa. Hugo cardinalis.Quia per ſe non prędica
uit alij nationi vel genti, ſicut ipſe ait. Non ſum
miſſus,niſi ad oues quæ petierunt domus Iſrael.

Pſalmus.cxlviij.

Titulus.

Alleluya Aggei & Zacharię.

Caſſiodó. Glo. Prophe ta per paucorú commemorationē vniuerſam creaturam hortatur laudare deū omnia enim laudant deum, vel in ſe vel in alijs, ſunt tamen quędam quę habent ſpiritum laudandi deum in eo affectu quo placet eis deus. Quędam vero nō habent intellectū ſed quia ipſa bona ſunt in ordine ſuo & ad pulchritudinem vniuerſitatis referūtur. Per ſe quidem non laudant, ſed ab ipſis per attendentes eam laudatur deus Et ita ipſa quodam modo laudant, quia de illis naſcitur in nobis laus dei ad quam nos hic monet ꝓpheta. Et diuiditur iſte pſalmus in duas partes. In prima cœleſtia hortatur ad laudes. In ſecūda terreſtria, ibi. Laudate dominum de terra. Glo. Cardi. Et congrue primum laudatur de cœlis deus, deinde de terra. Sicut ergo aliquibus bona operantibus applaudētes dicimus faciet facite, ita & propheta angelos dominū laudantibus aggratulans ait.

oia deū laudant.

Pſalmi Diuiſio.

Lyra. Pſalmus iſte eſt quędam inuitatio omniū creaturarum ad laudandum deum & in fine pſalmi prophetat de primo Chriſti aduētu.

1 LAudate dominū de cœlis laudate eum in excelſis,

Caſſiodor⁹. Dignum eſt enim vt creatura ſuū laudet creatorem, & ideo ait. (Laudate dn̄m de cœlis.) Hierony. Nam ad laudem dei ſola hominum natura non ſufficit iungantur ergo & cœli, non autem dixit, laudate cœli, ſed vos laudate qui eſtis in cœlis. Hoc eſt throni dominationes principatus poteſtates, & cæteri qui eſtis in cœlis. (Laudate eū in excelſis.) Id eſt vos excelſi digne laudate excelſum. Glo. Cardina. Nō tamen ex hoc pręcipit vel admonet angelos hoc facere, ſed adiungit cō gratulationem ſuam eis hoc facientibus. Deinde quibus aggratulationē ſuam faciat exprimit dicens.

2 LAudate eum omnes angeli eius, laudate eū omnes virtutes eius. ✠

✠ Hebr. exercit⁹ eius.

Caſſiodo. Laudate inquit eū omnes angeli eius. Pulcherrime enim in laudibus domini ab angelis fecit initium qui inter creaturas ęſtimantur eximij. Angelus autem gręca lingua nuncius interpretatur, quod officij nomen eſt non naturæ. Car. Hoc autem dicit generaliter de omnibus angelis qui ſunt in tribus iherarchijs & nouem ordinibus. Hierony. Hi enim qui angeli ſunt deū laudāt quod dæmones facere non poſunt. (Laudate eum omnes virtu es eius.) Caſſiodo. Glo. Hoc generale nomen eſt omnium ſpirituū cœleſtiū, quādoq; tamen pro vno ſolo ordine accipitur. Cardi. Ad laudē ergo dei inuitatur ſpecialiter ordo virtutum, quia per angelos illius ordinis fiunt effectus morales in admirationem diuinæ poteſtatis homines inducentes. Hierony. Hucuſq; de inuiſibilibus creaturis. Nunc venit ad eas quas oculis cernimus dicens.

LAudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellę & lumen. ✠ 3

✠ Hebr. ſtelle luminis.

Hierony. Ideo ſol & luna & ſtellæ laudāt eū quia a ſuo officio & ſeruitio non recedunt. Seruitium enim ipſorum laus dei eſt. Idem. Card. Grandem itaq; honorē habes o anima humana, nam ſol & luna & ſtellæ & cœli pro te currunt ꝑ te ſeruiunt quibus angeli non indigent. Caſſiodo. Hierony. His autem additum eſt & lumen vt ſicut de inuiſibilibus dixit. Laudate eum omnes virtutes, ſic de viſibilibus dicit, laudate eum omne quod lucet Lyra. Et licet iſta corpora cœleſtia ſint inanimata, vt dicit damaſcenus, tamen dicuntur laudare deū inquantum ex ſua pulchritudine & virtute ducūt homines in cognitionem & laudem ipſius.

Inanimata deū quo laudant modo.

LAudate eum cœli cœlorum, & 4
aquę quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini.

Cardi. Lyra. In quo cœlum empireum inuitat ad laudē, quod in plurali ponit propter diuerſas mā ſiones electorum, vel quia eſt ſuper alios cœlos. Hierony. Caſſiodo. Et quamuis in Geneſi vnum ſolum cœlum factum fuiſſe legamus, tamen & hic & in paulo qui refert in tertium ſe cœlum raptū plurali numero ponuntur propter diuerſitatem manſionum. Sequitur. (Et aquæ quę ſuper cœlos ſunt laudent nomen domini.) Card. Lyra. Hoc eſt cœlum criſtallinum quod dicitur aqueū propter diaffaneitatem & ſimilitudinem aquæ ſicut empireum dicitur, a pir quod eſt ignis proper ſimilitudinem in claritate. Ideo autem dicuntur aquæ ſuper cœlos, quia cœlum criſtallinum eſt ſuper cœlum ſydereum. Caſſiodo. Vel aquas quę ſuper cœlos ſunt, vt arbitror iſtas eſſe quæ defluunt nō dubiū eſt. Nam dicitur in Geneſi, ꝙ apertæ ſunt catharactæ cœli & facta eſt pluuia ſuper terrā, quod magnæ laudis deſignat archanum, vt cœlorū tenuitas firma conſiſtat, & aquę ſupra ipſum poſitę cum ſint grauiores niſi quando fuerint ineſſe nō defluant. Lyra. Conſequenter ſubditur dictę laudationis ratio cum dicitur.

QVia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe 5
mandauit & creata ſunt.

✠ Non poſuit⁹ verſiculi addita eſt altera ſolū reperitur in hebreo.

Glo. Et quaſi quis quæreret, Quid deus iſtis contulit vnde laudēt ſubdit. (Quia ipſe dixit & facta ſunt.) Auguſti. Glo. Card. Ipſe inquā dixit, id eſt verbum genuit per quod facta ſunt omnia. Hiero. Vna autē natura eſt quę iubet & facit cui⁹ iuſſiſſe feciſſe eſt. Caſſi. Glo. Hugo cardinalis. Et eſt iſtud contra eos qui dicunt mundum deo coeternū. Ipſe mandauit, verbo ſuo, & creata ſunt. Prius autem dixit facta poſtea vero creata. Facere enim & nos poſſumus, ſed non creare, ipſe ergo ſolus creat quod eſt proprium deitatis. Quod autem dixit mādauit, id eſt cōſtituit atq; firmauit ſequitur

STatuit ea in ęternum & in ſæculum ſęculi, præceptum poſuit & non præteribit. vi

Alias dedit.

Caſſiodo. In quo potentiam domini vitutemq; declarat dicens. Statuit ea in ęternum & in ſęculū ſæculi, Glo. Cardina. Omnia ſcilicet ſuperiora &

omnia cœleſtia ſtatuit in ſæculũ ſeculi id eſt ſem per duratura.Caſſio.Glo.Car. Et licet dicatur fiet cœlum nouum & terra noua deo tamen bene ſta- tuta dicũtur.Nam & ipſe homo quamuis moria- tur diuinitate ſtatutus eſt cum reſurgit ſic cœlum & terra deo permanent cum nouantur. Omnipo- tens enim eſt cuius opera non mutãtur.Præceptũ poſuit & non preteribit, id eſt legem & con ditio- nem,vt omnia ſub ipſius poteſtate eſſe noſcantur & vt omnia ipſum laudent in ſe vel in alijs.Præte riri autem non poteſt quod omnipotens ſtatuit, & veritas repromiſit.

7 LAudate dominum de terra, dra- cones & omnes abiſſi.

Secũda pars. Glo.Cardi.Caſſ. Secunda pars in qua enumeratis cœleſtibus deſcendit ad terreſtria Conuerſus ergo ad illa tanquã exortans nos vt eorum cõſideratio ne laudemus deum ait.(Laudate dominum de ter- ra dracones & omnes abiſſi.)Cardi.Lyra.Glo.Ad literam dracones ſunt animalia in ſpeluncis aqua ticis propter igneam eorum complexionem habi tantia omnium animãtium terreſtrium maxima. Vnde in Geneſi vbi nos habemus creauit deus cæ te grandia in hebræo habent dracones magnos quorũ cibus eſt elephas diruptus.Eſt ergo ſenſus, ꝙ iſti laudant deum,quia intellecta eorum magni tudine,& quomodo in aera per pennas leuantur. Et ꝙ naturali feruore ſuccenſi in remedium tem- peramenti ſui aquoſis ſpeluncis inhabitent, mira bilia dei cognoſcentes deum laudamus.Sequitur. (Et omnes abiſſi.)Gloſa. Cardinalis. Abiſſi ſunt profunditates aquarum latentium.Maria aer quo ꝙ nebuloſus ad abiſſum pertinet, vbi ſunt nubes, venti,tempeſtates,fulgura,tonitrua, pluuię corru ſcationes,grando,nix.Et generaliter quicquid de humido & caliginoſo aere vult de⁹ fieri ſuper ter

terre nomine. ram,totum terrę nomine appellauit quæ omnia ſunt ad decorem vniuerſi.Et ſic laudant deum, id eſt nos ad laudendum inuitant.Caſſiodo.Vel per dracones & abiſſos perſonas truculentas & vali- das debemus accipere,quæ hic in bonum conuer ſę in illa patria diuinis laudibus glorìantur. Glo. Nos ergo horum conſideratione ad eius laudem hortatur dicens.

8 IGnis grando nix glacies ſpiritus procellarum,quæ faciunt verbum eius.

Hebrai. ignis et grando nix glacies ventus turbo &c. procellarum ſps

Cardi.Iſta enim omnia vt iam dictum eſt faciunt ad decorem vniuerſi,& inducunt homines ad lau dem dei. Idem.Lyra.Spiritus autem procellarum ſunt venti facientes procellas in mari quę gene- rantur in ære,& hæc omnia faciunt verbum ei⁹ id eſt illud ad quod ordinantur ex diuina inſtitu- tione.Glo.Card.Vel ideo dictũ eſt quæ faciũt ver bũ eius,contra eos quibus viſum fuit ꝙ deus ſu- periora regeret & hæc inferiora deſpiceret, & ꝙ ea caſibus regerentur, ſed & hęc omnia agit deus & in his minimis laudatur.Caſſ.Vel iſta miſtice ſi gnant homines qui in hoc ſęculo ex turbulentis ſunt & peſſimis ſtudijs cõuerſi ad dñm, ſequitur.

9 MOntes & omnes colles,ligna fru ctifera & omnes cedri.

10 ¶Beſtiæ & vniuerſa peccora ✠ ſerpen- tes & volucres pennatę.

✠ Hebr. beſtie et omnia iumenta reptilia et aues volantes.

Car.Lyra.Hęc ad litteram plana ſunt,quę omnia inuitant ad dei laudem,& ipſum laudant inquãtũ in ipſis relucet diuina bonitas,& ſunt materia lau dis diuinę intelligibilib⁹ creaturis.Caſſiodo. Per montes autem homines ſignificat pręumida po teſtate ſublimes,p colles mediocres, per ligna fru ctifera.eos qui ex duritia peccatorũ conuerſi fru- ctus morum faciũt. Per cedros abſolute ſuperbos & elatos ſignificat,per beſtias crudeles & indomi tos,per vniuerſa peccora communem plæbẽ, per ſerpẽtes venenoſos dicit & callidos, per volucres pennates philoſophos qui cogitationum veloci tate naturas rerum diſcurrunt ſignificat de quib⁹ omnibus ſibi Chriſtus parat electos qui in illa re- ſurrectione angelorum poſſunt cœtibus aggre- gari.Glo.Deinde ad homines venit dicens.

REges terrę & omnes populi, prin cipes & omnes iudices terrę. 11

¶Iuuenes & virgines ſenes cum iuniori bus laudent nomen domini,quia exalta- tum eſt nomen eius ſolius. 12

Lyra.Hic enim ad dei laudem inuitatur rationa- lis creatura quę & eſt humana. Idem.Car. Reges inquit terrę tãquã maiores.Et omnes populi re- gibus ſubiecti,Principes qui dominantur ſub re- gibus. Et omnes iudices terræ a regibus & princi pibus inſtituti ad cauſas de terminandas. Iuue- nes & virgines,ſenes cum iunioribus, id eſt om- nis ætas & ſexus(laudent nomen domini.)Lyra. Omnes ſcilicet prædicti. Et rationem dictæ inui- tationis ad laudem dei ſubdit primo ex diuina cel ſitudine,cum dicit, quia exaltatum eſt nomen ei⁹ ſolius.)Ita ꝙ omnis creatu ra nihil eſt in compa ratione ipſius.Caſſiodo. Cardi. Exaltatum inquã eſt quia illi omne genu flectitur cœleſtium terre- ſtrium & infernorũ,& omnia illum confitentur, quia ipſe omniũ pulchritudo eſt.Caſſi. Vel per re- ges ſanctos viros ſignificat qui ſemet ipſos regũt Per omnes populos turbas quæ ad deum conue- niunt,per principes poteſtates excelſas, per iudi- ces nobiles & potentes, iuuenes dicit & virgines qui ætatis calore feruentes ad modeſtiæ ſe tempe ramenta conuertunt per ſenes vero cum iuniori- b⁹ permixtam ſignificat ętatem quia de omni ſe- xu & de omni ętate potens eſt dominus euocare quos elegit. Sequitur.

COnfeſſio ✠ eius ſuper cœlum & terram, & exaltabit cornu populi ſui. 13

✠ alia li. gloria ei⁹ in celo et in terra.

Glo.Dixit enim prius de cœlo poſtea de terra hic vero de omnibus ſimul.Et accipit per cœlum om nia ſuperiora & per terrã omnia inferiora(confeſ ſio inquit.)Lyra. Laudis ſcilicet eius(ſuper cœlum & terrã.)Idem.Car.Ac ſi dicat, Laus ei fiat ab ha- bitãtibus in cœlo & in terra quia per ipſum facta ſunt omnia.Caſſiodo. Vel hæc confeſſio laudem illã ſignificat quæ illi poſt finem iſtius ſęculi ab omnib⁹ rationabilib⁹ creaturis exſoluetur.Quod autem dicit(ſuper cœlum & terram) ſignificat ꝙ

nec cœleſtia, nec terreſtria laudibus dei poſſunt ęqualia reparari. Glo. Quia maior eſt laus eius ex ſe ipſo q̄ ex creaturis. Quicquid enim fecit infra illũ eſt. Et quicquid in his placet min⁹ q̄ ille eſt. Si ergo amas viſibile quod fecit multo magis ama inuiſibilem qui fecit, nam per viſibilia inuiſibilia eius intelliguntur. Sequitur. (Et exaltabit cornu populi ſui.) Caſſiodo. Car. Vbi per cornu poteſtatem dignitatem & virtutem ſignificat quib⁹ populus fidelis ibi exaltabitur, vbi omnis gloria pręſtatur. Licet hic humilietur & affligatur & perſecutiones patiatur. Lyra. Vel per cornu ītelligitur Chriſtus, per cuius incarnationem natura humana eſt ſupra modũ exaltata, vnde & Chriſtus propter hoc vocatur cornu in veteri & nouo teſtamēto iuxta illud Zacharię. Et erexit cornu ſalutis nobis. Et Anna mater Samuelis ait dabit imperium regi ſuo & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

cornu nomine.

14 ✝ Adde halleluia.

Hymnus omnibus ſanctis eius filijs Iſrael, populo appropinquāti ſibi.

hymnus quid.

Caſſiodo. Vox iſta promiſſio eſt & totius beatitudinis ſumma perfectio. Nā quod merebuntur ſancti hymnus eſt domini quem tunc canent quādo & æterno munere coronabuntur, hymnus enim eſt ſanctorum cantus in laude domini conſtitut⁹ cui anima corpuſq; perfecta puritate cōſentit. Quibus autem ſanctis hymnus iſte pręſtetur oſtendit cum dicit. Filijs Iſrael qui non ſolum genere ſed & fide nomen iſtud habere meruerunt. Hierony. His namq; deputatur cœleſtis hymnus qui in eo ſancti effecti ſunt, qui eum mente conſpiciunt qui eius fidei appropinquant quos ab eo peruerſitas iniqua nō ſeparat. Ideo dicit. (Populo appropinquanti ſibi). Caſſiodo. Cardi. Quales ſunt filij Iſrael qui mādatorum obedientia Chriſto domino appropinquare monſtrantur. Illi enim ab ipſo lōge ſunt qui eius iuſſa non faciunt, quia nemo illi proximus eſt, niſi qui & mēbrum ipſius eſt quod a capite ſeparari non poteſt.

¶Pſalmus.cxlix.

¶Titulus.

✝ Hebr. halleluia.

Alleluya.

Caſſiod. Glo. Cardina. Hic propheta poſtq̄ in pręcedenti pſalmo omnes creaturas ad laudandum deum creatorem ſuum excitauit. Nūc ſpecialius inuitat populum Iſrael ad nouum canticum pro renouatione ſibi facta quę eſt mirabilior operatio dei, ſcilicet ſanctificatio Iſrael per quam de veteri factus eſt nouus, Intentione monet ad laudem. Et diuiditur in duas partes. In prima monet laudare regem multis modis, quia eis beniuol⁹ & beneficus eſt. In ſecunda agit de gaudijs & poteſtate ſanctorum, ibi. Exultabūt ſancti in gloria. Excitās ergo propheta fideles ad nouum cāticū ait.

Lyra. Pſalm⁹ iſte eſt quędam laus pro victoria pfecta quam habituri ſūt fideles populi. In ſecūdo aduētu Chriſti ſcilicet ad iudicium.

pſalmi diuiſio.

1 **Cantate domino canticum nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum.**

Caſſiodo. Propheta nanq; in hoc mundo tantum corpore conſtitutus. Intellectu vero & fide in illa patria cum angelica multitudine miſcebatur in qua cōmonet populum beatum nouum canticū debere cantare dicens. (Cātate domino cāticum nouum.) Eſt autē (cāticum) nouū ſanctæ incarnationis archanum. Glo. Cardi. Miſterium redēptionis & promiſſio ęternitatis cāticum pacis charitatis & iocunditatis. Qui ergo vult hoc nouum cāticum cātare diligat æterna vt fiat nouus ſpiritu mentis ſuæ. Vet⁹ enim homo cāticū vetus cātat de terrenis. & quiſquis ſequitur veterem animoſitatem non nouam charitatem nouum cāticum non cātat. Deinde determinat vbi & a quibus debeat cātari hoc cāticū dicens. (Laus eius in eccleſia ſanctorum.) Caſſiod. Glo. Car. Hæc enim laus nō vbicūq; vel a quibuſcunq; cātanda eſt ſed in eccleſia catholica, & a ſanctis qui ſunt Iſrael videntes deum per fidei verā cognitionem, vnde ſubdit.

nouū cāticum.

Lætetur Iſrael in eo qui fecit eū & filiæ Syon exultent in rege ſuo. 2

Hierony. Lætetur inquit Iſrael, ille ſcilicet qui ſenſu videt deum. Glo. (Lætetur inquā) ſpe licet hic multa patiatur. (In eo qui fecit eum.) Lyra. Id eſt in Chriſto venturo ad iudiciū qui potētia ſuę deitatis fecit totum mundum. Glo. Qui etiā fecit eū. Secundo vt ſit Iſrael. (Et filie Syon.) Lyra. Id eſt filiæ eccleſiæ quæ vocatur Syon, exultent in rege ſuo, id eſt in Chriſto. Hiero. Qui regnat in eis Cardi. Glo. Qui eſt rex & ſacerdos, vt rex enim pugnauit pro nobis de cruce dyabolum vincens, vt ſacerdos vero ſe pro nobis obtulit nihil inueniēs in hominib⁹ quod pro eis offerret. Caſſ. Car. Pro. eodē autē ponuntur Iſrael & filiæ Siō. Nā Iſrael interpretatur vir vidēs deū, Syon ſpeculatio quod vtrumq; ad beatum populum pertinet qui lætari & exultare in rege ſuo Chriſto domino commonetur. Glo. Sed qualiter laudari debeat. Sequitur.

Laudēt nomen eius in choro in tympano & pſalterio pſallant ei. 3

Glo. Cardi. Lyra. Laudent nomen eius in choro, id eſt in cōcordia morum, vel in ſocietate fideliū charitate concordi. Hierony. Vbicunq; enim chorus eſt. Ibi diuerſę voces in vnum cāticum congeruntur, ſicut diuerſę cordæ vnā vocem efficiunt cātici, vbi autem diſcenſio vbi inuidia, ibi chor⁹ non eſt. Caſſiodo. Vel chorus dicitur qui a mundi initio de numeroſitate gentium cōgregatur & niſi in illa patria non poteſt totus eſſe collectus, ſequitur (In tympano.) Glo. Car. Id eſt in mortificatione carnis. Et pſalterio id eſt in bona operatione. Idem. Hiero. Tympanum enim non habet carnem ſed pellem. Pelles autem antequā tympanis aptentur mortificātur & extenduntur, ſic ergo faciendum eſt de corpore noſtro vt acceptam laudem reddat deo. Nā quādiu carnei ſumus tympanum non ſumus. Card. Pſalterium autem manibus pulſatur. Idem. Aug. Et ſicut in tympano corium extēditur ita in pſalterio cordę, in vtroq; tamē caro crucifigitur. Hiero. Eſt enim pſalterium genus organi muſici quod eſt quaſi cythara, hoc tamen intereſt, inter pſalterium & cytharam quia cythara deorſum & pſalterium deſurſum percu-

Chorus quid.

quid nō de corpore agēdū

pſalteriū quid ſit.

tit,hic ergo nos admonet vt de ocanamus pſalte‑
rio deſurſum,in tympano inquit & pſalterio pſal
lant ei.Et quare pſallant,ſubdit.

4 ✠ aua h. hebra. u. .u.
QVia beneplacitum eſt domino in
populo ſuo, & exaltabit manſue‑
tos in ſalutem.✠

Caſſiodo.Glo.Cardi.In prima rerum conditione legimus ꝙ omnia placuerunt deo, qui tamen pe‑nituiſſe poſtea dicitur ꝙ feciſſet hominem nunc vero homine pœnitentiam agente dicitur. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, qui ſci‑licet pœnitentiam egit,ei peccata dimittendo vel tunc beneplacitum erit ei in populo ſuo, cum il‑lum fecerit perpetua ſuauitate gaudentem, quãdo angelis parem,quando ſicut apoſtolus ait,erit om nia in omnibus.(Et exaltabit manſuetos in ſalu‑tem.Car.)Vitæ ęternæ quę nunquã deficiet. Hie ro.Manſueti enim hæreditabunt terram,quod de illa terra intelligit quę ſurſum eſt,alioquin nõ di‑ceret Exaltabit.)Caſſiodo.Car. Mãſueti autem pa tientes dicuntur qui in hoc mũdo diuerſas nequi‑tias pro dei regno pertulerunt.Hi enim exaltabũ‑tur in ſalutem in vitam æternam quam illis iuſt⁹ dominus in illa iudicatione reſtituet.

penitet me homi nem fe ciſſe.

5 ✠ Hebr. lauda‑bunt. ...
EXxultabunt ſancti in gloria, læta‑
buntur ✠ in cubilibus ſuis.

Glo.Car.Secunda pars in qua agit de gaudijs ſan ctorum & poteſtate eorum in pręſenti & futuro. (Exultabunt inquit ſancti in gloria.)Caſſio. Glo ſa. Gloria eſt bonorum actuũ frequẽtata laudatio de qua iuſti lętantur,ſed vbi? Non extra in ſęcu‑lari fauore,ſed in cubilib⁹ ſuis id in ſecreto pecto ris in conſcientia ſua.Nam gloria noſtra hęc eſt, vt ait apoſtolus.Teſtimonium cõſcientiæ noſtrę Lætantur vtiq; quando ſic bonum dominum ſe habere per pendunt,vt reis donec veniam peccã‑tibus gratiam,& non merentibus gloriam ſempi‑ternam.Nierony.Vel exultabunt ſancti in gloria hoc eſt in cruce Chriſti De qua ait apoſtolus.Mi‑hi abſit gloriari niſi in cruce dñi mei Ieſu Chri‑ſti.Lyra.Vel exultabunt ſancti in gloria, poſt iu‑dicium,ſcilicet quando erunt glorioſi in anima & corpore quia tunc totaliter quietabitur animę ap petit⁹,ideo ſubditur.(Lętabũtur in cubilib⁹ ſuis.) Hier.Lyra.Hoc eſt in cœleſti patria. Cubile enim locus eſt quietis quæ non eſt in via vbi cum car‑ne pugnamus & ſtratum noſtrum lachrymis riga mus.Et lectulum noſtrũ qui libidinibus ardet, la‑chrimis extinguimus fœlices itaq; iſti de quibus dicitur.(Lætabuntur in cubilibus ſuis.)Lyra. Di‑cit autem cubilibus pluraliter pro diuerſis glorię gradibus ſeu manſionib⁹,ſicut dicitur. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.Idem.Cardina. Et quia tunc in corporibus glorioſis erit vocalis Laus vt dicunt aliqui.Ideo ſubditur.

hominũ gloria.

vi ✠ Hebr. exaltatio nes.
EXultationes dei in gutture eorum
& gladij ancipites in manibus eo‑
rum.

Cardi.Lyra.Exultationes dei inquit in gutture eo rũ.quia vocalis laus incipit a gutture & arterijs. Hiero.Vel vox iſta quæ ad deum clamat nõ labio rum ſed cordis eſt ſicut dicit domin⁹ ad Moyſen. Quid clamas ad me, cũ Moyſes nihil dixiſſet. Caſ ſiodo.Vel exultationes dei ſunt in gutture eorũ, quoniã ſiue cogitatione ſiue lingua laudare non deſinunt a quo ęterna dona percipiunt. Glo. Vt non ſibi tribuant ꝙ ſcilicet boni ſunt,ſed deo a quo acceperunt quod ſunt,& ſperant id quod nõ dum ſunt. Sequitur.(Et gladij ancipites in mani bus eorum.)Caſſiod.Anceps gladius eſt ſermo do mini ſaluatoris.De quo in euagelio dicitur Non veni pacem mittere in terram ſed gladium,qui an ceps ideo dicitur quoniam du,continet teſtamen‑ta.Card.Lyra.Vnde dicuntur iſti gladij ancipites id eſt ex vtraq; parte ſcindentes. Hiero. Gladius enim anceps duo capita habet.Nam & de pręſen‑ti ſęculo loquitur.& de futuro,& hic occidit aduer ſarios & in futuro aperit regna cœlorum. Caſſio. Vel ideo in manibus dicit gladios iſtos eſſe, id eſt in poteſtate ſanctorum,quam quidem poteſtatem ſancti ſuſcipientes cum domino iudicabunt. Ideo ſequitur.

dei gla‑dii amei.

ADfaciendam vindictam in na‑ 7 ✠ Hebr. in gẽtib⁹
tionibus ✠ increpationes inpo‑
pulis.

Caſſiodo. Iſta enim tunc vere fient quando San‑cti cum domino iudicabunt, ſedentes ſuper ſedes. xij.(Vel ad faciendam vindictã in nationibus.) Glo.Cardi.Vt ſcilicet occidant peccatores illo gla dio bis acuto,vt ſic viuificentur ſecundum illud, ego occidã,& ego viuere faciam, & ideo ne puta res in iſta vindicta ſanguinem fundi,addit(Incre pationes in populis.)Hiero. Nõ enim ſic fit vin dicta vt occcidantur & pereant, ſed increpãtur vt ſaluentur qui inducti ſunt a malis magiſtris.Non autem poſſunt populi liberari niſi magiſtri aliga ti fuerint.Vnde ſequitur.

ADalligandos reges eorum in cõ 8 ✠ Hebr. catenis. ✠ Hebr. compedi bus.
pedibus, ✠ & nobiles eorum in
manicis ✠ ferreis.

Caſſiodo.In quo exponit iſte verſus quid ille gla dius faciat bis acutus.(Ad a ligãdos inquit reges eorum in compedibus.)Auguſti. Id eſt in vincu‑lis mandatorum & pręceptorum dei quibus ligã‑tur gẽtium reges & nobiles ſæculi ab infirmis & contemptibilibus huius mũdi,quos elegit domi‑nus vt fortia queq; confundat ipſoq; impleuit ſpi ritu ſãcto.Voluit enim prodeſſe imperatori de pi‑ſcatore,non piſcatori de Imperatore.Hiero.San‑cti ergo iſti qui habẽt gladios ancipites id eſt duo‑rum teſtamentorum ligant illos & præpediũt pe‑des eorum ne poſſint currere Et nobiles eorũ in manicis ferreis ligant ſcilicet non occidunt, non interficiunt,ſed ligant, vinciunt manus & capti‑uos ducũt ad eccleſiam vinculis ferreis,hoc eſt ca‑thenis factis de teſtimonijs ſcripturarum quæ te‑ſtimonium iungunt teſtimonio Hoc autem totũ quare fit.

VT faciant in eis iudicium conſcri 9 ✠ Hebr. decor eſt omnium ſanctorũ eius hal‑le luia.
ptum, gloria ✠ hęc eſt omnibus
ſanctis eius.

Hiero. Vt faciant inquit in eis iudicium conſcri‑ptum.Quid eſt iudicium conſcriptum, hoc eſt,vt qui primum negauerant deum, ad pœnitentiam

reuertantur,vt captiuos ſuos ſoluant,vt quos liga uerant & quos ab eccleſia duxerant,in eccleſia po ſtea diſſoluant vt ſic eos iudicent, ſicut in ſcriptu ris digeſtum eſt. Augu. Glo. Iſta enim antea ſcri pta ſunt & modo complentur. Legebātur aliquan do, nec fiebant modo vero fiunt, & hęc eſt gloria ſanctorū. Vnde ſequitur. Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius,ita vt dictū eſt,ſcilicet per omnes gē tes & per totum mūdum hoc agunt ſancti,ſic glo riantur ſic exultant in faucibus ſic lętantur in cu bilibus ſic exultant in gloria, ſic cantant cāticum nouum,ſic dicunt alleluya corde,ore,vita. Cardi. Lyra. Vel ſic vt faciant in eis iudicium conſcriptū id eſt executionem extremi iudicij ſi diuina prę ſcientia ab æterno cōſcripti,ac etiam in libris ve teris ac noui teſtamenti.quorum vtrumq; hoc iu dicium & hāc poteſtatem ſanctis pollicetur, & ne

Sanctorum gloria. forſitan ſolos apoſtolos iudicaturos putares,addi dit. Gloria hęc eſt omnibus ſanctis eius. Omnes enim ſancti cum Chriſto iudicabunt & hæc erit eis magna gloria. Lyra. Vel poteſt hoc referri ad ſententiā datam pro electis, qui per angelos ſicut mali in gehenna, ita & ipſi in anima & corpore transferentur in gloriam ſempiternam.

Pſalmus.cl.

Titulus. Alleluya.

iii. ps ſine diuiſione. Caſſio. Glo. Car. Athomus eſt hic pſalmus, & tertius eorum qui ſine diuiſione ſunt in quo intenditur. vt laudetur de⁹ quia ſanctos congregauit, & depoſita fragilitate ſuæ ymagini reſtituit,& iam cōformes glorię ſuę in beatitudinem locauit vbi eſt omnis abundantia. Hiero. In primo itaq; quinquagenario per baptiſmum & pœnitentiam ad innocentiæ nos regenerat bonum In ſecundo poſt iudicium,fructū innocentiæ comprehendit. In tertio iſto expleta diuinæ ciuitatis ædificatione & conſummatione ſanctorum ſpe ad ęternam gratulationem laudationem quæ nos exortatur. Caſſio. Quinquageſimus namq; pſalmus eſt de pœnitentia,centeſim⁹, de miſericordia & iudicio, & iſte. cl. De dei laude in ſanctis eius. Ait ergo.

Lyra. Pſalmus iſte eſt quędā inuitatio ad laudem dei. In quo ponitur laudationis loc⁹, ſtatus,& modus.

1 + Hebr. in ſeculo eius. ‡ Hebr. in fortitudine po tētie ei⁹. **L**Audate dominum in ſanctis + eius,laudate eum in firmamento virtutis eius. ‡

Car. Glo. Laudate inquit dominū in ſanctis eius, id eſt pro his quæ ſanctis ſuis dedit. Hiero. Vel quia poſt celebratū iudiciū eos in ęternitatis gloria collocabit. (Laudate eum in firmamento virtutis eius.) Auguſti. Hiero. Car. Glo. Id eſt pro eo quia morte ſua dyabolum vicit & credentes ad cœlum perduxit, vel quia ſanctos ſuos omni infirmitate ſublata firmauit ſua virtute ita vt amplius non moriantur, eſt enim virtutis magnæ quod mors illis vltra non dominetur. Lyra. Vel firmamentum virtutis vocat cœlum empireū eo quod eſt immobile & firmum,& ſic diuinę contemplationi & eius laudi aptiſſimum.

LAudate eum in virtutib⁹ eius laudate eum ſecundum multitudinē magnitudinis eius. 2

Cardi. Glo. Laudate eum cui flectitur omne genu cœleſtium terreſtrium & infernorum (in virtutibus eius.) Hiero. Pro eo ſcilicet quod mortem potentialiter immortalitate conſumens incommutabilis vitę ſanctis ſuis tribuerit gloriam, quam nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Lyra. Et licet diuina virtus ſit vnica ſicut & eius ſuſtantia tamē dicit in virtutibus pluraliter ,ꝑpter diuerſos effectus,quos producit(Laudate eum ſecūdum multitudinem magnitudinis eius.) Caſſiodo. Cardi. Gloſa. Id eſt ſine fine,eius enim magnitudinis non eſt finis. Et ideo æter naliter & ſine fine laudandus præcipitur qui ſecundum multidinem magnitudinis laudari iubetur. Grego. in mora. Iob lib. xxvij. Ille autem deum ſecundum multitudinem magnitudinis eius laudat(qui ſe ſuccumbere in ei⁹ laudis expletione cō ſiderat. Glo. Nihilominus tamen quomodo laudari debeat per ſimilitudines miſticas vſq; ad finem pſalmi oſtendit dicens.

LAudate eum in ſono tubę, laudate eum in pſalterio & cythara. 3

Cardi Per hæc enim inſtrumenta muſica miſtice intelliguntur,diuerſi modi laudandi deum ſiue in pręſenti ſiue in futuro. Laudate eum inquit in ſono tubæ Hiero. Cardi. Glo. Tanquam regem qui vos in bello dyaboli vincere fecit, & Sathanā ſub veſtris pedibus cōtriuit. Car. Laus enim regis cū tuba præcinitur quia in eius aduentu tuba clangitur vel ꝑ tubā prædicatio poteſt intelligi qa ſicut tuba manu tenet, ita prædicatio operib⁹ iuuētatur tuba etiam ſtrictior eſt ex parte ſonantis, ſic vita debet eſſe pręedicantis. (Laudate eum in pſalterio & cythara.) Glo. Id eſt de cœleſtib⁹ & terreſtribus tanquam eum qui fecit cœlum & terram. Pſalterium enim a ſuperiori ſonat cythara ab inferiori Ideo per pſalterium cœleſtia, per cytharam vero terreſtria ſignificantur. Hiero. Vel in pſalterio & cythara. vel decalogus opere ſeruatus vel mortificatio carnis quæ cytharæ nomine intelligi deſignatur. Qui enim mortificatam carnem in ſe viuificauerit iure laudat in cythara, & in pſalterio quia decalogi obſeruatione coronam ęternam aſſecutus eſt. Glo. Cardi. Tuba ergo concrepet regi pſalterium canat deo, cythara cum reliquis ſponſo,ſequitur. Cithare nomine.

LAudate eum in tympano & choro,laudate eum in cordis & organo. 4

Hierony. Cardi. Glo. Laudate eum inquit in tympano,id eſt in mortificatione carnis. Augu. Glo. Cardi. Tympanum enim tunc laudat deum cum iam in carne mutata nulla eſt terrenæ corruptionis infirmitas. Da corio quippe fit tympanum ex ſiccato atq; firmato. Et choro. Hierony. Caſſiodo. Cardi. Glo. Quod choris fit angelicis ſociatum, eſt enim chorus temperata vocum humanorum collectio. Lyra. Vel ad literam eſt inſtrumentū muſicum vulgariter dictum cheurete quo cum cæte- Tympani noie. Chorus

ris hic enumeratis vtebantur ſacerdotes & leuitę
in tẽplo,Credo tamen magis ꝙ hic accipitur cho
rus pro laudantium ſocietate. Grego.ſuper Exe.
& in re.pa.ti.xlvj. Quid ergo per tympanum niſi
abſtinentiam, & quid per chorum, niſi charita=
tis concordiam deſignat? qui itaq; ſic abſtinen=
tiam tenet vt concordiam deſerat, laudat quidem
in tympano, ſed non laudat in choro. Sequitur.
(Laudate eum in cordis & organo.)Caſſiodo.Car
di.Glo.Cordas hic ponit pro omni inſtrumento
muſico,quod cordarum tenſione ſonat,organum
vero eſt quaſi turris fiſtulis diuerſis fabricata fla=
tu follium ſonãs,& vt eam modulatio decora cõ=
ponat linguis quibuſdã ligneis ab interiore par
te cõſtruitur.Vnde conſequenter exponens quid
ſit laudare in cordis & organo,ſubdit.

5 LAudate eum in cymbalis beneſo
nantibus,laudate eum in cymba
lis iubilationis ✠, omnis ſpiritus laudet
dominum.

✠ Hebꝛ. tun. ctib⁹ omne q̄ ſpirat laudet dominū alle= luia.

Caſſiodo.Glo.Car.Laudate eum inquit in cymba
lis beneſonantibus. Ad literam cymbala beneſo=
nantia ſunt exipermixtis metallis paruiſſimę fia
læ quę acutum ſonum redunt & armoniam faciũt
Miſtice autem cymbala iſta ſunt labia noſtra, lau=
des domini bene ſonãtia,& ideo ne crederes cym=
bala iſta eſſe ſine anima,addit.Laudate eũ in cym
balis iubilationis.Augu.Glo. Eſt enim iubilatio
ineffabilis laus dei quę non niſi ab anima profi=
ciſcitur.Hiero. Tunc autem implebitur hæc laus
in cymbalis beneſonantibus quando corruptio=
ne carnis ſanguiniſq; depulſa cõformati ad yma=
ginem creatoris omni plenitudine ſpei comple=
ta reſplendebunt ſicut ſol in regno patris. Gloſa.
Hiero.Et quia omnia hæc ſpiritualiter intelligi
vult.Lyra. Cum non ſint deo acceptæ inſtrumen
torum ſeu vocum modulationes iſtę niſi inquã=
tum procedunt ex mentis deuotione ideo apto fi
ne concludit dicens(Omnis ſpiritus laudet domi
num.Glo.Cardi.Lyra.Angelicus ſcilicet & huma
nus non caro & ſanguis quę non poſſidebunt re
gnum dei.Nõ ambit⁹ ſæculi,ſed quod eſt in natu
ra rerũ ſublimis ad laudẽ monetur ſcilicet ſpirit⁹
qui cœleſtia ſapit,& æterna capit. Breuis ſiquidẽ
& pfecta ſciẽtia in hoc pſalmo docetur, vt ſcilicet
dũ ſpiritualiter,omnia laudẽt . In his nãq; totius
muſices perfectio eſt,ſcilicet flatus in tuba, pulſus
in cythara & in cymbalis,& vox in choro quibus
muſicis inſtrumẽtis ſignificatur ſpiritualis armo
nia quę nõ aurib⁹,ſed pura mẽte aduertitur.

τελοσ.

¶Deo ſit laus & gloria.

1899491*

BUS
UNIVERSIDAD DE SEVILLA
600102613


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm